6
2-d
12

6
4 N
11



5-2-d-12

XXXII. 8.p

F. Ambroſij Calepini Bergomatis profeſſionis Eccleſiaſtae Dictionariū

Ex optimis quibuſq; authoribus ſtudioſe collectū: & recentius auctū & recognitū: ita vt nullū vocabulum Cornucopię is queratur pretermiſſum. qui cōpoſita in ſimplicibus: & h ante i: & y. ſcribenda ſuis locis inquirere noueris. Quā fidē Iodocus Badius peregrina inſcriptiōe [illegible] ceptus huic ſuæ īpreſſioni pſtare pollicet. Gręcū pe[illegible] latine expoſitū ē.



CALEPINVS ad librum.

Mos eſt putidus et notus repertus:
Ingens materia vt queat videri:
Pręclaruſq; liber: bonuſq; totus:
Verſus addere nominis probati:
Mentitis titulis rubore nullo
Obſcuriq; viri: rudiſq; vatis:
Auctor ſic quaſi tunc bonuſq; fiat.
Nullis mobile veritas fideſq; eſt.
Iis demptis liber exeas aperta
In vulgus facie: fauore nullo:
Et Graiis galeatus et Latinis.
Nam (credas) alii magis q̄ ipſe
Quærent auxilium: petas ab illis
Sed ſi flatus olet: proba: legaſq;.

Venundatur ab Jodoco

Badio. et Ioanne Paruo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ambroſius Calepinus Eremitanus Senatui, Populoq; Bergomẽſi Salutem plurimam dicit.

PLures anni ſunt Magnifici, cõſummatiſſimiq; viri ex quo, vel a ꝓbatis, tũ veterib⁹, tum recentibus: vel a catholicis: & iis ſane doctiſſimis ſanctiſſimiſq; viris cõplurimas dictionũ interpretationes: quæ mihi ad pnoſcendas auctorũ ſententias idoneę viderentur excerpere: atq; in vnũ cœpi cogere. Quod plane opus ſic a me ſuſceptũ eſſe velim exiſtimetis: vt aliis & mihi in primis vſui quandoq; futurũ eſſe confiderem. Non enĩ tã inſtruẽdorũ aliorũ, q̃ mei exercendi ingenii gratia id efficere aggreſſus ſum. Nam cum a teneris (vt aiunt) vnguiculis inter ſacratorũ numerum fauẽtibus ſuperis relatus fuiſſem: & neq; declamationibus refragante natura me dedendum putarem: neq; percipiendæ philoſophiæ vlla mihi a patribus facultas daret̃: quippe qui in id tẽporis incidiſſem: quo de ſaluandis animis tantũmodo cogitandum foret: cũ nec tempus oĩno fruſtra terendum ducerem: haud iniqua res viſa eſt ea me amplecti ſtudia: quæ certam præ ſe ferrent humanitatem. Neq; vero eo vel temeritatis, vel dementiæ redactus ſum: vt bonarũ artiũ ſtudioſis ſatis me facere poſſe exiſtimẽ: quando nemo licet ſapientiſſimus, id vnq̃ preſtare potuerit: certoq; ſciam me nec tanto ingenio, tantave litteratura pręcellere: vt q̃ a Nonio Marcello: Feſto Pompeio: Pediano: Seruio: Donato: Varrone: cæteriſq; latinæ linguæ luminibus elucubrata fuerint: ego ipſe magis religioni dedicatus: q̃ cuipiam diſciplinæ: clarius, aut enuclearius ſcribere poſſe confiderẽ. Verũ quia in pręſtantiſſimis illis litterarũ antiſtitibus plurima deſyderabant̃: ego vt cõmuni ſtudioſorũ vtilitati cõſulerẽ: ac meis ꝓ viribus ſuſcepti muneris officio cumulatiſſime ſatiſfacerem: ea carptim ex oĩm pene diſciplinarum monumentis expromere conatus ſum: multa contra Laurentiũ Vallam: contra Priſcianum: aliosq; authores pſtantiorum auctoritate nixus. Plus. n. apud me Ambroſii, Hieronymi, vel Auguſtini grauitas & doctrina valet: & græcorũ: q̃ Laurentii Vallæ ſtudioſa repræhenſio. Id aũt bene maleve fuerim aſſecutus iudicent alii. Hoc vnum affirmare auſim noſtrum hoc opus & vocabulorũ multitudine: & præpoſitionũ interptamento: & auctorũ citatione: ordineq;: dictionaria cũcta ſuperare. Qđ cũ in volumen amplum excreuiſſet: ac illud multorũ rogatu emittere ſtatuiſſem: patriam delegi: cui id dedicarẽ. Nã cui potiſſimũ cõſecrari op⁹ de re lĩaria debuit: niſi patrię: & illi qdẽ pſiæ: in qua magno & excellẽti ingenio viri ſunt: q de grauitate: de iuris prudẽtia: deq; oĩ ſcientiarũ genere præclare meriti eſſent: quos ego tanq̃ obices oblatrantibus cõſtitui opponere. Fere. n. plæriq; oẽs qui in litteris pſertim aliqd edidere: id principi, vel ſenatui cuipiã inſcripſere: quærentes vt ab eorũ potentatu ac magnitudine laboribus ſuis apud oẽs auctoritatẽ: & ab inuidis tutelã: muniměq; pararent. Prudenter id qdem: quando ita veteri conſuetudine fieri videmus: vt omni in re, quæ principes ꝓbãt: ea cęteri laudent: cupiant: tueantur. Scio nãq; futuros eſſe: qui labori noſtro detrahant. Ita enĩ fit: vt quęcũq; mortales agant ſiue priuatim, ſiue publice calũniæ ſubiacere certũ ſit. Nec diuinis opibus maledica lingua parcit. Tantũ ſibi humanus arrogat intellectus. Ego nõ niſi volentibus hæc legenda trado. Multa ſane fateor a me tradita ſunt: q̃ alii ꝓbẽt: ab aliis vitio dentur: qđ pleriſq; etiam doctiſſimis vſu veniſſe compertum eſt. Velle ſuũ cuiq; eſt (inquit poeta) nec voto viuitur vno. Domus quæ apud forũ extructa eſt ꝙ editior ſit vel depſſior q̃ æquũ videatur ſæpe cõtendit̃. Difficile reor oĩbus placere poſſe. Sed ego non ſolum cuipiam me non ppono: ſed nec æquiparo quidem: eligens cũ propheta abiect⁹ eſſe in domo dei. Quare ſi meũ opus a vobis acceptũ fuerit: illudq; ꝓbaſſe videamini: abeſſe non poterit: quin a tam grauibus, tam doctis, tãq; eloquentibus viris laudatũ: laudandum quoq; reliqui exiſtiment. Multa vero, immo pene innumerabilia deſunt in hoc opere. Quis. n. vniuerſa multis etiã queat cõphendere voluminibus? Verum ne longius epiſtolam euagari patiar finem dicẽdi faciã: ſi modo hoc vnũ vos monitos effecero: quod ad rem plurimũ conducere videt̃: quippe quod vnãquãq; dictionẽ inuentu facilẽ reddit. Nam omnes orationis partes: aut ſimplices ſunt: aut compoſitæ. Quæ ſimplices ſunt ſuo quoq; loco ꝑ duarũ triũue litterarum pcedẽtium ordine collocant̃. Cõpoſitarum alias cum ſimplicibus: alias per ſe ſecundum variã multiplicemq; earum ſignificãtiam coaptaui: ab A littera initium ſumens.

Calepinus auctus Et recognitus.

❡ AMBROSII CALEPINI BERGOMATIS EREMITANI DICTIONARIVM.

A NOMEN eſt literę primę Hebręis etiam: Gręciſq; ſimiliter et Latinis: quę aſpirationem accipiēs interiectio fit. quę pars humanorum affectuū expreſſiua eſt: qui fere contentiore voce (quod ſuū aſpirationis eſt) efferuntur. Aſpiratur itaq; A h interiectio in fine praeter vocaliū morē: quū gręce ita ſcribitur cum ψιλῇ καὶ περισπωμένῃ: id eſt cū tenui et circūflexo accētu: ἆ eſtq; particula indignātis hominis vt Homerus libro Iliados. ω pagina. viij. ἆ καὶ σοὶ δειλοὶ ἐν ἀρχῇ. φωνὴ ἐστὶ συμπτομένου: καὶ κατὰ ἀναδίπλωσιν ἆ ἆ καὶ ἐπὶ τε ϛερητικὸν μόριον ὡς ἄκλιτος καὶ ἀκοίμητος. ἐπὶ τε ἐπιτατικὸν ὡς ἄκοιτις. ※ Hoc ē Suidas in principio ἆ vox eſt eius qui pulſatur: et per geminationē ἆ ἆ. Et interdum priuatiua pticula eſt: vt ἄκλιτος indeclinabilis ἀκοίμητος inquietus ſeu non ſomno vacās. Interdū auctiua: vt ἄκοιτις. i. vxor: q̄ ſit frequens ad κοίτην. i. cubile. Itaq; vel negatiua vel alia: gręca eſt: ne forte latinam putares. Aſpirādi vero cauſa fuit propter afflatū pronuntiandi: et differētiam prępoſitionis. Et modo admirantis eſt: vt apud Plau. Ah quid ais. Modo dolentis ſeu cōmiſerantis. Virg. Spem gregis ah ſilice in nuda connixa reliquit. Et alibi. Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas. Modo ridentis et duplicatur triplicaturq; interdū Teren. in Eu. Ah: ah: ah perij defeſſa iam miſera ſum te ridendo. Eſt et a prępoſitio: ſed ſine aſpiratiōe ablatiuo per appoſitionem deſeruiens: et ratio eſt: q̄m deſcendit ab gręca ἀπὸ: remota vltima ſyllaba πὸ remanet in latino pſile eadem: ſi eñ aſpiraretur eſſet contra gręcam doctrinā: et non ſolum a prępoſitio venit a græco: ſed etiā ab: q̄m ἀπὸ excludit ο præſertim in colliſionibus vocalium: et remanet ἀπ. i. ap: ſed π tenuis vertitur latine in β ſuam mediam. et dicitur ab: ὁμοίως καὶ ἐξ φωνήεντος ὄντος ἐν ἀρχῇ τῆς λέξεως καὶ ἐκ συμφώνου παρόντος: καὶ τὸ ἔθος καὶ εἰκὼν τοῖς λατίνοις ex καὶ e. ※ Hoc eſt. Itidē et ex vocali: quæ ſit in principio dictionis: neq; non ex cōſonante: quę adiaceat: et mos et imago. i. quod ex vſu ſimiliter fieri ſolet in latinis prępoſitionibus ex et e. Et motum de loco ſignificat. Vt a ſummo ad imum deſcendiſti. Quandoq; ſignificat poſt. Pli. Et virus equi a coitu ſtatim collectum: hoc eſt ſtatim poſt coitum. Sic dicimus a partu: a tergo: a funere: a commeatu: quod eſt poſt partum: poſt funꝰ: poſt commeatū. Suetonius in Cæſare. Plebs ſtatim a funere ad domum Bruti et Caſſij cū facibus tetendit: hoc eſt poſt celebratas exequias. Idem in Tiberio. A commeatu caſtra repetentes. Quandoq; ſignificat de. Teren. A villa mercenarium vidi. Quandoq; ſignificat q̄: vt eſt apud Apoſtolū. Exiſtimo me nihil minus feciſſe a magnis apoſtolis. Sic Ab: vt paulo poſt. Nihil minus feci ab his qui ſunt ſupra modū apoſtoli. Quādoq; propter: vt Ve mūdo a ſcandalis: id eſt propter ſcandala: vel pro ſcandalis. Quādoq; habet vim determinationis: et ſignificat pro. Cicero in Bruto. Nec vero. M. Cęlium pręterēūdum arbitror quęcunq; eius in exitu vel forma vel mens fuit: q̄ q̄ diu auctoritati meę paruit: talis tribunuſplebis fuit: vt nemo contra ciuiū perditorū popularem turbulentamq; dementiā a ſenatu: et a bonorū cauſa ſteterit cōſtantius: vbi qd̄ a ſenatu ait: & a cauſa bonorum: pinde eſt acſi dixiſſet: p partibus ſenatus et bonorū. Sic dicimus a quęſtionibus: a teſtibus: a volūtate: quæ locutio creberrima eſt apud idoneos auctores. Inuenitur etiam alijs modis poſitum: vt quū dicimus aliquē eſſe a ſtudijs: intelligatur qui præeſt ſtudijs alicuius: puta principis: vtpote vir eruditiſſimus: cuius opera in ſtudijs literarū vtatur. Con ſimiliter. ❡ Ab epiſtolis: Ab rationibus: Ab libellis: qui epiſtolis: rationibus: libellis ſupplicibus præeſt. Sueto. in Clau. Super hos Polybiū a ſtudiis: Narciſſum ab epiſtolis: et Pallantē a rationibus: quos decreto quoq; ſenatus non pręmiis modo ingentibus: ſed et quæſtoriis prætoriiſq; ornamentis ornari libenter paſſus eſt. ❡ A ſecreto ſiue a ſecretis: qui eſt ſecretarius. ❡ A commentariis: qui pręeſt cōmentariis. Hiero. in lib. ii. Reg. Ioſaphat erat a cōmentariis: hūc Aſconius appellat Cōmētarienſem. A batis: qui præeſt menſuris: vel qui annonam menſuris diuidit. Batus eñ vaſis genus eſt: et græcū eſt: βάτος οὖ. καὶ ἑλληνιστὶ κάδος καὶ καδίσκος λέγεται καὶ βάτιον: eo q̄ ſit portatile mō huc illuc eat ab βαίνω: ὅθεν καὶ ἄβατος. ※ Hoc eſt. Batus. ti. et græce Cados ſiue Cadiſcos: id eſt paruus cadus dicitur: et Bation ab βαίνω. i. vado: ὅθεν. i. vnde: et abatos. i. inacceſſus. Non eñ a βαδίζω. i. vado: orthographiæ literę declarant: ſi ad formationem verba gręca canonizentur: pręterea Theodo. Gaza in pædia Cyri. ❡ A caliculis qui pręeſt caliculis: quæ ſunt vaſa. ❡ A punctis qui præeſt redditui aquariorum: vt eſt apud Frontoniū lib. ii. de aquęductibus. ❡ A memoria: cuius officium eſt ſuggerere Principi res obeundas: et quę ſint agenda in memoriam illius reuocare ex pręſcripto. ❡ A voluptatibꝰ: qui ſtudium habet inuentēdi voluptates. Nam olim Xerſes edixit ſe pręmiū daturum ei: qui nouum voluptatis genus repperiſſet. Suet. in Tibe. Deniq; officiū inſtituit a voluptatibus præpoſito equite Ro. T. Cęſonio Priſco. ❡ A manibus ſiue a manu dicūtur ſcribę: quorū manu ad literas ſcribendas principes vti ſolent. Sueto. in Cęſa. Nunq̄ nocere ſuſtinuit Philomenem a manu ſeruum: qui necē ſuam p venenū inimicis promiſerat. Hi alio nomine ad manū dicuntur: Cice. lib. ii. de Orato. Licinium ſeruū ſibi Gracchus habuit ad manum. Similiter Amanuenſes eos Sueto. alibi vocat. ❡ A pedibus quoq; vocātur: quorū pedibus ad eundum vtimur. Cice. ad Atticum. Pollucem ſeruum a pedibus Romā miſſum. Mart. Cur nō menſa tibi ponitur a pedibus. Idem ad pedes eos appellat quū inq̄t. Illic retro flexus ad pedum turbam. Alibi. Lagœnam ad pedes replet. Et ſciendū a pedibus p oīnes caſus eadē terminatione dici. Recte eñ interrogaueris quid agunt a pedibus: intelligitur eñ tibi ſerui a pedibus. Miſi a pedibus. Dedi a pedibus meis. Hi etiā circū pedes vocantur. Vnde ait Agretiꝰ Circū pedes ſunt obſequia ſeruorū: ante pedes amicorum. Cice. Circum pedes autē homines formoſos et literatos ſuos eſſe dicebat. ❡ A pugione dicitur q̄ principis pugionem geſtat: eiq; ſemper præeſt. Lampridius in Con. Inter quos libertinꝰ: qui a pugiōe appellatus eſt. Multa [illegible] huiuſcemodi nomina: quę vt Tacit[illegible] ſunt ſummę curę et meditamenti.

❡ De A. Ab. Ab.

❡ A Compoſita plęrunq; ſeparationē ſignificat: vt Amoueo: auello. Quandoq; priuationem [illegible] ameā [illegible]

ſine mēte. Sciendum eſt q licet s:ab:& abs eandem
habeant ſignificationem (ſignificant enī id:qđ apud
Gręcos ἀπὸ) in compoſitione tamē dicimus a domo
non ab domo:q a conſonātibus:aut vocalibus vim
conſonantiū habentibus:vt a Cicerone:a Ioue:a Ve
nere. Ab vero duabus liquidis:et i conſonanti:vt ab
lege:ab re:ab Ioue:licet quandoq etiam apud Liuiū
conſonantibus iungatur. Cōnectimus quoq a in cō-
ſonantibus cum m et u conſonante:vt amolior:auo
co. Ab cum a.d.e.f.i.l.n o.r.et u:vt abactor:abduco
aberro:abfore:abiuro:ablacto:abnuo:aborior:abro
go:abundo. Notantur aufero:et aufugio:in quibus
b euphonię cauſa mutatur in u:et in compoſitiōe qui
dem Ab nonnunq̄ ſignificat priuationem:vt abſi-
milis non ſimilis. Nonnunq̄ ſeperationem:vt in ab-
lacto aufugio. Ponitur interdum pro extra:vt abdu-
co:Et pro contra:vt abuſus contra vſum. Aliquādo
ſuperflua eſt:vt apud Liuiū. Flauius ſupplemētum
ab Roma abduxerat. In appoſitiōe vero modo mo-
tū de loco denotat:vt ab ęthere Chriſtus pmicat. Mō
ſumitur p poſt. Iuue. Exul ab octaua Marius bibit.
✱ A et ab ſicut a loco:ita a tempore ſignificant:et
ita:ſicut cum dico:Profectus a Flandria Parrhiſios
adueni:ſignifico me incepiſſe iter a Flandria:ita di-
cens:A teneris vnguiculis:ab infantia:Ab ineunte
ętate:a pueris:a pueritia:ab incunabulis:a tenera ęta
te:a primis annis:a prima lanugine &c. te dilexi:ſi-
gnifico dilectionem meam inceptam ſtatim quū inci
peret infantia:quum teneri eſſent vnguiculi.&c.
¶ Abs tam in appoſitione:q̄ in compoſitione iungi
tur.t. vt abs te:abſtineo:ſeparata etiam q:vt abſq
abs quolibet:abs quiuis. Terentius. Aba quiuis ho-
mine quum eſt opus beneficium accipere gaudeas.
Componitur autem cum c:vt abſcōdo:ſignificatq
retractionem in partem poſteriorem:ſicut in abſtra-
ho:Et aliquādo priuationem:vt in abſthemius:qua-
ſi ſine themeto. ¶ Ab poſita pro ex poni conſueuit.
Teren. in Ecy. A ſeſe ſuam voluptatem vt expleat.
Ex abs et q fit compoſitum abſq.

A ante B.

¶ Abax.acis:a cuius gtō gręco formatus eſt noīati-
uus latinus Abacus abaci penultima correpta:quo
nomine ſignificatur coquorum tabula:et etiam men
ſa in qua tam ad edendum:q̄ ad bibendum vaſa ex-
ponuntur. In quem ſenſum Iuuenalis dixit. Vrceoli
ſex ornamētum abaci. Eſt et Mathematicorū tabu-
la:in qua lineę numeri et figurę deduci ſolent. Perſi⁹.
Nec q abaci numeros:et ſecto in puluere metas Scit
riſiſſe vafer. Apuleius in Magia. Verum etiam abaco
et puluiſculo deç dediſſes. Mar. lib. Geo. Abacus nū
cupatur res depingendis deſignandiſq opportuna
formis. Sunt etiam abaci columnarum ornamenta:
hoc eſt tabulę quadrę:quę ſupponuntur epiſtylis λέ
γεται γὰρ ϛῦλος κάμαξ .i. dicitur enī columna ptica.
poſtea cum hxl. Vnde Virg. libro.iij. ſcribit abacū de-
bere eſſe longum et latum q̄ craſſa columna eſt. Hui⁹
diminutiuum eſt abaculus.
¶ Abaculus ſumitur p calculo. Pli. lib. xxxvij. Ve-
luti quum calculi fiunt:quos quidam Abaculos ap-
pellant.
¶ Ab accidentia. q accidentia ſcribit:hoc eſt cui da
tum eſt:vt occurrētia liter... ut eſt apud Eſdrā
¶ Abarimō Scythię regio:i quā ſylueſtres homines de-
gūt auerſis poſt crura plantis:q maximā habēt velo
citatē:paſſimq cū feris vagantur:auctor Pli. lib. viij.
✱ ¶ Ambulo:aſcēdo:a quo Abambulator:aſcen
ſor. Cornucop.
¶ Abalieno.as.remoueo:abſtraho. Plau. i Cur. Nec
phibere qđ nec prohibebit:niſi mors aim meū abs te
abalienauerit:hinc abalienatus dicitur:quē qs a ſe re
mouerit. Alienatus vero q alienus factus eſt.
¶ Abana.penultima correpta:fluuius Damaſci in
radicibus Libani exortus in Syriacū effūditur mare.
¶ Abanec:penultima correpta:cingulum ſacerdo-
tale.ſicut docet Hiero. Poly. Mira arte ex cocco pur-
pura:hyacinthoq contextum:ita vt flores atq gem-
mę in eo viderentur eſſe diſtinctę.
¶ Abbatim penul.cor.mōs excelſus diuidēs terram
Amon et Euphratis a terra promiſſionis cōtra Hieri
cōta Iordanē vſq fluuium protendens radicem:inſi
gnis eſt Moſis inclyti Iudęorum ducis morte.
¶ Abba per geminū bb:Syra dictio eſt:latine dicit
pater:Quod Apoſtol⁹ expoſuit:in quo clamamus
Abba pater.
¶ Abbas.atis:ab abba ſimiliter pater dicitur:Quo
etiā nomine ſignificatur ipſa abbatis dignitas:ſed in
hoc diſputatio eſt inter doctores linguarū:q vnico
b:ſcribi oporteat contra vulgi opinionem.
¶ Abbatiſſa fœmi.ab abbate. Hiero. de modo viuē
di. Quum a ſemitis iuſtitię deuiant ſpamet etiam ab
batiſſa cognoſcet.
¶ Abbatia.tię.a recētioribus capitur tā p abbatis di-
gnitate:q̄ p loco in quo habitat abbas:ſed qm nimis
male ſonat grecos imitatus per th. ſcriberem ſemper
Abathia penultima longa.
¶ Abas.antis.per vnū b nomen eſt Argiuorum Re
gis proprium. Abantes populi Ionū inter Achiuos
ſicut Herodo. ſcribit.
¶ Abatoa pe.cor. latine dicitur inacceſſibilis. Fit enī
ab α priuatiua:vt diximus:et βαίνω.i.vado:in cuius
aoriſto eſt ſine augumēto more Ionico: βῆν βῆς βῆ.
ὅθεν.i. vnde βατὸς καὶ ἄβατος. eſt aūt βαίνω verbum
anomalum multa ſignificans:vado:aſcēdo:vnio:de
ſcendo:& pleraq alia. Quo nomine dicta eſt inſula
in extremis Aegypti palude Memphitica poſita:q
ad illam ppter limi et papyrorū copiā difficillimus ſit
aditus:vbi primū Nilus magno fragrore deſcēdit:di
cente Luca. lib. x. Hinc Abaton:quā noſtra colit ve-
neranda vetuſtas Terra potēs. Hoc nomine etiā vo-
catus eſt locus vltra Aegyptū & Aethyopas ✱ Iuxta
Paludem:quam Stygem vocant.
¶ Abacti dicebātur magiſtratus:qui coacti depoſue
rant imperium.
¶ Abactores qui ſint quęre in dictione Abigeus.
¶ Abaphus pe.cor. latine dicitur nō tinctus:Sic Di
bapha dicitur bis tincta: ὅτι ἐκ ϛερητικοῦ μορίου καὶ βά
πτω τὸ λούω καὶ τὸ χρωματίζω. ὅθεν βαπτιϛὴς καὶ
βάπται περὶ ὧν ἀριϛοφάνης. ✱ Hoc eſt. Q m a priuati
ua particula et bapto:tingo:lauo:et coloro:vnde Ba
ptiſta.i.tinctor et baptę.i. fucati et ſacerdotes quidā
de quib⁹ Ariſtophanes. ¶ Quare Baptę ſacerdotes
vel baptiſta nihil aliud ſignificant:q̄ immerſores.
¶ Absuus penultima cor. dictus eſt pater proaui:q
non longe abſit ab auo. Sic Abauia mater proaui.
¶ Abdera penultima produ. vrbs Thracię Demo-
criti philoſophi:et Protagorę ſophiſtę patria:quam
Diomedis ſoror condidit:et a ſe cognominauit. De
hac Ouidius. Aut te deuoueat certis abdera diebus.
Hęc poſtea collapſa Clazemone a Clazemonijs ex
Aſia venientibus:qui eā in minorem formā redege-
runt/vocata eſt:iuxta quam Byſtonū ſtagnum fuiſſe
dicitur:in quo cūcta natantia demerguntur:vnde no
men habet βυϑίζω neco:demergo:hinc fit nomen pa
trium Abderita.

¶ Abdico.as.pe.cor.expello quaſi longe dico:amoueo:vnde et abdicare filium dicimus:quod eſt bonis priuare:et quaſi extra familiã abijcere dum pater adhuc viuit. Exhęredatio vero poſt mortẽ prĩs proprie fieri dicitur. La.lib.ij. Quæ facta quũ pater recognouiſſet abdicauit atq; expulit filiũ. Et abdicare eſt renũtiare:qđ ptinet ad magiſtratũ. Liuiꝰ lib.iiij. Dictator bello ita geſto:vt tm̃ nõ fortũę defuiſſe videretur:fœlicitate q̃ gloria maior in vrbẽ rediijt:magiſtratuq; ſe abdicauit. Itẽ repudiare. Teren. Sed ex Glycerio natũ vt vidit puerulũ Chremes recuſat nuptias:generũ abdicat. Itẽ negare. Pacu.in Atlanta. Regno expellunt:conſanguineã eſſe abdicant.

¶ Abdico.is.pe.p.xi.tũ.ſignat abnego deteſtorq;.

¶ Abdo.dis.didi.itũ ex ab et do ſcilicet abſcõdo. Li.li.ii. Abdito intra veſtẽ ferro pficiſcit̃. Virg.pro incluſo poſuit. Sed pater omĩpotẽs ſpelũcis abdidit atris

¶ Abdo indeclinabile nomẽ pphetę eſt: et apud nos ſeruus eius interpretat̃:debet pnũtiari ſic: ἀβδὼ.

¶ Abdomen pe.p.ſignificat pinguedinẽ:q̃ ſpinę adhęret: & in qua renes iacẽt:dictũ ꝙ abditum ſit. Iuue. Mõtani quoq; vẽter adeſt abdomie tardus. Cor.Cel. lib.iiij. Ipſa aũt ilia inter coxas et pubẽ in imo ventre poſita ſunt:a qbus ac pube abdomen ſurſum verſus ad pcordia peruenit. Plau.in Cur. Pernã:abdomẽ:ſuis glãdiũ. Quidã abdomẽ intelligũt ſumen: hoc eſt ſuilla cũ lacte ſuo mãmas:a lacte iã fugato et abdito ex vicino:ſumpta occaſione quum abdomẽ interius ſit ſumẽ vero exterius. Pli.li.xi. Huius et ſumẽ optimũ: ſi modo fœtus nõ hauſerit:eiectitiũ deterrimũ: Antiqui abdomen vocant.

¶ Abduco.is.pe.pro.ſignificat inde ſeu extra duco Sallu. Reliquos Catilina p mõtes aſpros magnis itineribus in agrũ Piſtorienſem abducit. Lact. lib.iiii. p violenter ducere poſuit atq; abigere. Poſtremo capti: abductiq; Babylonẽ pœnas impietatis ſuę graui ſeruitio ppenderũt. Sic Curtius quũ ait armentũ omne abductũ. Interdũ abducere eſt a loco vel a pſona abſtrahere alienare. Qu.Metel. Me interea nec domeſticus dolor: nec cuiuſq̃ iniuria ab Rep.abducet. Ci. li.i. Tuſcul. p tranſlationẽ dixit. Magni eſt ingenii reuocare mentẽ a ſenſibus: et cogitationẽ a cõſuetudine abducere. Interdũ ponitur p ſimplici. Liuius. Flauius ſupplementum ab Roma abduxerat.

¶ Abeo.is.iui.vel ii.itũ.diſcedo. Liuius.li.i. Hæc locutus ſublimis abiit. Inde abitus et abitio p diſceſſu. Teren.in Heau. Propter eã hęc turba:atq; abitio venit. Et abire dicitur:qđ nos paulatim deſerit. Idem in Adelph. Mẽſes abierũt decẽ.i. effluxerũt. Et abi dicimus quaſi hęrenti:morantiq;. Idẽ. Vos iſtęc intro auferte:abite. Quãq; abire denotat motũ ad quẽ:qđ eſt ire:q̃uis et motũ de quo incluſum habeat. Hiero.li.i. Reg. Abiit ergo Dauid: et viri eius in Ceilam.

¶ Abe linę penul.produ.dictæ ſunt auellanæ ab Abellino Campanię oppido:vbi abundant.

⁎ Abemo cõpoſitũ ab ab et emo ſignificat quaſi adimo:quod dictum videtur pro abimo. Plautꝰ. Abemito veſtem. CorC.

¶ Aberceo.es.ex ab et arceo ſignificat prohibeo. Plautus. Atq; eam abercet domo.

¶ Aberro.as.valde erro:lõge digredior. Lact.li.iiii. A quo hi duo riui ſi aberrauerint areſcant neceſſe eſt. Cice lib.v.Tuſcul. Sed redeat: vnde aberrauit oratio. Inde aberratio profugium. Idem Caſſio. Verũtamen aliam aberrationem a moleſtiis non habemus.

¶ Aberunco.as.cõponitur ex duabus præpoſitionibus:ſcilicet e cũ rũco:et ab cũ erunco. Runcare vero eſt vellere:nã pprie de hęrbis dicitur quum euellũtur Columel.lib.ij. Frequentẽ tamẽ exigũt ſarritionẽ et runcationem:vt hærbis liberentur. Erunco ſimiliter. Idem de medica. Quum ſeueris eam:ſępius irrigato Paucos deinde poſt dies vbi cœperit fruticare:om̃es alterius generis hęrbas eruncato. Aberunco aũt per tranſlationẽ. Cice.de fi.bo.poſuit p auerto: depello et euerto. Dij malint meliora:atq; vtinã amentiã aberũcaſſint meã. ⁎ Quod Cice.ab Lucilio ſumpſit: vbi ſcribendũ docet Cornucop. aberũcaſſint: a verbo aberuncaſſo. Liuius libro.viij. Placuit ad aberuncandã deorum iram victimas cædi.

¶ Abfore pe.cor.ſignificat abfuturũ eſſe: Quæ duo per b ſcribũtur:ne ſi per geminũ ff ſcriberentur compoſita quis crederet ex ad:quæ oppoſitũ ſignificaret Nã vt illa non futurũ dicunt: cũ ad tempus denegent: ſic iſta quũ aduenturũ tempus deſignant. Ouid. Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur affore tempus. Licet Sta. lib.j.The.accipe videatur in ſignificatiõe præſentis. Senſit manifeſto numine ductos Affore quos nexis ambagibus augur Apollo. Sic abforem pro abeſſem affore m adeſſem. Virg. Atq; vtinã rex ipſe noto compulſus eodem Afforet Aeneas. De aliis a Fore compoſitis vide in dictione Forem.

¶ Abgrego as.pe.cor.ab grege duco vel ex pluribꝰ gregibus partes ſubduco. Huic contrariũ eſt aggrego:qđ eſt addo:et quaſi in gregem duco. Diſgrego vero et ſegrego pro diſiungo poni ſolent: quibus cõtrarium eſt Congrego.

¶ Abhinc vna pars: et cũ accuſatiuo ſignificat ante hac. Teren.in And. Interea mulier quędã ab hinc triẽnium ex Andro cõmigrauit huic viciniæ. Sic dicimꝰ Abhinc decem annos:pro ante decem annos.

¶ Abhorreo.es.rui. modo cũ accuſatiuo: modo cũ ablatiuo iungitur. Liuius lib.iiii. Parũ abhorrens famã ampliatã. Sueto.de Aug. Nam pumillos atq; diſtortos:et om̃s generis eiuſdem: vt ludibria naturæ maliq; ominis abhorruit. Lact.lib.iii. Non eſt ſapientia:ſi cœtũ hoim abhorret. De ablatiuo abunde repeꝛiuntur exempla. Nec mirũ ſi accuſatiuũ regit et ablatiuum: qm̃ eius ſimplex horreo duplici ſignificatiõe fungitur:hoc eſt horridus ſum. Hiero. Horrebant ſacco mẽbra deformia. Et timeo. Virg.lib.iii. Geor. Nec varios horret ſtrepitus. Et in altera ablatiuo:in altera accuſatiuo cõſtruitur:hoc facit abhorreo: cuius ſignificatio duplex eſt: duplicíq; caſu cõſtruitur. Quũ eñi accuſatiuo iũgitur in ſimili fere ſignificatione ſumit̃ qua horreo. Tunc eñi quaſi rem proximã audire:vel aſpicere id pertimeſcimus execramurq;. Cum vero ablatiuo: tunc procul nos eſſe ab eo: qđ non placet: vel qđ refugimus demõſtramus: vt ſi dixero: hanc rẽ abhorreo:ſignificat execror: et pati nequeo. Abhorreo ab hac re.i.alienus factus ſum: vel procul eſſe volo. A multis eñi pcul eſſe volumus: vt a rebus venereis:licet noſtris ſenſibus plęrunq; odioſę nõ ſint: ſed animi moderatione ab illis abeſſe ſtudemꝰ: ne nobis officiant. Forte decepit Lauren. Vallam ab præpoſitio:quę ablatiuũ exigere videtur. Sed ſi hoc in plęriſq; verbis fiat:non tamen in om̃ibus: ſicut in aboleo: abluo: et huiuſcemodi:quæ accuſatiuum:non ablatiuum poſtulant. Ambro.lib.i.officiorũ hoc verbo vſꝰ eſt abſolute:quum inquit. Legimus officium dici a nobis poſſe: nec ratio ipſa abhorret: id eſt aliena eſt: quandoquidem ab efficiendo dictum putamus: quaſi efficium.

¶ Abhorteſco valde timeo: ſeu in horrorem habeo. et quaſi videre non patior. Lactantius de ira. Quem

terra contremiſcit: cœlumq; et mare: et latebræ tartareę. et dęmones abhorreſcunt.

✱ Abhortor. C C. idem vult quod adhortor: ſed contrarium putem: idemq; fere: quod dehortor.

❡ Abies abietis: penultima correpta: arbor dicta: q pręcęteris arboribus longe eat. Hanc quidã gallicam vocant propter candorem. Hęc arbor pulcherrima in trabibus: vt inquit Plinius libro decimoſexto. Pręcipua aũt dos eſt criſpantibus: & intorto quodã diſcurſu venarum pretioſis. Pondus ſuſtinere in ædificiis valida eſt. Abies etiam in tranſuerſum poſita renititur ponderi: nec temere rumpitur: priuſq; carie: q̃ viribus deficit. Abies arborum altiſſima rectiſſimaq; eſt: cuius pars inferior enodis eſt: et Sappinus vocatur: ſuperior nodoſa duriorq; eſt: et Fuſternam vocant: quando pręcipit Cato prælum ex ſappino faciẽdũ intelligi vult ex abiete enodi: quę pars a terra eſt. Huius diminutiuum eſt abiecula: gręce dicitur ἐλάτη forſan ab ἐλάω impello: produco: prolongo.

❡ Abiegnus a. um: quod eſt materiatum ex abiete: vt abiegnę trabes.

❡ Abietarius faber lignarius negocyator: ab abietibus et aliis lignorum generibus: vt apud Exod. Faciant opera abietarii. Hi etiã materiarii dicuntur a materia: cuius nomine ligna: quę ad ędificandum fulciẽdumq; neceſſaria ſunt: intelligenda eſſe declarat Iureconſultus.

❡ Abiicio. cis. penultima correpta: et per geminum ii. quia mutatur a in i. quę tamen in pręterito conuertitur in e. Eſt aũt abiicere a ſe longe iacere: reiicere: vilipendere. Lactantius lib. iiii. Docerẽtq; iuſtitiam: quã populus perfidus abiecerat. Vnde abiecti dicũtur viles: ac contempti.

❡ Abiecto. ctas. frequentatiuum ſignificat frequenter abiicio.

❡ Abigo. gis. penultima correp. ex ab et ago. ſignificat rem odioſam: moleſtam: damnoſamq; a loco fugo: vt abegi canes a cœnaculo: et aues a ſegete. Quãdoq; abigere eſt abducere: & hoc ſiue vi: ſeu dolo fiat Liui⁹. Herculem in ea loca Geryone interempto boues mira ſpecie abegiſſe. Refertur quãdoq; ad hoies et quãdoq; ad res ſpirituales. Plautus. Abigam ego tã illum aduenientem ab ędibus. Leo Papa. Abigatur prope terrenarũ caligo rationũ. Huic ſimile eſt amoueo: ſed initius: Plautus. Amoui a foribus maximã moleſtiam. Quandoq; ſignificat ſimpliciter ante pellere: vt fit quũ boues ad paſcua mittuntur. Varro li. ii. Itaq; greges ouium longe abiguntur ex Apulia in Samnium ęſtiuatum.

❡ Abigeus et abactor vtrunq; ab abigo. Et eſt abactor: quicunq; greges abducit. Nam abactores vocãtur pecuariorum animalium fures latrunculiue. Abigei aũt: vt auctor eſt Vlpianus: proprie dicuntur: qui pecora de paſcuis: vel ex armẽtis ſubtrahunt: et quodammodo deprædantur: et abigendi ſtudium quaſi artem exercent: equos de armentis: vel oues de gregibus abducentes. Cęterum ſi quis ouem oberrantẽ: vel equos in ſolitudine relictos abduxerit: nõ eſt abigeus: ſed fur potius. Scribit et Claudius. Quantitas diſcernit furem ab abigeo. Qui eñ vnam ſuem ſurripuerit: vt fur coercebitur: qui gregem vt abigeus.

❡ Abigeatus. tus. ipſe abigendi actus: ſiue crimẽ ab actionis intelligitur.

❡ Abyla penultima producta: poteſt tamen eſſe dichrona. Stephanus Byzantius multa in libro de populis: et vrbibus: et Dionyſius Libycus ἀλλ᾽ ἤτοι τῷ μὲν κάτη μὲν ἀγαῶν ἐσὶν ἰβήρων γείτων ὠκεανοῖο πρὸς ἑσπέρου ἐν δὲ διάκρυσιν λαῶν ἀλύβη κεῖται μία τῆς δὲ ὑπένερθε ταρτησσὸς χαρίεσσα. ✱ Sed vltimus iberiæ terminus oceano proxim⁹ eſt ad Heſperon: qua pręſertim vna ex colũnis Abyla viſitur: infra quã vrbs amœna Tarteſſos. ❡ Vbi multa Euſtathius ſcribit. Et notandum eſt alybam dici a Gręcis: et non abylã: niſi dicamus eſſe metatheſin: ſed ſit vt iubeat: omnino per y pſilon ſcribi oportere clarum eſt: mõs eſt excelſus Calpę: qui in hiſpania eſt oppoſitus: quos ambos Herculis columnas dicunt.

❡ Abintegro penultima naturaliter corre. ſignificat quaſi res perfecta rurſus inchoetur.

❡ Abinteſtato aduerbium: ſignificat ſine teſtamẽto: vt talis vel talis abinteſtato deceſſit. i. ſine teſtamẽto.

❡ Abiudico: abiudicas: penultima correpta ſignificat rem: de qua controuerſia eſt per iudicium aufero: alieno ve: vnde ager abiudicatus a Liuio dictus: quẽ Romani per iniquum iudicium interceperant eripuerantq; Marcus. T. C. in Ver. acti ij. Nulla res cuiuſq̃ tam patria: atq; auita fuit: quæ non imperio iſtius abiudicaretur. Huic contrarium eſt adiudico: quod eſt p ſententiam: et iudicium tribuo aſſigno ve: vt eſt illud Et adiudicauit fieri petitionem eorum. Paſſim huiuſmodi exempla inuenire eſt.

❡ Abiungo abiungis: ſeparo. Virgilius libro tertio Georgicon. It triſtis arator Mœrentem abiungens fraterna cæde iuuencum. Huic contrarium eſt Adiũgo: adiungis.

❡ Abiugo: abiugas: penultima, correpta: proprie a iugo alieno: ſed per tranſlationem ſignificat a re: cui dicatus ſum diſiungo. Pacuuius. Quæ res ab ſtabulis abiugat certum eſt loqui. Huic contrarium eſt adiugo: quod eſt iuxta iugo: quod fit quum duo boues ad vnum iugum iunguntur. Plautus per tranſlationem dixit. Mater eſt anima adiugat voluntatem. Et Lactantius de opificio dei. At eñ prouiſum eſt in ſingulis quibuſcũq; fingendis: quatenus ex miniſterio membrorum ad neceſſaria vitæ vterentur: & quaten⁹ adiugatis corporibus et lata ſoboles vniuerſas generatim conſeruaret animantes.

❡ Abiuro abiuras penultima producta ſignificat rẽ mihi creditam iureiurando nego. Plau. in Cur. Egon a Lenone quicq̃ mancipio accipio: quibus iui nihil eſt niſi vna lingua: qui abiurauit ſi quid creditum eſt. Et abiurare eſt contra ius aliquid tenere. Virg. li. viij. Abſtractæq; boues abiuratæq; rapinæ.

❡ Abiurati dicuntur qui vinculo quodam amicitiæ aſtricti ſunt. Hi ab aliis deuoti appellantur. Plinius in prologo. Scito conferentem me auctores depręhendiſſe ab abiuratiſſimis & ꝓximis veteres trãſcriptos neq; nominatos. i. coniunctiſſimis.

❡ Ablacto ablactas a lacte remoueo. Hiero. in libro primo Regum ſic inquit. Non vadam donec ablactetur infans.

❡ Ablaqueo ablaqueas a laqueis expedio: ſed in frequentiore vſu ſignificat: quod vulgo dicitur diſcalcio: quod fit quum circum arbores fodimus terram: et radices ſuperiores recidimus: vt magis fructificent. Columella rei ruſticę ſcriptor libro tertio ſic inquit. Vinea vetus neq; ablaqueanda eſt: ne radices: quas in ſummo habet inareſcant: neq; aranda: ne radices abrumpantur. Palladius. Ianuario menſe locis temperatis ablaqueandæ ſunt vites: quod Itali excodicare appellant: id eſt circa vitis codicem dolabra terrã diligenter aperire: vt ſolis temporibus: et imbribus prouocentur.

❡ Ablatiuus caſus quandoq; pro genitiuo ponitur.

Virgilius. Illa ferax oleo eſt. Quandoq; pro accuſatiuo: vt Gratior et pulchro veniens in corpore virtus.

¶ Ablego. gas. penultima p. ducta. inde aliquo mitto. Liuius li. j. Pueros venatum ablegauit. Dicitur et de animalibus. Columella libro. vij. Itaq; quũ ablegabuntur in ea loca perducenda erunt: quibus nullũ impaſcitur pecus.

¶ Ablepſia ἀβλεψία latine cęcitas et inconſyderantia: et habet accentũ in penultima λέγεται καὶ τυφλότης ὅτι ἀσερητική ἐστὶ καὶ βλάπτω τὸ ὁρᾶν .i. dicitur et Typlotes. i. cæcitas: Siquidẽ α priuatiua eſt et blepo aſpicio.

¶ Abligurio abliguris penultima correpta liguriendo abſumo. Terentius in Eunucho. Itidem patria q̃ abliguerat bona.

¶ Abloco. as. penul. correpta: alijs loco affi cto. Vide in dictione: loco. Similiter Abluo. Quęre in eius ſimplici: loco.

¶ Abluo abluis. Vide in dictione lauo. as.

¶ Abnego abnegas pe. cor. maxime nego qđ maxime profiteri debeo: vt fidem: pietatem: et huiuſmodi: quod vulgo renegare dicitur. Lactan. lib. v. Nec enĩ poterunt: retinere pietatem: qui communem omnium patrem Deum tanq̃ prodigi atq; rebelles liberi abnegaſſent.

¶ Abnepos penultima correpta: filius pronepotis: quaſi ſeiunctus a nepote. Eſt enim inter ipſum et nepotem pronepos.

¶ Abnormis ſine norma. Horatius libro Sermonũ. Ruſticus abnormis ſapiens.

¶ Abnuo abnuis. nui. nutũ. ex ab et nuo: & eſt ſigno capitis aliq̃d ſemel nego: q̃uis et oculis: et manibus id fieri poſſit. Nuere enĩ apud veteres pro velle ponebatur. Vnde nuius: et numẽ: quod eſt dei nutus: Hoc eſt imperiũ et poteſtas. Virg. Meo ſine numine venti audetis. Nut⁹ vero ſignificat: quod fit oculis: vel capite: vel manibus. Idem. Annuit et totũ nutu tremefecit olympũ. Ponitur & p̱ volũtate: quę ex huiuſmodi ſigno declaratur: ſiue affirmando: ſiue negãdo. Liuius. Sub vmbra Scipionis ciuitatẽ dominam orbis terrarũ latere: nutus eius pro decretis patrũ p̱ populi iuſſis eſſe. Plinius lib. i. epiſtolarũ docet nutu dici: qñ annuimus: renutum: quando recuſamus. Sic enĩ ait. Nam ego quoq; ſimili nutu: ac renutu reſp̃dere voto tuo poſſum. Sueto. vero in Veſpaſi. nutũ accipit p̱ renutu: quũ ait. Adoleſcentulum fragrantẽ vnguento: cũ pro impetrata præfectura gratias ageret: nutu aſpernat⁹: voce etiã grauiſſima increpuit: Maluiſſem allium oboluiſſes: literaſq; reuocauit. A Nuo fit Nuto nutas frequentatiuũ: quod eſt ſæpe capite huiuſce modi ſignũ facio. Quandoq; etiam nutare ponitur p̱ moueri: et quaſi ruinam minari: tractum a motu capitis: quod inclinando affirmare: et concutiendo negare ſolemus. Vnde nutare ædificia dicimus: quũ male ſolidata ruinã minitantur. Transfertur etiã ad animũ et pro titubare. i. dubitare ſumitur: in quam ptẽ vertendum ſit. Abnuto penultima producta eſt ſępe ſigno capitis abnuẽtis quippiam nego. Plau in Capti. Quid mihi abnutas? Cõtraria huic verbo abnuo ſũt nuo: annuo pro aſſentior: et nutu aſſenſum pręſto faueo. Innuo ſigno aliquo voluntatem meam oſtẽdo: ſiue affirmem: ſiue negem aliquid. Terent. Nihil niſi abiens mihi innuit. Renuo: refuto. Nonius inter nutare: nuere: et nictare hoc intereſſe ſcribit: q̱ nutare capitis ſit inclinando: aut in gyrum mouẽdo: Nuere manum: vel labiorum: Nictare oculorum patefaciendo eos: aut claudendo: vel vtrunq; vel alterũ. Plautus in Aſin. Nec illa vlli homini nutet: nictet: annuat. Hoc eſt nec capite ſignum faciat: nec faciẽ aſſentiatur: nec oculis quicq̃ indicet.

¶ Aboleo aboles penultima correpta. leui: vel lui. letum: vel litum. ſignificat caſſo: tollo: abrado: deſtruo vt ne odor quidem eius relinquatur. Lactan. libro. j. Decretum eſt: vt hi libri abolerentur.

¶ Aboleſco ad nihilum redigor. Columella libro. iiij. Eademq; nec imbribus putreſcit: nec ſiccitatibus aboleſcit.

¶ Abolla veſtis ſenatoria. quaſi abulla: q̱ vndiq; ſit bullata. Alii accipiunt abollam pro veſte duplici panno confecta: vt ſcholaſtica: et græce diploide: quæ ẽt quandoq; pro veſte militari ſumitur: vt eſt apud Iuuenalem. Noſcit cui dederat tyriam Criſpinus abollam. Quandoq; pro veſte Cynici philoſophi. Nam gręci milites et philoſophi palliati ſeu chlamydati incedebant. Vnde Martianus de cynico philoſopho. Cærea quẽ nudi tegit vxor abolla grabati: q̃uis χλαμὺς χλαμύδος λέγεται ἀπὸ τοῦ χλιαίνειν τροπῇ τοῦ ν εἰς μ: σημαίνει δὲ ἱμάτιον τὴν θερμότητα. Hoc eſt Chlamys chlamydis dicitur a verbo chienein: quod ẽ tepefacere: litera n in m conuerſa: ſignificat autẽ palliũ calidiatẽ. ¶ Ita ſcribit Nicolaus actiacus: et Moſchopulus: et p̱prie chlæna dicit̃: id eſt ſagũ: ſuppara veſtiſq;: neq; chlamys ſignificat id genus indumenti quod vulgus appellat zupponnẽ: nam Gręci nõ habebant: nec in Græcia etiam iſtis temporibus vtũtur vt oſtendit Homerus vbiq;: et ideo vide ne erres: ſed vtebãtur (vt ita dicam) vno correcto: vt videmus in Græcia.

¶ Abominor pen. cor. ex ab & ominor: de quo infra. Eſt aũt abominari execrari: faſtidire: et quaſi pro malo omine hr̃e. Pli. Abominamur recedente aliquo ab epulis ſimul verri ſolum: aut bibẽte cõuiua menſam vel repoſitorium tolli inauſpicatiſſimum iudicatur: græce dicitur βδελύττομαι.

¶ Aborigines pe. cor. quaſi ſine origine dicti ſunt populi antiquiſſimi: q̃ tenuerũt agrum: qui nunc populi Romani eſt: quia vagi et ſine laribus erãt: aut quaſi q̱ primi viſi ſint tanq̃ editi ſine patrib⁹: aut q̱ ex varia gentiũ colluuione mixti erant. Hi poſtea aduentu æneę phrygibus iuncti Latini vno nomine appellati ſunt. Poſſunt tamen et aliarũ vrbium aborigines dici primi cultores: ac ſi ſint terra geniti homies a principio ibi commorãtes ἕλληνισὶ προτερογένεες καλοῦνται ὄνομα σύνθετον ἀπὸ τοῦ πρότερος καὶ τοῦ γεννάω λεγόντες καὶ ἐγχώριοι. Hoc eſt gręce Protogenees .i. primogeniti aborigines dicuntur: nomie cõpoſito a proteros i. prior: & gennao i. genero: Dicuntur etiã Enchorij. i. indigenę: quo vocabulo Ambroſius Hexameron. v. vtitur.

¶ Abortior. eris. vel iris. abortiuũ facio. Var. Vinũ qđ ibi natũ ſit in quodã loco: ſi pręgnans biberit: fieri vt aboriatur. Gel. lib. xi. Nituntur vt fœtus quoq; ip̃i in corpe ſuo cõcepti aboriãtur. Hinc abortus aborta ab ortũ: et abortus. tus. dictus q̱ non ſit tempeſtiue ort⁹ Pli. Extat in monumentis medicorũ: et quibus talia conſectari curę fuit vno abortu duodecim puerperia Nonius. Aborior etiam aborſum facit: quod tamen ab abordior magis eſt: et hanc inter abortum et aborſum ſignat diſtantiam: q̱ aborſus ille dicẽdus ſit: qui eſt in primis menſibus: quum conceptus exordiũ factum eſt. Abortus proprie tempus pariẽdi: tunc enĩ morit̃: gręcẽ ἐκτιτρώσκω. i. abortio dicitur: et inde ἔκτρωμα ἐκτρώματος abortiuus: dicitur ab ἐξ καὶ τιτρώσκω. i. ab ex et τιτρώσκω vulnero.

¶ Abortiuus.ua.uum.penultima producta: qđ abortũ facere poteſt. Plini⁹. Oſcitatio quidem in enixu letalis eſt: ſicut ſternutaſſe a coitu abortiuum.

¶ Abortium idem quod abortus. Hieronymus ad Pamma. Dum crebris abortijs et experta fœcunditate concepta iam deſperat liberos: paſſa eſt aliquid de Rachelis exemplo.

¶ Abortio abortionis idem quod abortium. Gellius libro.iii. Cum abortio quibuſdam: non partus videretur intempeſtiuitas. Per tranſlationem Cicero pro Cluẽtio poſuit. Sed hæc ſolutio legatorum: non merces abortionis appellanda ſit.

¶ Abortio.is.iui.immaturum fœtum do. Columella libro octauo. Nec tamen ea ſola cauſa abortit: ſed etiam glans: quum citra ſatietatem data eſt. Eſt et abortior verbum deponens.

¶ Aborto abortas eſt eiuſdem ſignificationis cũ abortio. Nã ſignificat abortiuũ facere. Iulius Firmicus lib.vi.Matheſeos. Abortauit filios geminos.

⁎ Abpatruus: Propatruus: et Patruus maximus idẽ ſunt: id eſt pater abaui: et proaui. C.

¶ Abrado abradis penultima pducta de aliquo qppiam aufero. Columella.lib.iii. Arida et vetera: quæ falce amputari non poſſunt: acuta dolabra abradito.

¶ Ab re quaſi preter rem: preter rationẽ: hoc eſt indecens preter propoſitũ: ſine cauſa. Sueto.in Auguſto Et quãdo ad hoc ventũ eſt non ab re fuerit ſubtexere: quę ei priuſq̃ naſceretur in ipo natali die deinceps euenerint. id eſt præter propoſitum: ſine ratione: ſiue inconueniens. Liuius. Hęc ſi omnis diuini humaniq; iuris memoria aboleuit noua peregrinaq; oia priſcis ac patriis præferendo: haud ab re duxi verbis quoq; ipſis: vt tradita nuncupataq; ſunt referre.

¶ Ab re tua ſignificat a negotiis tuis familiaribus: ſeu contra commodum tuum. Teren.in Heau. Tantum ne eſt ab re tua tibi: aliena vt cures quę nihil ad te attinent. Huic contrariũ eſt: ex re tua: quod eſt ex vtilitate et commodo tuo: ſicut E republica ex vtilitate et cõmodo publico. ⁎ Idẽ dicitur E re: hoc eſt ex vtilitate: vt Digeſtis. Si certũ petatur in prin. e re eſt.&c. Vbi miſere ſudat interpres: dubitans an legendum ſit here pro heriliter. Teren. quoq; aliter legi ſolet.

¶ Abrenuntio abrenũtias ex ab et re: et nuntio ſignificat a me renuntiando amoueo: renuo. Et tam datiuo: q̃ accuſatiuo iungitur.

¶ Abripio abripis penultima correpta quaſi aufero eſt. Nam de his dicitur: quę auferri poſſunt: vt veſtis liber: et huiuſcemodi. Aliquando abripere eſt vi abducere: vt virum: mulierem: iumenta. Terẽ.in Eunu. Ex Attica hãc abreptam. Cice.ad Quirites. Nec paſtiamini me a meis liberis abſtractum: a coniuge abreptum: ab aris: focisq; innocentem pieclum vitã degere in exilio. Nã ab pprie rei ablationẽ denotat. Huic contrarium eſt arripio: quod ex ad et rapio componitur: quę attractionẽ ſignificat. Vnde & pro accipio ponitur. Cicero in Catone Non cani: non rugæ repente auctoritatem arripe poſſunt: ſed honeſte acta ſuperior ętas fructus capit auctoritatis extremos. Aliquando ſignificat vehemẽter ad me rapio: vt ſi quum celeri quadã animi corporiſq; vehemẽtia ad nos trahimus Liuius libro.i. Tum Tarquinius neceſſitate: iam etiã cogente vltima audere ipſa multo: et ętate: et viribus validior medium Seruium arripit: elatumq; e curia in inferiorem partem per gradus deiicit. Aliquando ſubito eleuo. Plau.in Curcu. Vix foras me arripui Aliquando celeriter rapere inuadere. Virgilius. Hanc arripe velis.

¶ Abrogo abrogas: penultima correpta: infirmo. Seruius. Abrogatur legi quũ prorſus tollitur lex: derogatur: quũ pars ſuſtollitur. Cice.ad Herenniũ. Illa defenſio tenuis eſt: quum oſtenditur id factũ eſſe: qđ ea lex ſanciat: cui legi abrogatum vel derogatum ſit. Dicimus aũt abrogatur legi: et abrogatur lex. Interdum abrogare eſt p rogationẽ auferre. Cui contrariũ eſt arrogare. Liuius lib iii. Vt quicquid vi tribunitia arrogatum eſſet: id comitijs ibi abrogaretur. Interdũ eſt ſimpliciter auferre. Cice.lib.i.ad Heren. Nam & periculoſum eſt: nequãdo plus minuſve dicamus: et ſuſpicionẽ affert auditori meditationis et artificij: quæ res fidem abrogat orationi. Abrogari quoq; (vt ſcribit Gellius) dicuntur qui quũ ſui iuris ſunt: in alienã ſeſe poteſtatem tradunt: eiuſq; rei ipſi auctores ſunt.

¶ Abrotanum penultima correpta herba calidę virtutis. Hora. Abrotanũ ægro non audet: niſi qui didicit dare: ſed Aetius Amidenus libro ſimpliciũ multa de abrotano: & Galenus de ſimplici medicina: & Dioſcorides.

¶ Abrodię tus cognomẽ fuit Vlyſſis pictoris nobiliſſimi: qđ latine ſignificat delicatum atq; elegans. Talem aũt ſeipe putauit: Herculẽq; Lindi fecit/ aſſeuerãs eum a ſe talem pictũ: qualem ſępe in quiete vidiſſet.

¶ Abrotonon nomen mulieris ab ἁβρὸν τὸ τρυφερὸν: quod eſt glabrum ſiue delicatum latine: amplexibus apta dicitur. ⁎ In quo vocabulo id iubet adnotare quę apud Gręcos in on exeũt: apđ nos in um exire. In um autẽ exeuntia omnia eſſe neutra: pręter mulierum propria: quæ fœminina ſunt: vt Glycerium: Philotium: Euſtochium: et ſimilia. Licet ergo vtriq; ſexui cõueniant: vt Scortum et Mancipium: Et pluralia in a pro hominibus ponantur: vt ſeruitia pro ſeruis: Miniſteria pro miniſtris: Et licet flumen notent: vt Rhenum: Cruſtumiũ: Aut fructuum nomina pro arborum nominibus ponãtur: vt poma apud Tibullum: Aut q̃uis animalia (quæ pauciſſima ſunt: & aut maſculina: aut fœminina: aut communia eſſe debẽt) ſignificent: vt oſtrea: tamẽ quia in um exeunt aut ſingulariter per um terminentur: ſupradicta omnia cenſebuntur neutra.

¶ Abrumpo: incido: interrũpo: diſſicio. auello. Virgilius libro tertio Georgicon. Nec ſomnos abrumpit cura ſalubres. Vnde loca abrupta diuulſa: atq; ob id inuia dicuntur. Diuus Hieronymus libro primo Regũ. Perrexit Saul ad inueſtigandum Dauid etiã ſuper abruptiſſimas petras: quę ſolis ibicibus peruiæ ſunt. Huius ſignificationis eſt Prę rumpo.

¶ Aba ſignificat id: quod apud gręcos ἀπό. Et vt in litera a tactũ eſt gaudet præponi incipientibus ab q. et t. Terentius. Aba quiuis homine beneficium accipere gaudeas: Sic diligor abs te dicimus.

¶ Abſarus amnis Armenię in Pontum defluens: qui cum Pariedris montibus Armeniam minorem claudit. Cornucop.

¶ Abſcedo abſcedis penultima producta: ex abs et cedo ſignificat recedo. A quo abſceſſus et abſceſſio: quę fere idẽ ſignificant: ⁎ Quũ tamen acceſſus et acceſſio ſępe differant: Nam acceſſus eſt aggreſſus: acceſſio incrementum: et interdum aggreſſio: De quibus alibi latius dicemus. Aliquãdo tamen abſceſſus dicitur concurſus mali humoris in aliquam partem corporis: ex quo ſuppuratio fit: quam Gręci vocant Apoſtema.

¶ Abſcido abſcidis penultima producta ex abs et cędo ſignificat inde ſeco: vt eſt illud. Et abſcidit auriculam eius dextram. ⁎ Quod tamẽ media correpta

quidam pronuntiant tanq̃ ab abſcindo ſit præteritū cuius media interdum corripitur: vt Aenei. iij. Heſperium ſiculo latus abſcidit: aruaq; & vrbes &c. Quinetiam frequentior eſt vſus verbi abſcindo q̃ abſcido cum contra præcido frequentius q̃ præſcindo reperiatur.

¶ Abſcindo abſcindis. Inde ſcindo. Iuuen. Quid tamen expectant phrygio quos tempus erat iam More ſuperuacuam cultris abſcindere carnem?

¶ Abſcio abſcis. Abſcire ē de memoria exire. ✳ Deſcire autē vt ſuo loco dicemus eſt ab obedientia prioris ducis diſcedere.

¶ Abſcondo abſcōdis: di. abſconditū vel abſcōſum occulo. Vnde Abſconſum abditum occultum.

¶ Abſimilis. multum diſſimilis. Columella lib. iiij. Materiam fructūq;: niſi q̧ duplicem non abſimilem minor germanę gerit. ✳ Frequens autē eſt huius vocabuli cum negatione vſus: vt haud aut non abſimilis: & cætera. Quę locutio figurata eſt & fere per liptoten plus innuit cū minus dicat. vt hic. Non abſimi ē dixiſſe videtur pro plane & multum ſimilem.

¶ Abſentio abſentis abſenſi abſenſum ſignificat diſſentio. ✳ nā qui minime conuenit abſentire videtur. ✳ Abſens & Abſente nobis. Vide Abſum.

¶ Abſynthium hęrba amara a qua populi quidā cognominati ſunt: qui iuxta pōtum habitāt: vbi mons eiuſdem nominis habetur. Ouidius lib. v. de triſtib⁹. Cana prius gelido deſint abſynthia ponto. Græce ἀβσύνθιον τοῦ ἀβσυνθίου vulgo dicunt medicum: vel aſſenzo hortorum eſt. ✳ Theodorus tamen ἀψίνθιον ſcribit.

¶ Abſis abſidos ſiue græcorum Hapſis: fornix: & curuatura proprie in curribus ἀπὸ τοῦ ἅπτειν. i. tāgendo licet multa ſignificet: quia rotę cum voluūtur contingant terram. Sed in cœlo Abſides capiuntur pro circulis ἀψὶς ἀψῖδος pro macula retis: vt Homerus libro quinto Iliados. eſtq; curuatura rotæ. ſ. lignum ſupra rotas tenens ſchiaias. Immo curuatura rotarum: in quas figuntur radij: vt libro ſecūdo Heſiodus. ἄξονα ἑπταπόδην μάλα γάρ νύ τοι ἄρμενος οὕτω εἰ δέκεν ὀκταπόδην ἀπὸ καὶ σφῦραν κε τάμοιο. τρισπίθαμον δ᾽ ἄψιν τάμνειν δεκαδώρῳ ἀμάξῃ. & axem ſeptem pedum: valde enim vtiq; tibi ſufficiens ſit: ſi aut octopedalem: etiam malleum abſcinderes trium palmorum aſpidem decē lignis compacto curru: ita ſunt de verbo ad verbū traducta: ſed quoniā locus iſte Heſiodi eſt dubius videamus interpretem. Manuel itaq; moſchopolus interpres ibi ſic ſcribit. εἰς κατασκευὴν δ᾽ ἀψῖδος τέμνε ξύλον τριῶν σπιθαμῶν ἕνεκα ἁμάξης δώδεκα δώρου ἢ ἵνα ποιήσῃς ἁμάξαν ταύτης τὸν τροχὸν τῆς ἁμάξης δεκαδώρων τὴν διάμετρον ἔχοντα. ✳ hoc eſt. Ad apparatum autem apſidos diuide lignum trium palmorū gratia currus duodecim palmorū: vel vt facias currum ſiue reuolutionem currus duodecim palmorum habentem diametron. Sed de neutris moſchus dicit quid eſt dicere hoc? intellige autem tu textum qui eſt clariſſimus ſic: trium ſpithamorum latitudine diametri in circunferentia rotæ incide curuaturam rotarum: quia non ſunt graues bobus ad trahendum incide dico currui compacto de decem lignis. i. qui currus fit ex pluribus lignis. & decanus eſt numerus qui eſt perfectus: nam δοῦρον dicitur lignū: ſed dorice ου vertitur in ω & dicitur δῶρα lignū q̃uis ſit etiā genus menſuræ ſpithama eſt menſura a cuſpide pollicis ad extremitatem annularis digiti.

¶ Abſiſto abſiſtis a loco: ſiue inde diſcedo. Vergili⁹. Nec prius abſiſtit q̃ ſeptem ingentia victor. Corpora fundat humi. Huic cōtrarium eſt aſſiſto. Sed cum locus exprimitur abſcedo tantum ſignificat. Idem libro ſeptimo. Centum ærei claudunt vectes æternaq; ferri Robora: nec cuſtos abſiſtit limine ianus. Quandoq; abſiſtere ponitur pro deſinere: abſtinere. Liuius libro nono. Legatos miſere ad conſulem Romanum vt receptis equitibus: qui cauſa belli eſſent abſiſteret obſidiōe. Claud. Abſiſte rogari ✳ In quorū vltimo exemplo non videtur ita verbi proprietas obſeruata: vt in ſuperioribus. Nam ſiſtere non eſt abſolute: ſtare: aut pręſentē eſſe: ſed facere ſtare aut adeſſe. Vnde eſt illud poetæ Annam chara mihi nutrix huc ſiſte ſororem. Quocirca abſiſtere nō tam eſt deſinere vt in Claudiani exemplo: pro quo ſępe deſiſtere vſurpatur: q̃ abſcedere: vt in Liuiano dicto.

¶ Abſoluo abſoluis: perficio: finio: Gellius libro ſecundo Septima fere hebdomade. i. nono & quadrageſimo die totus homo in vtero abſoluitur. Item Abſoluere eſt parcere: & pretio reddito dimittere: liberare. Liuius libro ſecundo: Latę deinde leges. quæ conſulem regni ſuſpitione abſoluerent: id eſt liberarent. Sed cum de peccato: ſiue de peccati pœna agitur: genitiuum regere poteſt. Cicero libro ſecundo ad Herennium. Cæcilius iudex abſoluit iniuriarum illū qui. L. Accium Poetam in ſcæna nominatim lęſerat. Plinius libro. xiiij. Inuenimus Egnati vxorem cum vinum bibiſſet e dolio interfectam fuiſſe a marito: Eumq; cædis a Romulo abſolutum. Item Euadere Plautus in Amphitryone. Curauit vno vt fœtu fieret: vno vt labore abſoluat ęrumnas duas. Item. Expedire: vt apud eundem in Cur. Sequere hac te abſoluam: qua adueniſti gratia. Et in Epi. Te abſoluam breui.

¶ Abſonus abſona abſonum penultima correpta qđ eſt parui ſoni: & fere ſine ſono: vel non recte ſonans. Liuius libro primo. Hæc ferme Romulo regnante domi: militięq; geſta: quorum nihil abſonum fidei. Cicero propric. Sed ſunt quidam aut lingua ita hęſitantes: aut ita voce abſoni.

¶ Abſono abſonas penultima correpta diſſono male ſono. Vide in ſono.

¶ Abſorbeo abſorbes abſorbui: abſorbitum: & abſorbo abſorbis abſorpſi. ptum valde: ſiue in totum ſorbeo deuoro.

¶ Abſq; præpoſitio ſeparatiua eſt: vt abſq; pecunia difficile vitam traducas. Aliquando eſt aduerbium. Terentius in Hæcyra. Q; fortunatus ſum cæteris rebus abſq; vna hæc foret hanc matrē habens. ✳ Vbi potius legetur abſq; vna hęc foret: q̃ hac foret: Nam ſenſus eſt abſq;: id eſt niſi hæc vna. ſ. res: videlicet coniunx ex alieno (vt tunc putabat) pariens eſſet. Et licet abſq; eſt ſeparatiua præpoſitio: ab tamen & abs paſſionem aut diſceſſionem notāt: vt diligor abs te: diſcedo abs quolibet improbo. Cæterum ab abs et au nihil differre videntur præterq̃ in conſonantia. Nam vni verbo in diuerſis temporibus non mutata ſignificatione præpoſita per compoſitionem competiuntur. Dicimus enim in præſenti & eius temporibus aufero: auferebam: auferam: aufer: auferrē. &c. In præterito autem & inde deductis abs: vt abſtuli: abſtuleram: abſtuliſſem: abſtulero: abſtuliſſe: porro in ſupino: & ab eo natis ab: vt ablatum: ablatu: ablatio &c. Mirum autem eſt. q̧ q; particula quę cum aliis ſignificationem auget: ſiue affirmatiuā: vt atq; ſiue negatiuam: vt neq; cum abs poſita priuet: nā abſq; fere idem eſt: quod ſine. ſed de his ſatis eſt A Sc.

¶ Abſtemius: qui ſe a temeto .i. vino abſtinet: componitur ex abſtineo & temeto. Sed nota q̄ aliter ſentio q̄ latini in hac dictione: quoniam μέθη græce dicitur ebrietas. Vnde per literarum transpoſitionem addendo ion latini dixerunt themeton: ergo prima eſt longa. & cum th ſcribi oportet. quia fortaſſe aliquis interrogaret quęreretq̄ vnde θήμιος cum ἀπό γίγνεται ἀποθήμιος .i. themios cū apo fit apothemios: ſed eliſa o vertitur in π tenuis in ſuā aſpiratā & dicit̄ ἀφθήμιος aphtemius. Non ergo temeton dicitur q̄ tentet mentem: neq̄ ſic ſcribi debet abſtemius: niſi ob eam regulam latinorum: q̄ græca parce in latinum detorqueantur: poſtea in fœminino dicitur Abſtemia. Ouidius libro decimoquinto. Clitorio quicunq̄ ſitim de fonte leuauit: Vina fugit: gaudetq̄ meris abſthemius vndis.

¶ Abſterreo abſterres ſignificat amoueo: repello: p̄hibeo.

¶ Aſtineo abſtines penultima correpta ex abs & teneo ſignificat tempero: & fere contineo. Terentius. Non manum abſtines maſtigia. Iungitur quandoq̄ genitiuo. Horatius libro tertio Carmi. Mox vbi luſit ſatis abſtineto dixit irarum. Quãdoq̄ ablatiuo cum præpoſitione. Plautus in Amphitryone. Qui poſſum hinc fortis a me: vt abſtineat manum. Iuſti. libro primo ſine præpoſitione dixit. Contentiq̄ victoria imperio abſtinebant.

¶ Abſtinentia eſt virtus: qua ab alienis abſtinemus: nihil cuiq̄ eripientes. Abſtorqueo vide torqueo.

¶ Abſto abſtas abſtiti abſtitum & abſtatum ſignificat longe ſto. Ouidius tamen libro decimo Met. Abſtit pro abſtitit dixit. Halcyone lachrymas: & quę par admonet abſtit. Ab vtiq̄ vel abs ideo priuationem ſignificat: quoniam quãtum poſſunt latini vel a grecia accipiunt: vel græcos imitantur. ὥσπερ τῷ παραδείγματι σῖτος καὶ σὺν ἀπό γίγνεται ἀπόσιτος ὃν ποιητικῶς ἀλλὰ κοινῶς· αὐτός φορτίζω ἀποφορτίζω φάσκω ἀποφάσκω. ✱ hoc eſt. Vt in exemplo. Nomē ſiton .i. cibus & cum apo fit apoſitos non poetice ſed cõmuniter: ſic phortizo .i. onero: apophortizo .i. exonero: phaſko .i. dico. apophaſko .i. nego. Et nota q̄ ſto ſtas in cõpoſitione facit apud grauiſſimos auctores in prçteritis aui: vt reſto reſtas reſtaui. Vt Propertius. Si quid reſtauerit vmbras: ſic etiam multi alij antiqui ſcriptores: ſed ne in tam friuolis longior ſim pro manifeſto approbatoq̄ relinquimus: ſed ſit vt libet manifeſtum eſt q̄ abs venit ex græco: vt vidim⁹ ſupra: & etiam ſto ſtas ab eodem fonte Grçcorum deducitur. Vt ἱστάω ἱστῶ κατ' ἀφαίρεσιν ✱ i. hiſtao hiſto per aphęreſim: ſto latini dixere.

¶ Abſtraho: quaſi per vim: aut arte aliqua aufero. Cicero libro primo Tuſculanarum. Certe ſi tunc occidiſſemus mors a malis: nõ a bonis abſtraxiſſet. Huic contrarium eſt Attraho.

¶ Abſtrudo abſtrudis penultima producta: ex abs et trudo ſignificat abſcondo / vel claudo: ſed Seruio auctore differunt q̄ abſcondere ſit de induſtria. Abſtrudere a natura. Vergilius. Vt venis ſilicis abſtruſum excuderet ignem. Plautus in prolo. aul. Atq̄ aulæ timens domo ſublatam varijs abſtrudit locis. Idem ibi in argumento. Auro formidat Euclio abſtrudit fores i. claudit. ✱ Legam obſtrudit.

¶ Abſtuli ab aufero præteritū eſt: ſignificatq̄ Aſportauit: ademit: eripuit vel atollo.

¶ Abſum longe ſum diſcedo: eſt eadem ratio in hoc verbo compoſito: quam diximus in verbo illo abſto abſtas: quoniam abs more græcorum mutat ſignificationem in dictionibus: & facit per cõtrarium ſignificare: ſum .i. præſens exiſto: ſed abſum id eſt nõ ſum hic. Sal. Neq̄ animus: neq̄ corpus a vobis aberit. Aliter Li. Romana caſtra inquit .xx. milium ſpatio aberant. hoc modo Col. lib. ſexto. Tabulata inter ſe minus trinis pedibus abſint: id eſt diſtãtes ſint. Hinc abſens: ſicut a præſum præſens. Vlpia. Abſentem accipimus eum: qui non eſt in eo loco: in quo petitur. Non enim tranſmare abſentem deſyderamus. Et ſi forte extra continentiam vrbis ſit: abeſt. Cæterum vſq̄ ad continentiã non abeſſe videbitur ſi non latitet. Abeſſe autem non videbitur: qui ab hoſtibus captus eſt: ſed qui a latronibus detinetur. Paulus. Abeſſe res videtur: ſi veſtimentū ſciſſum reddatur: vel res corrupta reddita ſit: veluti ſcyphi colliſi: aut tabula raſa pictura: quoniam earum rerum pretium non in ſubſtãtia: ſed in arte ſit poſitum. Item ſi eam dominus rem: quæ ſibi furto aberat: ignorans emerit recte dicitur res abeſſe: etiã ſi id poſtea ita eſſe ſcierit: quia videtur res et abeſſe: cui pretiū abeſt. Abeſſe etiam (ſcribit Caius) quæ in rebus humanis nõ ſunt. Dicimus autē more Attico. Abſente nobis: & pręſente nobis: pro abſentibus: & præſentibus nobis: ſicut apente aliquis actiuū apud Terentiū in Adelphis: & Plaut. in Am. Nec nobis præſente quiſq̄ aliqui auſi ſunt. Ab abſens fit abſentior: & abſentiſſimus. Auguſtinus libro quarto confeſſio. Mente atq̄ ſenſu abſentiſſimus.

¶ Abſentaneus abſentanea abſentaneum: quod in abſentia fit: Abſentia vero ab abſens fit.

¶ Abſento abſentas: abſentē facio: ſeu abſens ſum: Claudianus. Quæ ni quę tale receſſu maluerit damnare decus veritamq̄ dearum colloquio patris procul abſentauerit aſtris.

¶ Abſumo abſumis penultima p̄ducta profundo: conſumo: quaſi inde ſumo. Ouidius libro primo Faſtorum. Quęrere vi abſumãt abſumpta requirere certant. Plinius libro vigeſimoſexto. Corpora defunctorum condita in eo abſumi conſtat intra quadrageſimum diem. Iuſtinus. Huius temporibus aquarum illuuies maiorem partem græcię abſumpſit. Auguſtinus libro tertio ciui. dei: pro morior poſuit: q̄ qui moriuntur de medio tolluntur. Lucretius (inquit) anteq̄ annus terminaretur: abſumptus eſt. Huius cõtrarium eſt aſſumo quod eſt accipio: & ad me ſumo. Cicero. Neq̄ id onus inuitus aſſumpſit. Per tranſlationē ſignificat Attribuo: vt apud eundē. Si id mihi aſſumo: videor id mihi meo iure quodam vendicare.

¶ Abſurdus abſurda abſurdum: q̄d eſt diſpar diuerſum: abhorrens: incõueniens: ſtultū: deforme: odioſum: iniquū. Cicero in Lęl. Auaritia vero ſenilis quid ſibi velit non intelligo. Poteſt enim quicq̄ eſſe abſurdius q̄ quo minus vię reſtat eo plus viatici q̄rere?

¶ Abſyrtus Colchorum regis filius: quem Medea ſoror lacerauit iuxta fluuium Abſyrtum in quem cõuerſum ferunt poetæ. Sed aliud ſcribit Orpheus in argonauticis libro ſecundo: & aliud Apolonius Rhodius & Lucillius: Theon: & Sophocleus eius interpres libro quarto argonauticorum. Plurimi fuerunt qui apud græcos argonautica ſcripſerunt: & dicūt Iaſona Medeam ad phęacas adduxiſſe adhuc intactam et Abſyrtus frater grandi multitudine armatorum ſororem eſt & Iaſona ſubſecutus: adeo q̄ Arete vxor Alcynoi regis phęacum & ipſe rex determinauerunt reddi ſi intacta eſſet: quo cognito ſecū dormiuit: & eo modo habuerūt recedendi facultatem. Fuit inſuper Abſyrtus ſcriptor grçcus mirificus: qui ſcri-

ſticus: qui ſcripſit de medicandis equis & de cura ani-
malium & eorum medicina: eumq; & pulcherrimum
& emendatiſſimum habet Antonius Vicecomes vir
vt magnificus ita bonarũ literarum ſtudioſus in Me-
diolano & ſtudioſorũ fautor ſummus.

¶ Abſyrtides inſulæ ſunt in adriatico mari. Plinius
hiſto. libro tertio. Abſyrtides a Graijs dictæ a fratre
Medeæ ibi interfecto nomine Abſyrto. Pomponius
in Adriatico ſunt Abſorus celaduſa abſyrtis. Iſſa.

¶ Abundo abundas ex ab: & vndo. Vnde fiunt & ex
undo & inundo. Eſt autem abundare affluere: & ſupra
modum aliquem quippiam poſſidere. Tractum ab
amnibus: qui quo magis augentur imbribus eo ma-
ioribus: & crebrioribus vndis eriguntur. Dicitur etiã
quis abundare. qui ſucceſſu proſpero affluit. Terenti-
us in Phormione. Amore abundas Antipho. Dici-
muſq;: ego abundo pecunia: & pecunia abundat mi-
hi. Auguſtinus libro conf. Nam id furatus ſum quod
mihi abũdat. Statius in Achilleide. Cum accuſatiuo.
modo ſanguine teucros vndabit campos. Hinc abũ-
dans pro diuite pecunioſo: potente: profluente.

¶ Abundantia: opulentia ſatietas. Abundanter ab
abundans aduerbium. Abunde ab abundo ſignifi-
cat copioſe ſatis ſuperq;. Exundare valde vndare ſi-
ue alueum exire. Ambroſius Cito lutum colligit am-
nis exundans. Inundare intus: vel valde vndare: id ẽ
implere. Idem Deniq; ebrij putabantur: quibus ſpiri-
tus ſanctus inundabat. Quandoq; abſolute ponitur
pro creſcere: & extra alueum verſari. Plinius. Anteq̃
Nilus inundaret. Quandoq; pro abluere: & accuſati-
uo iungitur. Idem. Agros & ſata inundauit. Hinc in-
undatio pro diluuio: & per tranſlationem pro abun-
dantia: & multitudine: Vt apud Eſaiam. Inundatio
camelorum operiet te.

⁎ Abuolo: volando diſcedo ſicut auolo. C.

¶ Abutor penultima producta: in vſum conſumo.
Plautus in aſinaria. Vbi illa quæ dedi ante abuſa ſi
ea durarent mihi. mulier mitterẽtur ad te. Sæpius ta-
men in malam partem: & perperam ſiue nimis licen-
ter vtor ſignificat: vt fit: cum vtimur aliqua re contra
id ad quod eſt inſtituta: vt ſi in templo negotia ſæcu-
laria tractemus: dicamur templo abuti. Cicero. Noli
abuti nimis patientia noſtra. Donatus. Vtimur his re-
bus: quæ nobis vtentibus permanent: Abutimur his
quæ nobis vtentibus pereunt. Ex quo vſus: & abu-
ſus videntur contraria. Nam vſui eſt ager: domus:
Abuſui vinum: oleum: & huiuſmodi. Cicero. Nõ de-
bet inquit ea mulier: cui vir bonorum ſuorum vſum
legauit cellis vinarijs plenis relictis: putare id ad ſe p-
tinere. Vſus enim non abuſus legatus eſt. Per tranſ-
lationem vero de tempore: & labore dicitur abuti: cũ
ſtra tẽpus in aliqua re magno cũ ſudore poſitum fru
ſtra conterimus. Terentius. Nam in ſcribundis prologis
operam abutitur: id eſt tempore & labore: Dicim⁹ au-
tem abutor hac re & hanc rem. Plautus in Bac. Nos
aurum abuſos. Hinc abuſus abuſa abuſum. Abuſus
abuſus. & abuſio. Abuſiue aduerbium: quod eſt im-
proprie: & contra naturam vſumq;.

¶ Abydos penultima producta vrbs Aſiæ a Mile-
ſijs condita. Gyge lydorum rege permittente: qui to-
tius Troadis imperium habuit. Cui Seſtos in Euro-
pa opponitur intercedente anguſto maris caſu virgi-
nis Helleſponto nuncupato. Id cum Aſiam ab Eu-
ropa diuidebat Xerſes põte cõiunxit. Hinc abidenus
abidena abydenum. veluti Leander Abydenus dict⁹
eſt: Vnde & Muſæus. σηϛὸσ ἔην καὶ ἄβυδοσ ἐναντίον
ἐγγύθι πόντου γείτονεσ ἐισὶ πόληεσ. Et ſubdit ἡ μὲν
σηϛὸν ἔναιεν ὁ δὲ πτολίεθρον ἀβύδου: ἀμφοτέρων
πολίων περικαλλέεσ ἀϛέρεσ ἄμφω ἴκελοι ἀλλή-
λοισι. ⁎ Hoc eſt Seſtos erat et Abydos cõtra: prope
Pontũ vicinæ ſunt vrbes. Et ſubdit. Hęc quidem Se-
ſton habitabat: ille oppidũ Abydi: ambarum vrbiũ
pulchra ſydera: ambo inter ſeſe ſimiles.

¶ Abyſſus eſt immenſa quędam profunditas: et im-
penetrabilis et incõprehenſibilis: et maxime in aqua-
rum multitudine. Ibi enĩ altitudo inquit Auguſtin⁹:
ibi profunditas: quę penetrari vſq; ad fundum nõ po-
teſt. Omnis aqua: omnis humida natura atq; ſubſtã-
tia cũcuq; diffuſa per maria et flumina: et antra et
occulta ſimul vno nomie abyſſus vocatur. Ambro.
libro Hexame. Abyſſum et multitudinem: et profun-
dum aquarum dici: lectio euangelica docet: vbi roga-
bant ſaluatorem dęmonia: ne iuberet illis: vt in abyſ-
ſum irent.

A ante. L.

¶ Ac coniunctio copulatiua eſt: vt doctus ac iuſtus
es. Aliquando aduerbium eſt: et accipitur pro q̃: vt
haud ſecus ac iuſſi faciunt. Aliquando: ſicut docet
Donatus: ſignificat contra q̃. Terentius in And. Ne-
ſcio quid ubi ſum oblitus hodie: ac volui dicere.

⁎ Ac et acſi venuſte ponuntur poſt pinde acceptum
pro ita: vt ſuperbis perinde acſi rex eſſes.

¶ Acachia a gręcis dicitur ſuccus e pomis expreſſus
arboris Silicon: quam corrupte vulgo Siliquã appel-
lant: quoniam ἀκακία dicitur innocentia.

¶ Academia locus nemoroſus ab athenis mille paſſi-
bus diſtans: ab academo heroe: vt Eupolidi placet:
ſic appellatus Gymnaſium Platonis celebratiſſimũ
Horatius. Atq; inter ſyluas Academi quęrere verum
Ibi natus eſt Plato vbi cum philoſopharetur illuden-
di vſu & diſcipulorum frequentia morumq; celebri-
tate inſignis fuit. Vnde Academici philoſophi: ſicut
& Areopagitæ ab areopago. Fuit & academia villa
memoratu digna ab auerno lacu puteolos tendenti-
bus impoſita littori: celebrata porticu: & nemore: quã
Cicero Academiam vocabat: ab exemplo Athena-
rum ibi compoſitis voluminibus eiſdem nominibus
in quæ monumentum ſibi extruxerat. Eratq; acade-
mia gymnaſium iferius cum ſuperiori gymnaſio no-
men eſſet lyceum: quæ & inferior ambulatio: & ſupe-
rior dicebantur. Lyceum vero nomine ſcholæ Ariſto-
telicæ. Huius nominis academia penultima produci-
tur a Cicerone. Inq; academia vmbrifera nitidoq; ly-
ceo. Sic & in alio verſu laureæ Tullij. Atq; academię
celebratam nomine villam. Verum alij eam corripi-
unt: vt etium communis vſus ſeruat Claudianus. In
latium ſpretis academia migrat athenis. Sidonius.
Obruet & q̃q̃ totis academia ſectis: Ratio eſt: quoni
am eſt vna de dichronis. Sic Vergi de Sychęo.

⁎ Acanantide vel acanantida: vetus nomen Cy-
pri inſulæ. C.

¶ Achantus puer in florem ſui nominis conuerſus.
Vergilius. Et circumtextum croceo velamen achan-
tho. Plinius libro vigeſimoſecundo. Docet acanthũ
eſſe herbam topiariam lato: longoq; folio margines
crepidinem veſtientem. Inde ponitur pro flexuoſo
ornatu. Quidam putant hęrbam eſſe ſimilem ſpinæ
albæ & habere folia minora: & aculeata lanugine. Ser-
uius in Pollione dixit eſſe arborem ſemper florentem
quaſi ſpinis plenam. Nam eſt ſpinoſa quæ in Cyre-
naica inſula abundas. Vergilius libro ſecundo Gęor-
gicorum. Et baccas ſemper frondentis achanti. Eſt etiã

hoc nomine oppidum in Macedonia: ſiue Aetolia: quæ eſt vrbs Aramanum: in qua mutas eſſe cicadas Stephanus auctor græcus ſcripſit.

¶ Achanthis acanthidis auis ſtridula quæ & carduelis: quæ ſpinis & carduis paſcitur. Nam ἄκανθα Acantha ſpina ἀκανθών ſpinetum. Vergilius geor. libro. iij. Reſonant & acanthida dumi. Hæc & Acanthylis vocatur.

¶ Acapis: penultima correpta fluuius Aſiæ apud Lazós populos.

¶ Acapna dicuntur ligna: quæ ad ignem ſicca habentur: ꝙ ſint ſine fumo καπνὸς Latine fumus. Hinc genus quoddam mellis: quod ad argentarias gignitur. Acapniſtum dicitur: id eſt a fumo purgatum.

¶ Acaron penultima correpta ciuitas Paleſtinæ quę Cæſarea vocatur.

¶ Acara penultima correpta oppidum eſt in medio Pannoniæ.

¶ Acarnania Epiri para: quam Achelous ab Aetolia diuidit. In hac eſt oppidum Leucas. Eſt & regio quędam parua in Aegypto dicta Acarnania. Sicut ſcribit Seruius in librum quintum æneidos.

¶ Acarpos latine infructuoſus. Acarpia fructuum priuatio dicitur: καρπὸς enim fructus eſt.

¶ Acaſtus Peliæ Theſſalorum regis filius. Acaſta nympha oceani & tethyos filia.

¶ Acuſtos latine minime vſtus dicitur: nam καίομαι eſt ardeo καῦμα calor intenſus.

¶ Acatalectos verſus: cui nulla ſyllaba deficit.

¶ Acatiū genus nauigij actuarij. Iulius Pollux ſcribit velum in naui maximum eſſe: ſicut minimum dolonem. tertium quod retrorſum panditur Epidromū.

⁎ Acutiæ ſpina cuius ſemen lenticulæ ſimile: minor eſt tamen & grano & folliculo. Cor.

¶ Accedo accedis penultima producta aduenio: appropinquo: quaſi iuxta eo. Cuius contrarium eſt abſcedo. Vergilius. Vos & ſcyllęam rabiem penituſq; ſonantis Acceſtis ſcopulos. Accedere quandoq; eſt aures adhibere: curare & plurimi facere. Nam non ſolum corpore: ſed etiam animo accedere ſolemus: vt accedo ſententiæ tuæ: id eſt adhęreo tanq̄ bonę. Quandoq; adiungere: Sed in tertia tantum perſona ſingularis: vel pluralis numeri: & in ſignificatione paſſiua: vt hoc calamitatibus meis: vel ad calamitates meas malum acceſſit. In quo ſignificato quandoq; ablatiuum cum præpoſitione damus. Liuius. Hæc tibi a me dotalia dona accedent. Ab accedo pro aduenio fit acceſſus acceſſus. Ab accedit pro adiungitur fit acceſſio pro adiectione: & incremento quorum contraria ſunt receſſus: & remiſſio. Seneca. Magna rebus noſtris facta erit acceſſio. Inuenitur etiam acceſſio. Inuenitur etiam acceſſio pro aduentu: ſicut deceſſio pro receſſu. Cicero. Eorum neq; acceſſiōe vitam meliorem fieri: neq; deceſſione peiorem.

¶ Accelero acceleras penultima correpta propero feſtino: celeriter vado: vt accelera: vt eruas me.

¶ Accendo accendis accendi accenſum. Ex ad & cādo a in e mutata: Licet nō ſit in vſu: non a candeo: vt quidam putauerunt: ꝙ habeat ſignificationem neutralem. Accendo vero actiuam: Neq; a cendo quod nuſq̄ legitur: neq; eſſe poteſt: quoniam cum accendo in eadem ſignificatione ſumatur cum candeo: q̄uis illud in actiua: hoc in neutra: ex hoc candeo formatum eſſe oportet a verbo: Cui ſecundum analogiam aſſimiletur. Igitur cando eſſe conuenit: non cendo: quoniam ſi cendo eſſet cendeo faceret non candeo. Iccirco cum candeo habeamus: & accendo ſicut & incendo: & ſuccendo ſimplex habere neceſſe ſit: neceſſario cando a quo candeo fit ipſorum ſimplex eſt: quippe quando pleraq; huius naturæ verba ſunt: vt ab albo albeo: a duro dureo: a pendo pendeo: & multa huiuſmodi: quas neutra deriuatiua ab actiuis eorum certū eſt eſſe: vt apud Priſcianum & Diomedem cernere licet. Eſt autem accendere ignem excitare inflammare: Virg. His accenſa ſuper. Per trāſlationem vero ſignificat animare: inueſtigare. Virgilius. Marteműq; accendere cantu.

¶ Accenſi (vt Marcellus ſcribit) generis militiæ erat adminiſtrantibus proximum: dicti ꝙ ad neceſſarias res ſæpius accirentur: veluti accerſiti. Feſtus vero ſic accenſi dicebantur: qui in locum mortuorum militū ſubrogabantur: & ad cenſum adijciebantur. Sed Varro rectius ſentire videtur: qui docet accēſos miniſtratores fuiſſe magiſtratuum: ab acciendo dictos: id eſt vocando. Nam accenſus inſtar præconis acciebat iuſſu conſulis Quirites ad concionem. Plinius libro ſeptimo. Poſt aliquot annos adiectus eſt: & meri dies accenſo conſulum id pronunciante. Erant ſinguli præſidibus prouinciarum accenſi. Quod munus nemini niſi libertis deferebatur: ſicut ſcripſit Cicero ad Quintum fratrem: cuius hæc ſunt verba. Accenſus ſit eo etiam numero: quo cum maiores noſtri eſſe voluerūt qui hoc non in beneficij loco: ſed in laboris: ac muneris non temere: niſi libertis deferebant. Aſconius autem ſic habet. Accenſus eſt nomen ordinis promotionis in militia: vt nunc dicitur princeps: vel commētarienſis: aut cornicularius.

¶ Accentus dicitur: quaſi adcantus: hoc eſt iuxta cātum: quia ad cantilenam vocis nos cognoſcere facit ſyllabas. græci proſodiā dicūt. ᾠδὴ ἀπὸ τῆς ἀοιδῆς ἀπὸ τοῦ ἀείδειν: καὶ πρὸς: κατὰ καὶ ὁ μικρὸν εἰς ω καὶ ὑπογράφεται ἰῶτα .i. ode ab aœdes ab aeidein: et pros a et o paruū in ω magnū et ſubſcribit iota. A latinis etiam Tonus: et Tenor vocatur: quia ibi ſonus creſcit: et deſinit. Definitur a quibuſdā: ꝙ ſit anima verborū: Ab aliis: ꝙ ſit vox ſyllabę. Hos veteres nunc moderamēta: nūc accentiunculas: nūc voculationes appellabāt. Sunt aūt tres accentus. Acutus. Grauis. et Circunflexus. Acutus dictus eſt: ꝙ acuat: et erigat ſyllabam. Grauis: ꝙ deprimat: et deponat: eſt em̄ cōtrarius acuto. Circunflexus: qui de acuto et graui cōſtat: incipiēs em̄ ab acuto: deſinit in grauem. De his apud Priſcianum: et Tortellium tractatum eſt.

⁎ Accepſo & acceptilatio ponuntur poſt Accipio.

¶ Accerſo accerſis accerſiui accerſitum: & arceſſo arceſſis vtrunq; tertiæ coniugationis ponitur pro euoco: ſeu advocandum eo. Actum enim corporis denotant: ſicut cętera in ſo terminata. Sed in præterito: nō autem in præſenti ſunt quartæ: quæ propterea deſyderatiua a grammaticis dicuntur: ꝙ nunq̄ fere eorum verborum actus ſine deſiderio fiant. Suetonius in Cęſare. A quo ad accerſendam claſſem in bithyniā miſſus deſedit apud Nicomedem. Terentius in Andria. Obſtetricem accerſo. Fit autem accerſo ab accio. Arceſſo vero ab arcio: quod idem eſt: cū apud antiquos: vt Priſcianus inquit: ar pro ad poni conſueuerit: vt Aruenas aruentores aruolare dicentes. Vnde oſtenditur recte arceſſo dici ab arcio quod nos accio dicimus. Claudianus libro tertio. Iuppiter interea cinctā thaumantida nimbis Ire iubet: totoq; deos arceſſere mundo. Apud Vergilium tamen libro quarto Georgico. pro attraho ponit eo mō: quo i Pſalmo. Os meū apui & attraxi ſpm̄. Hic pecudes armēta viros genus oē ferarū: Quemq; ſibi tenuis naſcētē arceſſere vitas.

Ex Accio ergo ſiue Arcio fiunt duo deriuatiua. Acerſo: & arceſſo: q̄q̄ & arceſſo ab arceo pro accuſo eſſe poſſit. Salluſtius in Iugurtha. Quo facilius indicio regis Scauri: & reliquorum quos pecuniæ captæ arceſſebant delicta patefierent.

¶ Acerſio accerſis quartæ coniugationis: & verbū actiuum: quod multi negant inueniri. Sed falluntur parum ſcripturas attendentes. Significatq; voco. Cicero libro quarto Tuſculanarum. Quem Cęcilius deum: qui non ſummū putet: aut ſtultum/aut rerum eſſe imperitū exiſtimet cui in manu ſit: quem eſſe dementem velit: quem ſapere: quem ſanare: quē in morbum inijci: quem contra amari: quem expeti: quem accerſiri. Liuius quoq; libro tertio ait. Placere itaq; patrem accerſire. Salluſtius circa finem Iugurthæ. Poſtremo Syllā accerſiri iubet. Hieronymus in Deuteronomio. Statimq; eum accerſiri facient. & interrogabunt. Et in actibus apoſtolicis. Accerſi Simonem quēdam: qui cognominatur Petrus. Sic & in multis locis: quos adducere ſuperfluum iudico.

¶ Accio accis acciui vel accij: accitum: penultima producta: ex ad & cio ſignificat Aduoco. Vnde accitus aduocatus. Hieronymus. Accito notario inquit. Hinc Accitus accitua. Vergilius. Regius accitu chari genitoris ad vrbem.

¶ Accido accidis. penultima correpta. ex ad/& cado proprie iuxta cado: & accidere eſt geſtum corporis in humilitatem cadentis oſtendere. Suetonius in Cęſare. Ad genua vltro ſibi accideret Salluſtius ſine p̄poſitione dixit. Quo accidam. Iureconſulti vſurpāt accidere pro mori: vt ſi quid filio meo acciderit. N. ſeruus meus eſto: ideſt ſi filius meus mortuus fuerit. In tertia perſona ſignificat præter ſpem euenire. Et hoc tam in bonū q̄ in malum. Terentius in Andria. Interea aliquid acciderit boni. Cicero. Nihil mali accidiſſe Scipioni putandum eſt. Hinc fit accidens participium & accidens nomen.

¶ Accingo accingis. Iuxta cingo. Res vero qua quis cingitur in ablatiuo magis q̄ accuſatiuo poni ſolet. Et vltra ablatiuum datiuum commode habere poteſt. Hieronymus libro quarto Regum. Vir piloſus & zona pellicea accinctus renibus. Interdum Accingere eſt parare ſiue expeditum promptūq; ad aliquid agendum reddere. Virgilius. Illi ſe prędę accingunt. Alio modo conſtruendi q̄ deprecetur regula: vt accinctus renibus. Vnde accinctos vocamus induſtrios expeditoſq;: contra diſcinctos ignauos: incomptos: negligenteſq; dicimus.

¶ Accipio accipis Capio: q̄q̄ ab inuicem ſeparētur. Sicuti in dictiōe capio dicetur. Interdum accipere eſt audire. Cicero in Catone. Accipite veterem orationē Archytæ. Interdum Sentire Terentius in Heautontumerumeno. Clinia aliter de amore tuo: atq; eſt accipis. Interdū cognoſcere intelligere: vt accepi te in patriam reuerſurum. Interdum Concipere. Virgilius libro. viij. Alij vētoſis follib⁹ auras: accipiūt reddūtq;. Interdum decipere. Lucilius. Sic inquā veteratorem illum veterem lupum Annibalem acceptum. Interdum tractare tam in malum q̄ in bonum. Terentius. Ego abs te miſeris ſum acceptus modis. Cicero. Roga ipſum quemadmodū ego eum Arimini accepi. Huius compoſitum eſt præaccipio.

¶ Acceptum dicitur gratū iucundū comprobatum.

¶ Acceptū fero: habeo pro accepto & fateor me accepiſſe quod non accepi cum nulla ſolutio interuenerit. Vnde acceptilatio dicta eſt liberatio vt docet Modeſtinus: quæ fit per interrogationem & reſponſionem: qua vtriſq; contingit ab eo nexu abſolutio. Dicendo enim quicquid tibi per ſtipulationem promiſi vel ex ſtipulatu debui habeſne acceptū? Et tu reſpōdeas habeo: acceptūq; fero: qua ſi dicas perinde habeo ac ſi accepiſſem a te per veram ſolutionem. Apotheca vero non alias: q̄ ſi pecunia ſoluta ſit inqt Vlp. Acceptum refero. Vide in dictione refero.

⁎ Accipenſer ſcribe Acipenſer. quia primā corripit.

¶ Acipenſer: ſeu aquipēſer. genus piſcis: q; frequēs accipiatur menſis. Habet ſquāmas ad os verſas qui apud antiquos in magna æſtimatione fuit. Mar. Ad palatinas acipēſera mittite mēſas Ambroſias ornāt munera rara dapes. ⁎ Quia a facit gręcanica vox eſt.

¶ Accipiter ab accipiēdis malo modo alijs auibus. Eſt enim auium rapax. Vide in falco.

¶ Accepſo veteres ꝓ acceperim dixere Pacu. Haud ſinam quicq̄ profari: priuſ q̄ accepſo quod peto.

¶ Accline adiectiuū penultima producta dicitur flexum incuruatū iacens humile. Et proprie in deſcenſu dicitur. Hieron. Scabellū accline & ex vna parte obliquū. Dicitur & acclinus. na. um. ſicut & interclinus: quo vſus eſt Ambro. in Egeſippo. Ciuitas inquit p̄rupta vndiq; prope erat interclina rupibus.

¶ Acclino. as. pun. p. ad aliqd flecto inclino. Hiero. ad Dama. Acclinatio noſtra vmbroſa eſt & inclino ꝓ inflecto. Declino deorſum flecto: quę a clino cōpoſita eſſe conuenit. Licet eorum ſimplex nō ſit in vſu.

¶ Accliuis: ſiue accliuus. ua. um. per u. penu. productum quod eſt leuiter erectum & accuminatum & proprie de aſcenſu dicitur: quaſi in cliuū acuminatum & pendulum ſurſum. Cuius contrarium eſt decliue: ſiue decliuum quod eſt inclinatum atq; incuruum pēdulum deorſum. Hinc accliuitas Cæſar. Ab eo flumine pari accliuitate collis naſcebatur.

¶ Accolo. is. pe. cor. apud ſiue iuxta colo. & de aquis montibuſq; dicit̄. Liui. li. iiij. Hi dimiſſis circa omnes populos legatis qui Etruſcum mare: quiq; Tyberim accolunt ad frumentum mercandum. Plinius. li. iiij. Perſæ rubrum mare ſemper accoluere.

¶ Accola penultima cor. vicinus aduentitius: q; adueniens terram colat. i. habitet: vt accola montis: qui prope montem habitat. Accola Padi. Accola campi qui iuxta Padū iuxta campū habet domū. Liui⁹ li. j. Paſtor accola eius loci nomine Cacus ferox viribus. Vergilius lib. vij. Amniſq; vadoſi Accola vulturni.

¶ Accōmodo. as. penul. cor. adhibeo: applico: adapto: apte colloco. Cice. libro. ij. de ora. Aphricano illi ſuperiori coronam ſibi in conuiuio ad caput accōmodanti. Idem Libro primo Offi. Qui ſe ad rempubli. & ad magnas res gerendas accōmodauere. Idē. Tantū dabit amicitię: vt maturā amici cauſam eſſe malit: vt orandę litis tempus quoad leges liceat accommodet. Interdum accommodatum ſignificat procliue propenſum. Idem. Ad ſummū gręcorum ocium potius q̄ ad illam vim aut tumultum accommodati.

¶ Accredo accredis penultima producta: ex ad & credo videtur ſignificare ad id quod creditur accedo quale Aſſentio ſiue aſſentior: ad ſententiam accedo. Collu. libro ſecundo. Idq; etiam non ſpernendus auctor rei ruſticę Sarſenna videtur accrediddiſſe. Eſt & acredo nomen per ſimplex c.

¶ Accreduo. duis. Idem qđ accredo. Plau. Neq; diuini: neq; mihi humani poſthac quicq̄ accreduas Arthemona. ⁎ Accreſco vide Creſco.

¶ Accumbo. bis. proprię adiaceo iuxta cubo. Hieron. in Deutero. Quando ſederis in domo tua: & ambulaueris: & accubueris atq; ſurrexeris ſcribes ea ſup

poſtes. Et lib. ij. Re. Accubuit Ammon & quaſi ægrotare cœpit. Et accumbere eſt in conuiuio eſſe. Cubabant enim antiqui veſcentes. Cice. Pæto. Accubueram hora nona. cum id litterarũ exemplũ in codicillis exaraui. Aſſignant quidã differentiã inter Accũbere Diſcumbere: & Recumbere. Quæ quoniã apud auctores minus ſeruetur: eam omittendam cenſui.

¶ Accubo. bas penultima corr. iuxta cubo. Sue. in Cæſare. Theatrum ſummæ magnitudinis: Tarpeio monti accubans. Alias ſignificat diſcũbo. Hinc Accubitor accubitrix: & accubito accubitas.

¶ Accubitus accubitus. ipſe accubandi actus: vt in canticis. Dum eſſet rex in accubitu ſuo: nardus mea dedit odorem ſuauitatis.

¶ Accubitum lectus in quo cubatur interdiu. Vnde apud Lampri. de Commodo ſcribitur: ꝙ non accubuit niſi in accubitis: quæ pilum leporinũ habuiſſent aut plumas perdicũ ſubalares. Hęc accubita alio nomine dicuntur Anaclinteria: & apud Florentinos Tuſcanica.

¶ Accumulo. las. penultima corre. augeo amplifico et quaſi ad cumulum addo.

¶ Accuro accuras penulti. producta & per ſimplex r ſignificat ſtudioſe & diligenter curo. Plautus in Epi. Remeabo intro: vt accurentur aduenietes hoſpites: Ci. in arte veteri Melius accurantur quæ ſine conſilio adminiſtrãtur. Hinc accuratus a. um. vbi magna adponitur cura. Cel. Cultu corporis nitido venuſtoq; nimiſq; accurato fuiſſe. Hinc peraccuratus. Ci. Apio pul. Peraccurate querebaris ꝙ eos tributa exigere vetarem.

¶ Accurro. ris. per duplex. rr. vide in dictione curro.

¶ Accuſo. ſas. pen. producta frequẽtatiuũ eſt ab accudo: ſicut docet Priſcian⁹. Componitur enim ex ad et cuſo: quod a Cudo deducitur. Ex quo compoſita. Incuſo/ Excuſo/ & recuſo: q̃q̃ non deſint qui dicant accuſo ex ad & cauſa: ſeu cauſor cõponi. Sed magis audiendus eſt Priſcianus: quia magis cõmoda fit cõpoſitio a cuſo frequentatiuo verbi Cudo qd cuſum ſupinũ facit. Eſt aũt accuſare aliquem: quaſi eũ apud iudicẽ percudere. Et hoc per tranſlationẽ: quaſi malleo ad incudẽ perfundere. vt in quã velit is qui accuſat formã redigatur: vnde proprie eſt apud iudicem vel aliũ & aliquando apud illũ quẽ accuſes oſtendere aliquẽ peccaſſe. Dicim⁹ aũt Accuſo te illi: apud illũ: vel coram illo magni ſceleris: aut de magno ſcelere. Id obſeruatũ fere cõperi: vt qd peccati nomen exprimit genitiuo: qd minus ablatiuo poneretur: vt te accuſaui homicidij: & alio ſcelere. Incuſare eſt alterius mores rep̃hendere: & plerũq; cũ querela ꝙ ab illo iniuria ſis affect⁹. Qui dixerũt incuſare de maiorib⁹ dici. Accuſare de paribus vel minoribus cõuincuntur ab auctoribus. Cæſar in primo com. Omniũ ordinũ adhibitis ad id conſilium centurionibus vehemẽter eos incuſauit Diome. Incuſante Cicerone Catilina cõuictus eſt. Cor. Taci. Intemperiẽ cœli incuſantes.

¶ Accuſatorius vir: qui alios accuſat. Accuſatorius liber: in quo continentur accuſationes.

¶ Accuſatiuus a. um. per qd quis accuſatur. Vnde accuſatiuus caſus dictus eſt: quia p hũc vel accuſam⁹: vel laudare videmur. Vnde & laudatiuus dicitur.

¶ Acelũ oppidũ credit̃ in Taruiſci agro: vnde Acelinus Romanus ſæuius famoſus inter recẽtiores hiſtorias auditur: hodie Aſulum dicitur: nunc reginæ Cypri Corneliæ prętorium: ſed falluntur quoniam eſt oppidum a Patauio ad decimũ lapidem verſus ateſtem: & Montagnanam.

¶ Acedia grece ἀκηδία latine pigritia: triſtitia: tędiũ anxietas: Inde acedior aris. qd ſignificat anxiũ eſſe: vñ locus ille pſal. Et anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus. ὅτι κήδω τὸ ἀλγέω καὶ ἀονέω χαλεπαίνω καίω θλίβω λύπω καὶ τὰ λοίπα. ὅθεν ἐπικήδιον λέγεται καὶ ἀκηδία ἀμέλεια καὶ τὸ ῥῆμα ἀκηδέω καὶ ἀκηδής.

✻ Quoniam cedo ſignificans doleo & exerceo: moleſte fero vexo & reliqua: vnde Epicedio dicit̃ & acedia: negligentia & verbum acedeo & acedes: ἀκηδής neglectus: inſepultus. Et propterea eſt ſyllaba longa: quoniam eſt η græco.

¶ Acephalus pen. cor. latine ſine capite dicitur. Nã α ſine κεφαλὴ caput: vnde Acephali verſus ſine capite dicuntur: quoniam a breui ſyllaba incipiant. Acephali hæretici quidam dicti ſint: quoniã nullus inuenitur auctor a quo exorti ſunt. Hi duarum in Chriſto ſubſtantiarum proprietatem negant: & vnã in eius perſona prędicant naturam.

¶ Aceſinus pen. pro. fluuius Perſię q in Indũ fluuiũ cadit magnus & nauigabilis circa quẽ ferunt harũdines tantæ magnitudinis naſci: vt ſingula internodia incolis præſtent vicem nauigij.

¶ Acer. ris. & aceris is fœ. gña cui⁹ prima ſyllaba corripitur nomen eſt arboris: a quo fit acernus a. um. qd eſt materiatũ ex ea arbore. Verg. Præcipue cũ iam trabibus cõſtaret acernis. Gręce dicit̃ ὀξύη dicit̃: & ὀξύϊνον acernus. Dicta acer ꝙ acria in ea artificũ ingenia exerceãtur. Eſt enim ampliſſima arbor & operũ elegãtis: ac ſubtilitate primũ poſt citrum locũ obtinet.

¶ Acer a. um. vel hic acer hęc acris & hoc acre prima pro. a quo acrior: & acerrimus ꝓprie ad vinũ acetum et huiuſmodi pertinet: nã ſaporis acetoſitatẽ ſignificat. Col. li. iij. Radice tenus vitẽ p̃ſcindito plagã acri aceto pariter ac lotio permixta terra linito eodẽq; radices irrigato. Transfertur ad alia & modo pro forti ponitur. Virg. li. ix. Haud acrẽ dubites in p̃lia poſcere Turnũ. Modo pro veloci. Idem. li. iiij. At puer Aſcanius medijs in vallibus acri Gaudet equo. Idẽ. Callidũq; animis & curſibus acrem. Modo ꝓ acuto. Ci. Acri homo ingenio. Mõ pro vehementi. Idẽ in Hor. Aut Philippo breuius: aut Theopompo acrius. Modo pro diligente. Virg. Iam tũ acer curas venientem extendit in annũ. Modo ꝑſeuero. Ci. li. i. off. Sic nos ſi acres ac diligentes eſſe volum⁹ animaduerſores vitiorũ magna ſępe ex paruis intelligemus. Modo pro aſpero. Idẽ in Lęl. Nũc idẽ acerrimus inimicus. Ab acer fit cõpoſitũ Peracer. Deriuata ſunt acredo: acritudo: acritas: & acriter aduerb.

¶ Aceo es. acui. acidus ſum. acorẽ ſapio. Cato de re ruſ. Vini quadragenę vrnę dabũtur: qd neq; aceat: neq; muceat. Hinc componitur coaceo.

¶ Aceſco is. acidus fio. Hiero. ad Furiam. Egeſſiſti aceſcentes & morbidos cibos releuaſti æſtuantẽ ſtomachũ. Hinc coaceſco: quod eſt totus acidus fio.

¶ Acredo inis. amaritudo illa ſeu aſperitas quę eſt in fructibus non maturis.

¶ Acerbus a. um. qd non eſt coctũ ſed immaturum. Col. Vua primo eſt peracerba guſtatu: deinde maturata dulceſcit. Sic acerbũ vulnus hoc eſt immaturũ: vnde & robuſtorũ iuuenũ acerbã mortẽ dicimus qui difficulter moriũtur. Virg. li. xi. Pallas quẽ nõ virtutis egentẽ Abſtulit atra dies & funere merſit acerbo. Tractũ a pomis quę imatura nõ niſi difficulter ab arboribus diuellunt̃. Ci. in Cato. Quaſi poma ex arboribus cruda ſi ſint: vi euellunt̃. ſi matura & cocta decidũt. ſic vitã in adoleſcẽtib⁹ vis aufert ſenibus maturitas. Per trãſlationẽ acerbus dr̃ aſper: infeſtus. Ci. Lẽ

tulo. Eo die acerbum habuimus Curionem.

¶ Acerbitas: ſaporis amaritudo: cruditas: aſperitas: in-
feſtatio: ſeuitia. Cic. Qu. Valerio. Syllani temporis acer
bitatem deorum immortaliū benignitate ſubterfugere.

¶ Acerbo as. aſpero: abominabile facio. Clau. li. ij. Nec
patruo cedunt ſtimulat communis in arma Virginitas:
crimenq; feri raptoris acerbat. Huius compoſitum eſt
Exacerbo: quod eſt valde acerbo: vel aſpere turbo.

¶ Acetum: acre vinum: vel quia acutum ſit: vel quaſi
aquatum. Vinum enim aqua mixtum cito in hunc ſapo
rem vertitur. Vel dicitur ab aceo es. Col. li. iij. Infructuo-
ſas vites foecundas facito quę exiguum dant fructum.
Acetum agrico cinere irrigato: ipſumq; codicem linito
cinere. Hinc acetoſus a. um. acetoſitas & acor.

¶ Acetaria: a quibuſdam dicuntur hærbę ſeu cibaria q̄
ex aceto ſumuntur ad excitādum appetitū. quales ſunt
hærbę virētes: quas aceto oleoq; guttatim iſtillato cōcin
namus. Alij ab accipiēdo hoc nomē deriuāt. vt acetaria
ſint horti: hoc eſt hortēſia: qm̄ expedita res & parata ſem
p ſit. etiāſi gręci oxibaphō appellāt: q̄ſi ab aceto tinctū.
ἐλλυμισὶ γάρ ὄξος ὀξώδης οἶνος καὶ βάπτω τὸ ἄλέω.
⁎. i. Gręce em̄ acetum acidum vinum & tingo. i. irrigo.

¶ Acetare: veteres pro commouere & agitare poſuerūt.

¶ Acor vini aut mali punici & ſimilium odoris: ſiue in
guſtu ſaporis vt ita dicam acuitas ſiue aſperitas. Col. li.
iiij. Nos exiguum admodum cyrenaicum vino dilutum⁹
& ita cacumina oblinim⁹: ea res ſemini latuit acorē malorꝫ

¶ Acidus a. ū. pe. cor. qđ acetū factū ē: q̄uis & aſperꝫ di-
catur. Col. li. vj. Malū punicū ſi acidū: aut min⁹ dulcē fru
ctū feret hoc mō emendabiť. Hier. i Eccl'. Nō acide feras
i. amare ſeu aſpere. Hu⁹ diminutiuū ē Acidulus. Cōpo-
ſitū Subacidus aliquātulū acid⁹. Cato de re ru. Vinū po
nito ſub dio: poſtridie mane guſtato: ſi id ſapiet quod in
dolio eſt: ſcito id duraturum: ſubacidum non durabit.

¶ Acetabulum vaſis gen⁹: quam heminā etiam dicim⁹
Hier. i li. exo. Parabis acetabula & phialas.

¶ Acerę pe. pro. vrbs Campanię non longe a Neapoli
quam Clanius amnis pręterfluit. Vnde apud Virg. legiť
Vacuis clanius non æquus aceris. Hinc aceranus qui eſt
ex Aceris: ſicut cumanus a cumis.

¶ Aceris pe. cor. palea miliacea: a quo aceroſus a. um.
vt frumentum aceroſum quod eſt immūdum & non ſi-
ne paleis. a quo & panis qui ex eo fit aceroſus dicitur.

¶ Acero as. pe. cor. ab acus pro palea ſignificat paleis ſ-
ficio. vnde aceratum lutum quod paleis immixtum eſt
ad tuguria faciēda. Huius cōpoſitū Obacero: quod ē lo
quendo alterius ſermonē moleſto: impedio: ori obijcio.

¶ Acerra arcula turaria in qua tus reponi ſolet. quo dijs
ſacrificať. turibulū vulgo dř. gręci θυμιατήριον thymia-
terion dicūt. Alij putāt eē arā q an̄ mortuū poni ſolebat
i qua odores incendebāt. Cornutus ſcribit eſſe pateram
in qua libatur. Virg. Et plena ſupplex veneratur acerra.

¶ Acerſecomes penultima correpta latine dicitur intō-
ſus comam & capillatus. Iuuenalis. Nemo vēdit acerſe
comes. ab a priuatiua particula: & κείρω καὶ κόμη tōdeo.
Hoc nomine dictus eſt Apollo: ꝙ nunq̄ radij poſſint a
fronte lucis auelli.

⁎ Acernus vide Acer. Cc.

¶ Aceruus molis aggregatio: & cumul⁹. ꝓprie minuta-
rum rerū congeries. vt frumēti: leguminis. Plau. i pſeu.
Quibus cunctis mōtes maximi aceruí frumēti ſunt do-
mi. Et aliquādo maiorum. vt aceruus ſcutorum. & fere
ad omnia generale eſt. Strues præcipue lignorum. Stra
ges cadauerum interfectorum vno in loco iacentium: ſi
ue humanorum: ſiue mutorum. Sarcina vtenſilium.

¶ Aceruatim per aceruos. Col. Cum eiuſmodi peſtis in
ceſſit ſub fauis aceruatim enectę reperiuntur.

¶ Aceruo as. accumulo. Virg. ad crimē retulit: pro am-
plifico. Vel cū ſe pauidū contra mea iurgia fingit Artifi-
cis ſcelus & formidine crimen aceruat. Hinc cōponiť co-
aceruo: qđ eſt i totū vł ſimul aceruo: cōiungo. Lact. li. v.
Errores ſuos inſuper crudelibus factis coaceruauit.

⁎ Aceſis a medicis vocať hęrba luthea nō tīcta. Orobitis
dicta a pictoribus. Cc.

¶ Aceſtes is. vel Aceſtę. nomē viri Siculorum regis. cu
ius Virg. ſępe meminit.

¶ Aceſis is. fluuius Indię nauigabilis.

⁎ Aceum oppidū eſt Colchidis in ripa Phaſidis. Cc.

¶ Achęmenes cū diph. pe. cor. nomen primi Perſarum
regis: vt ſcribit Hero. a quo reges oēs vſq; ad Dariū de-
ſcenderunt. Ex Achęmeniorū familia reges a Perſis ele
ctos ſcribit Hero. Fuit alius Xerſis frater hoc nomine.

¶ Achaia: regio gręcię vndiq; circūſepta mari p̄terq̄ a ſe
ptentrione: cuius caput eſt Corinthus. Dicta Achaia ab
Achęo Xuti filio. Quę primo Danaa: vt Hero. placet di
cta fuit: vñ græci Achæi atq; achiui: & Danai dicti ſunt.
Nā achiui dicunť æ diph. in i ꝓductā cōuerſa & u digāma
æolica interpoſita. Deide Aegialea a rege Aegialio dici-
tur. Ply. Achaię nomē ꝓuincię ab Iſthmo icipit an̄ Aegia
los vocabať propter vrbes i littore diſpoſitas. Gręci em̄
ἀιγιαλὸν Aegialon vocāt littus. Eſt etiā alia Achaia i Pe
loponeſſo. Habet ab ortu ſolis partē ægęi maris. Ab oc-
caſu Epyrū. A ſeptētriōe Macedoniā. a meridie Creticū
pelag⁹. i ea ſunt Thebę Boeotię & Megara q̄ Megaridi re
gioni nomen dedit. Declinaturq; Achaia æ. dictio tetra-
ſyllaba. Achais idis. & achaida æ. ſicut Perſis & ſida. the
bais ida. Ptolemais ida. Ouid. Ah quoties dices q̄ paup
achaia nr̄a eſt. Hic gręci dicti ſūt Achæi & achiui æ diph.
in i productam cōuerſa: & u digāma æolica interpoſita.

¶ Achar: nomen ciuitatis q̄ nunc Nizibi appellatur.

¶ Acharis pe. cor. latine dici poteſt ſine gratia. Ingratus
χάρις charis em̄ gratia diciť: & achariſtia ingratitudo.

¶ Achates pe. pro. ἀπὸ τοῦ ἄχεος. i. a cura q̄ regū ſem-
per comes eſt. Quo noie dictus eſt Aenęę comes: & lapis
quidam p̄tioſus in Sicilia apud Achatē fluuium primū
repertus: poſtea plurimis in terris. Eſt autē niger habens
in medio circulos nigros & albos iūctos & variatos: ſimi
lis Hęmatiti. hic tēpeſtates auertere: & flumina ſiſtere dici
tur. In hoc lapide habuit Pyrrh⁹ epirotarū rex muſas no
uē naturales: & Apollinem cum Lyra.

¶ Achateon: velum maximū in medio naui cōſtitutū.

⁎ Achęi ponti accolę Orchomeniorū colonia. Cc.

¶ Acheron tis cū diph. vt qdā volūt foemīnus palus iſer
nalis dř a poetis. ab a ſine. χαίρων gaudēs: ꝙ ſit ſine gau
dio: ſed cōſtat locū eē ꝓpe auernū lacū. Stra. li. vj. Ache-
rontē fluuiū eſſe tradit Brutiorꝫ ꝓpe Pandoſiā vrbē: vbi
Alexāder Epirēſis a Lucanis trucidat⁹ eſt: Dodonęo de
ceptus oraculo: qđ iuſſerat vt caueret Acheruſiā aquam
Pādoſiāq; vrbē: cū i Epyrꝓ eēt Pādoſia: & acherō āmis: fu
giēs hęc loca i Italiā venit: eūq; vadū Acherōtis Brutio-
rū egreſſum emin⁹ veruto Lucan⁹ miles exultās cōfodit
a qbuſdā tn̄ ſine diph. ſcribiť. Vir. Flectere ſi neq̄o ſupos
acherōta mouebo. ab α & καίρος qđ eſt tēp⁹. Nā Acherō
ꝓ tēporis labilitate poniť: eo ꝙ tēporis lapſu oīa pereūt.
Idcirco fingiť vnū ex fluminib⁹ iferni: ſed pot⁹ credo ab
eo dici. ſ. ἀπὸ τοῦ ἄχεος τῆς λύπης καὶ ῥέω ποταμὸς
τῶν ἀλγέων. ⁎. i. a moeſtitia & fluo fluuius dolorū. qm̄
vbiq; ſine diph. ſcribiť. Ab acheron fiūt adiectiua Ache
rontius & Acherontinus. Vnde Acherontini populi op
pidani q iuxta Acherontem habitant.

⁎ Acheron in noiatiuo pe. breui: & ge. maſ. i vſu eſt.

¶ Acherontia: ciuitas parua Apulię in monte ſita.

¶ Achelous Aetolię rex: a quo fluui⁹ eiuſdē nois a Pin-
do mōte oriēs & Aetoliā a Carnania diuidēs i Maleacū ſi

nũ defluit. Thoas añ appellabaꝰ. Hic fit Achelotus. a. ũ. qđ nõ poſſeſſiuũ eſt: nõ ꝑ aqueus ponitꝰ. Vir. li. j. ge. Pocula q; iuẽtis acheloia miſcuit vuis. Veteres. n. aquã oẽm achelo ũ nũcupauere: q; primꝰ poſt diluuiũ erupiſſe terrã ferꝰ: ſiue q; achelous i grecia vbi tot ingenia floruerũt oim fluuiorum celeberrimus fuit. Hinc acheloides nymphæ dictę ſunt.

❡ Acheruſia. palus inter Capuam & Auerſam ꝑ aperta plana vſq; prope Cumas diffuſa. Diodo. in. ij. bibliothecę hyſtorię de ſepulchris ęgyptiorum qui heliopolim accolunt hęc tradit. Paludem eſſe acheruſiam in quam immittanꝰ cadauera i vlteriorem ripam deferenda: nauim vero ipſã qua traijciꝰ barim hoc eſt onerariã appellari: i de natã de charonte q animas tranſuehat: ſtygẽ fabellã. Item Acheruſia ſpecus eſt iuxta Euxinum.

⁎ Achetę cicadæ ſũt argutę & canorę. a verbo ἠχῶ quod eſt ſono & crepito. Cc.

❡ Achilus pen. pro. qui ſine labris eſt: ab α ſine: χεῖλος chilos labrum. etiam margo. ſed achelus potius dici debet quia ſi ĩne longum vertitur: vt κυεέρσια.

❡ Achilles qđ & achilleus diciꝰ: nã græce ἀχιλλεύς: nomen viri apud Home. cantatiſſimi: cuius genitiuꝰ tã in i q̃ in is finit. Noia eñ in eus diph. finita apud ãtiquos terminabanꝰ i es: vt Theſeus theſes. Tydeꝰ tydes. genitiuꝰ erat i is: theſis: tydis. vbi in fine carminis abijciꝰs vt theſi: tydi. Remãſit cõſuetudo i Achilleꝰ & Vlyſſeus Achilles Vlyſſes: quoꝶ gtũs eſt achilli: vlyſſi: i carmie. Virgiliꝰ Troas reliquias danaũ atq; immitis Achilli. Diſſoluto gtõ vſus eſt Hor. Vlyſſei a nomiatiuo vlyſſeus nã & græci ὀδυσσεύς. Nec curſus duplices per mare vlyſſei.

⁎ Achilleũ genꝰ ſpõgiarũ ſpiſſũ & minoribꝰ ac mollioribus fiſtulis. quo Achilles i vulnere curãdo vſus fuit. Cc

⁎ Achilleon oppidum iuxta tumulum Achillis a Mitylenéis conditũ vbi claſſis eius ſteterat. Cc.

⁎ Achilleos Miriphylum hęrba appellata q; eã Achilles inueniſſe tradiꝰ in curãdo vulnere Telephi. Cc.

❡ Aciaris: ſecuris ærea qua in ſacrificijs veteres ſacerdotes vtebantur.

❡ Aciale: vel aciare ferrum durum. eius materiæ apud Brixianos maxima vis fit.

⁎ Acicula vide infra.

❡ Acidalus pe. cor. fõs i Orchomeno oppido Bœotię Veneri ſacer. vnde Venus Acidalia dicta.

⁎ Acidula pyra a ſucco ſubacido dicta. Cc.

⁎ Acidylius nodus eſt ceſtus Veneris. Cc.

❡ Acies tria ſignificat: ſcilicet acuitatẽ falcis cultri & ſimiliũ q̃ ſecãt. Col. li. v. Obtuſa eni hebeſq; & mollis falx putatorẽ moraꝰ: eoq; minꝰ laboris efficit: & plꝰ laboris affert vinitori. Nã ſiue curuaꝰ acies: qđ accidit molli: ſiue tardiꝰ penetrat: qđ euenit i retuſo & craſſo ferramẽto: maiore nixu ẽ opus. & ἀπὸ τοῦ ἀκονωμένου. i. ab acuẽdo duciꝰ ſicut acumẽ & acuo. Significat & exercitꝰ iſtructionẽ cũ ad dimicãdũ paratꝰ ẽ: eo q; acuto ferro armatꝰ ſit. Vir. li. ij. Geor. Et cãpo ſtetit agmẽ aperto Directæq; acies. Et acies quidẽ inſtructa his vocabulis vocari ſolet. Frons: ſubſidia: cuneus: orbis: globꝰ: forfices: Serra: alę: turres cornu, & quedã alia. Tertio oculi lumen. Lact. li. de opi. Acies enim id eſt membrana illa perlucens quam ſiccari & obareſcere nõ oportet niſi humore terſa pure niteat obſoleſcit. Per tranſlationem acies ſumitur pro ingenij ꝑſpicuitate. Cic. in Cato. Nonne vobis videꝰ is animus qui plus cernit & longius videt ſe ad meliora ꝓficiſci. Ille aũt cuiꝰ obtuſior ſit acies nõ videtur. Dicimꝰ autẽ tã acie q̃ aciei in genitiuo. Sal. li. j. hiſt. Dubitauit acie pars. pro aciei. Cuius rei cauſam vide apud Gellium.

❡ Aciem trahere dicuntur aquæ: pro eo quod eſt acuere Similiter aciem ferri exterimus vt acuta ſit.

⁎ Acylon ilicis fructus ab Homero vocatur. Cc.

❡ Acinacis pe. cor. gladius ꝑſicus. Hor. li. j. car. Vino & rixis medus acinacis. Hier. cõtra Ioui. Extorſit acinacẽ de manu & latus eius tranſuerberauit.

❡ Acini pen. cor. inter fructus minutiores arborũ fruticũ ve denſius naſcunꝰ: vt vuæ grana: hederę grana: ſambuci: tribuli: mali puni[illegible] grana. Hie. Nũc de acino vinacei diſſeramꝰ: grani[illegible]uũ ẽ ita vt vix duobꝰ digitulis teneri poſſit. Bac[illegible] vero diffuſiꝰ & rariꝰ: vt fructꝰ lauri: oliuę: corni: loti: mirti: lentiſci. Nonnunq̃ acini & Baccę indifferẽter ponũtur. Vir. Sanguineis ebuli Baccis minioq; rubentem. Ab acinis vuę. Acinatitius a. um. fit. vt vinum acinatitium. Vlp. digeſtis de vino legato. Acinatitium plane vinum continebitur.

⁎ Aciritani Hiſpana gens ſimulacrum Martis radijs ornatũ maxima religiõe colẽs quẽ Necũ. i. marẽ vocãt. Cc

⁎ Acyphãtẽ vrbẽ Theſſalię dici volũt q̃ & Pindꝰ diꝰ. Cc.

❡ Acis fluuius Sicilię ex ętna procedens: ex cuius ripis fertur Polyphemum ſaxum in Vlyſſem eieciſſe.

⁎ Acitia inſula quæ & Melos & Siphnus dicitur. Cc.

❡ Aclydes pe. cor. putatur eſſe genus teli per quod flagellũ imenſum iaci poteſt. Virg. li. vij. Teretes ſunt aclydes illis Tela: ſed hæc lento mos eſt aptare flagello.

❡ Acolutus pe. pro. latine conſequens dicitur ἀπὸ τοῦ ἀκολουθεῖν id eſt a ſequendo.

❡ Acone latine cos: græce ἀκόνη.

❡ Acone portus Bithynię eſſe fertur qui prouentu malorum graminũ vſq; adeo celebris eſt: vt noxias hærbas aconita nominemus: Sed vide in dictione Aconitum.

❡ Aconitũ pe. ꝓ. hęrba q̃ ex cerberi ſpuma cõſperſa venenũ efficaciſſimũ cõtraxit quo tpe eũ Hercules ab iferis traxit. Dictũ aconitũ ἀπὸ τῆς ἀκόνης. hoc eſt a cote. Iuxta Oui. dicẽtẽ. Quę q a naſcũꝰ dura viuacia caute: Mortales aconita vocãt. Sũt q ab acone portu deriuãt Heraclęę lyco flumini oppoſito q ꝓuẽtu maloꝶ graminũ vſq; eo celebris fuit: vt noxię hęrbę illinc aconita noiata ſint. Alij q; iuxta nullꝰ puluis interueniat. Nã κόνις. i. puluis. ἀκονιτί. i. ſine puluere diꝰ. Nonnulli huiꝰ rõnẽ attulere. qm̃ eadem vis immotę eſſet huic q̃ cotibus ad ferri aciẽ deterendã. ſtatimq; admota velocitas ſentitur. Ply. li. xxvij. ſcribit aconitum dictũ q; in nudis cautibus: quas aconas vocant naſcaꝰ. vel qm̃ ἀκονίζομαι eſt accelero: quoniam mortem accelerat. Sunt qui putant eam hærbam eſſe quam napellum vocant vulgo. ſed non eſt.

⁎ Acontię ſunt ſtellæ crinitę ſeu impreſſiones. dictę ἀπὸ τοῦ ἀκοντίου: hoc eſt a iaculo: quia iaculi modo vibranꝰ ocyſſimo ſignificatu. Cc.

⁎ Acopꝰ gẽma vitro ſilis pumicoſa aureis guttis ſtellata Eſt & hęrba quę anagyros fructuoſa colore holeris: grauis odore: cuiꝰ ſemẽ cõmãducatũ vomitiões facit. vñ & ꝓuerbiũ ἀναγύρον κινεῖν: hoc eſt anagyrum moues: de re aut facto deteſtabili: vnde nobis nauſea excitetur. Cc

❡ Acquieſco proprie eſt accumbo. Se. Nihilo miſerius ero ſi laſſa ceruix mea in manipulo ferri acquieſcat. Et acquieſcere eſt aſſentiri aliorũ dictis: vt eſt illud Si te lactauerint peccatores: ne acquieſcas eis.

⁎ Acquiro: quærendo adipiſcor ab ad & quæro. Cc.

⁎ Acratiſmos grę. tẽtaculũ. acratizo ἀκρατίζω tẽto. Cc.

⁎ Acraton intemperantia: merum. Acratos purus. Eſt etiã mel purum & integrum. Cc.

❡ Acredula p. cor. putaꝰ luſcinia auis: ſiue quẽ vulgo rauannũ dicimꝰ. Ci. i ꝓgne. Et matutinos exercet acredula (cãtus.

❡ Acrimonia. aſꝑitas. ad varias referꝰ res. Ca. de re ruſt. Et ſi vlcus acrimoniam eius ferre non poterit: farinam hordraceam miſceto. Col. lib. x. Abſtineat omnibꝰ redolẽtibꝰ eſculẽtis vt ſũt ſalſamẽta & eoꝶ oia ſiq̃ mia. Itẽ fœtẽtibꝰ acrimonijs allij vľ ceparꝶ. Amb. Et ille

quidē ſi adeo infectæ res cellulę fuerint: q̄ maculas ſola aqua nō purget. addūt molliciem olei: ſaponis etiā acrimoniā. Per tranſlationē ponit̄ pro vehemētia. Cic. li. iiij. ad her. Hęc exornatio tō multum venuſtatis habet: tū grauitatis & acrimoniæ plurimū. Itē ponit̄ pro animi viuacitate. ꝑ acumine ingenij & mētis ſeueritate

¶ Acris Italiæ fluuius eſt.

¶ Acriſius abātis arguiuoꝝ regis filius & pr̄ danaes. A quo fit acriſiōęus a ū. Ver. Quā dr̄ vrbē Acriſionęis danae fūdaſſe colōis. & p̄tronymicū fœ. Acriſiōe ꝑ danae

¶ Acros latine ſummitas & cacumen dicitur.

¶ Acroceraunii: mōtes excelſi iter armeniā & hiberniā ſic dicti q̄ fulmib⁹ ſępe infeſtent̄. nam κεραυνὸς fulmē ἄκρος alt⁹ q̄ſi mōtes ignitas hn̄tes a fulmib⁹ ſūmitates.

¶ Acrocorith⁹ mōs pelopōneſi excelſus iter duo maria. ægeū. ſ. & Ioniū ſtadiorū triū & dimidiati: ſub cuius radice i plano iſtar mēſę loco iacet oppidū Corith⁹. Vertex ip̄e acrocorinthi Veneris ſacrā h̄ȝ ędiculā. Infra verticē pirenē fontē haud affluētes ſed ꝑſpicuas aq̄s hn̄tē

¶ Acrocomus pe. cor. latine longas comas habens.

¶ Acrochordones: verrucę ſunt noſtrans fabę amplitudine quę pueros maxime infeſtant. dictęq̄m in imo anguſtæ ita ſunt vt pendere videantur.

¶ Acroma ſententia ſubtilis inquiſitiōe & indagatiōe exq̄ſita ab ἄκρος ſumm⁹ & μήδομαι τὸ ζητέω. Ingro.

¶ Aduerto aduertis ad aliquē locū verto. Terētius in Eunucho: Illa ſeſe interea cōmodum huc aduerterat in hanc noſtram plateam. Aduerto oculos animūue aliquo cōuerto oculos vel animum.

¶ Aduerſor cū datiuo ſignificat cōtrarius ſum. auerſor vero deteſtor / abominor. iūgitur cum accuſatiuo. Quod fit quoties ab aliqua re quam odio habemꝰ vultum auertimus: vt illud repellere videamur. Ouidius in Faſtis. Officioq̃ leuem non aduerſatus honorem. Columell. Nam nec ruboa aduerſatur capra Et in ſacris litteris. Gentes quos dominus auerſatur. Fit autem ab auertor de quo infra.

¶ Aduerſarius ab aduerſor pro repugno. Nam aduerſarij dicuntur ſibi inuicem repugnantes.

¶ Aduerſus ſa ſum. cōtrarius. Vide in dictiōe auerſus.

¶ Aduerſus vel aduerſum præpoſitio ſignificat contra. & inimicitias / diſſidia / contrarietatēq̃ oſtendit ſicut contra. vt aduerſus vel contra hoſtes bellum geritur. Aliquãdo pro erga ponitur vt apud Terēti. in adel. Et id gratum fuiſſe aduorſum te habeo gratiam.

⁎ Aduesperaſcit: veſp̄tinū tēpus appetit ſeu aduētat.

¶ Adulor penul. pro. vt quidã putant ex ad & aula qd aulici obſeruant au in u productam cōuerſa. Ouidiꝰ Agmen adulantum media procedit ab aula. Nonius Adulatio eſt proprie canum blandimentum: quod ad homines conſuetudine trãſlatum eſt. Et eſt adulari inſeruire & captare: vt fauorem emereamur vel voce vel geſtu. tractum ἀπὸ τοῦ δούλου: dulu quod eſt ſeruus. Eſt enim adulari ſeruile: nō liberale & ingenuū. Apud Ciceronem libro ſecūdo Tuſculanarū. Adulat ꝑ adulatur ſanguinē poſitum. hoc eſt lambit / ebibit. Lucre. Longe alio pacto gãnitu vocis adulant. Miror autem valde cum a gręco veniat: qm̃ δοῦλος dicit̃ ſeruus inde dulor aris: & cū ad dicit̃ addulor aris. duplo. dd. quo pacto primã corripuerint aliqui verſificatores.

¶ Adulter adultera cōponi vident̃ ex ad & alter: ſeu altera: ꝙ ille ad alterã & hæc ad alterū ſe conferat. Hinc adulterium quod proprie cū nupta cōmittitur.

¶ Adultero adulteras penultima correpta & adulteror aris vitio vel maculo: qđ etiam ad alia transfertur. Plin. Iuuat ipa adulterare adulteria naturę: ſicut teſtudinea tingere argētum auro cōfundere: vt Electra fiãt. Cice. per tranſlationē in Lęlio. Simulatio vitioſa.

¶ Adulterinus. na. nū. pe. pro. Vñ adulterina ſigna dicūtur: quæ ſunt alienis annulis facta. ſic adulterinę lig.

⁎ Adulterinę claues & ſimilia dicūtur dū ficta aut non vera pro veris ſubſtituūtur.

¶ Adultus qui creuit. Vnde iuuenes dicuntur adulti: qui in flore ętatis & incremento ſunt poſi. i.

¶ Aduiuo pe. ꝓ. quaſi adhuc viuo. Hier. ad Pãma. Ipſe ſi aduiueret Origenes iraſceretur nobis fautoribus.

¶ Adūbro bras. exprimo / reꝑſento ſiue imitor vt pictores qui imagines planas adūbrant vt ſolidę videantur: Aliquãdo vmbrã adhibeo ſiue vmbrã tegēdo facio. Col. li. xij. Adūbrãtur vel ſtramētis vel alijs tegumentis vuę: ne vētis aut caloribus exareſcãt. Ponitur etiam interdū adumbrare pro honorare.

¶ Aduncus. vide in dictione vncus. Vñ adunco adūcas quod eſt curuo.

¶ Ad vnguē ſignificat ad pfectionē: Tranſlatio ſumpta a marmorarijs: qui ſtructuras marmorū tunc abſolutas exiſtimãt: cū vnguis ſuꝑductus nihil offendit vel cū iuncturę ita exactę ſunt: vt vnguem nō admittant. Per. Seueros excludēt vngues. ſiue ab his qui magna diligētia & cōſyderatione aliquid faciunt: & in ipſa cogitãda vngues mordēt. Perſi. Nec demorſos ſapit vngues. Ho. li. j. Ser. Frōtenus ad vnguē Factus homo.

¶ Aduno nas. pe. ꝓ. Congrego. Hie. Qñ vos ad refectionē debita adunauerit hora ī cibis vīis ītimme pfulgeat coco᷑ induſtria. Hīc adunati dñr ſimꝉ cōgregati.

¶ Ad vnū aduerbialiter ſumptū ſignificat oēs nullo excepto: vt non eſt qui faciat bonum non eſt vſq̃ ad vnum. Curtius. Omnes ad vnum periere.

¶ Aduoco cas. pe. cor. ad me voco. Ter. in Phor. Ibo ad forum atq̃ aliquot mihi aduocabo amicos ad hanc tem. Huic contrariū eſt auoco. Et aduocare eſt in ſubſidium vocare ſeu aduocatū habere. Auguſt. li. ſecundo. ciui. dei. Vt cū honoribus talibus aduocarent cultores ſui. i. aduocatam haberent.

¶ Aduocati dicũtur qui alteri adſũt in cauſa. Plau. in cas. Stultus cõtriui diẽ dũ adſto aduocat⁹ cuidã cognato meo: quẽ hercule litẽ adeo pdidiſſe gaudeo ne me nequicq̃ ſibi hodie aduocauerit. Inter aduocatum & patronũ hoc intereſſe Valla exiſtimat: q aduocatus nomen ſit generalius q̃ patronus: vt non tantũ ſignificet eum qui alterius cãm agit: Siquidẽ quicũq; adeſt alteri in cauſa officii gratia aduocatus appelletur: etiam ſi nihil dicat: neq; agat: ſed qui tantum paratus ſit defendere. Patronus proprie qui agit cauſam: ſed accuſati nõ accuſantis.

¶ Aduolo las. pe. cor. iuxta vel ad aliquẽ locũ volare & cõſtruitur cũ actõ ppoſitis ad vel in. & aliqñ datiuo. Ply. At in agrũ volucernũ palũbiũ vis e mari quotannis aduolat. Idẽ li. x. Platea nominanẽ aduolãs ad eas q̃ ſe in mari mergunt. Idẽ. Caprarũq; vberibus aduolant. ✱ Aduoluo vide Voluo.

✱ Aduorſor pro aduerſor: & Aduorſem pro aduerſariũ dixerũt veteres. C. Aduro vide Vro.

¶ Ad votum aliqd hẽre & ex ſentẽtia licet hoc videaẽ rõnis: illud cuiuſdã affect⁹ in eãdẽ tñ veniũt ſignificationẽ. Qui habet ne vxorẽ ex animi tui ſentẽtia. Et alibi Ad votũ omne fluẽtem fortuna laſciuit ocium.

¶ Aduſq;. i. ad. Apul. Iã aduſq; amnẽ puenirant⁹.

¶ Aeacus. p. cor. Iouis ex Europa filius: quẽ tãtæ iuſtitiæ fuiſſe dicitur: vt apud inferos animarũ creditus fuerit a plutone delectus iudex: cum Minoe & Rhadamantho: & peccantium delicta diſcutere.

✱ Aeantiõ oppidum in ſigæo ab Aiace illic ſepulto q grecis Aeas dicitur. C.

¶ Aeas æantis. fluui⁹ Epiri ex macedonia pri⁹ defluẽs & in mare Ioniũ cadẽs: dicẽte Luc. li. v. Purus in occaſum parui ſed gurgitis æas Io io fluit iude mari.

¶ Aedes tã i ſingulari q̃ in plurali p tẽplo: ſed fere ſpcũ adiectiõe: vt ędes ſacra: vel ędes ſacrę: ædes iouis ædes deorũ: ędes pacis. & hmõi. Cic. Ex eo die: quo iędẽ telluris conuocati ſumus. Val. max. lib. i. Ea pontificũ admonitiõe effectum eſt: vt Marcellus ſ. pãrãtis ędib⁹ honoris ac virtutis ſimulacra ſtatueret: ſi vero abſolute dixerim⁹ ędes domũ tantũ deſignam⁹ vt meas ędes nõ p̃ſcribam. Ea ppter apud iureconſultos pro oi ſpecie ædificii dici inuenitur: vñ & p ſepulchro. Ouid. poſuit. Eſt mihi marmorea ſacratus io æde ſichæus. Pro cubiculo. Cur. Excubabant principum liberi ſequatis noctium vicibus proximi foribus ædis in qua rex ac quieſcebat. Idem pro cœnaculo poſuit cũ ait. Stabãt ad fores ædis eius in qua rex veſcebatur. Fuitq; ædes vt ſcribit Ser. ab edo. q i ea ſacrificãtes edere cõſueuerint. Nam quædam ſunt nomia quæ initio diphthongantur q̃uis a verbo nõ diphthongato deriuentur: vt ædes æticulus. Var. ab aditu fieri putat q. ſ. plano pede adibant: vnde etiam primam diph. vocalem accepit. Feſt. ędes q i edito poni ſoleret. alii ædem dici exiſtimant q in ea ęuũ degatur.

¶ Aedicula dicitur vbi deũ ſimulacra ſeruanẽ. Ply. li. xxxvi. de Venere gnidia. ędicula ei⁹ tota aperitur vt cõſpici poſſit vndiq; effigies deę. Au. li. ii. de ciui. dei nulla ędicula ſacra dignũ putauerunt.

¶ Aedificium æ ius conſtructio & ponitur pro omni ſtructura. Nam ædificii appellatione nõ toiũ ſupficiẽ ſignari: ſed ſolum quoq; ipſum cui ędificium ſuperpoſitum eſt Vulpianus putat.

¶ Aedifico as. proprie ædem facio q̃uis ad omne cõſtructionis genus etiam ad naues pertineat. Cic. Qui cum maximas ædificaſſet inſtruxiſſetq; claſſes. Vnde videtur magis ſumi pro conſtruo præſertim cũ ei domus additur: quia aliter fruſtra domũ iungerem⁹. Idẽ. Qui cũ ædificaſſet in palatio plenã dignitatis domũ. Hui⁹ cõpoſita ſũt coædifico ſiſ ædifico. exędifico manifeſte ſeu pfecte ędifico. Ply. de apibus. Domos primũ plẽbeis ædificãt: deinde regibus. Inędifico intus ędifico. Liu. lib. pri. Et vt libera cæteris religionibus ara eſſet tota Iouis templiq; eius quod inædificaretur ex augurate fana ſacellaq; ſtatuit. Proædifico vnde pro ædificatũ qd veteres dicebãt quod ex priuato loco pceſſerat in publicũ ſolum. Reædifico rurſus ædifico ſuperædifico. Hiero. Siquis autẽ ſuperædificat ſup fundamentũ hoc aurũ argentũ & cætera.

¶ Aedepol. penul. correp. aduerbiũ iurandi: quod eſt quaſi pædẽpollucis. Itẽ pol & perpol q̃ idẽ ſignificãt. ✱ Perpol q̃ pauci ptmeſin dictum puto.

¶ Aediles penul. prod. dicti ſunt ab eo q ædes ſacras & priuatas pcurarent. Vel ab aditu q facilis ad eos aditus eſſet. Primo ex plæbe duo creati ſunt ædiles deinde procedente tempore duo ex patriciis adiuncti ſunt qui a ſolio eburno quod eis datũ eſt: Curules dicti ſũt. Officium ædilium erat ludos publicos exhibere & ſacras priuataſq; ædes procurare: totã vrbẽ tueri vt cloacæ & aquæductus & quæq; publica ædificia munda & integra eſſent: loca in theatrõ aſſignare. Si quiſpiã ſeruum aut iumentũ morboſum vitioſumve p integro ſanoq; vendidiſſet edicto ędiliũ emptori ſuccurrebatur. Ideoq; edictũ ædilitium dicebatur ſiue editiones ædilitię. Erant & alii ędiles qui frumẽto p̃erant & a cæſare creati & a Cerere cereales nominati ſunt: vt ſcribit Pomp. His cura rerũ vendendarũ nequa fraus fieret & menſurarũ cõmiſſa erat. Scribit Diony. Hali: lib. vi. anti. Ad officium ædilium pertinuiſſe vt curã haberẽt annonæ forenſis copiæq; cibariorum. editiões edi. hi apud græcos agoranomi vocãtur a foro rerum venalium cui regulam præſcribunt.

¶ Aedilitas ipſa dignitas: Suet. in Cæſ. Siquidẽ antẽ paucos dięs q̃ ædilitatem iniret.

¶ Aedilitium idẽ qd ædilitas & magiſtratus. Cic li. ii. offi. Pub. Craſ. tũ cognomine diues: cũ copiis funct⁹ eſt æditio maximo munere. idem ſignificat ædilitatus. us.

¶ Aedilitius. a. um. nomen poſſ. vt comitia ædilitia in quibus creabantur ædiles.

¶ Aedilit⁹. ii. qui ædilitate funct⁹ eſt.

¶ Aedituus ædis tutor. i. curam gerens ab ędibus ſacris quas tuetur.

¶ Aedituor ædem tueor. Vnde ædituentes pro ædes ſacras tuentes. ✱ Veteres Aeditimor dixere. C.

¶ Aeditimus penul. correp. Gellio auctore ea forma dicitur ſicut finitimus legitimi⁹ pro eo qui ędib⁹ pręeſt. Aug. lib. v. con. Stulti eum cõprendi ab ęditimis fori tanq̃ furẽ. Cic. in Ver. Aeditimi cuſtodeſq; mature ſentiunt diuerſantem in quodam tugurio extra vrbẽ. Sed pro eo nunc vt Var. lib. iii. de lin. la. ait. Aedituus vſurpatur. Lucre. pro æditui vtitur ædituentes. Hoſpitib⁹ loca quę complerant ædituentes. Hos gręci πτωχορους neocoros vocant.

¶ Aedo. is. didi. itum ab e quod eſt extra: quaſi extra do. Vnde ędere ſignificat emittere promere in lucẽ dare: manifeſtare. Sic dicimus aliquem ædidiſſe librum. Vnde ęditio publicatio. Et quoniam quæ generantur in lucem promittur factum eſt vt ędere ſit generare. Hor. lib. i. car. Mœcenas atauis ędite regibus. Et ędere exhibere. quod eſt ſpectaculis cõmodarum Sueto. in Cæſ. Aedidit ſpectaculi varii generis munus. gladiatorum Vnde æditores ludorum exhibitores dicti ſunt: per æ diphthongon inuenio antiquitus: cum tamen ab e cõponatur.

¶ Aedon grece ἀηδὼν. Luſcinia. Vir. Quoq; leues calami: quę ſuauis cātat aedon.

¶ Aediꝰ.a.um.penul.cor.altua & fortis dicitur.Hor. in ſer. Viribus ęditior cedebat vt in grege taurus. & ędita loca dicuntur alta ac ſeſe ædentia.i.oſtēdētia. Scribiturq; cum diphthōgo vt differat ab edo pro comedo. ⁎ Sic & Cornuco. Non videtur tamen efficax ratio icū in coniugando multum differat edo cōpoſitum & edo ſimplex. Nec poteſt editum ab edo es deductum videri.

¶ Aedititius iudex quē vna pars elegerit. Ci.ꝑ Plan. Neq; enim quicq̄ aliud i hac lege niſi æditutios iudices ſeruatis.

¶ Aegeus Theſei pater athenarū rex .a quo ægeū mare vt quidam putant.

¶ Aegeum mare vt quidam dici volūt ꝙ in eo ęgeus theſei pater ſe pręcipitauerit. Alii ꝙ Aege Amazonū regina in eo perierit. Strab.ab ægis oppido in Euboea Ply.ab ἄιγα capra deriuat qui lib.iiii.ſic ſcribit. Plurimis inſulis conſperſum cui nomen dedit ſcopulus inter Tenedū & chium verius q̄ inſula aexi nomine a ſpecie capręque a gręcis ita appellatur repēte e mari exiliens. Solinus. Inter Tenedum & Chium eſt Claros iſula qua Aegeus ſinus panditur ab dextra Antandrum ſaxum eſt. Hoc tn̄ verius q̄ inſula cognominari meruit. Id quoniam viſentibus procul capræ ſimile creditur quam græci Aega nuncupant Aegeus iquit ab eo ſinus eſt appellatus. Var. Aegeū inquit dictum ab inſula ꝙ in eo mari ſcopuli in pelago vocantur a ſimilitudine caprarum æges. Pacu. Aeges ferme aderāt ęquore in alto ratibus repentibus.

¶ Aegę pluralis numeri: vel ęge es. vrbs Cilicię. Quo etiam noīe dicta eſt inſula in mari ęgeo.

¶ Aegea nomē duarū vrbiū vt ſcribit Ptole. quarum vna eſt in Emathia: alia in Mauritania.

¶ Aegæon nomen gigantis.

¶ Aegialeus Medeę frater. Aegiale es.ſiue ęgialea.æ nomen proprium vxoris Diomedis.

¶ Aegialus latine dici pōt littus. Quo noīe dicta eſt Achaia ꝓpter vrbes per ordinē poſitas.

¶ Aegeria nympha fuit quę colebatur i Aricino lacu: cū qua Numa Pompilius & cōnubium & colloquium ſe habere ſimulauit ſuper cultum religionum: quo armorum & prędæ ſtudio flagrantem po. Ro.abſtraheret. Vnde Ouid. Aegeria eſt quę prębet aquas dea grata camœnis Illa Numę coniunx conſiliumq; fuit.

¶ Aegis idis munimentum pectoris ęneū cū gorgōis capite. Quod ſi a pectore numinis ęgis. Si in corpore hominis Lorica dicitur. Et a capra nomen deductum eſt: quia de corio eius fiebat. Et ideo Mineruа habere Gorgonem in capite dicit̄: quia prudentia ſua quaſi alios ſaxeos reddit.

¶ Aegiochus dictꝰ eſt Iuppiter ꝙ corio capellę Amaltheę vſus fuerit pro ſcuto quando contra Titanas dimicauit vt inquit Lact.lib.pri.

¶ Aegides penul.produ.patronymicum eſt ab ęgeo Theſei patre. Ouidius. Perfidus ęgides ducentia fila ſecutus.

¶ Aegylos.eſt abſceſſus inter nares & angulū maiorem oculorum ꝑ quem pituita aſſidue diſtillat: & ſi negligatur ad oſſa vſq; dehyſcit in fiſtulā. Differt ab Aegylopeti quod Crithen hoc eſt Ordeum vulgo ordeolum appellant: & Galenꝰ Poſthiā Crithe abſceſſus eſt puſillus oblonguſq; ſub ipſum palpebræ torulū. hoc eſt vt ait Celſus ſuper pilorū locum. Officit luminibꝰ Et quod vocatur ancylos.ſiue ancyloblepharos quo palpebræ coaleſcunt inter ſe: apeririq; nō poteſt oculꝰ. Cui non admodum abſimilis eſt morbus qui encanthis vocatur: in ipſo angulo tuberculum quod palpebras parum deduci patitur. Sed & ſi membrorum articuli ſic hęrent velut compreſſi Ancyla & Ancyloſis vocatur.

¶ Aegina penul.prod. fuit Aſopi Bœotię regis filia a qua vrbs peloponēſo adiacens contra Atticam Aegina vocatur. Et a qua Aeacus eiuſq; poſteri genus duxiſſe feruntur. De hac Ouidius li.vi.met. Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit. Hinc Aeginenſes dicti ſunt.

⁎ Aeginuros.i.Capraria: iſula vltra Corſicā inſidioſa naufragiis.Cor.

¶ Aegyſthus Thyeſtis filius qui a capris nutritus fuiſſe perhibetur.

¶ Aegle nympha Solis ex Neæra filia latine ſplēdor dicitur.

¶ Aegloga penul.cor.caprarū ſeu rerū paſtoraliū ſermo dicit̄. Aegonem caprarū: logos ſermo dicit̄. At ecloga ſine diphth.electio vel explanatio elegantia dicitur vt inquit Ply.lib.iiii.epiſtolarum. & Euſe.lib.iiii. eccl.hiſtorię contra Tortellium.

¶ Aegocephalus penul.cor. vt Ariſt.lib.ii.de animalibus inquit auis eſt q̄ lycne omnino caret.

¶ Aegon nomē paſtoris & caprile ſignificat. Quo etiam noīe ꝓmontorium Lemni dictum eſt.

⁎ Aegonen.porta Romę quę & Quirinalis eo ꝙ mōs ipſe quirinalis prius Aegonus cognominatus eſt.

¶ Aegonomus penul.cor.caprarū ductor qui & ęgopolus dicit̄ ὅτι ἀιξ ἀιγὸς καὶ νέμω τὸ βόσκω ὅθεν τὸ νέμος τοῦ νέμεος.i.ꝙ aix aigos.i.capra & nemo.i.paſco: vnde nemos.i.nemus: immo locus aptus capris depaſcendis: id oſtendit propria deriuatio.

¶ Aegolethron: herba in ponto alba: dicta a capris interimendis. ἄιγα gręci capram nominant ὄλεθρον pernicioſum exitiale.

¶ Aegoceros.otis vel ægoceron penult.cor. animal. alio nomine capricornus dicitur. Hiero.contra Iou. Magna iniuria nuptiarum: vt inter ſcorpios quidem & centauros & cancros & piſces: & ęgrocerotas.i.capricornos vxorem maritumq; conſtituerint λέγεται ὅτι τὸ κέρας καὶ ἀιξ. Lu. Aegoceron cancrumq; tenet. Dicit̄ qm̄ κέρας cornu eſt & ἀιξ capra.

¶ Aegos thracię fluuius. ad cuiꝰ oſtia claſſis Athenięſiū a Lyſandro capta fuit. Ply.lib.ii. Idq; factum interdiu in thracię parte ad ęgos flumen: cuius loci accolæ Aegopotamitę nominantur.

¶ Aegipanes ſunt nudi leues caprinos pedes habētes Veteres huiuſmodi monſtra pro ſemideis ſiue pro ſyluestribus diis coluerunt: quēadmodum Faunos Syluanoſq;. Faunos ac Satyros nemorum deos eſſe dicentes Panas agrorum. Syluanos ſyluarū. Vide i dictione Satyri Ouid. Sunt mihi ſemidei: ſunt ruſtica numia nymphę. Et fauni Satyriq; & mōticolę Syluani. Quos quoniam cœli nōdum dignamur honore. Pōp.mella ſcribit vltra atlantē Mauritanię montē noctu perſępe viſa lumina & crepitus cymbalorum ac fiſtularum cantꝰ auditos: nec die repertū quenq̄. Idcirco ꝓ conſtanti habitum hos Faunos eſſe ac Satyros.

¶ Aeger.a.um ab ago.is.per contrariū: ꝙ actione vacet ſiue ꝙ qui morbo correptus eſt: grauius agitetur. Et dicimus hic eſt ęger pedibus: & hic eſt pedibꝰ ęgris. Val. max.in.v.dixit. Pulſu venarū cōperit cuius morbi æger eſſet.

¶ Aegreo es.ęger ſum.a quo Aegreſco: quod magis eſt in vſu.ęger fio. Plyn.lib.x. Corui ante ſolſtitiū generant. Item ęgreſcunt ſexagenis diebus ſiti maxime

anteq̃ fici coquantur autumno.

¶ Aegre aduerbium: ſignificat moleſte dolenter: iniquo animo. Ter. in Hecy. Sed reprimam me ne ægre qcq̃ ex me audiat. Itē ægre male difficulter. Virg. li. iii. Geor. Ergo ægre raſtris terra rimantur. Col. lib. prio. Seruos quoq; q ſecuturi patrēfa. ſunt: nō ęgre pedib⁹ ingredi. i. inuite vel difficulter.

¶ Aegroto. as. penul. prod. Infirm⁹ ſum. a quo ęgrotatio quæ ſic ab ægritudine diſtinguiſ vt docet Hiero. ſup Ioel. ꝙ ægritudinem animi dicimus alioqui corpora nō ægritudo ſed ægrotatio diciſ. Idem ad Iulianum diaconū. Qꝫ q̃ ita me iugis tā corporis ægrotatio q̃ animę ægritudo conſumpſerit vt morte imminente nec mei pene memor fuerim. Cic. Sed proprie vt ęgrotatio in corpore: ſic ęgritudo in animo nominatur. Vnde ipſe lib. iiii. Tuſ. diffinit quid ſit ægritudo. Stulta ægritudo eſt qua efficiuntur in malis opinatis aioſq; demittunt & cōtrahunt rationi nō obtemperantes. Inuenitur tamen æger dici etiā de corpore: & ægrotus de animo. Salluſt. Antonius pedibus æger qui pręlio adeſſe nequibat. Hor. in Ser. Quo me ægrotare putes animi vitio. Ab ægroto fit coægroto. Hiero. Qꝫ ſi ipſa languerit coægrotandum eſt & nunq̃ ab ei⁹ lectulo cędendum.

¶ Aegrimonia penul. cor. idem eſt qđ ægritudo Pla. in Ru. Tantiſper dum abſcedat a me hęc ęgrimonia.

⁎ Aegula ſpecies ſulphuris ſuffiendis lanis vtilis q̃ñ cādorē ac molliciem p̄ſtat. C.

¶ Aegyptus regio in aphrica vel ſecundum aliquos aphricæ proxima ab ægypto Danai fratre ſic appellata: prius æria dicta. Hæc teſte Plynio lib. v. ab oriēte rubro mari: aſſyriæq; coniungitur: ab occaſu Cyrenē & aphricæ reſiduum habet: a meridie vſq; in æthiopiā protenditur: a ſeptētrione habet mare ęgyptiū. Eius inſignes vrbes ſunt Thebę Abedos Alexandria Babylon & Memphis. In hac vt Plato inquit nunq̃ viſum eſt pluere: ſed nili inundatione foecundatur. Eius figura triquętra eſt quā efficit nilus ita ſe diuidens. Ab ęgyptus fiunt adiectiua. Aegyptius. a. um. & ęgyptiacus a. um. ⁎ Vnde Aegyptia ficus in ægypto eſt: cuius arbor moro ſimilis folio: magnitudine: aſpectu: pomū fert nō ramis ſed caudice. i. trūco ipſo. Eſtq; fic⁹ p̄dulcis ſine granis interioribus: foecūdiſſimo ꝓuentu ſcalpendo tm̄ ferreis vnguib⁹ aliter nō matureſcit: ſed cū id factum eſt quarto die demetitur: cui⁹ loco naſciſ ſeptenua: ſubnaſcitur etiā ſi nō ſcalpaſ foetus quater ęſtate: prioremq; expellit imaturum. C.

¶ Aegyptini penultima prod. dicunſ æthiopes quia ægyptiis ſunt finitimi.

⁎ Aello vna eſt harpyiarū. Aella gręce procella turbo.

¶ Aelius & ælia nomina ſunt propria rom. carent aſpiratione.

¶ Aelia regio in Aſia inter Myſiā & Ioniā. Eſt & vrbs q̄dam calabrię a qua ælianus. a. um.

¶ Aelurus penul. prod. latine Catus & Felis dicitur. Ariſt. lib. de animalibus. Aeluri & ichneumōes tot numero pariunt quot canes. Aelianus. ællorum mas quidem libidinoſiſſimus eſt foemina aūt amantiſſima prolis fugit coitum cum maribus quoniam ſemē emittūt calidiſſimū: & quaſi ignē genitalia adurēs. Hoc cernēs mas cōmunem foetū dilaniat illa vero ꝑlis deſyderio mares libidine ardentes adit rurſus. Gelli⁹ libro. xix. Aelurorum quoq; oculi ad eaſdem vices lunæ maiores fiunt aut minores.

¶ Aemyliam gentem appellatā dicūt a Mamerco Pythagorę philoſophi filio cui propter vnicam humanitatem cognomen fuit æmyles. Nam æmyliā gręci ſermonis lepiditatē vocant. Hęc familia ęmyliana Romę honeſtiſſima fuit a qua æmylianus appellatus eſt Scipio aphricanus minor æmylii filius qui per adoptionē inſertus fuit familię ſcipionum. Aemylia via ab Aemylio cōnſule dicta eſt quæ a placentia ariminū vſq; ꝑducta eſt. æmyliana ædificia erant extra Romā: de quibus Cornelius Tacitus plus infamię ad incendium habuit quia prædiis Tigilini æmylianis proruperat. Aemylia regio Italiæ quæ & flamminea Romādiola etiam dicitur. In qua ſunt vrbes Griminū: Cæſena: Saſſinas Rauenna: Fauētia: Immola: Forūliuii: bononia & Ferraria.

¶ Aemonia penul. cor. regio q̃ poſtea dicta eſt Theſſalia. ab Aemone Deucalionis filio prius Pyrrhea dicta a Pyrrha Deucalionis vxore. Quidā tamen cum aſpiratione ſcribunt. Hæmonia.

¶ Aemulor penulti. cor. vt Apule. inquit ab amo deſcendit. vnde & primā vocalem accepit. amare ſignificat inuidere per antiphraſin. Aemulari igitur inuidere eſt a contrario ſenſu vt in actibus apoſtolicis. Et patriarchę æmulantes Ioſeph vendiderunt in ægyptum. In Eſaia. Effraim non æmulabitur Iudam: & Iudas non pugnabit contra Effraim. Aliquando æmulari ſignificat imitari. Vnde æmulus dicitur eiuſdē rei ſtudioſus & ſectator. Hoc eſt qui aliquem imitatur & ſequitur quod non niſi amore fieri poteſt. Cic. pro Marcel. Illo æmulo atq; incitatore ſtudiorum meorum atq; laborum. Differunt tamen ęmulatio & imitatio: ꝙ imitatio ſimplex eſt & liuorem non admittit. æmulatio autem habet q̄dem imitandi ſtudiū: ſed cum malitiæ operatione: licet hoc ſine vitio eſſe poſſit vt cum meliorem videamus conamur non inuidia: ſed amore ipſius virtutis reddere nos pares aut ſuperiores. Vnde eſt illud. Stimulos dedit æmula virtus. Aliquando æmulari eſt participem eſſe: vt Noli æmulari in malignantibus.

⁎ Aemulus qui æmulatur.

¶ Aenaria inſula a ſtatione nauium æneę dicta vt ait Plynius. Hæc & inarime dicitur pithecuſaq;. Nunc Iſchiade nomine oppidi coxendicis imaginem præferentis in monte.

¶ Aenna ciuitas eſt in meditullio & vmbilico Siciliæ collocata quæ cum ob præfecti ſæuitiam a Romanis deſciuiſſet. Qui ad concionem conuocatos æmenſes vltima internecione clam ſubmiſſis militibus armatis deleuit.

¶ Aeneas penul. ꝓ. nomē viri Troiani a Virgilio celebrati dictus Aeneas vt quidam putant ab ἀινέω ὦ. quod eſt laudo. Nam αἶνοσ laus latine dicitur qui tamē procedere non poterunt in rei veritate ſi (nō dico citemus totam græciam) ſed vel ſolum verſiculum Homeri adduxerimus quē volo legant. τῶ δὲ καὶ ἠνείας βρομέλοσεται καὶ τὰ λοιπά. Ab Aenea dicti ſunt ęneadæ Troiani.

¶ Aenea vrbs in regione Creſſæa. Liu. i libro quadrageſimo. Proficiſcuntur a Theſſalonica Aeneā ad ſtatutum ſacrificium.

¶ Aeni vt auctor eſt Ptolemæus: inſula eſt iuxta arabicum ſinum.

¶ Aenus genus vaſis. ab ęre quod & Cacab⁹ ſiue caldaria dicitur. Diuiditur quandoq; diph. per dięreſim & tunc vt Ser. docet aſpiratio interponitur vt apđ Horatium: Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenū. Vir. Aut foliis vndā tepidi deſpumat aheni. Huius diminutiuū eſt Aenulus. ⁎ & Aenulū. Cor. dicit Vergil. ſcripſiſſe aena in illo & luce coruſcus aena ſine h. quod facile credo. non enim neceſſe eſt quoties diphthōgus

diuiditur ſi interponi:eſt tamen nota diuiſionis.

¶ Aeneus ænea æneum penul.cor.idem eſt quod æreus:& ſimiliter diheręſim quandoq; patitur. Horatius i epiſtolis. Si recte facies hic murus aheneus eſto. Aliquando ponitur pro forti. Hor. Incluſam danaen turris ahenea.

¶ Aeneatores dicti ſunt tubicines ab ęnea tuba. Amianus lib.xix. Cum ſupereſſet exiguum noctis ęneatorum clangore ductore vrbem vt mox caſuram terribili corona cinxerunt. Et lib.xxiiij. Aeneatorum accētu ſigno dato progrediendi ad pugnā ad arma concurſū eſt.✠Cor.legitur Aenatores.

¶ Aenobarbus dictus eſt Domitius quoniam Caſtor & pollux cū de victoria nunciarent Domino:ipſeq; minime credens narrantibus eſſet malas barbāq; manib⁹ permulſerunt & ex fuſca in flauam conuerterunt. Vndea barba rutila ęneiq; coloris ænobarbi dicti. Quod poſtea Domitiorū cognomen fuit.

¶ Aenigma atis.obſcura allegoria vel quęſtio obſcura q̄ difficile intelligiť niſi aperiatur:vt illud in lib. Iudicū. De comedente exiuit cibus:& de forti egreſſa ē dulcedo. Ab ἀιίττω. obſcure loquor innuo. Innuitur eñ quiddam qđ pluribus explicandum eſt. Hinc Aenigmatiſtes qui ęnigmata facit ſeu proponit. Hiero.cōtra Iouin. Sed quid ad noſtrum. ἀινιγματιστὴν. ęnigmatiſtē cuius libros multo difficilius eſt noſſe q̄ vincere. Huius ſignificationis eſt Aenigmaticus.

¶ Aeolus penul.cor. Iouis fili⁹.a quo Aeolia.& vētorū rex appellať latine vari⁹ ſiue doloſus diciť.

¶ Aeolia regio duplex eſt. Vna in Aſia gręcorum colonia media inter Myſiam & Ioniā. Alia ab Aeolijs ſeptem inſulis intra Siciliam & Italiam quarum nomina ſunt hęc Hiera. Strongile. Didyme. Eriphuſa. Phœnicuſa & Enonymos. Stra.lib.vi. Plyn.lib.tertio. Solin⁹. Mella. de Aeolijs quæ alijs nominib⁹ a noſtris vulcanię: epheſtiades a gręcis nūcupantur. Dictæ ęolię ab Aeolo Iouis filio. Dicitur etiam lipara a liparo Auſonie regis filio qui eam ante æolum rexit. Hinc Aeoliū mare dictum eſt quod Aſiatico littori adiacet ab Aeolis pulſis olim colonis. Nam antea myſium dicebatur.

¶ Aeon gręce: Aeuum latine dicitur.

¶ Aeopolus penulima correpta Caprarius: Aepolium Caprarum grex.

¶ Aepy vrbs Neſtoris in mōtibus ſita. Nā Aepy ſublime denotat. Aepys altus.

¶ Aequus a.um.planus ab aqua.ꝙ ęquā ſuperficiem habere videať ita vt imaginē tanq̄ ſpeculū reddat. Per tráſlationē poniť ꝓ iuſto:q̄a nullam in partem inclinatur. Equus pro aiali nō diphthōgatur.

¶ Aeque aduerbium ſignificat iuſte. Seneca. Iudex q parte inaudita altera aliquid ſtatuit etiam ſi ęque ſtatuerit:ille iud ęquus fuit. Interdum ſignificat tam vel tātū vel ſimiliter: vt Tu es ęque bonus: ac doctus. Suet.in Cęſ. Nihil ęque ac iudicis acerbitas profuit. Virg.lib.ii. Georg. Negant alios æque ſerpentibus agros dulcem ferre cibum.

¶ Aequo ęquas explano. Plyn. Aequato deinde pauimento infunditur oleum. Et Aequare eſt cum æquitate diuidere. Virg. Operumq; laborem partibus æquabat iuſtis. Aliquando continuare. Idem. Felix ſi protinus illum ęquaſſet nocti ludum. Huius compoſita. Adæquo coęquo & peręquo quę ſecundum p̄poſitiones ſignificant.

¶ Aequamētū ęquatio eſt quod & libramentum diciť. Nam ęquimentum aliud ſignificat.

¶ Aequanimis penul.cor.quid eſt ęqui animi.qui nec proſperis extollitur:nec aduerſis frangitur. Hinc ęquanimitas q̄ eſt fauor & propitius anim⁹. Terē.in Adel. Facite æquanimitas veſtra poetę ad ſcribendum augeat induſtriā. Aequanimiter moderate:patienter:æquo animo.

¶ Aequitas:modo planiciē:mō iuſtitiā ſignificat cui⁹ contrarium eſt iniquitas.

¶ Aequęuus:coętaneus:ab æqualitate ęui dicitur.

¶ Aequalis:planus. Vnde ęqualis campus. Quandoq; pro ſimili ponitur & ex ęquo. Ply. Cum & ipſe ęqualem fortunā exptus fuiſſem. Quādoq; pro coętaneo. Cicero in Cato. Nec cum ęqualib⁹ ſolum qui pauci admodū reſtant. Differūt tamen ab inuicē ꝙ ęquales ſūt eorūdem annoꝝ. Coętanei in eodem tēpore ſed diuerſis annis & diſparibus. vt Cicero & Auguſtus fuerunt coętanei licet Cicero maior natu fuerit:ſed non ęquales. Hinc ęqualitas ſimilitudo paritas. Aequaliter ſimiliter pariter.

¶ Aequabilis idē qđ ęqualis. Cic. Et vox reducitur in ſonū quēdam ęquabilem atq; conſtantem.

¶ Aequilaneum:ex toto dimidiū ſignificat. dictum a lotione lanę quæ dicitur æquilaneo redire cum dimidium decidit ſordibus.

¶ Aequilibriū ęquatio libræ quod & æquamentum & libramentū diciť Trutina eñ pro bilancis ſeu ſtaterę lingua ſumitur. Gel. Nam cui membrū alio ruptum eſt ſi ipſe itidem rūpere ꝓ talionē velit quæro an efficere poſſit rumpēdi pariter membri ęquilibrium. In qua re primum ea difficultas eſt inexplicabilis. Quum ſi mēbrum inquit alter imprudēs ruperit. Quod enim p imprudētiam factum eſt retaliari per imprudentiam debet.

¶ Aequimanus penul.cor.qui vtraq; manu vtiť & ita lęua operatur ſicut dextra.

✠ Aequimeliū locus Romæ vbi domus Melii ſolo æquata fuit. P.enim Melius ob frumenti largitionem in ſuſpitionē affectæ dominatiōis venit:& cum ad populi fidem fugeret:ab Seruilio Hala magiſtro equitū deprenſus & occiſus eſt:domuſq; eius diruta & area ęquimelium dicta. Ex Cor.& Liuio.

¶ Aequinoctiū ex ęqualitate noctium dicitur ꝙ tunc dies & nox horarū ſpacio æquales ſint. Duo ſunt autē ęquinoctia: vernale.ſ.& autumnale. vernale fit quarto Idus Martias vel circa. viii. Calendas Aprilis & i octaua parte Arietis conficitur.autumnale decimooctauo Calendas Octobres ad vergiliarum occaſum diebus. xl.quia annum olim in duas tantum partes diuidebāt hoc eſt in æſtiuum & hyemale ſolſtitium. Ab æquinoctium fit adiectiuum ęquinoctiale: vt tempus æquinoctiale.

¶ Aeqdiale dictum ab antiquis quod nunc dicim⁹ ęqnoctiale:q̄a nox diei poti⁹ q̄ dies nocti annumerari debet. Sic etiā ęquidiū qđ nūc ęqnoctiū.

¶ Aeqpolleo les.p duplex ll.parē poteſtatē hēo. Vnde æquipollentia æqualentia.

¶ Aequiparo as.penul.cor.ſignificat comparo:ſiue æquo.

¶ Aequiualeo es.penultima correp.quaſi æque poſſum.

¶ Aequiuocum penul.cor.eſt quod græci dicunt homonymon:& a Martiano vocať pluriuocū:qñ plurib⁹ rebus eadem eſt appellatio.

¶ Aequor:ab aqua nomen deductum:ꝙ ęquam ſuperficiem habeat:cum non fluctuat. & ꝓprie denotat ſuperficiem. Ambr.li.Hexa. Et cum ſit altitudo diuerſa:indiſcreta tamen dorſi ei⁹ ęqualitas. Vnde & æquor appellatum arbitror ꝙ ſuperficies eius æqualis ſit:q̄a aquę licet fluctuantes velut montes erigantur:ſedaus

tamen ſurſum tempeſtatibus adæquantur. Hinc dicimus æquora campi & æquora ponti. Cic. lib. ii. Acad. ab æquo. i. plano vocabulũ accepiſſe confirmat. q tã plane videtur q̃ mare æquum. De campo Virg. lib. iii. Georg. At prius ignotum ferro q̃ ſcindimus æquor. Idẽ de mari. æquora põti. Nec ſolũ de mari ſed etiã de fluuio dicitur: vt apud eundem. Viridesq; ſecant placido æquore ſyluas. Accipitur tamen quãdoq; pro ipſo mari: vt Bis denis phrygium conſcendi nauibus ęquor. Quandoq; pro aere: Aſpice bis ſenos volitantes ęquore cygnos. Ab æquor fit Aequoreus. a. um.

❡ Aer proprie dicitur medium ſpacium inter cœlum & terram. Eſt enĩ inanitas plus multo habens admiſtũ raritatis q̃ inferiora elementa. Virgil. Nãq; canebat vti magnum per inane coacta Semina. Dictus aer. ἀπὸ τοῦ αἴρειν ab eo q ferat terram: vel q feratur. Sed credo potius dici ἀὴρ ὅτι ἄημι τὸ πνέω. i. quoniam ἄημι ẽ ſpiro vnde producit vltimam. Luc. lib. pri. Aer & longi voluent titana labores. qui corripiunt ipſi viderint: nec Claudianus dicit lucidus vmbroſo miſcebitur aer auerno: quia ſenſus eſſet contrarius & ſyllaba falſa: ſed dicit Axis. vel orbis. Hic aũt aer ptim ad terrenã pti ad cęleſtẽ materiã ptinet. Nã ille ſubtilis vbi vẽtoſi ac pcelloſi motus nõ poſſunt exiſtere ad cœleſtẽ ptinet partẽ: iſte vero turbulentior qui exhalationibus humidis corporeſcit terræ deputatur: quiq; ex ſemĩtas ſpecies reddit. Nam commotus ventos facit: vehementius concitatus ignem & tonitrus: contractus nubila: conſpiſſatus pluuiam: congelatis nubibus niuem: turbulentius congelantibus denſioribus nubibus grandinem: diſtẽtus ſerenũ efficit. Diſtatq; a terra. vt inquit Poſſido. ſtadiis. xl. Aliquando aer dicitur ventus. ſpiritus. vel flatus modicus. Vir. Aera dimouit tenebroſum: & diſpulit vmbras. Aliquando dicitur ſonus. Var. Anima vt concluſa in veſica quando eſt arcte ligata ſi perculeris aera reddet.

❡ Aeri⁹ a. um. per i. vel Aereus per e mõ ſignificat altũ. vt aeria turris. modo qđ conſtat ex aere vt corp⁹ aerium. fulgor aerius.

❡ Aeripes penul. cor. celer quaſi aerios pedes habens. Quidã nõ compoſitum nomen putant ab ęs æris. Ver. ſynęreſim fecit. Fixerit æripedem ceruam.

⁎ Aeranthemis hærba florens vere. quæ camęmelõ dici debet: ſed vulgus Chamomillam vocat: ab Aſclepiade anthomis dicta. Cc.

⁎ Aeritusæ iaſpides aeri ſimiles. Cc.

⁎ Aeromantia: diuinatio ex aere. Cc.

❡ Aerope penult. corre. Atrei vxor ex qua Thyeſtes duos filios ſuſcepit. Et non eſt diphthongus. Nã ſcribitur a græcis ἀερόπη. Ouid lib. ii. de triſt. Si non Aeropem frater ſceleratus amaſſet Conuerſos ſolis nõ legeremus equos.

⁎ Aero vide poſt Aes vnde venit.

❡ Aerumna ἀπὸ τοῦ αἴρω æro leuo tollo. ppriæ ærũnę dicuntur furcinulæ quibus viatores farcinas ſuas religatas tabella interpoſita ferre conſueuerunt. Quæ quoniam a Mario inſtitutæ: ſunt muli mariani poſtea vocatæ. Hinc factum eſt vt labores oneroſi ęrũnæ dicantur: vnde Herculis ærumna. Similiter ærũna dicit miſeria. calamitas. infelicitas. Vnde ærumnoſum dicitur quod eſt laboribus ac miſeriis afflictum. Cice. lib. ii. de fi. Aerũnas Maiores noſtri labores nõ fugiendos noiauerunt.

❡ Aes æris ſumitur pro omni metallo ſed pręſertim p eo quod eſt coloris rubri. deductum nomen putant aliqui ab auri ſimilitudine. Alii a gręco deriuant αἶα terra. Var. ab aſſe. Accipiturq; pro pecuniis quoniam ęs fuit in pretio magnis aurum q; iacebat vt ait Lucre. Nunc (verſa vice) iacet æs: aurum ſummo ſucceſſit honore. Et prio ex ære pecunia ſignata. Ouidius de Faſt. Aera dabant olim melius nunc omen in auro eſt. Victaq; conceſſit priſca moneta nouæ. Cato. Fundum æribus ſuis emptum poſſidebant. Seruius rex prim⁹ poſt vrbem conditam ſignare æs cœpit: cuius in altera parte nota fuit Ianus geminus ex altera roſtrum nauis. Nã quia Saturnum claſſe deuectum hoſpitio Ianus acceperat & ab illo peritiam ruris edoct⁹: feram illam ac rudem ante fruges cognitas vitam in melius redegerat regni conſocium fecit: & quoniam naui fuerat aduect⁹ in ſignando ære. ex vna quidem parte ſui capitis effigiem: ex altera nauis roſtrum impreſſit: vt quantum i eo eſſet Saturni memoriæ conſuleret ne accepti beneficii immemor eſſe videretur. Ponitur etiam quandoq; p tubis. qm̃ ex ære fiunt. Virg. Aere ciere viros. Vnde ęneatores tubicines dicuntur.

❡ Aereus a. um. quod ex ære eſt ſicut Aheneus.

❡ Aera æ. numeri nota eſt puta in moneta notabatur numerus quem valebat. Lucil. Hæc eſt ratio peruerſa ęra numeri eſt ſubducta improbe. Aſtrologi quoq; initium a quo ſupputationes incipiunt æram vocant. Dicta ęra ex eo q ois orbis æs reddere profeſſus eſt reip. Aera etiam græca dictio eſt quæ apud nos loliũ ſignificat vt inquit Dioſco. Hinc ærineus. a. um. quod ex ęra factum eſt. Dioſ. Panis vero cum melle & ærinea farina. i. loliacea.

❡ Aerarius. a. um. qđ eſt ęris ſiue ex ęre. Ply. li. xxxiii. Laudationẽ eãdẽ in ærariis metallis & pximam in argẽtariis fieri compertũ eſt. Inde.

❡ Aerarij tribuni a tribuẽdo ęre. Nã vt Var. ſcribit. Tributa erat eis pecunia quã in litibus redderẽt. Idq; quod attributũ dicebatur æs militare.

❡ Aerarii milites dicti ſunt ab ære q ſtipendium facerent. æs enim ſtipem quoq; dicebant. Vnde ſtipẽdium.

❡ Aerariũ. æris repoſitorium. hoc eſt nũmorũ ſimulq; rerum p̃tioſarum atq; opum quæ vtilitatem reipu. allaturæ erant: ſic dictum q æra in eo principaliter inferebantur.

❡ Aero as. ſignificat ęs miſceo: ære adultero: ſiue ære orno. Vnde æratę fores apud Virg. Priſ. A metallorũ quoq; nominibus ſolent naſci verba vt ab auro. auro as. Ab ære æro as. vnde auratus & æratus. Huius verbi cõpoſita ſunt Obæro & ſubæro Perſ. Nequa ſuberato mendoſum tinniat auro.

❡ Aeroſus. a. um. ex quo æs fit. vt Lapis æroſus quẽ alio noie Cadmiã nũcupant. Et æroſa ab antiquis Cyprus inſula dicebatur q in ea plurimum ęris naſcit: vl q primo ibi inuentũ ſit æs.

❡ Aerificium quod ex ęre factũ eſt. Var. Politæ enĩ q̃ ſi ærificio videbantur.

❡ Aere diruti milites vocabantur quibus ppter ignominiã ſtipendium ſubtrahebatur.

❡ Aeruſcare veteres dixerũt pro pecunias vndiq; colligere.

❡ Aerugo penul. prod. idem quod rubigo: & propria in ære vel argento & virideſcit. Rubigo vero i ferro & ſegetibus. de quo loco ſuo Plyn. lib. xxiiii. Refert ęra exterſa celerius rubiginem trahere q̃ neglecta niſi oleo perungãtur. Aeruginis in medicina magnus vſus: cuius vis eſt colyriis oculorum aptiſſima. Apud Horatii. & Iuuena. accipitur ærugo pro pecunia quę ex ære fit. Hic æruginoſus a. um. Sen. lib. de breui. vitæ. Maiorem dierum partem in æruginoſis lamellis conſumit.

❡ Aes noſtrum dicitur qđ nobis alii debent. Aes alienum quod nos aliis debemus. Aes ſuum quod alii ei

de quo loquimur debent.

Aes militare dicebatur quod tribunis ærariis attributum erat vt militibus redderet. Plau. in Aul. Cedit miles æs petit.

Aes ductile. quod facile ducitur attenuaturq; in laminas. Aes caldarium qđ funditur tantum: & malleis fragile eſt.

Aeſchines penul. prod. nomen proprium oratoris græci Demoſthenis æmuli. Fuere etiã alii ſeptẽ hoc nomine vocati.

Aeſchylus pe. correp. nomen poetæ tragici. Horat. Poſt hunc perſonæ pallęq; repertor honeſtæ Aeſchylus & modicis inſtrauit pulpita tignis. Hic cum eẽt caluus & in aprico forte quieſceret teſtudo ab aquila in altum delata cũ decidiſſet: caput eius cõfregit interemitq;.

Aeſculapius. nomẽ eſt Apollinis filii qui medicinã artẽ vel laude vel ope amplíauit. Ob eamq; rem i deorum numerũ receptus fertur. Cuius duo filii Podalyrius & Machaon bello troiano Agamẽnonẽ ſecuti non mediocrẽ opẽ cõmilitonibus ſtrulere.

Aeſculus arbor glandifera cuius fructu cũ in primęua ætate homines veſcerentur ab edo pro comedo deduci putatur: quia edo primam breuem habeat. quidã tamen ſine diphthongo ſcribunt ab eſca nomen trahẽtes: q; ante vſum frumenti hęc arbor mortalibus victũ præbebat. Hinc Aeſculeus. a. um. Palla. Aſſeres quernæ cum æſculeis non miſceantur. Eſculum neutri generis & ſine diphthongo ciuitas in agro piceno.

Aeſis ciuitas Vmbriæ a qua Aeſinates populi. Ply. libro vndecimo. Caſeum inquit æſinatem ex vmbria. Ptol. quoq; hanc vrbem ęſiam ab ęſi fluuio nominat.

Aeſopus. penul. prod. nomẽ fabulatoris clariſſimi. Inde Aeſopianus. Hiero. Iuxta Aeſopianã fabulam. Hic miſer vita: miſer morte: & miſer forma. vñ Maxi. Planudius de ipſo ita ſcribit Αἴσωπος τὸ μὲν γένος ἦν ἐξ ἀμορίου τῆς φρυγίας. τὴν δὲ τύχην γέγονε δοῦλος. ἐτύγχανε δὲ ὢν οὐ μόνον δοῦλος ἀλλὰ καὶ δυσειδέστατος τῶν ἐπ' αὐτοῦ πάντων ἀνθρώπων εἶχε. καὶ γὰρ φοξὸς ἦν σιμὸς τὴν ῥῖνα σιμὸς τὸν τράχηλον. πρόχειλος μέλας ὅθεν καὶ τοῦ ὀνόματος ἔτυχε ταὐτὸν γὰρ αἴσωπος τῷ αἰθίοπι.

⁎ Aeſopus genus quidem traxit ex Amorio Phrygiæ ſed fortuna natus eſt ſeruus. Fuit autem non ſolum ſeruus: ſed & deformiſſimus omnium ſuæ ætatis hominum. nã acuto capite fuit: p̃ſſis naribus: dep̃ſſo collo prominentib⁹ labiis: niger vnde & nomẽ ſortit⁹ eſt. Idem enim Aeſop⁹ qđ æthiops.

Aeſtimo as. penult. correp. ſignificat appretio taxo compoſitum ab æs & τιμή pretium quaſi ære taxo. Et conſtruitur cum ablatiuo: vel genitiuo horum nominum tanti quanti: quantiuis aliquãti: quãticunq; : magni: parui: pluris: minoris: maximi: plurimi: nihili: & ſi qua huiuſmodi repeniantur: licet etiam ablatiui horũ nominum ſine ſubſtantiuis iũcti huic verbo inueniantur. Boe. in prolo. li. topi. Ingratum quidem ſi magna trebatii merita quibus ipſe vſus fuerit paruo æſtimare videretur cum nullam eis gratiam reſtituendam putaret. Hie. in leui. Si ſtatim ab anno incipientis iubilei nouerit agrum quanto valere poteſt: tanto æſtimabitur. Frequentius tamen cum genitiuis iungit̃. Ci. li. Acad. Alia pluris eſſe æſtimanda: alia minoris. Liui. Vtrunq; caſum complexus eſt mancipia minora annis. xx. quę poſt proximũ luſtrum decem milibus æris aut pluris vęniſſent: ea quoq; decem tanto pluris q̃ quanti eſſent æſtimarentur. Similem ſignificationem habent Pendo facio curo eſt intereſt & refert cum pretium iungitur: quia pro ęſtimo: ſine ęſtimatur ponuntur: vt parui facio nihili pendo & huiuſmodi. Inuenitur etiam æſtimo ſine ablatiuo vel genitiuo. Hieronymus in Leui. Si pauper fuerit & æſtimationem reddere non valebit: ſtabit coram ſacerdote: & quantum ille ęſtimauerit: tantum dabit. Sciendum quoq; in ſacris litteris vt Fulgentius docet duobus modis ęſtimatio poni ſolet Nam qui aliquid certiſſime ſcit: & qui putat aliquid eſſe quod non eſt ęſtimare dicitur. Ad ęſtimationem incertę ſcientię ſeu cognitionis pertinet quod dicitur Aeſtimabat ſe viſum videre. Nomine autem ęſtimatiõis certiſſima ſcientia ponitur in libro ſapientiæ. Scit preterita: de futuris æſtimat: id eſt certiſſime ſcit. Et apoſtol⁹ Aeſtimo q; non ſunt condignę paſſiones huius temporis ad futuram gloriã id eſt certe ſcio. ⁎ Aeſtimatio ab antiquis Aeſtimia dicebat̃. Ab ęſtimo fit exiſtio diphthongo in i longam conuerſa quaſi ex æſtimatione ſtatuo ſiq; decerno. Prius enim rem ęſtimamus id ẽ conſyderamus: deinde qualis ſit exiſtimamus id eſt ita dicamus. Terent. Nam ea res dedit exiſtimandi copiam quotidianæ vitę conſuetudinem. Quint. Velauit ei caput & ſuo cuiuſq; animo dedit æſtimandum.

Aeſtimabile quod facile ęſtimari poteſt. Cui⁹ cõtrarium eſt ineſtimabile.

⁎ Aeſtimata pœna q̃ certo ære cenſebatur: vt ouis decuſſis. i. decẽ aſſib⁹: bos cẽtuſſis. i. cẽtũ aſſibus. Cc.

Aeſtas ſignificat tempus quod incipit ab æquinoctio vernali & finitur ęquinoctio autũnali conſtatq; ſenis menſibus: & totus annus in ęſtatem hyememq; diuiditur. Particularius tamen ponitur pro quarta anni parte. Hoc eſt pro tribus menſibus qui incipiũt ſole cãcrum ingrediente. Nam ſole ingrediente libram autũnus eſt: ingrediente capricornum hyems: ingrediente arietem ver.

Aeſtiu⁹ a. um. penult. produ. quod ẽ æſtatis. Greg. Aeſtiuum tempus quod corpori meo valde contrarium eſt.

Aeſtiua dicuntur loca vmbroſa nemoroſa in quib⁹ per ęſtatem vitatur ſolis ardor. Sta. Et vmbroſi patuere ęſtiua lycei. Quandoq; ponitur pro ipſis gregibus i ęſtiuo commorantibus. Vergil. libro. iii. Geor. Nec ſingula morbi corpora corripiunt: ſed tota ęſtiua repente. Quandoq; æſtiua appellantur loca in quibus & armenta & greges & milites ęſtate ſunt: ſicut hyberna vbi habitant hyeme. Quandoq; vocantur quæ æſtate fiunt. Vnde Plynius libro decimooctauo. Aeſtiua ęſtate quę ante Vergiliarum exortum ſeruntur: vt milium panicum.

Aeſtiuo as. ſicut hiberno. & ẽ ęſtiuare propter ęſtum euitandũ alicubi morari. Ply. lib. xii. Intra ſepem eam ęſtiuant paſtores opacam pariter & munitam vallo arboris.

Aeſtus. us. calor & ſolis flagrantia. Virg. lib. iii. Georgi. Aeſtibus in mediis vmbroſam exquirere vallem. Ponitur interdum pro æſtiuo tempore. Idem. Propius q; ęſtus incendia voluunt. Inde per tranſlationem ęſt⁹ quandoq; dicitur deſyderium: cupiditas: libido: amor & huiuſmodi. Pręterea ęſtus vocatur impetus marin⁹ vel commotio: q; feruore quodam id fieri videatur. Nam eſt maris acceſſus vel receſſus. i. inquietudo. Sic etiam dicitur vis ventorum procella vel fluctus. Plau. in Aſi. Quo magis te in altum capeſſas: tã ęſt⁹ te i portũ referet. Lucre. lib. iiii. Frigus vt a pluuiis calor abſolet: ęſtus ab vndis.

Aeſtuo. as. ferueo flagro. Ambroſi. Pſalmi de torcularibus inſcribuntur: eo q; in his myſteria dominicę paſſionis ſpirituſancto feruenter ardentius ęſtuarunt. Aliquando ęſtuare eſt fluctuare agitari. Aug. lib. viii.

de ciui.dei. Omnes turbellas & tempeſtates animi qui
bus dæmones ęſtuare atq; fluctuare aſſerit nos vera re
ligio deponere iubet. Huius compoſitum eſt exæſtuo
quod eſt extra ęſtuo excundo incremento. Virg. Fun
doq; exæſtuat imo. Iuſ. libro pri. Quę materia in illis
locis paſſim e terra exæſtuat. Hierony. ad coitum ſem-
per exæſtuant. Sueto. Foſſas omnes quas nilus exæ-
ſtuat oblimatas longa vetuſtate militario opere de-
terſit.

¶ Aeſtuoſus a. um. quod eſt calore plenum. Colu. li.
iiij. Coelum neq; nimale vinea nec rurſus æſtuoſum de
ſiderat.

¶ Aeſtuaria loca dicuntur per quæ mare viciſſim tũ
accedit tum recedit: ſiue quæ marinis aquis referta
ſunt ex inundationibus pelagi. Plyn. li. iij. Illyrici ora
mille amplius inſulis frequentatur natura vado ſi ma-
ris æſtuarijs tenui alueo itercurſantib⁹ clare ante oſtia
Timaui calidorum cum æſtu maris creſcentium iuxta
Iſtrorum agrum.

¶ Aetas grecum eſt αἰὼν αἰῶνος inde latine æuũ æui
ęuitas ętas per ſyncopam: ſed ętas plærũq; generaliter
dicitur: vt ætas ſenectutis: ætas iuuentutis. Sex enim
ſunt hominũ ętatis gradus, Infantia: pueritia: adoleſcẽ
tia: iuuentus: grauitas: atq; ſenectus. In his ſex ſpatijs
philoſophi vitam deſcripſerunt humanam quib⁹ mu-
tatur & currit & ad mortis terminũ peruenit. Var. quin
q; gradus facit. In primo vſq; ad annum. xv. pueros
dictos: q; ſint puri. i. impuberes. Secundo ad trigeſi-
mum annum adoleſcentes ab adoleſcendo nomina-
tos. In tertio qui erat vſq; ad quadraginta annos iuue-
nes appellatos: eo q; tempu. in re militari iuuare poſ-
ſent. In quarto autem gradu: vſq; ad ſexageſimũ an-
num ſeniores nuncupatos: q; tunc corpus ſeneſcere in
cipiat. Inde vſq; in finem vitæ vniuſcuiuſq; quintum
gradum factum: in quo qui eſſent ſenes appellatos q;
ea ætate corpus iam ſenio laboraret. Horum tamẽ ſin
guli trifariã diuiduntur vt prima pars viridis ſit: dein-
de adulta: poſtea præceps. vnde Virg. Viridiſq; iuuen
ta. Alij aliter diuidunt ętates. Aetas vero mundi. Pri-
ma ab Adã vſq; ad Noe. Secũda a Noe vſq; ad Abra
ham. Tertia ab Abrahã vſq; ad Dauid. Quarta a Da
uid vſq; ad transmigrationem Iudeę in Babyloniam.
Quinta deinde vſq; ad aduentum ſaluatoris in carne.
Sexta quæ nunc agitur vſq; quo mundus iſte finiat.
Interdum ætas accipitur pro anno. Vir. Vbi quarta ac-
ceſſerit ætas. Var. Aetatem vix decimam egreſſus. In
terdum pro. xxx. annorum ſpatio. Ci. Tertiam iã ęta
tem hominum viuebat. Sic Plu. oſtendit ætatem eſſe
ſpatium. xxx. annorum ſecundum Heraclitum. Inter
dum pro centũ annis. Ouid. Annos vixibis centum:
nunc tertia viuitur ætas. Ponitur & pro quouis tempo
re humanæ vitæ longiſſimo. Diciturq; ætas vt inquit
Apul. per ſyncopam quaſi ęuitas ab ęuũ. Greci ętates
γενεὰς dicunt. Aetas mala dicta eſt ſenect⁹. Plau. Cõ-
ſitus ſum ſenectute onuſtum gero corpus vires reliq̃-
runt vt ætas mala eſt mora mala eſt ergo. Econtrario
bona ętas Iuuẽtus appellatur. Cice. Quod ſeipſis vo
luptatibus bona ætas fruitur libentius primũ paruu-
lis fruitur rebus.

¶ Aetate aduerbiũ ſignificat diu. Plau. Aetate ambo
ambobus ſint obnoxij. Idẽ Aetate velim ſeruire Liba
num: vt cõueniam modo.

¶ Aetatula diminutiuum. i. ętas modica.

¶ Aeternus quaſi æuiternus: perpetuus a quo ſempi-
ternus: quaſi ſemper æternus. Aeternitas perpetuitas
Differunt tamen æternum & ſempiternum q; ſempi-
ternum dicunt deum eſſe qui ſemper fuit: eritq;. Aeter
nos homines qui principium quidem habuerint & ta
men animo ſunt immortales: atq; perpetui.

¶ Aeterno. as. perpetuum facio. Varro. Litteriſq; ac
laudibus æternare. Sunt tamen qui ęternus & æterno
aſpirent qñ ab æthere deducãt.

¶ Aeta nomen eſt montis in theſſalia.

¶ Aethalia inſula in liguſtino mari.

¶ Aetiologia cauſę redditio. Nam αἰτία cauſa eſt & lo
gia λογία ratio ὅτι αἰτία καὶ αἰτιάομαι καὶ ἀπὸ τοῦ λέ
γω λόγος ὡς ἀπὸ τοῦ τρέχω τρόχος. Quoniã αἰτία
cauſa & αἰτιάομαι accuſo vt a λέγω. i. dico λόγος di
ctio a τρέχω curro τρόχος rota reuolutio.

¶ Aether ſummus eſt vbi ſtellę ſunt. Græce αἰθήρ. po
nitur ab aliquibus pro elemento ignis. Nam ſecũdum
Var. Cœlum diuiditur in æthera & aera. Terra in aquã
& humũ. e quib⁹ ſummum eſſe ęthera: ſecũdum aera.
tertiam aquam infimam terram eſſe ſcribit. Auguſt.
lib. viij. de ciui. dei. Aether longe a terra alteq; ſuſpen-
ſus: aer vero ętheri terræq; contiguus. Ouid. lib. i. me.
Hęc ſuper impoſuit liquidũ & grauitate carentem Ae
thera nec quicq̃ terrenę fęcis habentem. ab αἴθω ardeo
Anaxag. Aetheris nomine ignem ſignificauit q; ſu
periora igne plena ſũt. Ariſt. Aethera cœlum dixit ex
ἀεὶ ſemper & θέω voluo curro quaſi perpetuã volu-
bilitatem indicet. Nam lib. j. meteorologię ſic ſcribit.
Corpus eñ cy. ſemper curreret ſimul diuinũ quippi-
am ineſſe opinantes Aetherem nominari ſtatuerunt.
Vnde Ouid. ad Cæſarem. Sic habites terras: vt te de-
ſyderet ęther. Alij accipiunt pro aere. Apul. Aquis tel
lus æther ignis. Virg. Reſonatq; fragoribus ęther. Ab
ęther fit Aethere⁹ a. um. Idẽ. Aetherea quos lapſa pla
ga Iouis ales aperto Turbabat cœlo.

¶ Aethera æ. generis fœ. nominatiuus formatus ab
accuſatiuo græco ætherẽ vel ęthera: ſicut lampas lam
padem vel lampada. Hæc lampada. Thorax thoracẽ
vel thoraca: hęc thoraca. Et ponitur pro aere. Vnde ca
nimus. Quem terra pontus æthera colunt adorant p̃-
dicant.

¶ Aethra æ. ſplendor ętheris & pro aere ponitur. Vir.
lib. iij. Nam neq; erant aſtrorum ignes neq; lucidus ę-
thra Syderea polus. Hoc etiam nomine dicta eſt The
ſei mater. Alia fuit mater Pithei. de qua Oui. in epiſto
la ariadnes.

¶ Aethruſci dicti ſunt. vt quidam putant ab Aethria
ciuitate quã Diomedes condidit: poſtea atria dicta: ſi-
ue ἀπὸ τῆς αἴθρας καὶ ἀσκεῖν. i. ab æthra & aſcein pro-
pter auguriorum peritiam quaſi de cœlo ſeruantes &
exercentes ęthera. Alij ἀπὸ τῆς αἴθρας æthras quę ſe
renitatem ſignificat maxime q; ęthruria ab omni aeris
caligine nebulaq; remota videatur. Seruius vero he-
truriam dicit eſſe Italiæ prouinciam q; eius fines pro-
tenſi ſunt vſq; ad primam ripam tyberis. Heteron eñ
alterum. ὅρος finis dicitur. Roma enim antea vnã tan
tum tyberis ripam tenebat. Vnde Iuue. Imperij fines
tyberinum virgo natauit. Liui. lib. pri. Pax inter hetru
ſcos & latinos ita cõuenerat vt hetruſcis latiniſq; albu
la quem nunc tyberim vocant finis eẽt. Sunt tñ qui ſi
ne diphthongo & ſine aſpiratione ſcribant quoniã pri
ma eius dictionis corripiatur. Mar. Quantum ſollici-
to fortuna parentis hetruſco. Hos autem qui corripiũt
ſequemur: & per h in principio ſcribemus.

¶ Aethiopia. vt auctor eſt Ambr. lib. de paradiſo vi-
lis & abiecta latina interp̃tatione ſignificatur ab ethio
pe Vulcani filio cui præfuit ſic dicta vt ait Plyn. Vel a
græco αἴθω cremo & ὢψ ops aſpectus facies. Nam ſo
lis vicinitate torret. Eſt eñ ibi iugis ęſt⁹. Quicquid eñ
eſt ſub meridiano cardine eſt. Circa vero occiduũ n.õ

ruoſa eſt: arenoſa in medio. Ad orientalem plagã deſerta. Cuius ſitus ab occidno atlantes montes. Ad oriẽtem vſq; in ęgypti fines porrigitur. A meridie oceano A ſeptẽtrione nilo flumine clauditur: plurimas habẽs gentes diuerſo vultu & monſtruoſa ſpecie horribiles. Ferarum quoq; & ſerpentium referta eſt multitudine. In ea eñ rhinoceros: cameleon: pardus: baſiliſcus: dracones ingentes. Quidã bifariam diuidunt ęthiopiam & vnam quidem aſiæ alteram aphricę aſſignant. Altera ad orientem vergit: altera eſt ſub ipſo meridie.

¶ Aethiopa Vulcani filius qui a ſe ęthiopiam denoīauit. Et æthiopa dicitur qui ex æthiopia eſt: qui & ęthiopic⁹ & ęthiop⁹ dicif ſecũdũ Ser. nec nõ & ęthiopiſſa. Sũt qui ęthiopes dictos putent a Cus filio Cham: Cus eñ hebraica lingua ęthiopa interpretatur. Hi quondam ab indo flumine conſurgentes iuxta ægyptum inter nilũ & oceanum in meridie ſub ipſa ſolis vicinitate inſederunt: quorum tres ſunt populi heſperi garamantes & Indi. Heſperi ſunt occidentes Garamantes tripolis: indi orientes.

⁎ Actites gemma eſt quæ aquilę colorem habet caudę candicantis: ſunt qui Gagitem vocent. eſtq; ad multa vtilis: vnde eam zoroaſtres mag⁹ oibus prętulit Cc.

¶ Aetna mons Sicilię perpetuo clarus incẽdio a poetis decantatus. In cuius aſcenſu eſt oppidum eiuſdem nominis quod montem aſcenſuros excipit atq; tranſmittit: multumq; diſtat ab Enna ciuitate cum mons littori adiaceat Catanẽſi. Enna vero ĩ medio iſulæ ſit cõſtituta. Quare autem Aetna flammas euomat Trog⁹ lib. iiij. explicat. Sicilia terra eſt cauernoſa & fiſtuloſa. quo fit vt ventorum flatibus pateat. Vnde ignis concipitur intrinſecus ſulphur habetur & bitumen vbi ventus per ſpiramenta cauernarũ incubuit diu luctatus cõcipit ignem. Sic ętnæ durat incendium. Mor⁹ ergo vẽtorum cauſa incendij eſt. Ab ætna fit ætneus. a. um.

¶ Aetolia græciæ regio in tertio ſinu europæ epiro acarnaniæ & locris finitima gręci αἰτωλίαν dicunt: vnde debet ſcribi ſine h. dicta ab Aetolo Martis filio. Hinc ętolus a. um. penul. producta. Virg. libro. xi. Non erit auxilio nobis ætolus & arpi. Sil'r Aetolic⁹: vt ager ætolicus.

¶ Aethon equus Phœbi dictus eſt: ſiue Hectoris. fuere autem vt in fabulis fertur quattuor equi ſolis. phlegon. ſ. pyrois. heous: & æthon quibus ſignificanf q̃tuor diei horæ. Nam phlego inflammo ſignificat. Pyrois ardens: heous ſplendens. æthon ardens vel ſplendidus.

¶ Aeuũ gręce αἰών proprie tempus & ętas longa ſiue perpetua u. interiecta vt inquit Apul. Inde ęuitas & æuiternus ſecundum Priſ. quod per ſyncopam ætas & æternus dicitur pro ſenectute longęuitateq;. Hinc deducuntur coæuus ęquæuus grandæuus longæu⁹ & primæuus.

A. ante. F.

¶ Affabilis pe. cor. ęx ad & fabilis: qui ſe facilẽ ad audiendum prębet hinc affabilitas.

⁎ Affabrũ pro fabrefactũ dixere veteres. Cc. Sunt qui vtunf noĩe affaber pro artificioſo.

¶ Affabre penul. cor. aduerbiũ ſignificat artificioſe ſicut infabre ſine artificio. Pacu. Barbarẽ peſtẽ noſtris nauibus obtulit noua figura factam commiſſam infabre.

¶ Affatim aduerbiũ prima non media acuta vt Quintil. li. iiij. docet ſignificat abunde large non dicibiliter Li. Affatim edi bibi luſi. Hier. Affatim diues eſt qui chriſto pauper eſt. Et hęc ab Affatis deducunf de quo in dictione fatis.

⁎ Afer aut ꝗ otius Apher vide in africa: qđ ſcribẽdũ putem aphrica.

¶ Afficio is. pe. cor. ex ad & facio ſignificat affectionẽ quandam ſiue diſpoſitionẽ induco. Et ad animum & ad corpus ſiue in bonum ſiue in malũ pertinet. vt hæc res afficit me gaudio .i. affert mihi vel inducit ĩ me gaudiũ. Hæc res afficit me dolore. Affeci te letali vulnere. i. intuli tibi: vel induxi in te letale vulnus. Inuenif quãdoq; abſolute poſitum. vt Multa ſunt quę afficiũt hominem. i. affectiones ſiue affectus inducunt. Cor. Cel Pulmo totus afficitur. i. maceratur: læditur: corrumpitur. Et afficior quaſi animor. i. iſtius animi ſum. Cic. in Læl. Vt eodẽ modo erga amicũ affecti ſim⁹: quo erga noſipſos. Poſtea ſequitur vt quemadmodũ in ſe quiſq; ſit in amicum ſit animatus.

¶ Affectus a. um. participiũ cum abſolute ponitur ſumitur pro languẽte. Proper. Iuppiter affectæ tãdẽ miſerere puellæ. Liui. li. v. Vires corporis affectę. Affecta ędificia & cętera hmõi dicuntur q̃ non ad finem ipſum ſed proxime ad finem ſunt deducta. Cic. Bellum affectum videmus. & vt vere dicam pene confectum. Idẽ ſignificat profligatum.

¶ Affectus us. ſiue affectio eſt vt lętitia cupiditas. affectiones a Cic. affectus ab alijs appellantur. Et affectiones ſi rectę ſunt virtutes vocantur: ſi a recta ratione auerſę ſunt: vitia fiunt & perturbationes. Cic. in rhe. diffinit. Affectio eſt q̃dam ex tempore aut ex negociorũ euentu: aut adminiſtratione: aut hominũ ſtudio cõmutatio rerum. Aug. lib. ix. de ciui. dei. Quæ ſunt ſententiæ philoſophorum de his animi motibus quos gręci πάθη noſtri autem quidam ſicut Cice. affectiones vł affectum quidam vero de græco expreſſius paſſiones vocãt. Poetę pro deſyderio accipiũt. Proper. & tibi ad affectũ vires det Cæſar. & eſt honeſta locutio. Res tibi dantur ad affectum. i. quẽadmodũ cupis. Iuuena. Si res ampla domi ſimiliſq; affectibus eſſet.

¶ Affecto as. ſignificat cum affectu & anxie quæro. Vergilius. Viamq; affectat olympo. Cicero ad Herennium. Non tam affectanda q̃ ſuperiores: ſed tamẽ adhibenda nonnunq̃. Hinc affectata oratio q̃ nimis anxie & curioſe quæſita eſt. & affectatio curioſitas & nimia diligentia. Affectate curioſe. Aliquando affectare eſt afficere. Plau. in bac. Tria flagitia aut dãna quibus patrem & me teq; amicoſq; omnis affectas tuos. eſt etiam affector deponẽs. Var. Affectat⁹ eſt regnũ.

⁎ Affero vide fero. Affigo vide figo.

¶ Affines: ſũt viri & vxoris cognati dicti ab eo q; duę cognationes quæ diuerſæ inter ſe ſunt: per nuptias copulantur: & altera ad alterius cognationis finem accedit ex ad & finis. Nomina eorum hæc ſunt. Socer: ſocrus: gener: nurus: vitricus: nouerca: priuignus: priuigna. Grad⁹ affinitatis. Et quidem viri pater vxoriſq;: ſocer: mater eorum ſocrus appellatur. Filij vxor Nurus. Filię vir: Gener. Vxor liberis ex alia vxore natis: Nouerca dicif. Matris vir ex alio viro natis: Vitric⁹ appellaf. Eorũ vterq; natos aliũde priuignos priuignaſq; vocãt. Viri frater ẽ Leuir. Viri ſoror dicif Glos. Duorum fratrum vxores Lauitrices dicũtur. Poteſt etiam ſic diffiniri. Socer eſt vxoris meæ pater. ego illi⁹ ſum gener. Et retro. Pater meus vxoris meę ſocer. Hæc illi nurus. Et auus meus ſocer magnus eſt: illa illi pronurus. Item proſocrus mihi vxoris meæ auia eſt: ego illius ſum progener. Et retro. Mater mea vxoris meę ſocrus eſt: illa huic nurus. Et auia mea ſocrus magna eſt vxor mea illi pronurus eſt. Priuignus eſt vxoris meæ

filius ex alio viro nat⁹. Ego illius Vitricus. Et in contrariũ vxor mea liberis quos ex alia vxore habeo nouerca dicitur. Liberi mei illi priuigni. Hos inter ſe quia affinitatis cauſa parentum liberorũq; loco habentur in matrimonio copulari nefas eſt.

¶ Affirmo proprie iuxta firmo: q̃uia plerũq; pro aſſeuero perſiſto ponatur. Hinc affirmatio: quæ eſt enunciatio alicuius de aliquo: vt Socrates eſt. Hierony. in prolo. Salo. Nonnulli ſcriptorum veterum hunc eſſe Iudæi Philonis affirmant.

¶ Affligo. is. penulti. produ. Vide in dictione Fligo. Huius frequentatiuũ eſt afflicto. as. qd eſt ſępe affligo. Vnde & illud Archytę. O te infœlicem q̃ te afflictarem niſi iratus eſſem. Cice. lib. iiij. Tuſ. Afflictatio ægritudo cum vexatione corporis.

¶ Afflo. as. ad aliquid ſpiro. Liui. Afflabat vis frigoris acrior. Vide latius in dictione Flo.

¶ Affluo: abundo. vt Affluo diuitijs Dicimus etiam diuitię affluũt mihi. Aliquando affluere eſt vehementer decurrere. Col. li. j. Ne cum a vertice torrens imbribus conceptus affluxerit: fundamenta conuellat.

* Affore. vide fore.

¶ Africa λέγεται Ἀφρικὴ ὅτι ἀπὸ μόριον ἐστὶ τὸ ἐσχατώδη καὶ φρίκη καὶ φρίττω ὅτι θερμότης μεγίστη αὐτοῦ ἡλίου. * .i. dicitur ab α priuata particula: & φρίκη .i. horror: & φρίττω horrore concutior: quoniã maximus ibi ſolis calor: ſed penul. cor. regio ſic dicta vt Ioſeph. li. antiq. inquit ab Afro vno ex poſteris Abrahæ de Cethura qui dicitur duxiſſe aduerſus Libyam exercitũ: & ibi deuictis hoſtibus conſediſſe. Incipit a finibus Aegypti pergens iuxta meridiẽ per Aethiopiã vſq; Atlantem montẽ. a ſeptẽtrionali parte mediterraneo mari coniũcta clauditur: & in Gaditano freto finitur. Habet prouincias Libyã Cyrenẽſem: Pentapolim: Byzantium et Carthaginẽ: Numidiã. Sunt qui Africam diuidant: in maiorẽ & minorẽ. Et minorẽ ab occaſu Numidiã habere: ab ortu Cyrenaicã a ſeptẽtrione mediterraneo mari terminari. In eaq; olim fuiſſe Carthaginẽ Vticã Hipponem Rhegiũ & fluuiũ Bragadam Maiorẽ vero eſſe q̃ a meridie incipit: & vſq; ad occaſum protenditur. Hinc Africus. ca. cũ. vt Africus ventus q ab occidente flat cõtra vulturnũ dict⁹ ab Africa vbi primũ incipit Africanus. a. um. vt gẽs Africana. Et Afer idẽ qd african⁹. * Cũ igiť a phrice aut a phritto deducať rectius per ph aphrica ſcriberetur. Videť autẽ differre apher ab aphricano q; apher gentile nomen proprie eſt q̃ q̃ maro dicit armentarius apher. * Aphricanus denominatiuũ vt Scipionũ a deuicta Aphrica. B.

¶ Africanæ abſolute dicuntur pantheræ quæ & varię quoniam id genus in ea regione creberrimũ fuit. Plynius Senatuſconſultũ fuit ne liceret Africanas in Italiam aduehere.

A. ante G.

¶ Agamus penul. cor. latine dicitur ſine viro: ſeu ſine vxore. Gamos enim nuptiæ.

¶ Agathos penultima correpta: bonus latine dicitur: inde dictus Agatha.

* Agathuſa inſula vnguento nobilis atelos a Callimacho nuncupata. Cc.

¶ Agathyrſi populi Scythis vicini vt inquit Hieron. Qui multum habẽt auri ſine auaritia ſine inuidia. Hos Ply. ſcribit habere capillos cæruleos. Vnde & picti dicũtur quoniã verſicoloribus veſtibus induunť. Vir. li. iiij. Cretesq; Dryopesq; fremũt: pictiq; Agathyrſi. Dicti Agathyrſi ab agathyrſo Herculis filio.

¶ Agathyrſum ſiue agathyrſa ciuitas. De qua Sili⁹. Defuerãt agathyrſa man⁹ geminoq; lacone Tyndaris.

¶ Agalma. atis. apud nos indicat ſimulacrũ & laruam et ſtatuam.

* Agane nomen nymphę ab nimio ſplendore: ἄγαν enim dicitur nimis: valde. ἄνω ſplendeo. Cc. Aut cõtra ab α particula priuatiua & γανάω ſplendeo.

¶ Aganippe. es. fons Bœotiæ a Cadmo monſtratus muſis ſacer quaſi valde ab equo formatus ἄγαν agan valde hippos equus. Qui fons potus dictus eſt pręſtare facundiam. Hinc Aganippis idis denominatiuũ & Aganippęus. a. um. Ouid. lib. vi. Faſt. Dicite q̃ fontes aganippidas Hippocrenes Grata Meduſei ſigna tenentia equi. Proper. Par aganippeæ ludere docta lyræ.

¶ Agapetus penultima producta: nomen viri: & latine dicitur dilectus: ab agapao diligo.

¶ Agar nomen ancillę Abrahę: & interpretať aduena. A qua Agareni populi q nũc Sarraceni a Sarra vxore Abrahæ.

¶ Agaricon pe. cor. fungus eſt in arborib⁹ naſcẽs colore candido medicinę vim habẽs. Naſcitur circa Boſphorũ q̃uis & in Gallia etiã Ciſalpina inueniatur.

¶ Agaſo p. p. equorũ vel aſinorũ ductor. Pli. li. xxxv. Pinxit & in vna tabula: quaq; maxime inclaruit Agaſonẽ cũ equo. Liu. Acceptos ab Agaſonib⁹ equos cũ rex aſcẽſurus erat admouebãt. Eſt & Agaſo nomẽ ꝓpriũ ſerui. Hora. Si patinã pede lapſus frãgat Agaſo.

¶ Agea pe. pro. via in naui dicta q; in ea maxime quęq; res agi ſoleant. Ennius. Multa foro ponens ageaq; longa repletur Fori fororum dicuntur etiam.

¶ Agenealogetos: latine ſine nuptijs dicitur. immo vilis genere.

* Age vide poſt ago.

¶ Agenor penultima producta nomen regis Phœnicum: & Beli filij. Hic genuit Taygetam: & Europam filias: filios vero Cilicem Cadmũ & Phœnicẽ. Agenor etiam dictus fuit Anthenoris filius.

¶ Agelaſtus: latine mœſtus & ſine riſu. Quo nomine dictus eſt Craſſus auus Craſſi in Parthis interẽpti quẽ tradunt ſemel tantum in vita ſua riſiſſe. Qd factũ eſt cum vidiſſet aſinũ carduos comedẽtem: dixiſſetq; ob id ſimilem habent labra lactucam. Factũ hoc dictũq; feſtiuiſſimũ riſus ſubſecutus eſt: quoniã α ſερητικὸν καὶ γελάω ὅθεν καὶ ἀγέλαστος. * quoniam. α. priuatiua & γελάω .i. rideo vnde & ἀγέλαστος non ridens.

¶ Agis vel agides Lacedæmoniorum rex: qui cum Athenienſibus cruentiſſima bella geſſit.

¶ Agylla vrbs Tuſciæ alias Cerete vocata & Agyllina a noie cõditoris: quẽ Virg. lib. viij. ex Lydia veniſſe oſtendit cum ait. Haud procul hinc ſaxo incolitur fundata vetuſto Vrbis Agyllinæ ſedes vbi Lydia quõdã Gens bello pręclara iugis inſedit Hetruſcis.

¶ Ago. is. grecũ eſt ἄγω. μέλλων. ἄξω. ago duco. futurũ ducã. egi actũ multa ſignificat. Nã agere eſt opari. Plau. in Amph. Dũ hęc aguntur. Vir. li. iij. Alpheũ fama eſt huc elidis amnẽ occultas egiſſe vias. ꝓprie tñ ad animũ referť. Vñ de rep. dicimus agere: qa vt inqt Var. in hmõi re eſt cura animi. Quãdoq; agere eſt inducere ſeu impellere. Lact. li. vi. Tres ſunt affectus q homines in omnia facinora pręcipites agant: irã: cupiditas: libido. Quãdoq; audire. Teren. in An. Hoccine agis an non? .i. audis vt exponit Do. Sic Plaut. Vos agite ſpectatores. Quãdoq; ducere viuere. Teren. in An. Primũ hęc pudice vitã parce ac duriter agebat: lana tela victum quęritans. Quandoq; dicere. Idem in Adel. Sed eſt ne hic ipſus de quo agebamus? Quãdoq; pronũtiare. Cice. de opti. gene. dicendi. Diſerti deformitate agẽdi multi

Infantes putati ſunt: vt iam nõ ſine cauſa Demoſthenes tribuerit p:imas & ſecũdas & tertias partes actioni. Quãdoq; cogitare. Virg. Id q̃dẽ ago & tacitus Lycida mecũ ipſe voluto. Quãdoq; effingere: vt Ago ſtultũ .i. fingo ſiue rep̃ſento me ſtultũ. Vnde actores comœdiarũ dicitur qui diuerſorũ hominũ geſtus agũt in ſcęna. Quãdoq; ire: vt nudus ago. Põpo. mella. Exercẽt bellando animos corpora ad cõſuetudinẽ laborũ maxime ad frigora nudi agũt anteq̃ puberes ſint. Idem paulo poſt. Lino alij veſtiunt aut lanis quas vt dixim⁹ ſyluę ferũt harũdinũ. Alij auiũ ferarũq; pellibus para nudi agũt: para tantũ obſcœna velãt. Val. Max. nõ ſic locutus eſt ſed in eo ſenſu. Experiri voluit an ſcires cõſul agere .i. fungi cõſulis officio. Idem Pub. Rutil. nõ Publicanus in Sicilia egit: ſed opã a publicanis dedit. Cũ actõ vero frequẽtius. Vnde dicimus Agit publicanũ. Agit ſenatorẽ. Agit amicũ pro eo q̃d eſt facit officiũ publicani ſenatoris & amici. Hora. Lętũ agit cõuiuã. Et ſubauditur ſe. Q̃d Virg. poſuit. Ecce gubernator ſeſe palinurus agebat. Eſt quando agere ſignificat extẽdere porrigere: vt vera gloria radices agit atq; etiã porrigitur. Itẽ ſurſum ducere ab imo pectore. Vnde & pro mori vſurpatum eſt addẽdo animã. Seneca epiſt. xxvi. Quid egeris tũc apparebit cũ animã ages. Item agitare. Plaut. Aedepol eã agã verberibus. Virg. Prodigijs acti cœleſtibus oſſa piabunt. Itẽ tractare. Mar. Semp agis cauſas. Aliquãdo cõſtruit̃ cũ p̃poſitione. Cic. in Lęl. Cũ em̃ ſępe mecũ ageres vt de amicitia aliquid ſcriberem. Et nõ agitur de pecunia ſed de capite. Agis mecũ tabellis obſignatis. dicit̃ quãdo quiſpiam diuerſa dicit ab ijs q̃ alias approbauit. Tũc em̃ ſolem⁹ tabulas illius manu ſcriptas obſignataſq; proferre ad coarguendũ q̃bus cõtinet̃ quid alio tempore ſenſerit. Q̃d eſt cõuincis me teſtimonio literarũ mearũ. Itẽ ſuccedere ſiue in bona cõditione eſſe: aut mala. Val. Max. Bene egiſſent Athenięſes cũ Melciade: ſi eũ poſt trecẽta millia Perſarũ Maratone deuicta in exiliũ protinus miſiſſent. Frequẽtius p impersonale vtimur hoc modo: bene melius optime tecũ agit̃. Male mecũ actũ eſt. et peius peſſimeq; cũ illo. Cice. Cũ illo vero quis neſcit actũ eſſe p̃clare: mecũ incõmodius. Sed cum dicimus actũ eſt. Res acta eſt: ſemper in malam partẽ ſumit̃: vt actũ eſt de republica .i. extincta eſt res mea tua illi⁹ acta eſt .i. abſumpta ſiue deperdita: ſiue elapſa eſt. Terẽ. in Heau. Vnã ei cœnã atq; eius comitibus dedi. Quę ſi iterũ mihi ſit danda actũ ſiet. Idem. Acta hęc res perij. Actũ agere prouerbiũ eſt q̃d in ſumma rerũ deſperatione ponitur .i. nihil agere. Idẽ in Phor. Actũ aiũt ne agas. Q̃d em̃ iure ſemel iudicatũ fuerit reſcindi: & iterũ agi nõ poteſt. Ponit̃ interdum agere pro vertere. Virg. Ipſe ter adducta circũ caput egit habena. pro vrgere p ſequi Idẽ. Paſtor agens telis Pro iurgari Cic. Perinde ac ſi furti cũ eo egiſſet. Pro Regere Virg. Tros tyriuſq; mihi nullo diſcrimine agetur. Pro antepellere: vt & potũ paſtas age tityre. Pro vehere producere. Varro. Non hos pactolus aureas vndas agens eriperet vnq̃ e miſerijs. Pro foras pellere fugare vt membris agit atra venena. Pro rependere. & hoc dũtaxat verbis oſtẽdere id habuiſſe gratũ. Nã gratias habere eſt in animo cum memorẽ accepti beneficij mentẽ animũq; habeo & inuicẽ gratificandi voluntatẽ. Referre eſt verbis: ſed reddere gratias eſt facto vt ſi a me ſubleuatus aliquo beneficio viciſſimq; aliquo modo me ſubleuaueris: gratias rettuliſti reddidiſtiq;. Et licet Seneca nolit malas gratias referri oportere: ſed reddi. Cic. tamen in Sal. ait. Nam q; iſta inuſitata rabie in vxorem & filiã meã inuaſiſtis quę ſe facilius mulieres abſtinuerunt a viris: q̃ tu vir a viris: ſatis docte ac perite feciſti. Non enim ſperaſti me mutuam tibi gratiã relaturũ vt viciſſim tuos compellarẽ. Referre tamen hic verbo etiã dicit̃ non ſolũ facto. Referre igitur gratiã tam in malũ q̃ in bonũ dicitur: cũ ſit facto beneficium aut iniuriã acceptam compẽſare. Rectiuſq; huic verbo gratiã q̃ gratias iũgimus: cũ habere aut agere gratias nõ gratiã dicam⁹. Liui. Satiatus tandẽ complexu filij. Renuntiate (inquit) gratias regi me agere referre gratiã aliã nũc non poſſe: q̃ vt ſuadeã non ante in aciem deſcendat q̃ in caſtra me rediſſe audierit. Cice. Cui pro me ſenatus gratias agendas putauit ego a me gratiã referendã non putem. Reſpondere quoq; officijs eſt ſatiſfacere gratiaſq; referre. Plau. Ci. Immortales tibi ago gratias: agãq; dum viuam. Nam relaturũ me affirmare nõ poſſum. Tãtis enim tuis officijs nõ videor mihi reſpõdere poſſe. Pręterea agere pertinet ad omnes actus humanos. Nã qui ſedet: qui ſtat: qui cogitat: qui iacet: qui moritur: aliquid agere dicit̃: ita vt nullus q modo viuat eſſe vnq̃ poſſit ſine actiõe. Quippe viuere agere eſt: vnde & vitã agere dicimus. Componitur Ago cũ ad: vt Adigo. cũ ab: vt Abigo. cum am: vt Ambigo. Con vt Cogo. Circum vt Circũago. q̃d eſt circũduco. De vt Dego. Ex vt Exigo. Per vt Perago. Pro: vt Prodigo. Re: vt Redigo. Sub: vt Subigo: a quo fit Proſubigo. Trans: vt Tranſigo. Sũt etiã qui putẽt caſtigo: mitigo: lęuigo: litigo: & nego cõpoſita eſſe cũ ago: vt ſit caſtigo caſte ago: mitigo mitem ago: lęuigo lęue ago .i. planũ: fuſtigo fuſte ago litigo lite ago. Sed cũ ſint primę cõiugationis habeãtq; quędã t productã non videtur ab ago compoſita. Ab ago ſunt actor: actio: actus .a. um. & actus. us.

¶ Agere reũ eſt accuſare: peragere reũ eſt cõdemnare.

¶ Agere forum eſt iura reddere & cauſas audire.

¶ Agere cum populo: eſt populum rogare vt ſuffragijs ſuis quid iubeat aut vetet.

⁎ Agere animam: eſt emittere ſpiritum.

⁎ Agere gratias: ẽ geſtu & verbis ſe gratũ ſignificare.

⁎ Agilas propriũ viri quem poetę cũ Tirynthia pube in bello Thebano fuiſſe commemorant.

⁎ Agilis adiectiuum. Videatur infra.

¶ Age aduerbiũ adhortantis ſingularem numerũ deſyderat. Agite pluralem. Agedum vtrunq;. Quintil. Agedum ſi videtur extra portas proſpicite. Proper. Nos agedũ. Dicimus & Agitedũ ſed in plurali ſemp. Liuius. lib. vij Agitedum ite mecum.

¶ Agito. as. penul. cor. crebro facio. Sal. Ita varie per omnẽ exercitũ lętitia mœror luctus atq; gaudia agitabantur. Et agitare ſtimulare compellere: quo pacto agi ſolent equi cũ eos calcaribus vrgemus. Plau. Nã iam agitabo quadrupedẽ calcari. Itẽ. Obſeruare. Virg. li. ij. Geor. Ipſe dies agitat feſtos. Itẽ Perturbare moleſtare Sal. rẽpu. agitauere honeſtis cũ noib⁹ alij ſicuti populi iura defenderẽt. Plau. in Cur. Tũ te igit̃ morbus agitat hepatarius. Itẽ ſectari ſeu ſectãdo interdũ pulſare. Vir. li. j. Geor. Sępe oleo tardi coſtas agitator aſelli vilibus aut onerat pomis. Itẽ inſectari q̃d vernacula lingua dicimus dar la caza. Cic. li. iij. offi. Sunt ne igitur inſidię tẽdere plagas etiã ſi excitaturus nõ ſis nec agitaturus: Ipſe enim ferę nullo inſequente ſæpe incidũt. Itẽ exercitare. Lact. Niſi virtus agitetur proficimus parũ. Itẽ cõtinuo ducere ſeu facere. Sal. Iam tum vita hominũ agitabat̃ ſine cupiditate. Itẽ cruciare: vt apud eũdem. Agitabatur magis: magiſq; in dies ferox animus inopia rei familiaris & cõſciẽtia ſcelerũ. Item ſępe adminiſtrare. Sal. In pace vero beneficijs magis q̃ metu imperiũ agitabãt. Item ſępe cõſyderare: cogitare: recogitare. Idem. Sed ea q̃ mẽte agitaui oẽs iã antea audiſtis.

Terē.in Phor. Ego quoq; id qdē agitās mecū ſedulo inueni(vt opinor)remediū huic rei. Item. Sollicitare. Sall. Minari interdū ferro niſi obnoxia foret. Poſtremo ferocius agitare q̄ ſolebat. Itē ſępe oſtendere. Idē. Ciceronē ad cœlum tollere veluti ſeruitute erepta gaudiū & lętitiā agitabat. Huius cōpoſitū eſt exagito.

¶ Agyia per y. ſequente i. latina dicitur via. Vnde fit Aegyæua. Quo nomine dict⁹ eſt Apollo: quia in vijs publicis ſolebant ſacrificare Apollini.

¶ Agelas penultima correpta: nomen ſtatuarij generoſi: & polycleti magiſtri.

¶ Ager ab ago.is. ꝗ in eo aliquid agatur: vel vt Do. inquit: ꝗ in eo multa ſunt agēda. Quintil. autē lib. pri. ſcribit gręcū eſſe. Nā αγρος latine rus dici poteſt. Significatq; ager quādoq; circūiectū territoriū alicu⁹ vrbis ſeu prouinciæ. Sallust. Reliquos Catilina per mōtes aſperos in agrū piſtoriēſem abducit. Vnde dicim⁹ ager cāpanus: ager brixianus. Et includit in ſe nemora ſaltus paſcua lacus flumina & oīa quæ in territorio illo ſunt. Quādoq; ſignificat partē quādā ipſius territorij vrbis q̄ priuatim ab aliquo poſſidet: quā etiā poſſeſſionem dicere ſolemus: vt cū dicimus. Hic emit vnā pulchrā poſſeſſionē. Et eſſe videt rus in quo & domus & oīa q̄ in agro ſunt generaliter cōtinent. i. quę pro captu ipſius partis eſſe poſſunt. Et ſic agrū puto ſignificare rus. Vnde Terēt. in Eun. Ex meo propinquo rure hoc capio cōmodi. Et ſequit. Neq; agri: neq; vrbis odium me vnq̄ percipit. Vbi ſatietas cœpit fieri: cōmuto locū. Idem in Heau. Agrū in his regionibus meliorem neq; pretij maioris nemo habet. Et paulo poſt. Talēta duodecim coegi: agrū hūc mercatus ſum: hic me exerceo. Ex his innuitur ſub agri noīe & domū & oīa alia quę in agro cōtinētur: cōprębendi. idēq; eſſe agrū rus & poſſeſſionē. Notandū tamen ꝗ nec rus nec ager villa eſt: ſed villa in rure: ſiue agro dicit eſſe. Quādoq; ager ſignificat locū in rure quē colimus ſiue arando: ſiue conſerēdo: & ſingularē pluralēq; numerū habet. Columel. li. i. Nam vbi ſedulo colitur ager plęrūq; compendiū nūq̄ niſi ſi cœli maior vis aut prędonis inceſſit detrimentū affert. Liu. lib. iiij. Peſtilentem annū inopia frugum neglecto cultu agrorū vt plęrūq; fit excepit. Interdū tamen ager dicitur cāpus quia vt ait Var. primū ex agro plano fructus capiebant. Eſt autem campus planities terræ ampla & grandis. Locus vero anguſtior area vocatur. Interdum dicitur fundus ꝗ pecudū & pecuniæ videatur eſſe fundamentum.

¶ Agellus diminutiuū ſignificat paruū agrū. Terē. in Adel. Agelli eſt hic ſub vrbe paulū qđ locitas foris huic demus q̄ fruatur. Hinc fit aliud diminutiuū agellul⁹. Ambr. Qui fidei exercet militiā: ab omni vſu negociationis abſtinere debet agelluli ſui cōtētus fructibus.

✱ Ageſilaus dictus eſt Dis ſeu græce Pluton. C.

¶ Agrarius. ij. qui agros poſſidet. Cice. in Phil. Num rurſus reprobus decoriabit̄ nū ſollicitabit rurſus agrarios? Agrarius a Liuio etiam dicitur ſuffragator legis agrariæ. ✱ Quomodo & in philip. capi videtur.

¶ Agrarius. a. um. qđ ad agros ptinet: vt lex agraria. Li. lib. ij. Tum primū lex agraria promulgata eſt.

¶ Agripetę penul. cor. qui petunt ex agrorum diuiſione portionem quæ viritim dabatur.

¶ Agreſte dicitur qđ ruſticum eſt & ad agros pertinet. Vnde Agreſte vocam⁹ qđ in agris nō in hortis naſcit. Virg. Cūcta tibi cererem pubes agreſtis adoret. Idem. Dicendū & quæ ſint duris agreſtibus arma. Item agreſtis dicit qui ſylueſtrem vitam agit & feram: ſicut apud græcos agrios dicitur ferus. Vnde in compoſitione Onager dictus eſt aſinus ferus.

¶ Agricula penultima correpta qui agricultor eſt. Idē agriculator dicitur.

¶ Agger. eris. p duplex gg. maſ. ge. ſignificat proprie lapidū aut terrę coaceruationē q̄ facto vallo ꝓpius ponitur. Improprie dicit cuiuſlibet rei coaceruatio vnde foſſæ aut valles impleri poſſunt. Quin & muros & munimēta aggerē dici voluit Ser. Virg. Quin intrāt portas atq; ipſis ꝓlia miſcent aggeribus. Et agger dicitur media viæ eminētia ex aggeratis lapidibus ſtrata. Idē. Qualis ſępe viæ deprenſus in aggere ſerpens.

¶ Aggero as. penul. cor. ſignificat accumulo. Colu. Omnes arbores fructiferę circūfoſſæ aggerare debēt. Am. Eſt enim dū augere opes aggerare pecunias: occupare terras poſſeſſionibus cupimus: ꝓſtare diuitijs iuſtitię formā exuimus. Hinc fiūt cōpoſita adaggero. Col. lib. vj. Deinde terram circa arborem adaggerato vſq; ad ipſum inſitū. Exaggero vehementer aggero. et per tranſlationem augmento extollove ſignificat. Aug. li. iiij. de ci. dei. Quid ſi cōmemorare voluiſſem et exaggerare illa mala nō quę ſibi inuicē hoies faciunt ſicut ſunt vaſtationes euerſioneſq; bellantiū: ſed quæ ex ipſius mundi elementis terrenis accidunt rebus.

¶ Aggero. is. penulti. cor. ſſi. ſtum. iuxta gero. Amb. lib. pri. offic. Fouent ocium aſtutia & improbitate aggerunt diuitiarum aceruos: ſed exoluent ſeram licet nequitię ſuæ pœnam.

¶ Agilis pe. cor. leuis dexter qui ſe facile agit: vel promp⁹ aut volūtarius eſt ad agēdū. Hor. Oderūt hilarem triſtes: triſtēq; iocoſi Sedatū celeres: agilem nauūq; remiſſi. Col. Symmachus a malo inquit vnius agilem induſtriā q̄ decē hominū negligentem & tardā operam. Hinc agilitas dexteritas corporis celeritas. Col. lib. i. Eiuſdē agilitatis homo frugi melius q̄ nequā faciet.

✱ Agileus dictus Apollo ꝗ agiles Attica lingua vici vocantur: Apollinis autē ſacrificia in vicis publicis inſtituta ſunt fieri ex Apollinis reſponſo. Vide Agyia.

✱ Aglaia vna eſt ex gratijs ſeu Charitibus: qđ nomē interpretatur lætitia. Cc.

¶ Agina pe. pro. Eſt in qua inſeritur ſcapus trutinę. i. in quo trutina agitur & vertitur ab agendo dicta

¶ Aginor penultima producta vilia negocior. Aginator qui paruo lucro mouetur.

✱ Agglomero: implico: adiūgo: a glomero qđ a glomus ſeu glomer deducitur. C.

¶ Agglutino. as. penultima cor. ad aliquid glutino copulo. Plautus in Aul. Ita mihi ad malum malę res plane ſe agglutinant.

¶ Aggrauo. as. pe. cor. valde onero: vel valde grauis ſum. A quo aggrauaſco qđ eſt valde grauis fio.

¶ Aggego. as. pe. cor. Vide in dictione abgrego.

¶ Aglyphos penul. cor. latine non ſculptus. Nam a ſine: γλύφω ſculpo.

¶ Agnati penultima producta dicuntur qui per virilis ſexus perſonas cognatione coniuncti ſunt: quaſi a patre cōgeniti. inquit Caius iurecon. veluti frater eodē patre natus filius fratris nepoſue ex eo. Inter agnatos et cognatos hoc intereſt ꝗ in agnatis continentur cognati: in cognatis non vtiq; agnati: vtputa. Frater patris. i. patruus eſt agnatus & cognatus. Matris vero frater. i. auunculus cognatus eſt ſed non agnatus. Gentilitas vero & agnationē & cognationem comple ditur. Agnatū etiā dicimus quicquid vltra debitū natū eſt. Vnde agnaſcentia & agnata membra appellantur quę abundant. Plyn. Membra animalibus agnata inutilia ſunt ſicut ſextus homini ſemper digitus.

¶ Agnomen penultima producta dicitur ab Agnatione in qua quis natus eſt.

❡ Agnoſco ex ad & noſco. ſed d. euphonię cauſa mutatur in g. licet a nomino per duplex nn. ſcribatur. Et agnoſcere quidē dicitur de propinquis & ſanguine cōiunctis: vt Virg. Agnoſcitq; ſuos: lætuſq; ad mœnia ducit. De hoc etiā in dictione cognoſco ab γνόω. noſco. Mellon. i. futurum γνώσω noſcam.

❡ Agmē ſignificat multitudinē. Vir. Vocat agmina ſeua ſororū. Interdū ordinatā multitudinē vt eſt exercit⁹ incedētis: vt Lōgū per valles paſcitur agmen. Interdū impetū: vt apud eundē. Et leni fluit agmine tybris.

❡ Aggredior ad aliquē gradior. Et hoc quādoq; amice. Plau. in Aſi. Etiā tu here hūc amoue abs te atq; me aggredere. Quādoq; hoſtiliter vt ſit aggredi inuadere. Sal. Ex latenb⁹ cęteros aggredit. Iuſtin⁹. Quos ex improuiſo aggreſſus facile fudit. Eſt eīn aggredi gradatim ire: & cū inſidijs: ꝓpriū gladiatorꝫ q gradatim eunt ad dimicādū. Fit etiā quādoq; aggreſſio verbis. Virg. Talibus aggredit Venerē Saturnia dictis. Aliqn̄ aggredi ponit ꝑ incipere. Lact. lib. v. Omnes tn̄ illud arguebāt q; illo potiſſimū tēpore id operis eēt aggreſſus quo furebat odioſa crudelitas. Aliqn̄ ꝑ tentare. Sal. in Iug. Omnes aſperitates ſupuadere naturā etiā loci vincere aggredit. Sciendum eſt q; hęc verba Aggredior: adorior: alloquor. & ſimilia: ad ꝓpoſitiōe eis adiuncta cū actō ſolo elegātius ponunt q̄ ſi ſimplicia eorū accuſatiuo ad ꝓpoſita iungātur: vt aggredior hominē: non gradior ad hominē. Dicimus etiā aggredior te dictis: quaſi cū calliditate. Virg. Talibus aggreditur dictis.

⁎ Aggretus apud Enniū pro aggreſſus legitur: Aggretus fari. &c. Cc.

❡ Agrigētū: vrbs Sicilię. vnde Empedocles philoſophus: & Phalaris tyrānorum ſęuiſſimus originem duxerunt. Hinc agrigentinus. a. um. penulti. produ. vt tyrannus agrigentinus.

❡ Agrippinēſis colonia dicta eſt ab agrippina Neronis matre: quæ vt vim ſuā externis quoq; nationibus oſtentaret in oppidū Vbiorū qui ſunt in Germania inferiore in quo genita erat Coloniam deduxit.

❡ Agrippæ ſeu Aegrippæ ab ægro partu vt docet Gel. dicūtur quorū in naſcēdo nō caput: ſed pedes primi extiterūt: qui partus difficillimus & ęgerimus habetur ab ægritudine & pedibus appellati. Confixos autē pueros eſſe in vtero. Var. ſcribi. capite infimo nixos: ſurſum pedibus elatis non vt hominis naturę eſt: ſed vt arbons. Nā pedes cruraq; arboris appellāt ramos: at caput ſtirpē atq; radicē. Quādoq; inquit contra naturā forte conuerſi in pedes brachijſq; plerūq; deductis retineri ſolent: ægrius tunc mulieres enituntur.

❡ Agrios: latine dicitur agreſtis: ferox immitis.

⁎ Agrion nardū Creticū qd quidā phum vocāt: eſtq; folio holeris atri. Cc.

❡ Agnus. Vide infra in aſpirandis ἁγνὸς purus: caſtus: unde Chriſtus agnus dei dicitur. Eſt etiā arbuſcula qua viæ omnes ornabantur Athenis in feſto Palladis dicta autem ab α priuatiua & γεννάω genero quoniā inducit caſtitatem.

❡ Agogus penul. prod. latine dicitur ductor: dux vię ἀγωγὸς ἀπὸ τοῦ ἄγειν ὃ πολλὰ σημαίνει. ⁎ ab ἄγειν verbo quod multa ſignificat.

❡ Agolum penultima correp. paſtoralis baculus quo pecudes aguntur.

❡ Agon locus certaminis Romę: q circus Flaminius dicebat: & plerūq; ponit pro ipſo certamine quandoq; etiā ꝑ ſtudio. Eſt & Agon Victimarij verbū ꝑ ago ne? Ouid. li. j. Faſt. Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros: ſemp agat ne rogat: nec niſi iuſſus agit. & Seneca lib. iij. cōtrouerſiarū. Carnifex manū tollat deinde reſpiciat ad patrē & dicat agō? Qd fieri ſolet victimis.

⁎ Agonatia Agonij dei feſta. Vide in dictiōe Agonia.

⁎ Agonenſis porta quæ & Collina porta dicebat. Cc.

❡ Agonia pe. cor. orū. & agonalia orū. vel iū. Ludi q fiebāt in honorē agonij dei ab α ſine & γωνία angulus: quia locus in quo hmōi ludi fiebant erat ſine angulo. Ouid. li. j. Faſt. & prius antiqu⁹ dicebat agonia ſermo. Sūt q agonia dicta velint ſacrificia: q̄ fiebāt in monte. quoniā agones mōtes vocitarēt. Vnde mons Quirinalis agonus: & Collina porta Agonenſis eſt appellata. ſed etiā ἀγωνία timor: ſollicitudo: concertatio vt Iſocrates in Euagora & ἀγονία ſterilitas quędā parien.

❡ Agonia. æ. pe cor. hoſtia quę immolabat. Antiqui eīn agonias ab agēdo oſtias vocabāt. Rurſus agonia accipit ꝑ timore & ſollicitudine q̄ mentem vexat: vt in euangelio. Et factus in agonia prolixius orabat.

❡ Agonius dicebat deus qui p̄ſideret rebus gerēdis. Et agonius dies erat quo rex agoniā hoſtiam immolabat. Et agonius moleſtiam inferens dicitur.

❡ Agoniſma. atis. certamen: vt de diuo Anaſtaſio legitur. Suū agoniſma gratāter ſuſcepit. Proprie tamē palma ſeu pręmiū agoniſma dicitur.

❡ Agoniſta qui in agone contendit. Gręce ἀγωνιστὴς dicitur certator pugil.

❡ Agoniſticus. a. um. certatorius: qd ad agonē pertinet. Aug. in pſal. interp̄tatione. Agoniſtica iſta vana et ludicra non debet affectare chriſtianus.

❡ Agonetheta penult. cor. munerarius: quaſi agonis diſpoſitor ſeu p̄fectus: qui p̄miū certantibus in quolibet ludorū genere proponit: qualis Aeneas apud Vir. Cōponitur enim ſic ἀγὼν ἀγῶνος certamen & τεθείς τεθέντος poſitus diſpoſitor. Aug. Nō audis athletā domini ab agonetheta petentē adiutoriū pugnę. Hie. Iſte agonetheta non propterea nos pugnare voluit: vt nos poſſit benedicere.

❡ Agon zo pe. prod. neu. & Agonizor depo. ſignificat dimico: contendo. Hie. in eccle. Agonizare ꝑ anima tua pro iuſtitia. Cyprianus ad Moyſen. Omnis qui agonizatur in omnibus continens eſt.

❡ Agoranomus pe. cor. apud Plaut. ædilē ſignificat qui in Capt. ait. Euge edictiōes ædilitias hic qdē habet mirūq; adeo eſt niſi hūc fecerūt ſibi ætoli agoranomū. Dictus agoranomus a foro rerū venaliū cui regulam pręſcribit. ſed ſi gręcā linguā audire volumus aliud ſignificat: quoniā ἀγορὰ καὶ ἀγορεύω τὸ φθέγγομαι καὶ ἀπὸ τοῦ νέμειν νόμος. i. forum: & ἀγορεύω dico: loquor et νόμος lex quaſi qui fori ius haberet.

❡ Agoræus a noſtris nūdinarius vilia emens ab agorazo emo. Hor. Daunię defende decus camœnę Lenis agoræe. Agora enim forum venalium dicitur: qd etiam pro concione: pro pretio rei: pro re vendita: & ꝑ foro iudiciali quandoq; ponitur.

❡ Agraphus. penul. cor. latine non ſcriptus dicitur.

❡ Agyrini: ſiue Agyrinenſes dicti ſunt populi ab vrbe Agyrio: ſiue agurio.

⁎ Ah. Aha. nūc doloris interdū admirationis aut indignationis vox eſt. Cc.

⁎ Aha he. aliquando eadem vox & aduerbium eſt: & interiectio: & nomen. Cc.

❡ Ahenus. a. um. idem quod æreus. Virg. Et luce coruſcus ahena.

⁎ Ahenū vas eſt quo aqua ad potandum calefit Cc.

⁎ Aiaces duo hic Telamonius ille oileus fuit: & aiax nomen vnius ex elephantis Antiochi. Cc.

❡ Aio. is. it. aiebam. as. at. Ai/ aiſti/ ait. aimus/ aiſtis. Aug. Vos adijcientes in malo aiſtis. Plau. in Aſi. Me vnice vnū ex omnibus atq; illā amare aiebas. Nęuius.

Vel ai vel nega. Cice. de fi. bo. Quaſi ego id curem qđ ille aiat aut neget.

⁎ Aitibernalis dicit̃ taberne continuus habitator. Cc.

❡ Aius deus a Romanis dictus eſt ab eo ꝙ aiebat. Nã olim Romę audita vox eſt ſilẽtio noctis clarior hũana voce: q̃ iuberet magiſtratib⁹ nũtiari Gallos aduẽtare: et vt puiderẽt ne Roma a Gallis caperet̃: ex eo dict⁹ eſt deus Aius. i. loquens ſicut docet Cice. lib. ij. de diui.

⁎ Aizon herba eſt quæ ſemp viuit quaſi ſemper viuũ ἀεὶ enim ſemper ζῶω viuo dicitur. Cc.

A ante L.

❡ Ala: qua aues volant. A cuius ſimilitudine ala etiã dicitur locus ille cõcauus ſubter brachiũ in homine q in eo pili quaſi pennæ naſcuntur. Ply. lib. xi. Elephas tantũ ſub armis duas. ſ. mãmas: nec in pectore: ſed citra in alis occultas. Hinc hircinus odor ille concipitur. proprie tamen vocatur axilla: a qua fit ala. Cõtra Priſ. qui vult axillã per diminutionẽ fieri ab ala & maxillã a mala Ciceronis hæc ſunt verba. Quin etiã verba ſæpe contrahũtur nõ vſus cauſa: ſed auriũ. Quomodo autẽ veſter axilla ala factus eſt niſi fuga literę vaſtioris: quã literã etiã e maxillis & axillis: & vexillo & pauxillo conſuetudo elegãs latini ſermonis euellit. Sed hoc nomen quidam aſpirant. Dicitur & aſella: vt in ſacris litteris. Abſcõdit piger manũ ſub aſella. Præterea ala dicta eſt equitum turma: ꝙ pedites tegat alarum vice. Nam in equitum ordinibus circum legiones dextra ſiniſtraq; tanq̃ alæ auiũ corporibus locabantur. Virg. lib. iiij. Dũ trepidant alæ: ſaltuſq; indagine cingũt. Inde dicti ſunt equites alares vel alarij. ⁎ Ciceronẽ non recte capit.

❡ Alarius. a. um. quod eſt alæ equitum turmæ. Vnde Alarij equites.

❡ Alatus. a. um. ab ala auiũ quod habet alas. Allatus vero per duplex ll. apportatus.

❡ Alauda auis: quę olim Galerita vocabat̃: quia apicem habet: hoc eſt plumam elatã in capite ad ſimilitudinem galeri: ſiue galeæ. Var. appellat galericum: & a græcis corydalus dicitur. Poſtea gallico vocabulo Alauda vocata eſt legio quædam apud Romanos Galli enim hoc nomine ſignificãt galeã. Vnde milites qui galeis vtuntur dicti ſunt alaudæ. Scribit Ply. li. xj. Alaudã auiculã appellatã quõdã galeritã gallico vocabulo etiã legioni nomẽ dediſſe. Ideoq; Cęſar cũ ex gallijs legionẽ conſcriberet. alaudã appellauit. De qua legione. Cice. ad Atticũ ſic ſcribit. Antonius cũ legione alaudarũ ad vrbẽ pergere: pecunias municipijs imperare. Militaria enim vocabula traducta ſunt ab ipſis rebus: quæ ita nominãtur proprie: quarũ rerũ in acie ſtruenda ſui cuiuſq; vocabuli imagines oſtenduntur.

❡ Alabarches: latine ſalis prefectus: vt eſt apud Ioſephum in vltimo antiquitatis libro. Et fuit apud ægyptios & Iudæos honoris appellatio.

❡ Alabandæ Ionię ciuitas Apollonio rhetore nobilitata. Hinc alabandes & alabandicus quæ ſic abinuicẽ differũt: ꝙ alabandicus ſiue alabandiacus nomen eſt poſſeſſiuũ. Vnde alabandicos libellos pro barbaris & ineptis græci capiũt. Alabandes ciues oppidi dicũtur. Vnde carbunculos perfectos alabandes quaſi municipes appellant impolitos atq; rudes alabandicos.

⁎ Alabandica roſa dicitur viliſſima Cc.

❡ Alabaſtrũ genus marmoris perlucidi & coloribus diſtincti ex quo fiebãt vaſa vnguentaria. Mar. Quot coſmi redolẽt alabaſtra foci q; deorũ. Dicitur & alabaſtrus quoniã Ply. ſcribit ſeruãdis vnguentis maxime idoneũ naſci circa Thebas ægyptias et Damaſcũ Syriæ quo priſci Romani ſicut aliqui magnates nũc Romæ pręſtãdo per feneſtras lumine vtebãtur. Similiter alabaſter dicitur Cic lib. ij. Acad. Quibus etiam alabaſter plenus vnguẽti putreſcere videt̃ Et lapis alabaſtrites penul. pđ. Plyn. li. xxxvj. Hõc aliqui lapidẽ alabaſtriten vocãt quẽ cauãt ad vaſa vnguẽtaria. Hũc lapidẽ etiã vocãt onycem. Sõt etiã myrothecia & narthecia vnguẽtorũ loculamẽta: ſed vt puto tales dictiones im proprie capiũtur a latinis: græca eñ lingua manifeſta eſt ὅτι α ςερέσι καὶ λαμβάνω. i. quoniã α priuat: & λαμβάνω ſumo: in numero plurali τὰ ἀλάβαςρα proprie pyxides vnguẽtorũ & vnctionũ ſine anſulis Callimachus tamẽ in hymno Palladis in genere maſc. poſuit. itaq; ab odoribus potius q̃ odores a lapide dicuntur.

❡ Alabia. gręce ἀλαβία latine innocẽtia dicitur. Sed eſt dictio in gręco & in latino corrupta græce eñ ſcribi debet ἀβλάβεια ὅτι βλάβη κακουργία ἐςὶ ἀπὸ τοῦ βλάπτειν: ⁎ quoniã βλάβη maleficiũ eſt a nocẽdo. & ideo latine debet dici ablabea penultima producta: quoniã ει diphthongus mutatur in e longum: vt κυθέρεια cytherea πηνελόπεια penelopea.

❡ Alacer & alacris pe. cor. dicit̃ is qui ingentia eſt ſenſus: hoc eſt q viget ſenſibus vniuerſis: vt inqt, Aſcon. qđ eſt indiciũ erecti animi atq; ſublimis: & cui ſenſus oia in ſuo loco degit ſicut e cõtrario. Lacer dicitur amputatis in corpore mẽbris: hoc eſt auribus oculis manibus qđ & ad animũ ſępe tranſfertur. Illud quoq; intelligitur aliud eſſe alacrẽ: aliud lętũ. Do. alacer dicitẽ nõ lætus: neq; triſtis. Interdũ ponit̃ ꝑ celeri & prõpto: quaſi ſit alis acer. Terẽ. Quid tu es triſtis? quid nõ es alacris? Cic. lib j. ad Herẽ. Si huic ſit remiſſum multos alacriores ad maleficia futura. Idem. Nã cõ feras beſtias videamus alacres & erectas a euadere vt alteri beſtiæ noceãt: non eſt incredibile putandũ &c. Interdũ pro lęto & veluti in ſpem aliquã geſtienti. Hinc alacritas quę ſecũdũ Dona. proprie eſt mutatio quædã vultus geſtientis in ſpem aliquã: & media eſt inter letitiã atq; triſtitiã. Interdũ dicit̃ voluntaria celeritas ſeu promptitudo ad orvo Liui. lib. iij. Poſtq̃ ingenti alacritate clamor eſt ſublat⁹ qđ bene vertat geſturũ ſe illis morem: poſteroq; die in aciem eductuũ affirmat Cic. lib. i. Tuſ. in malum accepit. Vir igitur temperatus conſtans ſine metu: ſine ęgritudine: ſine alacritate: nulla libidine vexatus. ⁎ Inde alacriter & alacritas. Cc.

❡ Alania regio eſt Scythię Europæ quę ad Mæotidas paludes pertingit.

❡ Alanus penul. prod. Scythiæ fluuius: a quo Alani populi dicti ſunt: iuxta quos ſunt Toxolani. Amian⁹ ſcribit Alanos dici quos priſci Maſagetas dixerunt. Hi carnibus veſcũtur & panem non manducant. Mar. Nec te ſarmatico tranſit Alanus equo. Iul. Capi. Alanos in parte Daciæ collocat.

❡ Alba nomen eſt duarum vrbium: quarum vna eſt in latio: a qua Albani populi & Albanus mons: ſub quo Aſcanius ciuitatem hãc albam condidit: quæ vt Liuius ſcribit a ſitu porrecta in dorſo vrbis longa alba vocata eſt. Vulgatior fama eſt ab omine porcę ibidem inuentæ dum a Troia cum patre profugo veniſſet. Altera eſt ad lacum Fuſcinũ: a qua Albenſes dicũtur q̃uis etiam Albani quandoq; vocentur. Alba etiam ſacerdotis camiſia dicitur.

⁎ Alba dea eſt quæ & Albuna & Leucothea dicitur.

⁎ Albariũ tectoriũ eſt illud quo ędificatus paries incruſtatur ſupra quod poſtea illinitur. Cc.

❡ Albana vrbs felicis Arabiæ eſt ſicut docet Ptol.

❡ Albanus nomen eſt montis & loci nõ procul ab vrbe: vnde vaticinium fuit nunq̃ Romanos Veium ca

pturos ni primo ex Albano lacu emitteref aqua. Item. Albanus nomen eſt duarum vrbium: quarũ vna eſt in Macedonię mediterranea. Altera in maiori Armenia vbi diuus Barptolemeus fuit decoriatus. Hoc etiã nomine dictus eſt fluui⁹ Albanię. Albanus.a.um. qd eſt ab alba latij vrbe. Vnde albani patres.

❡ Albania regio in oriente a colore populi vocata eo ꝙ albo crine naſcãtur. Hæc ab oriẽte ſub mare Caſpiũ ſurgens per oram oceani ſeptẽtrionalis vſqꝫ ad Mæotidas paludes per deſerta oſtenditur. In ea Albania ciuitas & albanus fluuius. Apud hanc habẽtur canes ferociſſimi qui tauros & leones occidunt.

⁎ Albanum vinum vtile erat neruis. Cc.

❡ Albis fluuius Boemiæ orif in mõribus q̃ Morauiã Boemiãqꝫ diuidũt: & magno aquarum auctu mediam ferme diuidit Boemiã in occidẽte prius mox in ſeptẽtrionẽ fluẽs: vbi exit Boemiã per anguſtas fauces mõtium in Saxoniam penetrat: & in oceanũ voluitur.

❡ Albus.a.um. a gręco ἄλφος. qd candorẽ ſignificat. Sabini albũ dicũt. Et color q opponif nigro. Plau. in Mene. Dic mihi hoc qd te rogo. albũ an atrũ vinũ potas? Interdũ albus ponif p pallido. Vnde & ex albeſco pallidus fio. Interdũ p bono ſicut ecõtrario nigrũ pro malo. Perſi. Per me equidẽ ſint oĩa protin⁹ alba. Hor. Hic niger eſt: hũc tu Romane caueto. Iuue. Maneãt q nigrũ in candida vertunt. Sed hæc per tranſlationem.

❡ Albũ ſubſtãtiuũ: dicif qd gręci vocãt λεύκωμα tabula gypſata in qua iudices notari p̃torũqꝫ iura ſcribi ſolebãt. Si quis vero albũ corrupiſſet puniebaf: quia prętoris maieſtas cõtẽpta videbaf. Paul. Si familia alicuius albũ corruperit nõ ſimiliter hic edicitur vt in furto. Iudex (inquit Seneca libro. iij. de beneficijs) ex turba electorũ quẽ cẽ[n]ſus in albũ & equeſtris hereditas miſit. Hoc & Pyctatiũ quoqꝫ dicif vt in Alexãdro Cęſare Lãpridius vulgo matrix appellata. Similiter ea tabula dicif albũ: in qua ſingulorũ annorũ acta literis mandabãtur a põtifice maximo: proponebaturqꝫ domi ei⁹ vt poteſtas eſſet populo cognoſcẽdi. Hiqꝫ nũc Annales maximi nominanf. vt auctor eſt Cice li. ij. de Orat. Eſt & albũ Decuriorũ & cytharœdorũ. Nã in digeſtis titulus eſt de albo ſcribendo: vbi docet Vlpianus quo ordine Decuriones in albo ſcriptos eſſe oporteat.

❡ Albanum dicitur quod illinitur tectorio cũ paries pingendus non eſt quod fit ex calce.

⁎ Albẽſes popłi ab Albo oppido iuxta lacũ Fucinũ.

❡ Albidus.a.um. pe. cor. qd aliquantulũ albũ: vt granũ extrinſecus albidũ: intus candẽti ſimile cõſpicitur. Aug. li. xxi. de ciui. dei. pro albo poſuit. Lapides igne candente percocti & ipſi fiunt candidi. Et q̃uis ille magis rubeat: illi albido colore niteſcant: congruit tamen illi luci quod album eſt ſicut nigrũ tenebris. Hinc ſubalbidus parum ſiue aliquantulum albus. Ply. Ramos habet candidos folia ſubalbida.

❡ Albedo. Albitudo & albor pro candore accipiũtur. Plau. in tri. Et item alterum ad iſtanc capitis albitudinẽ calidem aiebat vocari.

⁎ Albi calculi dicebantur quibus Cretenſes dies lętos quos in vita agerẽt numerare ſolebãt. Nã candidos lapillos ad hoc officiũ eligebãt: quẽadmodũ e cõtrario infelices atqꝫ infauſtos dies nigris lapillis ſignabãt: & ex candidorũ numero: vitę tẽpus metiebãtur. Malos eñ dies in annorum numeros non redigebant.

⁎ Albicerate ficus pediculo minimo latiſſimę. Cc.

⁎ Albicera oliuę genus. Cc.

❡ Albor albedo. Hie. in Leui. Q ꝺ ſi ſurſum fuerit in alborem conuerſa ſacerdos eum mundũ eſſe decernet. Alborem etiã Apitius vocat qd eſt albũ in ouo quod Plynius albuginem appellat. Medici albumen.

⁎ Albingaunũ & Albiũ Intemeliũ Ligurię oppida. nã cũ Ligures: partim Gaunij: partim Intemelij: eorũ colonię ad mare deductę: altera Albiũ quaſi alpiũ Intemeliũ: altera vero Albigauniũ vocitatę ſunt.

❡ Albugo penul. prod. macula in oculo. Ply. lib. xxi. Quæ alligata oculo albugines tolli dicuntur. Idem albuginem vocat album in ouo.

❡ Albumen penultima producta quod eſt in ouo album. Vitellus vero quod croceum.

❡ Albeo.es. albus ſum: vt cãpi niuibus albent. Hinc albeſco albus fio. Virg. lib. i. Georg. Sæpe etiã ſtellas vento impẽdente videbis p̃cipites cœlo labi noctiſqꝫ per vmbras flammarum longos a tergo albeſcere tractus. Huius compoſitum eſt exalbeſco.

❡ Albico.as. pe. cor. aliquãtulum albus ſum. Ply. lib. xxij. Solidũ ſemen conijcif in oculũ nec turbat: ſed in ſe caligĩnẽ cõtrahit: mutat colorẽ: ſed ex nigra albicare incipit: & tumeſcit. Similiter accipiũtur. Vellico: fodico: candico: nigrico: nutrico: quę formanf ab eorũ verbis in ſco deſinẽtibus diminutis literis e. & a. Et mutata e. in i. vt albeſco albico: candeſco: candico. Deſcendũtqꝫ ab actiuis & neutris: vt nutrio nutrico: vello vellico: fodio fodico: quę ſine dubio diminutiua ſunt. Nã fodico minus eſt q̃ fodio qd nõ ſomniculoſe legẽtib⁹ patebit. In ſignificatione verborũ in ſco. Priſc. interp̃tatus eſt albico dicẽs albico pro albeſco: & Horatij affert exemplũ. Nec prata canis albicant pruinis. Sũt q ea apparitiua nominẽt: quoniã apparentiã ſignificent.

❡ Albo.as. albũ facio. Cuius paſſiuũ eſt albor albus fio. Vnde & dealbo & dealbor: qd eſt multũ: ſiue a ſummo vſqꝫ deorſum albũ facio. Curi⁹ Cic. Nec ſolere duos parietes de eadẽ fidelia dealbare. Et illud. Lauabis me & ſuper niuem dealbabor.

❡ Albogalerus pileus ca[ndidus] [qu]o flamines diales vtebantur. Fiebant enim ex hoſtia alba Ioui cæſa.

⁎ Albaſia ſcuta dicebantur quę & decumana ꝙ eſſent ampliſſima.

❡ Alburnus: Lucanię mons a cãdore verticis dictus.

❡ Alburnũ: adeps arboris. Ply. Humor & cortici arborũ eſt q ſanguis eorũ itelligi debet. Eſt eñ in toto corpore arborũ & reliquorũ aialiũ cutis ſanguis caro nerui venę oſſa medullę. p cute cortex: humor ſanguis p̃ximi plęriqꝫ adipes. Hi vocãf a colorẽ alburnũ. Hic exalburno as. qd ẽ alburnũ detraho. Idẽ. E reliq̃s arborib⁹ ſicciſſima lotos: deide robur exalburnatũ cui nigricãs color.

❡ Albunea: fons iuxta Tibur. Vir. li. vi. Lucoſqꝫ ſubacta cõſulit albunea nemorũ q̃ maxia ſacro fõte ſonat.

❡ Albegmina: partes extorum quæ dijs immolabantur a candore eorum dicta.

⁎ Album prętoris & album Iudicum dicebatur qd qui vel fœdaſſet: vel viciaſſet: vel quocunqꝫ ſcripturę genere turbauiſſet capitaliter: non expectata ordinis ſententia puniebatur.

❡ Albula pe. cor. fluuius ab albo colore aquę qui poſtea Tyberis a Tyberino Syluio Albanorum rege ibi extincto dictus eſt. Liui. Pax ita cõuenerat: vt Hetruſcis latiniſqꝫ fluuius albula quem nunc Tyberim vocãt finis eſſet. Item albula dicta eſt aqua quædam in agro Tiburtino quæ vt Stra. teſtatur vulneribus medetur. Mar. Canaqꝫ ſulphureis albula fumat aquis. Dicitur & albulæ pluraliter. Idem. Quod ſiccę redolet palus lacunæ crudarum nebulæ quod albularum.

❡ Albion inſula Britanniæ dicta ab albis rupibus quas mare abluit. Poſtea Anglia dicta. Vide in Anglia.

❡ Albis fluuius qui in duo ſpatia Germaniam diſterminat: vt teſtatur Stra. lib. primo. De hoc Luc. lib. ij.

Fundat ab extremo flauos aquilone ſueuos Albis: & indomitum rheni caput.

¶ Albinga: oppidũ: ligurũ colonia ad mare deducta cuius incolæ Ligure: Ingauni vocant. Ex hoc loco ad Monœci portũ ſtadia ſunt. lxx. Dicit & Albigaunũ.

¶ Albeus per diminutionẽ: albeolus cum accentu in antepe. tabula luſoria. Cice. de fi. bo. Aut albeolum poſcere: aut quęrere quempiam ludum. Ply. M. Meſſala cõſul pridie Calendas Octob. ad diem natalis ſui egit tranſtulit albeum cum teſſeris luſorium e gemmis duabus latum pedes tres.

⁎ Albuna vide in dictione Alba dea.

¶ Alcæus cum diphth. nomen poetę lyrici mitylenei: Hic magnificus breuis diligẽs & plurimum Homero ſimilis. Fuit etiã auus Herculis qui inde alcides.

¶ Alces. is. ſeu Alces. æ. græcorũ more animal eſt: e Gallis Tranſalpina inuẽtu rarũ. olfactu e lõginquo venatorẽ ſentiẽs: ſtatimq; in ſpecus & latibula ſe condẽs media inter camelũ & ceruũ ſimilitudine. Sed mares ex his in ſupercilijs habẽt cornua. De his animalibus Cęſar li. vi. & Iulianus capitolinus mentionẽ faciunt.

¶ Alceſte. es. ſiue alceſtis alceſtidis: fuit Peliæ filia: Admeti Phereorũ regis cõiunx quę maritũ tãto amore dilexit: vt pro eo perire nõ recuſauerit. Cũ enim maritus ægrotaret oraculo nũciatũ eſt ei poſſe adhuc viuere ſi foret aliquis ex affinitate vel amicitia qui pro eo ſponte mortẽ ſubiret. Cęteris id abnuẽtibus: ſola vxor promiſit. Iuue. Spectant ſubeũtẽ fata mariti Alceſten Hiero. Alceſtim fabulę ferũt pro Admeto ſponte defunctam: ſed multa eſſent dicenda: ſed vide tragœdiã Euripidis Alceſtim quæ impreſſa eſt.

¶ Alcyone pen. cor. duę fuiſſe legunt. Altera Ceycis vxor quæ viſo cadauere mariti in littus eiecto ſe deiecit in mare: iuſſuq; Amphytrites in aues conuerſi fuerunt ambo. Altera fuit Eueni fluminis filia quæ poſtea Marpeſa dicta eſt.

¶ Alcedines ſunt quædã aues dictę quaſi algedines: q frigidis tẽporibus in mari pariãt: Plautus. Nã Hercule tu periſti niſi illã mihi tam tranquillã facis q̃ mare eſt olim cũ alcedo pullos educit ſuos. Dicta eſt e gręcis Alcyone. es. vel Alcyon. is. Ambro. libro Hexa. Alcyone eſt auis maritima quæ in littoribus fœtus ſuos edere ſolet. ita vt i arenis oua deponat medio fere hyemis. nã id temporis fouẽdis habet deputatũ partubus quãdo maxime inſurgit mare littoribuſq; vehemẽtior fluctus illiditur: quo magis repentinę placiditatis ſolẽnitate ſuis huius eluceret gratia. Nãq; vbi vndoſum fuerit mare: poſitis ouis ſubito miteſcit: & oẽs cadunt vẽtorũ procellę flatuſq; aurarũ quieſcũt: ac placidũ vẽtis ſtat mare: donec oua fouet Alcyone ſua: ſeptẽ dies fœtus ſunt: qbus decurſis educit pullos. Illico alios ſeptẽ adiũgit dies qbus enutriat partus ſuos donec incipiãt adoleſcere. Tãtã autẽ gratiã munuſcula ſuis diuinitus indultã habet: vt hos quattuordecim dies nautici præſumptę ſerenitatis obſeruẽt: quos & alcyonidas vocãt: quibus nullos motus procelloſę tẽpeſtatis horreſcant. Ferũt hanc autem paulo maiorẽ paſſere: pẽnis purpureis candidis admixtis: collo gracili & procero: raro viſam. Ariſt. lib. viij. de animalibus Alcyonũ duplex genus eſſe ſcribit: alterũ vocale harũdinibus inſidens: alterũ mutum ampliori corpore. Ab Alcyone fit alcyonius. a. um. vt Alcyonij dies. Fitq; a gręco als quod mare ſignificat licet aſpiretur.

¶ Alcamenes pe. cor. nomẽ ſculptoris ꝓpriũ q ſicuti Ply. li. xxxiij. ſcribit Phidię diſcipulus fuit.

⁎ Alcedonia dñr ab alcedine ſicut ab alcyone alcyonides. Plautus. Trãquillũ eſt alcedonia ſunt circa forũ.

¶ Alcman: e Lydia Sardẽſis poeta lyricus filius Damantis claruit. xxvij. Olympiade cũ apud Lydos regnaret Ardis pater Aliattæ. Et cum nimio amore puellam quandam deperiret amatorios cantus primus inuenit. Fertur Phthiriaſi morbo interijſſe. quoniã φθειρῶ ὅθεν φθεὶρ φθερὸς καὶ φθειρίασις. i. φθείρω corrũpo: vnde φθεὶρ. i. pediculus: & φθειρίασις. i. pedicularis morbus. quoniam ex putrefactione humorum in poris carnis pediculi oriuntur.

⁎ Alcinoe vna ex pleiadibus.

¶ Alcinous penul. cor. nomen iuſtiſſimi phæacum regis a poetis laudati cuius ædes fuerunt magnificentiſſime extructę & viridaria bifera erãt. Vnde Papi. Quid referam alcinoi: referã pomaria voſq; qui nunq̃ vacui prodiſtis in æthera rami. Dicitur etiã alcinus de quo in odyſſea multa Homerus quæ nota ſunt.

¶ Alcides pe. pro. Hercules gręca ſignificatiõe a virtute appellat. Nã ἀλκὴ alce virt' robur fortitudo dicit.

⁎ Alcibiadon herba ſic dicta q vti ea ad formã conciliandã ſolitus ſit Alcibiades magnis folijs & aſperis radice ruffa oblonga naſcens pręcipue in aridis & arenoſis locis. Cc.

¶ Alcibiades pen. cor. nomẽ Athenięſis imperatoris ſummi q genere & forma pcipuus oibus rebus aptus fuit. Diues pterea: affabilis: patiẽs: & omni denicq; virtute pditus. Et qd mirũ eſt vitijs etiã pleniſſimus fuit. Eius vitã Plutar. luculẽte ſcripſit. Proditũ eſt q in illũ vniuerſa ciuitas Athenienſiũ oculos: nullũ ſuſpẽſa ora cõuerterãt: & quaſi de cœlo miſſum cõtuẽtes admirabãtur. Fuit hic ex primatibus qui cũ eſſet procliuis ad luxũ: & ad cęteras voluptates ad bonã diſciplinam tes ductus eſt a Socrate. Nã diſcẽdi ſtudio & ſapientię amore pellectus extẽplo cũctis amatoribus adulatoribuſq; repulſis ad Socraticã diſciplinam animũ vertit nuſq̃ recedens a latere philoſophi ſapientiſſimi.

¶ Alcmena pe. prod. nomen propriũ fuit matris Herculis. de qua qui velit multa intelligere legat τὴν ἀσπίδα τοῦ ἡσιόδου ἢ οἵη προλιποῦσα δόμους καὶ πατρίδα γαῖαν ἤλυθεν ἐς θήβας μετ' ἀρήιον ἀμφιτρύωνα ἀλκμήνη θυγάτηρ λαοσσόου ἠλεκτρύωνος. ⁎ Aſpida Heſiodi ſola relinquens domos & patriã terrã venit Thebas poſt regem Amphitryonem Alcmena filia populum arcentis electrionis.

¶ Alea ludus tabulæ ab alea quodam milite in ocyo Troiano. Horat. in epi. Quẽ damnoſa Venus quẽ pręceps alea nudat. Et cũ alea dicatur omnis ludus in varietate fortunæ cõſiſtẽs. Vnde Mar. de nucibus. Alea parua nuces: & nõ dãnoſa videt. ſępe tñ pueris abſtulit illa nates. Factũ ẽ vt nõ ſolũ pro fortuna: ſed etiã p periculo periculiq; dubitatione ſumatur: & ille dicatur aleã iacere: q ſe periculo fortunęq; cõmittit. Liu. In dubiã imperij ſeruitijq; aleã imus. Eſt & alea nomẽ vrbis ab aleo conditore. Papi. in ſyluis. Aut alcas lucis vidit tegeęa ſacerdos. Plut. In vita Cæſaris ἀνερρίφθω κύβος: id eſt iactus ſit cubus.

¶ Aleator & aleo onis: qui ſępe alea ludit. Catu. Niſi impudicus & vorax & aleo. Nunc aleator dicitur.

¶ Aleatorium apud Sidoniũ ſumitur pro ludo aleæ. Ait enim. Atq; illic aleatorũ laſſus conſumpto ſphæriſterio faciat. Suet. vocat aleatorium forum.

⁎ Alebria veteres vſurpabant pro eo quod eſt bene alentia. Cc.

¶ Alecto vna eſt ex furijs infernalibus: & latine inceſſans interpretatur ab a priuatiua & λήγω deſino: quia cupiditas nunq̃ ſatiatur.

¶ Alectorius lapis q in ventriculo galli inuenitur gallus enim gręce ἀλέκτωρ dicitur. ⁎ Vide alectorias.

* Alemanni dicti ſunt a Mãno Teutonis dei filio germanię vocabulũ noper a Romanis additũ: quoniã cũ primũ Rhenũ deutctis Gallis trãſgreſſi fuiſſent vidẽtes eos & feritate animorũ & pceritate corporũ & colore flauo forma pterea & moribus: & viuẽdi vita Gallis ſimillimos Germanos: hoc eſt fratres Gallorum eſſe exiſtimarunt. Cc.

¶ Alemani p.p. ppli inhabitãtes iuxta Lemanũ lacũ.

¶ Ales quęlibet auis ab alis gerendis: ſicut volucris omne volatile. & tã maſcu. q̃ fœmi. ge. profertur. Vir. Nãq; volans fuluus Iouis ales in æthra: Ponitur quãdoq; pro veloci: vt aliteplanta. In genitiuo plurali alitum & alituũ ſecũdũ Priſ. Virg. xi. li. Alituũ pecudũq; genus ſopor altus habebat. Auis eſt quæ parit oua & pennis eſt prędita pręter veſpertilionem.

¶ Alecula diminutiuũ ab alec. Colu. lib. ix. Datur cũ marus & riualis alecula: vel ſi qua ſunt incremẽti parui fluuiorum animalia.

¶ Alec. Vide infra in dictione halec.

* Aletudo pinguedo corporis. Cc.

¶ Alexãdria vrbs Aegypti nõ lõge a nili oſtio vt Solinus ait ab Alexãdro Macedone: vnde illi nomẽ cõdita. Vrbs fertiliſſima quã Dinocrates architectus cõmetatus eſt mirabili ingenio quindecim milliũ paſſuũ laxitate ad effigiẽ Macedonicæ chlamydis orbe gyrato lacinioſam angulo dextra lęuaq; procurſu: Mareotis lacus ad meridianam vrbis partem Euripo Canopico oſtio imittitᷣ. Habuit olim ſcholas omniũ diſciplinarũ liberaliũ. Fuitq; ob cõmoditatẽ maximũ totius orbis emporiũ. Sũt & aliæ Alexandriæ. Vna in Scythia ſup Tanaim. Alia in Aſia & aliæ alibi ſecundũ Ptol.

¶ Alcopetra inſula in Mæotide.

¶ Alexicacon. remedium qđ fit ad depellenda mala. Sic Hercules dictꝰ fuit Alexicacos ab eo ꝙ defenſor eſſet hominũ: hoc & Amuletum dicitur.

* Alfulę ficus. Cc.

¶ Alga herba quæ naſcitᷣ in aquis marinis dicta a mari ab algore aquæ: ſiue ꝙ pedes alliget: quia craſſa eſt folijs ex parte ſupernatantibus. Virg. lib. vij. Lateriq; illiſa refunditur alga.

¶ Algor. oris. Algus. us. & Algus. gi. dolor triſtitia p tranſlationem ponitᷣ pro frigore. Plau. in Aul. Inopiã luctũ: mœrorẽ: paupertatẽ: algũ: famẽ. Luc. libro. iij. Sollicite euolitãt morbis algoq; fameq;. Plau. in Ru. Vel ſuda vel peri algu: vel etiam ægrota.

¶ * Algenſes Pelagię. ab alga dictę. Cc.

¶ Algeo. es. alſi vel alxi. ſum. a græco ἀλγέω δέ ἐστι τὸ ἄλγος ἀλγεῖν doleo patior: vt ſit frigus dolor quidã membrorum rigore contractus. Ponitur tamen algere pro frigidum eſſe. Aug. lib. xxi. de ciui. dei. in æſtibus diei ſic alget: vt bibi non poſſit.

¶ * Aligidenſe Raphani genus: a loco lõgum & trãſlucidum. Cc.

¶ Algidus pe. cor. mons ab vrbe. xij. paſſuũ milibus diſtans ab aſſiduo frigore ſic dictus. Hor. Quęq; Auẽtinũ tenet algidũq;. Et ab hoc quoq; ſylua algida dicta eſt huic mõti ſubiacẽs. In cuiꝰ igreſſu Regillus lacꝰ eſt.

¶ Algedon latine cruciatus.

¶ Alius. a. ud. genitiuo alius penul. pro. vel alij: æ ij. datiuo alio. æ. o. Cic. Si res tota aliæ rei neceſſe eſt ſimiliter ſit. Et idem eſt quod diuerſus: vt alia eſt facies eius a facie mea. Accedit quandoq; ad vim comparationis. Quint. At quanto alius fuit ille infeliciſſimus iuuenis affectus? Quomodo autem differat ab alter: Vide in dictione alter.

¶ Alias res agis. i. non intendis ad id quod dicitur: vt nulla ſit in eis attentio aut nugatorias res agis.

¶ Alias aduerbiũ: ſignificat alio in loco: vel alter: vel alio tẽpore: vel aliquãdo. Plyn. lib. xxxiiij. Alias fragile & eroſom rotatuq; vſibꝰ & clauis maxime fugiẽdũ. Gellius. Neq; id tamen ſemper eſſe fini dixiſſet: ſed alias ocyus fieri: alias ſerius: id eſt aliquando.

¶ Alibi alio alio loco. Aliubi pro alicubi. Nã dicimus ſolem totũ aliubi: aliubi dimidiũ hominibus adimi.

¶ * Alicubi in aliquo loco.

¶ * Alicunde ex aliquo loco. vide Aliquo. Cc.

¶ Alienus. a. um. quãdoq; alienatus dicitur. Sal. Poſt q̃ alienum ſe videt. Quãdoq; diuerſus: diſſimilis: diſpar: diſſonus. Idem. Neq; ſolum illis aliena mens erat. Quãdoq; non conſcius: vt apud eundẽ. Ille eos in domũ Decij Bruti perducit ꝙ foro propinqua erat: neq; aliena conſilij: propter Semproniam.

¶ Alieno. as. alienũ vel aduerſariũ facio: ſeu a propoſito remoueo: repulſando. Plaut. Me alienabis nunq̃ quin veſter ſim. i. a propoſito remouebis. Sallu. Meq; falſa ſuſpitione alienatũ eſſe ſentiebam. i. repulſum. Teren. Ita nos alienauit. i. aduerſarios fecit. Paul. Iurecõ. Alienationis verbo vſu capionem contineri putat. Vix eſt enim vt non videatur alienare qđ patitur vſu capi. Eũ quoq; alienare dicimus qui non vtendo amiſit ſeruitutes. Huius verbi compoſitum eſt: abalieno quod eſt abinuicem ſeparo. Cice. in arte veteri. Si auditoris ſtudium defatigatio abalienabit.

¶ Alienigenus. a. um. penul. correpta. nomẽ compoſitum a genere & ſignificat quod eſt externũ: vel alieni generis: vel inter alienos genitum. Vale. lib. pri. Adijci noſtris duo eiuſdem generis alienigena exempla non abſurde poſſunt.

¶ Alienigena. com. ge. vel ſecũdũ Probũ omnis generis ſumitur in eodẽ ſignificato cum alienigenus.

¶ * Aliger alatus vnde cupidinẽ alatũ & aligerũ poetæ vocant. Cc.

¶ Aliter aduerbiũ. fit ab alis huius alis pro alius ſicut declinabant antiqui: & ſignificat cõtrario modo. Virg. Dijs aliter viſum. Teren. in prol. An. Verum aliter euenire multo intelligit. i. contra.

¶ Aliunde: ex alio loco.

¶ Alioquin & alioqui vtroq; modo dicitᷣ: & habet pe. pro. ſignificatq; alio modo: vel ꝙ ſi non: vel pter hoc vel etiã. Plyn. Hos tibi dedicaui libellos. Nã nec ingenij ſunt capaces qđ alioquin nobis pq̃ mediocre erat.

¶ Aliorſum: verſus alium locum in aliam partem. Terent. in Eu. Vereor ne illud grauius tulerit: neue aliorſum atq; ego feci acceperit.

¶ Aliquis: quaſi alius quis: & habet vim pluralem q̃uis ſingulariter dicatur. Non enim eſt aliquis niſi de multis. Vnde & apud veteres vario genere numeroq; proferebatur. Teren. Aperite aliquis actutum oſtium Idem eſt qđ quiſq̃ quiſpiam & vllus: Et.

¶ Aliquo ad aliquẽ locũ. Aliqua p aliquẽ locũ. Alicũde ex aliquo loco. Aliquorſum verſus aliquẽ locum.

¶ Aliquotiẽs ſeu vt quibuſdam videtur. Aliquoties ſine n. ſignificat aliquot vicibus: ſiue aliquando.

¶ Aliquot tantũ pluraliter declinatur. & ſecundũ Do. ſignificat idem quod nec multi: nec pauci.

¶ Aliquantus. a. um. ponitur pro aliquot. Ambr. Factum eſt autẽ vt per aliquantos annos ad conſtantiam hoc factũ ab ijs qui viderant narraretur. Hiero. ad pãma. Cum aliquanti ex vrbe venientes in eadem lectitarent quæ ſero me excepiſſe referebant.

¶ Aliquaotulus diminutiuũ: & quãtitatem ſignificat Aug. li. j. de ciui. dei. Illi autẽ infirmiores qui terrenis his bonis q̃uis ea nõ pręponerent Chriſto aliquantula tamen cupiditate cohærebant.

¶ Aliquātū modo nomē eſt: vt aliquantū ocii: quaſi aliqua quantitas: modo aduerbium: vt tu es aliquantum ocioſus.

¶ Aliquantiſper aduerbium: ſignificat aliquanto tpē

¶ Aliquando cum accentu in antepenultima: ſed temporibus noſtris nō ſeruatur etiā a doctiſſimis viris: necꝫ in Virg. vel Ouid. aut Luca. vel aliis poetis antiquis inuenitur in vſu illam corripi poſitura: habet tria tempora: praeſens: praeteritum et futurum: et ſignificat aliquo tempore: ſicut et quandocꝫ. Ponitur et pro tandē Cice. Valerio. Aliquando nos reuiſas.

¶ Aliquatenus penultima correpta ſignificat vſcꝫ ad aliquam partem: ſiue ex aliqua parte: aut aliqua ratiōe Quint. Verum hoc aliquatenus temporū mutatio eſt cōditione. Aug. lib. xiij. de ciui. dei. Corpus eſt mortale: quoniam a vita quam habet deſeri poteſt: nec per ſe ipſum aliquatenus viuit.

¶ Aliquid ſubſtantiuum eſt: vt aliquid virile. Aliqđ adiectiuum: vt aliquod templum.

¶ Alica penulti. correpta: potio dicta: ꝙ corpus alat. Haec fit ex zea: quae a noſtris ſpelta dicitur. Tunditur granū eius in pila lignea: vel lapidis duritia conteritur excuſſis inde tunicis conciditur medulla. Hinc alicarij qui eam conficiunt venduntve.

¶ Alicarię meretrices in Campania appellatę: ꝙ ſolitę eſſent circa piſtrina alicariorum verſari.

¶ Alicaſtrum etiam videtur dici ea forma ab alica de mari: ſicut ſiliquaſtrum a ſiliqua.

¶ Alipedes penultima correpta equi veloces: quaſi alas in pedibus habentes.

¶ Aliptes vnctor. Et is erat cuius curę tradebātur hi: qui in ſacris certaminibus pugnarent. Dictus ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν. i. vngēdo ἀλείφω vngo: ἀλειφὴ vnctio: ſiue pingue dicitur: tamē gręce dicit̄ ἄλειφαρ ἀλείφατος: καὶ ἄλειμμα vnguentū. Martial. Nec capit immeritas ſordidus vnctor opes. Dicitur etiā aliptes: qui vulnera curat. At medicus qui male valentibus et in lecto iacentibus medetur Clinicus appellatur. Item aliptes fuit fons apud Epheſum.

⁎ Aliuta veteres pro aliter ſcripſiſſe manifeſtum eſt. ex gręco transferentes. Hinc eſt illud in legibus Numę Pōpilij. Si qa aliuta faxit: ipſus loqui Ioui ſacer eſto.

¶ Allia ge. foemi. nomē fluuij: qui a Cruſtuminis mōtibus praealto defluens alueo: Tyberino amni miſcet̄. xj. ab vrbe lapide: vbi magna ſtrage Romani a Gallis profligati ſunt. Hinc allienſis dies dictus eſt tāq̄ infauſtus. Huius nominis prima ſemp producitur. Syl. Maior et horrificis ſeſe extulit allia ripis. Ouidi⁹. Haec erat in faſtis: cui dat grauis allia nomen. Luc. Et damnata diu Romanis allia faſtis. Sic Virg. li. vii. Quoſcꝫ ſecans infauſtū interluit allia nomen: vbi Seruius dicit aliud. i. eſſe interpoſitū. Nam ꝙ Luca. lib. vii. dicat. Non iſtas habuit pugnae Pharſalia partes: Quas alias clades. Non de flumine allia intelligendū eſt: quum ibi oſtendat oēs clades: quas Romani ſuperioribus temporibus paſſi ſunt: nō eſſe cū Pharſalica clade comparandas: quae alias ſuperauit.. Aliae igitur quum ibi prima correpta ſit: eſt ab alius alia aliud.

¶ Allium genus holeris quod comeditur: qđ nomen quidā ab olendo: quidam ab halando deriuāt. De hoc infra: quū ab halando aſpirari debeat. Similiter et halleatum graece dicitur σκορόδαλμον et σκοροδάλμη purgamenta allij. Eſt et hoc nomine vrbs inter Pyrgum et Oſtiam.

¶ Alliatū ab allio pulmentarij: et intinctus genus eſt. Plautus. Sine alliato fungi fortunas meas. Aſcen. Ego ſic intelligo. ſine. i. permitte: mihi alliato. i. allio nutrito aut illito. &c.

¶ Alo. is. lui. litū. Vnde alitus vel altus ſignificat nutrio alimentis ſuſtento. Sallu. in Iug. Et omnē ętatem arpini altus. In rebus tamen incorporeis alere frequentius pro creſcere ponitur. Quintil. Sed alere facundia vires augere eloquentię. Virg. Hos ſucceſſus alit. i. augeſcere facit. Et licet altū vel alitū ſupinū faciat: tamē vt docet Diome. melius dicitur alitus: q̄ altus: vitādae ambiguitatis gratia. ⁎ Alonge procul.

¶ Alliguris eiuſdē ſignificationis cum ſuo ſimplici.

¶ Alimentū: quod datur ad vitae ſuſtentationē. Scribunt Iureconſulti alimentis legatis cibaria et veſtitus et habitatio debebitur: quia ſine his ali corpus nō pōt.

¶ Alimentarius. a. um. quod ad alimentū pertinet: vt lex alimentaria: quę puidebat: vt filii alerent parentes.

⁎ Alimodi veteres dixere: ſicut alirei. p aliter.

¶ Alimonia. penul. correp. idem qđ alimentum.

¶ Alma ſancta ſiue pulchra: vel alens: ab alēdo dicta

¶ Almities almarum rerum habitus. Cor.

¶ Allino: vide lino. Cor.

¶ Altilis: et in plurali altilia: penultima correpta: quicquid domi: vel in villis: vel in viuariis ſaginatur: ſiue ſit auis: ſiue quadrupes: ſiue piſcis ab alendo: quaſi alitilis. Et non ſolum pro pingui: ſed etiā pro opulēto ponitur. Plautus in Ciſt. Prolubet diuitiis maximis: dote altili atcꝫ opima.

¶ Alumnus dicitur filius: vel diſcipu.⁹: qui ab aliquo velut a patre alitur: ſiue victu: ſiue morib⁹: ſiue doctrina. Cic. Dolobellae. Mihi vero glorioſum te iuuenem conſulem florere laudibus: quaſi alumnum diſciplinae meę. Idē in Verrē. Italia aūt alumnū ſuū ſeruitutis extremo ſummocꝫ ſupplicio fixum videret. Ser. p educato: et educatore ponit ab alendo deductū. Aug. lib. vii. ciuita. dei. Iouē alumnū cognominauerūt: ꝙ omnia aleret. Sic Pli. lib. iii. in actiua ſignificatione dixit de Italia. Terra oīm terrarū alumna: eadē et parēs numine deum electa. Curt. lib. vii. Oro quęſocꝫ ne humanarū rerum terminos adeūtē alumnū commilitonēcꝫ veſtrum: ne dicam Regem: deſeratis. Fallitur ergo ſuper hac alumni ſignificatione Lau. Val.

¶ Aluus locus corporis: ex quo ſordes defluūt: ꝙ in eū cibi quibus alimur e vētre delabantur. Sal. Inſimulās ſibi aluū purgari. Proprie alu⁹ eſt vēter foemię ab alēdo dicta. Venter eſt q videtur. Interdū dicitur vas cauatū: vbi quid reponitur. Et eſt tam maſcu. q̄ foe. generis. Cuius diminutiuum eſt aluulus.

¶ Aluini dicti ſunt: qui aluo langueſcunt. Ply. li. xxi. Vinea punica aluinis impoſita: multū pdeſſe dicitur.

¶ Aloe aloes graecum eſt: et ſignificat herbam amariſſimi ſucci. Iuue. Plus aloes q̄ mellis habet: gręce ἀλόη

¶ Aloeus nomen gygantis: cuius filii dicūtur martē vulneraſſe: a quo patronymicum aloides.

¶ Alopecia morbus in capite humano et barba ex vitio humorꝫ: qui fit cū pfluuio capillorū: dicta a vulpe quā gręci vocāt ἀλώπηκα ἀπὸ τοῦ ἀλῶναι. i. a capiēdo quoniā difficilis ſit captu quū animal ſit aſtutiſſimum ꝙ ea crebo id genus morbi patiatur. Ply. Lingua herba eſt: quę circa fontes naſcitur: cuius radix combuſta et trita alopecias emendat. ⁎ Allopecus i qui alopecia laborat.

¶ Allabor. pe. pro. iuxta fluo: ſiue iuxta nauigo. Cia: Sidulis allabitur oris. Hinc allapſus. us. Auguſti. lib. x. con. Vbi per diem fuero multitudo allapſa blanditur mihi.

¶ Alectorias gēma dicta eſt ἀπὸ τοῦ ἀλεκτρυόνος i. a gallo: qm̄ in gallinaceorū ventricu'is inuenitur Cryſtalli ſpecie: magnitudine fabae. Hac Milonem Croto-

nienſem tradunt in certaminibus vſum: victorē euaſiſſe.

¶ Allegoria cum accentu in penultima dicitur alieniloquiū: vel potius inuerſio: vt aliud verbis: aliud ſenſu oſtēdat. Verg. Claudite iam riuos pueri: ſat prata biberunt: hoc ē deſinite iā plura canere: quia ſatis audiuimus. Eius ſpecies ſūt. vii. Ironia. antiphraſis: aenigma charientiſmos: paroemia: ſarcaſmos. aſteiſmos. Sed ita dicitur: quoniā ἄλλος ἄλλη ἄλλο καὶ ἀγορεύομαι. Id eſt aliud dicimus: et aliud intelligimus.

¶ Allego. gis. penultima corre. aſcribo: annoto: quaſi iuxta lego. Vnde apud Iul' Capitolinū ſcribitur M. Antoniū philoſophū multos ex amicis in ſenatu allegiſſe cum ędilitijs ac praetorijs dignitatibus. Liuius libro. x. Caeterū quia de plebe allegebantur: eandē ęgre paſſi patres. Hinc allecti dicebātur: qui propter inopiā ex equeſtri ordine in ſenatorum numero aſſumpti fuerāt. Nam patres dicebantur: qui erant patricij generis. Cōſcripti qui ſenatui ſunt ſcriptis annotati. Allectus vero ab allicio idem eſt: quod attractus.

¶ Allego. as. penultima produ. ad hoc mitto. Plaut' in Caſſi. Quin ea ipſa me allegauit: qui iſtam accerſerē. Et allegare eſt adducere. Ply. Tum multa allegauit: q̄ ad rem propoſitam pertinere minime videbantur. Itē deputare: conſtituere: cōmittere. Plautus in Caſſi. Filius aūt armigerum allegauit ſuum: qui ſibi eam vxorem poſcat.

¶ Allelu yia: duae dictiones ſunt: quibus ſignificatur laudate dominū. Allelu eīm (vt Auguſtinus ait) imperatiui modi eſt: et ſignificat laudate. Yia vero hieruſalem: vel vniuerſaliter. ſ. deū. Hiero. Yia apud Hebręos vnū eſt de decem nominibus: et in illo pſalmo: vbi legimus. Laudate dominū: quoniā bonus eſt pſalmus: in Hebręo eſt allelu ya: ſunt duae partes hebraicę.

¶ Allicio. cis. penultima correpta allexi allectū ex ad et lacio ſignificat attraho. Inuenitur et alliceo allices allicui in eadem ſignificatione. Piſo libro hiſtoriarū primo. Aulus vitius pręmio multorū allicuit animos. Sępius tamen in tertia cōiugatione: q̄ in ſecunda vtimur. In infinitiuo autē difficulter dignoſcitur: cuius magis ſit cōiugationis: quale eſt illud Ciceronis libro primo Tuſculanarū. Fieri aūt poteſt: vt recte quis ſentiat: et id qđ ſentit polite eloqui non poſſit: ſed mādare quēq̄ ſuas cogitationes: qui eas nec diſponere: nec accurate illuſtrare poſſit: nec delectatione aliqua allicere lectorē hominis eſt abutentis intemperanter: et ocio et literis.

¶ Allecto. as. frequētatiuum per blandicias attraho. Columella lib. vi. Ad aquam duci oportet ſibiloq; allectari: quo libentius bibant.

¶ Allicefacio. is. eiuſdem ſignificationis eſt: a quo allicefio. Sueto. in Vitel. Pronus vero ad cuiuſq; et quacunq; de cauſa necem atq; ſupplicium: Nobiles viros cōdiſcipulos & ęquales ſuos omnibus blandicijs tantū nō ad ſocietatē imperii allicefactos vario genere fraudis occidit.

¶ Alleuo. as. penultima correpta in altū tollo: vel de imo: et vbi quid iacet: atq; proiectum eſt ſurſum leuo. Quintil'. Vidi multos: quorū ſupcilia ad ſingulos vocis conatus alleuarentur. Inde per trāſlationē ad qualitatem fortunę: vt idē. Nō petit vt afflictum alleuetis: niſi et probauerit ſe infoeliciorem. Eiuſdem ſignificationis eſt ſubleuo. Sueto. Dumq; ſurgit inter manus ſubleuantium extinctus eſt.

¶ Alleuio. as. pondus aufero diminuo ve.

¶ Allex et allux dicitur pollex ſcandens proximū digitum: q; velut inſiluiſſe in alium videtur. Nam gręce ἄλλομαι ſalio.

¶ Alleotheca latine dici poteſt: aliter poſita: ἄλλως enī aliter θετά poſita. A Priſciano dicitur variatio. Nā alloeos diuerſus ac varius dicitur. ἀλλοιόω. permuto. ἀλλοίωσις: permutatio. Cōfundit aūt numerū: vt Pars in fruſta ſecant. Caſus. vt Tu mihi quodcunq; hoc regni: pro hoc regnū. Genus. Vergi. Dulce ſatis humor depulſis arbutus hędis. Lenta ſalix foeto pecori: mihi ſolus amynthas. Ad dulce enī: quod eſt neutrum tam maſculinis: q̄ foemininis reddidit.

¶ Allido. is. pe. pducta: impingo: quod eſt interficiendi cauſa contra aliquid iacio. Lactan. lib. iiii. Et in conſpectu ſuo vexari acerbiſſime coniuges ſuas cernerēt violari ac proſtitui virgines: diripi pueros: allidi paruulos.

¶ Alligo. as. pe. cor. proprie ad aliquid ligo. Colu. li. iij. Arbuſtiuam vitem anteq̄ putes alligare diligenter oportet. Inde alligator et alligatura. Idem. Infra inciſionem et alligaturam falce acuta leniter vitem vulnerato. Per tranſlationem dicitur alligari: obſtringi: obnoxium fieri. Teren. in Eunucho. Hic furti ſe alligat. Similiter quis dicitur alligari ad aliquid: ſine quo eſſe non poſſit. Vnde dicimus adoleſcentē alligari ad amicam: qui vix ab ea diſcedit.

⁎ Alligurio & Allino eiuſdē cū ſimplice ſignificatiōis

¶ Allobroges penultima correpta: ppl'i Gallię tranſalpinę: qui Narbonenſibus aſcribuntur: quorū metropolis eſt Vienna. Hos quidā volunt eſſe: qui deprauato vocabulo a Sabatiis montibus Sabaudienſes pro Sabatenſes appellantur.

⁎ Alloquor: alloquium: allocutio in dictione loquor.

¶ Allophylus pe. cor. dici poteſt alienigena. Nam cōponitur ex ἄλλο: quod eſt aliud: & φῦλον: quod eſt genus: gens: natio. Ambro. lib. offic. Aduerſarios ſuos Hebręi allophylos. i. alienigenas latino appellabāt vocabulo. Hoc nomine dicti ſunt Paleſtini: qui et Philiſtei dicuntur.

¶ Allodium haereditas: proprietas dicitur

¶ Allubeſco. is. lubens facio: obedio: faueo. Vnde allubeſcentia: obedientia.

¶ Allucinor: pe. cor. vana ſomnio. Allucinatio: lucis alienatio: vel aberratio: quod et ad oculos mentis trāſfertur: quū minus recte intelligitur: obducta quadam caligine in animo. Fit aūt a gręco ἀλύειν: quod tarditatem ſignificat et animi ſtuporem.

¶ Alludo. pe. pro. blandior: congratulor. Lactan. lib. iii. Aut homini alludunt animalia. Metaphorice alludere eſt ea dicere: quae ad alium ſenſum latenter referūtur. Virg. Nec plura alludens ea vox audita: laborum Prima tulit finem. Alludere vero ad hiſtoriam dicitur. Hoc eſt ad rei fidem verba componere. Et alludere ſumitur pro eo quod vernacula lingua dicimus vndezare. Tibul'. Ima videbatur talis alludere Palla.

¶ Alludio. as: & alludior deponēs ex ad et ludios: qui pro ioculatore capitur.

¶ Alluo. is. iuxta luo: iuxta fluo: ſeu deorſum aliquid lauo. Curtius. Montem leniter alluit pręteriens amnis. Hinc fit alluuio. onis: alluuies et alluuium pro immoderata aquarum violentia: vel pluuialium: vel fluuialium: ſimiliumq;: quę non tantum agros cōfundit: ſed quandoq; eripit: et nōnunq̄ funditus deſtruit. Sed cū pars alicuius agri impetu fluminis aggregatur in aliū agrum: tunc cedit in poſſeſſionem eius: cuius eſt ager. Vnde Lucan'. Illos terra fugit dominos: his rura colonis Accedunt donante Pado. Circūluuio aūt eſt: quū partem alicuius agri rapidus amnis in alueum ſuū impulerit: et in modum inſulae circūluitur: iure victurioris erit. Val. Alluuies ſordida aqua: quae alluit: vbi lutum

cū aqua nō multa. Liuiꝰ.lib.j. In proxima alluuie: vbi nunc ficus ruminalis eſt: quā romularē vocatā ferūt: pueros exponūt. Proluuies proprie ſordis profuſio: Virg.lib.iij. Fœdiſſima ventris proluuies. Illuuies eſt etiā immūdicia in homine: aut veſte: aut re quauis alia inſita: ſeu iniecta. Teren. in Heau. Pānis obſita neglecta immunda illuuie. Vir.lib.iii. Dira illuuies: immiſſaq; barba. Elluuies ꝓprie dicitur: quod ex purgatur preſertim aquarū fluxu: q̄uis et alterius humoris dici poſſit. Ply. Quod in tutis notatur oppidis: quę minꝰ quatiūtur crebris ad elluuiem cuniculis cauata. Elluuio p tranſlationē a Cicerone ponit̄ in oratione ꝓ domo ſua Iccirco tu ad labē atq; elluuionē ciuitatis ſine ſūma vi ꝑuenire potuiſti. Colluuies ſordes cœni: aut cuiuſuis rei coactę Colu.lib.j. Tū etiā nantiū ſerpentiumq; peſtes hyberna deſtitutas vligie: cœno: et fermētata colluuie venenatas emittit. Colluuio idē eſt qđ colluuies Sed tā per tranſlationē: q̄ ꝓprie dixit Cice. O pręclarū illum diē: quū in illud diuinū animorū cōciliū cœtūq; ꝓficiſcar: cūq; ex hac turba et colluuione diſcedā. Proprie dixit Hiero. ad Helioga. Neget et ſacrilegiū eſſe: qui in libidinē ſededit: q mēbra Chriſti et hoſtiā viuā placentem deo cū publicarū libidinū victimis nefaria colluuione violauit. Diluuiū q̄ varie diluit. Et hęc nomina a luo deſcendūt iuxta præpoſitiones eorū: et ſumuntur in fluxu aquæ vel humoris alterius: aut commixto cœno alijs ſordibus.

Alnus generis arboris: ex qua primū factę ſunt lintres. Luca. Et fluctibus aptior alnus. Vnde et pro cimba quādoq; ponitur. Vir. Tum primū fluuij alnos ſenſere cauatas. Naſcitur hæc arbor in aqua: nec facile extra vndas viuit.

⁎ Alonge aduerbium ſignificat procul.

Aloſæ piſces ſunt clupearū generis Tyberi iuxta Romam laudatiſſimi: qui alio nomine apud Ariſtotelem et Strabonem Chryſſę dicuntur.

Alpes a candore niuiū dictę ſunt. quia ꝑpetuis fere niuibus albeſcunt. Nā ἄλφος latine macula ſiue impetigo tranſfertur. Vnde Strabo lib.iiij. ſcribit alpes alio nomine Albiū vocari: gallica vero lingua. Alpes vt inquit Ser. alti mōtes ſunt. Sunt aūt montes altiſſimi: qui Galliam tranſalpinā a ciſalpina diuidebant. Nūc vero ꝓmotis finibus termini ſunt Italię: qui gallica lingua excelſos mōtes ſignificant. In longitudinē.c.milia paſſuum patent: a ſupero mari ad inferum: vt Celſus tradit: Liuius vero tria milia ſtadiorū. Hos primus Annibal fecit puios. Incipiūt (vt inquit Strabo) a Sabatijs. Apenninus a Genua. Inter Genuā vero et Sabatia ducenta et ſexaginta ſtadia interſunt. Ab alpes fit alpinus.na.nū.pe.pro. Ply. Gentes alpinæ: et venti alpini: qui alpibus flant. Vnde et Ciſalpinus: & tranſalpinus.na.num.

Alphos latine impetigo ſiue vitiligo dicitur: quę ſuper faciē corporis immutat: et modo nigra: modo candida eſt.

Alphabetum nomen compoſitum ex alpha et beta: quæ ſunt primæ literæ grecæ.

Alpheſibœus nomen paſtoris: ab alpho inuenio: quaſi inueniens boues.

Alpheus nomen viri et nomen fluminis helidis arcadiæ ſub mare in Arethuſam Siciliæ deſinentis. Finxerunt poetæ Arethuſam fuiſſe venatricē: et amatam ab Alpheo: et fugiſſe volūt ſtuprū p ſubterraneos cuniculos in Ortygiā: et alpheum fuiſſe inſecutum. Alpheus fluuius ab alphis.i. maculis dictus eſt: quia eius aquā maculas tollit. Pauſanias aūt quaſi in principio libri quinti de Grecia illuſtrata ita ſcribit. Τὸ ὕδωρ εἶν τοῦ ἀλφειοῦ πλύσαι τε πολυ ἰδόντι καὶ ἥδισον. Et ſubdit περὶ δὲ τούτου πολλὰ λέγεται ὅτι ἀνὴρ ἐπιθηρευτὴς ἐρασθῆναι δὲ αὐτὸν ἀρεθούσης. id ē aqua eſt alphei copioſa videnti: et ſuauiſſima. Et ſubdit. De quo multa feruntur: q̄ vir eſſet venator: et Arethuſam adamauit. Et multa alia ſcribens declarat hanc fictionem.

⁎ Alpus vide in albus.

Alſioſi dicuntur qui ſunt naturę frigentis: quiq; a frigore lęduntur. Varro. Stabulatur pecus melius ad hibernos exortus ſi ſpectat: quod eſt alſioſum. Idem Quod eſt alſioſum id vt plærūq; lapide aut teſta ſuſterni oportet caprile quo minus ſit vliginoſum.

Alter alterius. vel alteri.rę.ri. Terent in Heaut. Hoc ipſi in alterę dū narrat forte audiui. Et ad vnum de duobus dicitur: vt annibal in tranſitu alpiū amiſit alterum oculum. Siue ad vnā duarū partiū. Cice. Duplices ſimilitudines eſſe debēt: vnæ rerū: alterę verborū. Sue. Nec ceſſauit ex eo alterū alter criminari. Virgil. Aurea mala decem miſi: cras altera mittam. Alius de pluribꝰ vt alij virtutē pręponūt: alij voluptatē: alij indolentiā. Interdū tamē alius de duobus dicitur: vbi diuerſa conceduntur: vt alia eſt facies mea: alia tua. Alter ad vnum de duobus refertur. Itē alter ponitur ꝓ ſecūdo de duobus pluribuſve: vt altero menſe repudiaui vxorem. Et hic eſt alter annus belli punici.i. ſecūdus a belli punici origine. Aliquādo pro ipſis duobus: vt vnus aut alter.i. vnus aut duo. Et alter nō eſt ſecūdus: ſed tertiꝰ: ſicut docet Dona. Terent. in and. Sed poſtq̄ acceſſit amans pretiū pollicens vnus: et item alter: Nā tres ſimul aderāt. Et Virg. Alter ab vndecimo. Aliquando ponitur ꝓ alio. Ply. Tabulas plures pinxit: e quibus vnā in foro: alterā in comitijs: duas in Pompeij porticibus videmus. Aliquādo pro aduerſo: & nō bono: vt in augurijs: altera quum appelletur auis: quę vtiq; proſpera nou eſt.

⁎ Altercum ſiue alterca genū apud arabas herba eſt: q̄ a Græcis ὑοσκύαμος.i. faba porcina (vt vult Apollinaris) appellatur.

Altero.as.pe.cor. vario et quaſi alterū facio. Ouid. in Faſtis. Ille ſuam faciem transformat: et alterat alte. Sunt qui dicant hoc verbū in oratorū vſu non eſſe: et philoſophis ægre concedi extra q̄ pro eo: quod eſt alterno: vt Ouidius in Metamor. Alterat vndas.

⁎ Alteras veteres dicebant pro alias.

Alter.eris. ſiue alteres.eris.pe.pro. & gñe maſ. ſignificat maſſam plumbeā: qua ad exercenda corpora in gymnaſijs vtebantur. Mar. Quid pereūt ſtulto fortes altere lacerti Exercet meliꝰ vinea foſſa viros. Dictus alter eſt ab ἄλλομαι: quod ē ſalio. Nam circūducebāt alteres dū ſaltando ſe exercerent.

⁎ Altellus Romulus dictus eſt: quaſi in terra altus a lupa: ſiue q̄ talis aleretur: ſiue q̄ rebus geſtis excelſus ac glorioſus eſſet: ſeu q̄ a Tatio Sabinorū rege in colloquium poſtulatus alternis vicibus audierit ac locutus fuerit. Nam ſicut a macro/macellus: a vafro/vafellus: ita ab alterno/altellus fit ſcđm antiquā opinionē.

Alternis aduerbiū viciſſim: nunc vnum: nunc aliđ Virg. Alternis dicetis: amant alterna camœnæ.

Alterno.as. viciſſim alterū duorū pono: quod vernacula lingua dicimus: mo luno mo latro ſcambiare. Colu.lib.vi. Dabimus operam in ordinibus diſponēdis pari vernaculas et acinas alternemus. Hinc alternatio per vicem ſucceſſio: et cōpoſitū ſubalterno.

⁎ Alterpex a veteribus ꝓ duplici poſitum inuenitur.

Alternatim aduerbium ſignificat p vices.

Alteruter quiuis e duobus: ſiue alter ex duobus.i. o luno o laltro. Cice. in Verrem. Video neceſſe eſſe al-

terutrū. Cælius Ci. Pompeius dicitur valde pro Apio laborare: vt etiam putent alterutrū de filiis ad te miſſurum. Hieron. in Geñ. aliter poſuit. Diuiſiq; ſunt alterutrum a fratre ſuo.

* Altertam pro alterutra veteres poſuerunt.

¶ Altrinſecus. pen. cor. ab alter formatum ſignificat aliunde. Lactan. lib. de opifi. Aures duas: quarū duplicitas incredibile eſt quantā pulchritudinē præferant: q; tum pars vtraq; ſimilitudine ornata eſt: tum vt venientes altrinſecus voces facilius colligantur. Item ſignificat iuxta alteram partem. Plautus in Pſeu. Aſſiſte altrinſecus atq; onera hūc maledictis. Idem in Ru. In enſiculo mei nomen patris poſt altrinſecus eſt ſecuricula: item aurea literata. Hiero. ad Pamma. Vbi proprietas ſingulorum eſt: ibi altrinſecus diuerſitas.

¶ Altercor. caris ſignificat mutuo iurgia iactare: criminari et clamoſe inficiari: & quaſi aduerſam partē tueri. Dicitur et alterco. Teren. Scio cum patre tuo dudū altercaſti. Hinc altercatio: quæ vt docet Quintilianus conſtat aut intentione: aut depulſione.

¶ Altinum. pe. pro. vrbs olim in littore Venetiæ florentiſſima fuit: a qua altinates dicti ſunt.

¶ Altus. ta. tum. poteſt eſſe participiū ab alo. is: et nomen: quo ſignificatur pars ſuperior: et quandoq; inferior. Altitudo enī nomen eſt menſuræ: vnde dicimus altum cœlum: et altum mare. Quinetiā altū ponitur pro cœlo et mari. Verg. Hæc ait: et Maia genitū demittit ab alto. Idem. Vix e cōſpectu ſiculę telluris in altū Vela dabant læti. Et altū vocamus profundiorē maris partem: et a terris remotiorem. Sal. Et piſcatoria ſcapha in altū nauigat. Per trāſlationē quoq; ponitur pro excelſo ac glorioſo. Virg. Te ſine nil altum mēs inchoat. Et pro veteri. Idem. Altius omne Expediā prima repetēs ab origine factum. Et pro magno: vt Sic pater ille deum faciat ſic altus Apollo. Et pro obſcuro: ac recōdito: vt Quid me alta ſilentia cogis rumpere? Et illud. Manet alta mēte repoſtum Iudiciū Paridis. Hinc fiunt compoſita: altiſonus. pe. cor. qui ex alto ſonat. Altitonans. pe. cor. qui ex alto tonat. Altiuolans. pe. cor. qui in altum volat. * Ab altus fit alto verbū: quod ſignificat extollo: quod non eſt in vſu: ſed compoſitū eius Exalto.

* Altile pinguefactum: ab alendo dictum.

¶ Altanus pe. pro. ventus: qui in alto. i. pelago eſt.

¶ Altimeter. pe. cor. inſtrumentū: quo metiuntur alta.

¶ Altare ab altitudine dictum eſt. Nam antiqui in ędificiis a terra eleuatis ſacra faciebant diis ſupis: in terra diis terreſtribus: in effoſſa dia infernalibus. Altare ſuperis tñ conſecratū erat. Ara tam ſupis: q̄ inferis.

¶ Althæa cum diphthongo: nā græce ἀλθαῖα dicitur malua agreſtis: ſiue Mabiſcus: quia glutinoſa eſt. Naſcitur in locis humentibus: cuius radices decoctę et diligenter miſtę porcino adipi ad ſubleuandū dolores vel tumores vulnerū valde vtiles cōprobantur. Eſt et Althęa propriū Meleagri matris nomē.

¶ Alueus ſiue aluus (vt Varro teſtatur) eſt cauata cortex: vel vimineū vaſculum manu factū: in quo quod propter cęcautatem reponitur. Hiero. ad Deme. Habeto lanam ſemper in manibus: vel ſtaminis pollice fila deducito: vel ad torquenda ſubtegmina in alueolis fuſi vertantur: aliarūq; nera aut in globū colliget: aut texēda cōpone. Apud Iul' Capitolinū legimus. Quū in cęſareana familia pueri in teſtudinis alueis lauarētur nato albinio Ceionū poſthumū eius patrē munere teſtudinis a piſcatore cū hoie accepto illam ad excaldationes pueriles dicaſſe. Vnde et locus: vbi apes mellificāt alueus ſiue aluus dicitur a mellis alimonia: vt Var. exiſtimat. Ply. lib. xi. Alueos ex cornu ſpectatos eſſe: id eſt apū aluearia. Dicitur & alueus venter cuiuſlibet rei inanimatę. Vnde et pro fluminis foſſa: per quā labit flumen quandoq; ſumitur. Virg. Aſſuetæ ripis volucres et fluminis alueo. Aliquādo pro naui: ſiue pro ipſius nauigii receptaculo: vt apud Proper. Aut quid nā fracta gaudes Neptūe carina: Portabit ſanctos alueus ille viros. Liuius. lib. xxi. Alueos informes raptim faciebant. i. nauiculas. Declinatur et hoc alueū. Feſtus. Nauſtibulum alueū eſt ad nauis ſimilitudinem factū.

¶ Alueolus et alueolum cū accētu in antepenultima diminutiuū eſt pro vaſe concauo: vt eſt apud danielē prophetā. Abacuch intriuerat panes in alueolo: vt ferret meſſoribus. Itē accipitur pro loco: in quo pullos pariunt columbi. Col. lib. ix. Oua in alueolum ligneū conferat. Item pro tabula luſoria: quę alio nomine dicitur latruncularia: et aleatoria ab aleis et latrunculis. i. calculis: & triuialiter ſcachis: quibus hinc biſſeno puncto: illinc quadris diſcoloribus vtimur ad ludū. Iuuenalis. Laternam illud enī veſtris datur alueolis &c.

¶ Aluearium quod et alueare: et per apocopē aluear ſumitur pro loco vbi ſint aluei. Quandoq; etiā pro alueorū copia eodem in loco collocatorum mellificantium.

¶ Aluus ab alluendo dicta eſt: et proprie dicit qua ſordes effluunt ſiue eluuntur. Ply. lib. xx. Pepones q vocantur refrigerant maxime in cibo: et emolliunt aluū. Quādoq; capitur pro vētre: q apparet. Col lib. viii. Niſi obeſam ingluuie atq; diſtentam in pabulis aluū demerſerit et refrigerauerit. Item aluus vbi apes mellificant. Varro. Si ex aluo minus frequentes exeunt.

¶ Alumen. pe. pro. ſalſugo terræ. Efficitur hyeme ex aqua et limo. et ęſtiuis ſolibus maturatur: dictū a lumine q lumē coloribus tingendis præſtet. Ply. Sale aceto alumine poſtea exharenatur.

¶ Aluta. pe. pro. pellis a luteo colore dicta. Cæſar lib. iii. Anchorę pro funibus ferreis catenis: reuinctæ pelles pro velis alutęq; tenuiter cōfectę. Item aluta dicit pellis mollior: et ad calceos et ad cętera opera facienda cōcinnata. Sumitur etiā quādoq; pro ſacco ſeu marſupio. Iuue. Appoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ.

¶ Alutarius coriarius: hoc eſt pellium et coriorū concinnator. Plau. Hic alutarius credo. Proprie tamē alutarii tenuiorum pellium dicuntur. Coriarii craſſiorum. Et alutarius piſcis vocatur a plynio ob ſimilitudinem alutę pellis.

¶ Alutamen alutamentumve a veteribus dicebatur opus ex concinnatis pellibus factum.

¶ Alyba regio non longe a Myſia vbi argenti fodinas eſſe ab Homero traduntur.

* Alyſius Bacchus dicitur ἀπὸ τοῦ λύω. i. ſoluo.

¶ Am præpoſitio græca: quę plerūq; cōpoſita inuenitur: ſignificatq; circum. Cato ſeparauit cū dixit. Am terminū. Verū quando cōponitur cū dictione incipiente ab a e. i. u. interponitur b euphoniæ cauſa: vt ambages: ambio: ambeſus: ambigo: amburbiū: ambaruales: ambuſtus. Si vero cū c. h. s. q. mutatur m in n: vt anciſus: anhelo: anfractus: anquiro. Cum p remanet integra: vt amputo.

¶ Amalthæa. pe. pro. nomen fuit nutricis Iouis. Nā ipſa cum ſorore ſua Meliſſa Iouem puerum caprino lacte ac melle pauiſſe feruntur.

¶ Amanuenſes a manu vocabulū formatū: quo dicti ſunt ſerui: qui et a manu dicuntur: quorū opera et manu in ſcribendo perinde: ac ſcribarum vtimur.

¶ Amando. das. alio mādo: ſiue alio depuro: quū quis alio mittitur: & a loco vbi eſt remouetur. Cice. pro Roſcio. Amandauerat hunc ſic: vt eſſet in agro: ac rurī

modo aleretur ad villam: vt cõmodis omnibus careret. Admando vero ſignificat ad ſliquẽ vel aliquo aliquid cuipiã committo. Plau. in Penu. Reuertor rurſ⁹ denuo Carthaginẽ: ſi quid admandare vultis: aut curarier: argentum mihi qui dederit nugas egerit.

¶ Amanthes populi ſunt in aphrica: troglodytis proximi: apud quos tum ſalis: tum carbunculorum gemmarũq; copia eſt. auctor Solinus.

¶ Amaracus. pe. cor. Cynarę regis Cypri puer: qui caſu lapſus dũ ferret vnguenta fregit alabaſtrum. Dein de quũ nimio dolore cõtabuiſſet: verſus eſt i ſanſucũ: quæ ex eius noie amaracus cœpta eſt appellari. Virg. Vbi mollis amaracus illum Floribus et dulci aſpirans complectitur vmbra. Herba eſt: quam vulgo maioranam vocant.

¶ Amaracinũ. pe. cor. ſiue ſanſucinũ oleũ: qđ fit ex amaraco. Ply. lib. xxi. de ſanſuco loquens. Fit ex ea oleum: quod ſanſucinũ vocatur: ſiue amaricinũ ad excalfaciendos emolliendoſq; neruos. Lucre. Poſteſq; ſupbos lũgit amaracinoi et foribus miſer oſcula figit

⁂ Amaracinũ ſiue ſanſuccinũ: quod ex amaraco ſiue ſanſucco: herba eſt notiſſima: quã vulgo Perſam vocant. Hinc factũ eſt ꝓuerbiũ. Nihil cũ amaracino ſui. quod illi ſimile eſt. Nihil cum fidibus aſello.

¶ Amaranthus flos eſt ab immortalitate nomen trahens. Vnde immortales amarãthi: nũq̃ eñi marceſcit. Fitq; ab α priuatiua particula: et μαραίνομαι: ſiccor: tabeſco.

¶ Amaritudo et amaror ꝓeodem accipiuntur. Nã ſignificant inſuauitatem et aſpitatem. Et p tranſlatio nem somni ſollicitudinem. Verg. in Georg. Triſtia tẽtantum ſenſu torquebit amaror.

¶ Amarulentus: amaricatus: afflictus ex maliuolẽtia Gel. Amarulentus librũ maledicẽtiſſimum cõſcripſit

¶ Amarico. cas. pe. cor. amarũ. i. aſperũ facio & quaſi exacerbo. Auguſt. Ipſi amaricauerunt deum: qui peccando in eam ægritudinem deu nerunt.

¶ Amareſcere. i. amarum fieri. Palladius. Amigdal⁹ ſi rodatur, amareſcit.

¶ Amaramis (vt refert Ioſephus) fuit nomen patris Moſis.

¶ Amanus. pe. pro. mons Ciliciæ: ſiue (vt quidam putant) Cappodocum: qui et Taurus dicitur.

¶ Amath nomẽ filij Chanaam: qui auctore Ioſepho amatheos inſtituit: qui et amathi dicuntur.

¶ Amaſenus. pe. pro. fluuius Volſcorum. Eſt et alius in Sicilia eodẽ nomine: de quo Ouid. xv. Metamor. Necnon Sicanias voluens amaſenus arenas.

¶ Amaſias nomen proprium iudęorum regis: quo ſignificatur populum tollens.

¶ Amaſis. pe. pro. nomẽ ꝓpriũ regis ægypti: cuius tumulus fuit vna pyramidũ: dicẽte Luc. lib. ix. Nõ mihi pyramidũ tumulis euulſus amaſis. Hic legẽ condidit: vt quiſq; quotãnis apud pręſidẽ rationẽ vitę redderet demõſtraretq; vnde viueret: aut quo quęſtu ſuſtentaretur: qui hoc non faceret morte afficeretur. Hãc legẽ Solon ab ęgyptijs tranſtulit ad athenienſes.

¶ Amauroſes latine dicunť oculorũ obſcuritates: cũ ſine vllo euidẽti vitio lumẽ eripiť: ſicut hebetudo.

¶ Amaxei ſiue amaxarici aurigæ moderatoreſq; vehiculorũ. Nam Græci ἄμαξαν currũ appellant. Et qđ nos ſeptẽtriones in cælo vocamus: illi amaxan vocãt quia ſimile plauſtri hoc ſydus vocatur. Scribit Iul. Capitolinus q̃ Maximinus amaxas manibus attraheret rhedam onuſtam ſolus moueret.

⁂ Amaxitus loc⁹ ẽ in Troade: poſtea Crebenia dict⁹.

¶ Amaxobij populi inter Sarmatas: qui et ipſi nomẽ acceperunt a plauſtris: quę habent pro ſedibus: et in q̃bus vitam degunt. Amaxan eñi Græci plauſtrum: et βίον vitam dicunt.

⁂ Amaxonitæ Sarmatæ dicuntur ab vſu plauſtrorũ. Interdũ nimia hyemis tempeſtate demerſis in humũ ſedibus ſpecus habitãtes totũ bracchati corpus: et niſi qua vident, ora veſtiti.

¶ Amathus. pe. cor. untis. Cypri ciuitas eſt: vt ſentit Ply. Veneri ſacra. Virg. lib. x. Eſt amathus: eſt celſa mihi Paphos atq; Cythera. Ouid. Piſcoſamq; Gnidon grauidamq; amathunta metallis. Inde fit amathuntę⁹ a. um. pe. pro. Idem lib. x. Luctantes vitulos amathũteaſq; bidentes. Similiter amathunnius. tia. tiũ. Ver. in Ciri. Nam te iactari nõ eſt amathuntia noſtri.

⁂ Amathuſa Cyprus ipſa dicta eſt.

¶ Amathyea nympha eſt: quaſi per arenam currens: ἄμμα harena: θέω curro.

¶ Amazones. pen. cor. Scythicæ fœminæ iuxta Tanaim primũ inhabitantes: deinde ad loca iuxta Thermodoonta fluuiũ deuenerũt: quę magnã aſiæ partem occupauere. Dictę amazones eo q̃ mãmis careant: ab α ſine et μαζὸς mãma. Mos eñi fuit amazonibus: interfectis maritis quos genuiſſent ſeruare fœminas earũq; infantiũ mãmas dextras inurere: ne impedimẽto ſint ad pugnã conſerendã: et ne ſagittarũ ictus impediatur. Vel amazones ab α et μάζης. i. pulte ſeu pane: quaſi ſine pane: eo q̃ nõ pane veſcerenť: ſed carnibus Alij ab ἅμα et ζῆν cũ aſpiratione in principio: tãq̃ ĩ cõmune viuẽtes: dictas putãt. Harũ regio amazonia dicitur. Aliæ fuerũt amazones: q̃ in aphrica floruerũt: q̃ ob id Libyę dicũtur. De q̃bus ſcribit Dio. lib. iiii. quæ olim aduerſus Gorgonidas fœmineũ duxerũt exercitum: eaſq; occiderũt. De his Aeſchylus tragicus in ꝓmetheo ita ſcribit. ἐνθ᾽ ἀμαζόνων στρατὸν ἥξεις στυγάνορα, αἳ θεμίσκυράν ποτε κατοικήσουσιν. i. Interim amazonũ exercitũ conſtitutis triſtem viſu: quæ Themiſcyrã quandoq; inhabitarunt. Euſtathius multa in commẽtarijs Dionyſij libyci: ſed Stephanus Byzantius in libro de populis et vrbibus aliam rationẽ dicit: cur vocẽtur amazones: ait eñi ἀμαζόνες δὲ ἐκλήθησαν ἀπὸ τῆς νύμφης ἀμαζονίδος θυγατρὸς τῆς σαμόρνης: id eſt amazones appellatę ſunt a nympha filia Samornę et multa alia.

⁂ Ambegni a veteribus bos et veruex appellabãtur: quũ ad eorũ vtraq; latera agni in ſacrificiũ ducebanť.

⁂ Ambeſt: ab eſt tertia perſona: quod ſignificat circũ eſt: nullamq; aliam habet declinationem.

¶ Amarillys. ydis: nomẽ fuit ruſticę ꝓpriũ: de q̃ Virg.

¶ Ambio. is. iui. vel ij. itũ. ex am et eo is: ꝑ mutationẽ. n in i et b. interpoſita: ſignificat ꝓprie circuo: cõcludo. Virg. Quæ rapidus flãmis ãbit torrentibus amnis Iuľ. Firmicus. Pompeij ꝑoſt tot triũphos ad Nili fluminis npã ceruices inuictas et regias: et quas totiens purpura triumphalis ambierat. Per tranſlationẽ vero ambire poniť ꝓ blãdiri: interpellare: circũuenire. Virg. lib. iiij. Quo nũc reginã ambire furentẽ audeat affatu. Qm̃ vero Romani dũ honores et magiſtratus quærerent circuire ſingulos ſolebãt, prenſare dextras: rogareq; vt ſe ſuffragijs adiuuarent: factum eſt: vt ambire capiať ꝓ honores quęrere. Interdũ etiã ſignificat ſimpliciter deſyderare. Hieron. ad Dama. Campenſes cũ Tharſenſibus hęreticis copulãtur. Nihil eñi aliud ambiũt: q̃ vt auctoritate cõmunionis noſtræ fulti tres hypoſtaſes cũ antiquo ſenſu prædicẽt. Aug. lib. viii. cõf. Quęſo te oĩbus iſtis laboribus noſtris quo ambim⁹ peruenire: quid quęrimus? Teren. vero in and. Nihil vides niſi ſenis amicos oras: ambis. i. nihil agis. Et am-

bire rogare. Horatius. lib. Car. Te pauper ambit. ſolli:
citat teruris colonua.

⁎ Ambidentes oues dictæ a veteribus inueniuntur:
quæ et bidentes. CC.

❡ Ambitus. ta. tum pe. pro. participium circũitus: vt
Ouid. Iuſſit et ambitę circundare littora terræ.

❡ Ambitus. tus. pe. cor. nomen ꝓprie circuitus. Luc.
lib. j. Lętaliſq; ambitus vrbi. Dicitur et ambitus locus
inter vicinoꝝ ædificia duorũ pedũ et ſemis ad circum
eundi facultatẽ relictus. Ex quo honoris ambitus dici
cœptus eſt. Sal. Legibus ambitus interrogati pœnas
dederant. Eſt enĩ ambitus crimẽ affectati honoris. Nã
q vera virtutis via ad honorẽ aſpirare nõ poteſt: is am
bitione contendit: quę vt inqt Sal. multos falſos fieri
coegit. Hinc latę leges ad ambitũ puniendum: qualis
lex Calpurnia. Capit interdũ ꝓ ſpecie quadã fauoris
et captatione miſericordię. Quintilia. Si iuuenis in:
nocentiſſimus vti vellet ambitu triſtiſſimę calamitatis
poterat allegare vobis amiſſam in oculis oim cogita:
tionũ temeritatẽ. i. miſericordiã captare ex cõmemora
tione malorũ. Et ambitus dicitur: qđ Græci periodon
vocant: quũ ſententia certa quadam deſcriptione de:
finitur. Sed hic conſtat ex membris: quę cola dicũtur:
et ceſis: quæ comminata appellant.

❡ Ambitio circuitio. Amb. Sinus in quo Chriſt⁹ re:
quieſcit nõ corpis gremio ꝑpatur: nec veſtimentorũ
ambitione cõponitur: ſed virtutũ opatione colligitur.
Sumitur et ꝓ honorũ: et laudis immoderata cupidita:
te. Eſt eñ in animo: q̃ quis etiã ipa ambientis actio: am:
bitio dici poſſit. Quint. lib. i. Et licet ipa vitiũ ſit ambi
tio: frequenter tamen cauſa virtutum eſt.

❡ Ambitioſus: qui immoderate appetit honores: et
miſericordiã fauorẽq; impetit. Quintil' lib. j. Non ſum
ambitioſ⁹ in malis: nec lachrymaꝝ cauſas augere vo:
lo: vtinã eſſet ratio minuendi. Ouid. lib. iii. de Ponto.
Sed tamen hoc factis addo prioribus vnum: Pro no:
ſtris vt ſis ambitioſa malis.

❡ Ambages pe. pro. ſignificat verborum circuitus.
Virgil'. lib. ii. Georgicon. Non hic te carmine ficto. At
q; per ambages: et longa exorſa tenebo.

❡ Ambagioſus. ſa. ſum. quod abundat ambagibus.
Gell'. Neq; pręcepta dicunt: ſed lubrica atq; ambagio:
ſa coniectatione nitentes inter falſa et vera.

❡ Ambactus: circũactus: circũductus: et lingua galli
ca ſeruus appellatur.

❡ Ambeſus. pe. pro. Vide in dictione edo.

❡ Ambarualis ex ambio et arualis: quod ab aruis eſt
cõponitur: ſacrificium dicitur: q arua ambiat victima
Virg. Terq; nouas circum fœlix eat hoſtia fruges. Fe:
ſtus tamen ab ambo videtur compoſitionẽ deducere
dicens. Ambaruales hoſtiæ appellabantur: quæ pro
aruis a duobus fratribus ſacrificabantur.

❡ Ambiani ſiue ambianẽſes populi ſunt Galliæ nar:
bonẽſis comatæ: quos Ply. lib. iiij. Bellouacis cõiũgit

❡ Ambigo. gis. pe. cor. ex am et ago: ꝓprie ſignificat
circũago: circũdo. Aug. Quib⁹ muris ambigaret: Vn:
de ambactus et ambages. Itẽ ambigere eſt dubitare.
Vnde ambiguũ. Itẽ diſcordem eſſe: litigare. Teren. in
Heau. Simo et Crito vicini noſtri hic ambigunt de fi:
nibus: me accepere arbitrum.

❡ Ambiguũ dobiũ q in ambas agi ptes aio põt: licet
et de pluribus intelligi quãdoq; poſſit. Cice. libro. j. ad
Heren. Ex ambiguo cõtrouerſia naſcit: quũ ſcriptum
duas ſnĩas aũt plures ſignificat: hoc mõ. Tullius me⁹
hęres Terẽtiæ vxori meæ. xxx. põdo vaſorũ argẽteo
rũ: dato quæ volet poſt mortẽ eius ꝑcioſa vaſa et cęla
ta magnifice petit mulier. Fili⁹ ſe q ipe vellet in. xxx.

põdo ei debere dicit. Cõſtitutio ẽ legitima ex ãbiguo.

❡ Ambo ex gręco ἄμφω videtur deductũ: et nõ dicit
niſi qñ ꝓceſſerint duæ dictiões: vt Plato et ariſtoteles
ambo philoſophi. Vel cũ hæc dictio duo: vt vidi duos
hoies ambos mihi amicos. Vel cũ de his loqmur: quæ
tñ mõ ſunt duo: vt ꝑdidi ambos oculos: & abas man⁹

❡ Ambidexter dicit q ita lęua manu vtitur vt dextra
Græce ἀμφοτεροδέξιος. Hiero. cõtra Ioui. Aiot hi ille
iudex ἀμφοτεροδέξιος. i. ambidexter. Hic etiã Scęua
dicitur a latinis. Scribit Albertus lib. ij. de animalibus
cauſam: ꝓpter quã quis agiliore ſit ſiniſtra: q̃ dextra:
quia videlicet hepar et cor virtutes ſuas mittunt in ſi:
niſtrum latus: et a dextro remouentur.

❡ Ambracia vrbs in Epiro Pyrrhi regia ab ambrace
rege. Hãc Auguſtus Nicopolim a victoria nominauit
Fuit hęc ciuitas ornatior reliquis ciuitatibus Hinc am
braciẽſis et ambraciotes: ſiue ambraciota. Vñ Theom
brot⁹ ãbraciota dictus eſt: q cũ Platonis librũ de æter
nitate animarũ plegiſſet pręcipitem ſe dedit in mare.

❡ Ambrices. pe. cor. ſunt tegulę: quę tranſuerſę aſſeri
ribus et tegulis interponũtur inquit Feſtus: vbi ꝑ aſſe
res/canterios etiã intelligimus. Imbrices vero tegulæ
quibus incuruis domus tegitur.

❡ Ambryſis. pe. cor. nomẽ eſt duarũ vrbiũ: quarum
vnã Strab. locat in phocyde: alterã in Bœotia. Quidã
etiã amphryſũ recte dici affirmant. Pauſa. ambroſon
℄ Arboreus. a. um. quod eſt arboris. Virg. libr. primo Georg. Arborei fœtus alibi.

℄ Arborator. nomen verbale ab arboro. as. & ſignificat eũ qui arbores putat qui & frondator dicitur. Plyni. lib. xviij. Frondem medio die arborator ne cædito.

℄ Arboreſcere. arborem fieri: vel in arborem creſcere. Ply. lib. xix. Tradunt auctores in Arabia maluas ſeptimo menſe arboreſcere.

⁎ Arboſes antiqui pro arbores dixere ab arbos: non ab arbor. Cc.

℄ Arbutus penulti. correpta. arbor folio citro ſimili. Virgili⁹. Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra. Arbutum vero pomum rubrum ſyluarum quod Plyni⁹ Orodon vocat q; aſperitate ſua plura edi non poſſunt. Virgil. libro ſecundo Georg. Dant arbuta ſyluæ. Alio nomine dicitur vnedo: & a græcis comarus tam pro arbore q̃ pro fructu.

℄ Arbuſta. arbores in quibus extenduntur vites vel arbores vitibus maritatæ atq; vitiferæ quę in ordinem diriguntur. Docent Ply. & Col. quo modo arbuſtũ ſit faciendum. Vnde vitis arbuſtiua & vimen arbuſtiuum quod ex huiuſmodi arboribus eſt collectum. Rurſus arbuſtum locus eſt in quo arbores ſunt ad fructum cõſitæ. ſicut ſalictum in quo ſunt ſalices. Hoc & arboretũ aliqui vocant vt inquit Gellius.

℄ Arbuſtiuũ genus vitium quod arboribus applicatur & in ſublime procedit. Palladius. Locum quem arbuſtiuis vitibus deſtinabis implere.

℄ Arbuſto. as. agrũ arboribus conſero ad maritãdas vites. Ply. Tranſpadana Italia præter ſupradicta corno populo tilia acere orno carpino arbuſtat agros.

℄ Arceo. es. cui. citum. ſecundum analogiam compoſitorum facere debuit: quoniã coerceo coercitum: exerceo exercitum. ſed arcitum in vſu nõ eſt. ſicut nec arcitus nec arciturus. Et nihilo minus pro membro artus: et arctus adiectiuũ pro ſtrictus a quo formatũ eſſe conuenit arcto. as. aut certe arcto tanq̃ frequentatiuum ab arctum quaſi ſupino verbi arceo: vt arctum vel arcitũ fecerit licet neutrum eorum reperiatur. Nam arceo pro ſtringo in vſu eſt: vt apud Virg. Teneras arcebant vincula palmas. Ita vt non mirũ ſit: ſi arctum eius ſupinũ fuerit arcitũ vero facere debere eius cõpoſita declarãt. Interdum etiam arcere continere eſt. Vnde coercere cõtinere dicimus & arcus in ædificijs q; ſeipſe contineat. Interdum procul ſiue de longe vetare ne accedant qui veniunt. Vnde arx dicta eſt q; procul a ſe hoſtea remoueat: transfertur etiam ad incorporea. Cice. in Parad. Quę vis eſt quę magis arceat homines ab improbitate q̃ ſi ſenſerint nullũ in delictis eſſe diſcrimen: Differunt autẽ inter ſe Arcere/ Prohibere/ Inhibere/ Abigere: & Vetare. Nam arcere procul pulſare eſt vel obſiſtere ne aduerſarius nocere prope queat. Liui. lib. j. Ad arcendã vim aduenarũ armati ex vrbe atq; agris cõcurrũt. Prohibere eſt de loco vel de re aliqua detrudere vel amouere dicto ſiue facto nequis obtineat quod vult. Inhibere eſt aliquid conceſſum vel permiſſum reuocare: vel inceptum vetare ne progrediatur. Abigere de loco fugare vel pecora & huiuſmodi abducere. Ve-

tare præcipete vel minari: vel facto prohibere ne quid ſecus dicatur aut fiat q̄ ipſe vult. Et generale eſt ſignificatione verborum prædictorum. Ponitur tamen quandoq; arcere pro fugare. Collu. libro primo. Sic emunita ſola & latera hominū reorum prohibent curculionem. quod genus exitij cum incidit multi opinātur arceri poſſe. Sciendum eſt q; arceo vltra accuſatiuum non ſolum ablatiuū cum prępoſitione: ſed etiam ſine præpoſitione requirit metri vel ornatus cauſa. Li. libro primo. Cæteros metus nō curia modo ſed etiam foro arcebat. Et in eodem. Inde ad lęuā verſi quia dextra Tyberis arcebat cū magna trepidatione agreſtium populabātur. Huius verbi cōpoſita ſunt aberceo coerceo exerceo & perarceo de quibus locis ſuis.

⁎ Arceſoſtia genus vitis albæ quæ varijs appellatur nominibus græce ampheloleuce. huius ſarmenta longis & exilibus internodijs geniculata ſcandunt: folia pampinoſa ad ſimilitudinem hederę: Radix alba: Raphano ſimilis.

¶ Arceſſo. ·is. ab arceo naſcitur: & accuſo ſiue ad accuſandum eo ſignificat. Et enim accuſare alium: eſt a malicijs eum arcere. Et hoc modo conſtruitur cum genitiuo: & aliquando cum ablatiuo. Cicero libro primo ad Heren. Arceſſitur cepio maieſtatis. Idem libro ſecūdo offi. Atq; etiam hoc præceptum officij diligenter retinendū eſt ne quem vnq̄ innocētem iudicio capitis arceſſas. Eſt & acceſſo pro aduoco: ſiue aduocādum eo. Ab arcio. d. io. r. mutata. Antiqui enim teſte Priſc. d. literam mutabant in r. nos in c. Interdū arceſſere eſt pręoccupare: vel ante tempus diſtrahere. Cice. Quādo arceſſentur quo genere vecturæ.

¶ Arca dicta eſt vt inquit Varro: q; ab ea clauſa arceantur fures.

¶ Arcula diminuti. parua arca. a quo arcella. ſed in frequentiore vſu eſt arcula. Cicero libro ſecundo Offici. Pręmittebatq; de ſtipatoribus ſuis qui ſcrutarentur arculas muliebres & ne quod in veſtimentis telum occultaretur exquirerent. Eſt & arcula auis quæ in auſpicijs aliquid fieri vetabat.

¶ Arcanum dicitur ſecretum abſconſum. Ab arca in qua quæ clauſa ſunt tuta manent. Poteſt & ab arce dici quæ tutiſſima pars vrbis eſt.

¶ Arcæra ab arca deducitur. & ſignificat plauſtrum tectum vndiq; ex tabulis quaſi arca quædam magna veſtimentis initrata vt inquit Aſco. Quo vehiculi genere ſenes & ægroti cubantes vectabantur.

¶ Arceſilas penultima correpta nomen philoſophi ꝓprium qui ex Pythana æolica ciuitate ortus relicto genitali ſolo Sardis perrexit mox Athenas profectus in Academiam ſe ad Cratorem contulit quem Platonicam philoſophiam omnino commutaſſe nouāq; quādam conſtituiſſe ferunt. cauillator vocabatur qui cum nihil ſe ſcire diceret: nec alios ſcire quicq̄ patiebatur: omnes turbans ſophiſmatibus. Obijt cum merum immodice hauſiſſet de hoc Perſ. Nō ego curo Eſſe quod Arceſilas ærumnoſiq; Solones.

¶ Archarius præfectus & moderator dicitur. Pau. ad Rom. Salutat vos Eraſtus archarius ciuitatis.

¶ Archos. latine princeps dicitur a quo fiūt multa cōpoſita: vt patriarcha princeps patrum.

¶ Arche nobis principiū a quo ἄρχω impero ꝑſum.

¶ Archias nomen poetæ: quo latine ſignificatur principatꝰ de quo extat Ciceronis oratio.

¶ Architas fuit Tarētinus philoſophus Pythagoricus floruit Platonis tempore. Alius Mitylenęus muſicus. Alius de agricultura ſcripſit. Alius epigrammatū ſcriptor. Alius de agricultura librum edidit.

¶ Archiatri dicuntur medicorum pincipes. qui & protomedici.

¶ Archigenes penultima correpta: princeps generationis dicitur. Eſt & nomen celeberrimi medici. Sed ꝓ græculis vel ſimilibus poni conſueuit qui ſe præ omnibus ſui generis ſciolos oſtendunt.

¶ Archigrāmatei dicti ſunt ſcribarū principes. Vnde ſcribit Pluta. Eumenē Cardianū fuiſſe archigrāmatea Alexandri magni. Vulgo cancellarij vocantur.

¶ Archimedes penultima producta. nomen propriū viri Syracuſij qui geometricæ ac machinalis ſyderaliſq; ſcientiæ conſultiſſimus fuit & celeberrimus teſtimonio. Liuij: Plynij & Plutarchi. Hic veluti deus terrenus mœchanico artificio ſphæram vitreā fecit: in qua mirā conuerſione diſſimili motus circulorū viſebātur. De qua ſic ſcribit Claud. Iura poli rerūq; fidem: legēq; deorum: Ecce Syracuſius trāſtulit arte ſenex. Percurrit proprium mentitus ſignifer annū. Et ſimulata nouo cynthia mēſe redit. Marcellus in expugnatione Syracuſarum interdixit ne Archimedes vnus violaretur. Verum cum Syracuſæ caperētur & ipſe animo ac oculis in terra defixis formas geometricas deſcriberet: ab ignaro milite quis eſſet interfectus eſt.

¶ Archilochus. penul. cor. nomen poetę Lacedæmonij. floruit: Romæ regnante Tullo Hoſtilio: in quo vt Quin. inquit ſumma vis elocutiōis fuit. De quo Hor. Archilochum proprio rabies armauit iambo. Alius fuit Archilochus Neſtoris filius qui patrem in expeditione Troiana ſecutus a Memnone interfectus eſt. Alius fuit Siculus qui Ariciam vrbem condidit.

¶ Archetypus penultima correpta. adiectiuū dicitur exemplaris ex ἀρχὴ quæ eſt principalis & τύπος figura quaſi ex principali & naturali figura trahatur. Nam eſt quodcunq; ita primum fabricatum eſt vt exemplar reliquis ſit. Plyn. ad Antoniū. Vt enim pictoris pulchram abſolutamq; raro niſi in petus effingunt: ita ergo ab hoc archetypo labor & decido. Aug. libro xv. de ciuitate dei. Huic primo exemplo: & vt græci appellant archetypo quædam ſui generis imago reſpondit. Sunt qui exponant archetypos pro antiquis ab eo q; archæos antiquus dicitur. & typos forma. Mart. Si tanq̄ tabulas ſcyphoſq; paule omnes archetypos habes amicos. Nec refert q; ſecūdam ſyllabam Archæus producat: & eandem archetypus corripiat: cum in pleriſq; alijs idem ſoleat inueniri vt in geometria & acheronte.

¶ Archelaus philoſophus Athenienſis ſeu Mileſius qui patrem habuit Apollodorum: & fuit auditor ſucceſſorq; Anaxagoræ: a quo Socrates philoſophiam audiuit. Hic phyſicam philoſophiam ex Ionia Athenas inuexit. Eſtq; phyſicus appellatus q; in eo defecerit philoſophia naturalis Socrate æthicen introducente: q̄q̄ nec hic quidem ęthicæ rudis fuit: qui de legibus de honeſto & de æquo philoſophatus eſt. Fuit & alter Archelaus Antenoris Troiani filius quem Homerus ſcribit rei militaris peritiſſimū fuiſſe. Alius fuit geographus qui terram omnem ab Alexandro peragratam deſcripſit. Alius de rerū naturis carmine ſcripſit. Alius oratoriam docuit.

¶ Archeptolemus. filius Iphiti auriga Hectoris Enipeo interfecto a Diomede interfectus.

¶ Archimandritæ penultima producta. dicuntur prępoſiti conſecrantæ turbæ haud longe diſſimiles cum epiſcopali dignitate q; principes Mandræ & agminis ſint. Mandræ enim veterinorum & animantium brutorum agmen dicitur. Mar. Nec datur obſtantes mulorum ſcandere mandras.

¶ Architectus & architector nomina compoſita ex archos princeps & τεκτωρ faber principalis. faber fabricandi artem habens vel qui ſtructuris ædificiorū præeſt. Vnde Victruuius de architectura cōdidit .i. de ædificijs conſtruendis. fabri autē qui aliquid manu faciūt in ædificijs alteri iungūtur ingenio: alteri opera valēt. Cicero Var. Si quis adhibere volet nō modo vt architectos: verūetiā vt fabros ad ædificandā rempublicā.

¶ Architector. aris. cōpono. Idē. lib. ij. de fi. an q ita claſſi das vt optime poſſit architectari voluptates.

¶ Architectura ædificandi ſcientia.

¶ Architriclinus. penul. pd. qui principalis eſt in aula dicumbentiū. Compoſitū nomen ex ἀρχὴ & τρεῖς & κλίνη quæ lectos ſignificat. Nam in aula tres toros in tribus aulę dimēſionibus collocabāt vbi conuiuantes diſcumbere conſueuerūt. Iuuena. Tertia ne vacuo ceſſaret culcitra lecto. Architriclini erat curare vt eduliū variorū fercula ſeriatim & in tempore conuiuis exhiberentur vt recte omnia diſpoſita eſſent.

¶ Archimagirus. penul. pro. princeps & magiſter coquorū qui coquinę pręeſt. μάγειρος enī latine coquus. Iuuena. Pariter librarius archimagiri.

¶ Archytas. penul. pro. Tarentinus philoſpphus pythagoricis fuere & alij hoc nomine vocati.

¶ Archiuū. penul. prod. armarium librorum.

¶ Archidamus: nomen viri Spartiani. Hic rogantibus ſocijs quantum pecuniarum foret ſatis ad bellum Peloponneſiacum ſcienter reſpondit. Bellum ordinata non quęrit.

¶ Archippus nomen philoſophi qui Thebis ſcholas habuit: vt ſcribit Hiero. & Pythagorę auditor fuit.

¶ Archemolus penul. cor. Rhœti regis Marubiorū in Italia filius. De quo Virg. Et Rhœti de gente vetuſta Archemolum thalamū auſum inceſtare nouercæ.

¶ Archemorus. penul. cor. Lycurgi Thracū Regis filius qui a ſerpente occiſus fuit: vt apud Sta. lib. Tbe. ſic dictus q futurū apud Thebas regib⁹ oſtēderit exitū. Hic Hyſiphilen nutricē habuit: quæ cū ſitientibus qui ad Thebaicā expeditionē proficiſcebātur Langiā fontē oſtēderet: Archemorū puerū ſuper viridē hęrbā depoſuit: q a ſerpente vulneratus perijt Vnde fons ille Archemorus vocitatus eſt: & annuus agon in pueri illius memoriam celebrari cœptus.

¶ Archytes Mneſagorę ſiue (vt alij volunt) Aeſticæ filius patria Tarentinus eximius Pythagoricus philoſophus floruit: quo tempore Plato ad Dionyſium in Siciliam venerat Platonemq per literas monuit vt inde abiret ſiquidem Dionyſius de eo necando cogitabat: fuerunt & alij ſcilicet Archytes Mitylengus muſica clarus. Item alius qui agriculturam ſcripſit: & Quintus architectus qui librum de machanica ſcripſit.

¶ Arcadia: Peloponeſi regio & Achaię pars a mari vndiq remota. Ab Archade Iouis filio ex Caliſtone Lycaonis Arcadiæ Regis ſic appellata. Hęc vt Euſta. docet aliquando dicta eſt Pelaſgia a Pelaſgo rege magno & ſapiente viro qui vitæ cultioris auctor eis fuit: et victum ex ſtirpidus hęrbarum arborumq frondibus tranſtulit ad glandem: maximeq phagineam. Aliquando etiam Lychaonia. Aliquando Gigantida: & aliquando Parrhaſia. Arcas autem cum Pelaſgos in deditionem redegiſſet: eorum regionem Arcadiam nominauit. Scribit Plyni. Hanc totam montuoſam in qua ſunt aſini cæteris maiores ac pręſtantiores. In ea Erymanthus fluuius Lernęa palus & lapis Aſbeſtos inextinguibilis.

¶ Arcas arcadis. nomen Iouis filij & adiectiuum ab Arcadia: vt populi Arcades.

¶ Arcadicus. dica. dicum. quod eſt ex Arcadia: vt Arcadici mores.

¶ Archander Danai ſocer nomen proprium.

¶ Arctos latine vrſa: quæ quia in modum plauſtri vertitur noſtri eam ſeptentrionem dixerunt. Et inde arctous ſeptentrionalis & borealis. Et arcticus polus: ideſt borealis: de quo Cice. lib. ij. de natura deorum. Hunc circum Arctoæ duæ feruntur nunq̄ occidentes. Ex his altera quidem apud Graios Cynoſura vocatur: altera Elyce. Nam elyce maior eſt vrſa quæ & Caliſto vocata fuit. Cynoſura vero minor arctos. Vnde Ouid. lib. iiij. Faſt. Eſſe duas arctos: quarum Cynoſura petatur Sydonijs: Elycen graia carina notet. Artos vero ſine c. panis dicitur.

¶ Arctophylax. penultima correpta. arctoy ſiue vrſæ phylax .i. cuſtos. Cic. Arctophylax vulgo qui dicitur eſſe Bootes. Hic plauſtrum vehit. Ideo ruſtici ſeptentrionem dicunt. Is fuit Arcas Iouis filius ex Caliſto. Effigiatur. xiiij. ſtellis.

¶ Arcturus. penultima pducta. ſtella in ſigno Boote poſt ſeptentrionem: cuius ortus & occaſus tempeſtates facit. & dicitur vrſæ cauda. Oritur a canicula fere poſt diem quinnuageſimum.

¶ Arctous ab arcto idem eſt quod ſeptentrionalis & arcticus: ſimiliter ſeptentrionalis.

¶ Arctus. a. um. ſtrictus: vt arcta eſt via quæ ducit ad vitam: ab arceo fit. Columel. li. iij. In tribulum fictile vel cornu arcte inſerito.

¶ Arcto. as. frequentatiuū eſt ab arceo.

¶ Arcus ab arceo pro contineo fornix ædificij eſt q ſe ipſe cōtineat q̄uis ab opere erigendo in altitudinem quidam dici velint. Cice. Iam enim atriolum & arcus duos abſoluerat: & arcus iris cœleſtis & tam ſecundæ q̄ quartæ declina. in vtraq ſignificatione. Cice. de natura deorum. Cur autem arci ſpecies non in deorū numero reponatur. Hier. in Ezech. Vidi velut aſpectum arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ. Ennius ge. fœ. protulit. Formatur autem hoc modo arcus cœleſtis. Dum enim ſol in nubibus rareſcentibus ex aduerſo refulſerit: radioſq ſuos directa linea humori nubilo trāſfundens impreſſerit: fit repercuſſio ſplendoris eius in nubibus ex qbus fulgor emicās arcus ſpeciē format. Sicut enim impreſſa cæra anulo imaginem exprimit: ſic nubes econtrario ex rotunditate ſolis figurā ſumētes orbem efficiūt: & arcus effigiem fingunt. Apparet autem hoc modo ſemper: ſed cū rareſcūt nubila cœli. Nam ruſus cum coeunt in ſe nubes atq denſantur cōfeſtim arcus forma reſoluitur. In nubium enim denſitate arcus imperfecto gyro complectitur. Deniq ſine ſole & nubibus nunq̄ apparet arcus. Quadricolor aūt eſt quia ex omnibus elementis in ſe rapit ſpecies. De cœlo enim trahit igneū colorem. de aquis purpureū. de aere album. de terris colligit nigrum. Arcus vero quo ſagittæ iaciuntur tantum quartę declinationis eſt ab arceo cum ſignificat a longe veto q miſſis ſagittis non ſinat hoſtem accedere. Quod nomen etiam per q. apud antiquos ſcribebatur arquus. Vnde arquites arcu præliantes qui & ſagittarij dicuntur. Et arquatus. Græce autē τὸ τόξον: latine dicitur arcus. Inde argytotoxos apollo argenteū arcum gerens: & hippotoxatę equeſtres ſagittarij.

¶ Arcuatus. ta. tum. in modū arcus curuat⁹. ab arcuo arcuas. Plyni⁹. lib. xxix. Illam autē quę arcuatur græci ſepam vocāt. Liui. lib. j. Ad id ſacrariū flamines bigis curru arcuato vehi iuſſiſti. Hierony. in prologo Ioſue. Vnde ceſſet arcuato vulnere cōtra inſurgere ſcorpius. Hinc arcuatim aduerbium more arcus.

¶ Arcatus. ab arcus arci quaſi in modum arci factus. Ouidius libro. xi. Meta. Iris & arcato cœlum curuamine ſignans.

¶ Arquatus ab arquus: & is dicitur cui color & oculi virent a colore. ſ. arqui cœleſtis: quem morbum quidā appellant dæmoniacum: quidā aquarium: quidā auriginem. quidam regium: quidam ictericum.

¶ Arculus diminutiuū ab arcus. a quo fit aliud diminutiuū arcellus: & arculus dictus eſt deus qui tutelā gereret arcarū. Item arculus dicebatur circulus q capiti imponebatur ad ſuſtinēda cōmodi⁹ vaſa quę ad ſacra publica capite portabantur apud Athenienſes.

¶ Arculata circuli qui e farina in ſacrificijs fiebant.

⁎ Arcubaliſta a nonnullis Scorpio vocatur.

¶ Arcima. genus modici plauſtri quo homo geſtari ſolet.

¶ Ardeo. es. ſi. ſum. qđ & ardo. is. dicit̃ ſignificat cōcremor. Virg. Nāq; volans liquidis in nubibus arſit harundo. Et in euangelio. In ignem mittent & ardet. Per tranſlationē ardere ponitur pro ardēter ſeu impatiēter amare. Et ſic modo cū accuſatiuo: modo cū ablatiuo cōſtruitur. Vir. Corydon ardebat alexim. Hora. Nō aliter ſamio dicūt arſiſſe batillo Anacreonta teum. Interdū pro feſtinare. Vnde ardens pro feſtināte ingenioſo acutoq; ponit̃. q; inſtar ignis oia penetret. ſicut ecōtrario ſegnis dicit̃ tardus quaſi ſine igne. Virg. Inſtant ardentes tyrij. Interdū pro fulgorē emittere. Idem tyrioq; ardebat murice læna. Vnde & ardens pro candido a candore flammæ. Idē ardenteſq; auertit equos. Interdum prę dolore iraſci vt apud eundem li. x. Proxima quęq; metit gladio latūq; per agmen Ardens limitem agit ferro te Turne ſuperbū Cęde noua quęrens. Interdum pro conſumi. Cice. Quoniā nimio viuendi te deſyderio ardebā. Interdū pro optare. Plyn. Ardeo te videre. Virg. Patrięq; mori pro mœnibus ardent. Huius cōpoſita ſunt exardeo/ inardeo/ & perardeo: in quibus prępoſitio auget vim ſignificationis.

¶ Ardeſco. is. ardēs fio. Grego. Sed ad hęc audita inardeſcit animus: tamq; illic cupit aſſiſtere vbi ſe ſperat ſine fine gaudere.

¶ Ardelio: homo inquietus. & huc atq; illuc ſemp volitans ſaliens & omnibus negocijs ſeſe immiſcens.

¶ Arduus. a. um. altus & difficilis. Ouidi⁹. Ardua prima via eſt.

¶ Ardea. auis quædam quaſi ardua. quoniam volando alta petit. A græcis dicitur ἐρωδιός. Virg. Atq; altam ſupra volat ardea nubem. Huius diminutiuū eſt ardeola. Eſt & ardea nomen vrbis in latio a feruore regionis ſic dicta. quæ. xviij. miliaris ab vrbe eſt poſita. Mar. Ardea ſolſtitio peſtanaq; rura petantur. Quicq; Cleoneo ſydere feruet ager.

⁎ Ardearum tria genera ponit Ariſtoteles. Leucū ab albedine dictū. Aſterias a fulgore aſtrorū & peloa ab aduerbio πελάς quod prope ſignificat: quoniam hoc tertium non ita alte volat.

¶ Ardeates populi ſunt ardeę incolę. habet penul. p.

⁎ Ardum veteres pro aridum dicebant.

¶ Area proprie dicit̃ locus purus in vrbe ſine ędificio quem græci plateam dicunt. Dicta area q; ardore ſolis ſit facta arida & nō poſſit quicq̄ generare. quidā ab ara deducūt: q; ſicut hæc ara pura eſt: ita areæ in vrbe ſiue in domo loca pura ſunt. i. ſine ædificio. Vel q; ſicut are flammis: ita areæ e ſolis ardore torrētur. Valla. Camp⁹ eſt planities ampla & grandis: ideoq; ſpatioſæ plateæ areæ ve campi nomen accipiūt. Vnde Romæ campus Martius. Nam locus huiuſmodi vocatur area. Suet. tamen in Cæſa. poſuit aream pro loco puro accōmodato foro extruendo cum inquit. Forum de manubijs inchoauit cui⁹ area ſuper ſeſtertiū millies cōſtitit. Item area dicit̃ ſolidum terreū planities glabra. id eſt locus purgatus coæquatuſq; & cylindro cōſolidatus plateis amplitudine ſimilis: vbi frumenta areſcunt & terūtur. De qua Virgilius lib. primo Georg. Area cū primis ingenti eſt æquāda cylindro. Columella lib. iij. Area quoq; ſi terrena erit: vt ſit ad triturā ſatis habilis primū radetur. Et Area et per diminutionē areola ſubacta eſt terra probe atq; ſata ſeu ſerēda: quales ſunt in hortis in quibus quadrata quędā & bene ſub acta atq; coęquata ſpatia in q̄ mox ſemina iaciant̃. Columel. Areæ ſic informādę ſunt vt facile runcantiū manus ad dimidiā partē latitudinis perueniāt. Columel. lib. vi. Crebro putrem terrā duos alte digitos inſternemus & modice rigabimus ſtramentiſq; areas cooperiemus. Ex huiuſmodi areis locatis magni prouētus capiebant̃. Cice. in Para. Etenī ſi iſti callidi rerū æſtimatores prata & areas quaſdā magni æſtimāt q; eius generi quaſi nocere nihil poteſt &c. Item area vocat̃ morbus in capite cū capillorū profluuio. Item Areæ ſiue Aria media producta inſula eſt in ponto verſus Colchos Marti ſacrata.

⁎ Areoſus ab area.

¶ Areola cum accentu in antepenultima diminutiuū ab area. Columel. lib. vi. Cum terram bene ſubegeris areolas facito. Hiero. in Cant. Genæ illius ſicut areolę aromatum conſitæ a pigmentarijs.

¶ Areator: qui aream purgat & in ea frumentum triturat. Columella libro ſecundo. Atq; hoc ſupremū areatoris emolumentum percipiendorum ſeminū quæ terræ crediderat.

¶ Aridus arida aridum penultima correpta ſiccū qđ naturalem humorem amiſit. Ambroſius. Arida terra dicta eſt non ſolum ad genus: ſed etiam ad ſpeciem terrarum refertur: vt ſit vtilis ſicca habilis & apta culturis Arida autem expreſſio naturæ eſt. Terra appellatio q̄dam ſimplex negocij. Interdum Aridum ponitur pro puro & lucido. Plautus in Rud. Argento arido. Interdum pro horrifico acuto cum de ſono loquimur: quia ea quæ arida ſunt cum frangi cœperint nimiū atq; horrificum ſonū edūt. Virgilius libro primo Georgicorū. Et arida alijs montibus audiri fragor. Huius diminutiuū eſt aridulus.

¶ Ariditas: quæ & aritudo dicitur pro ſiccitate. Var. Frigus calore atq; humore ariditudinem miſcet.

¶ Areo ares arui aridus ſum. Plautus in Rud. Vtinā fortuna nunc anatina vterer: vt cum exiſſem ex aqua arerem tamen. Quidam hoc verbum ab ara deducūt: in qua quę dijs immolabantur torreri ſolebāt. Alij vero ab ara: ſed per contrarium ſenſum. ἀπὸ τοῦ ἄρδειν. quod ſignificat irrigare q; aridum minime ſit irrigatū. Huius compoſita ſunt Adareo/ Exareo/ Inareo/ Obareo/ Perareo: & Subareo.

¶ Areſco. aridus fio. Cicero li. ſecūdo ad Herennium. Nihil lachryma citius areſcit. Adareſco probe areſco ſicut Exareſco. Cato de re ruſtica. Veſtimenta ne tineę tangant amurcam decoquito ad dimidium: & vngito fundum arcę & extrinſecus & pedes & angulos: vbi ea adaruerit: veſtimenta cōdito. Inareſco intus ſiue penit⁹ areſco. Columella libro primo. Deinde cū prædictum tectorium maruit. i. aridum intus penituſve factū eſt. Obareſco circum ſiue omnino areſco. Lactā. lib. de opificio Acies. i. membrana illa perlucens quam ſiccari & obareſcere non oportet: niſi humore terſa pure niteat obſoleſcit. Perareſco valde areſco.

¶ Arefacio: aridum facio. Cui⁹ paſſiuū eſt arefio pro exiccor.

¶ Arelate: ciuitas eſt in mediterraneo Narbonenſis galliæ a Plynio dicta colonia Sextanorum: quoniam ex ſexta legione coloni deducti ſunt.

⁎ Aremorica quondam quæ nunc aquitania dicitur.

¶ Ares græce ἄρης quatuor ſignificat. Ferrũ: interdũ bellum. Aliquando vulnus: ſæpius vero Martẽ: quo nomine et nos et ferrũ et bellũ et vulnus ſignificam⁹. Ab ἄρης aries: quaſi martialis: ſicut a marte martius. Nã etiam mathematici dicũt Martis eſſe arietẽ & ſcorpionem: vt etiam ob conuenientiam influxus dicatur aries a marte a Græcis tamen deducendo.

¶ Arete græce ἀρετὴ latine virtus. Vnde Philaretus proprium nomen et ſignificat amatorem virtutis. Eſt etiã arete nomẽ mulieris vxoris alcynoi regis phęacũ.

¶ Areopagos: penultima correpta: Martis vicus. Nã ἄρεος Martis πάγος vicus. Nam vicus erat athenis a temp'o Martis ſic cognominatus: vbi primũ iudiciũ capitis actum fuiſſe dixit Plynius libro. vij. Et inde.

¶ Areopagitæ illi dicebãtur: qui in templo Martis iudicabant: quod iudicium exquiſitiſſimum habebatur Nam quũ Mars: qui græce dicitur ἄρης homicidij crimine reus fieret: iudicantibus duodecim dijs in eo pago ſex ſententijs abſolutus eſt: vt Stephanus Byzantius docet: et multi alij Græci: verum quid ageretur in areopago Iulius quidẽ Pollux lib. viij. ſcribit de magiſtratibus athenienſium: et eorũ locis. Areopagitarum magiſtratus erat iudicare de cęde: et ſtatu reipublicę ꝓuidere: vnde ait. οἱ δὲ ἐννέα ἄρχοντες οἱ καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν μετὰ τὸ δοῦναι τὰς εὐθύνας ἀεὶ τοῖς ἀρεοπαγίταις προσετίθεντο ὑπαίθριοι δὲ ἐδικάζοντο τοῦ φόνου id eſt. Nouẽ principes quotãnis poſt datas ſentẽtias areopagitis addebãtur: ſub dio aũt de cæde iudicabãt Sed multa eſſent dicenda: quæ Pauſanias ſcribit de Grecia illuſtrata: et alij.

¶ Arethous rex fuit in arni vrbe Bœotiæ.

¶ Aretalogus: penultima correpta: Porphirione teſte garrulus et loquax dicitur in oſtentatione virtutis: vnde nomen deducitur: ἀρετὴ enĩ virtus: et logos ſermo ſiue verbum: ſententia: ratio: proſa: cura: ſtudiũ: & multa alia. Sueto. in augu. Frequẽtius aretalogos et feſtos et ſolennes nõnũq̃ tñ iocularitatẽ celebrat. Iuuena. Vt mendax aretalogus. Aretalogus etiã dicitur qui fingendis mendacijs auditores mouet arte verborum. Sed tunc eſſet cõtra Porphyrionẽ: nõ enĩ ab ἀρετῆς: ſed ab ἀρέσκω placeo: ſed ἄρετος. i. placidus & logos ſermo: quaſi aretologus vir placidi ſermonis blãdus: multa delectatione affabilis: mitis et dulcis.

¶ Arethuſa penulti. producta virgo venatrix. Dianę comes ab alpheo amata in fontẽ Sicilię apud Syracuſas conuerſa eſt. Virg. Et tandẽ poſitis velox arethuſa ſagittis. Vnde et Syracuſæ arethuſides dictę ſũt: ab arethuſa fonte: forma patronymica fœminina. Ouid. libro iiij. Faſt. Vtq; Syracuſas arethuſides abſtulit armis. Claudius. Fuit et arethuſius fons Smyrnę: terti⁹ in Chalcidia: quartus in Itaca. Eſt et arethuſa locus ſyrię munitus iuxta Emeſam ſexdecim milibus paſſuũ: a qua arethuſij: vt inquit Strabo.

¶ Aretiũ ciuitas Thuſciæ a Grecis cõdita eo tempore: quo populus iſrael ſub iudicibus regebatur.

¶ Aretiſſa lacus maioris armenię: de quo Plynius libro. vi. Tygris influit in lacum aretiſſam omnia illata pondera ſuſtinentem. Solinus vocat eum arethuſam Strabo arſenem.

⁎ In hunc lacũ Tigris fluuius influit: vnũ ei piſciũ genus eſt: et hoc tranſcurrentis fluuij alueo non miſcet. Sicut nec e tigri piſces trãſnatant.

¶ Arena tenuiſſimus puluis aridus. Ideoq; ab ariditate deductum nomẽ quidam exiſtimãt: caret enĩ omni humore et ſucco: vnde et plurimũ aquæ ebibit: Et ita ſine aſpiratione ſcribi debet. Nec quẽq̃ mouere debet q̃ arena habeat primã breuẽ: areo vero ꝓductã: quũ deriuatiua nõ ſemꝑ primitiuorũ naturam ſeruẽt. Alij ab hærendo: q̃ ſibi inuicẽ ꝓpter tenuitatẽ cohæreant: vel q̃ cũ calce parietibus inhæreat: ſicut in fabricis videmus: et ſic cum h ſcribitur. Eius vero tres ſunt ſpecies .ſ. foſſitia: fluuiatica et marina. Inter quas groſſior ſabulum nũcupatur. Quandoq; tamẽ arena ponitur ꝓ loco in quo pugnabant gladiatores. Sueto. in aug. Quodã aũt muneris die Parthorũ obſides tũc primũ miſſos per arenã mediã ad ſpectaculũ induxit. Hinc arenarij dicti ſunt gladiatores: q in arena depugnant. Quandoq; forũ arena dicitur: quia illic ſic depugnãt actores cauſarũ: vt in arena gladiatores digladiabãtur Sene. Hoc ita habitũ eſt ſcholam quaſi ludũ eſſe forũ arenã. Hinc Ply. Arenã ſuã appellat centũuiros: quoniã in iudicio centũuirali certabat frequenter telis oratorijs. Hoc nomen licet pluralem numerũ nõ habeat: Virgi. tamẽ dixit. Quæ multæ zephyro turbantur arenę

¶ Arenaceus. cea. ceum: quod ex arena eſt.

¶ Arenarius. a. um. quod ad arenam pertinet: vt Iuppiter arenarius.

¶ Arenoſus. a. um. qđ arena abundat. Ply. Littus nõ arenoſum: ſed alga et fluuiorum ſordibus plenum.

¶ Arenatus. a. um. quod ex calce et arena factũ eſt: ſicut marmoratum: quod ex marmore. Ply. In Græcia tectorijs etiã arenatũ: quod ducturi ſunt prius in mortario ligneis vectibus ſubigunt.

¶ Arenula diminutiuũ ab arena: quæ eſt tenuiſſima. Ply. lib. xxx. Arenulę quę inueniũtur in cornibus cochlearũ cauis dentium inditę ſtatim liberant dolore.

⁎ Arferia aqua quę inferis libabatur: ſeu vas vini: qđ adhibebatur ſacris: et a fero deducitur.

¶ Arguo. guis. gui gutũ. imputo ſiue accuſo et genitiuo ſæpius q̃ ablatiuo cõſtruitur. Curtius. Orſinẽ modo auaritię: interdũ et defectionis arguebat. Cic. libro ii. ad Heren. Vt ſi quiſq̃ furti arguat dicat eũ eſſe hominẽ improbũ: auarũ: fraudulentũ. Similiter quãdo ſignificat reprendo cũ ratione et argumentis: vt in Geneſi Certe mendacii nos arguere nõ poterit. Plaut⁹ in amphi. Et eccũ video q me miſeram arguit ſtupri dedecoris Si vero id: quo quis arguitur nõ exprimitur: accuſatiuũ tñ habet. Lactã. lib. iii. Tu ergo te libri arguunt. Proprie tamen arguere eſt oſtendere. Vir. Degeneres animos timor arguit. Huius cõpoſita ſunt coarguo: et redarguo. Sal. Lentulum diſſimulantẽ coarguunt ſermonibus: quos ille habere ſolitus erat. Sciẽdũ eſt q̃ licet arguo argutũ ſupinũ faciat: ex quo argutus participiũ: tamẽ futuri tꝑis eſt arguiturus. Salluſt. lib. ii. hiſto. Quos aduerſum multi ex Bythinia volentes occurrere falſum filiũ arguituri. Nã vt docet Priſc. Quędã ſunt verba in utũ ſupinũ formãtia: quorũ participia futuri terminãt in iturus: et verbalia in itio: vt argutum. arguiturus. Tutũ. tuiturus. Sputum. ſpuitur⁹ ſpuitio. Plutum. pluiturus. pluitio.

¶ Argutus. a. um. ꝑticipium. Plau. in Pſeu Argutus malorũ facinorũ. Quandoq; vero eſt nomen: modo ꝓ malitioſo et falſo: q̃ cũ lepore quodã quæ cupit dicit: facitve: quaſi arguẽs acute et inueſtigans. Modo ꝓ canoro reſonantiq;: vt arguta hirũdo: et arguti hoĩes: q̃ multũ et celeriter loquũtur ab argo naue quæ a celeritate dicta eſt: ἀργὸς enĩ velox dicitur. Virgi. Argutos interſtrepere anſer olores. Modo ꝓ exili: breui: et quaſi acuto. Idem libro. iii. Georgicõ. Argutumq; caput: breuis aluus: obeſaq; terga.

¶ Argutia.ę.dicitur acute et malitioſe dictum vel factum. Plaut⁹ in Muſt. Exi a culina:ſis foris maſtygia: qui mihi inter patinas exhibes argutias.

¶ Argutor.pe.pro.deponēs ab argutus fit:et ſignificat ꝓcaciter ꝓloquor. Neuius. Quādo ad ludos venit alij quū tacerent totū diē argutatur:quaſi cicada. Eſt & argutari ſubſilere. Titus. Terra hęc eſt noua:qua tu ſolitus argutari pedibus cretā dū cōpeſcis veſtimentaq; leuas. Reperitur et arguto in eadem ſignificatione.

¶ Argutulus diminutiuū contemptui deriuatū:et nō blandiendi cauſa: vt homunculus:et homulus.

¶ Argumētum: vt a Quintil'. diffinitur:eſt ratio ꝓbatione præſtās:qua colligit̃ aliud ꝑ aliud: et q̃ qđ eſt dubiū ꝑ id qđ dubiū nō eſt/cōfirmat. Sumitur interdū ēt ꝓ materia Cice. Q̃m nullū ſcribendi argumentū mihi relictū eſt. Interdum pro cōiectura. Interdum pro veriſimili probatione: vt ſunt argumēta comœdiarum. Interdum pro ſumma verſibus expoſita..

¶ Argumentatio eſt explicatio et enarratio argumēti Accipitur & ꝓ eo:quod in mente componitur. Ambro. Cognito q̇ Heliſeus eſſet: qui conſilijs et argumentationibus eius obuiaret.

¶ Argumētor:rationibus nitor ad aliqd ꝓbandum.

¶ Argemmiſſa vel argemuiſſa:inſula ad cōtinentem Troadis prope argenicum promontorium locata. Iuxta quem locum alcibiades extinctus eſt.

¶ Argenos latine dicitur albus:ſplendidus. Feſtus. Argenum argentum percandidum. ἄργυρος.

¶ Argetos ſignificat velocem et candidū: ſplendidū et ſtrennuum.

⁎ Argenetes ſol dicitur: q̇ ſemp exoriens gignitur: et ipſe gignit vniuerſa.

¶ Argus nomen ꝓpriū regis argiuorū. Hic filius apis fuit. Ex cuius nomine argi argiui appellati ſunt. Quo regnāte cœpit vti frugibus Græcia & habere ſegetes in agricultura delatis aliunde ſeminibus. Et poſt obitū deus haberi cœpit:templo et ſacrificijs honoratus. Fuit et alius argus:q a poetis oculis plenus fingit̃ cuſtodiſſe Iunonis impio Inachi filiā eius deæ pellicē in bouis ſpeciē cōuerſam. Qui poſtea a Mercurio interfectus fuit: vnde et argiphōtes cognominatus eſt:q̇ argū peremerit. Vnde cœtū ſtellarū luce diſtinctum argus dicitur. Et argus vocatus fuit nauis architect⁹: a quo argonautæ. Eſt et argus adiectiuum pro argiuis: vt eſt apud Plautum. Natus amphitrio argis ex argo patre

¶ Argo. ge.fœ. nauis: quā Iaſon duxit ab argo architecto. De quo Flaccus. Ad charū Tritonia deuolat argum. Moliri hunc puppē iubet et demittere ferro Robora. Seu ab argon: qđ eſt velox: vt inqt Diod. Inde arguti: vt ſentit Probus dicti ſunt: q multū & celeriter loquūtur. Alij autumāt argo nominatā eē ab argiuis: hoc eſt a grȩcis. Quod ſentire videt̃ Cicero lib. j. Tuſ. quō ait. Et eas anguſtias: per quas penetrauit ea: quæ eſt noīata argo: quia argiui in ea delecti viri vecti petebant pellē inauratā arietis. Inde argonautæ dicti ſunt

⁎ Argopelaſgos Homerus vocat Theſſalos.

¶ Argos in ſing.ge.neu. In plurali maſcu. vt hi argi. Hora. Aptū dicit equis argos diteſq; Mycenas. Virg. lib. x. Herculis authorē comitē q miſſus ab argis. Eſt aūt ciuitas nō longe ab athenis peloponneſſi caput: & oībus ciuitatibus Græcię antecellebat. Cuius rex primus Phoroneus fuit. Dicta argos ab argo rege: vt ſcribit Aug. lib. xviii. de ciui. dei. Hinc argiui Grȩci dicti ſunt: et argolicus ſinus: et argolici duces: et argolica regio. Alia eſt ciuitas argos Theſſaliæ: quod pelaſgicon dicū̃t. Alia in achaia nō lōge a Mycenis: q̃ & hippion vocatur. Et in acarnania amphilochicū. Eſt & argos quædā græciæ pars. Oīs quoq; littoralia ora dicebatur argos. Et ante Danaū argiadæ: hoc eſt argiui Argos quoq; grȩce dicebatur tardus. Hic ioc⁹ in hendecaſyllabo. Mar. Nō nautas puto vos: ſed argonautas. Vbi alluſio eſt ad famigeratos nautas: et intelligi tamen vult pigros et lentos nautas. Et argos nauis ſignum celeſte oritur pridie Idus Martij.

Argenuſæ tres inſulæ iuxta Canas. Strabo.

¶ Argis aduerbialiter in loco. Ply. libro. xvi. Argis etiam olea durare dicitur.

¶ Argeus.a.um.idem qđ argiuus. Hora. lib. iiii. Car. Tibur argeo poſitū colono. ab argos vrbe. Et argeus mons eſt ab vna parte Cappadociam cingens.

¶ Argei teſte Var. dicebātur ſcirpeæ effigies: quæ per virgines veſtales iaciebātur ſingulis ānis in Tyberim per pontem ſublicium. Argei etiā dicebantur loca ſacra Romȩ argeoꝝ. Varro. Reliqua vrbis loca olim diſcreta: vt argeorū ſacraria: argeos dictos a principibus qui cum Hercule argiuo Romam venerunt.

¶ Argia.pe.pro.nomen adaſtri regis argiuorum filię quę conuerſa fuit in fontem ſui nominis.

¶ Argiæ pluralis numeri tm̄ oppidū eſt Laconię.

¶ Argolicus.a.um.idē qđ argiuus: vt regio argolica

¶ Argonautæ dicti ſunt heroes illi: q cum Iaſone in Colchos ꝓfecti ſunt: ex qbus præcipui fuere Caſtor: et Pollux: Telamō. Orpheus: Hercules: et Hilas puer ſic cognominati a naue: quā innauigauerunt: qui fuerunt ſupra quinquaginta: vt Orpheus libro primo: et apollonius in catalogo heroum.

¶ Argiletū ab argo dictū: q̇ is eo venerit: ibiq; ſepultus ſit. Nā argolus: ſiue argus dux argeorū apud Euādrum hoſpitatus eſt. Quū in ſuſpicionē regni veniret clam noctu ab arcadibus eſt interfectus: vt volunt: inſcio Euādro. Cui Euander tumulū fecit: et loco nomē poſuit a leto.i.morte argoli: ſiue argi. Argiletū Varro ſcribit argilletū etiā dici ab argilla .i.creta: cuius copia illic erat. Erat aūt argilletū locus in vrbe ꝓpe pallatiū: vbi tabernę bibliopolarū erant quę argilletanę dicebātur. Mar. Argilletanas mauis habitare tabernas.

¶ Argilla terra cretoſa et candida: qua figuli vtūtur ad vaſa facienda. Iuuenalis. Argillam atq; rotam citius properate.

¶ Argema morbus oculorū: quū v'cus circulū oculi infeſtat: quem grȩci Irim dicunt. Latine albugo vocatur: et leucoma etiā græce a cādore. Videtur eſſe idem fere: quod leucomara.i.albugines a candore.

¶ Argyrippa ciuitas in apulia: quam Diomedes ȩdificauit: a qua argyrippini dicuntur.

⁎ Argyranche argenti morbus.

¶ Argyrion latine argentū: a quo argyrocopus argētari⁹ ἄργυρος καὶ κόπτω argētū: & tūdo: pulſo: ꝑcutio.

⁎ Argyritis ſpuma argenti dicitur.

¶ Argyrologus quȩſtor quærens argentum ἀπὸ τοῦ λέγειν dicere.

¶ Argyrondes ȩtolię fluuius: propter argenteū aquę candorem.

¶ Argyrohippū vrbs erat apulię: quā Diomedes ȩdificauit. Deinde dicta eſt argyrippa: a qua argyrippini nominati.

¶ Argyraſpidas dicimus eos: q argētata ſcuta ferūt. Vnde ſicut refert Lamp. Alexander impator Romanus nō ſolum fecit argyraſpidas: ſed et chryſaſpidas: ita ab aureis clypeis nominatos. ἀσπίς.i. ſcutū.

¶ Argyrotoxos argenteum arcū gerens: quo nomie dictus eſt apollo. τὸ τόξον.i. arcus.

¶ Argentū prio ſignatū eſt anno vrbis qīgēteſimo octogeſimo quito. Quintil'. Fabio cōſule. v. annis an

bellũ Punicũ primũ. Nota argẽti bigę et quadrigę. In-
de bigati et quadrigati nũmi appellati ſunt. Aure⁹ ve-
ro nummus ſexageſimo ſecundo anno poſt argenteũ
percuſſus eſt: in quo primo Conſulũ: deinde Impato-
rum capita imprimi cœperũt: et ab iis ſępe nomina ac-
cepere. Argentũ candidũ eſt: vnde et a gręcis argyros
dicitur. In puteis repitur qđ excoqui nõ poteſt: niſi cũ
plũbo nigro: aut cum vena plumbi: quę iuxta argenti
venas plærũq; repitur Gallenã vocãt. Aliquãdo argẽ
tum ponitur pro ſupellectili argẽtea: puta ſcyphis: co-
chlearibus: aliiſq;: quæ ad menſam ornãdam exhiben
tur. Plaut. Tu eſto lectiſterniator: tu argentum eluito.

¶ Argentarius vulgo campſor: ſiue menſarius: a gręcis Colybiſta et trapezita dicitur. Vnde Plaut. in Cur.
Trapezitã et argẽtarium pro eodem accipit. Sed iure-
conſultus. ff. de edẽdo oſtẽdit argẽtarios maiores mẽ-
ſarios: et quoq; officiũ atq; miniſteriũ publicam habet
cauſam. Hiq; rationes cõficiũt. Auctor eſt Seneca ar-
gentario pręeſſe publicis actionibus.

¶ Argeſtes vẽtus occidentalis frigidus. De quo Ply.
lib. ii. Ab occaſu ęquinoctiali fauonius: ab occaſu ſol-
ſtitiali corus: zephyron et argeſten vocant.

¶ Ariadne propriũ nomẽ eius: quã deſertam a The-
ſeo Bacchus rapuiſſe dictus eſt a poetis.

¶ Aricia vrbs in italia: abeſt ab vrbe ad decimũ lapi-
dẽ: quam ędificauit Hippolytus Theſei filius: et a no-
mine cõiugis ariciã appellauit. Iuxta hãc vrbem erat
nemus: quod aricinum dicebatur: in quo ęgeria nym-
pha erat: cũ qua loqui ſolitum ferũt Numã Romano-
rum regem. Erat et aricinus lacus: quod ſpeculũ Dia-
næ vocabatur: in quo nunc quoq; inſulę cum proceris
arboribus mobiles conſpiciuntur.

¶ Aries. etis. pe. cor. qui inter oues integer eſt: et tene
tur ad generandam ſobolem. Veruex vero cui inuerſi
vel adempti ſunt teſticuli. Ab ara dictus aries: q; aria
iponi ad ſacrificia ſoleret. A cu⁹ ſiſitudine bellica ma-
china, aries appellaẽ. Materia ac tabularis teſtudo con
texitur: quæ ne flammis exuri poſſit i corio ſiue cilicio
veſtitur: Intrinſecus recipit trabẽ: quę ſi aduco pręfi gi
tur ferro: falx vocatur ab eo q; incuruata eſt: vt ex mu
ris lapides extrahat. Si vero caput ipſius ferro tegitur
aries appellaẽ: q; inſtar arietini capitis fieri ſoleret: vel
q; habet duriſſimam frõtem i qua ſubruat muros: vel
q; more arietum retrocedit: vt vehemẽtius feriat. Te-
ſtudo aũt a ſimilitudine naturę teſtudinis vocabulum
ſumpſit: quia ſicut illa modo reducit caput: modo p-
fert: ita huiuſmodi machina interdũ reducit caput: in-
terdum effert: vt vehemẽtius feriat. Eſt et aries cœle-
ſte ſignũ primũ in zodiaco. Aries etiã marinus piſcis:
ſiue marina belua eſt candore tm̃ cornibus aſſimilatis
grece κριὸς dicitur: ſed rem mirificam tradit Aelianus
diſcipulus Pauſanię lib. vii. λέγουσι Ἄραβες ὅτι ἄρα
παρ᾽ αὐτοῖς ποίμνια πιαίνεται ὑπὸ μουσικῆς μᾶλλον ἢ
ὑπὸ τοῦ χιλοῦ. i. dicunt arabes q; vtiq; apud eos ouilia
pingueſcunt muſica magis: q̃ pabulo.

¶ Arietinus. a. um. pe. pro. quod eſt ex ariete. Plyni⁹.
Arietinum iecur ad id vtile eſt.

¶ Arieto. tas. pe. cor. pcutio: tractũ ab arietũ ſimilitu-
dine: cuius firmiſſimũ caput: et ſolidiſſima cornua fa-
ciunt: vt magno impetu quicqd obieceris pcutiant.

¶ Arihel quidam putãt eſſe areopolim ab idolo Mar
tis: quod illic ſitum eſt. Interpretatur aũt leonem dei:
Hieruſalem figuraliter ſignificans.

⁎ Arimanius Plutonis cognomen apud Perſas. Cc.

¶ Arion citharœdus optimus ex Leſbo inſula. De
quo Herodo. ſcribit: q; quũ a nautis coactus eſſet ſe e
naui in pelagus demergere a delphine exceptus ab eo
q; in Laconiam deportatus fuerit anteq̃ nautę illuc ap
plicuiſſent.

¶ Ariminũ ciuitas italiæ a flumine propinquo eiuſdẽ
nominis ſic dicta. Hęc quõdam Vmbrorũ colonia fuit
ſicut et Rauẽna: verũ vtraq; accepit Romanos inqui-
linos. Habet aũt hæc ciuitas portũ: ædificata anno ante
Chriſti exortũ. cclxx. Ptolemæo Lagi filio ægyptiis
imperãte. Pub. Sempronio et Appio Claudio cõſuli-
bus. Ad quã viſendã cõpoſitis Sicilię rebus Sempro
nius nauigauit. Eã Octauianus ampliauit: et a Libur-
nis dirutã Diocletianus repoſuit: fuſiſq; Liburnis ar-
cum triomphalem in ea extruxit.

¶ Arimphęi ſunt ppli aſiæ ſeptẽtrionalis ppe riphe-
os montes: habẽt pro domibus nemora: p alimentis
baccas: et tam fœminę q̃ mares caput tondent.

¶ Arimaſpi populi Scythiæ Europæ verſus aquilo-
nis exortũ: vt li. vii. refert Ply. q vnicum in media frõ
te habẽt oculum: et cum gryphis continue pręliantur.

⁎ Ariſteus Penei regis arcadiæ: ſiue vt poetæ dicunt:
fluminis et cyrenes filius fuit. Cc.

¶ Ariſtippus nomẽ philoſophi Cyrenaici: et apđ nos
dicitur optimus equus. Hic dicere ſolebat q; lautior vi
ctus nulli erat impedimẽto ad bene viuẽdum Hic So-
craticus auditor fuit: prim⁹ Socraticorũ mercede phi-
loſophatus eſt: habuit ingenium ad omnia p tempore
loco et pſona ſimul ĩda omnino pmptum. Et ob hoc
Dionyſio præter omnes erat charus. Et vt pręſentib⁹
voluptatibus libenter fruebatur: ita et abſentes facile
contemnebat. Hic quũ e patria in Græciã philoſophã
di cauſa pficiſceretur: iuſſit ſeruos aurũ pĳcere: vt ex-
peditiores ad iter capeſſendum eſſent. Summũ bonũ
poſuit in leui motu ad ſenſum emanãti. i. in voluptate
corpis ſenſus titillante. Qui ab eo fluxerunt: et in do-
gmate pmanſerunt ab hominis patria Cyrenaici ſunt
appellati. Tradunt Platonem dixiſſe ſoli Ariſtippo et
chlamydem et pãnũ ferre datum eſt. Horat. Omis ari-
ſtippũ decuit ſtatus et color et res. Fuit et alter ariſtip-
pus huius nepos ex filia Metrodidactus dictus: quaſi
a matre doctus. Hic in nauigio a tempeſtate depræſ⁹
timuit et expalluit. Et interrogatus quare philoſoph⁹
timeret: quũ ipe contra nihil timeret: feſtiuiter reſpon-
dit non eandem ſibi et illi cauſam eſſe: quoniam is nõ
eſſet magnope ſollicitus pro anima nequiſſimi nebu-
lonis: ipſum autem pro ariſtippi anima timere.

¶ Ariſtocratia optimatum principatus: vbi optima-
tes Rempublicam tractãt. ἀριστοῦ καὶ κράτους ὑπὸ κρα-
τεῖν. i. optimum et imperium a vincendo.

¶ Ariſtoclides pe. cor. Orcomeni tyrãnus: qui Stym-
phalidem virginem adamauit. Vide in dictiõe Stym-
phalus.

⁎ Ariſtocles nomẽ fuit aui paterni Platonis: qui & ipe
ariſtocles vocabatur. Cc.

¶ Ariſtoteles. pe. cor. nomẽ philoſophi pipateticorũ
principis: a quo ariſtoteleus et ariſtotelicus adiectiua.

¶ Ariſtoxenus. pe. pro. nomen pprium muſici.

¶ Ariſtomenes pe. cor nomẽ Meſſenii viri: q iuſtiſſi-
mus: vt ſcribit Hiero. victis Lacedæmoniis: et quodã
tpe nocturna ſacra celebrãtibus: quę vocabãtur iacyn
thina rapuit de choris ludẽtiũ virgines. xii. et tota no-
cte gradu cõcito fugiẽs exceſſit de finibus Spartano
rũ. Cũq; eas comites eius vellẽt violare: monuit quan
tũ potuit ne hoc facerẽt: & ad extremũ quoſdã nõ pcẽ-
tes interfecit Cæteris metu coercitis redẽptæ poſtea a
cognatis puellę cũ ariſtomenẽ viderẽt cędis reũ fieri tã
diu ad patriã nõ ſunt reuerſæ: q̃diu iudicũ a duolutę ge
nibus defenſorẽ pudicitiæ ſuæ cernerent abſolutum.

¶ Ariſto philoſophus cognomẽto ſcępticus: qđ latie

queſtor et conſyderator dicitur. Semper enim in quærendo conſyderandoq; fuit. Vide in dictione Pyrrho.

¶ Ariſtides pe. pro. princeps athenienſis: cui cognomē fuit iuſto: alter fuit pictor inſignis.

¶ Ariſtophanes pe. cor. nomē ꝓpriũ philoſophi: & comici valde maledici: cuius noīe comœdiæ ſũt īpreſſę.

¶ Ariſtobolus nomen proprium Iudęorum regis.

¶ Ariſtophorũ. pe. cor. vas quo prandiũ defertur. Latine Diſcus. ἄριστον enim prandium dicitur: φορῶ porto.

¶ Ariſta ab ariditate dicitur: q; ſit omnino arida. Eſt enim prima pars: quæ primo areſcit: vel quia ſeges quũ areſcit ſecatur. Et ꝓprie ariſtę quaſi tela ſpicę frumenti ſunt: ſiue ſpinæ ſiue aculei: quibus a morſu auium minorum illa tuecantur. Cice. in Cato. Fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam: et cõtra auiũ minorũ morſus munitur vallo ariſtarum. Ponitur tamē ariſta quandoq; ꝓ frumēto. Ver. Chaoniã pingui glandē mutauit ariſta.

¶ Arithmus latine numerus. Inde arithmetica.

¶ Arithmetica numeralis ſcientia: quæ tractat de numeris: et ſupputandi ratione. Hęc inter diſciplinas mathematicas prima eſſe dicitur: quoniam ipſa vt ſit, nulla alia indiget diſciplina. Muſica autem et Geometria et aſtronomia iſtius auxilio egent.

✱ Aritudo pro ariditate. Var. Frig⁹ calore atq; humore aritudinem miſcet: ab areo deductum. Cc.

¶ Armus humerus. Virgi. lib. iii. Georg. Denſa iuba et dextro iactata recumbit in armo. Differt tamen armus ab humero. Nam humeri ꝓprie eorũ ſunt q recti in cœlũ ſpectant. Vnde ſoli homini humeros eſſe dicimus. Virg. Os humeroſq; deo ſimilis. Armi vero ſũt brutorum: q̃uis de hominibus quandoq; dicantur.

¶ Armigatus. ta. tum. quod eſt ad armũ ligatum. Hiero. lib. ii. ℞. Et dauid ꝑcutiebat in organis armigatus.

¶ Arma ab armis dicuntur .i. humeris depēdentia inquit Feſtus. vt ſcutũ: gladius: et ea: quibus ꝓliamur tela. Ser. docet arma eſſe: quę armos tegunt. Var. ab arcēdo arma dicta exiſtimat: q; his arceamus hoſtes. vt fuſtes: lapides: et hmōi. Sed re vera nō ſolum hoc nomine bellica: ſed etiã oim fere artiũ inſtrumenta intelliguntur. Sic etiã Pollux ὅπλα ruralia ꝓſequitur: q̃uis Verg. largius pollicitus ſibi defeciſſe videat. Sũt enim Martis arma inſtrumēta oīa: qbus ī bello vtimur. Vñ fraudes et conſilia arma dicunt. Verg. Et quærere cõſcius arma. Arma ruſticorum: raſtra: ligones: et hmōi. Idē. Dicendũ et quę ſint duris agreſtibus arma. Arma coquinaria: lebes: patella: tripos: olla. Plau. Q; elegãter inſtructũ coquinarijs armis. Arma ſtudioſorũ: ſtylus: pugillares: libri. Ply. Cuius arma erãt nō venabulum et lancea: ſed ſtylus et pugillares. Nautarũ quoq; et piſtorũ inſtrumēta: arma dicũtur. Verg. lib. v. Colligere arma iubet: validiſq; incũbere rebus. Et lib. i. Cerealiaq; arma Expediũt. Quãdoq; arma capiũtur ꝓ bello: ſicut Toga ꝓ pace: vt cedant arma togę. Quãdoq; dicũtur inſignia: quale nōnulli intelligũt illud Vergil. Armaq; fixit Troia. Cõſueuerũt enim antiqui ſuſpēdere arma in poſtibus templorũ. Eſt aũt hoc nomē arma pluraliter tantum declinatũ: qm̃ vniuocũ ſit: et plures res ſignificet: quarum ſingulæ habent ſua nomina: vt gladius: ſcutũ: et huiuſmodi. Vel ne ab armo artu corporis obliqui eius caſus proferri cenſeantur.

¶ Armo. as. armis induo ſeu munio. Lact. li. iii. Cum enim natura hoīs imbecillior: q̃ cæterorũ aialiũ: q̃ vel ad ꝑferendã vim tꝑm: vel incurſiōes a ſuis corꝑibus arcēdas naturalibus munimētis ꝓuidētia cœleſtis armauit. Liui. lib. ii. de bel. Puni. Itaq; et muri reficiebãt: et propugnaculis armabant. Cõpoſita ſunt dearmo: qđ eſt armis exuo. Idē li. iii. Cõſul triumphans in vrbē rediit Ciuilio duce Volſcorũ ante currũ acto: ꝓlatiſq; ſpolijs qbus dearmatũ exercitũ hoſtiũ ſub iugũ miſit. Exarmo idē ſignat. Suet. in Domi. Negãteq; vltra ſe tueri eũ poſſe q; exarmata eſſet a Ioue. Exarmatas autē feras dicimus mãſuefactas. Lamp. de Heliogabalo. Habuit leones et leopardos exarmatos: quos edoctos a ꝑ mãſuetarios ſubito ad ſecũdam & tertiã mēſã iubebat accũbere. Obarmo circũarmo. Hora. li. car. Mos vñ adduct⁹ ꝑ oē tꝑs amazona ſecuri dextras obarmet. Perarmo ꝑfecte vel pulchre armo. Curt. Hoc mō inſtructo exercitu: ac perarmato Babylone copias mouit.

¶ Armatio et armatura rem ipſam ſignificant. Armator et armatrix verbalia.

¶ Armiger. pe. cor. q lãceã: ſcutũ: galeãq; ferēs armatũ equitē in pręlio ſequitur. Et plane apđ antiquos armigeri fuerunt ſummi viri: vt Patroclus fuit armiger achillis. Ply. lib. xxxv. Clytũ equo ad bellum feſtinãtē: et ei galeã poſcenti armigerũ porrigentē. Armiger etiã dr: q cuiuſpiã alij inferior arma ſuperiori ſuggerit. Plaut. in Caſin. Filius autē armigerũ allegauit ſuum.

¶ Armarium ab armis locus vbi cibaria: libri: et ſimilia reconduntur. Plau. in Capti. Cellas refregit omnes intus: recluſitq; armarium. Et in Epi. Quin ex occluſo atq; obſignato armario decutio argenti quantũ mihi libet? Huius diminutiuum eſt armariolum.

¶ Armamēta nauiũ inſtrumēta: vel munimēta: ſicut funes: et vela: q̃uis et murorũ eſſe poſſint: et medicorũ et aliorũ inſtrumēta. Col. lib. v. Nonulli ſtrennue fabricant nauigia: nec cõſũmata ꝑinde inſtruũt armamētis miniſtriſq;. Hiero. ad Pam. Et quia ſine emplaſtro venerat: et medicorũ armamēta nō hēbat: iccirco medicina non ꝓfuit. Et Ply. de vinearum armamētis loqtur.

¶ Armamētaria repoſitoria armorũ ſunt: et fere naualiũ: quale fuit illud: qđ athenis Philon fabricauit mille capax nauiũ. Ply. Armamētario mille nauiũ cõfecto. Liui. de bel. ma. Cõflagrãt & horrea regia & armamētariũ cũ ingēti apparatu machinarũ & tormētorũ. Vale. Maxi. Habebat armamētariũ oĩs generis telorũ copia refertum. Deduciturq; hoc nomen ab armamētũ.

¶ Armentũ inqt Feſtus id genus pecoris dicit: qđ eſt idoneũ ad opus armorũ: vt ſunt equi et boues. Nam equis in bellũ currit. Clypei vero boũ corijs armantur. Var. aliter. Armēta: q; boues ideo ꝓparabant: vt inde eligerentur ad arandũ: inde armēta dicta quaſi aramēta: poſtea tertia litera extracta. Vnde Col. li. vii. Iumēta et armenta nomen a re traxere: q; noſtrũ laborē: vel onera ſubuectãdo vel arando iuuarēt. Præcipue enim ab equis: et bobus alijſq; eiuſmodi cerui: et alia aĩalia grandia armenta dici poſſunt: q̃uis elephãti et equi et huiuſmodi animalia ab armis armatiſq; militibus ferēdis armēta appellari queant. Nam cerui qui ad hoc nō ſunt idonei: neq; etiam ad arandum inter armenta cõputantur a Vergilio: qui ait. Hos tota armenta ſequuntur. De hoc etiam in dictione Grex dicetur.

¶ Armentarius. ij. armentorũ cuſtos. Verg. lib. iii. Georgi. Oia ſecũ Armentarius afer agit tectũq; laremq;.

¶ Armentarius. a. um. qđ ad armentũ ptinet. Amb. de Cain. Videtur ad ſenſuum nr̃orũ quoddam genus aliud domitũ & mãſuetũ: aliud indomitũ: quod armētario quodam motu mentis velut deſide atq; diſſoluto prumpit ad irrationabiles corporis delectationes.

¶ Armillæ ſunt ornamenta in circulorũ modũ: q̃ viri militares ab Imꝑatoribus donata in ſiniſtris brachijs gerere cõſueuerunt. Hęc Priſcia. Brachialia vocat. Dicũtur aũt armillæ ab armis: q; antiqui humeros cũ brachijs armos vocabant. Vnde arma ab his dependētia ſunt vocata. Liuius. libro. i. Additur fabulę q; vulgo

Sabini aureas armillas magni ponderis brachio leuo gemmatoſq; magna ſpecie anulos habuerũt. Hiero. lib ii. Reg. Tuli diadema : qđ erat in capite eius: et armillam de brachio illius: et attuli ad te dominũ meũ.

¶ Armillatus dicitur qui armillas habet. Prop. Atq; armillatos colla moloſſa canes. Et armillatus nomẽ viri ſub Nerone et Domitiano.

¶ Armillum vas vinarium in ſacris: dictum q; armo id eſt humero deportaretur.

¶ Armiluſtrũ feſtũ apud Romanos: quo res diuinas armati faciebãt: et ſacrificãtes canebãt tubis. Item locus: in quo huiuſmodi ludi fiebant. Var. hoc nomen ab ambitu luſtri dictum exiſtimat: t q; ibi circumfertur pompa et equi currunt.

¶ Armenia regio aſiæ inter Taurũ et Caucaſum mõtes ſita: et a Cappadocia ad Caſpiũ mare vſq; ptenſa: t ab armenio theſſalo comite: vt inquit Strab. ſic dicta. Et vt Ply. lib. vi. auctor eſt: duplex eſt: maior. ſ. et minor: vbi precioſum inter reliqua aromata naſcit̃ amomũ. Hanc Hebræi ararab vocant. In ea araxes fluuius: et ps Euphratis & Tigridis et iſignis ciuitas artaxata.

¶ Armeniacus dicitur: q; primũ genus eius ab armenia ſit aduectũ. Hoc aũt genus pomi: armeniacũ dicit̃ qđ pcox pſicũ etiã dicitur. Et vt inquit Hippocrates calidũ eſt & ſtypticũ ſtomacho vtilis in cibo ſumptus.

⁎ Armipotens armis valens. Cc.

⁎ Armitenens: qui arma tenet. Cc.

⁎ Armiſonus notæ ſignifica. vt Pallas armiſona. Cc.

⁎ Armon lingua pontica raphani genus ſylueſtre: qđ Græci Chertan vocãt. Alij leucen. Noſtri amoraciam frõde copioſius: q̃ corpore. Cc.

¶ Amoracea. æ. vt inquit Palla. agreſtis raphanus eſt. Dicitur a Col. etiam armoradũ armoratioq; cymam.

¶ Armon: vt Ioſephus. lib iiii. ſcribit: fluuius eſt: qui de montibus arabiæ deſcendens in ſtagnum aphaltiten erumpit: diuidens Moabitidem & amonitidem.

¶ Aro. as. pprie ſignificat terrã iã pſciſſam rurſus vomere euerto. Ply. In arando magnope ſeruandum eſt Catonis oraculũ. Quid eſt primum? agrũ bene colere Quid ſecũdũ? bene arare? Quid tertiũ? ſtercorare. Cõpoſita huius verbi ſunt. Dearo. Exaro. Peraro. Inaro et Subaro. Ply. Sunt qui iam natas inarant ſegetes.

¶ Arator ſumitur tam pro boue q̃ p homine bouẽ ducente. Ply. Arator niſi incuruus p̃ęuaricatur.

¶ Aratrum inſtrumẽtum: quo terra aratur: græci arotron dicunt.

¶ Artro. as quaſi aratro t quod eſt ſegetes iam natas rurſus arando proſcindo: quod impinguãdi agri cauſa fit.

¶ Aromata latine odoramenta. Et inde aromacopola: quẽ nos aromatarium vocamus: qui aromata vendit: gręce ἄρωμα.

⁎ Aromatitis gemma: quæ in arabia gignitur: ita dicta q; myrrhę odorẽ hẽat: ob hoc reginis chariſſia. Cc.

¶ Arpe falx: ſiue enſis falcatus. Vide infra in dictione Harpe: vbi harpyia et harpagones: quæ aſpirantur quoniam nunc in pſilen verſa eſt aſpirata.

⁎ Arquatus morbus: de quo ſupra.

¶ Arpinũ pe. prod. ciuitas: a qua arpinates dicti ſunt eius incolę: quales fuere. M. Cicero. Plautus comicus et. C. Marius: qui ſepties conſul fuit.

⁎ Arquites dicebãt antiqui arcu pręliantes: quos nũc Sagittarios vocant. Cc.

⁎ Arquus vide in dictione arcus.

¶ Arroſtema pe. pro. matis. Grece ἀρρώστημα. Latine ægrotatio. ἀρρωστέω ægroto: arroſteia ægrotatio: arroſtos ægrotus.

¶ Arenicum idem eſt: quod arſenicum et auripigmẽtũ: cuius vim reprimi ac tolli excreſcẽtia dubiũ nõ eſt.

¶ Arrha. ę. et arrabo. pe. cor. gręce ἀρραβών: vtrũq; ſumitur p pte ſolutionis: quę prius datur: vt reliqua reddatur. Terent. Ea relicta arraboni eſt. Hinc arrho. as. a quo ſubarrho: quod eſt arrham facio. Amb. Anulo ſuo ſubarrhauit me dominus meus.

¶ Arreptitius: qui a dæmone rapitur: qui etiam abreptitius dicitur. Veteres arreptitium dicebãt laruatum: quaſi a laruis arreptum.

⁎ Arretina vaſa nobiliſſima: ab arretio italiæ ciuitate vbi fingebantur. Mart. Arretina nimis ne ſpernas vaſa monemus: Lautus erat tuſcis Porſena fictilibus:

⁎ Arrugia cuniculus ſubterraneus. Cc.

¶ Arripio. is. Vide in abripio.

¶ Arrigo. gis. Vide in dictione rego.

¶ Arrogo. pe cor. ſignificat tribuo. Hiero. in plogo Eſdrę. Interrogent Hebręos: et ipſis auctoribus trãſlationi meæ vel arrogẽt: vel derogent fidem. Plærunq; arrogare eſt nimiũ attribuere: ſeu arrogãter pręſumere. Vnde arrogãs: q ſibi temere atq; inſolenter tribuit: quæ in eo non ſunt. Et arrogantia p quam temeritas: atq; impudẽtia vanam ſibi compat auctoritatem. Itẽ arrogare eſt in filium ac familiarem aſciſcere: a quo fit arrogatio: quę eſt quum is: qui aſciſcit aliquem in filiũ interrogatur: an velit illum iuſtum ſibi filiũ eſſe: et is qui aſciſcitur rogat an id fieri patiatur. Vel ideo arrogatio dicitur: q; per populi rogationem fiat.

⁎ Aroa hærba eſt e bulborũ genere ſcyllæ pximia amplitudine folijs lapati: caule recto duorũ cubitorũ: baculi craſſitudine: radice mollioris naturę: quę et cruda editur: folia quoq; eius in aceto decocta mãdũtur. Cc.

¶ Arſenothelys. Vide in dictione androgiuus.

¶ Arſinoe fuit filia Ptolemęi Lagi filij: qui ęgygtum poſt Alexandrũ tenuit: et fuit iuxta Lyſimachi regis Macedonię forma pręſtãtiſſima: a cuius nomine Ptolemæus Philadelphus eius frater vrbem condidit in Cyrenaica regione.

⁎ Arſanias fluuius: qui cum Tigri fluuio circiter quatuor paſſuũ milia: mox diuiſus i Euphratẽ mergit̃. Cc

⁎ Arſegonũ hęrba eſt ſub ſatyrę nomine compręhenſa: vuas habẽs floribus oleæ ſimiles: ſed aliquãto pallidiores. Semen vero ad ſimilitudinem papaueris album. Cc.

¶ Ars multipliciter dicitur. Nam quędam eſt ars: quę in ſpeculatione tantum conſiſtit: vt aſtrologia: & theorice. i ſpeculatiua vocatur. Quædam in agendo: quæ actu perficitur: et practice. i actiua dicitur: vt ſaltatio. Terentius in and. Quid eſt quod tibi ars mea efficere hoc poſſit amplius Quædam in effectu: quæ operis: quod oculis ſubijcitur et conſummationem non finẽ accipit: qualis eſt pictura. Dicta ars ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. i. a virtute: quam Græci vniuſcuiuſq; ſcientiam vocãt. Eſt etiam ars: quæ conſtat ex præceptorum collectione: ab arcto. ctas. q; arctis præceptis: id eſt anguſtis et breuibus concludat: vt eſt ars Seruij: ars Donati: ars Priſciani. Ars etiam aſtutia vocatur: qua quia nõ facile falli: ſed magis alios fallere poteſt: quę gręce dicitur τέχνη. Ab ars componitur Iners: Solers: artifex. Huius diminutiuum eſt articula.

⁎ Artenia inſula eſt prope amnem acheloum continẽti annexa. Cc.

¶ Artifex: qui artem aliquam facit: dictus q; ſcientiã ſuam per artus exerceat: ſiue q; apte operam inter ſe arctent artifices.

¶ Artificium quaſi artis factio: quod ars ipſa operat̃: vt quum dicimus orationem magno artificio compo

ſitam. Hinc artificioſus.a.um. quod cum arte factum eſt: vt oratio artificioſa.

¶ Artinis.pe.pro. dicitur bonis artibus inſtructus.

¶ Artus: qui alligant membra membris: ab arctãdo. Sunt em̃ nodi: membra vero trunci. Vergil. lib. v. Et magna membrorum artus. Et dicitur tantũ de animãtibus: partes ſunt corporis inter iuncturas: dicti q̃ inter ſe arctentur. Vnde minores ptes p diminutionẽ articuli dicũtur: quales ſunt digitorũ: quaſi parui artus. Et diſtinguuntur artus a membris: quia artus dicuntur oſſa cum neruis et venis. Membra autẽ proprie vocamus carnem artus tegẽtem. Vnde membrana ſupior membri pars: hoc eſt pellis. Sed ſępenumero confunduntur. Apud Plaut. in Menę. tamẽ artua dicũtur. Ita mihi imperas: vt ego huius membra atq; oſſa atq; artua comminuam illo ſcipione: quẽ ipſe habet. Hinc deducitur Deartuo.as: quod eſt per ptes diuido.

¶ Articulus diminutiuum ab artus eſt: & ponitur pro iũctura: ſiue nodo: vel pte membri. Ply. Articul⁹ mẽbra diſtinxit. Vnde articularis morbus. Sed et in vite dicũtur articuli de nodo ad nodum. Cice. in Cato. Itaq; ineunte vere in iis: quę relicta ſunt exiſtit tanq̃ ad articulos ſarmentorũ ea quæ gẽma dicitur. Articuli etiã in morbus dicuntur: vt apud Ply in calce opis. Sic articulos fidei: tanq̃ mẽbra religionis noſtrę dixerũt. Interdũ ponitur p digito: vt apud Ouid. lib. ii. de ponto At reditus iã quiſq; ſuos amat: et ſibi q̃d ſit Vtile ſollicitis ſupputat articulis. Interdũ p momẽto: et tempeſtiua rerum faciendarũ hora: ſiue puncto: ſeu alicuius rei: aut tpis pticula. Teren. in adel. Vide vt in ipſo articulo oppreſſit eam. Hiero ad Iuli. Filius meus frater tuus auſonius in ipſo iam pfectionis articulo: quũ mihi pręſentiã ſuam tarde dediſſet: et cito abſtuliſſet: atq; in puncto temporis ſalue valeq; dixiſſet. Item articulus color eſt: de quo Cice. lib. iiii. ad Heren. Articulus habetur quum ſingula verba interuallis diſtinguũt ceſa oratione. Siliter articul⁹ dicitur: quo gen⁹ diſcernit.

¶ Articularis et articulare: quod ad articulos ptinet: vt articularis morbus: qui & articularius dicitur: q per om̃es artus vagat: quo ænnius laboraſſe fertur. Sere. Si vero articulos tabes inimica poẽs Hæſerit: ex ficu betas cũ melle iugabis Vel pelagi laticea ſimul & baccheia dona Sumere curabis: nimio ſed parcito vino. Aennius ipſe pater dum pocula ſiccat iniqua: Hoc vino tales fertur meruiſſe dolores.

¶ Articulo.as. ſignificat iũgo: et quaſi articulũ. i. nodum nodo appono Aug. lib. xiiii. ciuitat. dei. Neq; ea ſola mẽbra mouemus ad nutũ: quę compactis articuta ſunt oſſibus: ſicut pedes et manus et digitos.

¶ Arto as. ſępe vrgeo. Hiero. in plo. Iudith. Et ſepoſitis occupationibus: qb⁹ vehemẽter artabar huic vnã lucubrationẽ dedi. Hinc cõponitur Coarto ſil' cõtinenter arto ſtringo. Lact. li. vii. Tũc ãnus breuiabit & mẽſis minuet: et dies i ãguſtũ coartabit. Liui. li. ii. de bel. Puni. Anguſtę fauces coartãt iter. Inde pcoarto: qd ẽ maxime vel pfecte cõſtringo. Col. lib. ii. Tunc demũ cõuertemus: et vtrũq; ſiccatõ percoartabimus in ſtrigã: atq; ita maniplos viciem⁹. ✱ Vide ſcribẽdõ p ct.

¶ Artaces pe.cor. nomẽ pprĩũ Parthorũ regis: cuius memorię hũc honorẽ Parthi tribuerunt ppter quęſitũ cõſtitutumq; regnum: vt om̃es deinde reges ſuos arſaces appellauerint: ſicut dicti ſunt ægypti Ptolemæi.

¶ Arſis latine vocis eleuatio: ſicut et theſis poſitio vocis: vt arma. ar. eleuatio: ma. poſitio eſt. In his duobus per diuiſionem pedes legitimi colliguntur.

¶ Artaba mẽſura apud ægyptios ſextariorum. lxxii compoſita ex numero: propter ſeptuaginta duas gẽtes: quæ orbem impleuerunt.

¶ Arthabanus nomẽ Parthorum regis ex arſacidarũ genere: qui inimicus Tybe. Cæſa. armeniam inuaſit.

¶ Artanes fluuius Scythię Thraciæ in Iſtrũ defluens

¶ Artemiſi⁹ apd̃ macedonas mẽſis mai⁹ dr̃ quo noie etiam vocat mons archadiæ: ſicut ſcribit Ply. lib. iiii.

¶ Artemiſia Mauſoli Cariæ regis vxor: quæ inſignis pudicitiæ fuiſſe phibetur: et virum vltra humanę affectionis fidem amaſſe creditur. Nã quũ nobiliũ poetarum atq; hiſtoricorum laudibus prędiceturi in hoc vel maxime: q defunctũ maritũ ſic ſemp amauit: vt viuũ et miræ magnitudinis extruxit ſepulchrũ in tm̃: vt vſq; hodie om̃ia ſepulchra precioſa ex noie eius Mauſolea nũcupentur. Eſt et artemiſia herba ab artemiſia Mauſoli vxore: vel ab Artemide dea cognominata. Eius duo ſunt genera: altera latioribus folijs: altera tenerioribus: et nõ niſi in maritimis naſcẽs. Sũt q in mediterraneis eodẽ noie appellant: ſimplici caule: minutis folijs: quã quidã Bothryon: alij ambroſiã vocant: et quã Ply. ambroſiã putat: quæ in artemiſio monte dicitur abundare: a qua etiam nomen ſortita eſt.

¶ Artemiſium: vt Demoſthenes p Cteſiphonte docet: promontoriũ Eubœę eſt. Et artemiſium lucus eſt prope ariciam Dianæ ſacer: quaſi dianum dictum: latini Nemorenſe dixerunt. Vnde et nemorenſis rex dictus eſt ſacerdos illius regionis.

¶ Artemon.onis.pe.pro. Nã gręce ἀρτημὼν dicitur: ſiue artemũ: qd q; quidã malum: q dã velũ intelligunt nauis ampliſſimũ: quod extẽditur: quaſi arrect⁹ temo. vt in actibus apoſtolicis. Artemone leuato ſcd̃m aurę flatũ tendebãt ad littus. ἀρτημὼν ὁ ἐξ ἀρτεῖν τουτέστι τείνειν καὶ ἐκπεταννύειν. i. ex ἀρτεῖν quod eſt extendo.

¶ Artemis ἄρτεμις Diana dicitur: ſiue luna: quaſi ἀερότομος.

¶ Artemite inſula eſt Ortygię proxima: quã alij Celaduſam vocant.

¶ Artaxates nomẽ propriũ Xerſis filii: qui longimanus dictus fuit: quoniã manũ alteram haberet longiorem. Hic aiebat beneficium addere longe magis regale eſſe: q̃ auferre. Fuit et alius artaxerſes Cyri iunioris frater cognomento Memor. Hic quum pauper quidã malum ingẽtis magnitudinis ei obtuliſſet: iucũde ſuſcepit: per ſolem inquiens: hic ia mihi videtur: quẽ vrbem quoq; ex parua magnam reddere poſſe exiſtimẽ

¶ Artaxata: armenię ciuitas.

¶ Arteria latine ſignificat venam vitalem: ſeu ſemitam: in qua eſt vitalis ſpiritus. Gell. Arteria eſt conceptaculum ſpiritus naturalis miſti cõfuſiq; cũ ſanguine in quo plus ſpiritus eſt et minus ſanguinis. Cice. lib. iii. ad Heren. Lęduntur arteriæ ſi anteq; vox bene permulſa eſt: acriore complentur clam: et interuallis longioribus vti cõueniet. Recreatur em̃ ſpiritu vox: & arterię cõticendo requieſcũt. ἐξ ἀέρος καὶ τηρέω ἀρτηρία γίνεται. Vnde quidã doctus fecit dactylum in primis tribus ſyllabis: q̃ ridicule alij viderint.

¶ Artocrea.ę. et artocreas.ę maſculi. gñis: epulum ex pane et carne. Perſius. Artocreaſq; popello.

¶ Artocopus.pe.cor. piſtor ſeu factor panis: ſed pro diſpenſatore ſiue cõſeruatore accipi ſolet: quaſi qui in pane laborat. Nam ἄρτος panis κόπος labor.

¶ Artopteſij panes dicti ab artopteſia inſtrumẽto panibus coquendis in clibano accommodato: cuius meminit Plautus in aulularia.

¶ Artocopius panis: qui ex fermẽto duriore conficitur: torreturq; in artopta. Ply. lib xviii. Siliginee farinæ modius: gallicę viginti duas libras panis reddit. Italicæ duabus tribuſve amplius in artoptitio pane.

Nā furnaceis binas adijciūt libras in quocūq; genere.

¶ Artopta a qbuſdā dicitur mulier: quæ coquit panē in clibano vel furno ἀπτάω coquo. Plau. i aul. Ego hic artoptā ex ꝓximo vtendā peto. At Iul. Pollux dicit eſſe inſtrumentū artocopi: in quo panes torrebantur.

¶ Artolaganū. pe. cor. genꝰ panis ſiue placētę ex ſimila in oleo coctę i patella. In eo ponitur parū vini cū pipere et adipe: vel modico oleo. Eſt eīn pania q hēbat in delicijs: a laganis nomē habēs ꝓpter candorem.

¶ Aruica. pe. pro. genus frumenti.

¶ Aruina pe. pro. durum pingue inter cutem & carnē vt auctor eſt Ser. Virg. lib. vij. Pars lęues clypeos. & lucida ſpicula tergent Aruina pingui.

¶ Arundo aquaticus frutex omnibus notus. Et quoniā ex arundinibus fiebant ſagittę: quādoq; arūdo ponitur ꝓ ſagitta. Ver. Pergilia venit arūdo. Hinc arundineus. a. um. Hierony. lib. iiii ꝯ. An ſperas in baculo arundineo: atq; confracto ægyptoꝭ

¶ Arundinetum locus vbi arundines conſitę ſunt: ſicut ſalicetū: oliuetū: et hmōi: vt eſt illud. Fulgebunt iuſti: et tanq̄ ſcintillæ in arundineto diſcurrent.

¶ Aruſpex. Vide infra in dictione Haruſpex.

¶ Aruū ab arando dictum: ager aratus: necdū ſatus: qui tamen ſementi datur. Sal. Quia Numidæ pabulo pecoris magis: q̄ aruo ſtudent.

⁎ Aruales fratres dicti ſacerdotes: quos Romulꝰ primus inſtituit: ſeq; inter illos duodecim fratrem appellauit: vt arua fruges ferrent: eiq; ſacerdotio Acca Laurentia (quę poſtea populum Romanum hæredem inſtituit) Romuli nutrix tribuit infulas albas: et ſpiceam coronam pro religioſiſſimo inſigni: quæ prima apud Romanos corona fuit: et hic honos non niſi vita finiť: ex uleſq; et captos comitať: dicti ab aruo Cc.

⁎ Aruiſiū Chij inſulæ ꝓmontoriū. Inde aruiſis vina.

⁎ Arunca vrbs eſt Italiæ ab auſone conſtructa. Inde aruncus. ca. cum Cc.

⁎ Aruncus villus eſt ex caprarū mēto dependēs. Cc

¶ Arx ab arceo: quis arcet. i. ꝓhibet hoſtes accedere. Eſt eīn locus vrbis: vel in mōte ſitus natura munitus. Inde etiam ſummitates montium & cuiuſcunq; altitudinis: ex quibus facile poſſunt depelli hoſtes: arces dicuntur. Huius diminutiuum eſt arcicula.

¶ Arymphei ppłi ſunt: de quibus Ammianus ſic habet. Vbi montes ryphei deficiunt arymphei inhabitāt iuſti homines: et morum placiditate cogniti.

A. ante. S

¶ As aſſis libra: a gręcis Mna: Mina a noſtris interpoſitiōe i literæ: quæ ex. xcvj. drachmis cōficiť: ſiue. xij. vncijs. Vncia vero ab vno dicť. Sextans vnciæ duæ: quaſi ſexta pa aſſis. Quadrās vnciæ tres: quarta ps: q et triunciū dicitur. Triens quatuor vnciæ: tertia para. Quincūx vnciæ quinq;. Semis vncię ſex: dimidium aſſis: ſiue ſelibra i. media ps libræ: quaſi ſemis as. Septunx: vnciæ ſeptem: a ſeptē et vncia. Bes vnciæ. viii dempto triente: quaſi des. Dodrans vncię nouē: dempto quadrante: quē et nonunciū dicimus. Dextās vncię decē: dictus quaſi aſſi deeſt ſextans. Deuns vnciæ vndecim: quaſi vnica dēpta ex aſſe vncia. Aeris autē minima ps ſextula dicitur ꝙ ſit ſexta ps vncię. Semūcia: ꝙ ſit dimidia ps vncię. Silicū dictū eſt ꝙ ſemūciā ſecet. Et ſciendū ꝙ veteres volentes aliquid diuidere in ptes ęquales: vt hęreditatē: et qduis ſimile: id aſſem appellauerunt: et ptes/vncias. Vnde illud Plynij de luna. Haud dubiū eſt lucere dodrātis ſemuncias horaꝝ ab ſecunda adijcientē vſq; ad plenū orbem. Vnde etiā habemus: Ex aſſe hęredē fecit: id eſt totius hęreditatis Sueto in Cæſa. Nouiſſimo teſtamēto tres inſtituit hæredes ſororꝝ nepotes: Octauiū ex dodrante: Pinariūt et Pedium ex quadrante. Interdū dicitur nūmus libralis: ex ære deductum nomen. Hora. Quæ ſi diminuas vilem redigatur ad aſſem. Similiter Triens: Quadrās Interdum hæ partes aſſis apud poetas accipiūtur pro calicibus a menſura. Proper. Quū fuerit multis exacta trientibus hora. Mart. Te conuiua leget muſto quincunce. Cōponitur autē as cum eo: qd ē tres: vt treſſis. Perſius. Hic Dama eſt non treſſis agaſo. Octo: et as: Octuſſis. Horatius. Quanti emptę/parui: quāti ergoꝭ octuſſibus: et ſic per omnes numeros vſq; ad centum vt Centuſſis. Perſius. Et centum Græcos curto centuſſe licetur.

⁎ Aſaris fluuius eſt Heracleam œtæam alluens. Cc.

⁎ Aſaron nardi ruſtici ſpecies: vt quidā volunt. Cc.

¶ Aſarotum penul. prod. pauimentum picturæ arte elaboratum a Gręcis inuentū: ſic dictum ꝙ verri non debeat. Nā deducitur ab α priuatiua particula & σαίρω. σαρῶ. π. σέσαρα verro ſcopo. Scopa quoq; a græcis ſaros dicitur. καὶ τὸ καλλυντρον. Solebant quippe purgamēta cœnarum: quæ analecta vocantur: in pauimēto quoq; euerri dum ſubtegulanea pauimenta in vſu erant: poſtea aſarotis inuentis ceſſauit vſus ſcoparū: manibus colligi purgamenta cœperunt: pauimēta vero ſpongijs mundari. Xenodorus primus claruit in faciendis aſarotis: quæ miro artificio paruulis teſtulis in varios colores tinctis et imagines pictis ſtrauit. Nam pargami in aſaroto columbam effecit bibentem: quæ aquam capitis vmbra offuſcabat: alia ſibi eſcam arripiente. Papinius lib. Syluarū. Varias vbi picta p artes Gaudet humus: ſuberantq; nouis aſarota figuris.

¶ Aſbeſtę popłi libyę: apud quos vulgatiſſimū Ammonis templum inter medias arenas conditum eſt.

¶ Aſbeſtus latine inextinguibilis: et nomen lapidis eſt qui quū ignem nō habeat proprium: alieno tamen ſic ardet: vt non poſſit extingui. Aug. lib. xxi. ciuita. dei. Aſbeſton archadiæ lapidem propterea ſic vocant ꝙ accenſus ſemel iam nō poſſit extingui. i. ξ α καὶ σβέννυ γίνεται. ex a et reſtingo fit.

¶ Aſcalon pe. cor. ciuitas Paleſtinæ: a qua aſcalonitæ homines in ea nati.

¶ Aſcalonia cępę genus: ꝙ in aſcalone plurimū naſcatur. Vide in dictione cæpe.

¶ Aſcalabotes latine ſtellio: ſiue tarantula dicitur: ꝙ apud Gręcos aſcalos circulus eſt. Stelliones ſūt circulis quibuſdam depicti ſunt: et veluti lucentibus guttulis in modum ſtellarum.

¶ Aſcanius nomen æneæ filij: quo etiam nomine dictus eſt lacus in Phrygia: et fluuius ex eo oriens aſcania ciuitate: quam condidit aſcanius æneę filius: eſt et lacus aſcanius. Vnde ipſa regio aſcania: vt ſcribit Strabo libro duodecimo: quę gemina eſt: altera Phrygiæ: altera Myſiæ.

¶ Aſcendo. is. ex ad. et ſcando: ſed d abijcitur: ſignificat ſurſum: ſiue ad aliqd ſcando. Hinc aſcēſio: et aſcēſus pro aſcendēdi actu. Aſcenſiones etiam ſunt: quas a Gręcis Syncatatheſes: hę ſunt ſine quibus multa cōprehendi: et percipi ſenſibus non poſſunt: nec memoria quoq;: nec notitiæ rerum: nec artes ſine aſcenſione conſtare poſſunt. Per aſcenſionem eīn cognita approbamus. Aſcenſiones has ſiue approbationes volūtarias eſſe ſcribit Gellꝰ fieriq; hominum arbitratu: quibꝰ viſa noſcuntur dijudicanturve.

¶ Aſclepiades nomē hiſtorici Cyprij: qui fuit tempore quo Pygmalion regnabat in Oriente: quo etiā tēpore

ſcribit eſū carniū nō fuiſſe. Alius fuit philoſophus cæ
cus:quē ferunt (vt Cice.lib.v. Tuſcul.ait) quū quidā
quęreret q̄d ei cæcitas attuliſſet: reſpōdiſſe: vt puero
vno eſſet comitatior. Fuit et alius aſclepiades Pruſiē-
ſis medicus:qui lapſu ſcalarū interijt. Fuit et alius aſ-
clepiades:a quo carmē aſclepiadeum dictum eſt.

¶ Aſcitæ arabes dicti ſunt ab vtribus:quos Gręci aſ
cos vocāt:quoniam bubulos: vt Plynius inquit vtres
binos ſternentes pyraticam exercent.

⁎ Aſcites hydropiſis ſpecies eſt. CC.

⁎ Aſclepion herbę genus opopanacis ſpecies. CC.

⁎ Aſcletario mathematicus fuit tpibus Domitiani:q
aliquando dixerat ſe diſcerptū iri a canibus:ea ppter a
Domitiano iuſſus eſt interfici:& accuratiſſime ſepeliri
vt vanitas eius artis redargueretur. Sed repentina tē-
peſtate diſiecto fūere ſemiuſtū canes diſcerpſere. CC.

¶ Aſcra vicus Bœotiæ in aſpero et ſterili loco :in de-
xtera pte Heliconis:Heſiodi patria. De Heſiodo mul-
ta ſcribunt Græci et quo pacto fuerit interfectus Plu
tarchus in Sympoſijs libro quinto.

¶ Aſcia cum c poſt ſ. ab abſcindendò:carpentariorū
inſtrumentum eſt. Huius diminutiuum eſt aſciola.

¶ Aſcio.as aſcia cędo:quo verbo vſus eſt pater meꝰ
Aug. ſuper Pſal. Et ſi adhuc nodoſum & curuū & cor
ticoſū tamen q̄d doletur:aſcietur:deplanetur:& poſſit
venire ad aliquam fabricam vſus humani.

¶ Aſia ſine c nomē eſt tertiæ partis orbis:quo ad nu-
merū:nam quo ad magnitudinē dimidia reperitur. Eſt
aūt duplex:aſia maior.ſ.et minor:qua Phrygia et Ly-
cia cōcluditur. Alij diuidūt eā: vt vnā cōcludat ab oriē
te Phrygia et Lycaonia: altera ab Oriente determinet
armenia minore. Dicta ē aūt aſia ab aſia nympha ocea
ni:et Tethyos filia Iapeti coniuge: ſiue ab aſio Manei
Lydi filio. Ab aſia fit aſiꝰ.a.um:quia vt Priſcia .inqt.
In multis prouinciarū nominibus ſimilia ſunt deriua
tiua primitiuis:& appellatiua pprijs: vt italus pprium
eſt:et gentile. Similiter Danaus. Latinus. Hiſpanus.
Siculus et Sicanus. Itē aſianus. a.um.aſiaticus.a um
quæ inuicē pro poſſeſſiuis pferri poſſunt. Proprie aūt
aſius et aſiaticus poſſeſſiua ſunt :quis et ppria inueniā
tur: vt Scipio aſiaticus:q vicit aſiam. Aſianꝰ vero gē-
tile. Eſt et aſia nomē paludis in Myſia ppe Cayſtrū flu
uium:cuius prima producitur. Virg. Iam varias pela-
gi volucres:et quæ aſia circū. Aliter corripitur: vt Eu-
ropa atq; aſia pulſus.

¶ Aſcribo.is.ex ad & ſcribo:ſed d abijcitur ſignificat
adiūgo:vnde aſcripti dicebātur : q in colonias nomia
dediſſent: vt cęteris colonijs adderētur. Itē aſcripti mi
lites: qui ſupplendis legionibus aſcribebantur: quos
etiā accenſos dicebāt:ꝙ ad legionū cenſum eſſēt aſcri
pti:et velatos:quia veſtiti inermes ſequebantur exer-
citum:Et ferentarios:quia de fundis lapidibus prælia
turi ea modo ferrent:quę in hoſtes iacerēt: Et rorarios
ꝙ id hoim genus anteq̄ acies coirent: in modū rorātis
tempeſtatis dimicarēt. Eſt & aſcribere tribuere & impu
tare. Cice. Neq; eñi mihi negligentiā velim aſcribas.
Sed hæc magis per trāſlationem:quum proprie aſcri-
bere ſit iuxta ſcribere.

¶ Aſcriptitius:q ad aliquā rem aſcriptus eſt: vel q ex
numero eorū eſt:qui ſe in alterius imperiū dediderunt.

⁎ Aſculum piceni in italia vrbs CC.

¶ A ſecreto:vel a ſecretis:qui eſt ſocius ſecretorū cō-
ſiliarius.

¶ Aſella poteſt eſſe diminutiuū ab aſina: ſed et locus
ſub brachijs cōcauus aſella vocatur: ſiue axilla : vnde
eſt illud. Abſcondet piger manum ſub aſella.

¶ Aſion noctuarū genus maximū:quos Græci quā-
doq; ſcopas vocant:aliqñ nycticoraces.i. vlulas:& qñ
q; oros:q̄ſi auritas:qñ plumeas eminentes hñt aures

¶ Aſilus:penul.pro.gręce œſtrus a ſono vocis : vul-
go tabanꝰ dicitur. Vir. Eſt lucos ſilaris circa ilicibuſq;
virentē Plurimus alburnū volitās:cui nomē aſilo Ro
manū eſt:œſtrū graij vertere vocātes Aſper acerba ſo
nans:quo tota exterrita ſyluis Diffugiunt armenta.

⁎ Aſiortum aranei genus diſtinctum virgulis albis:
cuius ictus genua labefactat. CC.

¶ Aſylum cū ypſilo intemeratū templum eſt cōſecra
tionis lege cōceſſum:ab α priuatiua pticula:et συλάω
rapio:ſpolio:aufero: violo ve. Aut ſicut exponit Ser.
Dicitur aſylum:quaſi aſyron : ꝙ inde extrahi nullus
poſſet. Nā in id fugiētes tuti erant: nec inde p vim ex-
trahi poterant. Quod prius athenienſes:poſt Romu-
lus cōſtruxit inter capitoliū et palatiū in ſacro luco :q̄d
Quercetū dicitur. Vnde Pedianus. Totus pp̄lus Ro.
a principio tres fuerūt tribus.i. Tatiēſis vna a Tatio re-
ge. Ramnes altera a Romulo: Luceres altera a Lucu-
mone ſiue a lucò: quē lucū aſylum vocauerat Romu-
lus. De hoc Virg li. viii. Hinc lucū quē Romulus acer
aſylum Rettulit. Scribit Liuius lib.xxxvi. templum
apollinis Delij fuiſſe aſylum: atq; ſacra templa a Gręci-
cis vocari aſyla.

¶ Aſinus animal notum : cuius fœmininū eſt aſina:
quod datiuū et ablatiuū plurales et in is: et in abus ter
minat. Hiero .lib.i. Reg. De aſinis:quas nudiuſtertius
perdidiſti:ne ſollicitus ſis:quia inuentæ ſunt. Hinc aſi
ninus.a.um. vt caro aſinina. ⁎ Aſini in arcadia optimi
ſunt:in italia reatini. CC.

¶ Aſinariꝰ.ria.rium:quod ad aſinos pertinet: vt mo-
la aſinaria.

¶ Aſinarius qui aſinos paſcit: vel cuſtodit. Ca. Ager
quando inſtruitur.cccl.iugerum villicum: villicā ope-
rarios bubulcos tres aſinarium.

¶ Aſine.es.pe.cor.oppidū achaiæ. Luca.lib.octauo
Quas aſine cautes:et quas Chios aſperat vndas.

⁎ Aſinius viri nomen ab aſino dictus. CC.

⁎ Aſinaſtræ ſpecies ficus. CC.

¶ Aſopus: vel aſopis.pe.pro.fluuius achaię : ab aſo-
po æginæ patre ſic dictus. ⁎ Aſopia regio fluuio fini-
tima. CC.

¶ Aſotus pe.prod.laſciuus.pdigus.popino. helluo.
Martia. Viuis aſotos.i.laſciue:incōtinēter. Aſotia po-
pinatio:incōtinētia:luxus. Gel. Cedere equidē vobis
debui: vt in tali aſotia.i.luxu:pdigalitate:atq; neqtia.
artium nos vinceretis ἐξ α καὶ σώζω. ⁎ ex a & ſaluo.

⁎ Aſpalatus eſt ſpina alba in oriente:magnitudine ar
boris modicę: flore roſę:cuius radix vnguētis expetit

¶ Aſper.ra.rum:quod viſu: vel guſtu: vel tactu: alio
ve ſenſu inſuaue eſt. Aug. Aſperū diſcrepātia coniun
ctarū ptiū facit. Aſpitatē nanq; nō gignit:niſi inæqua
litas partiū: vt ſit longior vna:altera inferior. Lene il-
lud pprie videtur oſtēdere:in quo poſitio ptiū ita apte
pariliterq; digeſta eſt : vt nulla earum mēſura vlterius
emineat. Transfertur et ad alia:quæ dura ſunt. Terē.
Aſperū pater hoc eſt:aliud ſodes para. Vnde et p no-
cente quādoq; capitur. Virg. Aſper acerba tuēs. Et p
iniquo. Idem. Tu aſpa Iuno. Cice. in Lælio. Monere
et moneri ppriū eſt veræ amicitiæ: et alterū libere face
re non aſpere:alterū libenter accipe non repugnanter.
Huius diminutiuum eſt aſperulus.

¶ Aſper nummus videtur dici ab eo: ꝙ in aſperitatē
cuſus ſignatuſq; eſt. Perſius. Quid aſper vtile nūmus
habet. Sueto. in Nerone. Exegitq; ingenti faſtidio :et
acerbitate nummum aſperum.

¶ Aſpero.as.aſperū facio. Col.lib.ix. Iunctis parieti

modicis aſſerculis qui paulū formatis gradibus aſperantur ne ſint volātibus lubrici. Ver. pro coagulū ſiue durum facio poſuit. lib. iij. Et glacialis hyems aquilonibus aſperat vndas. Hinc cōponiť exaſpero quod eſt valde aſperum facio. Hier. ad Helio. Moiſem ocio manum durus exaſperat capulus. Per trāſlationē. Quinti. Rem verbis exaſperauit.

¶ Aſperagus penul. cor. q̄ ex aſperis virgultis legať Mar. Mollis in ęquorea: quę creuit ſpina Rauēna Non erit incultis gratior aſparagis. Sunt qui nō ab aſperitate ſed a lingua chaldęa deducant: quia chaldæi aſparagos appellant herbam quæ creſcit in virgulta & in caulem. Huius duo ſunt genera. hortenſe & ſylueſtre. Sed incultum gratius eſt.

¶ Aſpergo. is. ſi. ſum. ex ad & ſpargo quaſi ad aliqđ ſpargo: vel aliquātū madefacio. Plaut. in epi. Ah guttura pectus mihi ardēs aſperſiſti. Ver. li. iij. Geor. Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere & vmbrę Peſtis acerba boum pecoriq; aſpergere virus. ✶ Inde Aſpgimē.

¶ Aſpergo inis. tā maſc. q̄ fœmi. generis gutta terræ cruore permiſta. Sta. li. vij. Diraq; aſpergine latos mutat agros. Am. Et cautes niuea rorant aſpergine.

¶ Aſpergillum inſtrumentum: quo nos aquis ſacris aſpergere ſolemus.

¶ Aſpernor aris. ab aſpgo fit ſignificatq; recuſo auerto: non ignoſco: faſtidio.

¶ Aſpernabilis: q eſt dignus vt aſperneť. Gel. Nōnū q̄ apud me ipm ſoleo res eiuſmodi paruas qdem minutaſq; & hoibus nō bene eruditis aſpernabiles.

¶ Aſphaltū latine dici poteſt tutamē a verbo ἀσφαλ[illegible]ζω: qđ eſt tueor. Quo noie dictus eſt lacus Syriæ in prouincia: quę hacten⁹ pentapolis dicta fuit: ſic dictus q a nihil viuū in eo ſubmergitur vñ mortuū mare ab hiſtoricis nominať. Aſpaltū etiā bitumen dicitur.

✶ Aſpelia vnū ex Cypri inſulę nominibus. Cc.

¶ Aſpicio is. ex ad & ſpecio e in i mutata q̄uis Priſci. a ſpicio cōpoſitum dicat. Varro eñ habet Spectare dictum ab antiquo quo etiā Aennius vſus eſt. Vos epulo poſtq̄ ſpexit: & qđ in auſpicijs diſtributū eſt qui habent ſpectionē quā non habebāt: & qđ in augurijs etiā nunc augures dicūtur aues ſpecere. Cōſuetudoq; cum præpoſitio verbis coniuncta fuit etiam ſeruat vt aſpicio: cōſpicio: deſpicio: reſpicio ſic alia. In quo ſpecto i qđ ſpectare volo. Hinc ſpecula & ſpeculum q̄ in eo ſpecimus imaginē. Feſtus quoq; ait Aſpicium ab aue ſpecienda. Nam qđ nos cū prępoſitiōe dicim⁹ aſpicio: apud veteres dicebatur ſpecio: quod naturaliter ſpe[illegible]xi ſpectum facit: quod ſpicio facere nō poteſt. a cuius ſu pino legitime ex analogia ſpecto frequētatiuū ſorm[illegible]tur. Vñ expecto & reſpecto: & alia huiuſmodi ſunt cōpoſita. Pręterea deriuata nomina ſpecula. ſpeculum & ſpecimen nō ſolum ſpecio ſignificationē præ ſe ferūt: ſed etiam analogiā eius ſeruant: naturamq; ipſius ſpecimen redolet: vt apud Plau. in Caſi. oſtēdiť. Nūc amici an inimici ſis imago Alceſime mihi ſciam: nunc ſpecimen ſpecitur: nūc certamē cernitur. Spicus vero ſpica ſpiculū & ſpecille q̄uis cū ſpicio quādam ſimilitudinem habeant: non tamē ſignificationē ſi pro video ſumitur gerūt: nec vllo pacto attingūt. Miror igitur cur Priſ. aliter ſenſerit pręſertim cū in denominatiuis dixerit. A ſimplici quod in vſu nō eſt ſpecio is ſpeculū pro ſpeciculum per ſyncopam ci euphoniæ cauſa. Et paulo infra. Aſpecio is vel a ſpecie ſpecimē. Eſt autē aſpicere ad aliquid oculos intendere. Plau. in aſi. Si quem alium aſpexerit cęca continuo ſiet.

¶ Aſpecto as. ſępe aut fixe aliquem intueor. Plau. in Am. Coelū aſpectat obſeruabo quā rem agat.

¶ Aſpectus us. ſumiť pro viſu intuitu cuiuſcūq; animalis: vt horridus aſpectu. i. viſu horribilis & qui effigiem habet horridam. Transfertur etiam ad inanimata. Ply. Prærupta rupes & aſpectu horrida.

¶ Aſpiro as. pe. pro. ex ad & ſpiro ſed d abijcitur. Et proprie aſpirare ſignificat afflare. Ver. Aſpirāt auręin noctem. Per tranſlationem ſumitur pro olere. Ambr. ſuper Lucā. Bonū odorē ſanctificationis aſpirant. Interdum pro auxiliū prębere: fauere. Verg. Aſpirat primo fortuna labori. Interdū pro incūbere: & quaſi toto ſpiritu intentum eſſe: vt Scipio aſpirat ad cōſulatum. Interdū pro iūgere: iuxta accedere: ſeu prope tāgere. Gel. lib. j. Ad horū autē ſyncenitatē: veritatēq; verborum an aſpirauerit Cęcilius cōſyderemus. Cic. Treba. Vltra etiā accerſitum ab eo ad quem cæteri non ꝓpter eius ſuperbiā ſed propter occupationē aſpirare nō poſſunt. Eſt quando ſignificat inuadere: ſeu quaſi ad aliquē ire: vt de diuo Vincētio legitur. Cū apud Cęſarauguſtanam ciuitatem Datiano cuidam pręſidi ſęuiendi in Chriſtianos rabies aſpiraſſet & cæ. Cic. Alter nunq̄ (inquit) aſpirant ad curiam.

✶ Aſpilates gemma eſt argentei coloris. Cc.

¶ Aſpis idis. ſerpens paruus qui veneno ſuo quæq; viuentia cōcite occidit: oua gignit ex quibus filij procreanť. Sunt autē plures aſpidū ſpecies diſpareſq; effectus ad nocendū: vt ſcribit Solin⁹. Appellaturq; ſomniculoſa aſpis: q̄ ſomnū lęthiferum percuſſis immittat. Eſt & nomen inſulæ prope cycladas. Sunt & aliæ hoc nomine in Lycia & Caria. Eſt & nomen vrbis quæ a latinis clypea dicitur. Sir. In clypei ſpeciem curuatis turribus aſpis. Stra. Coſura inſula eſt ante aſpidē ſita carthaginenſem vrbē: quā clypeā vocant.

¶ Aſportare quaſi hinc alio portare. Cuius contrariū eſt importare: qđ eſt aliunde huc portare.

¶ Aſſa nomen regis iudęorum: qui nōnullas vrbes in Iudęa condidit.

¶ Aſſaradon vltim⁹ aſſyriorū rex & ſenacherib filius.

✶ Aſſaracus Trois filius fuit & laomedōtis pater rexq; troianorum. Cc.

✶ Aſſarum ſilueſtre nardum appellauere nonnulli. eſt autem hederę folijs rotūdioribus tantū mollioribuſq; flore purpureo. radice Gallica nardi ſimile: acinoſū: ſaporis callidi ac vinoſi: montibus in vmbroſis locis bis in anno florens. Cc.

¶ Aſſarius nūmus ſiue genus pōderis. Ioſephus li. iij. Aræ dei aſſariū offerūt & vnā drachmā. Idem. Quattuor drachmis venderetur aſſarius.

¶ Aſſecla ab aſſequendo nomen deductum & ſignifi. eum qui dominum ſequitur: & qui omnibus impenjs dominorum adeſt: hoc eſt præſto eſt: vel qui iuxta voluntatem alterius quid ſequitur. Liui. lib. v. Et eo deuolui rē: vt aut patricij: aut patriciorū aſſeclę habēdi tribuni plęb. ſint. Hie. Seruus paternus & alumnus & formoſus aſſecla & ꝓcurator calamiſtrat⁹ honorādus eſt.

¶ Aſſector comitatum p̄ſto. Vide in dictione deduco.

¶ Aſſequor pe. cor. ꝓprie ſignifi. iuxta ſequor. Liui. lib. xxxvij. Tantū moratus dū Eumenes cū claſſe aſſequereť ſamum petere intēdit. Vide in dictiōe reuolo auctoritatē Cice. Quandoq; poniť pro acquiro: obtineo: vt hic aſſecut⁹ eſt maximas dignitates. Quādoq; pro ęquo ſiue attingo. Cice. Nullam partē videar tuorum meritorum aſſecutus.

¶ Aſſentio ns. ſi. ſum. conſentio cuius ſignificationis eſt & aſſentior. Lac. Cui opinioni poeta noſter aſſenſit. Cice. lib. de republi. In quibus aſſentior ſollicitam & periculoſam iuſtitiam nō eſſe ſapientis. Hinc aſſenſus pro conſenſu.

¶ Aſſenſor qui alicui aſſentit. Cicero. Torcinio. Quo
tidie cōmemorabam te vnum in tanto exercitu mihi
fuiſſe aſſenſorem.
¶ Aſſentor aſſentaris ſignificat inſidioſe & concilian-
dę alicuius vtilitatis gratia effuſius & plęrūq; falſo quē
piam laudo.
¶ Aſſero is. pe. cor. aſſeui aſſitū. Iuxta ſemino: vł iux
ta planto. Cato de re ruſ. Arbores facito: vti bene ma
turatæ ſint viteſq; vti ſatis multæ aſſerantur: & ſic vbi
opus erit de arbore deijciant. Aſſero vero is. aſſerui aſ
ſertū: ſignificat affirmo approbo. Hierony. ad Dama.
Primū eñ aſſerūt eius fuiſſe peccatū q; nō recte diuiſe
rit. Interdū ſignificat approprio: attraho: vēdico. Li-
ui. li. iij. M. Claudio clienti negociū dedit: vt virginē in
ſeruitutē aſſereret. Idē ibi. Cū repelleret aſſertor virgi-
nis a globo multorum. Vbi aſſertor ſignificat illū clien
tem decēuiri qui Virginiā aſſerere volebat in ſeruitutē.
Aſſerere manū veteres dicebāt cōprendere cū eā prę̄n
debant in libertatē. Hinc aſſerere etiā pro tueri ac libe-
rare ſeu in libertatē reſtituere accipit. Plyn. Marco ſuo
cōmendabat memoriā ſuam: orabatq; vt ſe ab iniuria
obliuionis aſſereret. Et aſſertor defenſor. Mar. Aſſer-
tor venias ſatiſq; prę̄ſtes. Quēadmodū deſertor q pa-
triam indefenſam reliquit & quaſi proditor eſt. Idem.
Qui loquitur curios aſſertoreſq; Camillos.
⁎ Aſſertio affirmatio. Cc.
¶ Aſſeres tabulæ ſectiles dicti ſunt ab aſſidēdo: q; ad-
moueant hęreantq; parietibus trabibuſq;. Hui⁹ noiati
uus ſingularis ē aſſis aſſeris ſicut puluis pulueris. Ply.
Verniſq; aſſeribus cōtabulare pauimēta oportet. Hinc
aſſo as. de quo infra. Palladius fœminino genere vſus
eſt cū ait. Aſſeres quernę cū eſculeis nō miſceant. Aſſe
rum ſtructuram coaſſationem vocamus: & a tabulis ta
bulationē. Interdū aſſeres accipiunt pro lignis quibus
vtebant lecticarij. Sue. in Cali. Ad primū tumultū le-
cticarij cum aſſeribus accurrerunt. Huius dimi. Aſſer-
culi de quo exēplum habes in dictione aſpero as. Dici
tur & aſſis is. Vnde & dimi. aſſiculus. Col. li. vij. Aſſib⁹
roboreis cōpingit ſolum nec exire alia parte prohiben
tib⁹ aduerſis aſſiculis. Varro poſuit primitiuum. Aut
ex aſſib⁹ dentatis cū orbiculis quod vocāt ploſtenum
pœnicum: in eo quis ſedet vt agitet: quæ trahant iumē
ta. Hinc fit aſſula diminutiuum.
¶ Aſſeuero as. a ſeuerus deducit. Et eſt aſſeuērare p-
prie inter ipſa argumēta pbationeſq; vim animi motū
q; quaſi quādā ſeueritatē admiſcere. Quin. Altera ex
aſſeueratione pbatio eſt. Ego hoc feci: tu mihi hoc di-
xiſti. Aliquādo ponit pro ſimplicitter affirmare.
⁎ Aſſeruo vide in dictione Seruo.
¶ Aſſcio pfecte ſcio: affirmo vł attribuo: vt apđ Col.
Videm dictione conſciſco.
¶ Aſſciſco is. aſſciui aſſcitū. Ab aſſcio & accuſatiuum
poſt datiuū ſemp ferme poſtulat p aſſumo arrogo at-
tribuo. Quin. li. viij. Quo in gn̄e idem præcipue cuſto
diendum ne id quod ſimilitudinis gratia aſciuim⁹: aut
obſcurū ſit aut ignotū. Lact. li. iiij. Et illos: qui temere
ſapientiū ſibi noīe aſſciuerant: erroris ſtultitięq; dam
narunt. Aliquādo aſſciſcere eſt aggregare admittere.
Liui. li. j. Ne quid diuini iuris patrios ritus negligēdo i
peregrinoſq; aſſciſcendo turbaretur. Cice. p Archia.
Quod ſi mihi a vobis tribui cōcedięq; ſentiam perficiā
pfecto vt aulum Liciniū non mō nō ſegregādū cū ſit
ciuis a numero ciuiū: verū etiā ſi nō eſſet putetis aſſciſ-
cendum fuiſſe. Huic contrariū eſt deſciſco qđ cū abla-
tiuo ſemp cōſtruit cū a vel ab. Et vltra ablatiuū aliquā
do habet actm̄ mediāte ad. Et diſſentio ſiue recedo &
ab imperio ductuq; alteri⁹ ſubtraho: rebello: deficio vę
ſignifi. Liui. lib. ij. Prę̄neſte a latinis ad romanos deſci-
uit. i. rebellauit. Pro diſſentio Gel. poſuit. Eā rē Cæci-
lium nō incōſyderate dixiſſe: neq; temere a Menandro
atq; a multorū opiniōib⁹ deſciuiſſe. Pro recedo. Lact.
li. iiij. Deſciuerūt a te: & abiecerūt legem tuam.
¶ Aſſido is. & aſſideo es. ambo habēt pe. cor. Ambo-
q; actiua: & aſſedi aſſeſſum faciūt: quorū etiā reliqua tē
pora ſic ſimilia ſunt: vt non facile dignoſcant: ſicut in
imperatiuo cū vtrūq; aſſide faciat. Differūt tamē inter
ſe: q; aſſido ſit: quaſi aſſiſto. Aſſideo quaſi aſto. Aſſi-
do ſemp cū motu eſt: & de loco ad locū quādoq; tēdit:
vt in quiete ſit: vt ſi quis eat vt ſedeat moretur hæreat
quieſcat ſiue ſtet apud aliquid. Aliquādo etiā cū par-
uo motu: vt cū quis in pedes erect⁹ eſt ſi ſe ſeſſum apđ
aliquē ponat hunc aſſidere tertiæ cōiugatiōis dicimus.
De loco ad locū Ter. in Heautō. exēplū ponit vbi Me
nedemus propter filij abitū anxius Chremeti ait. Do-
mum reuertor mœſtus aīo perturbato atq; incerto prę
ægritudine: aſſido accurrūt ſerui ſoccos detrahūt. De
ſtantib⁹ vero in pedes. Sal. de Cicerone in ſenatu ora-
tionem cū habuiſſet inqt. Sed vbi ille aſſedit Catilina
vt erat paratus ad diſſimulanda oia demiſſo vultu: vo
ce ſupplici poſtulare a patrib⁹ ne quid de ſe temere cre
derent. Ci. in fragmēto Academicorū. Et ſimul aſſida
mus inquā ſi videt: ſane iſtud quidē inqt: ſum eñ ad-
modū infirm⁹. Aſſideo autē quaſi iuxta ſędeo ſine mo
tu & in loco ſemp eſt aut hęrens: aut ſedēs apud aliqđ.
Hiero. ad Augu. Dum eñ languēti multo tēpore aſſi-
demus. Cice. pro Planco. Huic aſſident: pro hoc labo-
rant. Plau. in Ru. Vt fortunati ſunt fabri ferrarij q apđ
carbones aſſidēt. De his duobus aſſide in imperatiuo
facientibus hoc erit exēplum. Duo hic ſumus. Ego ſe
deo & dico Platoni nō ſedēti: Aſſide. Tū ab aſſido eſt.
At ſi ambo ſedemus & Plato aſſurgere cupiam velit:
nolimq; ego vt aſſurgat: dicamq; ei. Aſſide. Tūc ab aſ
ſideo fit. Et licet ſedeo neutrum ſit: Aſſideo tamē acti-
uum eſt ſecundū Priſ. Nam aſſideor facit paſſiuū. Sal.
lib. iiij. hiſto. Amiſſumq; aſſideri ſine prælio audiebat.
Verum Cicero & Hiero. cū datiuo iunxere: ſicut modo
monſtratū eſt. Similiter Plyni. li. xxxiij. Nos vidimus
Agrippinam claudij principis edente eo naualis præ-
lij ſpectaculū aſſidente ei indutam paludamento auro
textili ſine alia materie. Aſſido etiā tertiæ cōiuga. Sal.
in Iug. cū accuſatiuo iūxit. Sed hiempſal: qui minim⁹
ex illis erat natūra ferox etiā antea ignobilitatē Iugur
thę deſpiciēs atherbalē dextra aſſedit ne medius ex tri
b⁹ quod apud numidas honori ducitur Iugurtha fo-
ret. Videt q; aſſedit ſignificet iuxta ſe ſedere fecit. Sed
alio modo actiue capitur: ſicut ſi dicamus. Hiempſal
atherbalem dextra adijt: ita hiempſal atherbalem dex
tra aſſedit dictum eſt. qđ ita ſoluēdo clareſcit hiempſal
ad atherbalem ideſt iuxta atherbalem dextra ſedit. Sic
etiam fit in illo Salluſtij exemplo. Aſſideri ſine præ-
lio audiebat. ideſt iuxta oppidum amiſſum ſederi au-
diebat. Hoc etiam oſtenditur in obſideo & circunſideo
ſi ſoluantur: vt obſideo pontem: ſignificat ſedeo ſiue
ſto circum pontem. In obſido quoq; & circunſido fit
ſecundum vim præpoſitionum: vt ſupra dictum eſt
in Salluſtio. Oppidum circunſedit id eſt ſedit circum
oppidum. Sed quia ſido actiuum: ſedeo vero neutrū:
ideo inter ea quæ a ſido: & ea quæ a ſedeo componun-
tur q̄uis in ſignificatione differant: hoc etiam intereſt
q; in his quæ a ſido componuntur ſi præpoſitionis eo
rum ſolutio fiat omnino conſtructio remanebit acti-
ua: quia tunc ſido accuſatiuū in ſe incluſum gerit ſub-
audiendum per tranſlationem reciprocam: quod non
fit in cōpoſitis a ſedeo etiam ſi actiua erant: vt eſt aſſi-

deo obſideo. Q: ſi ꝓpoſitionẽ ſoluam⁹ Amiſſum op=
pidũ aſſiderẽ audiebat. erit ſederi iuxta amiſſũ oppidũ.
Hic nullus accuſatiu⁹ incluſus ſubaudiẽdus exigiť: qꝛ
ſedeo neutrũ eſt & iuxta vim præpoſitiõis adiungiť &
quieſcit. In aſſido ſi ſoluať ꝓpoſitio ali⁹ actiũa expoſci=
tur: qm̃ a ſido actiuo cõpõiť: vt Hiẽpſal dextra Atherbalem: aſſedit. i. iuxta atherbalẽ dextra ſe ſeſſum loca=
uit: vel dextra iuxta atherbalem ſe ſtatuit.

¶ Aſſeſtrix fœ. verbale ab aſſeſſor qui iuxta ſedet vt
Da mihi ſediũ tuarũ aſſeſtricẽ ſapientiã. Sũt autẽ aſſeſ
ſores quorũ officiũ eſt aſſidere p̄ſidi atq; conſulere atq;
in his fere cauſis conſtat: cognitionib⁹ poſtulationib⁹
libellis edictis decretis epiſtolis.

¶ Aſſiduus ab aſſideo iugis cõtinuus: qꝛ in ea re quã
qs frequẽter agit cõſediſſe videať. Vñ aſſiduitas diligẽ
tia. & ecõtrario Reſides dicunť ſegnes & ocioſi. Aliqñ
aſſidu⁹ diciť frequẽs & aſſidue frequẽter. Ver. Aſſidue
veniebat. Aſſidui etiã dicebanť qui locupletes erãt: &
facile cũ id tẽpus poſtulabat munera populo p̄ſtant.
Et aſſiduus qui aſſe ſuo. i. ſua pecunia & ſine ſtipendio
militabat. Et tunc ab aſſe. i. ære dando deducitur.

¶ Aſſidelę mẽſę ad quas ſedẽtes flamines ſacra facie
(bant.

⁎ Aſſigno vide in dictione Signo.

¶ Aſſilio is. pe. cor. ex ad & ſalio ſignifi. inuado. aggre
dior. Ouid. lib. xj. met. Cũ ſępe aſſiluit defenſæ mœni=
bus vrbis. Et aſſilire diciť de aialibus marib⁹ cũ fœmi=
nas ineũt. Col. lib. vij. Nã niſi prius ea marẽ cõcuiit aſſi
lientem admiſſariũ calcibus proturbat.

¶ Aſſiſto is. Vide in dictione ſiſto.

⁎ Aſſipõdiũ vnũ põdo. quod id erat librę põdus. Cc.

¶ Aſſia is. tabula ſectilis. Ply. Verniſq; aſſibus cõtabu
lare pauimẽta oportet. Vide ſupra in dictiõe aſſeres.

⁎ Aſſiſia apud Mileſios Pallas vocabatur. Cc.

¶ Aſſo as. tabulo a quo coaſſo ꝓ cõtabulo. Victru. Cũ
aſſatũ fuerit ſup altera coaſſatio ſtruať: clauiſq; fixa du
plicẽ prębeat cotignationi loricationẽ. Plyni. Neceſſa=
rium binas ꝑ diuerſas coaſſationes ſuſterni capita eo=
rum p̄figi clauis ne torqueanť. Eſt & aſſo. as. pro tor=
reo. a quo aſſatus. vt de diuo Laurẽtio. Aſſatus ſum iã
verſa & mãduca. Plaut. tamẽ in Muſ. Aſſus dixit. Ne
faxis. Nam elixus eſſe q̃ aſſus ſoleo ſuauior.

⁎ Aſſoleo vide in Soleo.

⁎ Aſotiam quidã ꝓ incõtinẽtia & luxu vſurpãt. Gelli=
us. Cedere eqdẽ vobis debui vt in tali aſotia. i. luxu: ꝓ
digalitate atq; nequitia artiũ nos vinceretis. ἀσώτους
eñi græci diſſolutos & incõtinẽtes dicebãt. quo verbo
Cicero quoq; & plerią; alij ex latinis vſi ſunt Martia.
Viuis aſotos hoc eſt laſciue icõtinẽter & diſſolute. Cc.

¶ Aſſus a um. quod eſt torrefactũ. Proprie diciť ſine
pigmẽto alicuius ſaporis quẽadmodũ merũ ſolũ dici=
mus. Vñ aſſa voce veteres dixerunt ſola voce linguæ:
aut vocis hũanę nõ admiſſis alijs muſicis. Var. In con
uiuijs pueri modeſti vt cãtarẽt carmina antiqua in qui
bus laudes erãt maiorum & aſſa voce & cũ tibicine. Ca
to. Melos aũt in cantib⁹ eſt bipartitũ: Vnũ eſt quod eſt
in aſſa voce. Alterum quod vocant organicum.

¶ Aſſula dimin. ab aſſis tabella. a quo fit aduerbiũ aſ=
ſulatim qđ eſt minutatim. Plau. Priuſq̃ pulſando exi=
tium fonb⁹ aſſulatim dabo. Idẽ in Mene. Faciã quod
iubes ſecurim captã ancipitẽ atq; hũc ſenem exoſſem
niſi dedolabo aſſulatim viſcera.

¶ Aſula ꝑ ſimplex ſ oppidũ in agro Brixiano.

¶ Aſſatura fruſtũ carnis aſſæ. Hie. lib. ij. ꝯ. Partit⁹ eſt
vniuerſę multitudini aſſaturã bubulæ carnis.

¶ Aſſuetus vſitatus ab aſſueſco cis.

⁎ Aſſuefacio vide in Suefacio.

⁎ Aſſuetudo conſuetudo. Cc.

⁎ Aſſuo vide Suo.

¶ Aſſumo is. pe. prod. modo ſignificat accipio. Cice.
Neq; id onus inuit⁹ aſſumpſit. modo nimium tribuo.
Idem. Si id mihi aſſumo videor id mihi meo iure quo
dam vendicare.

¶ Aſſur Iudęę ciuitas: quã ędificauit Salomon. Quo
nomine dictus eſt filius Sem.

¶ Aſſuerus ſicut teſtať Ioſephus fuit Cyrus Xerſis fi=
lius: q poſt Dariũ patruũ pſide rexit imperiũ. Hũc Cy
rum dixit Artaxerſem apud gręcos vocari qui longi=
manus cognominatus regnauit. xl. annis.

¶ Aſſ⁹ ciuitas Troadis arte & natura munita. De qua
eſt illud Stratonici dictum. Qui celeri paſſu Aſſum it:
mortis periculum adit. Ex aſſo fuit Cleantes philoſo=
phus Stoicus: qui Zenoni ſucceſſit.

¶ Aſſyria regio aſię maioris q̃ nunc ſyria diciť habens
ab ortu Indiã. ab occaſu tygrim fluuiũ: a Meridie me=
diam: a ſeptẽtriõe Caucaſum. Vñ aſſyrij qui poſtea ſy=
rij & ſyri. Hãc Porphirio & Acron volũt prius dictã ſy
riã poſtea vna addita ſyllaba aſſyriã vocitatã. alij qua=
dripartitã faciũt diuiſionẽ in ſyrios Aſſyrios leucoſyros
& cæleſyros. Ply. duplicẽ ſyriã aſſignat. Vnã palęſtinã
alterã antiochiam. Dicta eſt autẽ aſſyria. vt docet Au
guſt. li. xv. ciui. dei. ab aſſur filio Sem.

¶ Aſt cõiunctio poniť modo ꝓ ſed: modo ꝓ atq;: mo=
do ꝓ ergo: modo pro tã: modo ꝓ tum: modo ꝓ cum.

¶ Aſta ciuitas ęſtuaria inter ſacrũ ꝓmõtoriũ & hercu=
leas colũnas. Et Aſta in liguria vrbs non lõge a Noua
ria diſtans. De hac Claudianus. Nec plus pollentia re=
bus Cõtulit auſonijs aut mœnia vindicis aſtæ. Memi=
nit & Ply. li. xxxv. Cũ aſpiratiõe vero aliud ſignificat.

⁎ Aſtacus cancri genus. Cc.

⁎ Aſtabores vnũ ex nili alueorũ cognominib⁹ læuo
ſcilicet: hoc eſt ramus aquę venientis e tenebris. Cc.

⁎ Aſtuſapes alueo dextro qđ latentẽ ſignificat noiať
Nilus vbi ſe aquis oibus auxit. vocatur & Aſtapus qꝛ
Aethiopas medios ſecat ſua lingua aſtapias vocita=
tos. Aſtapus eñi ſignifi. aquã e tenebris ꝓfluentẽ. Cc.

⁎ Aſtaphis agria ſiue Staphis vitis eſt colliculis nigris
rectis folijs labruſcę: fert folliculos veri⁹ q̃ acinos viri=
des ſimiles ciceri: in his nucleũ triangulũ: matureſcit
cum vindemia. Cc.

¶ Aſtu generis neu. vt cornu. Ter. in Eu. An in aſtu
venit? Et ſic pro vrbe ponitur. Nam aſty apud gręcos
vrbs eſt. ſed a latinis mutať y in u & fit aſtu: vt Priſ. do
cet. Inde fit aſtus us. & aſtutus & aſtutia. Poniť & aſtu
aduerbialiter pro aſtute. Ter in Eun. Q: ſi aſtu rem
tractauit dij veſtrã fidem quantã & q̃ veram laudẽ ca=
piet Parmeno. ⁎ Dicitur & Aſtus. Cc.

¶ Aſtutus ab aſtu vrbe cau⁹ diciť: i qua q aſſidue ver
ſati ſunt: cauti fiũt. Vel aſtus quaſi tut⁹: ab arte: vt inqt
Feſt. Hinc aſtutia. q̃ vt auctor eſt Hiero. eſt ſubtilitas
cautelę rudib⁹ incipiẽtibuſq; neceſſaria. per quã ſophiſ
matũ dignoſcere & querere verſutia poſſit ne falſorũ
fraudib⁹ argumẽtorũ abducanť a ſimplicitate veræ ſa
piẽtię. quę ducit ad vitã. Hinc aſturulus diminutiuũ.

¶ Aſturia ciuitas hiſpanię: i qua aſturcões eq gignũť.

¶ Aſturcões eq ab aſturia oppido hiſpanię ita appel=
lati: qb⁹ nõ vulgaris in curſu grad⁹ ſed mollis alterno
crurũ explicato glomeratio eſt. Ply. li. vij. In aſturia hi
ſpanię gignere Tieldones vocatos eqni gñis: q quo=
ties minori forma ſũt aſturcones dñr. Siti⁹. His paru⁹
ſonipes neq; marti not⁹ at idẽ Aut incõcuſſo glomerat
veſtigia dorſo Aut molli pacata celer trahit eſſeda col
(lo.

¶ Aſtura flumẽ & oppidum maritimũ in Latio.
Ply. li. vj. Antiũ inquit colonia flumẽ Aſtura & iſula.
Et li. xxxij. Tenuit & noſtra memoria natum Caij prĩ

cipis ab Aſtura antium nauigantis.

¶ Aſtur quod ab aſturia eſt. Mar. de aſturconib⁹. Hic breuis ad numerũ rapidos qui colligit vngues Venit ab armifera gentibus aſtur equus.

¶ Aſtaroth antiqua ciuitas Og regis baſan in qua habitauerunt gygantes & poſtea cecidit in ſortem tribus manaſſes regionis bethaniæ. Sunt autem duo caſtella in bethania hoc vocabulo nouem inter ſe milibus ſeparata inter adaram & abellam vrbes.

¶ Aſtages nomen ꝓprium fluuij in mare defluentis.

¶ Aſtaphis pe.cor. vua paſſa dicit̃ ἀσαφὶσ grece.

¶ Aſteiſmos latine vrbanitas. & eſt tropus multiplex numeroſæq; virtutis. Nam aſteiſmos putat̃ quicquid ruſtica ſimplicitate caret & faceta ſatis vrbanitate exponitur. vt apud Vergi. Qui bauium nõ odit amet tua carmina Meui. i. pro pœna ei cõtingat: vt diligat Mæuium peiorẽ poetam. Atq; idem iungat vulpes & mulgeat hircos. i. faciat ea quæ cõtra naturam ſunt. Nam ἀσεῖοσ vrbanus ἀσεῖζομαι vrbanus ſum.

¶ Aſter ſtella vna. Aſtrum latine ſydus qd̃ cõſtat ex pluribus ſtellis quæ aliquod ſignum cõponant: vt Gemini Libra: & huiuſmodi. Dictũ aſtrum ab ἀσράπτω quod eſt fulgeo. Eſt & aſter nomen ciuitatis. Sciẽdum ꝙ in aſter. a. um. terminata nomina imitatiua ſunt vt paraſitaſter qui imitat̃ paraſitũ Philoſophaſter qui eſt philoſophorum imitator. Cice. Oino ſolet eſſe fuluiaſter. Surdaſter dimi. eſt: qui eſt aliquantulũ ſurdus. Similiter recaluaſter qui non eſt toto capite caluus ſed ſola frõte. Catulaſter non paruũ catulum ſignificat: ſed ipſum catulũ Pullaſtra non paruã pullam ſed paruam gallinã. Pullaſter non paruũ pullũ ſed ipm̃ pullũ. Filiaſter quo qdam vtuntur pro priuigno non paruũ filiũ: ſed qui eum imitat̃ ſic filiaſtra. Oleaſter: pinaſter: menthaſtrum: Siliquaſtrum. ꝙ ſylueſtria ſint oleã: pinum: mentham: ſiliquãq; imitantia.

¶ Aſtericus ſeu aſteriſcus dimi. ab aſter ſignũ eſt ad paruę ſtellę ſimilitudinẽ: quo vtimur cũ aliquid in ſcribendo omiſſum eſt. Hier. Qui editioni antiquæ Theodotionis miſcuit aſterico & obelo.

* Aſterope vna ex pleiadibus. Cc.

¶ Aſtrale quod ad aſtra pertinet. Vnde aſtralia fata dicta ſunt ab Augu. lib. v. ciui. Dei.

¶ Aſtrolabiũ inſtrumẽtũ: ex quo aſtrorũ mot⁹ colligũtur. ἐξ τῶν ἄσρων καὶ λαμβάνω. i. ex aſtris & ſumo.

¶ Aſtrologia cum accentu in penul. aſtrorum regula νόμοσ latine lex & regula.

¶ Aſtronomia cũ accẽtu in pe. aſtrorum ſermo vel ratio. Aſtrologia de curſu aſtrorũ loquitur. Aſtronomia de iudicijs ad vitã fortunãq; ptinẽtibus. hinc Aſtrologi & aſtronomi qui aſtrorũ ſcientiã ꝓfitentur.

¶ Aſtragulus pe. cor. latine talus ludus & pedis ſiue iuguli coniunctura: vt eſt apud Homerũ lib. x. ody. qui ſcribit Elpenora lapſu ſcalarum examinatũ eſſe cũ fregiſſet aſtragulon. i. iuguli coniuncturam tamen apollonius in argonauticis ponit pro ludo qui vulgariter dicitur zoni. ſ. in lib. iij. pagina tertia.

¶ Aſtragalizo as. talis ludo: & aſtragalizontes a Plynio dicuntur talis ludentes.

¶ Aſteria ę. & aſteriees. nomẽ Latonæ ſororis ꝓpriũ.

* Eſt & aſteria & deli & Rhodi inſularũ nomẽ. ſignifi. & gemmã: incluſam quãdã lucẽ pupillę modo cõtinẽtem & oppoſita ſoli radios regerit candicantes. Cc.

* Aſtrios gẽma cryſtallo ꝓpinqua q̃ aſtris opponitur fulgorem eorũ rapit & regerit. Cc.

* Aſtriotes gẽma q̃ oculis piſciũ ſimilis eſſe perhibet̃.

* Aſterias auis ex gñe ardearũ a fulgore aſtrorũ. Cc.

¶ Aſterion fluuius achaię. Sta. li. iiij. the. Cum dixit & ęquus fluctibus aſterion. Fuit & nomen vrbis.

¶ Aſteriſcũ herba quę & ſidente dicit̃ naſcens in tegulis parietibuſq; folio ſimilis ozymo.

¶ Aſteriſcus ſignũ ad ſtellę ſimilitudinem paruæ quo vtimur cum aliquid in ſcribendo omiſſum eſt.

¶ Aſtreus cum dipht. Fuit vnus ex titantibus qui cõtra deos arma ſumpſit. Ouid. lib. v. met. Occidit Enceladus mendeſius occidit aſtreus. Ferunt hunc cum aurora cõcubuiſſe ac ex ea ventos generaſſe.

¶ Aſtrea cũ dipht. aſtręi ex aurora filia ſecundum aliquos Icari ſecundũ aliquos Iouis & Thomidos. Et ponitur pro Iuſtitia. Ouid. Vltima cœleſtum terras aſtręa reliquit. Quod ideo fictũ eſt ꝙ illis tẽporibus Aſtręus princeps eſſet: & propter ęquitatem eius filia iuſtitia dicta ſit: vt ſcribit Aratus. Nã cum adhuc terras habitaret Nondũ veſanos rabies nudauerat enſes: Nec conſanguineis fuerat diſcordia nota. Sed poſtea creſcentibus vitijs euolauit in cœlum.

¶ Aſthmaticus cum h anhelus & ſuſpinoſus dicitur ἀσθμα anhelitas: anxietas. * Reſpirandi difficultas cũ ſpirare ſine ſono & difficultate quiſpiam nõ poteſt.

¶ Aſtipulor pe. cor. Vide in dictione ſtipulor.

¶ Aſto as: aſtiti. aſtitũ. & aſtatum ſignificat præſens: aut firm⁹ ſeu erectus ſto. Plaut. in Cap. Ego miſer vix aſto prę formidine. Idẽ in Ciſ. Adoleſcẽs aſta atq; audi. i. ſta fortiter atq; expecta. Et in Caſ. Stultus cõtriui diem dum adſto aduocatus cuidã cognato meo. Interdum ſignificat ſimpliciter ſto. Vergi. Arrectiſq; aurib⁹ aſtant. Interdũ ſum. cũ de rebus loquimur: quę cadere nõ poſſunt: vt cum dicimus terram aſtare.

¶ Aſtringo proprie iuxta ſtringo: vnio: coniungo. Col. lib. iiij. Cũ oẽs ſurculos quos arbor patiet̃ dimiſeris libro vlmi vel vimine arborẽ aſtringito. Ver. lib. j. Geo. Seu durat magis & venas aſtringit hyantes. Per tranſlationẽ aſtringere ponit̃ pro obligare. Et ſic genitiuo iungit̃ ſicut Gel. notauit ſabinum ſcripſiſſe Qui alienum tacẽs lucri faciẽdi cauſa ſuſtulit furti aſtringitur ſiue ſcit cuius ſit ſiue nõ ſcit. Quãdoq; pro ꝓmittere. Quia vincula fidei dicunt̃. Teren. in Eunu. Meam aſtringo fidẽ. Hinc aſtrictorius a um. qd̃ aſtringit. Ply. Folia aſtrictoriã vim habent.

* Aſtrophus tabi ſpecies eſt qua corpus non alitur: & ita ſumma oritur macies & niſi occurrat̃ interficit. Cc.

¶ Aſtruo is. iuxta ſtruo & ędificiõ ędificio iſigo. fortifico. Col. li. j. Nã cũ veteri aſtruit̃ recẽs ędificiũ quaſi ſurgenti reluctãs oneri cedit. Amb. Nec putauit ort⁹ ſui fidẽ mũs imunijs aſtruẽdã. i. firmãdã. Hinc p trãſlationẽ aſtruere p affirmare ſumit̃. Hiero. Cum nõnulli aſtruẽre velint eã tã reſuſcitatã & beatã cũ Chriſto imortalita

* Aſueſtiuũ lini gen⁹ eſt qd̃ ignib⁹ nõ abſu: (te veſtiri. mit̃ Ardent ex eo mappę in focis conuiuiorũ: & igne exuſtę magis ſplẽdeſcunt q̃ ſi aqua lauarentur. de quo diffuſius Pero. in Cor.

¶ Aſtyages nomen ꝓprium regis aſſyriorum.

¶ Aſtyanax nomẽ filij Hectoris ex andromacha quaſi tutator vrbis. aſty. n. vrbs: anax tutator ſiue rex.

* Aſtylus vnus ex Centauris. Cc.

* Aſtyochia. vxor fuit Tlepolemi quã ex Ephyra. peloponẽſi vrbe rapuerat. Cc.

¶ Aſtypalęa. inſula in mari ęgeo. Ouid. lib. ij. de arte. Cunctaq; piſcoſis aſtypalęa vadis.

¶ Aſtypalees. nomẽ eſt vrbis in eadẽ inſula.

¶ Aſymphõia latine icõſonãtia. ἀσύμφωνοσ diſcors.

¶ Aſymbolus qui ſymbolum non dedit: & ſine collatione acceſſit ad comeſſationem.

¶ Aſyndeton ſiue aſyntethon dici poteſt incõpoſitũ ab α ſine σύνθετον cõpoſitum. Et eſt figura cũ aliqua

ſine cõiunctionib⁹ proferunẽ: vt veni: vidi: vici.
¶ Aſyntheta. Plyni. appellat cryſtalla quæ p ura ſunt
& ſine vitio.
¶ Aſyſtatū genus quoddã philoſophiæ: quod latine
inſtabile vel inconſtans poſſumus dicere.
¶ At principiū increpationi aptū. Et hoc cū aut indi-
gnationem aut dolorẽ exprimere volum⁹ vt irę ęſtum
aut q̃relas ſignificãtius oſtẽdere valeam⁹. Ver. At tibi
p ſcelere. Ter. At tibi dij dignū factis exitiū duĩt. Quã
doq; ſuperiorū dictorū diſcretiuū eſt. vt apud eundẽ.
At mihi ſcrupulus vnus reſtat. Quandoq; rerū diffe-
rẽtiam denotat: vt Scipio eſt bellator: at Cato orator.
Quandoq; ponĩ pro ſaltẽ. Oui. Crudeles ſomni quid
me tenuiſtis inertẽ? At ſemel æterna nocte p̃mẽda fui.
Quandoq; copulatiuū eſt vt in atq;. Quãdoq; aduer-
ſatiuū. Ver. At regina graui iãdudum ſaucia cura. Nã
dum æneas quieſceret regina turbabaĩ: qđ eſt contra-
rium. Quãdoq; eſt interiectio timoris. Teren. in Eun.
Atat mi homo formidoloſus es?
¶ Atat interiectio eſt paulatim percepti atq; intellecti
mali. Ter. in Eun. Atat data hercle verba mihi ſunt.
Ser. in arte. Atat eſt aliquid de ĩprouiſo deprẽdentis.
¶ At cõtra ſignifi. vicisſim qđ vulgo dicĩ ecõuerſo.
¶ Atq; cõiunctio cõnexiua eſt: vt Gen⁹ vñ latinū Al-
baniq; patres atq; altę mœnia Romę. Quãdoq; aduer
biū & p q̃ poni ſolet: vt Per. Qui tu ĩpunitior exis atq;
hic. Sue. in Cęſa. Velut grauius atq; p̃e ſenſiſſet. Quã
doq; pro celeriter & ſtatim. Ver. Atq; illū in p̃cepa pro
no rapit alueus amni. Quandoq; pro feſtine & intre-
pide. Aenni. Atq; atq; aſcendit muros troiana iuuen-
tus. Quandoq; pro p̃terq̃. Plau. in Am. Neq; ſe Luna
mutat quoq̃ atq; exorta eſt ſemel.
⁎ Atabiria vnum ex Rhodi nominib⁹ ab Atabirio re
ge ſic dicta. Cc.
¶ Atalus pe. cor. nomen pgami regis pecunia ditiſſi-
mi & ſplẽdida abundantiq; ſupellectile. A quo oia ma
gnifica atalica dicta ſunt. Pro. Nec ſit in atalico mors
mea nixa thoro. Fuit & athalus nomẽ philoſophi.
¶ Atalãta nomẽ mulieris. de qua Hier. con. Ioui. Re-
ferũt fabulę atalantã cū calydonia virgine ſemp in ve
natibus ſemp in ſyluis nõ tumentes vteros fœminarū
faſtidiaq; cõceptuū: ſed expeditã & caſtã amaſſe virtu-
tẽ. Eſt & atalãta fons in portu cyphãtarū dict⁹: q ibi ve
natrix fœmina ſitu & ęſtu lãguida cõſederit. & petra ve
nabulo ei⁹ pcuſſa laticẽ p̃buerit ſicut ſcribit Pauſanias.
⁎ Atalantus Iaſij argiuorū regis filia virago & forma
& viribus corporis pręſtans quę prima apru calydoniū
ſagitta vulnerauit. Cc.
¶ Atabulus pe. cor. vẽtus in apulia. Hor. Incipit ex il-
lo montes apulia notos Oſtẽtare mihi quos torret ata
bulus. Ideo atabul⁹ apulus dicĩ tanq̃ peculiaris. Scri-
bit porphirio atabulū ventū eſſe in apulia ferẽtiſſi-
mum gręca appellatiõe dictū quaſi ἀπὸ τοῦ ἄτην βάλλειν. Hoc eſt nocumentū peſtilentiamq; inferentẽ. Nã
atabuli flatus nimio calore apulię peſtifer eſt & grauis.
Eſt eñ frigidiſſim⁹ & ſi flauerit circa brumã exurit fri-
gore arefaciens vt nullis poſtea poſſit ſolibus recreari.
¶ Atamino as. pe. cor. Vide in dictione cõtamino.
¶ Atauus pe. cor. dictus q ata ſit aui. i. pater vt pueri
dicere ſolent. Vide etiam in auus.
¶ Atax fluuius ortū habẽs ex pyreneo mõte & infun
ditur in mare tyrrhenū: quidã tamẽ ſcribūt athax p h.
¶ Athacus pe. cor. genus volucris gradiens ſup qua-
tuor pedes: longioraq; retro crura habens. De quo fit
mentio apud Leuiticum.
¶ Athanatos pe. cor. latine dicĩ immortalis.
¶ Attellanę fabulę latinę ſunt: quæ ab attella Oſcorū
ciuitate ſumptę fuerũt in q̇bus ridiculę perſonæ indu-
cebanĩ & argumẽtis dictiſq; iocularibus reſpõdebant
ſatyricis fabulis gręcis. Proprie autẽ attellanicū dice-
batur exodiū. Liui. lib. vij. Iuuẽtus hiſtrionib⁹ fabella-
rum actu relicto ipſa inter ſe more antiquo ridicula in-
texta verſib⁹ factitare cœpit: quæ exodia poſtea appel
lata cõſertaq; fabellis potiſſime attellanis ſunt: qđ ge-
nus ludorū ab oſcis acceptū tenuit iuuentus.
¶ Attagen pe. cor. generis maſ. Et attagena ę. & atta-
ges attagis: auis aſiatica iter nobiliſſimas habita. maxi
me vero quæ in Ionia naſcitur. Et inter eſculentiores
aues pręcipuo ſapore cenſebaĩ. Ply. li. x. Attagen ma
xime Ionia celebraĩ vocalis alias: capt⁹ vero obmu-
teſcẽs: quondã exiſtimatus inter raras aues. Hier. At
tagen & ficedula: mulua & ſcarus in delitijs computan
tur Mar. inter ſapores fertur alitum prim⁹ Ionicarum
guſtus attagenarum.
¶ Atellani oppidū cãpaniæ quã nunc auerſam vrbẽ
dicimus p̃pe neapolim. Cic. Clunio. Locutus ſum de
agro vectigali municipij attellani: qui eſſet in gallia.
⁎ Atq; & atq; ſi id eſt quaſi vel ita. Cc.
¶ Ater a. um. obſcurum: nigrū. Verg. Quinquaginta
atris immanis hyatibus hydra. Plaut. Ita replebo atri-
tate vt atrior ſit q̃ ęgyptij. Interdū atrum capiĩ pro fu
neſto. Vñ atri dies dicũtur vulgo ęgyptiaci ab obſerua
tione ęgypto. Et alio noie cõmunes. Dictū atrū ab Atte
rendo quoniã quę atterunĩ liuorẽ contrahunt.
⁎ Atelos iſula eſt vnguẽto nobilis a Callimacho aga-
thuſa nominata. Cc.
⁎ A tergo dicimus a parte poſteriori mẽbranę ſeu pa-
pyri aut alterius cuiuſcũq; rei. Iuue. Script⁹ & a tergo
nondū finitus Oreſtes. Cc.
⁎ Atrabechis oppidum eſt in Proſopide nili inſula vt
author eſt Herodotus. Cc.
⁎ Atrachtylis herba eſt ex qua mulieres colos facie-
bant: q ex ea fuſus liquetur ἄτρακτον fuſum gręci di
cunt & ἁλιζειν liquari. Cc.
¶ Atratus pe. p. dicĩ qui lugubri veſte indutus eſt.
¶ Atramẽtū ab atro colore dicĩ: cui⁹ duo ſunt gña. ſ.
ſcriptorū qđ & librariū dicĩ & tectoriū ſ. tectorijs quo
in ſcribẽdo & pingẽdo vtimur. Eſt & ſutoriū atramen-
tum qđ in inficiendis pellib⁹ ſutores coriarij vſurpant.
Vulgo hoc a vitri ſimilitudine vitriolū nominãt. Ply.
li. ix. Effuſo atramẽto. qđ pro ſanguine ijs eſt offuſca-
ta aqua abſcõdunĩ. Idẽ lib. xxxiiij. Græci cognationẽ
gris fecerũt noie & atramento ſutorio.
¶ Atramentariū vaſculū quo atramentū cõtineĩ. Hie.
in Ezech. Atramentariū ſcriptoris ad renes eius.
¶ Atraci⁹ nomẽ viri, q prim⁹ dĩ artẽ magicã in thracia
(inueniſſe.
¶ Atra bilis eſt: quã gręci melãcholiã vo-
cant. Nam bilis cholera eſt.
¶ Athenodor⁹ pe. p. philoſoph⁹ fuit q auguſto docu
mẽtū dedit inquiẽs. Cū ira Cæſar te cœperit nihil pri⁹
neq; dixeris nec feceris: q̃ ipſa quattuor & viginti ele-
mẽta litterarū græcarū tecū ipſe pcurreris & memoria
recenſueris: vt ita cõcitatio illa quę momẽtoſa eſt men
te alio traducta parui tẽporis intervallo langueſceret.
⁎ Atricapilla auis eſt ex ficedularum genere. Cc.
⁎ Atrifer dicim⁹ qm̃ ſemẽ nigrū ferat iuci ſpẽs eſt. Cc.
¶ Atriū pria pars dom⁹: q̃ cotinet mediã areã in quã
collecta ex oi tecto pluuia deſcẽdit. Et i qua priſci (vt
ait Cato) apto ordio epulabanĩ. vbi etiã pecunias & cæ
tera p̃cioſiora ſeruabãt: ſeruoſq; quib⁹ tãq̃ honoratio-
ribus earū rerū cuſtodiã cõmittebãt atrienſes appella-
bãt. Victru. lib. vi. In vrbe atria p̃xima ianuis eſſe de-
bẽt. Et in Euang. Cū fortis armatus cuſtodit atriū ſuū
in pace ſunt ea quę poſſidet. Hier. Atria non ſunt qui-

dem domus: ſed tamē aliqua habent fundamēta & de atrijs intramus domū. Dictū atriū ab atriatib⁹ hetrurię populis: vt inquit Var. li. j. de lin. lati. quia id gen⁹ ædificij Atrię primū in hetruria ſit iſtitutū. Vel q a terra oriatur quaſi aterriū. Vel q atrium ex fumo eſſet ꝓpter culinam: quia ex fumo culinæ nigreſceret. In atrio enim tria erant habitacula: veſtibulū: locus ſportularū: qui & ipſe ſportula dicebaꝛ: vbi ꝓponebanꝛ eo die quę donodāda erāt: & culina. q̄q̄ veſtibulū loc⁹ ſit ante ędes. atrium gręci ἀυλὴν vocāt propter quod poetæ quādoq aulam pro atrio vſurpant.

℄ Atrienſia is. erat cui credebatur cura atrij.

℄ Atricia iurecōſultis dicunꝛ qui excubant ad atrium & ad limina. etiam vocanꝛ & liminarchę.

℄ Atriolū paruū atriū Ci. ad Qu. fratrē. quo in loco te in porticu ſcribere aiunt: vt atriolū fiat mihi vt eſt magis placebat: neq eñ ſatis loci eſſe videbaꝛ atriolo.

℄ Atriplex hęrba eſt ſylueſtris & hortenſis ab atro colore vt quidā aiūt q hoīes pallidos faciat. Macer. Atriplicem tritā cum nitro melle & aceto Dicūt appoſitam calidam ſedare podagram.

⁎ Atreplexū hanc hęrbam veteres dixere. Cc.

℄ Atergatis pe. cor. nomē fuit deę. Stra. trās euphratē eſt bābyce quā edeſſam & hierapolim vocāt: in qua Atergatim ſyriam deā colūt. De hac & Macro. Cornutus atergatim a græcis theam exiſtimari putat: coli eā abſtinētia piſciū: vñ nomen vt Athene⁹ auctor eſt: q̄ſi ἀτεργατίδος. hoc eſt ſyrorum lingua ſine piſcibus.

⁎ Atritatē ꝑ immanitate capi haud dubie conſtat. Cc.

℄ Atrox aſper crudelis q qui atro vultu ſunt aſperitatē & ſæuitiam præ ſe ferunt. Sunt qui a græco id nomen deriuent: quia illi ἀτρωκία appellant quæ cruda ſunt. Siue ab eo q atroces nihil de ſe timeāt τρεῖν eñ ſignificat timere. Vnde & pro cōſtanti quādoq ponitꝛ. Hora. Præter atrocis animū catonis. Hinc Atrocia & atrocitas & atrociter pro aſpere.

℄ Atrópos pe. cor. immutabilis. Quo noīe dicta eſt vna ex parcis ab α ſine τροπὴ cōuerſio: quaſi ad nulli⁹ preces conuertaꝛ. Nā tres dicunꝛ ſorores quarū vna dicitur Clotho. q colū baiulat: altera Lacheſis quę filat: tertia Atropos. quæ filum frangit. Mar. Lanificas nulli tres exorare puellas Contigit. obſeruant quē ſtatuere diē. de his vide diffuſius in dictione Parcę.

℄ Atrophia ſpecies tabis: qua corp⁹ nō alitur ſed ſumma macies oritur & niſi occurraꝛ interemit. Inde Atrophi: qui atrophia laborāt. Ply. li. xxxvj. Eadē daꝛ his quos atrophos vocant interpoſitis diebus. atrophiq vocanꝛ qui ab imbecilitate vires vix recolligunt. Vnde atrophos vocant non conualeſcentes ab imbecillitate vires vix recolligentes.

℄ Atrax fluuius ætolię a quo atraces populi: eſt & hoc nomine: vt teſtis eſt Stra. vrbs in theſſalia.

℄ Attero is. pe. cor. vide in dictione tero.

℄ Attenuo as. ex ad & tenuo qđ a tenuis fit & ſignificat ſubtilē facio: minuo. Cice. lib. iiij. ad Heren. Defenſoris narratio ſimplicē expoſitionē debet habere cū attenuatione defenſionis. Hiero. lib. ij. ꝑ. Quare ſic attenuaris macie? Et cū ad animū referꝛ defectū ſignificat.

℄ Attēdo is. aduerto: cogito: cōſydero. & quaſi animū intēdo. Hie. ad Helio. Attēdis Petrū ſed & Iudam conſydera. Aliquando addimus animū & pro intendo ſumitur. Ci. li. iij. offi. Et cum animū attēderis turpitudinem videas adiunctā: hoc eſt animū intēderis. Hinc attentos dicimus auditores qui ad ea quæ dicunꝛ intendunt animū. Attente aduerbiū. i. animo intento.

℄ Attento as. frequētatiuū idem qđ tēto. Petronius. Dulcibus ac blādis verbis eius animū attentans.

℄ Attinere: ꝑtinere: decere: cōuenire. Ter. in adel. Iam me ne vis dicere: qđ ad te attinet? Aliquādo ſignificat iuxta ſiue in manib⁹ tenere. Plau. in Cap. Nam ſenex eſt in tonſtrina nunc iam cultros attinet.

℄ Attingo is. attigi attactū leuiter tāgo. Minus eſt eñ q̄ tāgo: vt inqt Do. in Ter. in adel. Tetigin tui aliqđ? ſi attigiſſes ferres infortuniū. Aliquādo attingere ponitꝛ ꝓ diſcere: legere: ſcribere: & huiuſmodi. Lac. li. iij. Gręci qui ſacras veritatis litteras nō attigerant. i. didicerāt. Hie. Qđ vnq genus docēdi nondū attigerā. i. aggreſſus fuerā ſiue expertus. Ver. lib. ij. Ge. Sin has ne poſſim naturę attingere partes. i. ſcire. Aliquādo ꝓ ingredi. Col. li. j. Nec dum ſenectutē attigerit.

℄ Attigo ſine n idē qđ attingo. Nā ſicut tāgo ita & tago dicim⁹. Plaut. in Muſ. Abſcedite telis ne attigant.

℄ Attilus pe. pro. piſcis ſatis grādis qui in pado inertia pingueſcēs ad mille aliquādo libras captus eſt catenato hamo: nec niſi boum iugis extractus.

℄ Attillas ex ſcytharū genere fuit qui ſubacta pānonia Italiā ingreſſus Aquileiā ſubuertit & in germaniā tranſiēs plurimas vaſtitates edidit. Qui domū reuerſus: dū nouis nuptijs operā dat vino plen⁹: effuſo e naribus multo ſanguine ſuffocatus eſt. Nicomach⁹ autē Illiçus hiſtoriarū ſcriptor eū deſcribens ait. ὀφθαλμοὶ δὲ αὐτοῦ ἁιματηροὶ ἀλλ. ἀπεσχισμένοι καὶ μικρὸς καὶ θώραξ ὧδε ἑαυτὸν ἀμφιβλέπων δὲ καὶ τὰ πολλὰ περὶ αὐτοῦ. ⁎. i. oculi ei⁹ cruenti ſed diſtātes & paruum pectus ſic ipſum circūſpiciens & multa alia de eo.

℄ Ategię dicunꝛ tabernacula: vel vmbracula: vel magalia q̄lia Mauri colūt. Ruffi. in lib. Ioſephi hoc vocabulū vſurpat li. vij. de bello Iudaico. Cū ad feſtū diem veniſſet quo ategias in honorē dei cōponi ab hoībus

℄ Athenę arū. ciuitas gręcię inter achaiā & (moa eſt. macedoniā q regio attica dr ab atthis Cranai filia athenaꝝ regis: q cecropi i regno ſucceſſit. Hic Cecrops primus athenas cōdidit. Vñ & cecropia dicta eſt. poſtea a Mopſo mopſopia: & a Ione Xuti filio Ionia & a Minerua athenę. Gręci eñ Mineruā athenā dicūt ἀπὸ τῆς ἀθανασίας. Tres aūt vt qdā aſtruūt fuere athenę ab vnis athenęi ab alijs athenieſes: ab alijs athenopolitę dicti ſūt

℄ Atheneū locus erat Mineruæ dicatus vbi ꝓfeſſores ſua ſtudia ꝓfitebanꝛ. Iul. Capitolin⁹. Poſtea vero vbi adoleuit in atheneo cōtrouerſijs declamauit audientibus etiā Imperatoribus ſuis. Lamp. Ad atheneum audiendorum & græcorum & latinorū rhetorum vel poętarum cauſa frequenter proceſſit.

℄ Atheos: qui negat deum eſſe.

⁎ Atheromata tubercula ſunt quę & in ceruice & in alis & in lateribus oriri ſolent. Cc.

℄ Atheſis pe. cor. fluui⁹ qui ex Tridētinis alpib⁹ Tridētū alluit & veronā diuidit. deinde ꝑ latas Padi paludes gradiens nō lōge a brondulo in adriaticū mare influit.

℄ Atheſinus pe. ꝑ. fluuius effluens e lacu qui in apennino eſt ſupra Carnos incūbente: & labiꝛ in Iſtrum.

℄ Athleta pe. ꝑd. pugil & luctator dicꝛ. ἀθλέω eñ certo ſignificat. Scribit Iurecōſultus athletas cū virtutis gratia athleticā exerceant: nō eſſe ignominioſos. Tria autē fuerunt apud antiquos athletica certamina: videlicet Curſorū pugilū & luctatorū. Iuli⁹ autē pollux lib. γ. cui⁹ ordinē imitat⁹ eſt Perott⁹. τῶν δὲ ἀγώνων οἱ μὲν γυμνικοὶ οἱ δὲ καλούμενοι σκηνικοὶ οἱ ὀνομασθεῖεν διονυσιακοί τε καὶ μουσικοὶ οἱ δὲ ἀττικοὶ οὐ ῥαδίως λέγουσιν ἀγῶνας μουσικοὺς ἀλλὰ μουσικῶς καὶ ἀθλητικὸν παλαιὸν ἦν. ⁎. i. certaminū quę gymnaſtica: quędā vocanꝛ ſcęnica quędā noīantur dionyſiaca & muſica. q̄ vero attica nō facile dicunt certamina muſica ſed muſicū & athleticū vetus erat.

¶ Athos mons inter Macedoniã & thraciam altitudi-
nis mirãdę habẽs in cacumine oppidũ acrocon. Verg.
Quantus athos: aut quantus Eryx.
⁎ Athracin⁹ color eſt a carbone quẽ gręci ἄνθρακα vo-
cant: ſiue ꝙ carboni ſimilis ſit ſiue ꝙ huiuſmodi color
e telis fit ligno combuſto tritiſq; in mortario carboni-
bus. Varo. propinquę adoleſcentulę athracino amicu-
lo nigello capillo demiſſo ſequebant̃ luctum. Cc.
¶ Atos ſine h latine inſatiabilis dicitur.
¶ Atlas antis. ſine h Mauritaniæ rex fuit: q humeris
cœlũ ſuſtinuiſſe dicit̃: ꝙ prim⁹ curſum ſolis & lunę ſy-
derũq; oĩm verſationũ rõnes vigore animi ſolertiaq;
curaſſet tradẽda oĩbus. Verg. Perſonat aurata docuit q
maximus atlas. Hic fuit Promethei frater: qui cũ mo-
nitus eſſet oraculo vt caueret a Iouis filio nullũ hoſpi-
tio ſuſpiciebat. Quare Perſeus Iouis filius indigne fe-
rens oſtẽdit ei caput Gorgonis & ſtatim athlas in mõ-
tẽ conuerſus eſt. Qui mõs mauritanię teres & excelſus
eſt: ita vt eius cacumẽ cerni nequeat. Fere e medio mõ-
te nubes incipiunt: hyeme & æſtate niuẽ habet. Colum
nam cœli indigenę appellant. Ab eo populi incolẽtes
atlantes dicunt̃: qui ſoli ſunt anonymi: hoc eſt ſine no-
minibus. Nã in vniuerſum atlantes nominant̃: ſingu-
lis nullũ propriũ nomẽ imponitur. Solem oriẽtem oc-
cidentẽq; dira ĩprecatiõe cõtuent̃ vt exitialẽ ip̃is agriſ-
q;. Neq; inſomnia viſunt qualia reliqui mortales. Ply.
Solin⁹ Herodotus auctores. Ex atlante ingẽtia flumi-
na oriunt̃: inter quę Nilus. Aug. li. xviij. ciui. dei. ſic ha
bet. Frater Promethei atlas magnus fuiſſe aſtrologus
dicit̃ vnde occaſionẽ fabula inuenit vt eũ cœlũ porta-
re cõfingeret̃. q̃uis mõs ei⁹ nomine nũcupet̃: cuius al-
titudinẽ potius cœli portatio in opinionẽ vulgi veniſ-
ſe videat̃. Ply. ſcribit Atlanta primũ inueniſſe ſphęrã
gręci aũt aſtrologiã ab atlante inuentã fuiſſe. Euſe. in
pręparatiõe dicit Enoch & Atlantẽ eſſe eundẽ. De quo
Diod. li. iiij. Ferũt atlantẽ aſtrologię fuiſſe peritiſſimũ
deq; ſphęra primũ inter hoĩes diſputaſſe: qua ex re vi-
ſus eſt cœlũ ſuis humeris ſuſtinere locũ p̃bente fabu-
lis ſphęrę inuẽtione. Scribunt tamẽ quidã duos eẽ mõ
tes in maritania atlantes dictos. Alterũ colũnis Hercu
lis viciniorẽ: alterũ interiorẽ libyę. Remotior ab atlan-
te rege in eũ cõuerſo dictus eſt quẽ cœli columnã no-
minant. Tres autẽ atlantes fuiſſe memorantur. Vnus
rex Italię & pater electrę vxoris Coriti: Alter rex archa
dię: & pater Maię: ex qua natus eſt Mercurius. Tertius
Maurus qui dict⁹ eſt maximus. Sumit̃ nõnunq̃ a poe-
tis Atlas pro hoĩs ſimulachro ſuſtinente colũnas ędiũ
aut ip̃m ędificium ad ſimilitudinẽ atlantis cœlũ hume
ro torquẽtis: qui etiã latino vocabulo thelamones: Et
hi atlãtes plęrũq; gibboſi dicunt̃. & vt inqt Serui. fiunt
vt gibboſos imitent̃ dũ onera ſuſtinẽt: q interdũ cõpa
res ſunt. interdũ auerſi. interdũ ſe inuicẽ ſpectãt. Mar.
Non aliter ridetur athlas cũ cõpare gibbo. Sunt qui di
cant hoc noĩe vocari fluuiũ ab atlante rege arcadiæ di-
ctum ex æno monte in iſtrum defluentem. Ab Atlas
fit atlanticus ca. cum. & atlantides patronymicum. Et
licentia poetica athlantiades.
¶ Atlanticę inſulę quas beatas vocant duæ quidẽ hę
ſunt paruo inter ſe diuiſæ mari decem milibus ſtadio-
rum a libya diſtanti. Imbres illic rari mediocreſq;: vẽti
autem plurimũ ſuaues ac roriferi. Solum vero pingue
nec arari vllo mõ plãtari ve facile. Sed etiã ex ſe abſq;
vllo humano ſtudio fructũ p̃ducit dulcẽ quidẽ & ocio
ſam multitudinẽ nutrire ſufficientẽ. Aer ſyncerus ac
temperatus & mediocri mutatiõe per tẽpora contẽtus.
Nam qui a terra perflant venti: boreaſq; & aquilo pro-
pter longinquitatẽ vaſta & inania incidentes ſpatia fa-
tigant̃: & deficiunt priuſq̃ ad eas inſulas peruenerint.
Qui vero a mari p̃flant argetæ & zephyri refrigerãtes
raros quidẽ & tẽperatos imbres ex pelago afferũt. Plu
rima nõ p humiditatẽ aeris cũ ſumma facilitate nutri-
unt. vt etiã apud barbaros ĩcrebuerit fides ibi helyſios
cãpos eſſe & beatorũ domicilia ab Ho. decãtata.
¶ Atlantides vergiliæ dictę ſunt. Atlas eñ ex Pleio-
ne oceani filia: vt ait Higynus: vt alij Deucalionia ha-
buit. xv. filias quæ vno vocabulo atlantides dicuntur
Verũ. v. ex his hyades noĩatę a fratre qui fuit hyas qui
a ſororib⁹ plurimũ dilect⁹ eſt. reliq̃ pleiades a matre di-
ctę Vergilię dicũtur q̃a cũ vere exoriunt̃. Alexãder ait
hyadas dictas q̃a fuerũt filię Hyſes ex bœotia. Et ſunt
vij. Vna vero quia Siſipho nupſit nõ videt̃. Ci. ait hya
das a pluẽdo dictas. Noſtri ſuculas a ſuibus quoniam
ſues luto gaudent. Indicant enim pluuias.
⁎ Atizoe gemmę ſpecies argenteo nitore fulgẽs ma-
gnitudine trium digitorum ad lenticulę figuram odo-
ris iucundi.
⁎ Atnepos Atneptis in dictione nepos. Cc.
¶ Atocius genus aranei lanuginoſi: de quo in dictio-
ne araneus.
¶ Atomus pe. cor. indiuiduus qui diuidi non põt. Nã
vt Hiero. ait. Pũctus temporis eſt quod ſecari & diuidi
non poſſet. Vndẽ Epycurus ſuis atomis mundũ ſtruit
& vniuerſa cõformat. Sunt etiam atomi in corpore vt
lapis cum diuidit̃ vſq; ad minutiã: quæ diuidi: & ſeca-
ri non poſſit. Similiter in numeris. Vnus dicit̃ atomus
qui diuidi non poteſt τομη enim inciſio. α ſine: quaſi
ſine inciſione & diuiſione.
⁎ Attalica toga in qua aurum erat intextum: qđ Atta-
lũ regẽ in aſia inueniſſe cõſtat: ex quo ſumpſit nomẽ.
⁎ Attauus vide in dictione auus.
⁎ Attendo in dictione Tendo.
⁎ Attenuo in dictione Tenuo.
⁎ Attigo p Attingo veteres dixerunt. Cc.
⁎ Attilus piſcis ſatis grandis: qui in Pado inertia pin-
gueſcens ad mille aliquãdo libras capt⁹ eſt cathenato
hamo: nec niſi boum iugis extractus. Cc.
¶ Atthis idis. cranei filia a qua regio attica vt quidã
exiſtimant dicta eſt. cum prius actica ab actęone dice-
retur: ſiue ab actæo rege: vt Fauorino & Lycophroni
placet. Siue ab ακτη quod littus ſignificat cũ ea regio
(ſicut ſcribit Stra.) magna ex parte littoralis ſit. Qua
voce etiã vtũtur latini. Verg. At procul in ſola ſecretę
troades acta. In hac ſunt athenę & marathon campus
cum oppido eiuſdem nominis. Atthis quoq; a poetis
quãdoq; luſcinia vocat̃ quaſi attica. Mar. Sic vbi mul-
tiſona feruet ſacer atthide lucus. In attica regione fue-
runt Athenę ciuitas philoſophorum alũna. In qua pri
mus omnium Cecrops regnauit.
¶ Atticus a. um. quod ex athenis eſt: vel qđ ad Athe-
nas pertinet: vt regio attica.
¶ Atticiſſo as. attice loquor. Plaut. Non atticiſſat ſed
ſiciliſſat.
¶ Atys. huius atys nomen cuiuſdam phrygij. Et filij
Crœſi lydorum regis. Et nomen fluuij. Claud. Lucus
erat prope flumẽ atym. Hunc tamen acim appellat Eu
ſta. a celeritate quaſi ſagittam.
¶ Athrya hui⁹ athryia fluui⁹ eſt thracię in Iſtrũ fluens
¶ Atiſcoti. populi Britannici.
¶ Attollo lis. eleuo. erigo. Lac. lib. vi. Sed eũ potius
qui ad alienam felicitatẽ non attollat oculos: opes nõ
admiretur. Liui. Cunq; ſe quiſq; attollere ac leuare vel
let. Aliquãdo ponit̃ p aufero. Pac. Cuſtodite iſtũ vos
ne eum q̃s attollat: neue q̃s attingat. Aliquãdo p affe
ro. Plau. in caſi. Quid ſi propius attollamus ſigna: ſia-

muſq; obuiā? Hoc verbū facit p̄teritū attuli. Diome. Affero attuli quoniā & fero tuli dicimus. q̄q̄ & id perfectum quod eſt attuli ex alio verbo proficiſci reperimus apud veteres: ex eo qđ eſt attollo.

ℭ Attonitus: ſtupefactus. & ꝓprie is dicit̄: cui caſus vicini, fulminis & ſonitus tonitruū dat ſtuporem.

ℭ Attrecto tas ex ad & tracto ſignificat manibus tracto: palpo.

ℭ Attribuo is. impono: cōmitto: aſſigno. Liui. Cętero rum curā tuendorū C. Flāminio q̄ſtori attribuit. Cęſar lib. vltimo. Noſtri ſicut ſupioribus dieb⁹ vt cuiq; erat locus attributus ad munitionem accedunt.

ℭ Attropatia regio & para mediæ ab attropato duce noiata: qui obſtitit ne ea a macedonib⁹ ſubigeretur. Is poſtea rex declaratus: regionem hāc Media ſequeſtrauit. cuius ſucceſſores regnum cōtinuantes cū armeniorum regibus affinitatem contraxere.

A. ante V.

ℭ Au interiectio eſt cōturbatę mentis.

ℭ Auarus qui auidus ęris eſt: & nimium pecunię cupidus & ſemper in reprenſione eſt. Auidus ab auēdo eſt etiam honeſte cupiendo. Sal. Laudis cupidi pecuniæ liberales erant. Ab auarus fit auaritia cupiditas auare tenaciter. Auara terra dicitur. cū id quod in ſe recepit ampliore fœnore non reddit.

ℭ Auceps qui vel quæ aues capit. Aucupium & aucupatio ipſa auium captio.

ℭ Aucupor pe. cor. depo. aues capio. Apud veteres etiā aucupo reperit̄. Plau. in Tru. Lepide ecaſtor aucupaui. Per tranſlationē vero ſignificat artificio quodā & ſolertia quęro vt aucupor laudem.

ℭ Aucupatorius a. um. quod ad aucupium pertinet. Vnde aucupatorij calami viſcati quibus vtimur ad capiendas aues.

ℭ Auctio nomē ab augeo ſignificat augmentū. Vnde etiā ponit̄ pro venditione quæ fit per augmentum pretij cū ſit publica rerū priuatarū venditio ꝙ ementē augeat & vendētem cū res tradit̄ plus offerenti. Iuue. Si cōiugis auctio fiat. Plau. in Sti. de auctione paraſitica loquens. Nūc auctionē inquit facere decretū eſt mihi. Auctione vero haſtæ ſignificat̄ vēditio publica bonorum eorū qui dānati proſcriptive fuerunt. Nam haſtę ſubijciebāt ea quæ publice vęnundabāt ſicut in bello capta: quia vt ſcribit Feſt. Signum pręcipuū eſt haſta. Inde haſtā Cęſaris refrixiſſe ſcribit Ci. qui alibi ait. Bis iam vidimus haſtā in foro ponere & bona ciuium voci ſubiacere pręconis. Sue. in Cæſa. Ampliſſima p̄dia ex auctionibus haſtę minimo addixit. Inde a Tertuliano in apologetico. In haſtario vectigalea ſumus.

ℭ Auctionor. per auctionem vendo.

ℭ Auctionarius. qui ſic vendit.

⁎ Auctonus fili⁹ fuit apollinis & cyrenes Penei filię. C

ℭ Aucto as. frequentatiuū eſt verbi augeo. Plaut. in am. Et vt res veſtras rationeſq; veſtrorū oim bñ expedire vultis peregre & domi bono atq; amplo auctare ꝑpetuo lucro. Huius cōpoſitū eſt adaucto. Accius. quibus rē ſuā: & patriā noſtrā quōdā adauctauit pater.

ℭ Auctuarium: qđ ſup menſurā adijcit̄ aut pōdus iuſtum. vt cumulus adiectus in modio. Plaut. Auctuarium adijcito vł mille nūmū pluſq̄ poteſt. ⁎ Dicitur & auctarium vt legit Perottus.

ℭ Auctor nomē verbale ab augeo. generis maſc. pro eo qui auget. cuius fœ. eſt auctrix. Author vero quem gręc. αὐθέντην dicūt ſine c ſcribēdū eſt. Licet iam vſus ob. inuenit: vt per c ſine h ſcribat̄. gñis cois eſt. Oui. libro. iiij. faſ. Optima tu proprij nois auctor eris. Figurateq; p obliquos ſicut alia verbalia in or deſinētia neutris adiūgitur. Vergi. lib. iij. Italiā petijt fatis auctorib⁹ eſto. Eſt aūt auctor quaſi operis factor. Vnde poetę cęteriq; operū cōditores dicuntur auctores. Neq; ſolum qui opus aliquod facit: ſed qui princeps eſt: & prim⁹ iubet: vt aliqd fiat: aut inductor, perſuaſorve auctor vocatur: vt ſi quis populū ad bella cōcitauit: vel qui concordiā perſuaſit: belli vel concordię auctor fuit. Cic. li. iij. offi. Atq; huius deditionis ipſe poſthumus: qui dedebatur ſuaſor & auctor fuit: quaſi dixiſſet ſuaſor & ꝑſuaſor. Itē auctor promiſſor: vt apud Liuiū lib. ij. Auctores ſumus: tutā ibi maieſtatē romani nois fore. Itē primus propugnator: ſiue defenſor aut vindex. Idem ibi. Sed vt inuentor legis Volero: ſic Letorius collega eius auctor cum recētior: tum acrior erat. Item auctor cui quis fidem habet. Idem ibi. Agitatus deinde cōſilijs ex omni parte aſſentiendo multis auctoribus trepidauerat. Item primus denūciator. Idem ibi. Hiſdē auctoribus cognitū eſt Equos Volſcoſq; ſumma vi bellū apparare. Siſiter ratificator ſeu approbator auctor dicitur. Idē li. iij. multiq; erāt qui mollius cōſultū dicerēt: ꝙ legum ab eis latarū patres auctores fuiſſent. Is etiā in quo eſt vis poteſtas: & dignitas nec ab alio pendet poteſt dici auctor a quo auctoritas eſt appellata. Vnde illud apud Liuiū: Decreuerūt vt cum populus regem iuſſiſſet id ſic ratum eſſet ſi patres auctores fierēt. Hoc eſt ſi auctoritatē ſuam interponerent & ratū haberent. Et auctores ſentētiæ ſunt quorū ſentētiam ſequimur. Et auctores populi ſunt: i. quorū adminiſtratiōe res ei⁹ ſunt. Plau. Etiam ſi nō interrogatus tutor: ſiue auctor fuit: valet auctoritas eius cū ſe probare dicit id qđ agitur. i. auctorē fieri. Pompon. Etſi pluribus datis tutoribus vnius auctoritas ſufficiat tametſi tutor auctoretur. Vnde apud apoſtolū. Quanto tempore heres paruus eſt nihil differt a ſeruo cū ſit dñs omniū ſed ſub tutoribus & auctoribus eſt vſq; ad præfinitum tempus a patre. q̄q̄ ſint qui actoribus legant. Huius etiam nominis fœ. eſt auctrix quod multi negāt nec mirum. Sunt enī nōnulli temeritate & quidē maxima præditi qui vt ſcire multū videant̄: quod ignorant pręcipiunt. immo (qđ deterius eſt) doctrinam corripiunt putantes ſe magni aliquid egiſſe ſi aliorū ſcripta quæ non intelligunt perperam deprauata fuiſſe autument: ex quorū numero ſunt neoterici quidam ad nihil aliud q̄ ad latratū geniti: qui in cœlo os ſuum ponentes arguūt Auguſtinum ꝙ inſcite locutus ſit quippe qui ſcripſerit. Auctrix peccati Eua: auctrix meriti Maria: cum (vti aiūt) auctor dicere debuerit. quoniā generis cōmunis ſit: vt tam ad fœminas q̄ ad mares pertineat. Sed hæc ratio quātam vim habeat vel mediocriter litteris imbuti nō ignorant. Cur autem tantū tibi arrogas vt virum doctiſſimū & in omni doctrinę genere ſcientiſſimū taxare audeas? Cuius non fuiſſes dignus corrigiam calciamenti ſoluere. te quiſquis es qui Auguſtinū ſugillare cenſuiſti moneo vt abſtineas ab iſtac cēſoria virga ne dum alienā imperitiā inſimulas te litterarū ignarū oſtēdas. Et tuā inſcitiā celatā habe nec cōtra mūdi lumina quicq̄ efficias qđ tibi dedecori ignominięq; futurū ſit. Eſt eq̄dē auctor cōmune nomē. verū nō obſtat q̄n auctrix etiā fœ. genere recte dicatur quādo alia quoq; ei⁹ inueniri liceat. Nā hoſpes cōi gñe inflectit̄: cū tñ hoſpitā dicam⁹. Leno ſcđm Priſ. gñis cōis. q̄uis & lena fœ. legat̄ qualia ſūt alia mlta q̄ breuitatis cauſa omitto. Nō fuit ergo culpandus Auguſtinus: qui latiniſſim⁹ ſemper fuit in eo maxime qđ eloquētiſſimi alij vſurparūt. Nam Hiero. ſermone: quē de beata virgine ędidit: ſic

inquit. Huius ſacrę virginis partus non ſolum reſtau-
rauit dirupta: ſed dona cōtu'it ſempiterna: Et ideo prę
conijs veneremur ſalutis auctricem quæ dum auctorē
ſuum concepit ex cœlo: nobis redemptorem oſtendit
in ſeculo. Sed nolo exemplis grecorum gratuitateq́ʒ re
fellere: ſed iſta monſtroſitas grammatiſtarum emana-
uit ob inopiam litterarū: & rerum altiorum. Ideo in la
na caprina dimicant.

⁎ Auctum ſpaciū Cyrci quod ſup diffinitū nomen vi
ctorię adiungebatur. Cc.

❡ Auctoritas quandoq́ʒ accipitur pro ſentētia imita-
tione digna. Quandoq́ʒ pro poteſtate. Liui. lib. ij. Nec
ante mouerūt de ſententia conſulem: q̄ tribuni ſe i au
ctoritate patrū futuros eſſe polliciti ſunt. Quandoq́ʒ p
æſtimatione. Cic. lib. j. phil. A vobis peto vt ſi ſeq mi
nus videbitis orationem meam atq́ʒ auctoritatem me
am: benigne me tñ vt feciſtis audiatis. quandoq́ʒ p no
minis dignitate. Idem in eodem lib. iij. Nunc primum
ita cōuenimus: vt illius de beneficio poſſemus q̄ ſenti
remus libere dicere: tribuenda eſt auctoritas vt remp.
non modo a ſe ſuſceptam ſed etiam a nobis cōmenda
tam poſſit defendere.

❡ Auctoramentū ſumitur p obligatiōe nexuq́ʒ ac ve
luti ſtipēdio p̄cioq́ʒ eius q ſit auctoratus. i. obligatus.
Cic. lib. j. offi. mercedē ait eē auctoramētum ſeruitutis
Vbi auctoramētū capit̄ p illa obligatiōe q̄ mercenari⁹
accepta mercede cogit̄ ſeruire. A Liuio auctoratus p
ditor dict⁹ quaſi obligatus & deuinctus. Manlius li. v.
aſtronomicon miniſtros ppetuo quaſi epitheto aucto
ratos vocat i. ā q̄ ppetuos mercenarios: obligatoſq́ʒ do
minis a quib⁹ mercede comparant̄. Sic em̄ ait. Atq́ʒ au
ctoratos in tertia iura miniſtros. Sic Ser. dixit ſolos pa
rentes hr̄e ptātem auctorandi.

❡ Audeo es. auſi vl' auſus ſum. Oui. lib. vj. met. Et ni
hil eſt quod non inopino captus amore Auſit: nec ca-
piunt incluſas pectora flāmas. Eſt aūt audere fidētem
eſſe. Plaut. Vix domo egredi audet. Aliquando teme
re p̄ſumere. Ver. Hęc p̄mia qui me Ferro auſi tentare
ferunt.

❡ Audax mō fidēs dr̄. Ver. Quiq́ʒ pedū curſu valet &
qui viribus audax. Mō temerari⁹. Plau. Pergin audax
hoc facinus pſequi? Hinc audacia p fiducia & p teme-
ritate. Cic. Nec vires eis: nec audacia nec tela defuere.
Sal. Audacia pro muro habetur.

❡ Audacter & audacter per ſyncopam. Cice. pro Ro
ſcio. Multa ſcelerate multa audacter multa improbe
feciſti.

❡ Audaculus diminutiuum. Gel. Aderat rep̄henſor
audaculus verborum.

❡ Auſio. auſus & auſum. pro temere præſumpto acci
piuntur. Maro. Hoc tibi pro meritis & talibus impre-
cor auſis.

❡ Auſim is. it. ponitur pro ſubiunctiuo. Audeam au
deas audeat.

❡ Audio is. iui. itum. pprie ſignificat auribus accipio
ἀπὸ τῆς αὐδῆς. i. a voce cuius pprīū eſt: vt audiatur
Vergi. Audiendi vocabulum etiā ad ea tanſtulit: quæ
auribus & ſenſu carēt. Et fruſtra retinacula tēdēs Fer-
tur equis auriga neq́ʒ audit currus habenas. aliquando
audire eſt intelligere: aduertere. Ver. Progeniē ſed em̄
troiano a ſanguine duci audierat. Iuxta has duas ſigni
ficationes ſcriptum eſt. Qui habet aures audiendi au-
diat: quia vt Hie. inquit. Vbicūq́ʒ hæc duo iuncta ponū
tur non ad ſimplicē tantū verbo ſonū: ſed ad recōdi-
tam quoq́ʒ dictorum intelligētiam ptinere intelligen-
dum eſt. Interdū audire eſt audita petenti concedere.
Verg. Audijt & genitor cœli de pte ſiniſtra Intonuit lę
uū. interdum credere accedere. Cic. in tuſc. Nec Home
rum audio qui Ganymedē a dijs raptū ait. Interdū vt
p̄cipienti parer̄. Et hoc tā cū actō q̄ cū dtō. Cic. Audi
es te. i. auſcultabis tibi. Nam audire præcepta alicuius
dicimus cum eis paremus. Cum datiuo. Idem. Et au
diens eſſet huic ordini. id eſt obediens. Inuenit̄ & au-
dio cū aduerbio bene quod ſignificat bn̄dicor. laudor
Ter. Bn̄dictis ſi certaſſet: audiſſet bene. Hui⁹ verbi cō-
poſita ſunt Exaudio. Inaudio bene vl' perfecte audio
Plau. Inaudiſſe inquit. i. valde. Cic. Panſæ pro ſimpli
ci. Quorū erupit illa vox de qua ego ex re primum in-
audieram. Inauditus tamen pro non auditus dr̄: vt res
inaudita. Cic. Rem certe nouā & ante hunc diē inaudi
tā. Et inauditum q̄ńq́ʒ dicit̄ quod non audit. Varro. A
nimalium aliud alio ſenſu caret. Quædam. n. a natura
gignuntur aut inodora aut inaudita. Obedio veteres
obaudio dixerunt. ſubaudio: quod non parum audio
ſignificat modo intelligo.

❡ Auditus us. modo ſenſum audiendi ſignifi. vt qui
q́ʒ ſunt ſenſus: viſus: auditus: guſtus: odorat⁹: & tact⁹:
modo id quod auditum eſt. Plynius. Ego ex auditu lo
quebar.

❡ Auditio ipſe audiendi actus. q̄ & audientia dicitur.
Plau. Exurge præco fac populo audiētiam. Hoc ē fac
vt populus audiat.

❡ Auditorium. locus vbi auditur p̄ceptor aut orās vl'
ipſa auditorum turba.

❡ Aueo es. verbū defectiuū ſignif. cōcupiſco. Ci. li. j.
offi. Itaq́ʒ cū ſumus negocijs curiſq́ʒ vacui tū auemus
aliquid audire & diſcere. Auere etiā a nimia cupiditate
pro gaudere ponit̄. Vñ ſalutantes quoq́ʒ Aue dicim⁹
. i. gaude & lætare.

❡ Aueho his. abduco: ſiue inde alio veho. Sue. in Cę
ſa. Stipēdiariū quoq́ʒ pronūciatū & abſtrahētibus ſta-
tim eripuit occultauitq́ʒ apud ſe diu & mox ex p̄fectu
ra proficiſcens in hiſpaniam inter offam proſequentiū
faſceſq́ʒ lictorū lectica ſua auexit.

❡ Auellana ab auella oppido campanię vbi abūdat &
alio noīe Corylus ſeu etiā nux pontica q: in aſiā gręci
amq́ʒ primo e ponto venit. Eadem & prænestina dicit̄
q: prænestini his abundent.

❡ Auena dicta eſt q: ad fructum non veniat. Eſt enim
frumenti vitium qd ſole maxime cœliq́ʒ humore acci
dit: aliquando etiam ſeminis imbecillitate: cum diuti⁹
terra retentum eſt priuſ q̄ erumpat vel ſi cano ſum fuit
cum ſereretur. Vel dicitur auena a creſcendi auiditate.
Ponitur interdū auena pro ſtipula ſeu calamo: aut pro
ſtilo charactereq́ʒ poetico. Verg. Syluestrem tenui mu
ſam meditaris auena. Ab auena fit auenaceus. a. um.
Plynius libro. xxx. Vel cum farina hordeacea vel aue
nacea.

⁎ Auenaria Cicadæ ſpēs eſt quam nōnulli frumenta
riam vocant quoniam ſimul cū frumētis areſcentibus
apparet. Cc.

❡ Auentinus penultima prod. mons romę vel ab aui
bus q: ſe a Tyberi ferrēt aues. vel ab auētino rege qui
ibi extinctus ac ſepultus fuit. Vel ab aduentu hominū
q: commune latinorum ibi Dianæ templum eſſet con
ſtitutum: eoq́ʒ olim paludibus ex vrbe ratibus aduehe
batur.

❡ Auernus generis maſ. in plurali auerna orum. lac⁹
campaniæ prope Baias quem locū Plutoni dicatum
opinabantur. Hinc ad inferos introitus patere credeba
tur: dictus quaſi ἄορνος ſine aue. Hoc eſt auib⁹ inacceſ
ſus. ὅτι ἀστερὲς καὶ ὄρνεον ἢ ὄρνισ ὄρνεος ἕνεκα τῆς γεωσ
ϑερμέος. qm̄ a priuat & orneū auis propter acrē ſtrāgu
lationem. Lucre. lib. vj. Principioq́ʒ auerna vocant nō

nomē id ab te Impoſitum eſt quia ſunt auib⁹ cōtraria
cunctis. Stra.lib.vj Contiguus Baijs Lucrin⁹ adeſt ſi
nus intra quem auernus eſt.

¶ Auerni ppli fuerunt galliæ aquitanię qui frequēter
cōtra rom.bella geſſerūt. Nā.cc.milibus bellatorū pri
mo deinde duplicatis aduerſus Cæſarē cū Vergēto re
geprælium commiſerunt.

¶ Auerto is.alio verto.amoueo. Verg.Nec poſſe Ita
lia Teucrorū auertere regē. Et cū dicim⁹ auerto oculos
aut mentē:ſignificat aliūde remoueo. Aduerto vero
oculos.i.aliquo conuerto. Sunt eñ contraria auerto &
conuerto. Inde auerſus & aduerſus. Hic auerſo ſas.fre
quentatiuum.

¶ Auertor teris.deponens ſignificat dedignor quod
fit cum ex aliqua re quā deteſtamur vultum auertim⁹.
Boeti⁹. Heuheu q̄ ſurda miſeros auertitur aure.i.ſper
nit dedignatur. Ponitur & quandoq; pro auerto.Col.
lib.xij. Somni:& vini ſit abſtinentiſſimus q̄ vtraq; ſūt
inimiciſſima diligentiæ. Nam & ebrioſo cura officij pa
riter cum memoria ſubtrahitur: & ſomniculoſum plu
rima effugiūt. Quid enim aut ipſe agere:aut cuiq̄ dor
miens imparet? Quin etiam ſit a venereis amorib⁹ auer
ſus quibus ſi ſe dederit nō aliud quicq̄ poſſit cogitare:
q̄ illud qđ diligit. nam vitijs eiuſmodi pellect⁹:nec prę
miū iucundius q̄ fructū libidinis: nec ſuppliciū grauı⁹
q̄ fruſtrationem cupiditatis exiſtimat.

¶ Auerſor aris. Vide in dictione aduerſor.

¶ Auerſus terga oſtēdit. Aduerſus oppoſitus eſt ve
luti oppoſito pectore atq; obiecto. Ci. Aduerſ⁹ & auer
ſus īpudicus es.quod eſt ex anteriore & poſteriore pte
muliebria patens. Rurſus q̄ non viſunt & q̄ latēt auer
ſa dicimus. Quę vero patēt & cōſpici tota poſſunt ad
uerſa. Nec aliter fere Plyn.appellat.q̄ greci per diame
tron:hoc eſt p dimetientē lineā obiecta dicunt. Per trāſ
lationē auerſus dicit̃ irat⁹. Ver.lib.iiij. Talia dicentē iā
dudū auerſa tuetur. Nam ſi intueret̃ quō auerſa niſi in
telligas iratam?

¶ Auerſa Venus dicitur p̄poſterus coitus qui infand⁹
eſt:& execrādus. Iul.Capito.de Clodio albino. Mulie
rarius fuit inter primos amatores: auerſæ veneris ſem
per ignarus & taliū perſecutor.

⁎ Aufero vide fero. Aufugio vide fugio.

¶ Aufidus pe.cor.fluuius apuliæ qui in adriaticū ma
re infunditur ab aliquib⁹ Canna vocatus. Quo nomi
ne vicus et ſupereminens nominatur celebris Roma
norum clade.

¶ Auge a latinis dicitur aurora:ſiue ſplendor.

¶ Augeo es.xi.ctum. accreſco ſeu creſcere facio am
plifico. Lact.lib.vj. Et dū voluerūt ſanare vitia auxe
rūt. Hic cōpōit̃ adaugeo & exaugeo q̄ vehemētiā ſigni
ficāt. Ter.in heau. Hoc timet ne tua duricia ātiqua illa
etiā adaucta ſiet. Idē. Ibi concurrunt multę opiniōes q̄
mihi animum exaugeant occaſio:locus ætas: mater
ſub cuius imperio eſt mala. Ab augeo fiunt aucto.as.
auctus a.um.auctus us. auctionor.auctor. & augeſco
augeſcis.

¶ Augeſco. auctus magnus vel groſſus fio. Sumitur
enim paſſiue. Plyn.lib.xj. Augeſcunt corpora dulcib⁹
atq; pinguibus & potu:minuuntur ſiccis & aridis & ſi
ti. Ci.in Cato. A qua oriēs vua ſe oñdit q̄ & ſucco terræ
& calore ſolis augeſcēs:primo eſt p acerba guſtatu: de
inde maturata dulceſcit. Inter augeſcere & augere hoc
intereſt q; augeſcere intrinſecus augmētū ſuū operat̃.
Augere vero extrinſecus.

⁎ Augifico nonnulli ex antiquis dixerūt. Aenni⁹. Et
tabes numeros augificabit ſuos. Cc.

¶ Augmento as.idē quod augeo. Ci.in Lel. Sed vi
uendi eſt finis optimus cum integra mente cæteriſq;
ſenſibus opus ipſa ſuum q̄ augmentauit natura diſſol
uit. Hinc coaugmento. Lac.de ira dei. Senſus:cogita
tio:memoria:ingenium:quibus ſeminibus coaugmē
tari poſſunt.

¶ Augur generis cōis. qđ & augeteris:ſcđm Priſci.
dr̃ ab auibus gerendoq; quis p cū auium geſtus edici
tur. vel ab auiu garritu. Et is eit qui auris ſuas auiū vo
cibus accommodans futura pnunciat. Hinc auguriū
quod & augur & augurium dicitur pro ipſa diuinatiōe
quaſi augerium dictum vel augariū. Erant aūt tria di
uinationis genera in auib⁹. Nam aliæ volatu:alię can
tu futura p̄dicebant. Et illæ quidem p̄peres iſtę oſcinæ
dicebantur. Erat & tertium gen⁹ ex illarum guſtatu cū
pullis gallinaceis e cauea depromptis eſca porrigeba
tur vt tripudium ſoliſtimum inde eſſet:perniciēq; por
tendebatur:ſi eſcam non caperent. Quapropter infeli
cem conflictum a Numātinis in Mancinū illatum prę
dixerūt pulliq eſcā nō ceperūt ſed ex cauea euolarūt.

¶ Auguror pe.cor.depo.auguriū facio:diuino. Oui.
lib.iij.meta. Iāq; dies aderit quam nō procul auguror
eſſe. Cōpoſita ſunt inauguror & exauguror quæ ſunt
contraria. Eſt enim inaugurari non ſolum i augurum
numerū adſcribi & cooptari:ſed etiā in aliud ſacerdo
tium conſecrari. Cicero de Antonio Cæſaris flamine.
Quid igit̃ ceſſas? cur non inaugurare? ſume diem: vi
de qui te inauguret.

⁎ Auguraculum veteres dicebant quam nos arcē vo
camus:q; ibi aues publice auſpicarent̃. Cc.

⁎ Auguralis virga lituus appellatus eſt breuis in late
re qua robuſtior eſt incurua. Cc.

¶ Auguro as. Idem. Ver.lib.ix. Et ſiquid veri mēs au
gurat opto.

¶ Augurior.idem. Hier.in gñ. Scyphus quem furati
eſtis ipſe eſt in quo bibit dominus meus.& in quo au
gurari ſolet.

¶ Auguſtus locus religioſus ſanctus in quo augu
rato quid conſecratur. ab auctu.hoc eſt incremento
Vnde auguſtum quaſi auctū Iouis ope imperium.ad
quod nomen alluſit Ouidius. Augeat imperiū noſtri
ducis:augeat annos. Egeſippus quoq; lib.v. Augu
ſtum apud Romanos nomen imperij eſt:q; augeat ſu
os:non q; alienos opprimat. Vel dicit̃ Auguſt⁹ ab aui
um geſtu.i.qui ab auibus ſignificatus eſt: vel ab auiū
guſtatu:quia aues paſtæ id ratum fecere. Vnde Augu
ſtū tectū dicitur augurio conſecratū. Aedes enim rem
plaq; rite conſecrātes appellarūt auguſta. Vñ Ouid.li.
j.faſt. vult Auguſtū fuiſſe dictū quaſi rite a populo ſa
cerdotibuſq; dicatū: eadēq; ab origine auguria dicta
quaſi ea Iuppiter manu ſua dare & augere ſit viſ⁹. Ait
enim. Sancta vocāt auguſta pres:auguſta vocant̃ Tē
pla ſacerdotū rite ſacrata manu. Hu⁹ & auguriū depē
det origine verbi. Et quodcūq; ſua Iuppiter auget ope
Abuſiue tñ Auguſtus p nobili ſacro & maieſtatis ple
no ponit̃. Ver.lib. Geor. Si qñ ſedē auguſtā. Vñ augu
ſti dicti ſūt Ro. Impatores ab Octauio auguſto:q pri
mus meruit hoc cognomē. Et Auguſt⁹ mēſis dict⁹ eſt
qui antea Sextilis vocabat̃ donec nomē auguſti dare
tur ex ſenatuſcon. Nā Auguſt⁹ Cęſar menſe ſextili pri
mū cōſulatū iniit: triūphos i vrbē intulit. Et ianiculo le
giōes deductę ſecutęq; ſunt ei⁹ auſpicia. Sed & ægypt⁹
hoc mēſe in p̄tātē ppli ro.redacta eſt: finiſq; ciuilibus
bellis hoc menſe īpoſit⁹. Atq; ob has cauſas: cum hic
mēſis huic īperio feliciſſim⁹ fuerit: placuit ſenatui: vt
hic mēſis Auguſtus appellaretur.

⁎ Auguſta laus⁹ ampliſſima eſt:& arbore & folio: bac
carū non aſpero guſtatu. Cc.

¶ Auguſtale: domus in qua habitat magiſtratus: quę & prætorium dicitur.
¶ Auguſta cæſarea vrbs ſupra Iberū ſita. Diſtat a numantia ad.lxxx.ſtadia.
¶ Auguſta emerita: ciuitas luſitaniæ q̄ ab emeritis cōditoribꝰ & auguſto nomē ſortita eſt. Nā vt Dio. refert. Quo tpe Cæſar Auguſtus Cantabris & aſturibus deuictis in Italiam rediret: reliquit milites qui ſupra ætatem forēt atq; conceſſit ipſis vt in luſitania auguſtam emeritam conderent.
⁎ Auguſteū marmor vndatim criſpū in vertices. Cc.
¶ Auidus. cupidus a nō vidēdo vt qdā putant ꝙ propter nimiā cupiditatē nō videat qd agat. De hoc etiam in dictione auarꝰ.
¶ Auis videt̃ cōpoſita dictio quaſi ſine via: quia volatus ſciri non pōt. Nā aues vias certas nō habēt: ſed per auia quęq; diſcurrūt. Vel dr̃ auis ab aduētu eiꝰ: quia inde veniat vn̄ quis non ſuſpicet̃. vel ꝙ ſingulis annis adueniat. Et proprie auis eſt q̄ oua parit pēnis p̄dita p̄ter vnū veſpertilionē qui vtroq; caret. Volucris eſt q̄cunq; volans: vt veſpa.
⁎ Aues palamedis a poetis grues dr̄r. Mar. Turbabis verſꝰ: nec littora tota volabit vnā perdideris ſi Palamedis auem. Cc.
⁎ Aues ſedere dr̄r. qn̄ in altiori ſunt ſitę vt cornix i arbore ſedet. Cc.
¶ Auiarꝰ: qui curam auium gerit. Col. lib. ix. de gallinis. Sic tn̄ vt illuſtria ſint loca quæ cōmodius habitet auiarius qui ſubinde debet ſpeculari. aut incubātis aut parturientis fœtus.
¶ Auiariū locus ſylueſter ſine via. Ser. Auiaria ſecreta nemora quę aues frequentant. Vir. lib. ij. Geo. Sanguineis inculta rubent auiaria baccis. Itē auiaria dicūtur loca vbi pēnata nutriunt̃: vel clauduntur: vł cuſtodiunt̃: vel quo ſe aues recipiūt & columbi & paſſeres. ſicut apiaria quo apes. græce ornithones vocant̃. Col. lib. xix. Quæ nos ſimiliter appellamꝰ apū cubilia apiaria: vel nantium volucrum q̄ ſtagnis piſcinisq; lętātur auiaria: vel etiam pecudum ſylueſtrium q̄ nemoribus clauſis cuſtodiūtur viuaria. Hoc modo auiariū & auiarius ab auibus ſunt.
¶ Auicula diminutiuū parua auis. Gel. li. ij. Auicula eſt parua: nomē eſt Caſſita: nidulat̃q; in ſegetibus. Itē auicula diminu. eſt ab auia. Cic. p L. Flacco. Nunc denīq; matercule ſuę feſtiuus filiꝰ auiculæ minime ſuſpicioſæ purgat ſe per epiſtolam.
¶ Auilla quaſi ouilla. agnꝰ recentis partus.
¶ Auius. a. um. quod eſt ſine via. Virg. lib. ij. Georgi. Auia tum reſonāt auibꝰ virgulta canoris. Sal. in Iug. Ipſe cum delectis militibꝰ Metellū ſequitur nocturnis & auijs itineribus ignoratus repente romanos palantes aggreditur.
¶ Auus ab æuo noīatus eſt. quia patre antiquior ſit. Vel a græco ἄυοσ reſonans quia ἄυω ſicco clamo ſtrepo: eſt enī querula illa ætas ab α priuatiua ὕω pluo: vel dicitur auus ꝙ ad patrē ſit additus. Et eſt patris vel matris pater. a quo Proauus aui paterni vel materni pater ꝙ ſit prope auum. Inde abauus: proaui paterni vł materni pater. ꝙ ſit tā procul ab auo. Deniq; atauus: & tritauus: quaſi tetrauus: quia quartus ſit ab auo: vel quaſi tertius pater. Eſt enī atauus ſiue tritauꝰ abaui vel abauiæ pater. Poſt tritauū maiores dicunt̃.
¶ Auia p̄ris vel m̄ris mr̄. a q̄ ꝓauia abauia & tritauia.
¶ Auitus a. um. pe. pro. ab auo ſiue ab auia fit. & ſignificat qđ ad auū ſiue ad maiores ptinet. Ci. in Ver. acti. ij. Nulla res cuiuſq̄ tam patria atq; auita fuit q̄ nō ab eo iperio iſtiꝰ abiudicaretur. Liu. Interuenit deinde his cogitationibꝰ auitū malum regni cupido.
¶ Auunculꝰ nō eſt diminutiuū. quia nō recte format̃: ſed eſt matris meæ frater: ſic dictus ꝙ æque tertiꝰ a me vt auus eſt: ſed nō eiuſdē iuris. Ideoq; vocabuli facta diminutio eſt: ꝑinde ac minor auus. Vel dicit̃ auunculꝰ ꝙ aui locū teneat & ꝓximitate tueat̃ ſororis filios: quēadmodū frater patris a patre patruus appellat̃ ꝙ ſit q̄ſi alter pater. Vn̄ & ipſi fratrū ac ſororꝝ filij nepotes ex fratre & nepotes ex ſorore dicuntur. Auūculus maior eſt autē maternæ frater. Perſ. Maior auunculus exit.
¶ Aula a noſtris para domus q̄ vulgo ſala ſeu atrium dicit̃. ἀυλὴ enī latine atriū dicit̃. Antiqui aulas ollas dicebāt. i. vaſa figulina quibus cibaria coquunt̃. Plau. in Am. Optimo iure infringat̃ aula cineris in caput. Huius diminutiuū eſt aulula a quo Plautina fabula aulularia vocitata eſt hoc ē parua olla in qua reponitꝰ erat theſaurus. Fit etiā aliud diminutiuū qđ ē auxilla. Eſt & aula principis domꝰ q̄ & regia dicit̃. Sene. Notiſſima vox eſt eius qui in cultu regum cōſenuerat. cū quidam illū interrogaret quo modo rariſſimā rem in aula conſecutus eſſet ſenectutem? Iniurias inquit accipiendo & gratias ſæpe agendo.
nacius dicitur quo prunas & cinerem e foco tollere ſole
mus: vt alio transferamus. Apitius de petaſone. Et Ar
millam inquit illius candenti battillo vris: & melle conte
gis. Et de diuo Laurētio ſcribitur. Allati ſunt Battilli cū
prunis. Hieronymus li. numerorum genere neutro vſus
eſt. Ignium receptacula fuſcinulas & tridētes vncinos ac
battilla. Battillum etiam ruſtici vocāt ferreum inſtrumē
tum quo ad ſulcos: elices: foſſaſq; in agris faciendas vtū
tur. Item. Battillus ſignificat fere bracteam & laminam.
Vnde nos vulgo quoq; ferrum tali forma nominamus
battillum.

¶ Bathyllus: cum th. aſpirato & y greco fuit nomē ado
leſcentis. De quo Hora. in Epo. Nō aliter Samio dicunt
arſiſſe bathyllo Anacreonta teium.

¶ Bathynon interpretatur profundum.

¶ Baubare factitium verbū a voce canum cum latrant.
bau. bau. facientes. Lucil. li. v. Et cum deſerti baubāt in
ædibus omnes.

¶ Bauli. villę nomen eſt quę inter promontorium Miſa
num baiarumq; lacum flexo mari alluitur. Seruius cau
ſam nominis inde factam memorat: q̄ olim Hercules iu
xta baias fecit caulam bobus: & eā ſepſit. Qui locus pri
mo baulia dictus: mox dici cœpit bauli.

B. ante D. et. E.

¶ Bdellium: arbor nigra magnitudine oleæ: folio & ro
bore ſimilis caprifici. Naſcitur in bractianis: vt Plynius
libro duodecimo ſcribit. Cu⁹ etiam ſuccus bdellium di
citur.

¶ Beati a bene habendo dicti ſunt. Qui ſint dicendi bea
ti. Sene. libro ſexto Epiſto. declarat his verbis. Hoc nos
doce beatum nō eum eſſe quem vulgus appellat: ad quē
pecunia magna confluxit: ſed illum cui bonum omne in
animo eſt erectum & excīſum & mirabilia calcātem: qui
neminem videt cum quo ſe commutatum velit: qui ho
minem ea ſola parte exiſtimat qua homo eſt: qui natura
magiſtra vtitur: ad illius leges componitur: ſic viuit quo
modo illa præſcripſit: cui bona illa nulla vis excutit: qui
mala in bonū conuertit: certus iudicij: in cōcuſſus: intre
pidus: quem aliqua vis mouet: nulla perturbat: quē for
tuna cum in eum quod habuit telum nocentiſſimum vi
maxima intorſit: pungit non vulnerat. Cicero libro quī
to tuſcu. Hos exiſtimo beatos qui ſint in bonis nullo ad
iuncto malo. Apul. lib. de philoſophia. Illum omnibus
beatum videri cui & bona ſuppetūt: & quemadmodum
carere vitijs debeat callet. Felices dicuntur bonorū om
nium compotes. Aliæ quoq; res beatæ feliceſq; dici poſ
ſunt: vt vox beata. i. plena ac perfecta. Et vocis felicitas
apud Quinti. Interdum ponitur beatus pro nobili. Ho
ra. lib. car. Neſcias an te generum beatæ Phillidis flauæ.
Huius diminu. eſt Beatulus. Perſi. Tandemq; beatulus
alto compoſitus lecto.

⁎ Beatitas & beatitudo Ci. dura eſſe iudicauit: tamen ea
putauit vſu fieri poſſe molliora: & beatitas magis latinū
eſſe ſenſit q̄ beatitudo: tamē beatitas repudiata eſt. Bea
titudo recepta in vſum. Cc.

¶ Bebrycium ſiue Bebryacum: vicus eſt inter Cremo
nam & Veronam qui vulgo dicitur Labina. clarum dua
bus cladibus romanorum Cornelij & Tatij. In eo Vitel
lius cum Othone conflixit. Cor. Tacitus. Eo die quo be
briaci certabatur auem iuſitata facie apud rhegium lepi
di celebri luco conſediſſe in colle: vt memorāt: nec dein
de cœtu hominum aut volantium alitum textitam pul
ſam ve donec Otho ſe ipſe interficeret.

¶ Bebrycia regio: quæ vt Salluſtius docet maior phry
gia dicta eſt. A qua Bebrycius bebrycia bebrycium: &
Bebryx bebrycis: pe. indifferente. Val. Flaccus libro ſe
cundo. Bebrycis & ſcythici procul inclęmentia ſaxi. Lu
c. libro ſexto. Pinguis Bebrycio diſceſſit vomere ſul
cus. Sil. libro tertio. Poſſeſſus bacchο ſæua bebrycis in
aula.

⁎ Bechion herba eſt quę latine tuſſilago dicitur: quia tuſ
ſim ſedat. Sic appellata ἀπὸ τῆς βηχὸς ὠφελεῖν: hoc eſt
a tuſſi ſananda. Cuius duo genera de quibus aliunde Pe
rottus in eor.

¶ Beelzebub Idolum fuit Accaron. qđ in Regum vo
lumie vocatur idolum muſcę. Beel ipſe eſt Bel ſiue Baal
zebub muſca. Et interpretatur vir muſcarum.

¶ Beelphegor interpretatur vir habens hiatum: vel de
us hiās: vel ſimulacrum ignominiæ. Idolum fuit Moab
vocabulo Baal ſiue Beel ſuper montem phegor: quem
latini Priapum ferunt.

¶ Beelſephon. vir habens arcana: vel dominus aquilo
nis ſeu vetuſtus deus habens ſpeculam.

¶ Beemoth. ex hebręa voce latine animal ſignificat. Iō
autem diabolus beemoth. i. animal dicitur. q̄ de excel
ſis ad terrena decidit: & pro merito ſuo: vt animal brutū
effectus ſit. Ipſe eſt & Leuiathan.

⁎ Beergios vn⁹ ex neptuni filijs quem hercules vicit. Cc

¶ Belbina penultima producta. Inſula æginę proxima. Fuit & in continenti laconiæ agro Belbina: vt inquit Stra.

¶ Belial apud nos dicitur abſq; iugo: vel abſq; domino.

¶ Belgę ciuitas Galliæ a qua regio Belgica dicta eſt quaſi bellorum gens: vbi vehicula quædam primum inuenta fuerũt quæ Eſſeda dicũtur. Virgilius. Belgica vel molli melius feret Eſſeda collo. ✶ Inde Belgi populi.

✶ Belua immanis fera quaſi bellum gerens a quo Beluinus adiectiuum. Nam belutus quo veteres vſi ſunt pro eo quod eſt beluę ſimilis. Cc.

¶ Belus: per ſimplex l. nomen proprium regis aſſyriorum & pater Nini qui primus regnauit: & poſtea dictus eſt Bel. Vnde Beelzebub. Nam eorum lingua ſol bel dicitur. Vnde & helios. Ergo addita digamma & facta deriuatione a ſole: regi nomen impoſitum. Hoc etiam nomine dictus eſt fluuius ſyrię vbi primo compertum fuiſſe vitrum Plynius ſcribit libro ſexto. Ioſephus libro ſecundo belli iudaici Stadijs ait duobus a ptolemaide belum amnem diſtare iuxta quem ſepulcrum Memnonis ſit: & vitrea in rotunda valle arena quã venti ex circũdatis iugis conuehant inexhauſta ſæculis vi: ſed ante omnia mirabili natura mutandi alia quoq; in vitrum quę attigerit metalla.

¶ Bellus. a. um. per duplex ll. diminutiuum eſt a bonus. Var. Ita cum eis bellum geras: vt bella omnia domũ auferas id eſt bona omnia. Idem. Bellior pro melior poſuit. Venio nunc ad vltimum teſtamẽtum quod dicit̃ phyſicon: in quo græci belliores q̃ Romani noſtri. Et quoniam bonũ quandoq; pulchrum ſignificat: vt apud Teren. Forma bona fortaſſe: bellum quoq; pro pulchro accipitur: vt Bellus puer: bella puella: bellum corpꝰ. Mar. Bella es nouimus & puella verum eſt. Hic belli homines aliquando boni & prudentes: aliquãdo formoſi atq; elegãtes dicunt̃. Et belliſſimus optimus vel pulcherrimus. Teren. in Adel. Ego iam proſpiciã mihi: atq; vnũquodq; qđ erit belliſſimum carpam.

¶ Bellulus a. um. diminutiuum formatum a diminutiuo: id eſt pulcherulus: a quo aduerbium Bellule. Plautꝰ. Nam nurus bellule ſe habebat.

¶ Bellatulus bellatula bellatulum vocabulum blãdientis eiuſdem ſignificantię cum bellulus. Plau. Cũ imus ergo cubitum bella bellatula.

¶ Bella læ. oppidum Campaniæ. Virgilius li. vij. Mœnia Bellæ.

¶ Bellum proprie diſſenſio hoſtilis per quã arma mouẽtur: & ſignificat totum tempus quo ſunt in militia homines: prælium certamen ipſum. Pugna etiam citra arma fit nudis verbis. Virgili. exemplum de bello & prędio poſuit. Infantem fugiens media inter prędia belli. Et Liuius refert Populum Ro. nullo bello: multis vero prælijs victum eſſe. Aliquando tamen bellum capitur pro prędio. Salluſtius. In eo bello trecẽti milites deſyderati. Dictum bellum vt Priſ. ſentit. ab eo quod eſt bonũ per antiphraſim diminutiuum q᷑ minime bonum ſit. Alij non per cõtrarium a bono deducũt: q᷑ boni gratia bella olim ſuſciperentur: nec ad inferendam ſed ad propulſandam iniuriam pacemq; parandam. Quapropter hoſtes etiam abſequando dicti ſunt. Alij a duello deriuãt abiecta d. & digamma in b. cõuerſo. Feſtus a beluis quia beluarũ pernicioſa ſit diſſenſio. Bellicus a. um. qđ ad bellum pertinet: vt arma bellica.

¶ Bellica bellicæ dicebatur colũnella illa ante templum bellonæ ſuper quam iaciebant haſtam cum bellum indicerent.

¶ Bellicoſus ferox. Sallu. in Iug. Libyes q̃ gætuli minꝰ bellicoſi erant.

¶ Bellax adiectiuum idem quod bellicoſus.

¶ Bello as. oppugno bellum gero: confligo. Plyni. Romana arma primum Claudio pricipe in Mauritania bellauere Ptolemęum regem a C. Cęſare interemptum. Eſt & bellor aris. deponens. Virgilius. Et pictis bellant̃ amazones armis. Compoſita ſunt debello & rebello. primum ſignificat expugno. vnde Debellatos hoſtes dicimus victos. Alterum repugno. Vnde Rebelles.

¶ Bellator non modo qui bellũ gerit: ſed etiam per quẽ bellum geritur. Virg. li. x. Et inter Bellatoris equi caua tẽpora conijcit haſtam. Bellatrix quæ bellum gerit ſeu bellicoſa eſt. Idem. Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ Bellatrix.

¶ Bellarius a. um: quod bello aptum eſt: vt arma ſagittę & huiuſmodi quaſi inſtrumenta bellica.

¶ Bellaria vero dicuntur res bellis aptæ: vtpote arma ſagittæ & ſimilia: quaſi bellica inſtrumenta. Item bellaria cibi ſecundę menſæ a bonitate vt Do. ait. Ad irritãdam gulam. quę Tragemata aut pẽmata gręci: ea veteres noſtri bellaria dixere: vt inquit Gel. quæ mellita eſſe ſuerunt. Macro. in Satur. Adhuc dicẽte Furio ſecũdę menſę illata bellaria nouo ſermoni principium dedere. Vina quoq; dulciora eſt inuenire in comœdijs antiquioribus hoc vocabulo appellata: dictaq; eſſe ea Liberi bellaria.

¶ Belligero as: bellum gero. Plautus in cap. Belligerant ætoli cũ Aulidis. Hinc Belliger. Vnde Mars Belliger dicitur a bello gerendo.

¶ Bellipotens cum accentu in antepenultima. qui bello pollet.

✶ Bellitudo pro pulchritudine poſuit Pompeius.

✶ Bellicrepa genus veteris ſaltationis a Romulo inſtitutę in qua cum armis ſaltabant. Cc.

¶ Bellona. pe. pro. bellorum dea Martis ſoror q̃uis quidam Palladẽ dicant cui proprio ſanguine ſacerdotes ſacrificabant: ante cuius templum colũnula erat quæ bellica dicebatur.

¶ Belone per ſimplex l. piſcis eſt qui alio nomine dicitur acus ſiue acicula ab acu. Græci enim βελόνην παρὰ τὸ βάλλω acum nominant. Plynius. Acus ſiue belone vnus piſcium dehiſcente propter multitudinem vtero parit a partu coaleſcit vulnus quod & in cęcis ſerpẽtibus tradunt.

¶ Bellerophontes ſeu Bellerophõ. tis. fuit Glauci regis Ephyrę filius inclyto decore conſpicuus & virtutis maximę. Hic cum a Stenobea vxore preti de coitu interpellatus eſſet veritus hoſpitalis Iouis iram laſciuam fœminam repulit. Vnde exardens repulſa mulier innocentem hoſpitem accuſauit: qui hoſpitij iure motus illum domi non interficere ſuſtinuit: ſed datis codicillis ad Iobatem ſocerum illum i Lyciam miſit. Lectis ergo codicillis Iobates in vltionem criminis ad Chimæram & Solymos domandos Bellerophontem miſit: vt ſub pretextu memorabilis pugnæ interiret. Sed Chimera & Solymis deuictis laudem rettulit maximam. Hic primo Hipponus poſt ab interfecto Corinthio Bellero: Bellerophontes dictus eſt primę declinationis ſicut Anchiſes. Hinc Bellerophonteus bellerophontea bellerophonteum. Prop. Bellerophonteæ qua fluit humor equi. Pindarus in oda Xenophõtis Corinthij ita ſcribit pulcherrime πρίν γε οἱ χρυσάμπυκ' κοῦρα χαλινὸν παλλὰς ἤνεγκε ἐξ ὀνείρου δ' αὐτίκα ἦν ὕπαρ φώνασε δ' εὕδεις αἰολίδα βασιλεῦ ἄγε φίλτρον τόδ' ἵππειον δέχου. ✶. i. Priuſq̃ aureis reticulis contemptum frenum moueret tulit ex ſomnio.

¶ Bellouaci: populi galliæ qui belli gloria Belgas omnes ſuperarũt: quos Cæſar duce eorum interfecto in poteſtatem redegit.

¶Belon:per ſimplex l.vrbs : & nomen fluuij in Hiſpania.

¶Bembina.Nemeæ vicus.Vnde Nemeęus leo a poetis bembinatis eſt dictus.Plau.in Mi. Bembinatidis beluæ inſtar:hoc eſt Nemeæi leonis inſtar.

¶Bene:aduerbium a bonus : vt bene omnia fecit. Aliquando ponitur pro commode:vt bene habito.Interdũ pro prudenter pulchre:probe:ornate:honeſte:proſpere: pro loco.Nonnunq̃ pro valde:vt bene nummatus ideſt pecunioſus.Cice.habetis orationem bena longam. Nã bonus pro magno & multo quandoq; capitur. Similiter male pro valde.Cic.in bru.Credebat ſcriptores illos male mulctatos.

¶Beneiudico:cenſeo:opinor:exiſtimo:ad meipſum referuntur.rectũq; conſilium oſtendunt.& econtrario Male iudico.

¶Bene cogito vel male cogito referuntur ad alterum ſignificantq; beneficium aut perniciem. Ply.Hoc tuo ſtudio bene de te cogitantem liberaliorem reddes. Cic.Carthaginem diu male cogitantem non prius timere deſinã q̃ excisam cognouero.

⁎Bene de te mereor id eſt bona in te confero vel bene tracto te.Ce.

¶Bene vertere:eſt in vtilitatem vertere:ſicut male vertere eſt in perniciem.

¶Bene volo tibi:amo te.Hinc Beniuolus & beniuolentia quæ eſt inclinatio animi cum deſyderio benefaciẽdi.

¶Benedico:laudo:bene loquor.Teren.in phor.Benedictis ſi certaſſet:audiſſet bene.Et conſtruitur cum datiuo ſicut Maledico quãdo eſt vna dictio.hinc Benedicus penultima correpta:qui benedicit & laudat:a quo aduerbium Benedice.Plautus. Cum illiciebas me ad te blãde ac benedice.

¶Benefacio:nõ indicantis ſed gratias agentis eſt. Terẽ. in Eu.Benefacis:merito te amo.

¶Beneficus:liberalis:qui beneficiũ præſtat:& comparatiuum habet & ſuperlatiuum . Aliquãdo etiam ſuum vt beneficẽtior beneficentiſſimus & beneficiſſim⁹: vt Mar. Cato de Ptolemæo rege optimo & beneficiſſimo. Hinc beneficentia:liberalitas.

¶Beneficiarius qui beneficium accepit. Vnde & a veteribus beneficiarij dicti ſunt illi quos imperator ſuo beneficio promouiſſet in militia. Cæſar lib.j. Pet. vero nõ deſerit ſeſe armat familiam cum hac p̃toria cohorte certamen barbariſq; equitibus paucis beneficiarijs ſuis.

¶Benign⁹ a bonus deducitur & proprie qui bonis & dignis largitur.Ex bono & gignendo cõpoſita dictio. Vnde benignam terram dicimus fructus abunde reddentẽ. Ply.de ęgypto.Nulla eſt benignior tellus:nullus ager feracior. Teren.in Hecy.Benigne prębeatur:hoc enim eſt gratius non ſolum pręberet:ſed etiam large. Dona. Benignitas eſt in quantitate rerum:aut in facilitate pręſtantis Nam plerũq; ingrata dona ſunt in quib⁹ benignitas nõ apparet.

¶Benna bennę lingua gallica:genus vehiculi. Vnde Cõbennones in eadem benna ſedentes.

¶Beneuentum Campaniæ vrbs:cum eo colonia deduceretur boni ominis gratia vocari cœptum. Nam antea maleuentum vocabatur.Hæc vrbs a Diomede condita fertur:apud quã.xxx.milia Samnitum cęſa fuerũt. Sulpitio & Petilio conſulibus.

¶Beo as.conſolor:& beatum glorioſumq; facio. Plau. in Tru.Hoc me beat ſaltem quoniam perduellis vicit & domum cõpos laudis reuenit.Hinc beatus:beatior beatiſſimus.

¶Berecyntus:nomen mõtis eſt : & nomẽ oppidi in quo Cybele mater deum priſcorum ritu colebatur. Vnde berecyntia dicta eſt.

¶Beronice vel berenice es.pe.pro.regina ægypti ſoror Ptolemæi & Cleopatræ:a qua beronice vrbs i maiori ſyrte credit appellata. Fuit & alia beronice Herodis Agrippæ Iudæorum regis filia de qua Iuue. Deinde Adamas notiſſimus & beronices.

⁎Berenices crines ſeptem ſunt ſtellę ad leonis caudã veluti in triangulo collocatę cauſam lege apud Perottum.

¶Beryllus cum y græca lapis pallidus tranſparens : ex quo pocula fiebant gene.maſ.& fœmi. Priſ.in pihegeſi. berylli gemmas glauci nitidumq; adamanta . Gignitur in India ſimilis ſmaragdo ſed cum pallore. ſemperq; berylli ſexangula figura artificum ingenijs poliuntur:quoniam hebeſcunt niſi color repercuſſu angulorum excitetur. Orpheus in libro.de gemmis de beryllo nil meminit ſed Euſta.multa in enarratione Dionyſij libyci : qui ait. μὴν καὶ χρυσοῖο φέρειν χαριέστερον ἄλλο ὑγρῆς βηρύλλου γλαυκὴν λίθον.⁎Ipſum & auro ferre gratius alium humente beryllo cęſium lapidem.

¶Berytus:cũ y penultima producta vrbs eſt Syriæ Antiochiæ.

¶Berſabe.vrbs in terra Iuda quæ etiam puteus iuramẽti vocata eſt:quia cum ibi habitaret Abrahã cum Abimelech datis ſeptem ouibus in fœdus mutuo iurauerũt Hęc terminus fuit terræ promiſſionis poſſeſſæ a populo Iudæorum poſtq̃ reuerſus eſt ex ægypto : & tenditur vſq; ad Dan ſpatio in longum.clx.milium:ſicut ſcribit Hiero.ad Dardanum.

¶Bes is:vnciæ octo ab aſſe.ex eo q᷑ bis triẽs ſit q̃uis dura compoſitio. Ser.Duos trientes beſſem vocabis. Antiqui Des dicebant dempto triente.i.octo.

¶Beſſi populi thracum:de quibus Ouidius lib.iiij.triſ. Viuere q̃ miſerum eſt inter Beſſoſq; Getaſq;.

¶Beſtia:belua.Vlp. Beſtias accipere debem⁹ magis ex feritate:q̃ ex animalis genere quę proprie morſu vel vnguibus ſæuiunt:vt pardi leones tygrides a vaſtando. Hinc beſtialis & hoc beſtiale. Am. Ipſum videtur beſtialis naturę poteſtati eſſe ſubiectum.

¶Beſtiarij dicebantur qui cum beſtijs depugnare damnati erant.Hinc a Sen.ludus beſtiariorum nũcupat quo beſtiarij depugnabãt. Tertulia. Iuppiter eſt Romæ quẽ ludis ſuis ſanguine proluunt beſtiariorum.

¶Beſſyga penultima correpta. Emporium i India vbi & amnis Beſſygas.Vnde Beſſygitę populi qui humana carne veſcuntur.

¶Beta:littera gręca p̃xima primę:in b.a latinis transfertur. Aliquando in v:vt bition vitia. Eſt etiam hoc nomine hęrba quę & bleta dicit & betatius & betatium.

⁎Betamones ab Homero Corybantes vocant.Ce.

¶Beto is.vado quaſi bene ito. Var. Mulierem:q᷑ parere ea non poterat foras betere iuſſit.

¶Bethania:villa ſecundo miliario ab Hieruſalem in latere montis oliueti.

¶Bethel:vrbs Samarię quam Iebuſei condiderũt quæ prius vocabatur Luza.

¶Bethleem:nomen ciuitatis Dauid quæ alio vocabulo dicitur Euphrata:nũc viculus eſſe dicitur qui ab Ioppe.xlvj.milibus diſtat. In hac ciuitate ortus atq; conſummatus eſt Dauid. Ibi etiam domin⁹ noſter ex ſpiritu ſancto genitus natus eſt. Ibi Rachel occubuit : vbi & ſepulchrum Ieſſe patris Dauid oſtẽditur. Eſt autem hic locus in tribu Iuda.ſexto ab Hieruſalem miliario poſitus contra meridiem in itinere quo pergitur hebron. Quãdo autem Iacob ibi pecora ſua pauit loco Bethleem nomẽ imposuit qđ domus panis interpretatur propter eũ panem qui ibi de cœlo deſcendit. Hinc Bethleemitę pe.prod.dicti ſunt qui ejus incolæ ſunt.

¶ Bethſamis penul. correpta nomen vrbis Galileæ vbi dominus perhibetur multa ſigna feciſſe. a qua bethſamitæ populi.

¶ Bethſaida: piſcina in Hieruſalem quæ vocabatur probatica. Et a nobis dici poteſt domus pecudũ ſiue pecualis quia oſtias in ea quondam ſacerdotes lauabãt. Eſt & nomen ciuitatis Galileæ: a qua Petrus & Philippus ortum habuere.

¶ Bethſura: & bethſuræ tantum pluraliter penulti. produ. Hie. libro ſecundo mach. Et bethſuræ quod erat Iudæorum munitum pręſidium: caſtra admouebat. Idem in eodem. Iterum rerum ſermonem habuit cum his qui erãt bethſuris. Et interpretatur domus muri vel domus acerba.

¶ Betphage. penul. pro. ſyrum nomen quod interpretatur domus oris: vel maxilla.

¶ Bethys. flu. Hiſpanię vlterioris a quo Bethyca Hiſpanię regio dicta eſt q̃ ab accolis Tudertana vocaẽ. incolæ Tudertani & Turduli dicunẽ. Ea nũc granata diciẽ a grano qđ gręci coccũ vocãt: nã in bethyca fere tota copioſũ coccũ gignitẽ. Accipiẽ etiã pro Hiſpania: q͛ bethys eam diuidat. Hic fluuius occidit in oceano occidentali dictus bethys παρὰ τὸ βαθὺς ατια κ qđ eſt profundum. In quo lanas pulchro colore tingi oſtẽdit Mar. cum ait: Bethys oliuifera crinem redimite corona. Aurea qui nitidis vellera tingis aquis. ſed tamen quotquot græcos viderim ſcribunt per ai diph. in prima: vt Stephanus bizantius noſter & Euſthathius in commentarijs Dionyſij: ſed mihi viſus ſum ſequi aliam opinionem.

⁎ Bethycus ca. cum: vt bethycus color ſubniger. Cc.

⁎ Bethycus id eſt pullatꝰ. Marti. Et bethycatus ſimul atq͂ leucopeatus. cuius vocabuli ratio eſt q͛ natiuus color in Hiſpania (vt diximus ſubnigrior eſt) ideoq͂ minus vilis. Cc.

¶ Bifores: penultima correpta quæ habẽt duas ianuas.

¶ Bifidus a um. penultima correpta qđ i duas partes fiſſum eſt.

¶ Betula pe. cor. genus arboris eximij cãdoris. Ex qua fieri ſolent circuli vaſis vinarijs idonei.

¶ Betulus. Hiſpaniæ fluuius eſt: cuius aqua ad ferri temperamenta fertur aptiſſima.

B. ante I.

¶ Bianor nomẽ viri qui & Ocnus dictus eſt filius Mãtus fatidicæ & Thuſci flu. qui Mantuã a nomine matris dixit. Fuit & alius Troianus princeps.

¶ Bias antis. nomen philoſophi prienenſis qui fuit vnꝰ ex ſeptem græcię ſapientibus. Hic Laertio teſte vir fuit totus regius & ciuium ſuorum princeps: quos diu aduerſis periculis tutatus eſt. Sed tãdem capta patria cum fugientibus cunctis onuſtis ſarcinolis precioſarum rerum ſuarum & ipſe interrogaretur cur ex bonis ſuis ſolus nihil ſecum ferret: reſpõdit omnia bona mea mecum porto. Suidas. βίας τοῦ Τευτάμου Πριηνεύς Διοδότου εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν λέγεται γὰρ εἰς τὰς δίκας δεινότατος γεγονέναι ἐπὶ μὲν τὰ ἀγαθὰ μέντοι τῇ τῶν λόγων ἰσχύι ἐχρῆτο. ⁎ Biantis prienenſis poema hic vnus ex ſeptem ſapiẽtibus dicitur in iudicijs grauiſſimus propter bonum verborum potentia vtebatur.

¶ Bibo is. bibi. itum. potum haurio. Et ea omnia dicuntur bibere: q̃ hauſtus habent. Virg. lib. Aene. tiam his iũxit quę non habent hauſtum. Haſta ſub exertam donec perlata papillam Heſit: virgineumq͂ alte bibit acta cruorem. Huius compoſita ſunt Adbibo qđ ſignificat iuxta ſeu etiam bibo. Terẽ. in Heau. Is pater mihi vbi adbibit plus paulo ſua quæ narrat facinora. Combibo ſimul bibo. Plau. in Cur. Foribus dat aquam combibant. Vnde & Combibones dicuntur. Cice. Pæto. In his controuerſijs quas habeo cum tuis combibonibus epicureis optima opera vti eiꝰ ſoleo. Ebibo extrabibo exhaurio. Plautus in Amp. Factum illud eſt vt ego illic vini hirneã ebiberim meri. Præbibo antebibo. Nec venena iam metuã inquit Hier. cum antidotum præbibero. Per tranſlationem ebibere ponitur pro conſumere. Idem in eadẽ. Non ego cum vino ſimul ebibi imperium tuum. Imbibo inſumo: intus concipio. Cice. in Ver. An nunq̃ iſte bonam de ſe ſpem habuiſſet niſi de nobis opinionem imbibiſſet. Augu. Vt poeta optimus maximus teneris ebibitus annis non facile memoria aboleretur. Perbibo multum bibo. Lactã. li. ij. Infecti ſunt enim perſuaſione ac penitus eorum mentes ſuccum ſtultitię perbiberũt. Subbibo parum bibo. Suet. in Nero. Si paulum ſubbibiſſet aliquid ſe ſufferri tinniturũ gręco ſermone promiſit. Et hęc omnia habent pe. cor. Inuenitur etiam paſſiuum huius verbi bibo in tertia perſona. Iuue. Sed nulla aconita bibuntur.

¶ Bibax & biboſus: qui eſt bibendi auidus vel nimiꝰ potator. Laberius. Non mammoſa non annoſa non biboſa non procax.

¶ Bibulus a. um. penultima correpta qđ facile ſorbet. Virg. ad Meſſalam. Inuerſo bibulum reſtinguens lumen oliuo: quia lumen bibit oleum id eſt ardendo conſumit. Vnde & Bibulorum cognomen dictum eſt: & bibula papyrus quæ ſorbet atramentum. Luc. Conficitur bibula memphitis cartha papyrꝰ. Hinc fit meribibulus de quo alibi.

¶ Bibaculus nomen fuit poetę: quem Hier. in chronicis Cremonę natum ſcribit paulo minorem Cicerone.

⁎ Biberius Tyberij Agnomen per deriſum propter nimiam vini auiditatem. Cc.

⁎ Bibiſia ipſa bibitio dicitur & bibaculus per immunitionem is qui frequẽtius bibit. Cc.

¶ Bibile quod facile bibi poteſt.

¶ Biblos. latine papyrus iũcus liber biblion libellus. hic deducuntur.

¶ Bibliographus. librarius bibliacus libroſus βίβλιον καὶ γράφω.

¶ Bibliopola penultima produ. qui libros vendit. Mar. Non habeo ſed habet bibliopola triphon. Componitur autem ex βίβλιον qđ eſt liber: & πωλῶ vendo per ω in prima.

¶ Bibliotheca penultima producta tam librorum per ſe magnus numerus q̃ locus vbi libri ſunt appellatur: vt libro. xxxij. digeſtorum ſcribit Vlpia. Auſo. Emptis q͛ libris tibi bibliotheca referta eſt. Nã biblos liber eſt: & theca repoſitorium a latinis libraria dicitur. Gel. Forte in libraria ego & L. Paulus poeta vir memoria noſtra doctiſſimus cõſederamus. Eſt & bibliotheca titulus ſiue inſcriptio: qua Diodorus hiſtoriam ſuam nominauit. A græcis inflectitur bibliotheces. Ply. Apud græcos deſit nugari Diodorus & bibliotheces hiſtoriam ſuam inſcripſit. Bibliothecę vt inquit Victru. ad orientẽ ſpectare debent Vſus enim librorum matutinũ expoſtulat lumen.

¶ Bis aduerbiũ ſignificat id qđ gręci dicunt δίς: & multa habet compoſita vt quę ſequuntur.

¶ Biceps quod habet duo capita. Bicorpus quod habet duo corpora.

⁎ Bicornium dicitur quod habet duo cornua. Cc.

⁎ Biclinium locus vbi duo lecti ſunt ſicut triclinium vbi tres. Cc.

¶ Bidentes quidam intelligunt oues aut beſtias quæ per ętatẽ duos dẽtes altiores hñt. Nam Higynus dicit. Quę bidens oſtia oportet dentes habeat octo ſed ex his duos

ceteris altiores per quos appareat ex minore ętate in ma
iorem trāſcēdiſſe. Alij hoſtias bimas id eſt duos annos
habentes qđ in cōmentarijs ad ius pōtificū pertinētibus
legatur bidentes primo dictas d. littera ex ſuperfluo in=
terioſta ſicut in redeo ad hiatum duarum vocalium prę=
cauentes. Ergo bidentes primo dictę ſunt quaſi biennes
& longo vſu loquendi corrupta eſt vox ex biennibus &
bidentibus dicta. Et bidens inſtrumentum ruſticum. Iu
ue. Viue bidentis amans & culti villicus horti.
❡Bidētal locus vbi mons erat apud priſcos cū aliquod
ędificium e coelo fulminabatur: ſacerdos aduocabatur:
qui eo in loco ouem immolatam comburebat: ibiq̧ eius
reliquias ſepeliebat: ab oue bidente ibi immolata. Hora.
An triſte bidental mouerit inceſtus certe fuerit. No. Bi=
dental dici vult: ꝙ binę pecudes mactentur.
❡Biduum: ſpatium duorum dierum. A quo biduanus
a. um. vt biduanę inducię. biduo cōmēti ſignificaẗ duo=
bus diebus continentibus. Sue. in Cali. Per hūc pōtem:
vltro citro commeauit biduo continenti.
✱Biennis is. qui eſt duorum annorū ſic triennis qui triū.
✱Bifera arbor quę bis fert fructus. Cc.
✱Bifrons qui duas frontes habet dicitur vnde Ianū di=
cimus Bifrontem. ꝙ pręterita ſciuerit & futura pręuide=
rit vel quia ſuperū & inferum ianitor eſt. Cc.
❡Biennium ſpatium duorum annorum.
❡Bifariam trifariā aduerbia ſunt quibus ſignificaẗ: qđ
binis vel tribus modis: vel qđ in duas vel tres partes fa=
ri poteſt. Sic multifariam: omnifariam: plurifariā ſigni=
ficant multorum generum: oīs generis ſiue in multas
in oēs & in plures partes: ſiue qđ multis: omnibus & plu=
ribus modis fari pōt. Dicimus etiam bifarie trifarie mul
tifarie &c. & bifarius a. um. Sue. Gladiatoria mūera plu=
rifaria ac multiplicia exhibuit. Apul. Omnifario ſermo
ne depinxit.
✱Bifurcatus qui & bifurcus geminas furcas habens. C.
✱Bifur plusq̄ fur ſiue qui bis in furto eſt depręhēſus. Cc
❡Bigamus penulti. cor. qui duas vxores duxit. A quo
bigamia. γάμοσ enim nuptię dicuntur.
❡Bigemmis vitis quae habet duas gemmas. Col. li. vj.
Pro materijs longioribus pollices quaternum aut qui=
num gemmarum relinquūtur: pro cuſtodibus autem bi=
gemmes reſeces efficiunt in ea.
❡Bigae per ſyncopam dictae ſunt quaſi biiugae. Currus
duobus equis vecti ꝙ duorum equorum iugo agantur:
equi vero biiugi biiuges ve dicūtur. Sic quadrigę a quat
tuor ꝙ a quattuor equorū iugo: & equi quadriiugi. Au=
guſt. lib. xviij. de ciuitate dei. Iunctos duos equos bigas
vocamus. Apud veteres tamen bigam & trigam & qua
drigam inuenimus. Sueto. in Tibe. Vix vnius bigae ad
iectione honorari paſſus eſt. Papin. in The. Roriferum
gelida tenuauerat aera biga. Ply. In ſummo mauſoleo ē
quadriga marmorea quā fecit Pythis. Bigas primū iun=
xerunt phrygij. Quadrigas Erichthonius.
✱Bigati nūmi bigas impreſſas habentes. Cc.
❡Bigenera animalia ex diuerſo genere nata vt Leopar
dus ex leone & panthera.
✱Biguę geminę ꝙ duę vno partu natę ſint. C.
❡Bihaeres dicitur qui duas haereditates conſecutus eſt.
✱Biiugi equi dicunẗ cum bini ad vnum iugū nexi ſunt.
✱Biiugerum duorum iugerum. Cc.
❡Bilanx cis. quod duas habet lances.
❡Bilibris duarum librarum.
✱Bilis cholera eſt inde bilioſi cholerici aphri tamē bilim
vocant ſemen humanum humi proiectum. Cc.
✱Bilitos veteres dixere beſtijs ſimiles quaſi belutos. Cc
❡Bilinguis qui duas habet linguas. hoc eſt qui mō vnū
modo aliud loquitur: vel qui aliud dicit & aliud retinet.
Et quandoq̧ accipitur pro fallaci: hoc vitium ad mentē
referendo & qui diffuſe varia loquitur.
❡Bimeſtris duos menſes habens: aut duos annos a lu=
na computatos. Hora. lib. Car. Et porco bimeſtri. Cum
famulis operū ſolutis. Sic trimeſtris quadrimeſtris quin
q̧meſtris. Plynius. Caſtrari agnos niſi quinq̧meſtres ꝑ
maturum exiſtimant.
❡Bimus trimus quadrimus quimus. Vnde bimatus tri
matus quadrimatus quimatus pro ſpatio duorum triū
quattuor aut quinq̧ annorum. Plynius. Vita foeminis
quindecim annis longiſſima: maribus viginti: robur in
quimatu. Suetonius in Augu. Quadrimus patrem a=
miſit.
❡Bimulus pe. correpta qui in bimatu eſt hoc eſt q duos
annos aetatis habet.
✱Bimater agnomen Bacchi ꝙ duas matres habuerit Se
melem & Iouem matris fungentem officio. Cc.
✱Bimaritus qui duas vxores habuit. Cc.
✱Bimembris duarum partium quaſi membrorum. Cc.
❡Bina q̄uis Seruius doceat de ijs tantum dici quę ſunt
pluralis numeri: duo quae ſunt ſingularis vt dicamus bi
nas litteras: duas epiſtolas. Inuenitur tamen bina iungi
cum iis quae ſingulariter declinantur. Cicero Mario. Re
liquae ſunt venationes binae per dies quinq̧ magnificę.
Idē. Binos tabellarios ſquit. Plynius libro duodecimo.
Ergo in vtraq̧ gente laudaui genera terrenum & facti
um. Eſt autem binus bina binū idem quod duo. Siſen.
Ad binū milium numerum ſaucijs vtrinq̧ factis. Inde
fit Combino as. penul. produ.
✱Binarius numerus aliarum rerum denotans quae non
nominantur. Cc.
❡Binomius dicitur qui geminum habet nomen: vt Iu=
lius Caeſar. Numa Pompilius.
✱Binominis cui geminum eſt nomen. Cc.
❡Biothanatos graeca dictio ex βία violentia θάνατοσ
mors: id eſt violenter mortuus: vt eſt qui ferro vel alia
vi interficitur & non ſua id eſt naturali morte moriẗ: quae
naturaliter contingit. Et mors ipſa biothanata dicitur:
quae per vim infertur. De qua itellexit Virgilius cum di=
xit. Nam quia nec fato merita nec morte peribat. Sed
miſera ante diem. Ambr. de diuo Prothaſio. Miſer vel
tu viuere ſtude & noli biothanatos fieri ſicut & frater Ger
uaſius. Hinc biothanati viri & biothanatae foeminae: qui
violenta morte pereunt. & biothanata mors. Scribit Lā
pridius praedictum fuiſſe Heliogabalo ipſum biothana
tum futurum: hoc eſt ꝙ violenta morte moriturus.
Idem. Si luna inquit applicuerit ſe Saturno deficiens lu
mine faciet matres biothanatas interire. Seruꝰ ait. Bio=
thanatorum animas nō recipi in originem ſuam.
❡Biocreſta: id eſt vitae vtilia.
❡Bipalium. inſtrumentum ad fodiendum. Var. Si lo=
cus humectus ſit ibi cacumina populorum ſerunda: &
arundinetum. Id prius bipalio vortito ibi oculos arun=
dinis pedes ternos alium ab alio ſeri aptam eſſe vtriq̧ eā
dem fere culturam.
❡Bipara. penul. cor. quae bis peperit.
❡Bipatens. penul. cor. quod ex vtraq̧ parte aperitur.
❡Bipertior in duas partes diuido a quo bipertitū & ad=
uerbium bipertito.
❡Bipes: qđ habet duos pedes. A quo bipedalis: & Bi=
pedanus a. um. Columel. Frumentis autē ſat erit ſi aeque
bona ſuberit bipedana humus. Bipedaneus a. um. Colu
mel. lib. v. Cenſuiſſem fieri ſcrobes adiecto dodrante ſu
per altitudinem bipedaneam.
❡Bipennis a penna deriuatur. Ideo foemi. Virgilius ve
ro loco adiectiui vſus eſt lib. vndecimo. Ferro ſonat al=
ta bipēni Fraxinus. Proprie ſignificat qđ eſt duaꝝ pēnaꝝ

rum. Ply. lib. xj. Nullis corũ pennę reuiuiſcũt auulſę: nullum cui aculeus in aluo bipẽne eſt: quibuſdã pennarum tutelę cruſta ſuperuenit in ſcarabeis quorum tenuior fragiliorq; penna: his negatus aculeus. Per trãſlationem ſignificat quicquid vtrãq; partem acutam habet. Vnde & pro ſecuri ſæpenumero ponitur.

¶ Biremes: naues q̃ habent duorum remorum ordines quas conſtat Erythręos primos feciſſe. Triremes Amocles corinthius. Quadriremes Carthaginenſes. Onerariam Hippius tyrius inuenit.

* Bis id ſignificat quod græci dicunt δὶς. Cc.

¶ Birotum genus vehiculi duas rotas habentis.

* Biſſellium ſiue Biſſellum duos tantũ captẽs in ſella. C

¶ Biſſextus: q̃ſi bis ſextus quia duobus diebus cõtinuo ſexto dicimus kalẽdas Martias: duos videlicet dies pro vno computantes. Vnde qui eſt natus biſſexto Calẽdas nihil refert: vt iquit Celſus: vtrũ priore an poſteriore die natus ſit: cum illud biduum pro vno tantum die habeatur. Eſt autẽ biſſextus per quattuor annos vnus dies adiectus. Creſcit enim per ſingulos ãnos quarta pars aſſis At vbi quarto anno aſſem compleuerit biſſextum vnũ facit. Nam Caius Cæſar ne quadrans deeſſet ſtatuit: vt quarto quoq; anno ſacerdotes diem vnum intercalarẽt: idq; biſſextum vocauerunt.

* Biſſus vide in byſſus pariter & Biſſinum & Biſſinas veſtes.

¶ Biſulcus qui vngulas non ſolidas habet: ſed ſciſſas. Item quicquid in duas acies ſciſſum eſt biſulcum dicitur. Ply. libro. x. Solidipedes & biſulci ſues omni cibatu & radicibus aluntur. & diſulcus porcus cum in ceruice ſetas diuidit.

¶ Biuiũ qđ duas vias habet: ſicut triuium: quadriuium.

¶ Biuittas pe. pro. Vidua q; duas vittas habuit: alterã cõiugalem: cęlibem alteram. Var. Ad biuittatem venio.

¶ Bilbilis oppidum Hiſpaniæ: a quo Martia. poeta originem duxit ſic dictum a Bilbili propinquo fluuio.

¶ Biblo is. factum eſt a ſimilitudine ſoni qui fit in vaſe. Neuius. Biblit amphora.

¶ Biblia vxor Duilli Romani qui primus Romę naualii certamine triumphauit: tantę pudicitię fuit: vt illo quoq; ſæculo pro exemplo fuerit quo impudicitia mõſtrum erat non vitium.

¶ Bilis atra melancholia dicitur. Et eſt humor qui in folliculo fellis eſt: & pro ſui conditione hominem tranſmutat. Et hæc inſaniã facit. Plau. in Am. Delirat vxor atra bili percita eſt Hæc ſanatur albo veratro qđ dicitur Helleborus. Eſt etiam bilis citrina vitellina rubens & praſina. Eſt & bilis quã gręci choleram dicunt. Neuius. bilem mihi nuper excitauit. Quoniam autem animus quandoq; corporis inclinationẽ ſequitur ad mores iracũdiamq; & indignationem tranſfertur. Ply. lib. xj. Hinc & in mores crimen bilis nomine adeo magnũ eſt in hac parte virus cum ſe fundit in animum & hominem.

* Addeq; Aphri bilim vocant ſemen humanum humi proiectum. Cc.

¶ Bilioſus qui bile laborat. Cor. Aut liuidum aut bilioſum. Idem. Sputum etiam bilioſum aut purulentum.

¶ Bilutes veteres dixerũt beſtijs ſimiles quaſi belutos.

¶ Biſaltæ populi ſcythici de quibus Virgi. lib. iij. Georgi. Biſaltæ quo more ſolent acerq; gelonus: Cum fugit in rhodopen aut in deſerta Getarum.

¶ Bion boryſtenites philoſophus fuit & ſophiſta callidus: qui philoſophiã vario orationis flore veſtiuit. Fuere & alij Biones nouẽ vt teſtatur Laertius. Fertur hic dixiſſe ad eum qui fundos ſuos ingluuie vorauerat: Terra Amphiataum abſorbuit: ſed terram tu.

¶ Biſontis. animal deforme plixitate iubarũ & reliquo corpore ſed ferũ: cerui figura media frõte inter aures vnũ cornu hñs. Mar. Illi ceſſit atrox bubalus atq; biſon.

¶ Biſton is pe. cor. ciuitas & ſtagnũ in thracia Abderę vbi propinquũ: a quo thracia biſtonia dicta eſt. Vñ biſtonius a um. & Biſtonicus a. um. qđ thracem ſignificat. ſicut ab Ionia Ionius & Ionicus. Ouidi⁹. Feſſaq; biſtonia membra lauabis aqua. Similiter Biſton. Vnde thraces teſte Solino biſtones dicuntur. Idem. Tuta tamen bello biſtonis ora fuit. Sunt qui velint & ſtagnum & prouinciam a biſtone Rege nomen accepiſſe.

¶ Bithyas cum y græca gentem in thracia eſſe commemorant quorum auctor Bithys fuit Martis & Setę ſororis Rhoeſi filius. Bitias vero ſine h & i latino fuit vnus ex Carthaginenſium principibus.

¶ Bithia Pharaonis filia: quæ Moſen adoptauit.

¶ Bithynia regio minoris Aſiæ: aduerſa thraciæ & proxima troadi: quę vt Solinus ſcribit & Ser. Primũ Bebrycia: poſtea mygdonia: deinde a Bithyno bithynia dicta fuit. Hæc etiam auctore Euſebio pontus eſt dicta. In bithynia Libyſſa eſt vbi Annibal ſepultus eſt. Sũt qui ſcribant Thynos populos tranſiſſe ex Europa a quibus bithyni dicuntur & bithynia. Claud. Thyni thraces arant: quę nunc bithynia fertur. Hinc bithynus a. um. pe. pro. & bithynicus a. um. Iuue. Q̃ǭ q̃ & Cappadoces faciant: equiteſq; bithyni. Mar. Iam te rem factam bithynice credis habere. Ex bithynia fuerũt viri in diſciplinis memorabiles Zenocrates philoſophus & Dionyſius dialecticus & Hipparchus & Theodoſius & filij eius mathematici: & Cleophanes orator ex Mirlea & Aſclepiades medicus Pruſienſis & Dion.

¶ Bithynium ciuitas in bithynia a quo bithyniatæ & bithynienſes populi dicti ſunt.

¶ Bitumen penul. produ. genus cretæ qđ ſi quando accenditur extingui non poteſt & de natura ſulphuris eſt. Dicitur fieri ex fulmine. Vnde iuxta babyloniam quia frequentia cadunt fulmina hac re lacus abundat adeo vt inde fabricaſſe muros Semyramis dicaẽ. Hoc & Aſphaltus dicitur.

¶ Bitumino as. bitumine linio. Ambro. lib. Hexa. Fac tibi arcã ex lignis quadratis nidos facies in arca & bituminabis eam intus & foris bitumine.

B. ante L.

* Blachnon filicis genus. Cc.

¶ Blatta. vermis qui aluearia lędit: a βλάπτω noceo. Col. lib. x. appellat lucifugas blattas. Mar. tamẽ poſuit pro verme libros & veſtes rodente vt in hendecaſyllabo conſtrictas niſi das mihi libellos admittam tineas: truceſq; blattas. Hora. in Ser. Vnde Octoginta annos natus: cui ſtragula veſtis Blattarum ac tinearum epulę putreſcat in arca. Blatta etiam ponitur pro purpura. Sidonius in panegyrico. Pontus caſtoria: Blattam tyrus: æra corinthus. Blattam recentiores ſcriptores vermiculum bombycem intellexerunt cuius textu veſtes ſericę conficerentur. Vnde blattea veſtis & blatteum paludamẽtum apud Lampridium Capitolinumq; pro ſerica & precioſa: vel vt Paul. Egi. pro purpura: quoniam Indicum cõchiliũ vulgo blatta dicitur. Sic Caſſiodorus in epiſtolis pro purpureo cepit. Chamæleon inquiens modo praſina modo cyanea modo blattea varietate ſe commutat. Eutropius ſcribit. Neronem ſolitum piſcari rete batteis funibus annexo. Cũ ab Oroſio dicatur purpureis: a quo colore blatta frumentum qđ rubidum fit ſementi accõmodatius in purpuram declinans.

* Blattaria herba eſt quã & Verbaſeon vocãt: folijs min⁹ cãdidis: cauliculis plurimbus: flore luteo. hæc abiecta blat

tas in ſe contrahit. Cc.

¶ Blatteus a. um. accipitur pro purpureo. Caſſio. in epiſto. de Cameleōte. Colores ſuos multifaria qualitate cōmutat: modo veneta: modo blattea: modo praſina: modo cyanea. Eutropius. Nero inuſitata luxuria fuit vt q exēplo Caligulæ frigidis & calidis lauaret̃ vnguētis: hamis aureis argenteiſq; piſcaret̃: quæ blatteis funibus extrahebant̃. Quos Suet. & Oroſius interpretant̃ purpureos. Ille. Piſcat⁹ ē rete aurato purpura coccoq; funibus nexis. Oroſius luxuriæ inq̄t tā effrenatę fuit Nero: vt retibus aureis piſcaret̃: q̄ purpureis funibus extrahebant̃.

¶ Blax: ſtolidus: mollis: delicatus: laſciuus: q neſcit res diſcernere: & qui ſe inaniter iactat.

¶ Blapſigonia pe. cor. quaſi detrimentū ἀπὸ τοῦ βλάπτω noceo γόνος fœt⁹ cū apes morbo ignauia aut infœcunditate naturali fœtum non peragunt.

¶ Blatio. is. & blatero as. veteres dicebāt pro incōdite & inaniter loq: vt ſunt qui extra propoſitū loquūt̃: vel verba immoderata emittūt. Gel. lib. pri. Phauorinū ego audiui dicere verſus iſtos Euripidis nō de his tantū factos accipi debere qui impia atq; illicita dicerent: ſed vel maxime de hominibus quoq; poſſe dici ſtulta & immodica blaterantibus: quorū lingua tā ꝓdiga infrenisq; ſit vt fluat ſemper & æſtuet colluuione verborum teterrima. Et paulo poſt. Neq; minus inſigniter veteres quoq; noſtri hoc genus hoies in verba ꝓiectos locutuleios & blaterones & linguaces dixerūt. Plau in Am. Qui malū intelligere quiſq̄ potis eſt. ita nugas blatis. Idē. Vbi tu es: quæ blaterauiſti tā vicinis omnibus me meę filię daturū dotē. Sunt aūt factitia verba a Camelorū voce tracta: q cū vocē edūt blaterare dicunt̃. Quidā tamen a græco deducūt aqud quos βλὰξ dicit̃ qui ſe inaniter iactat & blatia iactatio. Quapropter c. litteram addētes blacteronē & blacterare exiſtimāt ſcribendū. Ouid. de philo. ꝓdux. Blatterat hic aries & pia balat ouis. Hor. in Ser. ſine c. & prima correpta. Audit cū magno blateras clamore furiſq;.

¶ Blæſus qui in ſermone tardus eſt a blatero fit. Vel qui in pronūciatione aliquā excludit litterā. Sūt enim multi qui nō poſſunt ꝓferre quaſdā litteras. Quidā ꝓ paralytico accipiūt. Vñ Iuue. pro titubāte poſuit. & blæſis atq; mero titubantibus.

¶ Blandiri eſt blāditias dicere: adulari: aſſentari: & pertinet ad omnes ſenſus: & nōnūq̄ ad animū. Quintil. Blādiar paulisper calamitatibus meis. Huius compoſitū eſt Eblandior. Col. lib. ix. Sed ne hęc tamē aliena eſt agricolæ captātis vndiq; voluptates acquirere quibus ſollicitudines ruris eblandiantur.

¶ Blandicia. æ. & blandiciæ. arū. adulatio popularitas. Plau. in bac. Viſcus merus veſtra eſt blanditia. Blādicus pe. cor. qui blandit̃: a quo blandiculus: & blandicellus diminutiuum. Vnde blandicella verba legimus.

¶ Blādidicus. q blande loquit̃. Plaut. Nūc mihi blādidicus es: heri in tergo meo tris facile corios cōtriuiſti bubulos.

⁎ Blandifico blandū facio. Blādiloquus qui blande loquit̃ Blandiloquentia & blādiloquiuum. Cc.

⁎ Blanduſia Rabinienſis agri regio in qua fuit ager Horatij poetæ. Cc.

¶ Blaſphemo as. pe. pro. græcū eſt: & ſignificat execro: maledico: & verbis calumniā infero: ac dignitati honoriq; alterius derogo. Blaſphemia maledicentia & græcum ē βλάσφημος.

¶ Blemi populi aphricani ſine capitibus habentes in pectore vultū: vt lib. primo auctor eſt Pomponius.

¶ Blit⁹ duplicato tt ſcribitur. Suidas βλίττος εἶδος βοτάνης. i. bittō ſpēs herbę. Hærba ſatiua beta iers: ac ſine ſapore. Vñ blitte⁹. a. um. qđ ē inutile ac nulli⁹ ꝓcij. Plau. Blittea meretrix. a gręco dicit̃ quod ē blax ſtupidus. Dicitur & blittus pro hærba. Palla. lib. liij. Blittus ſeritur ſolo qualecunq; ſed culto.

B. ante O.

¶ Boa & boua vtroq; modo dicit̃ ſerpētis genus: vel q primo bubuli lactis ſucco alat̃: vel q instar bouis turgeat: ſeu a voce bouis. Vaſtat aūt omnes regiones in quib⁹ habitat. In cuius vtero tpe Claudij imperatoris integer infans inuentus eſt cū eſſet occiſa. Eſt etiam boua morbi genus cū corpora papularū multitudine rubent ad ſimilitudinē eorū qui boa ſerpente icti turgeſcūt. Vel a fimo bubulo cuius litu maxime tollit̃. Ply. Ebuli folia contrita & e veteri vino impoſita boam ſanant id eſt rubentes papulas.

¶ Boalia. quæ & bupetiæ dicuntur ludi boū gratia inſtituti.

¶ Boo as. mugio: clamo: a βοάω. Vel a boū mugitibus. Plau. in. Am. Tela frangūt: boat cœlum fremitu virum. Hinc Reboo as.

⁎ Boaria lappa. hærba nota cui⁹ radix e vino potata: articulis mirifice prodeſt. Cc.

¶ Boariū forū Romæ dicebat̃ q ibi boues venderent̃.

⁎ Bocas genus piſcis qui veluti mugitū quēdā emittit.

¶ Bœbeis idis. ſiue bœbis lacus. in theſſalia. Luc. libro vij. Ire per oſſæam rapidis bœbeida. Val. Flac. Perderet & pingui miſeros in bœbide crines.

¶ Boemia regio myſiæ europę vltra danubiū ſita. Cui⁹ metropolis eſt Praga inſignis ciuitas. Dicta Boemia a Boemo principe: opulentiſſima eſt: arboribus fœcūda: fluminibus irrigua. Hanc nonnulli germaniæ partem eē dixerunt.

¶ Bœotia nō boetia vt Hermola⁹ vna cū Politiano ſentit: qui ſe vidiſſe Antonini itineris vetuſtū codicem aſſerit in quo ita ſcriptū erat. Bœotiæ aulis in qua græci aduerſus Troianos cōſpirauerūt: ſed & ratio exigit græca apud quos βοιωτία nec aliter. Eſt aūt regio Europę a boue quē Cadmus Agenoris filius Thebarū conditor immolauit anteq̄ vrbē conderet. Oui. Mœnia fac condas bœotiaq; illa vocato. Diod. tamē eā dicit appellatā a Boeto quē Neptun⁹ genuit ex Arne filia Aeoli. In ea Thebæ ciuitas quā Amphiō muris ornauit & mōs cytherō.

¶ Boetus vt inq̄t Stra. Hiſpaniæ fluuius ex eiſdem naſcens locis ex quibus Anas & Tagus.

¶ Bogud oppidum in Aphrica & regis nomen in genere maſculino.

¶ Boellium gen⁹ gummi odoratum: quod arbor in bactriana regione producit.

¶ Boiæ genus vinculorū tā ligneorū q̄ ferreorū ſeu torquis damnatorum q quaſi iugum in boue ſit.

⁎ Bola gēma quæ nimbo inuenit̃ glebę ſimilitudie. Cc.

¶ Bolis idis. dici poteſt iaculū παρὰ τὸ βάλλω ad cuius ſimilitudinē faces quædam igneæ bolides vocant̃. Ply. lib. vj. Duo genera earū lampades vocāt: plane faces: alterum bolidas quale Mutinenſibus malum viſum eſt: diſtant q faces veſtigia longa faciūt priore ardente parte: bolis vero perpetua ardens longiorem trahit limitem.

¶ Bolus cuiuſq; rei fruſtū. Vñ bolū terrę glebā dicimus: bolū argenti maſſam argenteam. Bolos vero a gręcis iactus eſſe dicitur.

¶ Boij populi fuerunt galliæ ciſalpinæ inter padum & Trebiam ſiti.

¶ Boletus genus fungi.

¶ Bombus. ſonus tubarū raucus nec valde acutus. tractus ab ipſo ſonitu ſicut mugitus boum. Perſi⁹. Torua mimalloneis impulerunt cornua bombis. Sic bombeo apud gręcos ſignificat ſono. Et bombus ſon⁹ quem fa

ciunt apes.

¶ Bombitatio ſonus apum.

¶ Bombyx per y. vermis qui primo veruca eſt:& apud Indiã ęthiopiã & Seres in aranearũ morẽ tenuiſſima fila ducit ad veſtẽ faciẽdã. Primũ bombylius deinde Næcydal⁹: demũ bõbyx appellatus. De hoc Ariſt. & Ply. fere idem tradũt in ſex menſibus bombyces telas araneorũ modo detexũt ad veſtẽ luxũq; fœminarũ quæ bombycina appellant̃: prima eas in filũ retorquere rurſuſq; texere inuenit mulier Pãphile Platis filia. Ambr. de bõbyce lib. Hex. Bombyx vermis indicus ex cuius textura bõbycinũ conficit̃. Fertur hic corniger vermis cõuerti. Vide ſupra Bambil⁹. Rurſus bombix frutex bombacij ẽ.

⁎ Bõbilis vermis ẽ ex genere inſectorũ pri⁹ eruca dict⁹.

¶ Bombycinus & bõbycinũ. pe. cor. pro veſte ex ſerico confecta: ſeu pro panniculo rubedine infecto & mulierũ genas tingente. Iuue. Delicias & panniculus bombycinus vrit. Mar. Fœmineũ lucet ſic p bõbycina. qui etiã bõbyx dicit̃. Proper. Nec ſi qua arrabio lucet bombyce puella.

¶ Bomolochus pe. cor. dictus eſt apud græcos qui facilis atq; idẽ humilis omnia lucri gratia perfert iocãdo cauillandoq;. Et apud nos ſcurra appellat̃: qui vt ſumptuoſiorib⁹ cœnis interſit a nullo ſcurrilitatis genere cõtinet. Sed propriе puer: qui altari inſidiat̃ vt furetur candelas βωμὸσ καὶ λοχάω ἔμ θεν βωμολόχοσ. ara & inſidior delitеſco.

¶ Bonaſus fera eſt: quæ vt ſcribit Ar. in monte meſapo qui pæonię ac Mediæ limes eſt: inuenit̃: & a pæonib⁹ monapon vocatur. At Solinus circa lydiã phrygiamq; haberi hoc animal tradit.

¶ Bonũ dicit̃ quod opponitur malo. Et bonũ ẽ quicqd eſt. Vnde vidit deus cũcta quæ fecerat & erant valde bona. Quãobrẽ apud logicos bonũ cũ ente conuerti dicit̃. Quod eñ eſt id quoq; bonũ eſſe neceſſe eſt. Bonũ etiam dicit̃ quod honeſta pariter & vtilia cõplectitur: vt bonũ animi: bonũ corporis: bonũ fortunę. Vñ bona dicuntur rerũ ſubiecta q̧ ſint vtilia. Paul. Iurecõ. Bona vocari affirmat quæ deducto ære alieno ſupſunt. De his Vlp. ſic ſcribit. Bonorũ poſſeſſionẽ ita recte diffiniemus. Ius perſequendi retinẽdiq; patrimonij ſiue rei: quę cuiuſq; cum morit̃ fuit. Bona aũt plerũq; ſolemus dicere ita accipiẽda ſunt vniuerſitatis cuiuſq; ſucceſſionẽ: qua ſucceditur in ius mortui: ſuſcipiturq; eius rei cõmodũ & incõmodũ Nam ſiue ſoluẽdo ſunt bona ſiue nõ: ſiue damnũ habẽt ſiue lucrũ: ſiue in corporibus ſunt: ſiue in actionibus: in hoc loco proprie bona appellabunt̃. Et bonũ dicitur qd exequit̃ officiũ ſuũ. Hinc ſi virum bonũ dicimus intelligimus probum. Si bonum militem fortem. Si bonum imperatorẽ prudentẽ. Si bonũ grammaticũ litteratũ. Si bonum oratorẽ facũdũ. Si bonum iudicẽ iuſtũ. Sic ecõtrario malum generale nomẽ & turpia ſimul ac detrimẽtoſa cõplectens. Vñ malũ virũ dicimus flagitioſum: malum militem imbellem: & ſic de reliquis. Aliquando bonũ ſumitur pro bonitate. Nã cum dicimus de ęquo & bono nõ de ſummo iure ſed de bona ęqtate loqmur. Aliquando pro magno. Saluſt. Bona pars miltũ inde diſceſſerat. Aliquãdo pro nõ vili. qa vt Dona. ait Boni nõ ſunt viles. Vnde & ſuperlatiuus gradus optimates facit Nã bonus melior optimus. Teren. in Phor. Illam ciuem eſſe Atticã bonam bonis prognatã. Aliquãdo pro vtili vt bonũ eſt pecunię parcere. Itẽ pro ocio & quiete: ſicut malum pro labore. Sene. Delicatus homo & bono ſemper aſſuetus. Item pro miti & fauente. Sta. Tu corda parumper Huc aduerte libẽs: atq; has bonus accipe voces Item pro pulchro. Ter. Et forma fortaſſe bona. Aug. li. xv. de ciuitate dei. Cõſuetudo ſcripturæ ẽ etiã ſpecioſos corpore bonos vocare. Vnde in Geneſi. Videntes filij dei filias hominũ quia bonę ſunt: ſumpſerunt ſibi vxores. pro apto & idoneo. Vir. Et bona bello Corn⁹. Item pro docto. Hora. Quãdoq; domus dormitat Homerus. Pręterea bonus dĩ hũanus: beniuol⁹: trãqllus: liberalis: ſimplex: apert⁹: comis: facilis: ſuauis: tractabilis: indulgẽs & huiuſmodi.

¶ Bona dea quã veteres faunã ſiue fatuã ſiue Sẽtam dixere. Hãc Varro ſcripſit tantæ pudicitiæ fuiſſe vt nemo illã dum vixit præter virũ mas viderit: nec nomen eius audierit propter quod illi i operto mulieres ſacrificabãt: & bonam deam appellabant.

⁎ Bonũ ſerum ſalutantes dicere poſſumus: Si quis autẽ bonũ ſerũ dicat vt vulgus ignarũ ſolet execratio non ſalutatio eſt. i. tarde eueniat bonum. Cc.

¶ Boni cõſulat. hoc eſt bene ſtatuat: i bonã partem (vt aiunt) accipiat.

¶ Bona caduca: facultas quæ hæredẽ nõ habet vel quę non habet firmitatẽ. Et bona caduca dicuntur res damnatorum.

⁎ Bonariam maris trãquillitatẽ vulgus mali ominis vitandi gratia nominat. cũ fluctus omnes quieſcunt. Cc.

⁎ Bona hæreditaria ex patrimonio prouenientia.

⁎ Bona natio dĩ bon⁹ ꝓuẽtus ꝑſertim in pecoribus. Cc.

¶ Bona venia dicimus: quod eſt ſine ira: ſine diſcordia. Teren. in Phor. Adoleſcẽs primum abs te bona venia peto.

¶ Bonæ fidei poſſeſſor eſſe videtur q rem poſſidet non ſuam quã tamen ſuã eſſe putat: & eũ qui vendidit ius vẽdẽdi habuiſſe: puta procuratorem aut tutorẽ fuiſſe. Cõtra vero malæ fidei poſſeſſorem eſſe dicim⁹ qui nec rem ſuam poſſidet & eam ſcit ſuam non eſſe.

¶ Bonitas capit̃ pro virtute ſiue honeſtate atq; iuſtitia. Cice. li. offi. Cũ enim fidẽ aliqui bonitatẽq; laudãt. Huic cõtraria ẽ a malo malitia. Sene. In hoc ſumma bonitas in illo extrema malitia. Frequentius tamẽ bonitas ꝑ benignitate & quadã ingenij ſimplicitate ponitur. Ply. Bonitas ac ſimplicitas vxoris. Malitia econtrario pro verſutia. Vnde malitioſum callidũ ac verſutũ dicimus. Cicero. Virtutis contraria eſt vitioſitas: ſic eñ malo q̄ malitiã appellare quã gręci κακίαν appellãt. Nã militia certi cuiuſdã vitij nomen eſt: vitioſitas omniũ. Eſt & alia bonitas nõ ex induſtria: ſed ex natura proueniẽs. Cice. Quę & bonitate naturæ multi aſſequunt̃. i. excellentia & dote naturę. Huic ſimiliter cõtraria malitia eſt. Ply. Quod modo cœli: modo terræ malitia facit.

¶ Bootes otis. vel bootes otę. vel bootus oti. a boue de ductũ nomẽ: latine bubulcus cœleſte ſydus quod arctophylax vocat̃: & more bubulci plauſtrũ ſeq videt̃. Oui. Arctophylax formã terga ſequẽtis habet. Iuuena. Frigida circũagũt pigri ſarraca bootę. Habet quattuor ſtellas in dextra manu: quæ non occidunt.

¶ Booas & boo bois: vtroq; modo dicit̃. a boum mugitu dici videt̃. Var. Exeũt citi ſtrepũt boũt. Hic reboo as.

¶ Boreas vẽtus aquilo: qui ab hyperboreis mõtibus flat Vnde & frigidus. De hoc in dictiõe Aquilo. Dict⁹ boreas ἀπὸ τοῦ βοᾶν καὶ ῥέω. quoniam vt violenti flatus eſt ita etiam ſonori.

⁎ Boreus vnus ex piſcibus cœleſtibus inter ęquinoctialem & ęſtiuum circulũ ſub Andromede brachio collocatus: & arcticũ polũ ſpectans conſtituitur. Cc.

⁎ Boreus polus arcticus.

⁎ Borię iaſpides: eo q̧ cœlo autũnali matutinali ſimiles ſint. Cc.

¶ Boryſthenes penultima correpta fluuius ſcythię ſecũdum Iſtrum omnium maximus cuius aquæ ad potãdũ ſunt ſuauiſſimæ & magnos piſces alunt nulla habentes

oſſa. Inde populi ſcythici boryſthenidæ dicũť. Proper.
Gloria ad hibernos lata boryſthenidas. Stephan⁹. Eſt
etiã boryſthenes oppidũ. Martian⁹. Nec procul fluuius
lacus oppidũ ſub vno cũcta nomine. Boryſthenes quo
q; inſula eiuſdem nominis eſſe fertur i Ponto.

¶ Bos generis cõmunis datiuũ & ablatiuũ p̄ſrales bob⁹
per ſyncopam facit: & more veterũ bubus. Col. li. ij. Ni-
hil dubiũ quin equus melius q̄ bubus res cõficiať. Hinc
fiunt adiectiua bouinus. a. um. Cuius diminu. eſt bouil-
lus. Bucerus ra. rum. & Boarius a. um. Vnde forũ boari
um vbi vendebanť boues. Deduciť q; bos a greco quod
eſt βοῦς hoc autem ἀπὸ τοῦ βόσκω quod eſt paſco: q;
homines paſcat laboribus ſuis. Inde latini iuuencos di
xere q; non paſcerent ſed homines iuuarent.

✱ Boua vide boa.

✱ Bouatim ad ſimilitudinẽ bouis. Cc.

✱ Bouicida qui bouem cędit: a quo bouicidium. Cc.

✱ Borſyrites oliuę ſpecies in nigro ramoſa candidis aut
ſanguineis frondibus eſt et gemmę ſpecies. Cc.

✱ Boſtrichites gemma crinibus mulierũ ſimilis. Cc.

¶ Boulia dicũtur loca in quibus boues morantur ſicut
ouilia in quibus oues. Columel. lib. ij. Domitis armẽtis
duplicia bouilia ſunt hiberna atq; æſtiua. Eadem etiam
bubilia dicuntur.

¶ Bouillę arũ. oppidũ fuit in latio haud procul ab vrbe
Roma via quę Aricia ducebat: vt iquit Aſco. Nã ad bo
uillas interfectus eſt Clodius Aricia rediẽs. Dictũ bouil
lę quaſi bouis hillæ: q; eo vulnerata bos ſua trahẽs inte
ſtina deuenerit.

¶ Bouillus. a. um. idẽ eſt quod bouinus: licet ſit diminu
tiuum. Ply. Bouillæ carnis iure facile curatur.

¶ Bouinor aris. pe. pro. cõuitior: & quaſi i aliquẽ mugio
Vñ bouinatores dicti ſunt: quos nũc deriſores dicimus
& bouinatio cõuitiũ. Lucil. Hic ſtrigoſus bouinator q; o
re improbus duro.

¶ Boſtar locus vbi boues ſtare conſueuerũt.

¶ Boſporus pe. cor. a bouis meabili tranſitu dictus eſt
propter anguſtias freti vt Pli. Solinuſq; docẽt: quaſi bo
uis tranſitus. Duo ſunt aũt boſpori: alter iuxta byzanti
um q thracius diciť oſtiũ põti p quod in propontidẽ in-
fluit Pontus. Hunc boſporũ Vale. Flaccus ſcribit dictũ
a traiectu Iouis in vaccã deformati. Sic eñ lib. iiij. argo
nauticon. Alter in introitu mæotidos paludis & per quẽ
palus mæotica in põtũ defluit. De quo Ouid. Boſporus
& Tanais ſuperat ſcythiæq; paludes. Hic etiã Cimerius
boſporus dicitur a Cimmerijs populis q ei⁹ ptẽ frigidiſ
ſimã incolũt. Vnde qui terras frigoribus occupatas ha-
bitant cimmerij appellanť. de hoc tractať in dictione p-
põtis. Inter boſporũ thraciũ & cimeriũ vt Marti. ſcribit
interpatẽt milia quingẽta Boſporus thraci⁹ teſte Põpo-
nio: ſtadijs q; nq; Europã ab Aſia diſterminat. In boſpo
ro cimerio erat Boſporus ciuitas boſporopolis dicta
βοῦς καὶ πορεύομαι τὸ ἔρχομαι boue & eo vado.

✱ Aſcen. Tortellius Boſphorus ſcribit a φορο.

¶ Boſra nõ eſt altera ciuitas vt multi putãt: ſed idumea
iuxta illud. Quis eſt iſte q venit de edon tinctus veſtib⁹
de boſra.

¶ Botrys ys. dici poteſt racemus integer vuæ qui & bo
tryon. Greci enim βότρυας παρὰ τὸ βᾶ τὸ πατεῖν ait Mo
ſcopolus & βοτρύονας vocãt. Vſurpat idẽ vocabulũ Hie
rony. pro racemis.

✱ Botryus integer vuæ racem⁹. Cc.

✱ Botrypes gemma i qua nigredo ſanguineis & albis no
dis alligata eſt. Cc.

✱ Botrytes gemma quæ nigræ vuæ ſimilis eſt. Cc.

✱ Botulus ſiue botellus farciminis genus ex carne ſuil-
la a botis. i. fruſtilis carnis vt q̄dã putãt appellatus. Cc.

✱ Botordius vic⁹ nõ lõge a Segobria quõdã oppidũ fu-
it. Sed a Tyberio graccho dirutũ vt refert Polybi⁹. Cc.

¶ Botyllus diminutiuum. paruus botrus.

B. ante R.

¶ Brabeuthæ a græcis dicunť iudices ſpectaculorũ qui
victoribus in certamine exhibent premium & coronas.
Qui vero p̄fectus eſt certaminis agonitheta diciť. Græ
ci authore Philoſtrato ludis olympicis decẽ iudices præ
ficere ſolebant. Sue. de Nero. Nec aliter certamina gym
nica græcia tota ſpectauerat: q̄ brabeutharũ more in ſta
dio humi aſſidẽs. Suidas. βραβευθὰς λιονυτὰς κριτὰς
ὁρισθέντας καὶ βραβεῖον ἐπινίκιον στέμμα.

¶ Braccæ a quibuſdã accipiũtur veſtes fluxæ intonſæ-
q; ac varij coloris q bus vtebantur frigidioris plagæ gẽ
tes vt inquit Diod. lib. vj. Et a q bus braccata gallia vo-
cata eſt: q̃m galli veſtes ferunt intonſas: & varij coloris.
Braccis vſos fuiſſe Scythas docet Ouid. ſcribens. Pel-
libus & laxis arcẽt mala frigora braccis. Et Pomp. Mel-
la. Braccati ſunt inquit totũ corp⁹ ſarmatæ & niſi qua vi
dent etiã ora veſtiti. Sue. in Cæſa. Iidẽ in curia galli brac
cas depoſuerũt latũclauũ ſumpſerunt. Cor. Tacitus lib.
xviij. ſic ait. Ornatũ Cecinnæ municipia & coloniæ i ſu
perbiã trahebant q; verſicolori ſagulo braccas barbarũ
tegmẽ indut⁹ togatos alloquereť. Hier. tamẽ ad Fabio-
lam de veſte ſacerdotali p fœminalibus accipit quibus
pudibunda velanť ſicuti vulgariter appellari ſolẽt: ſcri-
bẽſq; ipſarũ braccarũ & forma quos vſus i tegẽdo corpe
braccæ præſtent exponit his verbis. Diſcamus primũ
cõmunes ſacerdotũ veſtes atq; pontificũ lineis fœmina
libus quæ vſq; ad genua & poplites veniũt: verecũda ce
lantur: & ſupior pars ſub vmbilico vehementer aſtringi
tur: vt ſi quãdo expediti mactãt victimas tauros & arie
tes trahunt portantq; onera & quæ in officio miniſtran-
da ſunt etiam ſi lapſi fuerint: & femora reuelauerint non
pateat quod opertũ eſt. Iñ & gradus altaris p̄hibentur fi
eri ne inferior populus aſcẽdẽtiũ verecunda conſpiciat:
vocatur lingua hebrea hoc genus veſtimẽti machnaſſe
græce περισκελῆ a noſtris fœmialia vel femoralia brac-
cæ vſq; ad genua pertingentes: a chaldæis Saraballa.
Sic Am. lib. j. offic. Sacerdotes inquit veteri more brac
cas accipiebant: ſicut ad Moyſen dictũ eſt a domino. Et
facies illi braccas lineas vt tegať turpitudo pudoris: a
lumbis vſq; ad femora erunt. Vocantur etiã alijs nomi-
nibus. Nã ſubligaria ſeu ſubligacula: campeſtria: ſucci-
ctoria & Perizomata.

¶ Brachiũ græcum eſt βραχίων βραχίονος Aliquando
brachiũ totum membrum cum manu cõprændit. Ver.
lib. v. Et euinctis attollit brachia palmis. Aliquãdo vo
cať ab humero ad cubitũ: id eſt pars ſuperior quę armus
diciť. Nam armos humeros cũ brachijs: ſed nõ econtra
rio dicimus. A cubito vero vſq; ad vertebram manus
lacert⁹ nũcupatur. Ouid. lib. j. me. Laudat digitoſq; ma
nuſq; Brachiaq; & nudos media plus parte lacertos. Di
ciť tamen brachiũ de mari: de montibus & de arboribus
In brachijs magna vis cõſiſtit. Vnde apud ãtiquos orna
ri brachia armillis conſueuerunt: ac ſi ipſa victoriam pe-
periſſent. Et in ſacris litteris brachium pro potẽtia vſur
patum eſt ac fortitudine.

¶ Brachialia brachiorũ ornamenta & tegumenta: ſicut
Ventralia ventris. Frontalia frontis. Tibialia tibiarum
& alia huiuſmodi. Ply. libro. xxviij. Lais & Salpe canũ
rabioſorum morſus & tertianas quartanaſq; febres aiũt
leniri menſtruo in lana arietis nigri argento brachiali in
cluſo.

¶ Brachionis ter cris. dici poteſt armilla.

¶ Brachiat⁹. ta. tum. quod eſt ad brachiorum modum

factum:& ad vites precipue pertinet. Colu.lib.vj. Alij
capitatas vineas:alij brachiatas magis probant quibus
cordi eſt in brachia vitem componere.

❡Brachylogia breuiloquium per y chy.

❡Brachycatalecton breuis terminatio verſus: cui deſūt
in fine ſyllabae. Nam in eo vt perfectus ſit deeſt integer
pes. Et dicitur metrū brachycatalecticum.

❡Bracmanae gymnoſophiſtae & philoſophi apud In-
dos fuerunt. vt Hiero.libro.ij.con.Ioui. Quorum prin
ceps Iarcas nominabatur eo tempore quo Apollonius
thyaneus diſcendi viſendiq; ſtudio ad illos ſe cōtulerat.

❡Bractea & lamina inquit Laurentius Valla ſic differūt
ꝙ lamina craſſior eſt ex qua armētatura cōficitur: & qua
incenſa olim homines torquebantur. Et poteſt eſſe fer-
rea: aerea: & argētea: electrea: aurichalcea: plūbea: aurea
lingnea: cornea: ſiue ex alia materia. Ply.li.xvj. Vrorum
cornibus barbari ſeptentrionales potant: & mox apud
nos in laminas ſecta tranſlucent. Bractea tenuis magis
eſt & ſua ſponte plicabilis. quae crepitat: Vergilius libro
vj. Ilice ſic leni crepitabat bractea vento. Bracteis inau-
rari ſimulacra ſolebāt: ſed vnguib⁹ plaerunq; aufereban
tur. Marti. An magis aſtuti deraſa eſt cute miniſter bra-
ctea. Et ſeruus qui bracteam deraſerat apud Sueto. dā-
nat⁹ eſt. Hiero. tamen ad Fabiolam oſtēdit bracteam &
laminam idem eſſe cū inquit. Auri laminae id eſt bracteę
mira tenuitate tonduntur ἐξ βραχεῖν.i.ex reſonando.

❡Bracteola cum accentu in antepe.dim.id eſt foliculū
auri.alij ve metalli.

❡Braceariusqui bracteas facit. Cuius ars bractearia: &
bracteatum quod bracteis tegitur.

❡Branchiae dicuntur in piſcibus ſecundum ceruicē fol
lium more hiātes partes quibus anhelitū reddere ac per
vices recipere exiſtimantur. Ply.libro.ix. Branchiae nō
ſunt balenis nec delphinis. Haec duo genera fiſtulis ſpi-
rant: quae ad pulmonem pertinent: balenis a fronte: del-
phinis a dorſo.

❡Braſſica quaſi pſeca a praeſecando pe.cor. Vulgo cau
lis dicitur quaſi paſſica inquit Var. Vel a praeſecando ꝗa
ex eius ſcabo minutatim praeſecaſ. Var. Ex ſemine braſ
ſicę vetere ſato naſci aiunt rapa & contra ex raporū braſ
ſicam. Cato braſſicarum tria facit genera. Vnū extenſis
folijs caule magno: alteram criſpo folio quā apianā vo-
cat: & Selinada. Tertiam minutis caulibus.

❡Branchos morbi genus cum catharro guttur & arte-
ria corripitur ob id & arterium quoq; in vitium appellat.

❡Brauium praemium ſignificat: quod nomen quidam
dicunt habere pen.pro. quoniā apud gręcos per ei diph.
ſcribatur βραβεῖον graece.

✱Brauros vrbs eſt in Attica. a Cecrope Athenienſium
rege aedificata. Cc.

✱Brecmaſſis iudęorū ligua abortum dicitur piperis: fe-
mina caſſa & inania coeli tempore carbuncularia. Cc.

❡Breue dicitur quod opponitur lōgo. A quo breuiter
& breui aduerbia. Ci. Appio. Faciēdum mihi putaui vt
tuis litteris breui reſponderem. Sciendum eſt breuem &
& breue maſc. & neutro genere latine dici in eo ſignifica-
to quo vulgus vſurpat breuem apoſtolicum nominan-
do. Lamprid. Milites ſuos ſic vbiq; ſciuit vt in cubicu-
lo haberet breues & numerū & tempora militātium. Fla
uius Vopiſcus in Aureliano. Breue nominum conſcri-
pſit.

✱Inde breuio breuiloquus breuiloquiū breuiloquentia
Breuitas breuis breuior breuiſſimus. Cc.

✱Breno dux Gallorum qui Brenonam venetiae vrbem
aedificauit quae poſtea litterarum mutatione Verona di
cta eſt. Cc.

❡Brephotrophia latine paruulorum hoſpitalia: quib⁹
infantes expoſititij alūtur: βρέφος graeco vocabulo in-
fans nominatur τροφη educatio. De quibus in decretis
xxxiij.q.viij. βρέφος καὶ τρέφω.

❡Breuiarium: compendiū: ſummariū. Ply.libro.xviij.
Verum vt pariter omnis culturę breuiarium peragatur

❡Briareus coeli & terrae filius. Briaros lati. fortis.

❡Britannia per duplex nn Inſula: quae nunc Anglia di
citur: & a Britone rege Britannia dicta cum prius Albiō
diceretur. ab albis montibus: qui ad eam nauigantibus
primo apparent. Haec ab ortu germanico oceano ab oc
caſu Hibernico alluitur ab oī continente diuiſa: vt Pto-
le.lib.ij.refert. Porrigitur in longum octingentis mili-
bus paſſuum. Inea Gargates lapis qui ardet in aqua &
oleo reſtinguitur. Ibi Londinum oppidum nunc Lōdra
copia negociatorum celebre. Inter ſeptentrionē & occi-
dentem vt celebres geographi tradunt duae ſitae ſunt in
ſulae: Britannia & Hybernia paulo minor britannia: vl-
tra quas ſunt quadragita inſulae Orcades appellatę mo-
dicis ſpacijs inter ſe diſtinctae. Apud Britannos longiſ-
ſimus dies.xvij.horarum deprehenditur & ęſtate lucidę
ſunt noctes: auctore Plynio.

❡Britannus: Britannicus: & Brito eiuſdem ſignificati-
onis ſunt. Vergilius. Et penitus toto diuiſos orbe Britā
nos. Iuuenalis. Quantum delphinis balena britannica
maior. Idem. Qua nec terribiles cibri nec Britones vnq̄.

✱Bryonia vitis genus quā nonnulli ampelomacnam di
cunt. Cc.

✱Bryſe⁹ vnū ex agnominib⁹ Bacchi ἀπὸ τοῦ βρύειν qđ
ſignificat inundare & madefacere. vide i Bryſſea. Cc.

❡Bryſſo as. foras exprimo. Vñ bryſſeus dictus eſt bac-
chus. Et bryſſam vuam tūc dicimus cum pedibus ad ex
primendum vinum calcatur.

❡Bryſſea vrbs Aoniae a qua bacchus bryſeus cogno-
minatus eſt: ꝙ ibi coleretur. Quidam tamen bacchum
bryſeum dici putant ab antiquo verbo βρύω quod ē ſca
turio. quoniā ex aluearibus mella: vel ex vuis muſta ex
primere primus docuit. Alij byrſeum potius q̄ bryſeū
volunt cognominatum a byrſa pelle: quam in bello in-
duebat. Nam apud Diodo.libro.v. Bacchum in prae-
lijs pardalorum pellib⁹ vſum conſtat. Byrſa autem co-
rium ac tergus ſignificat.

✱Brocon arbor eſt nigra magnitudine oleae folio robo
ris: fructu caprifici. hanc malachram nōnulli vocāt. Cc.

❡Bromius bacchi cognomen ὅτι βρόμος ἐστὶ βροντὴ
τοῦ πυρὸς ἢ ἐγεννήθη conſumo. Nā vino moderate ſum
pto humores repelluntur. Vel dicitur a brōte tonitru: eo
ꝙ natus ſit cum tonitru eius genetrice perempta.

❡Bronci (vt inquit Nonius) dicūtur qui producto ore
& dentibus prominentibus ſunt. Lucil. in ſatyra. Bron
cus nouit lani⁹ dente eminulo. Hic eſt Rhinoceros. Var.
de re ruſ.ij. de canibus. non broncos: ſed brochos vocat
Duobus (inquit) dentibus dextra & ſiniſtra paulo emi-
nus ſuperioribus directis poti⁹ q̄ brochis. Hinc brochi-
tas. Pli.libro.xj. Senectus in equis & cęteris veterinis in
telligitur dentium brochitate ſuperciliorum canitie.

❡Broncocoela: tumor magnus & rotundus in ceruice ī
ter cutem & aſperam arteriā: qua modo caro hebes: mo
do humor aliquis includitur: īterdum etiam minutis oſ-
ſibus pilis immixti.

❡Brucus βροῦχος graece: quoniā βρόχω comedo ro
do: genus vermis volucris diuerſum a locuſtarum ge-
nere: ſed non diſſimile haerbas erodens ſine alis tamen.

❡Bruma dicitur q̄diu diminuitur dies: quę finitur octa
uo Calendas Ianuar. quo fit in capricorno hyemale ſol-
ſtitium: & ponitur quandoq; pro menſe decembri: quan
doq; pro hyeme. Ver.ij.Ge. Frigida ſub terra tumidum
quem bruma tegebat. Inde brumalis vt brumale tēpus.

¶ Brunduſium ciuitas quę a Ply. ponitur in tertia Italię regione a gręcis condita portu nobilis ex quo tranſitus eſt in graeciam ſic dicta ꝙ Meſapiorum lingua Brunduſium cerui caput dicatur. Sic enim eſt ciuitas cum portu capiti ceruino perſimilis cū cornua: & caput & linguā habere videatur. Greci βρεντεσιον vocāt. Ex hac Pacuuius poeta ortum habuit.

✱ Brupeo veteres dixere pro ſtupeo a quo obrupeo pro obſtupeo. Cc.

✱ Bruſcum eſt arborum intortura ſiue tuber & eſt praecipuum ex buxo item ex acere. Cc.

¶ Bruta dicuntur ſine ſenſu ſtolida & tarda. Brutum autem a terra deductū ē: cui epitheton bruta: quaſi obruta Horatius libro carminum. Quo bruta tellus & vaga flumina. Inde bruti cognomen qui ſtolidum ſe ſimulauit.

¶ Brutij Italiae populi vltimi Siciliam verſus Lucanis vicini dicti quaſi bruti: & obſcoeni ſint. Fuerūt autē brutij ſerui & paſtores lucanorum qui inde aufugere & furtim in regione conſederunt vbi cōſentia eſt: quę fuit eorum metropolis. Quam regionem prius Auſones habitauerūt. Hi multo poſt tempore & ab Annibale & a Romāis propter eorum perfidiam pene deleti fuere ſine dignitate ſine honore ad ſeruilia opera ſemper coacti. Hęc regio vt auctor eſt Strabo. libro. vj. Oenotria quondā dicta fuit. Supra Conſentiam eſt Pandoſia: vbi moloſſorum Rex Alexander trucidatus eſt. Eſt & Rhegyum ciuitas olim potentiſſima.

✱ Brutiani a brutijs dicti qui officia ſeruilia magiſtratibꝰ praeſtabant eo ꝙ hi primum ſe Annibali tradiderunt: & cum eo perſeuerauerūt quouſqꝫ ex Italia diſcederet. Cc.

✱ Brutianę parmę dicta ſūt ſcuta qbꝰ Brutij vtebāt. Cc.

B. ante V.

✱ Bu particulam ſolebāt magnis & amplis rebus pręponere a magnitudine ſcilicet bouis. Cc.

¶ Bua puerorum infantiū potio eſt. Cato. Cum cibum ac potionem papas & buas vocent & matrem mammā: & patrem tatam.

¶ Bubalus penultima correpta. generis communis ſicut Chamelus. Vnde foeta chamelus & foeta bubalus dicitur. Animal eſt ſimile boui: vel ſylueſtris bos colore niger: quod eſt magna velocitate & magnitudine ex hercinia ſylua mittitur. vt inquit Plynꝰ libro. xiij. Hinc bubalinus a. um.

✱ Buberij ludi quos veteres a bobus pecoreqꝫ appellarunt. Cc.

✱ Bubonocele morbus dicitur quando inteſtinum vſqꝫ ad inguen duntaxat eruperit aut decubuerit. Cc.

¶ Bubulus a. um penulti cor. a boue fit idemē quod bouinus. Vnde lac bubulum: ex quo nomē eſt butyro. Imperiti bubulū inclinari putāt a bubalo. Plynius. Stomachum exulceratum lactis aſinini & bubuli potus reficit. Col. lib. vij. Defricari bubula vrina conuenit. Idē ſignificat bouillus.

¶ Bubile penultima cor. locus vbi boues moranť. Plautus in Perſa. Metuo vt poſſim in bubile reiicere ne vagētur. Col. libro. ij. Lata bubilia eē oportebit pedes decem vel minime nouem. Hoc idem dicitur bouile.

¶ Bubſequa penultima cor. bubulcꝰ: qui boues ſequiť. Sido. Ad Eutropiū. Si relinquare inter bubſequas ruſticanos ſubulcoſqꝫ runcantes tunc eſt tibi ſumma votorū beatitudo.

¶ Bubulcus. qui bobus arat: ſiue qui boues fundi aratorios paſcit. Hinc

¶ Bubulcito as. penultima correpta bubulci officiū facio. Plaut. Decet me amare & te bubulcitare. Aliquādo bubulcus adiectiuum eſt a boue ſicut bouillus. Plynius Bouillae carnis iure facile curať. Idem. Stomachum exulceratum lactis aſinini & bubulci potus reficit.

¶ Bubetię ludi: quos veteres a bobus pecoreqꝫ appellarunt: qui & boalia boum gratia inſtituti.

¶ Bubecii qui ludos celebrant.

¶ Bubaſtis ciuitas ęgypti: vbi cōuentus quotannis agebatur in honorem Dianae. Hinc bubaſtites praefectura. Aegyptus enim diuidebatur in praefecturas oppidorū: quas nomos vocant. Bubaſtis etiam dea quae colitur in aegypto: quae (vt ait Herodotꝰ) apud graecos Diana eſt.

¶ Bubona boum dea: ſicut Pomona pomorū: & Mellona mellis dea eſt.

¶ Bubo onis. generis maſculi. & foe. ſecūdum Priſ. a bouis quoqꝫ mugitu auis feralis debilis ad volandū in cauernis commorans. Ouidꝰ. lib. viij. meta. Ignauus bubo dirū mortalibus omen. Ver. lib. iiij. Solaqꝫ culminibus ferali carmine bubo. Bubones etiam abſceſſus ſunt circa inguen maxime: a quo & nomen vitio: nam & inguina ipſa graeci bubones vocant: vulgo quoqꝫ noſtri collectiones & inflammationes eius partis Inguinarias appellant.

¶ Bubino as. penultima producta menſtruo mulierum ſanguine inquinor. Cuius compoſitum eſt imbubino. Lucil. Haec inquit imbubinat: at contra te imbulbitat. Nam imbulbitare eſt pueri ſtercore foedare. Tractum a fimo quod βιλβιτον vocant.

¶ Bucca eſt os. i. ipſa concauitas interior intra malas faciei a mento ad oculos quae ſpiritu a pulmone reuocato & oppreſſis labijs retento inflatur: non ora labiorum. Hora. libro. j. Ser. Quid cauſae merito quin illis Iuppiter ambas Iratus buccas inflet? Plautus in tru. pro maxillis exterioribus poſuit. Quae iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habes. Id eſt vtrunqꝫ latus oris. Et ſonus ille qui ex inflatione buccarum erumpitur factitio nomine ſclopus dicitur. Perſius. Nec ſclopum tumidas intēdis rumpere buccas. Hiero. ad Paulinū. Vnde accidit vt omiſſa compoſitione verborum & ſcribentium ſollicitudine dicterē quicquid in buccam venerit. Quandoqꝫ tamen bucca accipitur pro ipſo ore. Vnde illud prouerbialiter dictum. Quicquid in buccam venit. Et bucca tuba dicitur. Iuuenalis. Et phrygia veſtitur bucca tiara. Hic buccina.

✱ Bucentrum bouis ſtimulus. Cc.

¶ Buccina penultima cor. diminutiuum a bucca pro tuba ſiue pro cornu hiero. ad Dar. Bucca vocatur tuba apud hebręos: deinde per diminutionem buccina dicitur Secundum aliquos paſtoralis & cornu recuruo efficitur Col. lib. vij. Ad quem ſaturae pabulo libenter recurrunt cū paſtorali ſigno quaſi receptui canitur. Nam id quoqꝫ ſemper crepuſculo fieri debet ad ſonum buccinae pecus ſi quod in ſyluis ſubſtiterit ſepta repetere conſueſcat. Apud Varronem videtur eſſe inſtrumentum quod inflari poſſit apud quod inquit Orphea vocari iuſſit: qui cum eo veniſſet ſtola & cithara cantare eſſet iuſſus buccinam inflauit: vbi tātum circumfluxerit mox ceruorum aprorum & caeterarum quadrupedum multitudo: vt non minus formoſum mihi ſit viſum ſpectaculū ꝙ̄ in circo maximo aedilium ſine aphricanis beſtijs cum fiunt venationes. Tuba ex aere vel argento quae in bellis & ſolennitatibus concrepat. Varro de ſuibus loquens. Subulcus debet conſuefacere omnia vt faciant ad buccinam.

¶ Buccino as. buccina cano. vt Buccinate in neomenia tuba. Vnde buccinator a vocis ſimilitudine: & cantu: & pro laudatore transferri ſolet. Cicero Tiron. Quare ꝙ polliceris te buccinatorem fore.

¶ Buccinum ſonus buccinae: quod & hic buccinus dici-

tur. Plynius libro.ix. Non tamē vſq; pelagi libras quin
quagenos nummos excedere & buccini centenos ſciāt:
qui iſta mercantur in ſolo.

¶ Buccina nomen oppidi in Sicilia vt meminit Diony
ſius: quo nomine etiam dicta eſt inſula Pontiani ponti-
ficis exilio & morte clara.

¶ Buccea & bucca fit pro ore & ſignificat fruſtulum ali-
cuius rei eſui aptæ quantum ſcilicet bucca commode ca
pit. Vulgo bolus dicitur. Aug. Cæſar ad Tiberium. Ne
Iudæus quidem mi tiberi tam diligenter ſabbatia i dieiu
nium ſeruat: q̄ ego hodie ſeruaui qui in balneo demum
poſt horā primā noctis duas bucceas māducaui priuſq̄
vngi icipere. Ma. buccas dixit p bucceas vel buccellas.

¶ Buccella dimiutiuum a buccea. Hier. in prouer. Me
lior eſt buccella ſicca cum gaudio: q̄ domus plena victi-
mis cum iurgio.

¶ Buccellatum panis caſtrenſis & frumentacei genus:
de quo Spartia. ſcripſit. Poſcenniū Imperatorem pro-
hibuiſſe piſtores exercitum ſequi: ac iuſſiſſe milites om-
nes buccellato in locis pacatis accepto eſſe contentos.
Ammianus ſic ſcribit. Viginti dierum frumentū ex eo
quod erat in ſedibus conſumendum ad vſus diuturnita
tem excoctum buccellatum (vt vulgo appellant) hume
ris impoſuit libentium militum.

¶ Buccones qui tumidioribus ſūt buccis. Plau. in Bac.
Stulti ſtolidi futuri fungibardi blenui buccones. ſolus
ego omnes anteeo ſtultitia.

¶ Bucculētus qui magnam habet būccā. Plau. in Mer-
ca. Ego dicam tibi canum varum ventroſum bucculen
tum.

¶ Bucea per ſimplex c folliculus grani fabę interior qui
albus eſt.

¶ Bucerus a. um. penultima correpta. a boue. Vnde bu
cerum pecus quod de bobus dicitur. Et buceriæ boum
armenta παρὰ τὸ βοὸς καὶ κέρας quaſi armenta vel bo-
ues cornuti. Oui. in met. Armētaq; bucera pauit.

¶ Bucentes tabanus a pungendis bobus κέντειν pun-
gere ſignificat. Bucētrum ſtimulus. Græci βούκεντρον
dicunt.

¶ Bucephalus pe cor. quaſi bouis caput. Quo nomine
dictus eſt equus Alexandri ab aſpectu toruo ſeu ab inſi
gni taurini capitis armo impreſſi. Ex cuius nomine vr-
bem bucephalon Indię ſepulcro circumdedit. Eſt & por
tus q ab alijs bucephala. ab alijs bucephalas: ab alijs bu
cephalon.

¶ Buccula per duplex c dimi. a bucca. quæ oris pars eſt
id eſt puſilla bucca. Apu. li. vi. de aſi. Tunc Iuppiter per
preſſa cupidinis buccula: manuq; ad os ſuum relata cō
ſauiauit. Vnde & quandoq; ponitur pro parte caſſidis p
quam mittitur ſpiritus quæ buccam tegit. Nā caſſis ca-
put: buccula vero barbatas partes armat: vel in qua de-
figuntur criſtæ in ſummo galeæ cono: q; buccæ paruæ
habeat ſimilitudinem. Iuuenalis. Lorica & fracta de caſ
ſide buccula pēdens. Vnde in cōm. Cęſaris legitur. Buc-
carum tegmen.

¶ Bucula per ſimplex c dimi. eſt a boue. Ply. Eidē mor-
bo buculæ iecur cōtritū prodeſt. Verg. lib. Geo. Aut bu
cula coelum Suſpiciēs patulis captauit naribus auras.

¶ Buculus bos iuuēculus. Col. lib. vij. Cum deinde bu-
culos comprænderis perducito ad ſtabulū & ad ſtipites
religato.

¶ Bucardia lapillus bubulo cordi ſimilis in babylōe tā-
tum naſcens.

¶ Bucentaurus compoſita dictio a bu. quod magnum
quiddam ſignat: & cētaurus id ē magna nauis cētauro in
ſignita. Veteres enim ſolebant magnis rebus bu ſyllabā
præponere a magnitudine. ſ. bouis.

¶ Bucolica op̄a a cuſtodia boū dicta ſunt. i. ἀπὸ τῶν βου
κόλων. qui dicuntur armentarij q; præcipua ſint anima
lia apud ruſticos boues.

✳ Bucolicon eſt etiam genus panacis quæ hærba eſt fe-
rulę ſimilis & in ipſo fine Arcadiæ & circa erimāthi fon-
tes & i Aphrica: & in Macedonia naſcitur. q nq; cubitorū
folijs primo quaternis mox ſenis in terram iacentibus
ampla magnitudine rotundis in cacumine vero oleagi-
nia ſemine in muſcarijs dependente. Ce.

¶ Bugloſſa ſiue bugloſſus: ſatiua & ſylueſtris eſt: Sati-
ua quā boraginē vocant: latini ab aſperitate linguā bo-
uis nominā̄t: q; folia aſpa ad modū bouis habeat: opti-
mæ virtutis. Ferunt hanc hærbam in vinum deiectam
ai voluptates augere & ob id Euphraſinū vocari quaſi
hærba lętificans. Eſt & hoc nomine piſcis qui alio nomi
ne putatur ſolea dici. Ariſt. Cartilaginea ſūt bos paſtina
ca torpedo: ſquatina: rana: bugloſſa: pſitta. Pſeuſipp⁹.
Germana iquit genera ſunt pſitta Bugloſſus: tenia: do-
rion.

¶ Bufo rana terreſtris nimiæ magnitudinis. Verg. Inuē
tuſq; cauis bufo.

¶ Bupodes pe. cor. magnos pedes. Bupędes magnos
pueros dicunt.

¶ Bulbido as. puerili ſtercore fœdo. Vide in dictione bu
bino.

¶ Bugones a gręcis dictæ ſunt apes: quoniam ex boue
putrefacto naſci perhibeātur. auct. Var. de re ruſtica.

¶ Bulbus Dioſcorides βολβὸς ὁ ῥωμαῖοι ἄλλιον μ' ἀγρε
σὲ μοι δὲ ἄλλιον μ' μαρινοῦμ' φύλλα ἔχει καυλὸν ὅμοια
κρίνῳ ✳ i. Bulb⁹ Romani alliū agreſte: alij allium mari
num appellant caulem & folia habet lilio ſimilia. ¶ Ge
nus cæpe non abſimile aſcaloniæ Venerem impēdio ex
citat. Mar. Cū ſit anus coniunx: cū ſint tibi mortua mē-
bra: Nil aliud bulbis q̄ ſatur eſſe potes. Col. lib. xi. Quę
q; viros acuunt: armantq; puellas Iam Megaris veniāt
genitalia ſemina bulbi. Generaliter vero apud idoneos
auctores bulbi ſunt radices rotūde tunicatæ quales ſunt
Croci narciſſi colocaſię ſquillæ & harundinum. Palladi
us. Nūc & liliorum bulbos deponemus: vel lilia ante ha
bita ſarriemus ſumma diligētia ne oculos circa radices
naſcentes & minores bulbos ſauciemus quia matre ſub
tracti: atq; in alios digeſti ordines noua liheta formabūt.
Item violarum plantæ & croci bulbi ſerendi ſunt. Var-
ro & Apicius ita ſcribunt. A qua decoquant bulbos: qui
Veneris vſum quærunt. Bulbi autem megarici quos Ca
to celebrat dicti ſunt q; Megaris ciuitate gręcię venirēt
Sed bulborum nobiliſſima eſt ſcilla. Col. lib. v. Bulbus
tripedaneis interuacantibus ſpatijs obrutus anno cele-
rius maturam perticam præbet.

¶ Bulla aurea inſigne erat triumphantium quam in tri-
umpho præ ſe gerebant incluſis intra eam remedijs: quę
crederent aduerſus inuidiam valentiſſima. Hinc dedu-
ctus mos vt prætexta: quæ magiſtratuum erat & bulla i
vſum puerorum nobilium vſurparetur ad omen & vo-
ta conciliandæ virtutis ei ſimilis cui primis in annis mu
nera iſta ceſſerunt. Erat hæc bulla rotunda vt Macro. in
quit in cordis figuram formata: quam ante pectus anne
ctebant a collo: vt bullam inſpicientes ita demum ſe ho
mines eſſe cogitarent: ſi corde prętarent Romani depo
ſita adoleſcentia eam exuebāt. Libertinorum vero filij
lorum in collo pro bullæ decore geſtabant. Aſco. Bul-
la ſuſpendi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea: li-
bertinis ſcortea quaſi communiēs pectus puerile. A cu
ius rei ſpecie Plutarcho auctore i proble. dicta bulla tu
mor quidam excreſcens tam cum bullit: q̄ in vrina cum
ſpumam facit: & repente eua neſcit. Cornutus. Ebullire
proprie dicit̄ expirare metaphora ſumpta a bullis quæ

in aqua fiunt:& cadentibus guttis rumpuntur. Ex quo etiam prouerbio aliter apud Var. dicitur homo bulla eſt quia ſcilicet ſimilis bullę vita hominis ſit fluxa & momẽto caduca. Plautus in Aſi. Accepit bullã pro capite clauorum. Iuſſin in ſplẽdorem dari bullas has foribus noſtris? Nam clauorum capita more bullæ quaſi turgentia formata ſunt & ſplendent ad fores decorandas. Sic Ci. tradit Verrem bullas aureas ex valuis templi magnificẽtiſſimis abſtuliſſe. Bullæ etiam dicuntur ornamenta quibus cingula decorantur. Calphur. in Buc. Alternat vitreas lateralis cingula bullas.

¶ Bullula diminutiuum parua bulla. Cel. libro. ij. de vrina. Aut ſi quaſdam iquit maculas repręſentat: vt ſi bullulas excitat.

¶ Bullo as. bullas facere ſignificat: hoc eſt tumorem illum excreſcentem: qui ſpũ in aqua vel vrina excitatur. Cato de re. Vinum græcũ ſic facito. Muſtiq́. xx. in aheinum aut plumbum infundito: ignem ſubdito: vbi bullabit vinum ignem ſubducito. Plyni⁹. libro. xviij. Item maris ipſius tranquillus ſonitus ſpumæ aut aquæ bullãtes. Idem. Magna ſigna ſunt vrinæ bullantis & craſſæ.

⁎ Bulapton hoc eſt lapatum bouinum hærba eſt. Cc.

¶ Bullatus a. um. bulla inſignitus. veſtis bullata in qua erat bulla. Et bullatus tumidus excreſcens. Perſius. Nõ equidem hoc ſtudeo bullatis vt mihi nugis Pagina turgeſcat.

¶ Bulgæ auctore Pompeio ſacculi ſcortei ſunt ad ferẽda numiſmata ſiue cętera ad iter neceſſaria: quas alij vulgas appellant. Senc. ab equis quibus portantur hippoperas vocat. Cui⁹ hæc verba ex libro epiſtolarum ad Lucil. xiij. M. Cato cenſorius: quem tam neceſſarium reip. fuit naſci q̃ Scipionem. Alter enim cũ hoſtibus noſtris bellum: alter cũ moribus geſſit canterio vehebatur hippoperis quidem impoſitis: vt ſecum vtilia portaret.

¶ Bullio bullis. iui. itum ſignificat ferueſcere & bullam facere. Cuius compoſitum eſt ebullio: quod eſt valde ſeu extra bullire. extra fundere. ſicut aqua in aheno calefacta ebulliens non ſe ipſa capit: ſed intumeſcit. fundit. Ci. li. iij. tuſ. Qui ſe virtutes ebullire volent & ſapientias nihil aliud dicent. Vnde etiam accuſatiuum habet. Hie. in Exo. Ebulliet fluuius ranas. Et ebullire eſt expirare. Cornutus Metaphora ſumpta a bullis quæ in aqua fiũt & cadentibus guttis rumpuntur. & ſpiritum quo continentur amittit: propterea ebullit expirat. Nam cũ ebullit aqua igne ſubiecto altius quidam vapor emittit. Hiero. lib. ij. Mach. pro ſcaturire poſuit. Ipſe ebullire de perfide eos qui pugnauerunt contra nos.

¶ Bulis nomen ciuitatis a Bulone conditore ſic dicta a qua buli & bulienſes. Cice. in Piſonem. Partherij & bulienſes illuſt.

¶ Bulimon græci magnam famẽ dicunt. Bupæda magnum puerum.

¶ Bupho genus hærbæ: quæ a bobus deuorata anginã procreat: eoſq́ necat. Græce quippe βοῦσ bos dicit φόνοσ mors. Hanc Hærbam quidam Chameleonem vocant. Alij Cinozoron q̄ fœtore eius nari ccanum auribus decidant κυων enim canis ~ζειν fœtere.

¶ Bumaſtos magna mamma. Quo nomine dictum eſt genus quoddam vuæ groſſioris q̄ tumeat ad ſimilitudinem mammarum bouis βοῦσ bouis μασὸσ mamma quæ etiam bumamma dicitur: ſiue quia veteres gręci rebus magnis bu præpoſuere.

⁎ Bumelia fraxini ſpecies in Macedonia ampliſſima & lentiſſima. Contra ſerpẽtes ſucco expreſſo ad potum & impoſita hulceribus maxime iuuat.

⁎ Bupetiæ ludi ſunt boum gratia celebrati. Cc.

⁎ Buphonon hærba eſt quam alij Chameleontẽ alij Ixiõ vocant. Cc.

⁎ Buphthalmõ hærba eſt quam bouis oculum vocant βοῦσ bos ὀφθαλμόσ ocul⁹ dicitur. Cc.

¶ Bupræſtis vt inquit Ply. animal eſt Scarabeo lõgipedi ſimile. venenatũ eſt: rarũ in Italia: fallit inter hærbas bouem maxime. Vnde & nomen inuenit. Apud iuriſcõſultũ titulo ad legẽ Corneliã ſcribitur. Si cui temere pigmentarij dederint pytio campas aut bupræſtis quę ambo venenata ſunt teneri pœna legis Cornelię de ſicarijs & veneficis. eſt & bupræſtis hærbæ genus quam in laudibus ciborum habuere.

¶ Bura ſiue buris pars aratri poſterior decuruata q̄ fit ĩ ſimilitudinem caudæ bouis quaſi bouis vra. quę bouis caudam ſignificat quæ manu bubulci tenetur. Var. lib. j. de re ruſ. Et ſæpe fracta bura relinquũt vomeres in aruo. Ver. lib. j. Geor. Continuo in ſyluis magna vi flexa domatur In burim.

¶ Buris vrbs mediterraneæ achaiæ. de qua Ouidius. li. xv. met. Si quęras helice. & burim achaidas vrbes.

¶ Burrhum quod nũc dicimus ruffum pari mõ rubens cibo ac potatiõe burrhus dicitur quod a græcis πυῤῥον ſcribitur. Hinc burrhæ dicitur veſtes ruffę.

Sunt tamen qui byrrhum ſcribant.

¶ Burrhanica genus potionis Lac ſapa miſtum a ruffo colore nomen ductum.

¶ Burrhanicum: genus veſtis.

¶ Burdo dicitur. qui ex equo & aſino natus eſt.

¶ Burgundia Gallię prouincia celticæ ducatus titulo ĩſignis cum antea ſub regibus fuerit a qua burgundij & burgundiones.

¶ Burcana inſula. vt lib. iiij. docet Plyni. in oceano germanico: quę nũc Fabatia a frugis ſimilitudine ſponte ꝓuenientis. ſic appellata.

¶ Buſiris penultima producta Neptuni & Libyes fili⁹: & de⁹ ibi appellatus. Ouidius libro Hero. Si te vidiſſet cultu buſiris in iſto. Sta. tamẽ corripuit. li. xij. the. Non trucibus mõſtris buſirim infandumq́ dediſti. Huius genitiuus eſt buſiris vel buſiridis. Ver. Aut illaudati neſcit buſiridis aras. Hic rex fuit ægypti qui cũ ſuſceptos hoſpites immolaret ab Hercule interemptus eſt cum & eum occidere voluiſſet. Eſt & buſiris nomen vrbis in Aegypto a Buſiride condita: in qua fuit templum magnum Iſidis quæ quidem vrbs ab ægyptijs ſolis vrbs a gręcis vero thebæ dicitur. Hinc buſirica præfectura.

¶ Buſicon ficum mariſcã dicunt quæ magna erat.

¶ Buſtũ ſi Seruio creditur vocatur quando exuſtum iã cadauer eſt. Quod & Ver. ſenſiſſe videtur cum inquit Semuſtaq́ ſeruant buſta. Liuius quoq́ li. v. ſcribit locum fuiſſe iuxta Acquimeliũ nomine buſta gallica quoniã illic aceruatos cumulos ſuorum defunctorum ex peſtilẽtia vſſerant galli. Ci. vero libro. ij. de legibus putat buſtũ appellari tumbam aut monumentũ. Pœnaq́ fuit Solonis lege conſtituta ſi quis buſtum aut violaſſet aut deieciſſet. Sue. in Cæſ. poſuit pro ſepulchro. Iudæi qui etiã noctibus continuis buſtum frequentarunt.

¶ Buſtuarij gladiatores dicti ſunt qui ante ſepulchra in honorem defuncti digladiabantur. Cicero in Piſonem Si mihi cũ illo buſtuario gladiatore & tecum & cum collega tuo decertandum fuiſſet.

¶ Buteo ex ancipitum genere auis eſt quam græcia numero teſtium triorchem vocat: ὄρχισ apud eos teſticulus dicitur.

¶ Buttubata veteres vſurpauerunt pro eo quod nugatorum eſt & nullius valoris.

¶ Buthyſiam magnum ſacrificium appellauere qualis eſt hecatombe & immolatio magnarum hoſtiarũ. Sueto. in Nero. Gymnica inter buthyſiæ apparatum barbã

primam poſuit. Greci enim thyſiam dicunt ſacrificium & praeponentes bu ſignificant magnum ſacrificium. Et Plut. Buthytas appellat ſacerdotes.

¶ Butyrum pe. cor. bouis caſeus. βοὸσ eñ bouis τυρὸσ caſeus: quia vt plurimi ſicut inquit Plynius lib. xxviij. fit ex bubulo lacte. Q̃ q̃ autem ſit lactis natura tamẽ iã piguior & craſſior & ſolidior materia ẽ quod aut frequẽti agitatione: aut concuſſione aſſidua colhibet in ſe atq; ſolidatur.

¶ Buxus vel buſſus arbor exigua ſemper virens & tonſilis. Producit ex ſe viſcum & ſemen ſeu granum qd cartegon dicunt. Buxum vel buſſum materia ipſa .i. lignũ Nam in plaeriſq; nominibus arbores ſunt foeminini generis. fructus vero & ligna neu. Verg. Dant arbuta ſylue cruẽtaq; myrta & caereca pruna volubile buxum. Ex buxo fiunt tibiae multiforatiles: & pectines ad capillos explicandos: & pyxides ad vſus plurimos. Grece πύξοσ: quod π plaerunq; in b conuertitur. Vnde buxolum grae ce pyxis idis. Hinc buxeus a um. quod ex buxo eſt. Buxeta loca buxis conſita. buxolus.

B. ante Y.

¶ Byzari & budici vulgo putãtur imaginoſi & quia cõſuetudine caeterorum viuendi receſſerunt. Hi apud graecos byzeres & buzeres dicuntur.

¶ Byzeres & buzeres pe. pro. populi ſunt. Val. Fla. Buzereſq; vagi. Pomp. Plinius. Buzeros appellat. Ab his portus quidam in ponto appellabatur byzaricus.

¶ Byrſa: corium ac tergus. Verg. Mercatiq; ſolum facti de nomine byrſam Taurino q̃tum poſſet circũdare tergo. Quo nomine etiam dicta eſt arx in media carthagie A byrſa corio fit byrſeus pro coriario.

¶ Byſſus genus lini ſubtiliſſimi. Item lana conchę adhęrens colore luteo ac perlucido. Ex hoc fiunt precioſiſſimę veſtes byſſinae appellatae. Et byſſinum eius modi color appellatur: qui aliquãdo dicitur byſſus hoc fit ſi cocco tinctum tyrio tingatur.

¶ Byzantium vrbs Thraciae quõdam a Pauſania ſpartanorum rege condita: a qua byzantę populi dicuntur. Poſtea a Conſtantino in maius aucta glorioſiſſimi imperii ſedes eſt totius caput orientis. Eſt alia ciuitas in Aphrica: quam quidam Byzantiũ appellant: & populi Byzantas. Martianus. Qui Byzantium incolunt in Aphrica: meſſes centeſimo incremento foenerantur. Strabro. Byzancium per c vnde Byzancenus ager apud Solinum. Ptole. quoq; regionem byzacitin. Stephan⁹ byſſacitas & byſſacẽos. Suidas τὸ βυζάντιον ἐπὶ σεβήρου τοῦ βασιλέοσ ῥωμαίων τετείχισο γεννάιῳ τείχει πεποιημένῳ μυλίτῃ λίθῳ καὶ τὰ λοιπά.

⁎ .i. Byzãtium tempore Seueri regis Romanorum munitum eſt generoſo muro & molari lapide & reliqua. Cc.

C LITERA MVTA eſt. Quae anten ſequente vocali in eadem ſyllaba ponitur: ſed pfertur ſub voce g ob cognationem litterarum: vt Cnidus. Cneus. Tranſit etiam per cõpoſitiones & deriuatiões in g. vt quadringenti pro quadrincenti. In s vt parco parſi. In x vt duco duxi noceo noxa.

C. ante A.

¶ Caballus equus. Sene. epiſ. lxxxvij. O q̃tum erat ſaeculi decus imperatorium triumphalem cenſoriumq; ſuper omnia: hoc eſt Catonem vno caballo eſſe contentũ. Hinc caballinus a. um. Perſ. Nec fonte labra prolui caballino.

¶ Caballi populi ſunt Aſiatici.

⁎ Caca vide cacus.

¶ Cacabus pe. cor. nomen a ſono tractum: quem ſupra ignem poſitus facit a noſtris dicitur olla in qua pulmentarium coquimus. Paul. Iurecõ. Inter ahenum quod ſupra focũ pendet & cacabum nõ multum intereſt. Nã hoc pulmentarium coquitur: in illo aqua ad potandum caleſcit. Apiti⁹. Capita porrorũ ſimul elixabis in cacabo nouo vt aqua ad tertiam deferueat. Antiqui eñ calidam & frigidam in coenis adhibuere.

¶ Cacus (vt fabulę ferunt) Vulcani filius fuit: ore ignẽ euomens & in vaſta ſpelunca habitans: vaſtus corpore predę ac latrociniis ſemper intẽtus: cuius ſoror caca vocabatur. Quem Hercules claua interfecit.

¶ Cacabo as. pe. cor. proprium eſt vocis perdicũ. Oui. Cacabat hinc perdix hinc glaciat improbus anſer.

¶ Cacos latine modo malus: modo deformis: modo timidus dicitur. Et barbara eſt dictio: ait Theodorus Gaza libro quinto Iliados.

¶ Cacia grece κακία: quam latinus vertit in maliciam inquit Hier. Apud grecos duo ſignificat & maliciam & afflictionem ſeu anguſtias quam κάκωσιν Greci dicũt & hoc magis pro malicia tranſferri debuit. Cicero vitioſitatem interpretari mauult q̃ maliciam cũ vitioſitas nomen ſit generalius ad omnia vitia pertinens malicia ſpecialius. Apud veteres malicia τὸ μέσον: quaſi ſit & bona & mala: vt dolus bonus & malus. Vnde apud Plautũ dicitur cum laude. Te ciuem ſumma omni malicia.

¶ Cacephaton vel potius cacophaton dici poteſt mala locutio: vel mala conſonantia: Cacon enim malum dicitur: phaton dictum. Fit autem cũ particulã m ſequitur n vt numerum cum nauibus ęquat. Item cum ſequẽs dictio duas habet ſyllabas duabus praecedentibus ſimiles vt O fortunatam natam me conſule Romam. Huic cõtraria eſt Euphonia.

¶ Cacoſynthetõ mala ſeu deformis compoſitio σύνθετον enim compoſitum dicitur: vt apd Verg. Verſaq; iuuencum Terga fatigamus haſta.

¶ Cacohetes generis neutri malus mos dictio tetraſyllaba κακὸν malum ἦθοσ mos. Nã ἔθοσ conſuetudo. Vitium curatu difficillimũ cum hulcus quidem preſſum eſt ſed quae circa ſunt intẽduntur & intumeſcunt: vt inquit Celſus. Ply. Caro vituli recentia vulnera nõ patitur intũeſcere: fimũ bubulũ cũ melle foeminũ vituli cinis hulcera ſordida quę cacohetę vocant lacte mulieris ſanant. Iuue. pro ambitiõe ſumpſiſſe videtur p trãſlationẽ quae cũ ſemel animo inſederit non facile amoueri poteſt. Tenet inquit inſanabile multos ſcribendi cachoetes.

¶ Cacologus penultima cor. maledicus: cacologia maledictio.

¶ Cacobaſilea malum regnum: cacodaemon infoelix.

¶ Cacozelus ineptus imitator pe. pro.

¶ Cacecia ſiue caceſia vel cacexia: ſpecies ẽ phtiſis quaſi malus corporis habitus: quo alimenta corrũpunt: qd fit cũ longo morbo vitiata corpora etiã ſi illo vacãt refectionẽ tñ nõ accipiũt. Tñ apud Ariſto. aliud ſignificat.

¶ Cachinnus ſolutus riſus: a ſono riſus fictum vocabulum. Iuuenalis. Sed facilis cuius rigidi cenſura cachinni. Perſius. Ingeminat tremulos naſo criſpante cachin-

Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos. Hinc Sene. præcipit: vt riſus ſit ſine cachinno: vox ſine clamore. Apud antiquos non de riſu tm̄ dicitur: ſed et de ſono vehementiore. Catullus. Procedūt: leuiterq̧ ſonant clangore cachinni.

¶ Cachinnor. aris. depo. et cachinno as. neu. ꝑ immoderate rideo. Lucre. lib. iiii. Quā famulæ multæ fugitant: furtimq̧ cachinnāt. Dicitur et de ſono vehementiore. Accius. Sæua ſonādo crepitu clangētes cachinnant. Venit tamen ex greco καγχάζω.

¶ Caco. as. ventris onus depono: excerno. Mar. Ventris onꝰ miſero nec te pudet excipis auro: Baſſa bibis vitro: cariꝰ ergo cacas. Hic cacaturio cacare deſydero.

¶ Cacaturio. is. Martialis. Cœnaturit non cacaturit.

¶ Cacula. pe. cor. militis ſeruus ἀπὸ τῶν κάλων. i. a lignis. Erant enim caculæ militum ſerui: fuſtibus: clauiſq̧ ligneis armati ad tutelam dominorum. Plautus. Video caculam militarem.

¶ Cacumen. pe. pro. vertex: ſummitas montis.

¶ Caceana inſula in ponto: quam Pompo. lib. ii. colliſanam vocat.

¶ Cado. is. cecidi caſum: ſignificat ruo. Aug. ſup Io. Qui nō intrat ꝑ oſtiū in ouile ouiū: ſed aſcēdit aliunde vęh miſero mihi: quia caſurus ſum. Interdū cadere eſt euenire. Cice. lib. iii. offi. Nec pręter ſapientē cadere in quēq̄ pōt. Interdū occidere et mori. Verg. Cadit et Ripheus iuſtiſſimus vnus. Et cadere dicūtur illi: q leuati a ſummo ad inferiora labuntur. Cadere a cauſa eſt aduerſario cauſam cōcedere: quod plęriq̧ faciūt ne maiora incurrāt dāna: qđ eſt litē ꝑdere. huius cōpoſita ſunt accido: concido: decido: excido: incido: intercido: occido: procido: recido: et ſuccido: quæ habent penul. cor. Deriuatiua ſunt. caſa. caſo. as. et caſito. de q̄bus infra.

¶ Cadauer. pe. pro. a cadendo. Nam vt inquit Hiero. Ab eo ꝙ poſt mortē ceciderit cadauer dicitur. Et proprie de corporibus mortuis: q̄uis et de oppidis ad ſolum deductis quādoq̧ dicatur. Ser. Sul. Cice. Tot oppidorum cadauera proiecta iacent. Hinc cadauerinus. a. um. pe. pro. Aug. lib. ix. ciui. dei. Si tantis ſacrificiorum cadauerinis non contaminantur nidoribus.

¶ Caducus. a. um. pe. pro. non ſolum momētaneum ſignificat ꝙ facile cadat: ſed ꝙ cadere faciat. Vnde caducus morbus: ꝙ facile cadat. Ply. lib. xvii. In drupis quoq̧ quæ matureſcentes tunc ſunt præcipue caducę id ꝑ ignis magis euenit etiam ſi non ceciderint faſtidiēdis. Quandoq̧ caducus mortuus dicitur. Virg lib. vi. Hinc multū fleti ad ſupos: belloq̧ caduci Dardanidæ Vnde et cadauera: et caducum: quod ſub aliqua conditione legatum eſt. Caduca hæreditas dicitur: quū hæredes ceciderunt. Et caducarij: qui huiuſmodi hęreditatem accipiunt. Legatum omne capis: necnon et dulce caducum. Caduca auſpicia veteres dicebāt: quum aliquis in templo excidit: veluti de manu virgæ.

¶ Caducor. eris. præcipitor. Varro. Et frigido nymbo aqua acta caducimur.

¶ Cadulæ guttæ: quę de carne pingui cadūt dū aſſant

¶ Cadiuus. a. um. pe. prod. qđ ꝑ ſe cecidit: Vnde cadiua poma dicūtur: q̄ nō ſunt manu collecta: ſed ſua ſpōte in terrā cecidere. Et cadiua folia: q̄ ꝑ ſe ex arboribus cadūt. Ply. Colligi mala poſt æquinoctium autūnale cadiua ſeparari ſtramentis ſtorijs paleiſve ſterni.

¶ Cadus vas vinarium: quo vinū conditur: vt inquit Acron. Cuius prima corripitur. Martial. In vaticanis condita muſta cadis. Cōtinet vrnas duas: vel vt aliqui volunt tres cum dimidia. Vrna quadrantali et amphora. Primi in alpibus ruſtici cados ligneos circulis cinctos excogitarunt: et græcum eſt κάδος.

¶ Caduceus et caduceū: virga Mercurij erat: qua pax ſignificabatur. Nam quia Mercurius orationis deꝰ eſt et deorum nūtius (vt Gentiliū more loquamur) merito a dijs mittebatur: vt diſſidentium animos oratione ſedaret. Hinc caduceatores dicūtur legati pacem petētes: a caduceo: quem manu geſtabant. Cato. Caduceatori nemo nocet. Et caduceū ipm Apollo inuenit: eoq̧ Mercurium donauit: a quo ipſe lyra donatus ſit.

¶ Cadurcum tentorium ſiue culcitra: qua merces teguntur: a Cadurcis Galliæ populis: vt inq̄t Ply. apud quos lini præſtātis palmā obtinet in culcitris. Iuuena. Inſtitor hibernę tegitis: niueiq̧ cadurci. Sunt q putēt eſſe inſitā: quę ſupra lectum obtenditur. et tegit vndiq̧: et quum corpus Chriſti: aut ſancti alicuius viri oſſa ꝑ vrbē cōportātur cadurco. i. ſupernę quod proles ſuſtinent operiunt. Iuuena. Violato pœna caduco.

¶ Cadiſcus vaſculum: quo ſuffragia colliguntur: gręce καδίσκος diminutiuum a cadus.

¶ Cadmus nomē propriū Phœnicū regis Agenoris filij: qui fuit tyrius: a quo cadmeus. a. um. Mar. Te cadmea tyrus. Et Thebæ cadmeæ dicūtur a Cadmo conditore. Prop. Cū tibi cadmeæ dicuntur pōtice Thebæ Ferūt cadmū. xvi. literas e Phœnicia in gręciā detuliſſe α. β. γ. δ. ε. ι. κ. λ. μ. ν. ο. π. ρ. σ. τ. υ. His Palemedem troiano bello. iiij adiecisse. ξ. θ. φ. χ. Aiunt quoq̧ cadmum hiſtoriam inueniſſe: et primū ꝓſaicā orationē inſtituiſſe. Apu. vero. eā aſcripſit Pherecidi. Fertur item inueniſſe auri metalla atq̧ cōflaturam. Eſt et cadmus mōs qui Laodicæ imminet: ex quo Lycus fluuiꝰ fluit Noſter aūt Suidas ita ſcribit de Cadmo. κάδμος ὁ μιλήσιος εὑρετὴς τῶν γραμμάτων ἐπιγράμματι ζήνωνος: κάδμος πανδίονος μιλήσιος ἱστορικὸς ὃς πρῶτος κατά τινας συγγραφὴν ἔγραψε καταλογάδην. μικρῷ νεώτερος ὀρφέως: et ſubdit ἀπὸ γράμματα πρῶτοι φοίνικες ἐφεῦρον. i. Cadmus Mileſius literarū inuētor epigrāmate zenonis. Cadmus Pandionis Mileſiꝰ hiſtoricus: q primus ſcd̄m quoſdā hiſtoriā ꝓſaica oratione ſcripſit: paulo iunior Orpheo. Et ſubdit. Literas primi Phœnices adinuenerunt.

✱ Cadmites gēma: quā ceruleę iterdū bullæ cingūt. Cei

¶ Cæa nomen inſulæ maris ægęi: a Cæo Titani filio ſic dicta. De qua Ply. libro. iiij. Inſulæ Cæę quatuor ſe re partibus: quę ad Bœotiam vergebant eodem mari deuoratis. Hanc Ptolemæus et vulgus nauticū Ciam nominant. Hinc cæus. a. um. Vnde Eraſiſtratus e cæa inſula cæus dictus eſt. Et veſtis cæa: quæ ab aliquibus coa dicitur. Ply. li. iiii. ſcribit ex cęa inſula ꝑfectam delectationi fœminarū veſtem: auctor eſt Varro. Eſt aūt cæa veſtis bombycina tenuiſſima: deraſis velleribus a ꝑuis animantibus cōfecta: ibi primum inuenta. Hāc prima texiſſe dicitur Pamphila: ſiue vt Ariſt. inq̄t paſiphale Platis filia. De hoc etiam in dictione coos.

¶ Cæcias: ventus qui ita flare dicitur ab Ariſt. non vt nubes propellat: ſed vt ad ſe vocet. Flat inter aquilonem et exortum æquinoctialem.

¶ Cęcubum vinum: ſic dictum a cæcubis campaniæ populis: apud quos naſcitur. Ply. li. iiii. Setini et cæcubi obtenduntur agri His iunguntur Falerni calœni. Mar. Cæcuba Fundanis generoſa coquuntur amicis.

¶ Cęcus quaſi oculis captus: vel quaſi oculis cōciſus vel oculis carens. Et cæcus dicitur inſidioſus: occulte malus: latens: tacitus: qui videri non poteſt. Col. li. i. Ex q̄bus ſæpe cōtrahūtur cęci morbi: quorum cauſas ne medici quidē perſpicere queūt. Sic dicimus cęcam noctem: in qua non videmus. Verg. Cæca tegens filo veſtigia. Transfertur et ad animū. Vnde cæci dicūtur improuidi. Hinc cęcitas tam animi: q̄ corporis orbitas

¶ Cęculus diminutiuum a cęco. Eſt & nomē propriū eius: qui Pręneſte condidit: a quo cęcilios ortos putāt: quorum familia Romę nobiliſſima fuit.

¶ Cęcilia genus ſerpentis cęci. Colu. lib. vii. Eſt et magnorum animalium noxium virus. Nam et vipera et cęcilia ſępe quum in paſcuo bos improuide ſupercubuerit laceſſita onere morſum imprimit.

¶ Cęcutio. is parum video: et cęcutiens: quaſi ſemicęcus. Var. Vtrum oculi mihi cęcutiunt: an ego vidi ſeruos in armis contra dominos. Hieron. ad Paul. Vt rarus ſit qui non earum cęcutiat lectione.

¶ Cęculto. as. obtuſam aciem habeo: et quaſi cęco ſimilis ſum. Feſtus. Cęcultare eſt cæcos imitari. Cęcultant cęci ſimiles ſunt oculorum acie obtuſa. Plau. Nū nam mihi oculis cęcultant: eſt ne hic noſter Hermio.

¶ Cęcilius poeta dictus: vt inquit Feſtus a cęculo prę neſtinæ vrbis conditore: vel vt quidam aiunt a cæcutientibus oculis.

¶ Cęco. as. cęcum facio: cui⁹ compoſita ſunt excęco: quod eſt valde ſeu pfecte cęco. Ply. Vt quum lauatur: ſi oculos attingat: excęcet. Obcęco: de quo infra.

¶ Cęcum vallum: in quo pręacuti pali affixi herbis vł frondibus occuluntur. Item cęcū inteſtinum: qđ a dextra parte incipiens in ſiniſteriorem peruium & longū eſt. Ideoq; dicitur cęcū: quia id quo peruiū eſt late fuſum ac ſeminatū ab vtraq; parte hic atq; illuc ē volutū.

¶ Cęcinos amnis vocatur: qui rhegiuum agrum a locrenſi diuidit. Et eſt oppidum Italię haud procul a Sicilia cęcinum dictum.

¶ Cędes mors ferro aut alia vi illata: pręſertim ab eo qui occidere aut ferire volebat. Inde dicimus aliquem commiſiſſe cędem. Huius diminutiuum eſt cędicula.

¶ Cędo. is. cecidi. pe. pro. cęſum. verbum actiuū: cui⁹ paſſiuum eſt cędor. Et eſt cędere flagellare. Terēt. Verberibus te cęſum in piſtrinū Daue dedam. Item excidere. Cice. Aut eius partes quaſi mēbra quędam cędēda. Itē pcutere. Iuue. Ebrius et petulans. qui nullum forte cecidit. Item occidere. Vergi. Cęduntur vigiles. Per tranſlationem vero ponitur quandoq; p immolare: vt apud eundem. Cędunt binas de more bidentes. Item pro frāgere. Cice. Cędere ianuā ſaxis: inſtare ferro. Huius compoſita ſunt abcido. concido circūcido. decido. excido. incido. intercido. occido. precido. recido. et ſuccido: quorū penultima pducitur. A cedo ſine diphthōgo ceſſi pteritū: et ſupinū ceſſum facit: multaq; ſignificat. Nā quādoq; cedere ſignificat abire: et locū victori dare. Cice. Cui quidē exercitus noſtri Imperatoreſq; ceſſerunt. Q uādoq; diſcedere: euitare: atq; ſubtrahere. Plau. Cedamus imbri. Lucil. Q uandoq; pudor ex pectore ceſſit. Hinc cedere irę dicimus dare locū irę: et quaſi ab ira diſcedere. Cedere bonis: diſcedere a bonis: et quicqd noſtrū erat tradere creditori. Cedere iure: diſcedere a iure: eſt ius qđ habemus alteri tradere. Q uod et de iure cedere dicimus: et cedere ē in ius alicui⁹ venire: vt cedūt mihi ea bona. i. in ius meū veniunt: et cū actiō mediante in. Hiero. ſuper Mat. Ita fiebat: vt oblatio liberorū ſub occaſione templi et dei in ſacerdotū lucra cederet. Rurſus cedere ponitur pro date. Aennius. Saluete optima corpa cedite man⁹ veſtras: meaſq; accipite. Pro concedere obſequi nō repugnare. Verg. Cedo equidē: nec nate tibi comes ire recuſo. Pro ſuccedere: ſeu in ſortē cōtingere. Idē. Ceſſerit auſonio ſi fors victoria Turno. Pro incedere. Plau. in Aulul. In hoſtē abſolutus cedas. Inuenitur et cedo imparatiuum p dic: et nōnūq̄ pro da: nec habet aliā perſonā: niſi tm̄ cedite pluraliter: habetq; primā correptā Terē. in And. Cedo cuiū puerū. Lact. li. iii. Cedo ígr qđ didiceris. Cice. in Cato. Cedo q noſtrā remp. tantā amiſiſtis. i. dic. Ter. in Phor. poſuit p da. Quin tu mihi argentū cedo. Phor. Immo vero vxorē tu cedo. Cedere diem inqt Vlpia. ſignificat incipe deberi pecuniā ſicut venire diem: ſignificat eum diē veniſſe quo pecunia peti poſſit. Huius verbi cōpoſita ſunt abſcedo. accedo cōcedo. decedo. diſcedo. excedo. incedo. intercedo. præcedo. procedo. recedo. retrocedo. ſecedo. et ſuccedo: quæ habent penultimam productam.

¶ Cædua ſylua: quę relinquitur: vt ex ea ligna cędant.

¶ Cęſim aduerbiū ſignificat cædendo: ſicut punctim pungendo: et cęſim dicitur vno ictu. Col. lib. v. Maior aūt pars operis in vineā ductim potius: q̄ cęſim facienda eſt. Hinc ductim ſignificat cum mora.

¶ Cælum inſtrumentū: quo vtuntur argentarij: dum vaſa ſculpūt: vt eſt illud Cælo fabricata Myronis. Et cælum vocatur: qđ alio nomine dicitur mūdus: cuius circunflexu cūcta tegūtur: et ſtellis ſplendet. quaſi quadam cælatura: a cælo ſculpo: eo q ſit cęlatū: hoc eſt ſyderibus ſculptū ſiue ſignatū. Et ſic cū æ diph. ſcribitur Amb. lib. Hexa. Cęlū dicitur quaſi impreſſa ſtellarum lumina: velut ſigna habeat tanq̄ cęlatū appellat: ſicut argentū qđ ſignis eminētibus refulget cælatū dicim⁹. Var. a cauo deriuat. κοιλον enī cōcauū dicūt: quia. ſ. id neceſſario in ſculptura exigitur. Et ſic cū œ diph. ſcribi debet. Quidā ſine diph. ſcribunt a celando a contrario noie: q apertū ſit. Interdū cœlū ſumitur pro aere. Vergi. Maria ac terras cœlumq; pfundum. Ply. lib. ii. Et hoc cœlum appellauere maiores: qđ alio noie aera. Hinc grandines ſunt et pruinæ: hymbres: pcellæ: turbines vētorū: hoc regnū: ſupra lunā pura oīa ac diuturnę lucis plena. Aug. Huic aūt cœlo in quo ſunt luminaria: ita vicinus eſt aer: vt et ipe cœli noīnē acceperit: nō ſolū ſermone cōmuni ſecundū quē dicimus: ſerenū vel nubilū cœlū: ſed etiā noſtrarū ſparū cōſuetudine ſcripturarū: quū dicūtur volatilia cœli: cū aues in hoc aere volare manifeſtū ſit. Ariſto. accipit cœlū pro octaua ſphera: quādoq; p corpore quinto: qñq; p toto vniuerſo. Dicitur præterea cælum palatū oris. Ply. Cerebrum viſcerum excellentiſſimum eſt proximū cælo capitis ſine eruore ſine ſordibus.

¶ Cæleſte: quod e cęlo eſt. Vnde cæleſtia numina: & cęleſtia auguria: quę a cælo fiunt: quum vel fulminat vł tonat deus.

¶ Cælicus a. um. idem eſt qđ cęleſte: vt regna cælica.

¶ Cælitus aduerbiū ſignificat e cęlo: ſicut diuinitus a deo. Hiero. Tandem cęlitus inſpiratus præciſam morſu linguam in oſculantis ſe faciem expuit.

¶ Cælites dij cæleſtes. Auguſti. libro de gramma. Cęles cælites: qui iter ſibi faciunt ad cælum.

¶ Cęlicola. pe. cor. qui vel quæ cælum habitat.

¶ Cælebs generis cōmunis: qui nunq̄ duxit vxorem ſeu qui eam amiſit. Dictus cælebs: vt inquit Hiero. q cælo dignā vitā agat: qui coitu careat. Augu. Cælebs qui nō habet vxorem: vel quę nō habet maritū: qualia ſunt numina in cęlo: quæ abſq; cōiuge ſunt: ſi Agapetas nō attendamus. Priſcia. Cælebs dicitur: quaſi cæleſtiū vitā ducēs. Hi accipiūt cælibes nō tā p vxore carētibus: q̄ pro caſtis et omni venere abſtinētibus. Sed p pne dicitur cęlebs qui vxorē nō habet: etiam ſi cōcubinas habeat. Nā cęlebs et maritus relatiua ſunt. Quin. Nam clarus an obſcurus: magiſtratus an priuatus: ciuis an peregrinus: liber an ſeruus: maritus an cælebs: parens liberorum an orbus ſit. Cicero lib. de legibus. Cęlibes eſſe prohibeto. Dicimus tamē thorū cęlibem: et vitam cælibem actam in cælibatu Ouidius. Quę ſi non fuerat cælebs te vita deceret. Hinc cælibatus, tus.

pro vita:quæ agitur ſine vxore. Martianus. Cōſtituit Mercurius pellere cælibatum. Hiero.ad Trāquillum. Nihil prodeſt abſq̧ operibus cęlibatus:et nuptię:quū etiam fides ſi operam non habuerit: mortua eſſe dicat Sueto. Verum amiſſa vxore Lepida: duobuſq̧ ex ea liberis manſit in cęlibatu.

¶ Cęlſus a cælo.i.altus et ſublimis:a quo fiunt excelſus et pręcelſus: in quibus prepoſitiones habent vim augendi. Excelſitas. Cicero. Etenī magis eſt ſecundū naturam excęlſitas animi et magnitudo. Quidam tamen hoc nomen ſine diphthongo ſcribunt.

¶ Cælibaris haſta dicebatur:qua caput nubentis comebatur.

¶ Cęlius mons vrbis Romæ ex ſeotē a Cęlio vibeno nobiliſſimo duce thuſco dict⁹: q̧ Romulo aduerſus Latinū regē cū auxiliaribus venerit inclytus. Hūc mōtē Tul. Hoſti. vrbi addidit:ibiq̧ ipſe habitauit: quo frequētius habitaret: vt inq̄t Liui. In eo habitauit Aennius poeta. Fuit et Cęlius nomen patris Saturni.

¶ Cęlo.las.ſculpo ſiue ſigno. A quo cęlata vaſa dicūtur:quæ veteres ancęſa vocabant: q̧ circum cędendo fiant. Et cęlum ipſum:quo cælantur. Plyn.lib.xxxiii. conſtruxit hoc verbū inſtar eorū:quę pretium ſignant L.Craſſus(inq̄t) orator duos ſcyphos Mentoris artificis manu cęlatos ſeſtertijs centum: cōfeſſus eſt tamē nūq̄ ſe his vti propter verecundiam auſum.

¶ Cęllo is.per duplex ll.frango:ſiue cędo:quo verbo nō vtimur:niſi in cōpoſitione. Eius cōpoſita ſunt excęllo ꝑ extollor et ſupero:antecællo:ꝑcutio euerto.ꝑcęllo eiuſdē ſignificati : a quo ꝑcęlla. Recęllo reclinor humilis fio. Interdum actiue ponitur ꝑ reclino. Varro Alius teneram abietem ſolus percęllit.

⁎ Cęlimontia porta a Cęleo monte ſic dicta. Cc.

¶ Cęliſtomia dicitur quū vox quaſi in receſſu oris auditur ſόμιον eñ os dicit. Fit a cælo oris: q̄uis et ab oris concauitate dici poſſit κοῖλον eñ cōcauum dicunt. Et ſic per œ ſcribendum erit.

¶ Cęmentum a cędo.is. vt quidā putant. Sunt eñ cęmēta oīus rudior materia : qua ędificia cōſurgūt. ꝓprie cęſi lapides apti ad ędificādū: excīſo mōte aliquo vel effoſſo. Fodinas quoq̧ ruſtici cāpanię cęmētarias appellant. Liui. Nec erat difficile murum ſubruere: q̧ cęmēta nō calce durata erant: ſed interlita luto ſtructurę antiquę genere. Col.lib.ix. Sub porticibus quadratę hare cęmentia : vel etiam laterculis extruūtur. Idem ibi. Modus ſylue ꝑcuiuſq̧ facultatibus occupatur ac ſi lapidis & operę vtilitas ſuadeat: haud dubie cęmētis et calce formatus circūdatur murus. Aliquādo ponit pro ipſo opere.i.ędificio: quod ſtructo lapide erigitur Ply. Pallidus lapis in cęmento raro vtilis. Licet enim cōtra iniurias fortis: ad ſtructuram tamē infidelis eſt: niſi multa ſuffrenatione deuinctus. Hiero. in inſtrumēto veteri poſuit pro calce aqua ſabuloq̧ fermētata: cū ait. Habueruntq̧ lateres ꝑ ſaxis:et bitumē ꝑ cęmento.

¶ Cęmētarij dicūtur cęmētorū:hoc eſt ędificiorū:quę ex lapidibus ſunt:ſtructores: quos Fabros murarios appellant. Hiero.ad Pauli. Agricolę cęmentarij fabri metallorū lignorūq̧ cęſores lanarij q̧ vilia opuſcula fabricāt. Hi de pretio totius opis faciūdi ſi cū dño cōuenerint ędificandūq̧ id cōduxerint redēptores vocitāt

¶ Cęmentitius.a.um. quod ex cęmento eſt: vt parietes cęmentitij.

¶ Cęnos grę:e:latine nouus.

¶ Cęne vrbs circa ſinum laconicū: Tęnaron ante vocata Hinc cęnites portus apud Ply. libro.iiii. Et cęnę⁹ Iuppiter dictus eſt. Ouidius. Victor ab œchalia cęnęo ſacra parabat Vota Ioui.

¶ Cępe ge.neu.et indeclinabile a capitis magnitudie dicitur. Vnde et primā diph. vocalem accepit. Hiero. Impelle peluſioten vt edat cępe. Dicitur et cępa.cępę. Ouid. Cędenda eſt hortis erut a cępa meis. Inuenitur etiā ſcdm Priſcia. Cępitius:et hoc cępitium. Cęparum plura ſunt genera: nobiliſſima aſcalonia ab oppido iudeæ. Nā vt refert Strab. li.xvi. Aſcalonenſium regio pręcipue fert cæpas. Col. Pompeiā vel Aſcoloniā cæpā eligito et cōponito in fidelia. Optimę ſunt rotundiſſimæ:ruffæ acriores:q̄ candidę:ſiccæ q̄ virides. Cæpa oculos mordet: vnde a Grecis nomē impoſitum Cromyon:quaſi pupillam oculi cōprimi cogeret:ſicut ſcribit Ariſt.in ꝓble. Vñ lachrymoſa dicitur a Columella.

¶ Cæpula dimi. a cæpa. Pal. Hoc mēſe cæpulas ſeris.

¶ Cæpi pręteritū a capio cū æ diph. ſcribit cū eius cōpoſitis. Accæpi.concæpi.recępi.præcępi. Cœpi vero defectiuū cū œ a cœpio pro incipio formatur: qđ apđ antiquos in vſu erat. Teren. in Adel. Sex totis menſibus olfeciſſem: q̄ ille q̄cq̄ cœperet. Cato. Cœpiā ſeditioſa verba loq Nūc aūt præterito eius ꝑ pñti vtimur cū ſuis deriuatis. Cœperā. cœpiſſem. cœpero. cœpiſſe cœptū ire. Et cœptum cœpti:hoc eſt principiū. Ouid. Dij cœptis :nam vos mutaſtis et illa: Aſpirate meis.

¶ Cæruleus color viridis cū nigro:ſicut mare:q græco verbo a latinis dicitur Glaucus. Et Gellius ſentit eundem eſſe Cęſium. Hunc Venetū quoq̧ colorem et Thalaſſicum appellari ad eruditis inuenimus. Dictus cęruleus quaſi cæluleus a cæli colore. Dicitur & cumatilis color:quod græce κύματα fluctus vocant Alij deducunt a cęra: de quo in dictione cærea. Cęruleū arena eſt:cuius tria ſunt genera: ęgyptiū: ſcythicū: et cypriū. Poſtea probatum eſt atticum marmoroſum et ſyricū ſiue preſſum. Vide Plynium libro. xxxiii.

¶ Cęra licet a græco nomen habeat κηρίον eñ Græci fauum dicunt:quod abſq̧ diph. ſcribitur:tamen Apuleio teſte conſuetudo cōuertit η in æ diphthon. Quidā etiā a careo deducūt: eo q̧ mellis ꝓfuſione careat. Vnde etiā primā dipht. vocalem aſſumpſiſſe dicitur. Eſt aūt cęra:quę fit ex preſſis fauis. Cæra aliquādo pingere ſolebant:quapropter et tabellę ita pictæ cærę vocabantur. Ouid. Perlege diſpoſitas generoſa patria cæras. E cęra etiam fiebant pugillares: in quibus ſcribere mos erat. Vnde et ꝓ epiſtolis : et ꝓ pugillaribus ponit quandoq̧. Iuue. Nonne libet medio cęras implere capaces Quadriuio. Quandoq̧ pro cęrata tabula. Vnde dicitur in prima cęra:et in ſecunda cęra: ima cæra: et extrema cæra. Nam Romani teſtamēta ſcribebant in tabulis cæratis. Sueto in Cęſa. Quint. Pedium ex quadrāte hęredem inſtituit:reliquos in ima cæra.i. vltima parte tabulę teſtamentarię. Hinc ſyncerum et procerū.

⁎ Cæra optima eſt:quæ punica vocatur omnium candidiſſima. proxima quę maxime fulua. Cc.

¶ Cęro as. cęram impono. Columella lib. xii. Sexta quaq̧ oliuitate dolia cęrare oportet. Huius compoſitū eſt Incæro. Perſius. Genua incęrare deorum.

¶ Cæratura. ę. ipſa cęratio. Columella. Vetera non credideram propter olei ſuccum cæraturam pati.

¶ Cæreus.ea.eum:quod ex cęra eſt : vt imago cærea. Sumitur quādoq̧ pro molli ac facili. Hora. Cæreus in vitium flecti:monitoribus aſper. Quandoq̧ pro pingui. Accius. Pinguem turturem cęreamq̧ ficedulam. a cęrę videlicet colore. Quandoq̧ pro vncto. Martialis. Cęrea ſi pendet lūbis et trita lacerna.

¶ Cęratum videtur eſſe ſicut vulgo appellatur: quod vulneribus ſuperponi ſolet. Hiero. ad Cteſiphontem Deniq̧ vt omnem ſtultitiam meam diligentius recognoſcas : etiam ſtomachū meum poſt illud ſuſceptū

cæratum tuũ te abſente curaui. Cõſtat ex rebus ſiccioribus: et igni appoſitum molleſcit: ſed appoſitum corpori dureſcit: et pertinacius hęret. Dictum a cęra: quæ fere omnibus cęratis adhiberi ſolet Quidam non cæratum: ſed cærotum appellant a græco κήρωτον.

❡ Cęrefolium genus herbę. Palladius. Cęrefolium locis frigidis ſeratur.

❡ Cęreus cęrei funale. Martia. Hic tibi nocturnos pręſtabit cęreus ignes. Huius diminutiuum eſt cæreolus Hiero. Magnum honorem prębent huiuſmodi homines beatiſſimis martyribus: quos putant de viliſſimis cæreolis illuſtrandos.

❡ Cærulus. a. um. penulti. corept. Catullus. Cærula vertentes abiegnis ęquora palmis.

❡ Cęruleus. a. um. idem quod cęreus. Propertius. Cęruleus cucumis tumidoq; cucurbita ventre.

❡ Cærinus. a. um. penul. pro. eiuſdem eſt ſignificãtię.

❡ Cęroſus. a. um. quod habet admixtam cæram. Vnde mel cęroſum dicitur nondum depuratum. Ply. Liquore veluti mellis cęroſi.

❡ Cęriũ vel ceris: genus hulceris qđ faui ſimilitudinẽ habeat. Ply. Ramorum fici teneri cauliculi cum melle vlceribus: quæ cæria vocantur: illiniuntur.

❡ Ceroma atis. et cæromatum a cæra fit: ſignificatq; oleum cœnũq;: quibus permixtis vngebantur athletæ: quũ eſſent certaturi. Inde Iuuena. Cæromatico collo dixit. Dictum nõ q̈ cęroto ſimile ſit: ſed græcũ eſt: κηρωμα. τοσ. Significatq; apud græcos tabulam cęratam in qua ſcribi eſſet ſolitũ. Hæc inſperſio haphe dicebatur. Martialis. Et flaueſcit haphe. Nam ea inſperſione perfuſa obluctantium corpora quodãmodo flaueſcebãt: lepras patientibus ſimilia. Fiebatq; ex oleo terraq;: nec ex omni terra: ſed ex quibuſdam eius generibus: quibus robuſtiora fieri corpora: et ad tolerandos æſtus: atq; algores firmiora arbitrabantur: vt erat albida quædam terra ptenuis ex albano agro: et rubrica: et baianus puluis. Adhibebatur quippe oleum: tũ ad agilitatem præſtãdam: vt corpa lubrica fierent: tũ q̈ natura olei eſt tepefacere membra: et cõtra algores munire. Terra vero ad indurãdos magnos artus: et aduerſus æſtum firmandos adiungebatur. Sta. de palęſtritis. Poſtq̃ oleo gauiſa cutis petit æquor vterq;. Procurſu medium atq; haſta veſtiur arena: Tũ madidos artus alterno puluerę ſiccãt: Colla q; demerſere humeris et brachia late Vaſta tenent. Ponitur et pro loco: in quo palęſtritę vngebantur. Ply. Idẽ Palęſtras athletarũ imaginibus: et cęromata ſua exornant. Sunt et qui dicant etiam cęroma ſignificare tabellam cæratam: in qua olim ſcribere conſueuerunt.

❡ Cęrete generis neutri: ciuitas Tuſcię: quę Strabone teſte Agylla dicebatur. Declinatur et cęres cęritis: penultima correpta. Verg. Eſt ingens gelidũ lucus prope cęritis amnem. Feſtus cære neutro genere declinat ſic inquiens. Cęrimoniarum cauſam alij ab oppido cęre dictam exiſtimant. Nomen ab hoc patrium eſt: hic: et hęc cęres cęretis penultima producta. Virg. libro. x. Qui cærete domo: qui ſunt Minionis in aruis. Poteſt etiam declinari ſecundum Priſcianum: hic et hęc cęritis: penultima correpta: vel hic et hęc cęretis: pe. pro.

❡ Cęrimoniæ penulti. cor. vel ab oppido cęrete: vel a carendo dictę ſunt. Nam vrbe a Gallis capta: quũ veſtales virgines ſimulacra deorũ ex hoſtibus erepta traducerẽt in oppidum cærete potiſſimum cõuenere: vbi benigne fuerunt hoſpitio ſuſceptę: donec a Gallis ciuitas p Camillum liberata fuit. In cuius beneficij memoriã Romani pręſtiterunt: vt omnis diuinus cultus cęrimoniæ a cęrete dicęretur. Liuius libro. v. ſcribit. L. Albinium de plębe vnũ / virgines: ſacerdotes: ſacraq; plauſtro Cære inuexiſſe. Inde cærimonijs ſit enatum nomen.

❡ Cęſim aduerbium ſignificat per inciſionem gladij: ſiue incidendo.

❡ Cęſar cognomen iuliorũ eſt. Ille em̃ qui primus cæſaris nomẽ adeptus eſt: ab eo dictus fertur: q̈ cęſo matris vtero ſit nat⁹. Vel ab elephãto in pugna occiſo: q lingua Maurorũ cæſar appellatur: Vel q̈ oculis cæſijs hoc eſt glaucis fuerit. Vel a cęſarie: cũ qua natus proditur. Plinius libro ſeptimo ſcribit Scipionem Aphricanum primũ fuiſſe dictum cæſarem: a cæſo matris vtero. Qua de cauſa et Cęſones appellati. Iulius autem Cæſar: a quo familia Cæſarum poſtea prorogata eſt: non eſt natus cęſo vtero materno: qui matrem Aureliam habuit: quam amiſit cum in Gallia bellum gereret. Cuius etiã pater Cęſar eſt nuncupatus: qui pręturã functus Piſis obijt. Rarũ facinus ſcribit de Cæſare Dion Hiſtoricus græcus: cuius verba gręca ſubiunxi. Τὸν δὲ δακτύλιον τοῦ πομπηίου ἐσ τὴν ῥώμην ἀφελόμενοσ ἔπεμψε ἵνα πισεύσωσιν αὐτοῦ τὴν ἀναίρεσιν αὐτὸσ δὲ ἐνεχρόνισε τῇ αἰγύπτῳ διὰ τοὺσ κλεοπάτρασ ἔρωτασ ἦν γὰρ καῖσαρ ἐρωτικώτατοσ: καὶ πλείσ τασ καὶ ἄλλασ ὅσαισ που περιτύχοι συνεγίνετο κλεοπάτρα δὲ καὶ περιλαλεσάτη γυναικῶν ἐγένετο καὶ τὸ φθέγμα ἀστειότατον εἶχε ✳. i. Anulum Põpeij auferens Romã miſit vt interitum crederẽt: ipſe aũt diu moratus in Aegypto ppter Cleopatrę amorẽ. Fuit em̃ cęſar amantiſſim⁹, et pluribus mulieribus: et qbuſcunq; incidiſſet / cõuerſabatur: Cleopatra aũt fœminarũ pulcherrima fuit: et vrbaniſſimam loquelam habuit.

❡ Cęſarea vrbs paleſtinę in littore maris magni: quę turris Stratonis vocabat: ſed poſtea ab Herode in honorẽ Cęſaris nobilius ędificata: Cęſarea eſt appellata: in qua idẽ Herodes in honorẽ Cęſaris magnificã domũ albo marmore cõſtruxit: vbi nepos eius Herodes ab angelo pcuſſus eſt: eo q̈ nõ dediſſet honorẽ deo: cõſumptus a vermibus expirauit. In hac Cornelius centurio a Petro baptiſatus eſt. Altera Philippi a Philippo Herodis filio in honorẽ Cęſaris ad radices mõtis libani ędificata: vbi duo fontes. Ior. ſ. et Dan oriuntur. Tertia Cappadocię. Ioſephus. Moga primum dicebatur: quę poſtea Cappadocia: nunc aũt Cęſarea a Cęſare. Quarta Mauritanię.

❡ Cęſarauguſtana vrbs hiſpanię Taraconenſis. De qua habetur in geſtis diui Vincentij.

❡ Cęſare⁹. a. um. & cęſarian⁹. a. um. vt milites cęſariani

❡ Cęſaries coma a crebra cæſione. Ideoq; proprie virorum eſt. Vnde cęſariati comati dicuntur. Plaut. in milite. Cęſariatus miles.

❡ Cęſẽna vrbs Flaminię pũcię a cędẽdo: q̈ exiguo amne cęſa. i. diuiſa ſit. Vel q̈ ager eius duobus fluminibus Sapi et Rubicone ſit diuiſus. Hinc cęſennates dicti ſunt cęſennam habitãtes Et cęſennetia vina: quę inter generoſa numerabantur.

❡ Cęſa gallicũ telum. Var. Qui gladijs cincti ſine ſcutis cũ binis cęſis eſſent. Hęc et geſa dicũtur gallica lingua. Vnde et viros fortes galli geſoa vocãt. Virg. lib. viii. Alpina coruſcãt geſa manu. et cęſa pticulę orõnis quę gręci cõmata vocãt: differũtq; a mẽbris: quę gręci dicũt Cola. Membrũ em̃ eſt ps orationis ex plurimis verbis abſolute aliquid ſignificãs: hoc modo. Et ſi vereor Iudices: ne turpe ſit pro fortiſſimo viro dicere incipientem timere. Cæſum autem pars orationis eſt nõdum ex duobus: aut ex pluribus verbis quicq̃ abſolute ſignificans: hoc modo. Et ſi vereor Iudices: ne turpe ſit. Aliquando tamẽ cæſa oratio dicitur: quum nõ

efficiunt mẽbra ex cõnexiõe verborũ:ſed ſingula verba aliqd ſignificãtia pferunt hoc modo. Quis eſt iſte Gellius?armiger Catilinæ:ſtipator tui corpis: concitator tabernariorum:latrator fori. Eadem inciſa dicũtur De hoc etiam in Cõma.

¶ Cæſura pprie inciſura. Ply. lib. xvii. Ante calendas martias creſcit ad brumã vſqȝ:deſinitqȝ quũ dureſcere incipit:hoc ſignũ ꝙ tempeſtiuã habet cæſurã. Et cęſura a cadenda voce: quę diffinitur ꝙ ſit decora terminatio vocũ in medio verſuũ notata. Hęc quadrifariã diuiditur. Alia pentimemeris dicit: ſiue ſemiquinaria: alia heptimemeris ſiue ſemiſeptenaria: tertia trochaica: quarta bucolica. Pentimemeris eſt: quũ poſt duos primos pedes ſuperãs ſyllaba inuenitur:quæ dictionẽ terminet: vt Arma virũqȝ cano. & Italiam fato. Habet enĩ ex quinqȝ dimidiũ. Heptimemeris eſt quũ poſt tres pedes ſiĩiter ſyllaba inuenitur: vt Arma virũqȝ cano troiæ. Cõtinet enĩ ſeptenarij medietatẽ. Trochaica eſt quum poſt duos pedes trochęus partem orationis pficit: vt Nil noſtri miſerere. Bucolica: quũ poſt quatuor pedes ſyllaba ſuperat in partem orationis deſinẽs: vt inuertitur trochęus partẽ orationis terminans: vt Omnia vincit amor:et nos cedamus amori.

¶ Cæſtrũ inſtrumentũ quo cauatur ebur. Alij putant eſſe genus teli pſico bello inuẽti. Iul. Pol. p ſtimulo: ſiue ſtilo accipit cęſtrũ. Pręterea ſphyręnã piſcẽ Attici cęſtrũ vocant:latine Sudim appellatã: quia roſtratus ſit et ſimilis belonæ. Habetur et hęrba cæſtron:pro betonica:ceu a varietate remediorũ et efficacia nomine impoſito. Sed & mugil piſcis ideo cæſtreus videtur a gręcis appellatus:quia teli modo publica Athenienſium poena intret adulteros. Vtcunqȝ hoc genus miſſilis: qd græci ceſtron vocãt:noſtri vinculũ. Nã et terebrã vulgo ita dicimus. Sed hoc nomẽ ſine diphthõ. ſcribitur.

¶ Cęſuratim ſignificat ſuccincte: breuiter: per cęſurę comata. Sido. Claudiano. Tota illo dicto ſic cęſuratim ſuccincta q̃ profluens.

¶ Cęſuratum vas appellatur cęſim orificiatum.

¶ Cęſitũ linteolus erat purus & cãdidꝰ dictus ꝙ cędẽdo ad candorẽ pueniret: vel ꝙ oras circũciſas haberet

¶ Cæſius color: q ſpeciẽ cœli hẽt: vnde oculus cęſius dictus: quaſi cęlius: hoc eſt cianei coloris: gręce Glaucopys ab oculis noctuarũ: γλαύξ enĩ noctua dĩ: ὄψις viſus. Vnde a noſtris glaucus vocat. Hinc glauci equi q felineis oculis ſunt. vulgo glaucioli dicũtur. Alij cęſium intelligunt lentiginoſum. Alij cęruleũ. Teren. in Eunu. Ruffam ne illam virginem cęſiam? Et in Hecy. Magnus: rubicundus: criſpus: craſſus: cęſius. Vbi Donat. Cæſius glaucis oculis: quaſi felis oculos habens.

¶ Cęſones: qui cęſo matris vtero nati ſunt.

¶ Cęſpes ge. maſcu. a cędo fit: et ſignifi. terrã cũ hęrba auulſam: ſeu in modũ lateris cęſam: vel dicitur frutex reciſus ac trũcatus: ꝙ pedem cædat. Ex cæſpite agger caſtrenſis fit. Luca. Stetit agger fulti ceſpitis intrepidus. Circũciditur autẽ ferramẽtis: cõtineturqȝ hęrbarũ radicibus terrarũ. Docet Vege. li. iii. qua altitudine: ac latitudinę ceſpes circũcidi habeat. Hinc cæſpititius. a. um: quod fit ex cęſpitibus. Vnde tribunal cęſpititium vocatur ſuggeſtũ ex cæſpitibus factũ. Flauius Vopiſcus. Deinde concurſus ad cęſpititium tribunal.

¶ Cęſpito. as. penul. cor. pede aliqd pcutio quo quaſi ruere cogar: vt ſit cęſpitare: quaſi cęſpitem offendere: vel in cęſpitem ferri. Vnde cęſpitatores equi: q ſæpe in cęſpitẽ vel lapidẽ: aut aliquid huiuſmodi impingunt.

¶ Cęſtus us. genus clauę pilas plũbeas loris bubulis appenſas hñs: quo Darethẽ et Entellũ pugnaſſe legimus. Virg. li. v. Sin crudo fidit pugnã cõmittere cęſtu Et a cædendo fit cęſtus. Ceſtus vero ceſti ſine diphth. ſumit p cingulo: quo vxor a marito cingebat in fide maritali: & eſt foe. ge. q̃uis et maſ. repiatur a varijs pũctis ſic dictꝰ: κέντειν enĩ pungere eſt et picturare. Vnde cingulũ illud Veneris: quo ipa Martẽ: et Iuno Iouẽ cõciliabãt a poetis ceſtꝰ dr. Mar. Vt martis reuocet amor ſummiqȝ tonãtis A te Iuno peto ceſton: et ipa Venus. Sed et lorũ: aut opus interpũctũ acu vel pictũ: et Veneris itẽ ornamentũ: et in cõe/fœminarũ ceſton gręci vocãt. Proinde Cęlſus aphricanus. cõtra quẽ ſcripſit Orige. xxiiii. libros edidit: quos a rerũ varietate ceſtos appellauit. Hinc inceſtus et ceſtillus dimi. Homerus multa in lib. ξ. iliados. Et Euſtathius: ſed Ariſtophanis interpres in veſpis comœdia ὁ κεστρεὺς τοῦ κεστρέως ἰχθύος τὸ κέφαλος καὶ μεγάλην λεπίδα ἔχων ✱. i. ceſtrꝰ eſt genꝰ piſcis magnã ſquãmã hñtis. Pagina. xix.

¶ Cęter aliũ ſignificat: a quo fit cęterũ coniunctio ſiue aduerbium pro ſed: ſiue id quod dicere ſolemꝰ: quod reliquum eſt. Cętera etiam quandoqȝ aduerbialiter capitur pro deinceps: vt Cętera parce puer bello.

¶ Caicus nomen eſt fluuij in Phrygia: & labitur p Myſiam et Pergamum: per campũ qui Caicus appellatur Arianus aũt lib. v. de geſtis et vita Alexandri magni καὶ καΐκου ἄλλο ἐν μυσίᾳ: καὶ μαιάνδρου τῶν καρικῶν καὶ τὰ λοιπά. ✱ .i. et Caici aliud in Myſia et Męandri caricis: et reliqua.

¶ Caius cognomẽ a parẽtũ gaudio ſũptũ. Et ẽ dictio triſyllaba. Mart. Non maius q̃ ter Caius eſſe tuus.

¶ Cala fuſtis ſiue claua lignea. Lucilius. Scinde calãt vt caleas. i. ſcinde lignum: et focum accende: vt te calefacias. Calę calarum ciuitas in India: et græcum eſt. τὸ κᾶλον: τοῦ κᾶλου. i. hoc lignum: huius ligni.

¶ Calabra penult. correpť. dicebatur curia: vbi tantũ rano ſacrorum gerebatur. Macrobius. Et ipſi curię ad quam vocabantur: calabrę nomen datum eſt.

¶ Calabria penul. cor. inſula eſt: quam veteres Meſapiam: priſci Peuſeptam dixere. Eſtqȝ ora Italię proxima Sicilię: a qua Pharo breui maris tractu diſiũgitur. Inde fit calaber. bra. brum. Ouid. lib. iii. de arte. Aennius emeruit calabris in mõtibus hortos. Similiter declinatur hic calaber. hec calabris: et hoc calabre. Ex nomine ijs declarantur bona ciuitatis καλὸς. i. bonꝰ na. num. βρίθω degrauo more arborũ degrauatarũ pẽdere fructuum: quoniã ſit regio onerata & plena omni genere bonorum.

¶ Caladrius et caladrion auis eſt albi coloris.

¶ Calagurium ciuitas hiſpaniæ in Vaſconibus collocata. Hinc calaguritani: qui in ea habitant.

¶ Calamis calamidis nomen ſtatuarij: qui equos abſolutos et perfectos effinxit.

¶ Calamintha ſeu calamenthus hærba nota: quã Ariſto. ſcribit in mentam commeare. Hanc latine Neptã quidam dici putant.

✱ Calamitę ranę minimę ſunt et viridiſſimę: et a qbuſdã Diplithithę vocãtur: ſic dictę ꝙ inter calamos verſentur. Cc.

¶ Calamus pe. pro. vnus fuit philoſophus ex Gymnoſophiſtis Indis: q tpe Alexandri magni ſemetipm viuũ vltroneus cremauit. De cuius morte hęc pdunt. Secutus Alexãdrũ Magnũ extra Indiæ fines p cõem aliorũ phõrum conſuetudinẽ: q regi aſſiſtunt: cũ apud Paſagardas ęgrotare cępiſſet ſeipm extulit anno ętatis ſuę. lxxiii. Facta enĩ pyra: et aurea lectica ſupimpoſita: in ea cubans cõbuſtus eſt ſtramẽtis opertus. Sunt qui dicant eum in lignea domo frõdibus plena: & pyra ſuper tecto conſtructa incluſum: ſe vt trabẽ in ignẽ inieciſſe: et cum domo deflagraſſe. Fertur quum Ale-

xander magnus rogaret eum ſi quid vellet: dixiſſe: ꝓpediēte videbo. Quod ita contigit. Nā in Babylone paucis poſt diebus Alexander mortuus eſt. Arrianus aūt grecus hiſtoricus de geſtis Alexādri ita ſcribit grece. ὦ βασιλεῦ ἀλέξανδρε ἄνθρωπος μὲν ἕκαστος τόσον δε τῆς γῆς κατέχει ὅσον περὶ τοῦτο ἐστὶν βεβήκαμεν ἤτοι ἐφ᾽ οὗ· σὺ δὲ ἄνθρωπος ὢν παραπλήσιος τοῖς ἄλλοις ✳.i.o rex Alexander: homo quiſqꝫ tm̄ terre occupat: q̄tum hoc eſt: quimus certe hoc modo: tu aūt homo ſimilis alijs. Et multa alia de collocutione et morte ipſiua. Calamus aūt non eſt nomē illius. Sed cur ita fuerit cognominatus ſcribit Suidas noſter: οὕτω δὲ πάντα σοφὸν οἱ ἰνδοὶ προσαγορεύουσιν ✳.i. ſic vero omnino ſapiētē Indi perhibēt. ✳ Calanus Sabellico dicit̄

❡ Calamus. pe. cor. græcum eſt ὁ κάλαμος τοῦ καλάμου harundo magis minuta habens internodia longa et recta: ex qua ſagittæ apud diuerſas gentes fiebant. Verg. Cum Daphnidis arcū fregiſti et calamos. Plyn. lib. xvi. Calamis populi orientis bella cōficiunt. Eſt et calamus quo ſcribi ſolet. Mar. Dat chartis calamos habiles mēphitica tellus Texantur reliqua tecta palude tibi. Itē calamus dicitur concauus fiſtulis accōmodatus: quē Syringa vocāt. Eſt et calamus auleticus: qui tibijs vtilis eſt. Vergi. Nec calamis ſolū ęquiparas: ſed voce magiſtrū. Et calamus virga eſt cui hamus filo lōgo ligat̄ ad capiēdos piſces. Similiter virga ad capiendas aues viſco illinita calamus dicitur. Mar. Galbana decipitur calamis et retibus ales. Aliqn̄do calam⁹ accipitur ꝓ ſtipula: et ꝓ quacūqꝫ re tereti ac fiſtuloſa ad ſimilitudinē harūdinis. vnde arboꝝ quoqꝫ ac vitiū calamos dicimus .i. teretes ꝑticulas & virgas ad ſerendum in terra aptas. Ply. Qui ſi longius aſſerantur pomorū calami: rapis infixos optime cuſtodire ſuccū arbitrantur. Itē accipitur ꝓ arbore aromatica a ſimilitudine calami vſualis: ſimulās guſtu caſiam. Hiero. in Exo. Sume tibi aromata calami ducētos quinguaginta ſiclos caſiæ: quingētos ſiclos pōdere ſanctuarij. Gignitur in India multis nodis geniculat⁹ fuluus: flagrās ſpiritus ſuauitatē: q cū frangitur in multas fit ꝑtes ſciſſibiles. Et calamus menſura eſt ſex cubitorum et palmi.

❡ Calama. mæ. gene. fœmi. eſt haſta ipſius frumenti. Suidas καλάμη ὁ στάχυς τοῦ σίτου ἀπὸ κάλου τοῦ ξύλου. αὐτὸ δὲ ἀπὸ τῆς καύσεως ✳.i. calama frumēti ſpica eſt: ab κάλου .i. ligno: hoc autem ab ęſtu.

❡ Calamarium theca .i. repoſitorium calamorum.

❡ Calamitas: ꝓprie ruſtici grādinē dicunt calamitatē: q cōminuat calamos: hoc eſt culmos: et ſegetes. Terentius in Eunu. Ipſa egreditur noſtri fundi calamitas Accipitur pro miſeria et ęrumna. Vnde calamitoſum dicimus malis ac calamitatibus pręgrauatum. Cicero Et honoris ampliſſimi puto eſſe & accuſare improbos et miſeros calamitoſoſqꝫ defendere.

❡ Calamiſtrum acus maior: qua calefacta et adhibita criſpātur capilli. Vnde Cicero calamiſtratam comam vocat. Hiero. Procurator calamiſtratus. Qui aūt eam adminiſtrat a cinere Cinerarius et ciniflo vocatur.

✳ Calamodinus genus arundinis in italia naſcens latine Adarca appellatū: naſcitur circa arundines tenues vbi ſpumę aquæ dulcis ac marinę ſe miſcent.

❡ Calantica tegmen muliebre: quod capiti innectitur Cice. in Clod. Tum mecum vincirentur pedes fuſcus cum calanticam capiti accommodares.

❡ Calatores dicebantur ſerui a καλεῖν quod eſt vocare: qui ſemper vocabantur ob neceſſitatem ſeruitutis.

❡ Calones miniſtri militum homines liberi a calando hoc eſt vocando: quia vocantur ad miniſterium ſecūdum Acronem. Vel a calendis: quia eo die cibaria accipiunt: vt inquit Porphirio: immo ἀπὸ τῶν κάλων .i. a ligna.

❡ Calathus penultima correpta & aſpirata grecum eſt κάλαθος: et ab aliquibus qualus & quaſillus: ab aliquibus fiſcella vas vimineum ſecūdū Porphirionem: in quo mulieres penſa vel tramam reuoluūt. Iuxta quas ſignificationes ait Vergilius in Alexi. Tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphæ calathis. Hiero. in Hieremia. Calathus vnus ficus bonas habebat nimis: vt ſolent fic⁹ eſſe primi temporis. Sed quid opus tot? Magis calathus dicitur ciſtella. Ouidius libro. iiii. Faſtorum. Hęc implet calathos lento de vimine nexos: Hæc gremiū laxos degrauat illa ſinus. Accipitur interdum pro calice ad ſacrificium apto. Vergil. Vina nouum fundam calathis aruiſia nectar. Seruius ait eſſe vas æneum: in quo lac vel recens caſeus diſtrahitur.

❡ Calata comitia. Quære in dictione comitium.

❡ Calathia. is. penultima correpta nomen ciuitatis: ſicuti Ptolemęus et Strabo ſcribunt a calatho ibi inuento. Inde fuit Hiſter poeta: qui de tragœdia inſignē librum condidit.

✳ Calais Borei ex orithyia cōiuge filius alatus: q vna cum zeto fratre ſimiliter alato: quia ſagittandi arte pręſtarent: miſſus eſt ad Harpyias ꝑſequendas: quas fugauerūt i inſulas vſqꝫ Plotas. In cœlo poſiti caniculæ exortum dies fere octo præcedunt: quos Prodromos id eſt pręcurrentes appellant. Cc.

❡ Calathę: quam alij calathuſas vocant nomen vrbis ad Herculis columnas ſitę.

❡ Calx calcis: tā maſculini q̄ fœminini generis: a calcando: id eſt nitendo: non a calcitrando. Vergi. Cornipedemqꝫ citū ferrata calce fatigat. Idem. Quadrupedemqꝫ citum ferrato calce fatigat. Dicitur et calcane⁹: et calcaneum: et talus. Et de hominibus: et cæteris animalibus dici poteſt. Capiturqꝫ interdum pro extrema parte pedis: qui et pes imus appellatur. Verg. Calcēqꝫ terit iam calce Diores. Vnde etiā ſæpenumero pro fine vſurpatur: vt a vertice ad calcem: id eſt a principio ad finem: quod ꝑinde eſt: ac ſi diceretur: a capite ad pedes. Aliquando ſumitur ꝓ pedum percuſſionibus plagiſqꝫ. Teren. in Phor. Nanqꝫ inſcitia eſt aduerſum ſtimulos calces. Iuuenal. Aut dic: aut accipe calcem.

❡ Calx fœ. ge. ſeu calcs: lapis coctus ſic dictus: q in ędificijs calcetur. Nā ita lapides ſimul aſtringit: vt calcari videatur. Palladius. Calx quæ erit ex ſpiſſo et duro ſaxo ſtructuris conuenit: ex fiſtuloſo vero aut molliore lapide tectorijs adhibetur vtili⁹. Fit autē de albo ſpiſſo et duriore ſaxo: coquitur fornice calcaria.

❡ Calcata ædificia dicuntur calce contecta: quę et loricationem et tectorium appellāt: et pręcipue ſi leue politum ve fuerit: vt ſupinduci poſſit peniculis: vel albarium: vel pictura ad venuſtandam ſtructuram.

❡ Calcaria fornax in qua calx coquitur: ſicut ſulphuraria in qua ſulphur. Ply. Nuper repertum oleas gaudere maxime cinere e calcarijs fornacib⁹. Eſt aūt adiectiuū calcari⁹. ia. iū. Calcarius vero q ꝑeſt fornaci calcarię. Cato de re ruſt. Calcari⁹ ligna cōficit ad fornacem.

❡ Calcaneus: et calcaneū vtroqꝫ modo dicitur ꝓ parte poſteriore pedis imi. Vergil. Continuis rimis calcanea ſciſſa rigebant.

❡ Calceus pedis indumentum: quod fit ex pellibus animalium: a calce fit. Cice. lib. i. ar. veteris. Si multus erit in calceis puluis ex itinere conuenire oportebat.

❡ Calcearium idem qđ calceus. Vlpia titu. de alimētis legatis. Diarijs vel cibarijs relictis neqꝫ habitationem neqꝫ veſtiarium: neqꝫ calcearium deberi palam eſt.

❡ Calceolarius qui calceos conficit. Plaut. in Aulula.

¶ Calcio et calceo.as. raro vſos auctores iueni. ſemel cū actō eius rei:qua qa calciatꝭ apđ Ply.li.xxxvi. repit ſed ꝑ impono dictū eſt. Arceſilaū quoq; magnificat Var. Cui⁹ ſe marmoreā habuiſſe leenā tradit: aligeroſq; ludētes cū ea cupidies:quoꝝ alij religatā tenerēt:alij e cornu cogerēt bibere:alij calciarent ſoccos:oīes ex vno lapide. Abltō aūt li.vii. Nos quoq; vidimus athanatū noīe ꝓdigioſę oſtatiōis quīgenario thorace plūbeo idutū cothurniſq; quigētoꝝ pōdo calciatū p ſcęnā igredi. Gel. die feriato tuīcas et lacernis iduros & gallicis calciatos. Hui⁹ cōpoſitū eſt excalcio. Suet. in Vitel. Pro maximo munere a Meſſalina petijt : vt pedes pręberet ſibi excalciandos.

¶ Calceamen et calceamentum pro ipſo calceo. Ply. lib.xix. Hinc calceamina:et paſtorum veſtis.

¶ Calceatus.tus.idē quod calceamen. Ply. Itaq; longo itinere ſine calceatu atteruntur pedes.

¶ Calcar ferreus ſtimulus ad vrgendos equos : ſic dictum ꝙ ad calcem alligetur.

¶ Calcitro.as.pe.cor. pede percutio. Hic calcitrones dicti ſunt equi:qui calcibus infeſtāt. Gel. Equus mordax et calcitro. Huius compoſitum eſt recalcitro.

¶ Calcitroſus qui ſæpe calcibus ferit. Colu.lib.ii. Iuuencūq; reſte tractum calcitroſumq; eum redhibuit.

¶ Calculus a calcādo genus lapidis duriſſimi et rotūdi:ſicut ait Hiero.ad Dama. qui calce preſſus offendit Ouidi⁹. Per quas numerabilis alte Calculus oīs erat. Et calculus lapillus in corpe:ex quo aſperimus cruciatus gignitur:q aūt eo morbo laborāt calculoſi dicunꝭ a Gręcis lithiasici. Ply.li.xxi. Vtunꝭ alopetias ad lithiasicos opiſthotonicos. Itē calcul⁹ dꝭ quē latronē:ſeu latrunculū antiq appellarūt:iuniores ſcacū vocāt. Mar. Hic mihi biſſeno nūeratꝭ teſſera pūcto Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit. Q ñi aūt calculis facere rōnē ſolem⁹:calculus qñq; ꝓ rōne ponitꝭ. Ci. Itaq; tibi cōcedo: vt ſi te alicuius dati pœnitet ad calculum reducas. Rurſus calculus minima ps pōderis dicitꝭ. Et culter lapideus:quo Eſaię ꝓphetę labia mundata fuere.

⁎ Calcoſmaragdos gemma æris venis turbida. Cc.

⁎ Calcophonos quę illiſa ęris tinnitū reddit:ſed meli⁹ p ch.chalcophonos ſcribitur:qm̄ ex χαλκόσ.i.æs deducitur. Similiter et chalcoſmaragdos.Cc.

¶ Calculoſus qui calculis.i. lapillis in corpe abundat Quo nomie vſus eſt Ply. Et calculoſus locus:qui calculis abundat. Col. li.iii. Loca aprica calculoſa glareoſa:interdum et ſaxoſa amat ficus.

¶ Calculo.as.rationē facio. Vnde calculator a calculis.i.lapidibus minutis:quos antiqui in manu tenētes numeros componebant.

¶ Calco.as. comprimo:quod ad animum transfertur vt calcauit paſſiones. Cuius compoſita ſunt conculco inculco:et proculco.

⁎ Caldus. Vide in Calidus.

⁎ Caldarię ſellę ſunt:in quibus calida lauamur. Cc.

⁎ Caldarium ahenum:quo aqua calida hauritur. Cc.

⁎ Calditus pro Claudius irriſorie dictum : ſicut Mero pro Nero. Cc.

¶ Caliga pe.cor.tegumētū tibiarū : cuius diminut. eſt caligula. Ambro. Colobio et pallio indutos caligulis calciatos. A quo militari calciamēto Germanici filius Caius Ro. Imparor cognomē ſortitus eſt: qm̄ in exercitu natus ſit. Auſo. Caius cognomē caligæ cui caſtra dederūt. A caliga fit caligatus: vt miles caligatus. Iuuenā. Veniam caligatus in agros. Dicitur et caligaria.

¶ Caligula dictus fuit Caius impator :a caligis:quas margaritis refertas primus portauit. Hic ædificauit ciuitatem:quam calipolim nominauit.

¶ Caligo pe.pro. vmbra eſt de ſpiſſitudine aeris effecta:qm̄ aeris calore gignatur. Hinc caliginoſus.a.um ꝓ obſcuro dicitꝭ et caligīoſ⁹: vt apđ Hiero. Anteq̄ offēdāt pedes nr̄i ad mōtes caligioſos. Caligo.as.caliginē induco:obſcuro. Hie.in exo. Oculi ei⁹ caligauerat.

¶ Calaris ciuitas in ſardinia. Vide in dictiōe ſardinia.

¶ Calchas.antis.nomen proprium gręci auguris.

¶ Calor et caliditas idem ſignificāt. Dicitur et caldor. Var. Olea lecta ſi nimium diu fuerit in aceruis caldore fraceſcit:et oleum fœtidum fit.

¶ Caleo es calui.p ſimplex l. ferueo calidus ſū. Lact. li.de opifi. Qui aūt ignē putauerūt:hoc vſi ſunt argumento:ꝙ præſente aīa corpus caleat:recedente frigeſcat. In quo oſtēditur primitiui et deriuatiui diuerſa ſignificatio: vt caleat intelligitur: calidū ſit:frigeſcat frigidum fiat. Compoſita ſunt concaleo et incaleo.

¶ Caleſco calidus fio:a quo concaleſco et incaleſco.

¶ Calefacio et calfacio calidū reddo. Ply.li.xxi. Chryſocomę radix calfacit:et ſtringit. Hinc excalfactio: a quo excalfactorius.a.um. Idem. Excalfactorias habet vires. Concalfacio incendo. Cice. Et ait idem quū brachium concalfecerit:tum ſolere pugnare.

¶ Calefio habet ſignificationem paſſiuam illatam: vt hic calefit igni. A quo concalfio:et excalfio.

⁎ Calianaſſa nympha eſt a bene regendo καλόν enim bonum:bene ἀνάσσω impero:rego. Cc.

⁎ Calianira nympha a viris honeſtādis καλόν bonum honeſtum & ἀνήρ vir. Cc.

¶ Calidus.a.um a calore fit: et mō feruentē ſignificat Vergi. Voluitur ille vomēs calidū de pectore flumen. Mō ferocē icōſultū. Pacu. Caue ſis nimis calide loquaris:et turbā cōcites. Mō velocē. Var. Cū hęc dixiſſet ecce calidis pedibus qdā nauicularis irrūpit in curiā. Dꝭ et caldus p ſyncopā. Mar. Frigida nō deerit: nō deerit calda petēti. Sūt tñ q dñam faciāt inter calidū & caldū vt ſit calidū ſpōte nullo extrinſecus calorē ſuggerētes vt ignis:et ſpūs nr̄:q corpus animat: caldū vero aliūde. Quo mō locutus eſt Pedianus. Corp⁹ nudū caldatum:ſicut in lecto erat poſitum:vt vulnera videri poſſent:in forum detulit. Sed cōfunditur apud auctores.

⁎ Calim veteres pro clam vſurparunt. Cc.

¶ Calorificus.a.um. quod calorem facit: ſicut a frigore frigorificus.

¶ Callus et callū vtroq; modo dicitur ꝓ duricie illa: q̄ in manib⁹ vel pedib⁹ ex labore naſcitꝭ. Plau. in Perſa. Plus calleo q̄ aprugnū callū. Eſt aūt callū aprugnū caro apri calloſior:ob id ſaporis iucūdioris. Et in Capti. Quanta ſumini abſumendo: quanta callo calamitas.

¶ Callid⁹ p duplex ll. aſtut⁹:differtq; a verſuto: ꝙ callidus ſit ille (vti ſcribit Ci.) cui⁹ aius vſu : vt man⁹ opa cōcalluit. Verſutus:cui⁹ mēs celeriter verſetꝭ. Hinc calliditas: quę ſcđm Ariſt. eſt quędā prudentię pars: quæ ita verſatur in paruis: vt prudentia in magnis.

¶ Calleo.es.callui. ꝓprie calloſus ſum: ſiue callum facio. Plaut. in Pſeu. Neq; ego hoīes magis aſinos vnq̄ vidi:ita plagis coſtæ callent: quos dū ferias: tibi pl⁹ noceas. Transfertur et ad aīm. Idē. Occalluit animus. Cice. Sulpi. At q nō in illis rebus exercitat⁹ animus callere iam debet. Interdū callere eſt pfecte ſcire: ꝙ ſicut pes vel manus ex longo labore callum facit: ita mens lōga expiētia facit habitū quēdā rerū in qb⁹ verſatꝭ. Et ſic neutrū trāſitiuū ē. vt Perſ. Dicēda tacendaq; calles. Et illud. Legitimūq; ſonū digitis callemus & aure. Huius verbi cōpoſitū ē occalleo: a quo occalleſco. Plaut. in aſy. Qui latera conteram tua: quę occalluere plagis.

⁎ Callidromus fluuius eſt iuxta Thermopylas. Cc.

⁎ Calligonon herba eſt: quā nōnulli Sanguinariā di-

cunt a multitudie feminis:& denſitate fruticis ſic dicta

¶ Calliſcere eſt callum fieri. Cato. Aures nobis calliſcunt ad iniurias.

¶ Cales oppidũ in Gallia: aliud in cãpania: a quo cales populi iuxta Falernos et Maſſicos: de qbus Virg. Aequora quiq; calca linquunt. Hinc caloenum vinũ.

¶ Calẽde primus dies mẽſis a καλέω καλῶ voco quia ſolebat Romæ minor Pontifex noua luna conſpecta plæbem vocare in capitolium: vt audiret: quot dies a calendis ad Nonas ſupereſſent.

¶ Calendaris: et hoc calendare: quod ad calendas pertinet. vt Iuno calendaris.

¶ Calendarius. a. um. idem eſt: vt calendarius liber. Vide in Ephemeris.

¶ Callis: via callo perdurata. Verg. lib. viii. Rara p occultos ducebat ſemita calles.

¶ Callimachus penul. correp. nomen poetę cyrenenſis: qui princeps inter Elegiacos habetur: Fuit & alius hiſtoric⁹ ægypti⁹: de quo Suidas noſter. ὑιὸσ βάττου καὶ μεσάτμασ μαθητὴσ ἑρμοκράτουσ. * id eſt fili⁹ Batti et mediocria: diſcipulus Hermocratis. Et multa et quot fuerint longe proſequitur.

¶ Calliſthenes penul. cor. nomẽ philoſophi: et apud nos pulchritudinis potentia dicitur. Hic fuit Olynthi⁹ Alexandro Magno familiaris ex cõdiſciplinatu apđ Ariſtotelem: Accitusq; ab ipſo rege ad prodenda memoriæ geſta eius aſiatica. Huic nocuit immodica libertas: grauitaſq; inuiſa Regi: quũ haud quaq̃ male aſſẽtantium accommodatus ingenio eſſet. Nam quũ Alexander magnus ex perſico ſupbię regię more adorari vellet: acerrimus inter recuſantes Calliſthenes fuit palam dictitans Alexandrum non adorandum eſſe: quę res et illi: et multis principibus Macedonum exitium fuit. Siquidem Alexander calliſthenem propter adorationis perſicæ interpellatum morem: coniurationis conſcium fuiſſe criminatus eſt: eumq; truncatis membris: abſciſſiſq; auribus: ac naſo: labijſq; deformatum cũ cane in cauea clauſum circũferri iuſſit: diuq; tortũ tandem necauit. De hoc Senc. lib. vi. quæſtionũ naturalium. Fuit Calliſtheni nobile ingeniũ: et furibũdi regia impatiẽs: hoc eſt Alexandri crimen æternum: qđ nulla virtus: nulla bellorum fœlicitas redimet. Nam quoties dicetur Occidit Perſarum multa milia: opponetur: et Calliſthenem. Quoties dictum fuerit. Occidit Darium: dicetur: ſed et Calliſthenem occidit.

* Callitrucię ficorum omnium frigidiſſimæ. Cc.

¶ Caliſto vna ex nymphis: et pulcherria dicitur. Fuit et Lycaonis Arcadiæ Regis filia: ex qua ortus eſt Arcas: a quo Arcadia: quę poſtea verſa eſt in vrſam: quæ dicitur Arctos: et eſt iuxta borealem polum ſita.

* Callytrix herba eſt: de qua Plynius. Callytrix decocta in aquis humidis vlceribus prodeſt. Cc.

¶ Calypſo inſula contra Troglodıtas ſita. Eſt et nympha Oceani et Tethyos filia. Regnauit in Ogygia inſula: & Vlyſſem naufragũ hoſpitaliter ſuſcepit. Ouid. Ah quoties illum doluit properare Calypſo. De qua Homerus in Odyſſea. Per y ſcribitur.

¶ Calyptra æ. genus veſtimenti: quo mulieres capita tegebant. a καλύπτω tego.

¶ Calliope. pe. cor. vna muſarum et pręſtantiſſima: q̃ etiam Calliopęa dicitur: ſicut Penelope et Penelopęa a pulchro ore dicta ὦψ ὀπὸσ vultus et facies dicitur. καλλόσ pulchritudo. Præeſt heroicis verſibus.

¶ Calix genus poculi: quo bibimus: q eo calidam bibebant: vt inquit Var. Nam et calidam et frigidam cõuiuijs veteres adhibebant. Iuue. Calidę gelidæq; miniſter. Quandoq; ponitur pro maiori vaſe. Cice. lib. iii. Tuſculañ. Quid huc calix mulſi impingendus eſt: vt plorare ſe deſinat. Quãdoq; pro vaſe: in quo legumina et holera coquuntur. Ouidius lib. v. Faſtoꝝ. Stant calices: minor inde fabas holus alter habebat. Var. Calix a caldo: q in eo calida puls apponebatur. Calices fictiles cululli dicũtur. At calyx cũ y ſignificat ſolliculũ: quo fructus arborũ cooperiũ a καλύπτω cooperio.

¶ Calliblepharon medicamentum: quo fucantur ornanturq; palpebrę. Plyn. lib. xxviii. Calliplephari pari modo fuligo in hoc vſu temperatur.

¶ Callirhoe fons apud Athenas. Papi. lib. xii. The. Et quos Callirhoe nouies errantibus vndas Implicat. Hic poſtea a tyrannis reparatus Enneacrenos dictus eſt. i. ſalientes nouem. Martianus de hoc fonte. Fontes multi Atticę: inter quos Callirhoe prędicatur.

¶ Calydon pe. cor. ſeu Calydonia ętholorum ciuitas regia Oenei pr̃is Meleagri: et regio vicina: diſtat a mari ſeptem milium quingentorum paſſuum ſpatio: per quod Euenus fluit. Luca. Et meleagręon maculatus ſanguine neſſi: Euenos Calydona ſecat. Hinc Calydonius. nia. nium. Et Calydonis. idis. Ouid. Plangũt ſe matres calydonides. Item Calydonia ſylua Britannię vnde ſęui leones mittebantur: a qua Brytãni quãdoq; Calydonij vocãtur: ſecunda ſyllaba lõga: et tertia breuis. Mar. Nuda calydonio ſic viſcera prębuit vrſo. Idẽ Quinte calybonios Ouidi viſure Britannos. Quum aũt de ætolico agro intelligimus ſecunda breuis: tertia longa: vt ſupra apud Lucanũ et Ouid. Tradidit auſonius pauidã Calydonida neſſo. * Solet lõga p e ſcribi

¶ Calydna inſula: quam quidam vnam eſſe cum Calymna. Alij Calydnas duas leron et Calymnam: quæ ſunt circa Rhodum. Strabo alias ab his calydnas prope Tenedum conſtituit.

¶ Calipolis vrbs Thraciæ in extremo Helleſponti: a Caligula ędificata: a quo nomen ſumpſit: hoc eſt Caligulę polis.

¶ Callipedę pe. cor. populi ſcythici: Hiſpanum fluuiũ incolentes: vt auctor eſt Herodotus.

¶ Calliſtratus pe. cor. nomen viri proprium.

¶ Calon latine bonũ: ſiue pulchrũ: ſiue honeſtum. Et Calon dicitur lignum. Inde calones. calcei ex ligno. Quo etiam nomine ſerui militũ caſtra ſequentes dicũtur: qui clauas ligneas et fuſtes gerebant: vel qui militibus ligna ſub miniſtrabant. Hora. Hũc perminxerũt calones atq; caballi. Quidam tamen calones a calãdo deriuant: q ad miniſterium aduocarentur. Alij a calẽdis: q calendarum die cibaria caperent pro toto menſe Et calon nomen eſt ſtatuarij.

¶ Calopodium calciamẽti lignei genus eſt: quod alio nomine dicunt Soccum: et per diminutionẽ ſocculũ.

¶ Calœnum cũ œ diphthongo vrbs campanię. xiiii. paſſuum milibus a Capua diſtans. In cuius agro vinũ optimũ et dulce naſcitur. Strabo. Calœnũ vrbs in cãpania in primis eximia: adiũcta Caſelino. Vnde Horatius. Prælo domitam Calœno tu bibes vuam. Quidam etiam calœnum vinum accipiunt a calibus oppido campaniæ. Alij a καλὸσ: quod eſt bonum: et οἶνοσ vinum. Iuue. Occurrit matrona potens: quę molle calœno. Et ſic ſcribi poteſt cum œ diphthongo.

* Calontes gemma eſt herbacei coloris. Cc.

* Calotechnius bonus artifex. Cuius contrarium eſt cacotechnius malus artifex. Cc.

¶ Calpar dolium. Var. libro primo de vi. pa. Quia anteq̃ dolij prolatum eſſet id genus vaſorum calpar diceretur. Feſtus docet eſſe genus vaſis fictilis: ſeu vinum nouum: quod ex dolio demittitur ſacrificij cauſa anteq̃ deguſtetur.

¶ Calpe Hiſpaniæ mons: circuitu non magnus: altitudine ingens vna ex columnis Herculis: in cuius radicibus vrbs eſt nomine Calpe: vt inquit Stra. Quo etiam nomine dicta eſt inſula in occaſu poſt Gades angusto diſcreta freto ἀλλὰ καὶ λπιό ὑδρία ἐςί. i. ſed calpis vrna aquaria eſt.

⁎ Calphurnianæ ficus a Calphurnio ſic dictæ. Cc.

¶ Calua. æ. dicitur os capitis: vbi capilli eē cōſueuere. Mar. Pſilotro: faciēq; leuas: & dropace caluam.

⁎ Caluaſter a calueo ſiue a caluus. Cc.

¶ Caluus dicit a cuius capite capilli defluxerūt: ſiue q̄ ſine capillis natus eſt. Vnde Ply. lib. xi. docet eſſe gētes naturaliter caluas quales Myconij qui capillo carentes gignūtur. Hie. in Leui. Vir de cuius capite capilli fluūt caluus & mundus eſt. Hinc fiunt compoſita pręcaluus et recaluus: qui & recaluaſter dicitur: de quibus infra.

¶ Caluities & caluitiū defluuiū capillorū a capite: ſeu locus in quo capillorum defluuiō eſt. Hiero. Ibidem. Si autē in caluitio ſiue in recaluatione alb⁹ vel ruffus color fuerit exortus: & hoc ſacerdos viderit: cōdemnabit eū haud dubie lepræ quæ orta eſt in caluitio. Suet. Caluitij vero deformitatem iniquiſſime ferebat: ſæpe obtrectatorum locis obnoxiam expertus. ideo deficiētem capillum reuocare a vertice conſueuerat.

¶ Caluo. as. caluum facio. a quo decaluo & recaluo. Primum ſignificat valde caluo. Secundum ab anteriore capitis parte caluo. Hier. in Eſaia. Decaluabit dominus verticem filiarum Sion: & dominus crinē earū nudabit. Idem in Leui. Si autem in caluitio: ſiue in recaluatione albus vel ruffus color &c.

¶ Calueo. es. caluus ſum. Ply. lib. xi. Et quædam animaliū naturaliter caluent: ſicut ſtrutio: chameli: & corui aquatici. Hinc componitur recalueo quod eſt rurſus in caluitiem reuertor.

¶ Calueſcere eſt caluū fieri. Col. li. vij. Potior tamē eſt ratio cuſtodiēdi ne naſcat: neue in colla calueſcāt. Ply. lib. xi. Propriū his calueſcere oibus annis cū ſerītur rapa. Dicitur & de agris. Col. li. v. Propter mures atq; talpas ſępe nouella caſtaneta calueſcunt: id eſt rareſcunt.

¶ Caluata vinea apud Catonē & Plyniū ſignificatur in qua vites quidem ſint: verum paucę: ratęq;: vt in caluitio capilli. Nam & græci loca ſatis: fruticibuſq; nuda phalacras: quaſi caluata appellant.

¶ Caluaria totum caput & carne nudū: & tam de brutis q̄ de hominibus dicitur. Palladius. equæ caluariis ſed non virginis intra ortum ponenda eſt: vel potius aſinę. Creduntur enim ſua præſentia fœcundare quæ ſpectāt. Celſus libro. viij. Vbi capitis oſſa & ipſam caluariam deſcribit. Et Caluariæ loca ſepulturæ publica: quas græci vocant polyandria: ſeu loca vbi decollabantur homines damnati. Hiero. Extra vrbes & extra portam loca ſunt: in quibus truncantur capita damnatorum. & Caluariæ .i. decollatorum ſumpſere nomen. Propterea autem ibi crucifixus eſt domin⁹: vt vbi prius erat area damnatorum: ibi erigerentur vexilla martyrij. Et quo modo pro nobis maledictum crucis factus eſt & flagellat⁹ & crucifixus ſic pro omniū ſalute: quaſi noxius inter noxios crucifigeretur. Si autē quiſpiam contendere voluerit ideo ibi dominū crucifixum vt Sanguis ipſius ſuper Adam tumulum diſtillaret: interrogemus eum quare & alij latrones in eodem loco crucifixi ſunt. Ex quo apparet Caluariam non ſepulchrum primi hominis: ſed locum ſignificare decollatorum: vt vbi abundauit peccatū ſuperabūdaret gratia. Adam vero ſepultum iuxta Cedron: & Arbee in Ieſu filij Naue volumine legimus.

¶ Caluo caluis decipio fruſtror: cui⁹ paſſiuū eſt caluor Tractū a caluis militibus: qui omnibus ſolent eſſe fruſtratui. Pacu. Sentio te pater vocis calui ſimilitudine. Inuenitur etiā Caluor deponēs. Plau. in Caſi. Nā vbi domi ſola ſum: ſoror manus caluitur. id eſt decipit.

¶ Calumnia vexatio alicuius in litibus per fraudem & fruſtrationem. Ci. Exiſtunt ſępe iniurię calumnia quadam & nimis callida atq; malitioſa iuris interp̄tatione. Et calumnia dicitur cū alicui crimen falſo imponitur. Hierony. Calumnia eſt cum iuſtis hominibus crimen impietatis obiicitur.

¶ Calumnioſus qui calumniam inferre ſolet. Augu. Nemo illi calumnioſus tendiculas verborum requirit.

¶ Calumnior ſignificat per fraudem & ſubdolam rationem cauſa vincēdi in litibus mendacijs alios vexo. et calumniari eſt falſa crimina intendere: & modo cum accuſatiuo: modo cum datiuo cōſtruitur. Hiero. lib. j. Reg. Si quenq̄ calumniatus ſum. Aug. lib. j. ciui. dei. Et chriſtianis temporibus non calumniatur. Hinc Calumniator: qui calumniā facit: id eſt qui falſum crimen obijcit. Vnde in lege. xij. tabularum. Calumniator idē patiatur: quod reus ſi conuictus fuerit. Ponitur & quādoq; pro fallaci & doloſo.

¶ Caluinarius porcus qui cibo permixto ex colluuie hyeme nutritur.

¶ Calaſtri pueri dicebātur canorā vocē habētes inq̄t Vitru. qui a regibus ad hoc munus quęri ſolebant.

¶ Calta herba naſcēs in ſegetibus flore purpureo vel potius viola coloris albi.

⁎ Caltulę veſtes a Calta viola coloris albi. Plaut⁹. Induſiatam/patagiatam/caltulam: ac crocotulam.

⁎ Cambades vnū ex cognominibus Tauri mōtis. Cc.

¶ Cambio. bis. pſi. commuto. Apud antiquos vero cambire accipitur pro pugnare: iter inchoare: flectere. A quo campſo. as. quod eſt iter flecto.

¶ Cambyſes penul. pro. nomē ꝓpriū regis Perſæ: cui Aſtyages filiā dedit in cōiugē: ex qua natus eſt Cyrus qui poſtea regnauit. Eſt etiā hoc nomine fluuius Hyrcaniæ ortum habens in montibus Caucaſi.

⁎ Camedaphne herba vulgo nota. aliter peruinca quę in longū creſcit obuia quæq; vinciens ac peruinciens folia habet lauro ſimilia ideo Camedaphne hoc eſt parua laurus appellatur: florem facit violæ ſimilem.

⁎ Camelus vide Chamelus. Similiter Camelopardalis.

¶ Camera pe. cor. a noſtris teſtudo ſeu fornix dicit: & ipſa pars ſuperior. ſ. tectū deuexū: & incuruū ſolariū a forma teſtudinis: quaſi camurę. i. curuę: vt inquit Ser. Camyros enim latine curuus dicitur. Papi. in ſil. Effulgent cameræ vario faſtidia vitro Io ſpecies animoſq; nitent. Verg. lib. iij. Ge. Camuris hirtę ſub cornibus aures. Cameræ igitur tecta incuruata fornicata. Et camuri boues a curuatione. Ply. lib. xix. Velocitas pernix leui vmbra cameras & pergulas operientes.

¶ Camerare cameram facere. i. fornicem & teſtudinē a quo concamero. Ply. li. xxiiij. Dinocrates architectus Alexandri Arſinoes templum concamerare inchoauerat vt in eo ſimulachrum eius e ferro pendere in aere videretur. Inde concamerata loca dicimus teſtudines hoc eſt quæ fornicibus conſtant.

¶ Camerinū pe. p. piceni vrbs p̄clara a curuitate ſitus ita appellata. Ab ea camertes dicti ſunt: quos Liui⁹ ſcribit. P. Scipioni in armāda claſſe: qua in Aphricā duxit cohortē vnā ſexcētorū militū armatorum prebuiſſe.

¶ Camertes populi Picentini a camerino dicti.

¶ Cameria oppidū: & palus eiuſdē nominis in Sicilia.

⁎ Cameſis Iani conſors Italiæ indigena quæ cum Iano participata potentia regnauit. Cc.

⁎ Cameſene regio in qua regnauit Cameſis. Cc.

¶ Camillus proprie puer ingenu⁹ qui flamini diali ad ſacrificia miniſtrabat. Antiqui enim camillos: & camillas vocabãt miniſtros & miniſtras impuberes in ſacris. Vnde Mercurius Hetruſca lingua Camillus dicit̃ quaſi deorum miniſter. Fuit & camillus proprium nomen Romani viri qui Gallos expulit ab vrbe. Item genus quoddam vaſis camillum dicebant quod opertum in nuptijs ferebant: qđ alio nomine cumera vocabatur.

*Camillus item paruum caminũ ſignificat. Cc.

¶ Chamęmellũ hęrba ab odore mali dicta quã vulgus camomillã vocat. ab aliquibus melanthion dicitur.

¶ Camilla nomen Volſcorũ reginæ: quę Turno cõtra Aeneam auxilio venit.

¶ Caminus latine fornax dicitur. Ver. li. iij. Ruptis flãmã expirare caminis. Accipit̃ etiã quãdoq; ꝓ ſtructura quæ fumũ excipit. Sue. in Vite. Nec ante in pretoriũ redijt q̃ flagrante triclinio ex cõceptu camini. Cice. ad Atticum. Luculento camino vtendum cenſeo.

¶ Caminata loca dicuntur teſtudinata: & ad fornacis ſimilitudinem facta. Ply. li. xvij. Scrobes vbiq; caminata foſſura ore compreſſiore ſint.

¶ Camœnę cũ œ diph. quaſi canẽtes amœne. Amœnum vero ab amando iucundum dicimus. Canunt. n. antiquorum laudes. Var. Camœnę ab antiquis Carmenę vel caſmenę dictæ ſunt: nũc abiecta r vel s: camœnę vocantur. Alij camœnas dicunt ꝙ ſint caſtę mentis præſides. Sunt autẽ camœnę idem qđ muſę. Muſa vero ſignificat cantum.

¶ Campana inſtrumẽtũ notum ad pulſandũ idoneũ. A quo Hie. formauit dimi. campanula. Nã ad Euſto. ſcribit. Quo vſq; campanula in clauſtro pulſabitur. Ariſtophanes aũt comicus in ea comœdia: quæ εἰρήνη inſcribitur. κώδωνα προσαγορεύει καὶ ῥόπαλον αὐτοῦ καὶ παλαιότατον εἶναι. i. tintinabulum dicit & clauũ ipſius antiquiſſimũ eſſe: ita ꝙ malleus campanæ dicit̃ ropalũ. li. & etiam inſtrumentũ quo pulſatur oſtium.

¶ Campania regio Italię ſic dicta ꝙ cãpeſtris ſit a qua Campani qui in ea habitant. Et nũc dicitur terra laboris fertiliſſima vbi Capua & Neapolis & Cumæ.

¶ Campus eſt grande atq; amplum ſpatium terrę quę plana ſit. Vnde ſpatioſę plateę areę ve campi dicuntur. Hier. ſuper Cañ. Campus planities terrę dicitur cui cultura adhibetur: & excolitur ab agricolis. Et campus ſolet accipi pro qualibet re in qua quis ſtudium habeat. dictus campus a capiendo ꝙ animalium ſeu rerum multitudinem facile capiat: ſeu ꝙ veteres ex agro tantum plano capiebant fructus.

* Campus lapideus erat campus in quo congreſſus eſt Hercules cũ Albione et Beergio Neptuni filijs: qui cum deficientibus telis in diſcrimen veniſſet oraſſe dicitur patrem vt ſibi tela miniſtraret: & ſtatim imbre lapideo adiutus eſt: hinc campo nomẽ inditum eſt. Cc.

*Campi Diomedis in Apulia ſunt: & eſt regio quæ Diomedi ceſſit in Apulię diuiſione. Cc.

¶ Campeſtria loca plana a campo deductum nomen vt in cãpeſtribus inquit Hier. Et apud Eſaiã. Et erunt campeſtria in caulas gregum & vallis Achor in cubile armentorũ populo meo. Sic campeſtres operę dicebãtur ij: qui in campo martio ſeruilem operam cãdidato impertiebantur: & campeſtria dicuntur genitalium ſuccinctoria: eo ꝙ ludentes in campis veſtibus omnibus exuebantur & nudi ludebant ſolis campeſtribus tecti viri. Hor. Penula ſolſtitio cãpeſtre niualibus auris. Aug. lib. xiiij. ci. dei. Campeſtria latinũ verbum eſt. eo dictum ꝙ iuuenes: qui nudi exercebantur in campo pudenda operiebant. Vnde qui ita ſuccincti ſunt campeſtratos vulgus appellat. Hæc etiam brachæ fœminalia: vel fœmina: perizomata: ſuccinctoria: ſubligacula appellantur: & lumbaria.

¶ Camparius cuſtos camporum.

¶ Campſores dicũtur vulgo qui collibiſtę ac trapezitę ſunt.

¶ Campe vermis genus hortenſes hęrbas & arborum frondes infeſtans a verbo græco κάμπτειν: quod eſt flectere. Col. Nec ſolum tenera audent erodere frondes Implicitus conchæ limax/ hirſutaq; campe. Hinc hippocampæ piſces qui & equi appellãtur a flexu caudarum quæ piſcoſæ ſunt.

*Camurus latine curuus. Vide Camera.

*Canam græci dicũt criſtam ruſticã ex viminibus factam quam nos caniſtrum vocamus. Cc.

¶ Canaſtręum promontorium eſt proximũ Pallenæ.

¶ Canaan nomen filij Cham: a quo cananeus. a. um.

¶ Canna arundo: licet minor ſit & maior calamo. Col. lib. v. de arundineto. Ea eſt autẽ ſenectus: cũ vel exaruit ſitu & inertia plurium annorũ: vel ita den ſatũ eſt: vt gracilis & cannæ ſimilis arundo prodeat. Idẽ. li. viij. Degener arundo quã vulgus cannam vocat. Et canna vas in quo ferebatur oleũ. Col. Vrcei quibus oleũ progeritur cannæ tegetes quibus oliua excipitur. Stra. ſcribit in Aphrica ad cubitos quinos longas: craſſitudine vero digiti minoris cannas naſci. Quare mirum non videtur ſi in eis Romã comportatũ oleũ ſit. Præterea canna vicus Galileæ eſt: & vrbs Lycaoniæ.

¶ Cannetum: vbi cannarum copia eſt. Palla. Lilieta cannera ponenda ſunt.

¶ Cannitiũ: canna arundo. Aug. ſuper ꝑa. Noſtis quẽadmodũ ſibi faciũt de cannitijs ſagittas infantes.

¶ Cannę: cannarum tantũ pluraliter. vicus in Apulia. Romanorum clade clarus.

¶ Canalis a canna fit vna littera detracta. Et tã maſc. q̃ fœmi. generis eſt. Feſt. Canales per quos aqua confluit in vijs lapide ſtratis. Verg Currentem ilignis potare canalibus vndam. Eſt autem Canalis lignum ad cannæ ſimilitudinem cauatum a quo aqua deducitur. Dicitur & hoc Canale. Sta. lib. j. ſyl. Flumina demerſo trahit intemerata canali.

¶ Canalicula: diminutiuũ parua canalis. Eraſiſtratus medicus docet duas eſſe quaſi canaliculas vel phyſtulas quę a faucibus deorſum proficiſcũtur. per alteram in ſtomachũ delabuntur omnia eſculenta & poculenta per alterã ſpiritus ab ore in pulmonem: atq; rurſum in os & nares cõmeat. per eandem meatus vocis fit. & gręce nominatur τραχεῖα ἀρτηρία. i. aſpera arteria. Lactatius hanc arteriam appellat phyſtulam ſpiritalem: alio nomine Curgulio nominatur.

¶ Canaliculus diminutiuũ a canalis in maſcu. genere. Vit. lib. vij. Canaliculus earum qui ſtrigix appellatur. Col. li. ix. Largiore cibo celerius pingueſcit: ſemper tamen etiam canaliculi milio repleti apponuntur.

¶ Canaliculatus. a. um. quod eſt in canalis modum factum. Ply. li. xix. Quibuſdam anguſta & canaliculata: vt cumina: paucis folia cea & lata vt a triplici.

¶ Canalicolæ penul. cor. forenſes homines pauperes dicti ꝙ circa canales fori conſiſterent. * Perottus canalibolę legit: ſed perperam ex impreſſorũ vitio locus deprauatus vt in alijs plęriſq;.

* Canalitiũ aurũ dicitur in puteis effoſſum ꝙ venarũ canales ꝑ ſaxa vagãt̃ huc & illuc & ꝑ latera puteoꝝ. Cc

* Canaria inſula eſt in mari atlantico fortunatis propinqua. ſic dicta a canum multitudine ingentis magnitudinis. Cc.

¶ Cannabis pen. cor. hęrba ex qua fiunt chordę. Perſ. Tun mare tranſilias/ tibi torta cannabe fulto. Dicit̃ &

Cannabum Palladius. Hoc tempore cannabum ſeris. Hinc cannabaceus.a.um.& cãnabinus.na.num. quod eſt ex cannabe. Col. lib. vij. Cannabiniſq; funibus cornua iuuencorum ligato.

¶Cancellus ligna inter ſe modicis interuallis in tranſuerſum: inſtar retis inuicem annexa: quibus ſcęnę & tribunalia atq; feneſtræ muniri ſolent: quos preteriri non licet. Et apud priſcos fere ſemper fuerũt terei: quorum multi extant per baſilicas diſtributi ad lignorum ſimilitudinem fabrefacti: quorum lineolæ: altrinſecus in quincuncem ſuperpoſitæ foramina linquunt: quibus cum aer aſpectuſq; admittatur: prohibetur acceſſus ſeruatq; vſus euiuſmodi clauſtra vineis pro valuis foribuſq; apponi. Ci. in Quint. Ab his cancellis quibus me circũſcripſi declinauero. Sunt & cancelli loca cancellatim: hoc eſt teſſellatim tranſuerſarijs lignis accõmoda ſeſſui. Ouid. Cancellis primos impoſuiſſe pedes. In ſacris litteris cancelli vocantur ſpecilla foraminibus plena: & tranſuerſim plagulis feneſtrata: quas vulgus zelotypias vocitat. Vnde in Prouerbio. De feneſtra domus meæ pro cancellos proſpexi iuuenem: et video paruulos. Hos cancellos delitioſos. Ci. lib. de perfecto genere dicendi appellat tranſennas ab oculorum videlicet & foraminũ tranſitu. Ait enim quaſi per tranſennam prætereuntis ſtrictim aſpicimus. Et cancellis diſtincta eſt cutis elephantorum: quaſi teſſellatim conquadrata & in modum capſularum facta. Inde cancellata cutis dicta eſt a Ply. lib. ix. cuiꝰ verba hæc ſunt. Elephanti cancellata cutis & inuitans id genus animalium odore. Ergo cum extenta cute recepere examina arctatis in rugas repente cancellis comprehenſas enecãt. Preterea cãcellus poteſt eſſe diminutiuũ a Cancer. Cancello.as. concido: dilanio: diſpũgo: erado: doleo. Cancellatim aduerbium: ad ſimilitudinem cancelli.

¶Cancellarij dicuntur ſcribæ. Qua dictione vſus eſt Fla. Vopiſcus ſcribens: a Carino Imperatore factum eſſe pręfectum vrbis vnũ ex cancellarijs ſuis.

¶Cancer cancri genus piſcis: & ſignũ cœli: qui & Carcinus dicitur. Luc. lib. ix. Par geminis chiron & idẽ qđ carcinus ardens. Cancri in ſyderibus a gentilibus inde dicti ſunt: eo ꝙ ad illud ſignũ menſe Iunio ſol dũ venerit retrogradatur in modũ cancri: lõgioreſq; dies faciat. Et in vtroq; ſignificatu eſt generis maſc. Ferunt hunc cancrũ a Iunone miſſum fuiſſe lernęum. qui ex lerna palude exijt: & dũ Herculis pedem momordit pugnantis contra hydram in ſydus tranſlatum.

¶Cancer canceris. neutri generis morbus eſt. Ouid. Vtq; malũ late ſolet immedicabile cancer Serpere & illęſas vitiatis addere partes. Hier. contra Ruffi. Nemo vnq̃ ſuã carnẽ odit cũ morbo regio laborantes: phtiſi et carcere & diſtillationibus mortem vitæ præferant. Naſcitur hic morbus fere in omnibus corporis partibus: ſed maxime in mamillis mulierũ quæ non purgãtur menſtruo naturali. Legitur & cancer cancri. genere maſculino pro morbo: vt apud Catonem de re ruſti. Eadem braſſica vulnera putrida cancroſq; purgabit ſanoſq; faciet. Dictus cancer a cancri rubore: ſeu ſimilitudine: Nam ſicut illi pedes: ita huic venę protẽſæ ex vtraq; parte cernantur. Hic alio nomine dicitur carcinoma: & græce carcinus dicitur. Suidas autem dicit Cancrum poetam tragicum fuiſſe: alterum etiã poetam Atticum: qui multa ſcripſit.

¶Cancri etiam dicebantur qui nunc cancelli per diminutionẽ dicuntur. Hoc eſt opus ſubtili materia in trãſuerſum compacta ad ſimilitudinem rętis facta: ꝙ frequentia foramina habeat: qualia ſunt quæ in corpore efficit morbus qui cancer vocatur. Vnde Apu. vocat cancros orci: pro faucibus & tenacibus ſtationibus.

⁎Canchrya dicebatur pillula in medicina vrendi vim habens.

¶Cangrena pe pro. ſpecies morbi alius a cancro: quę vt ait Ply. ſanari poteſt. in hoc cancer & cangrena conueniũt ꝙ vtrũq; carnem exedit. Naſcitur cangrena nõ omnibus partibus corporis: ſicut cancer: ſed in prominentibus membris. i. inter vngues & alas & inguina.

¶Candax acis. pe. cor. nomen reginæ Aethiopũ. Iu. Candacis Aethiopũ dicant arcana. Sic alia terminata in acis corripiũt pe. vt Salmacis pro fonte. Oui. li. xv. Cui non audita eſt obſcęna ſalmacis vnda. Idem lib. j. de arte. Atracis ambiguos traxit in arma viros. Hoc eſt Hippodamia ab Atracia.

¶Candeo.es. candui. ignitus ſum. Ci. libro .i. officio. Quid enim cenſemus ſuperiorem illum Dionyſium quo cruciatu timoris angi ſolitum qui cultros metuẽs tonſorios candente carbone ſibi adurebat capillum. Et candere ſignificat candidum eſſe. Verg. lib. quarto. Candẽtis vaccę media inter cornua fundit. A candeo fit candeſco: quod eſt ignitus fio. Compoſita: excandeo & incandeo: a quibus excandeſco & incandeſco: quæ proprie ſignificat vehementer incendor: inflammorq;. Transferũtur etiã ad iram: ꝙ ea eſt velut ignis. animũ incendens: & vultum hominis quodam candore perfundens. Sed non temere. Cum enim ignis obſtantia exuperat ac fumũ vincit: candorẽ laminę concipit. Vel quia vt ſol quanto candidior tanto ardentior: ita animus dum ira concitatus eſt: inflammatus incenſus & excandeſcens dicitur vt tanta mentis cõmotio ſignificetur. Cælius Cic. Id poſtq̃ reſcijt excanduit et me cauſam inimicitiarũ quęrere clamitauit. i. ira vehementer incenſus eſt. Cato de re ruſt. Nam ſi tecto coquas cum bitumen & ſulphur additum eſt: excãdeſcet .i. incendetur & flammabitur. Hinc excandeſcẽtia: quę eſt vt Ci. lib. tuſ. inquit. ira naſcẽs & ſine modo exiſtẽs. Ex quo conſtat flammam ignis candidam eſſe. vnde Ouid. libro. vij. me. de incandeſco aperte demonſtrat. Non ſecus exarſit q̃ cum balearia plumbum Funda iacit volat & incandeſcit eundo. Et quos non habuit ſub nubibus inuenit ignes. Aug. ſuper Io. cum accuſatiuo iunxit. Quam totam repleuerat ſpiritus ſancti gratia: totam incanduerat diuinus amor. Eſt & recandeo. a quo Recandeſco. qđ eſt rurſus candeſco. Ouid. lib. i. me. Ergo vbi diluuio tellus lutulenta recenti Solibus ætheriis altoq; recanduit æſtu.

¶Candefacio. candidum facio. Plau. in muſ. Quid ceruſa opus eſt? Nam qui malas oblinam vna opera ebur atramento candefacere poſtules. Hinc excandefacio Var. lib. iij. de re ruſtic. Cœnę collegiorũ excãdefaciũt annonã macelli. Aliquãdo etiã Candefacere eſt candentem hoc eſt ignitũ reddere & excandefacere ira valde inflammari: & excãdefactus ꝑter modũ iratus.

¶Candor ipſe ſplendor. vt Candor eſt lucis æternę.

¶Candidus.a.um. quod ex luce ita nitet ieumq; colorem habet qualis eſt flãmæ ignis. licet aduerbium Candide pro benigne & pure ſumatur. Cęlius Cic. Cauendum tibi erit ne parum ſimpliciter & candide poſuiſſe inimicitias videaris. Hor. Albi noſtrorũ ſermonũ cãdide lector. Iterdũ Cãdidus ponit̃ ꝓ fœlici. Tractũ Thracibus qui diẽ fortunatũ albo: aduerſum nigro lapillo deſignarũt. Catul. Fulſere vere candidi tibi. Hora. lib. ſer. Hũccine ſolẽ iã nigrũ eſſe mihi. i. triſtẽ & exitioſum Differt tamẽ cãdidus ab albo: ꝙ candidus eſt q quadã inteẽta luce perfuſus eſt. Albus qui pallori vicinus eſt.

¶Candido.as. candidũ facio. Vnde Candidatus candidus factus. Pomp. Veſtem lixiuio candidans.

¶ Candidatus qui luce quadam intente perfuſus eſt. Lac. li. vi. per tranſlationẽ. Qui ſi hoc ille faciebat homo non a cœleſti tantū ſed a publica quoq; ciuiliq; iuſtitia remotiſſimus: quãto magis id nos facere debem⁹ qui immortalitate veluti candidati ſumus? Candidati etiam dicebãtur qui in alicuius magiſtratus aut dignitatis petitione verſabãtur: a tunica candida quã per id tempus induebãt ſiue ad denotandū integritatẽ ꝙ ſolus hic color ſincerus ac purus & minime inquinat⁹ eſt: ſiue vt perſpici ab omnibus poſſet eos pecuniã nõ habere qua ciues corrūperẽt. Ire autẽ candidati per comitia ſolebant ſuadendo rogãdo ſubmittendo ſe omnibus & nudato etiã corpore cicatrices oſtendendo. Inde per tranſlationem aliarum quoq; rerū petitores ſicuti a Quintil. candidatus eloquẽtię. & a Ply. in panegy. candidatus gloriæ & immortalitatis. A Hie. candidatus fidei nūcupãtur. Ex quibus oſtenditur candidatus conſtrui cū genitiuo: vt ſit cãdidatus cõſulatus: p̄turę: quęſturę: qui petit conſulatū: pręturam: quæſturam.

¶ Candico. as. penul. cor. candorẽ habeo. ſiue dealbo albū facio. Ply. lib. viij. Inſigne ei in dextro latere candicans macula. Idem. Cuius radice vtuntur ad candicandos capillos. Hinc candicãtia. æ. pro albedine. Ply. lib. xxxvij. Fictitię ſacrificationis candicantiã fugiūt.

¶ Candifico. as. candidum facio. Augu. libro. xxi. de ciui. dei. De igne fulgido ꝙ certum ſuū fulgorem lapides coquendo candificet. Neuius. Poliens ſeſe & ſuccis herbarum candificans cutem.

¶ Candela a candore luminis dicitur. Hinc candelabrum in quo candelæ figuntur. Sunt autem candelæ quacunq; cõſtent materia ſcirpis: teda: ſeuo: cæra. Var. Candelabra a candela in his enim funiculi ardentes figebãtur. Mar. de candelabro Corinthio. Nomina candelæ nobis antiqua dederūt. Non norat parcos vncta lucerna patres.

¶ Candebœa palus fuit: de qua Plyni. lib. vi. Pars eſt inquit Syrię quę phœnice dicitur finitima Iudeæ intra mõtis Carmeli radices paludẽ habens quæ candebœa nominatur. Ex ea creditur naſci Belus amnis.

⁎ Canenta capitis ornamenta veteres dixere.

¶ Canus. a. um. quod eſt ſenex. a candeo vt quidã putant. Virg. Cana fides & veſta. i. antiqua. Vetuſtate eñ caneſcimus. Cani vero ſubſtantiuum accipiuntur pro capillis albis præ ſenectute: vt eſt illud Cani enim ſunt ſenſus hominis.

¶ Canicies & canitudo pro ipſa albedine. Ply. Et ipſa iam canicie venerabilis.

¶ Caneo canes canui. canus ſum: a quo caneſco. canus fio. Incaneo. incaneſco: valde canus fio. Hier. li. i. Re. Ego ſenui & incanui.

¶ Caniſtrum & caniſter. fiſcella ciſta viminea. Virgili⁹. Cereré q; caniſtris expediunt. Græce κανασρον. a in i. mutata. Palladius. Salignis caniſtros fieri debere virgultis: quia genus hoc oleum dicitur adiuuare. Cuius diminu. eſt caniſtellum & caniſtellus.

¶ Canephora pe. cor virgo dicitur quæ more Attico ſacra in ciſtulis repoſita capite ſuſtinebat. cana eñ gręci dicūt quę nos caniſtra & per diminutionẽ caniſtella. Vnde canephoræ appellãtur: quę ſacra huiuſmodi vaſculis recondita capite ferebant. Cic. in. vi. Verrinarum. Habe canephoras deorum ſimulacra reſtitue.

¶ Canis ge. cõ. animal latrabile: piſcis marinus: ſignū cœleſte: & ludi talaris ſignum: quod vnum duntaxat pūctum continebat. Ideo damnoſus erat. Proper. Sẽper damnoſi ſubſiluere canes. Per. Damnoſa canicula quantum Raderet: anguſtæ collo non falleret orcæ. Canis animal a canendo dicitur: ꝙ noctu in cuſtodia & in venando ſignum voce det. De hoc Colu. Quis hominū clarius aut tãta vociferatione beſtiam vel furem prędicat q̃ iſte latratu? Quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis cuſtos incorruptior? quis excubitor inueniri poteſt vigilãtior? quis deniq; vltor aut vindex conſtãtior? Canis ſydus leporem fugientẽ ſequitur: habet in lingua ſtellã vnã quę proprie appellatur canis magna quidẽ & ſplendida: in capite alteram quã nõnulli Siroon dicūt. Sūt ergo duo canes in cœlo maior. ſ. & minor. Sed canẽ dicẽdo maiorẽ intelligim⁹. Minor enim canis canicula dicitur: quę quia integrum diẽ in ortu atq; occaſu canẽ pręcedit. a græcis procyon vocatur. Nam pro ante κύων canem ſignificat. Hæc etiã Anticanis & Sirius dicit̃. Cice. Anticanẽ procyon grato qui nomine fertur. Oritur ſeptimo calendas Auguſti. Occidit ſed non tota poſt dies. xl. Hæc ſtella canis æſtiuis menſibus in medio centro cœli eſt. Et dum ſol ad eam aſcẽderit: coniuncta cū ſole duplicat calorẽ et diſſoluūtur corpora & vaporantur. Latine canicula dicitur. Vnde ex ipſa ſtella dies caniculares dicuntur quãdo moleſtę ſunt purgatiões. Dicta canis ꝙ corpora morbo afficiat: vel propter flãmæ candorem ꝙ eiuſmodi ſit vt præ cęteris lucere videatur.

¶ Canicula diminutiuū a cane cū eſt fœminini generis Et accipitur pro ſigno cœleſti. Columel. li. x. Cūq; peracto ſolſtitio vſq; ad ortū caniculæ: qui fere dies. xxx. ſunt. Hinc Caniculares dies.

¶ Caniculus catulus a quo catellus diminutiua ſunt a canis generis maſculini.

⁎ Canephorę mulieres dicebantur quę caniſtrum capitibus gerebant. Cc.

⁎ Canica furfur. vnde Canicaceū furfureum dicimus. Pacu. Qui apud te quaſi ſeruus eſt canicariū panẽ. Cc.

¶ Caninus. a. um. qđ eſt ex cane. Ply. Sanguine canino nihil contra toxica pręſtantius eſt. Canini vero dẽtes ſunt poſt primores. Vide in dictione dentes.

⁎ Caninū prandiū vocatur abſtemiū in quo nihil vini potatur quoniã canis vinū non bibit. Cc.

¶ Canatim aduerbiū ſignificat ad ſimilitudinẽ canis.

¶ Canarius. a. um. quod ad canem pertinet vt canaria lapa: quę canibus adhęret. Apud Ply. li. xviij. Augurium canariū legitur: & apud Ateiū capitonẽ. Canario ſacrificio pro frugibus dep̄candę ſæuitię cauſa ſyderis caniculę. Canatius ab Apulio dicitur in floridis p̄clara ceu p̄conis voce. Canatius inquit limã dabo vt per omnes prouincias eat. Sed hoc a canando. i. calando videtur dictum. Nam Var. ſcribit conſuetudinis fuiſſe vt claſſicus in arce circũq; muros canatum iret.

⁎ Canius poeta fuit temporibus Martialis: eiq; familiaris qui natura ita hilaris erat vt ſemp rideret. de quo Martialis libro primo Epigrammatum. Cc.

¶ Canarij populi circa Atlantem Aphricę montẽ habitantes: ꝙ victus eius animalia his promiſcuus ſit.

¶ Canicularis adiectiuum a canicula cœleſti ſigno dictum. Vnde Caniculares dies.

¶ Cano. is. cecini cantū & canitū a quo Hiero. formauit participiū cū in Apocalypſi inquit. Qui erant tuba canituri. Sed eius cõpoſita faciūt p̄teritū in ui diuiſas ſyllabas. Significatq; proprie Canere voce modulari. Hinc canere poetę dicūtur quoniã verſus rythmica ratione cõpoſiti ſunt: & cãtando pronūtiari cõſueuerūt. Virg. Arma virūq; cano. Canere etiã is dicit̃ q nõ tãtū ore: ſed q fides organa ve pulſat: aut qui tibias inflat. Vnde Canere receptui qđ ſignificat poſt conflictū milites a pugna eſſe reuocãdos recipiẽdoſq; in tutū qđ fit cantu tubarū & clangore ſicut canit bellicū cū initur cõflictus & milites in pugnã prodeunt. Vege. Tubicines

ad bellum vocāt milites rurſum receptui canentes reuocāt. Sed quia veteres laudare & vaticinari verſibus ſolebāt: factum eſt vt canere ꝓ laudare capiatur. Virg. Regēq; canebant. Et pro Vaticinari. Idem. Ipſa canas oro. Quandoq; pro p̄dicare & cum quodā vt exaudiri poſſit canore proferre. Mar. Quicquid fama canit donat arena tibi. Hu⁹ verbi cōpoſita ſunt Accino qđ eſt ad aliquid vel iuxta cano. Concino ſimul cano. Circūcino: Excino: extra vel valde cano. Incino intus cano. Intercino inter agendū cano. Occino ſiue occano cōuiciū facio. Percino canendo perſeuero. Procino canēdo profero. Praecino p̄dico p̄diuino: & ante cano. Recino rurſus cano. Hora. lib. car. Quē deū cuius recinit iocoſa nomen imago. Interdū ſignificat in contrariū cano. Idem lib. j. carminū. Nunc ego mitibus mutare quaero triſtia dum mihi ſias recātatis amica. Eſt & Succino qđ eſt ſummiſſima voce cano. Et omnia habent pen. cor. Hinc deducuntur infra ſcripta.

⁎Canobum getarū qui ſua tēpeſtate in Thracia erant rex fuit: qui Triptolemo inſidias dicitur paraſſe. & ea ꝓpter a Cerere multis malis affectus fuit. Cc.

¶Canto. as. frequentatiuū. a quo cantatio cātatus cātator & cantatrix. Compoſita mutant a in e: vt Accēto. as. vnde accentus. Concento a quo concentus. Occento & ſuccento. Excanto vero incanto & recanto ſeruant a. Aliquādo tamē cantare ponitur pro incantare. Virg. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

⁎Canta pro cantata veteres vſi ſunt. Cc.

¶Cantito. as. penul. cor. frequentatiuū a frequentatiuo formatum. Auguſt. Quales poetarum noſtrorum carminibus cantitantur.

¶Cantus. us. a cano fit: & eſt inflexio vocis. Et ꝓ cantione cuiuſcūq; rei dicitur. Virg. Cantuſq; dedere.

¶Cantio idem qđ cantus. Cuius dimi. eſt cantiūcula.

¶Canticum proprie eſt elegans & laſciuus cantus. Quintil. ſit poetę lectio cum ſuauitate quadam grauis et non quidē proſae ſimilis quia carmen eſt. & ſe poetae canere teſtantur nō tamen in canticum diſſoluta. graeci canticum hymnū vocant. Item pſalmū. Sed proprie hymnus dicitur qui voce naturali fit: pſalmus qui aliquo muſico inſtrumento.

¶Cantilena. cantici compoſitio.

¶Canor cantus & elegātia quaedā & cōſonātia quędā. Quintil. Vocis rationē. Ariſtoxenus muſicus diuidit ῥυθμὸν καὶ μέλος ἔμμετρον: rythmū & melos metricū quorum alterum in modulatione eſt alterum canore ac ſonis conſtat. Ouid. libro. v. met. Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aures.

¶Canoroſus. a. um. quaſi ſonoroſus. Gel. Collectam coactamq; vocem & magis claros canoroſoſq; ſonitus facit.

¶Canon latine regula. a quo canonicus. a. um. quod eſt regulare. Aug. libro. iij. de ciui. dei. Quam ſolis obſcurationem non ex canonico ſyderum curſu accidiſſe ſatis oſtendunt. Et canon. interior ſcuti locus quo brachia immittunt.

¶Canonizo. as. latine regulo καὶ ἑλληνικὰ κάνων καὶ κανονίσματα: graece regula: & regulamenta.

¶Canopus pe. pro. ciuitas Aegypti diſtās ab Alexādria. c. xx. ſtad. Ex qua ortū ferūt Claudianū poetam dicta quaſi canobus a Canobo Amycleo Menelai nauis gubernatore ibi ſepulto. Nā deuicta Troia in aegyptum vi ventorū delatus cū Helena gubernatorē ictu ſerpentis quē Hemorrhoida vocāt amiſit: in eiuſq; memoria vrbē condidit relictis ibi ijs qui ad nauigandum inutiles erant. Hęc ſalubris aeris benignitate homines allicit. Eſt ibi nili oſtiū quod canopicum vocant. Hinc Canopitę. pe. prod. dicti ſunt qui canopum habitant. Canopicus a. um. poſſeſſiuū a canopo. Var. Nobis ſat pedae videmur cum ſimus canopici.

¶Cantabri. pe. cor. Hiſpaniae populi ſunt in extremis luſitaniae finitimi ijs qui tractū trans duriā ſeruāt. Hi efferi ſunt & nullā vitā ſine armis eſſe exiſtimāt. De qb⁹ Silius. Cātaber ante omnis hyemiſq; aeſtuſq; famiſq; Inuictus. Et mox. Nec vitā ſine marte pati quippe oīs in armis Lucis cauſa ſita eſt & damnatum viuere paci. Cantabrorū regio Cantabria dicitur. Sue. Domuit aūt partim ductu: & partim auſpicijs ſuis Cantabriā. Hinc cantabrius. a. um. Florus lib. iiij. Totam amplexus cātabriā efferā gētē ritu ferarū quaſi indagine debellabat. Cantabricus. a. ū. Sue. in Aug. Extrema bella duo oīno per ſe geſſit Dalmaticū & Cantabricum. Memoriae proditū eſt Cantabros ſolitos canere paeana lętitię ſuffixos cruci ab hoſtibus. Cur autē ſeptētrionales ſint ad arma prōptiſſimi ruantq; in ferrū ſine timore cauſa eſt ſanguinis abundantia ſicut docet Vitr. lib. vi. e cōtrario meridiani populi propter ſanguinis exiguitatem timidiores ſunt ferro reſiſtere: ſed ardores & febres ſuſtinent ſine timore tamē corpora ſeptētrionalium a febri ſunt timidiora & imbecilla.

¶Cantharus. pen. cor. & cum th. aſpirato: graecum eſt quo ſignificatur poculū qđ baccho tribuitur ſicut ſyphus Herculi a cantharo qđ erat nauigij gen⁹. Vlp. ſcribit cantharos eſſe per quos aquę ſaliunt. Et cantharus animal eſt cuius foemina nō inuenitur. Col. libro. viij. Nam & alecula modo capta & cantharus exiguuſq; gobio quiſq; deniq; eſt incremēti minuti piſcis maiorem alit. Et cantharus latine ſcarabeus dicit̄. Vnde cantharolethros locus eſt paruus in Thracia in qua vnū hoc animal necatur ὄλεθρος pernicies dicitur.

¶Cantharis. idis. vel cantharida. ae. vermis terren⁹ viridis auri colore ſuperlucēs: & naſcit̄ in ſummitate ramorū fraxini & oliuę: cuius ſuccus in venas ingreſſus: vt venenū interimit: & humano corpori applicitus veſicas plenas humore facit. Oui. Cantharidū ſuccos dāte parente bibas. Hier. Ne magnope glorieris ſi facias qđ ſcorpiones facere poſſunt & cantharides. Cantharides etiā ficorum vermiculi dicuntur & pyri & pinus.

¶Cantherius: equus cui teſtes amputati ſunt: q ideo fit māſuetior. Var. Et ideo ꝙ ſemine carent ij cantherij appellantur: diſtatq; ab equo: ſicut capus a gallo. Et Cantherij ſunt qui a ruſticis fere nominātur caballi ꝗa ipſos equos cantherios vocamus qui ſubijci ſolent a fabris materiarijs: dū moles arborū ſecāt. Itē cantherij Tigna dicūtur. Vitr. lib. v. Et cantherij prominentes ad extremam ſuggrūdationē: ſupra cantherios tēpla. Item cātherius vt auctor eſt Var. mons eſt in Sabinis. Et cantherius genus iugi in vinea dicitur.

¶Cantherium vehiculi genus. de quo Sene. epiſtola. lxxxvij. Mar. Cato Cēſorinus cātherio vehebat̄ aethiopico. Col. lib. v. Si regionis cōditio permittit deponemus haſtilia quibus adnectūtur ſingulę trāſuerſę perticae in vnā partē ordinis qđ genus iugi cantheriū vocēt ruſtici. Idē. Ita vt dixi cantherius propius a terra ꝗ vitibus ordinarijs ſummittēdus eſt. Hinc cātheriatus a. ū. Col. lib. vi. Quae pedaminibus adnixae ſingulis iugis imponūtur eas ruſtici cantheriatas appellant.

¶Canthus cū th aſpirato: ferrū quo rotae extremitates vinciuntur. Perſ. Vertentē ſeſe fruſtra ſectabere canthum. Hier. lib. iij. Re. Et axes earum & radij & canthi et medioli omnino fuſilia. Canthos etiā gręci angulos oculorum vocant: ſeu palpebrarum pilum.

¶Canthes organorum fiſtulae.

¶Canuſium Apuliae oppidum vbi lana laudatiſſima

ſit quæ Canuſina dicitur cuius color eſt rutilus. Vnde
Canuſinatus dicit̃ qui eſt indut⁹ canuſina veſte. Mar.
Vt canuſinatus noſtro ſyrus aſſere ſudet.

¶ Cappa nomen litteræ grecę pro qua latini vtũtur c.
Quo nomine græci vt Suidas docet cum malum ho-
minem volunt prouerbio ſignare vnũ cappa cũ peio-
rem duo cum peſſimũ tria habere cappa dixerunt vo-
lentes eum intelligi eſſe cretẽſem cilica Cappadoca qui
ſingularis fuiſſe improbitatis exiſtimantur.

¶ Capparis.pen. cor. in Salomone fruticia genus eſt
in oriente ſimile lentiſco calidæ & ſiccæ virtutis naſci-
tur p̃cipue in parietinis hoc eſt muris veteribus & ſple
neticis prodeſt. Seritur quoq; in locis ſiccis area circũ
effoſſa ſtructis vndiq; aut ex natura ripis aut ex artifi-
cio lapidum vt luxuriari permittatur. Colu. Capparis
et triſtes inulæ ferulæq; minaces. Dicitur & cappar.
Palladius. Hoc menſe mentha & paſtinaca thymũ &
origanũ & cappar. Suidas κάππαρισ παρά τὸ ἐκ τοῦ
κάμπου ἀίρεσθαι τὴν δὲ βοτάνην ὁ καρπόσ ὀνομάζεται.
⁎ Capparis ex κάμπω eligẽdo herbę aũt fruct⁹ vtilis.

¶ Cappadocia Pontica regio eſt: vt ſcribit Solinus:
quę lęuo latere vtraſq; Armenias comagenẽq; tangẽs
dextro multis Aſiæ populis circũfuſa ad tauri iuga &
ſolis ortus attollitur. Euphrates eã ab Armenia maio-
re diuidit. Appian⁹ minoris Armeniæ partem. Ptole.
vero minorẽ Armeniã eſſe ſcribit. Dicta Cappadocia
a Cappadoce amne: ante Leucoſyria vocata. Vñ Cap
padoces Leucoſyrij. hinc cappadox.ocis.pe. cor. pro
eo qui eſt ex Cappadocia. Luc. li.ij. Cappadoces mea
ſigna timent. Cappadocus.a. um. poſſeſſiuum. Perſ.
Nec ſit p̃ſtãtior alter Cappadocas rigida pingues clau
ſiſſe cataſtas. Suidas. καππαδοκία κρήτω καὶ κιλικία.
⁎ Cappadocia creto & cilicia.

¶ Caper mas inter capras caſtratus. Mar. Dum iugu-
las hircum factus es ipſe caper. Nam Virg. improprie
caprum pro hirco poſuit cum dixit. Vir gregis ipſe ca-
per: ſicut etiã improprie brutũ animal virũ appellauit.
Ponitur tamen quandoq; pro maſculo caprarum. &
Aries p̃ maſculo ouiũ dũ ſunt adulti: nec tamẽ coleũt
Nam qui minores ſunt inter capras hœdi inter oues
agni dicuntur. Sed qui poſt calendas Auguſti cõcepti
ſunt vocantur ſocordes. Et dicitur caper ſiue capra a
carpendis virgultis. Rodit enim omne virgultũ: & im
primis vites. propter quod baccho immolari caper ſo
labat. Eſt & Caper nomen proprium grammatici.
⁎ Capetus albe rex fuit Capis filius & Tiberini pater.

¶ Capra quaſi carpa q; virgulta carpat: vel q; captet
aſpera vel a crurum crepitu. Vnde & crepas eas antiqui
vocabant. Sunt autem capræ domeſticæ: Caprę ſyl-
ueſtres. Et capra a capro. Caprea a capreo licet non ſit
in vſu. Cuius dimi. eſt capreolus. Similiter capellus a
capro, Capella a capra diminutiua ſunt.

¶ Capreus.a.um. quod ex capro ſiue capra eſt: vt pel-
lis caprea.

¶ Caprinus. a.um. idem quod capreus vt caprinum
ſeuum.

¶ Caprillus.a.um. idẽ qđ caprinus: ſicut ab oue ouil-
lus. Var. ſcribit ſtercus caprillum & ouillum & aſininũ
tertio ordine in agris ponendum.

¶ Caprea penultima correpta. animal ſylueſtre quan-
tum ad græca vocabula nomen a videndo atq; clarius
aſpiciẽdo inquit Hier. ſortitum eſt. Nam in natura ſua
habet vt nõ ſolum ipſa videat ſeu perſpiciat acerrime
ſed & alijs viſum prębeat. Aſſerũt enim hi quibus me-
dicinę peritia eſt: huic animali intra viſcera humorem
quendam meſſe qui caliginem depellat oculorũ & ob-
tuſiores quoſq; viſus exacuat. Caprearum genera cõ-
plura enumerat Ply. lib. viij. Eſt Dama quę raro man-
ſueſcit nebros etiam appellata. Sunt Ibices maxime
pernicitatis. Sunt Rupi capreæ. Sunt Pigardi. Sunt
Origes ſoli cõtrario pilo veſtiti: & ad caput verſo. Sũt
Strepſicerotes & Platicerotes hi a cornibus latis: illi a
contortis nomen adepti. Eſt & caprea vitis dicta vt in-
quit Var. q; pariat capreolum. Et capreæ inſula vltra
Surentum Campanię vrbẽ circiter octo milia paſ. no-
bilis coturnicũ multitudine quę ex Italia volantes illic
principio autumni capiuntur.

¶ Caprarius cuſtos ſeu exercitator caprarum ſic & ca-
praria.

¶ Caprimulgi: aues ſunt merulæ aſpectu aliquanto
grandiores fures nocturni interdiu non videntur: nec
ipſi vident: intrant ſtabula caprarumq; vberibus pro-
pter ſuccum aduolant: qua iniuria emoriuntur vbera.
Hos Ariſt. a caprarum mammis Aegotelas vocat.

¶ Capraria inſula in mari thuſco ſeu liguſtico capris
abundans quam græci Aegilon dicunt.

¶ Capreolus cum accentu in antepe. animal ſylueſtre
dimi. a capreus. Virg. Pręterea duo nec mihi tuta valle
reperti capreoli. Eſt & capreolus coliculus intortus in
vitibus vt cincinnus. Is em̃ vites capit. Vnde & a capiẽ
do capreolus eſt dictus. gręci hunc helicen noſtri etiam
Pampinũ & clauiculã appellãt. Et capreolus vt lib. xij.
Col author eſt genus eſt bicornis ferramenti.

¶ Caprigenus.a.um.pe.cor. qđ eſt ex caprarũ genere.

¶ Caprile. penultima producta. locus vbi capræ ſer-
uantur ſicut ouile vbi oues.

¶ Capricornus: cœleſte ſignum qđ pana fuiſſe exiſti-
mant qui poſteriorem partem in effigiẽ piſcis: priorem
vero in formã hirci cõmutauit. Cui⁹ ingeniũ admiratũ
Iouem ferunt hanc figuram in cœlũ trãſtuliſſe. Stellã
habet in naſo: in pectore duas: in pede duas: inter ſca-
pulas ſeptem: in ventre ſex: in cauda duas.

¶ Caprificus.pe.cor. a carpendo q; parietes ac muros
carpat. Mar. Marmora meſſalæ ſcindit caprificus. Eſt
em̃ e ſilueſtri ficus genere nullo vnq̃ tẽpore mature-
ſcẽs quę fere ruptis ſaxis ſolet erũpere. Terẽ. in Adel.
Illic etiã vbi caprificus magna eſt. Caprifici etiã appel
lati ſunt caniculares dies q; eo fere tẽpora liberi ſimul
atq; ancillæ ſub arbore caprifico ſacra faciebant.

¶ Caprificatio a Plyn. vocatur in arboribus quotiens
illarũ cortex per ver cultello finditur vt cõmodius pro
rũpant arbores atq; creſcant ſimilitudine caprifici quę
ruptis muris intumeſcens exit. Sunt tamen qui eã ſca
rificationem magis appellandam cenſeant.

¶ Capero.as.penul.cor. frontẽ rugis cõtraho & aſpe-
ritatem vultus oſtendo quod a criſpis caprorum fron
tibus vel a cornuũ caprinorum ſimilitudine tractũ eſt.
Vnde & caperatum rugoſum dicitur. Plau. Quid illud
eſt q; ille caperat frontem ſeueritudine?

¶ Caphareus Eubœę mons altiſſimus verſus Helleſ-
pontũ apud quẽ plurima græcorũ claſſis afflicta eſt p-
pter Palamedis necem. Vnde & caphareũ mare dictũ.

¶ Capis.idis. poculi genus a capiendo: cuius dimi. eſt
capidula. Capys vero ys. nomen eſt eius qui Capuam
ædificauit. Virg. lib. x. Et capys hinc nomen capuanę
dicitur vrbi. de quo dictys Cretẽſis & dares Phrygius.
Item interpres quinti Calabri poetæ lib. xij. qui cũ ma
ieſtate Homeri videtur quaſi contendere.

¶ Capio.is. cæpi captũ ſignificat accipio. Virg. li. iiij.
Geor. Cape ſacra manu cape robora paſtor. Sed diffe
rũt quia capere eſt cũ effectu. Accipere cũ quis non ſic
accipit vt habeat. Ideo vt Vlp. ſcribit nõ videtur quis
capere qđ eſt reſtituturus. Et capere eſt ſponte vel non
ſponte. Accipere tantum ſponte. Vnde dicimus cępi

labores: cępi moleſtiam: cępi vel ſuſcepi inimicitias: accepi calamitatē cladē contumeliā vulnus. Val. max. Vt nō coactus enſem accipere ſed ſua ſpōte ſumere videretur. Habet interdū reciprocū vſum: vt idē ſit cępi voluptatē & cępit me voluptas. Quādoq; capere eſt delectare ineſcare irretire ex trāſlatiōe ferarum venatuſq;. Hora. in ſer. Te cōiunx aliena capit: meretricula Dauū. Quādoq; propitiari. Lucr. lib. ij. Nec bene pro meritis capitur nec tangit̄ ira. Quādoq; decipere. Ver. Captiq; dolis lachrymiſq; coacti. Quandoq; eligere. Teren. in Hecy. Cum illū gnarū cępimus. Quādoq; perpeti. vt apud eūdē in Heau. Dū abs te abſum oēs mihi labores quos cępi leues. Quandoq; tenere: vt in Eu. Dij boni quid turbę? ędea noſtrę vix capiēt. Quādoq; detinere occupare. Ci. Nauem quandā pyratarū prǣda onuſtā cępere. Var. Quid hic venator nō capit? Hinc vincti captiui dicuntur q nō ſui iuris ſint: ſed in poteſtatē aliorū redacti. Quoniā autē qui ita capti ſunt nō ſunt amplius ſui iuris ſed libertate priuati ſunt. Ideo captos quādoq; pro priuatis ſiue impeditis accipimus. Hinc mente capti dicunt̄ amētes hoc eſt qui mētis cōpotes nō ſunt. Capti oculis qui officio oculorū priuati ſunt. Et capere eſt amorē accēdere. Vnde Capti amātes dicunt̄. Lucil. Ne aſpectu & forma captare aliena. Multa alia ſignificat pro diuerſitate rerū cū quibus iūgitur: vt capere manu eſt cōprendere. Capere oculis videre. Capere auribus audire. Capere mēte intelligere. Capere cōſilio eligere. Capere aſtu vel dolis decipere. Capere cantu aut voluptate delectare. Virg. Carmina quo captę. Capere cōſiliū eſt deliberare. Ci. Cū autē cōſiliū hoc princeps cępiſſet. Capere rationē eſt modū inuenire. Plaut. Rationē cępi vt & amanti obſequerer: & patrē nō offenderē. Et Capere facere. Ter. Nō ſi captūdos mihi ſciā inimicos oēs homines. Huius verbi compoſita ſunt Accipio a quo prǣaccipio/ cōcipio/ decipio/ excipio/ incipio/ intercipio/ percipio/ pręcipio/ recipio/ ſuſcipio: & vſucapio. quę ci ſyllabā cor. habēt. Deriuata ſunt quę ſequūtur. Et pręterea Auceps/ Forceps/ Princeps.

¶ Capto. as. frequētatiuū a quo Captito aliud frequētatiuū. licet nō ſignificēt frequēter capere: ſed blādicijs illecebris & huiuſmodi aliquid venari: vt hic obſequēdo captat aurā popularē. Mar. Capto tuam pudet heu ſed capto Maxime cœnā. Tu captas alias iā ſumus ergo pares. Hinc captator venator: & captatio venatio. Cic. Captator ille popularis auræ. Aliquando captare capere decipere. Mar. Si captare feras aucupia arte placet. Cic. Captatio calliditas inſidiæ fraus.

¶ Capeſſo. is. ſſi. ſſum. ſecūdū Dio. vel capeſſiui. itū. ſecundū Priſ. verbū actiuū. Nā dicimus Capeſſo. or. & ſignificat capio: ſiue ad capiendum eo. Sal. lib. ij. hiſt. Diuerſa vti ſolet rebus perditis capeſſiuit. Liui. libr. j. tantū pro capio poſuit. Ergo vt ſegregaret pugnam capeſſit fugā. Similiter Apul. Dū ſimul illi & gratias agerē & dona capeſſerē. Virg. Pro exequēdū ſuſcipio. Mihi iuſſa capeſſere fas eſt. Plau. in Aſi. pro immitto. Quoniā magis in altū te capeſſis: iā æſtus te in portū refert. Idem in Am. pro recipio dixit. Nūc pergā hera imperium exequi & me domū capeſſam.

¶ Captiuus dicitur quaſi capite diminutus qui ingenuitatis fortuna excidit cum nō ſui iuris ſit: ſed in aliorum poteſtatem redactus. Hinc captiuo. as. quod eſt captiuū facere. Captiuitas ipſa detentio: græce autem αἰχμάλωτος αἰχμὴ καὶ ἁλίσκομαι ἢ λόγχη. quaſi cuſpide aut ferro captus.

¶ Captus. a. um. participium eiuſdem ſignificātię cū ſuo verbo. Et quandoq; pro priuato ſiue impedito ponitur. Vnde mente capti. capti oculis qui officio mentis vel oculorum priuati ſunt. Et Capti dicuntur amatores a tranſlatione ferarum. Teren. captus eſt: pro eo quod eſt tenetur & irretitur.

¶ Captus. us. foras intelligit̄. Teren. in Adel. Præterea vt captus eſt ſeruorum non malus. hoc eſt vt ſe habet ſeruorum conditio: ſicut exponit Do. Aliquando Captus deceptio cuius dimi. eſt captiuncula quę & captio dicitur. Itē Perceptio qđ homo capere poteſt. Seneca. Quod captu quidem difficile eſt: ſed facile memoria retinetur. Vnde & pro capaci ponitur quandoq;. Cicero libro. ij. Tuſ. græci prudenter vt eſt captus hominū .i. tam prudentes q̄ capax prudentię eſt hominū natura. Apul. dixit ſupra captum cogitatiōis pro eo quod eſt ſupra q̄ quiſpiam cogitatione capere & complecti poſſit. Item delectatio. Cice. Non poſſum adduci & ſuſcipere pecunia captum.

¶ Captio ipſe actus capiendi ſeu decipiendi: ſeu id per quod quis capitur: cuius diminu. eſt captiuncula. Gel. Quid autem legis iſtius propugnatores in illa captiūcula facient in qua hæc eſſe neceſſum eſt.

¶ Captioſus. a. um. qđ capit ſeu decipit & dolis plenū eſt. Gel. Non eſſe captioſis quęſtionibus reſpondēdū. Hier. contra Vigi. Captioſa eſt iſta concluſio.

¶ Captura detentio. Vnde in euangelio legitur. In captura piſcium.

¶ Capax quod aliquid capit: ſeu continet aut continere poteſt. Eius contrarium Incapax.

✱ Capacius. comparatiuum eſt a capax: & ſuperlatiuū Capaciſſimum. Cc.

¶ Capſa. a capio q res in ſe recōditas capiat vel ἀπὸ τοῦ κάμπτω quod eſt curuo. cuius diminutiuum eſt capſula a quo capſella. Hier. libro. i. Re. Vaſa aurea quæ exoluiſtis ei pro delicto ponetis in capſellam: ſed tamen quid ſit capſa & vnde dicat̄ Suidas noſter ita ſcribit κάψα λέγεται κυρίως κίστη καὶ θήκη. ✱ Capſa proprie dicitur ciſta & theca.

¶ Capſarius qui mercedis gratia ſeruanda in balneis veſtimēta ſuſcipit: cuſtos capſarum. Et capſarius qui portat libros. Aug. in p̄a. interpretatione. Modo nobis ſeruiunt Iudæi tanq̄ capſarij noſtri ſunt ſtudentibus codices portant.

¶ Capſus. carruca vndiq; tecta.

¶ Capſaces pe. cor. lechytus oleiq; vas. Cypria. lib. ij. epiſto. Fidelia farris nō deficiet & capſacea olei nō minuetur. Sic Hiero. ad Euſto. Vidua ſareptana ipſa cū filijs nocte moritura prophetā paſcit eſurientē & mirū in modū capſace complero qui alendus venerat alit.

¶ Capedo. pe. pr. dicit̄ ſpatioſum aliquid & rei alicuius capax. A quo fit intercapedo & diſcapedino. as. & diminutiuū capedūcula. Capeduncula vero numæ accepit. Ci. pro vaſis vel armarijs traditionū eius.

¶ Capula vas vinarium quo veteres vtebantur: q facile capi poſſet. Var. Capis & minores capulæ a captēdo nominantur q anſatæ ſint.

¶ Capulator qui capulis oleum deplet.

¶ Capulus & capulū dicit̄ quicquid rē aliquā intra ſe capit. Col. li. v. Neq; enī cāterius editior eſſe debet pedali altitudine: vt ſit q̄ teneri adhuc pāpini capulis ſuis prolixius illigent. Vnde & id quo mortui efferūtur Capulus dicit̄ & Sarcophagū .i. ſepulchrū Capulū dicit̄ q corpora capiat. Apul. li. iiij. me. Ibi capulos carie & vetuſtate ſemitectos quibus inhabitabant pulueret & cineroſi mortui paſſim ad futuræ prædæ receptacula referamus. Et capulus manubrium gladij q manu capiat̄. Vir. Capulo tenus abdidit enſem. Suet. in Calig. Veniam inquit veniam & hic mecum. capulum gladij crebro verberans quo cinctus erat.

¶ Capularis ſenex.i.capulo intimus vel morti contiguus & mox capulo efferendus. Reliq; capularem dicebant q capulo dignus eſſet.

¶ Caplum nodi genus in fune: quo indomita iumēta capiuntur.

¶ Capiſtrum capitis vinculū qđ equis & huiuſmodi animalibus adhiberi ſolet ne fugiant.Mat. Paret purpureis apta capiſtris. Colu.lib.v. vitibus attribuit cum inquit.Quare cū ad ſummū palum recta vitis extenta eſt capiſtro cōſtringitur:ne fœtu grauata ſubſidat curuetur q;. Et capiſtrum dicitur quod circa ora brutorum inuoluitur ne cibos decerpant.

¶ Capiſtro.as.capiſtrum impono. Ply. Si inter arbores viteſq; aretur fiſcellis capiſtrari boues oportet ne germinū tenera decerpant.

¶ Capiſterium genus vaſis ruſtici. Quod tamen vt Georgius Merula inquit Scaphiſterium melius dicit.

¶ Caput dicit totum illud qđ collo ſuſtētatur. Inde dictū q ab eo initiū capiāt ſenſus & nerui. Partes capitis diſtinguūtur. Nam eminētior pars vertex appellatur. Tum corona capitis diuiditur in frontē anteriorem & occiput poſteriorem partem: media vero ſunt tempora quibus aures inhęrent. Aliquando caput dicitur origo & principium. Virg. O latij caput horū & cauſa malorū. Item caput vocatur prima ſumma in pecunis a qua fœnus aut alius quęſtus fit veluti rei principium. Sed hanc etiam ſortem dicūt. Et caput initia parua in libris: quod capitulum apud vulgares dicitur. Gell. Qđ in capite ſuperiore a Critolao ſcriptū eſſe dixim⁹. Cōpoſita a caput ſūt occiput & ſinciput gręce ἀπὸ τοῦ κρατεῖν λέγουσι κρᾶσ κρατός .i. ab antecello cras dr.

¶ Capitis diminutio eſt prioris ſtatus permutatio. Cuius tria ſunt genera vt ſcribit Paul. Maxima minima media. Tria enī ſunt q̄ habemus: libertatē/ciuitatē/familiā. Igitur cū hęc ois amittimus maximā eſſe capitis diminutionē: vt eſt deportatio. Cū vero amittimus ciuitatē & libertatē retinemus: mediā eſſe capitis diminutionē vt eſt in colonias latinas trāſportatio. Cū libertas et ciuitas retinetur familia tantū mutatur minimā eſſe capitis diminutionem conſtat velut eſt adoptatio.

¶ Capitulum diminuti. ſignificat paruū caput. Plau. Meū capitulū: meus ocellus. Terē. O lepidū capitulū. Aliquando dicitur initium ſententię: q principia ſentētiarū per metaphorā etiā capita vocātur. Item capitulū dicitur caput colūnarū. Plyn. lib.xxxvi. Proximū columnis ſpiræ ſubditę & capitula addita.

¶ Capitellum dimi. eſt a capitulū qđ modo ſignificat paruū caput.i.groſſiorē ſummitatē cuiuſcūq; rei. Ply. Herba impia vocatur roris marini aſpectu thyrſi modo veſtita atq; capitata. Inde ramuli aſſurgunt ſua capitella gerētes. Et capitulū dicitur Epiſtylium.i. caput columnarum. Nam baſis inferior pars eſt. Hoc & capitulum vocatur. græce βάσις.

¶ Capitulo.as.capitulū appono. Vnde capitulatū dicitur qđ veluti capitulū quoddā in ſummo habet. Ply. Folia bouis lingue ſimilia minora ſubcandida: & in cacumine capitulata. Capitulare etiam eſt per capita diſtinguere. Et capitulata dicūtur ſcripta quæ per capita diſtincta ſunt. Vnde & Recapitulare eſt breuiter quæ dicta ſunt per capitula recenſere.

¶ Capitatus.a.um. qđ in caput latius creſcit. Vnde capitatum porrū. Col.lib.xij. Cultus autē porri capitati aſſidua ſarritio & ſtercoratio eſt. Item capitata vinea ab eodem dicitur ſicut & brachiata.

¶ Capitoſus.a.um. qđ magnū caput habet. Interdū dicitur qđ eſt duri capitis qui & ceruicoſus appellatur.

¶ Capitale & per apocopē capital dicit facinus qđ capitis pœna luitur. Plaut. in Menę. Tametſi capital fecerit facile aſſeruabis. Nonius docet capital eſſe capitis periculū. Var. vero faſciolam qua capillos nectimus. Capitalis homo non ſolum pro ſceleſto qui eſt dignus puniri capite: vt apud Cice. lib.v. Phil. Ad quendam ſeptimū capitalem hominē collegam ſuū miſerat: ſed etiam qui eſt promptus ad cędem: vt idem Trebatio. Tres viros vites cenſeo. Audio capitales eſſe. Capitalis oratio. Cic. lib.i. offi. Capitalis oratio eſt ad æquationem bonorum pertinens. Capitalis ira ab Hor. dicitur pro mortifera. Capitale odium. Capitalis morbus: q caput & vitam hominis petant. Capitalis locus dicebatur: vbi ſi quid violatum erat capite violatoris expiabatur. Capitale pactum. Capitale vitium.i. propter qđ debeat quis ad pœnam capitis peti.

¶ Capite cenſi dicebātur: qui in plebe Rom. per q̄ pauco aut nullo ære cenſebantur a cenſione capitum: q ſolis capitibus cenſerentur quibus proletarij nomen impoſitum a munere officioq; prolis edendę q cum re familiari parua minus poſſent rempu. iuuare: ſobolis tamen gignendę copia ciuitatem frequentarent.

¶ Capitolium: locus Romæ ſic dictus a capite hominis ibi reperto dum foderent fundamenta. Ante enim Tarpeius mōs dicebatur a virgine Veſtali Tarpeia: q̄ ibi a Sabinis necata atq; ſepulta fuit. ⋆ Sed nō ante.

¶ Capitolinus fuit cognomen eius qui caput inuenit cum capitolium extruendum eſſet.

¶ Capitiū capitis tegmen a capite. Alij a Capio q capiat.i. comprendat pectus. Var. de vi. pa. Tunicas nec capitis nec ſtrophia.

¶ Capidulum idem quod capitium.

¶ Capillus quaſi capitis pilus q̄uis & p omni pilo ſumatur. Ouid. Quot ſunt mentula: quos habet capilli. Capillus veneris herba ſic dicta q delapſos poſt alopeciā capillos recreat: ſiue q capillorū fluores coercet.

¶ Capillo tenus ſignificat vſq; ad capillos.

¶ Capillare eſt capillos facere. Ply. Polythrix in viridi capillaturi ſed defluuiis comarum facere dicitur. Vnde capillatus.ta.tū. quod crines longiores habet. Cice. Capillatior ſolito.

¶ Capillamenta quādoq; capilli dicūtur. Apul lib.ij. de aſi. Tanta eſt capillamenti dignitas: vt q̄uis auro veſte gemmis omniq; cętero mūdo exornata mulier incedat tamen niſi capillū diſtinxerit ornata nō poſſit videri. Plyn. lib.xxi. Herba croci eſt folio anguſto pene in capillamenti modū. Transfertur quoq; ad herbas & arbores. Col. lib.v. Qui non ſolū in eo errabant q primi anni capillamēta ſeminū intacta patiebantur: ſed poſt bienniū cū viuiradix recidenda erat omnē ſuperficiē amputabant ſolo tenus iuxta ipſum articulum.

¶ Capua a camporum latitudine in quibus ſita eſt dicta eſt vt inquit Cic. Liui. a Capy Samnitū duce qui lingua illa falco a pede introrſus curuato vocatam ait ſub cuius augurio credit condita. Virg. a Capy Aeneę commilitone qui eam condidit. Strabo q eſſet.xij. vrbiū caput hoc eſt ipſa duodecima reliquis. xi. præeſſet dictam exiſtimat. Quidam a capacitate q omnē vitæ fructum capiat. Euſtathius etiam ab vrbe cui nomen campus eſſet vel a camporum planicie abundantia vt Diodo. qui M. Genutio & Agrippa Curtio Chilone Coſs. exędificatam eam tradit. Ab hac ea regio Campania dicta eſt a qua campani.

¶ Capus & Capo. Varro. Ex gallo gallinaceo caſtrato fit capus.

⁎ Capnias gemma eſt ſtellata veluti fumo infecta: & veluti croco refulgens.

¶ Capnos: latine fumus. Quo nomine dicta eſt etiam

herba naſcẽs in ſegete hordeacea q̃ lachrymas vt fum⁹
puocat. Hinc Acapna dicta ſunt ligna ſicca q̃ ſine fu-
mo ardent. Et Vinũ caprias hoc eſt fumoſum.
⁎Caprotias iunonẽ & nonas Iulias caprotias dixerũt.
¶ Capronæ iubę ſeu comę in fronte deuexę quaſi a ca
pite pnę. Lucil. lib. vij. ſaty. A ptari caput atq; comas
fluitare capronas alias frõtib⁹ imiſſas vt mos fuit illis
¶ Capunculũ vas fictile ſic dictũ ꝙ capax ſit.
¶ Capena pe. p. oppidũ vicinũ Romę iuxta fonẽ ęge
rię. Hinc capenas tis. eſt & capena porta Romę a cap e-
na vrbe quã Italus rex ædificauit vt inqt Soli. Hęc etiã
porta Apia dicta eſt per quã Capuam itur: vt Frõtin⁹ li
bro de aquęductibus teſtatur.
¶ Carambis promõtoriũ magnũ ad ſeptẽtrionem por
rectũ arietinæ frontis habens formã quod longo ſpa-
tio pelago incumbens ſcythicæ obiectũ peninſulę eu-
xinũ pontũ bimare videt efficere. Dionyſius Libycus
δεῖ πρὸς βορέην τε καὶ ἀντολίην ὁρόωσαι μέσσαι δ' ἔνθα
καὶ ἔνθα δύω ἀνέχουσι κολῶναι ἣ μὲν ὑπερμορτιν τήντε
κλείουσι κάραμβιν. ⁎. i. Semp ad aquilonem & oriẽtem
ſpectant medię : vbi duo exurgunt iuga quorũ alterũ
humidũ vocant carambin. Et Euſtathius eiuſdem iter
pres multa ſcitu digniſſima.
¶ Carabus pe. cor. genus piſcis.
⁎Caramus cancri genus. Similiter & Carautis. Cornu
copię.
⁎Caraxus frater fuit & amaſius pyramidis meretricis
quã Sappho doricã nominat.
¶ Carbaſus pe. cor. gene. fœ. ſecũdũ Priſc. gene. maſ.
ſecundũ Phocã. Probus vero & caper dicunt eẽ maſc.
& fœ. in ſingulari neu. vero in plurali genus lini eſt mi-
ræ tenuitatis in Hiſpania primũ repertũ: vt ſcribit Ply.
Ex carbaſo fiebant vela nauiũ quæ & ipſa carbaſa di-
cuntur. Cice. de ſuppli. Taberna carbaſeis intenta ve-
lis. Carbaſinis veſtibus indi & arabes corpora velant
quæ ſunt auro purpuraq; diſtinctę aut. Curtius vero do
cet carbaſum eſſe pallium quo flaminæ amiciũtur opu
lentiæ cauſa: vt ſerico aut tenui lino. Val. Max. lib. pri.
Maxie vero virginis Aemylię diſcipula extincto igne
tutã ab omni reprehenſione Veſtæ numẽ pſtitit. Q ua
adorante cum carbaſum quẽ optimũ habebat foculo i
poſuiſſet ſubito ignis emicuit.
¶ Carbo dicitur cum extincta fuerit pruna. Perſi. Illa
prius creta mox hæc carbone notaſti. i. nigro & extincto
Aliquando dicitur carbo cum eſt ignitus. Ply. li. xviij.
Et cum cinis in foco concreſcit: & cum carbo vehemẽ
ter perlucet. Græce Anthrax dicit̃. Eſt & carbo viri co-
gnomen.
¶ Carba ventus aphrycus dicit̃ a Vict. noſtri nautæ
carbinum nominant: quem libycum hodie vel rura vo
cant.
¶ Carbũcul⁹ paruus carbo. Et carbũculus tuber: ſeu
vitium ex inflãmatione prouenięns. A candenti carbo
ne dict⁹ ppter inflãmationẽ. De hoc Cæ. ſus. Non aliud
carbũculo peius eſt. Eius hæ notæ ſunt: rubor eſt: ſup-
q; eum non nimiũ puſtulæ eminent maxime nigræ: in
terdũ ſub liuidæ aut pallidæ. In his ſanies eſſe videt̃. In
fra color eſt niger: ipſum corpus aridũ & durius q̃ natu
raliter oportet. Præterea carbũculus vitiũ eſt in vitib⁹
atq; arboribus cum quodã quaſi vredinis carbone vuę
& fructus vrunt̃. Terra eñ ſole perferuet: ita vt radices
ſatorũ cõburat. Ply. lib. xviij. Plærięq; dixere rorẽ iuſtũ
ſole rubiginis cauſam eſſe & carbũculi vitibus. Solet id
accidere viis tertio & ſexto Idus Auguſti ſub decreto
rio illo ſydere quod caniculam appellant. Var. lib. j. de
re ruſ. vbi terrarũ genera diuidit ait. Lapis marmor ru-
dus arena ſabulum argylla rubrica creta carbunculus.
Plyn. Sic affligit & vitẽ carbunculus q̃ terra ita vocat̃.
Eſt & carbũculus gemma ppter colorem ꝙ ſit ignitus
vt carbo: cuius fulgor nec nocte vincitur adeo vt flam
mis ad oculos vibret. Gignitur in libya apud troglodi
tas. De hoc Hiero. Plyn. lib. xxxvij. Principatũ habẽt
carbunculi a ſimilitudine ignium appellati cũ ipſi non
ſentiãt ignes. Vnde & a quibuſdã carbunculi dicuntur
Apyrati. Sumitur quãdoq; carbũculus pro terra vbi
teſſellæ lapideę & nigræ repeiunt̃. Palladius. in Ianua
rio mẽſe Carbunculus niſi ſtercoretur macras vineas
reddit. Plyn. li. xvj. Maxieq; ſabulum humidũ aut car
bũculum aut tophaceam formã.
¶ Carbunculare eſt carbunculum pati. Ply. lib. xxiij.
Succus eorũ carbũculãtibus circa oculos hulcerib⁹ ex
creſcentibus & puſtulis efficax. Et carbunculare ẽ mo
re carbonũ fieri. Idem lib. xij. Verum & his ſua iniuria
eſt: atq; cœli intemperie carbunculantur fiuntq; ſemia
caſſa & inania.
¶ Carchedon pe. pro. græce carthago dicit̃. Inde car-
chedonius carthaginenſis. Vnde a Plauto dictum eſt
Carchedonius vocatur hæc comœdia latine penulus.
Et carbunculos auctore Ply. carchedonios vocauere
propter opulentiam carthaginis magnę. Dicta carche
don a carchedone conditore cuius meminit Apianus
Sed vulgatior fama eſt conditam fuiſſe a Didone Eu
ſtathius multa in Dionyſio. Suidas. καρχηδὼν ἡ ἀφρι
κὴ ἐξ ἧς ὥρμητο ὁ μέγας κυπριανός. ταύτην σκιπίων κα
θεῖλεν εἰς ἔδαφος. ἣ μετὰ τὸν πρῶτον οἰκισμὸν ἑπτα
κόσια ἔτη κρατήσασα τῶν περιοίκων. ⁎ .i. carthago
aphrica ex qua prodijt magnus cyprian⁹: hãc Scipio
cepit in pauimentum. hęc poſt primam extructionem
ſeptingentos annos dominata eſt vicinis.
⁎Carcheſium poculi genus. Virg. Hic duo rite mero li
bans carcheſia baccho. Tradũt Iouem quoniam cũ alc
mena concubuit in pcij ei concubitus carcheſium au
reum dediſſe: eſt enim id vaſis genus pcerum ac circa
mediam partem compſſum anſatũ mediocriter: anſis
a ſũmo ad infimũ ptingentibus. Cc.
¶ Carcer locus in quo ſeruantur noxij vel vndecunq;
quis exire prohibetur quaſi coarcer a coarcendo vt do
cet Varro ꝙ vincti in eo cuſtodiuntur & prohibentur
exire. Eſt enim cuſtodiæ locus quæ græce philaca di-
citur. Vnde & in circo vnde emittebantur equi car-
ceres ſunt appellati ꝙ coerceantur equi ne inde exe-
ant anteq̃ magiſtratus ſignum miſerit. Et licet qui-
dam dicant in ſingulari tantum ſignificare cuſtodiam
publicam: in plurali currentium equorum repagula vl̃
funes qui equis ad metam currere volentib⁹ opponun
tur: Cicero tamen vtrunq; indifferenter poſuit. Nam i
Cato. ſic inquit. Nec vero velim quaſi decurſo ſpatio
ad carceres a calce reuocari. Et libro quarto ad Heren.
Q uaſi ſi quis ad olympiacum curſum venerit & ſtete-
rit vt emittatur impudenteſq; illos dicat eſſe qui curre
re cœperint ipſe intra carcerem ſtet. Q2 autem carcer
p facinoroſorum cuſtodia a coarcendo dicatur: patet
ex verbis Liuij libro primo ſcribentis. Cum in tanta
multitudine hominum diſcrimine recte an perperam
facti confuſo facinora clandeſtina fierẽt: carcer ad ter-
rorem increſcentis audaciæ media vrbe imminens fo-
ro ædificatur. Carcerea tamen interdum pro furib⁹ ſeu
captiuis poni ſolẽt.
¶ Carcerarius a. um. quod ad carcerem pertinet. Plaut
in Cap. Aegre mihi eſt hunc queſtum facere carcerari
um.
¶ Carcinus penul. cor. cancer animal: & ſignum cœle

ſte. Vide in dictione Cancer. Luca. xiiij. Par gemin⁹ chiron. Et idem. Quod carcinus ardens Humidus ægoceros.

¶ Carcina ciuitas eſt a qua ſinua carcinites vbi & carcinitus amnis vt auctor eſt Ptolemęus.

¶ Carcinoma atis. pe. cor. cācer morbus. Plyn. li. xx. Aqua quoqꝫ eius decocta neruos articuloſqꝫ mire iuuari ſi fouear hulcera & recentia & vetera carcinomata q̄ nullis alijs medicamentis ſanari poſſunt. Cato de re ruſt. Et ſi quid in mām̄is hulceris natum & carcinoma: braſſicam tritam opponito: ſanū faciet. Cęlſus tria facit eius genera. Primum caoethes cum hulc⁹ quidem p̄ſſum eſt: ſed quæ circa ſunt intumeſcunt. Secūdum ſine hulcere. Tertiū quod thymiū vocat. Græce carcinus dicitur.

⁎Carcinias gēms eſt marini cancri colore. Cc.

⁎Carcinodes dicitur quando vitiū cancri naturam ſapere incipit. Cc.

¶ Cardia latine cor. Inde Cardiacus & Cordiac⁹. ἀπὸ τῆς καρδίας. i. a corde: ſiue ab ore ſtomachi quod cardiam quoqꝫ græci vocant non ꝙ paſſionem illam cor ſuſtineat ſed ſtomachus & periculum ſit ne cor attingat. Cor. Cęl. Cardiacus morbus ex nimia imbecillitate corporis & languente ſtomacho ſudore nimio naſcitur. Iuue. Cardiaco cyathū non porrectur⁹ amico. Eſt & Cardia nomen vrbis in thracia a cordis ſimilitudine vocata. Solinus. Cardia ꝙ in cordis facie ſita ſit dicitur.

¶ Cardamū pe. cor. hęrba ſuauis odoris a qbuſdā Naſturtium dicitur.

¶ Carduus hęrba vulgo nota a qua carduellis auis appellata eſt.

¶ Carduellis auis parua: capite rubro alis luteis albo nigroqꝫ diſtinctis dicta ꝙ carduorꝫ ſemine paſcat̃.

¶ Cardo inis. dicit̃ quaſi cor ianuæ quo. ſ. illa mouet̃. Nam vt animantia motū a corde ſuſcipiunt: ita fores a cardine. Virg. Foribus cardo ſtridebat ahenis. Hinc apud Romanos dea Carna quaſi cardina fuerat. Cardines etiam dicuntur altiſſimæ cœli partes quas gręci polos & latini vertices etiam dicunt a ſimilitudine eorū circa quos valuæ voluuntur. Ponitur interdum cardo pro opportunitate. Virg. Haud tanto ceſſabit cardine rerum. Quod Ser. inde tractū exiſtimat ꝙ i prouerbio dicit̃. Res in cardine eſt. Et circa id verti cardinem dicimus: in quo ſumma rei eſt. A Cardo fit cardineus. a. um. & cardinalis & hoc cardinale quæ pro pręcipuo poni ſolēt. Cardinales circa quos fides Chriſti vertitur.

⁎Cardo etiā limes eſt a meridie ad ſeptētrionem. Cc.

⁎Cardinea dea erat q̄ cardinib⁹ p̄erat. Cc.

¶ Careo es. carui & caſſus ſum caritum & caſſum ſecūdum Priſ. Et eſt proprie carere rem deſyderatā non habere. Ineſt enim velle & deſyderare in carendo. Et Carere in bono dicitur non in malo. Et ꝓprie videtur eſſe de ijs cōmodis quæ olim poſſedimus quibus indigemus. Nam qui priuatus eſt nec vnq̄ regnauit ſatia rectè non poteſt dici carere regno cum id elocutionis genus pertineat ad eos qui olim fuerunt reges: & poſtca regno expulſi ſunt. Quod accidit Tarquinio ſupbo. Cōſtruit̃ hoc verbū cū ablatiuo licet cū accuſatiuo iunctū iueniat̃. Plau. i Menæ. Dare vna opa pēſum poſtules inter ancillas ſedere iubeas lanā carere. Quod eſt a carendo ꝙ eam tū purgant & deducunt vt careat ſpurcitia. Ex quo carminari dicitur. Differunt eīn ab inuicem Careo & indigeo: ꝙ indigemus neceſſarijs vt vacemus litteris. ſ. pecunia & libris. Caremus vero non indigemus honoribus dignitatibus & huiuſmodi: quæ non ſunt neceſſariæ & tn̄ vellemus. Et caremus multis ſeruis q̄uis eis non indigeamus. Improprie tn̄ dicim⁹ Careo damno: careo culpa. careo febre. ſignificare volentes me non febricitare. Eſt eīn Acyrologia. i. improprius ſermo. Econtrario dicimus habere febrem cum illa nos habeat.

¶ Carex fœ. ge. hęrba & acuta & duriſſima ſīl'is aſparago. Virg. Et carice paſtus acuta.

¶ Carectum locus caricibus plenus. Idē. Tu poſt carecta latebas.

¶ Caries vetuſtas vel putilago. Lucil. lib. vij. Ne auriculā obſidat caries ne vermiculiqꝫ. Auſ. I tineas cariēqꝫ pati te charta neceſſe eſt. Sūt qui cariem interpretentur vermiculō illū qui ligna rodit: & vulgo carolus dicitur. Col. lib. xii. Omnis materia in ædificia ſuccidi debet luna decreſcente ab vigeſima vſqꝫ in trigeſimā qa ſic cæſa iudicatur carie non infeſtari. Plyn. Cedri oleo peruncta materies: nec tineam nec cariem ſentit. Idem pro carolomento lib. xij. accepiſſe videtur cum inquit Celeriter ea cariem ſentit. Hinc carioſus. a. um. quod ē carie plenum.

¶ Caras nomē propriū regis q regioni Carię nomen īdidit. Cares vero dictus eſt Statuarius Liſippi diſcipulus. Cares numero plurali populi a caris. Cares ſub Minoe fuerunt & tūc leleges dicebant̃ & iſulas habitabāt poſtea facti ſunt continentis habitatores multūqꝫ maritimę oræ & mediterraneę occupauerūt.

¶ Caria regio minoris aſiæ inter Lyciam & Ioniā. Strabo Cariam a Borea Męandri flumine clauſit: ab occidēte Icario & myrthoo pelago: a meridie rhodienſi. Ab ortu lycijs & alijs gentibus: magnamqꝫ tauri montis partē in Caria cōcluſit omnē orā rhodiam et attribuēs: quę meridionalis eſt. A Cara rege: qui prim⁹ augurum auſū dicitur inueniſſe. Cuius populi cares dicti qui peculiariter ſunt barbari noīati. Cariæ olim imparuit mauſole⁹ in qua Halicarnaſſus metropolis fuit: & mauſoleum illud celebratiſſimū quod inter ſeptē ſpectacula numerari ſolet.

¶ Carra. æ. ciuitas Arabiæ ad rubrū mare a qua carraei dicti ſunt populi. Plyni. Carræis latiſſimos & fertiliſſimos agros: ab oppido Arabiæ qđ carra dicit̃.

¶ Carræ carrarum ciuitas Meſopotamiæ trans Edeſſam Craſſi & Romani exercitus cruore nobilis. Vn̄ Lucan⁹. Aſſyrias latio maculauit ſanguine carras. Eſt &.

¶ Carrus & carrū vtroqꝫ modo dicitur: a cardine quattuor rotarum: vel ꝙ currēdo ſonet. Cæſar. Inter carros impedimentaqꝫ prælū cōmiſerunt. Hircius. Pompei⁹ ea die per viarum anguſtias carra complura multoſqꝫ laniſtas retraxit.

¶ Carrucha pe. p. genus vehiculi. i. currus. Hinc carrucharius: qui carruchas agit.

¶ Carruchari⁹ a. ū. qđ ad carruchā ptiet. Pōp. P'teraſqꝫ mulas carruchanas tales eē vt trāſiugi nō poſſuit.

¶ Carico as. pe. cor. qd ſignificet Hie. explicit ſic ſcribēs Origenes maiora cogitans: propriumqꝫ ingenium ferre non ſufficiens oneribus maioribus carricabat ſe. Et cum ſic incedere non poſſet ruina magna deuolutus eſt.

¶ Caros crapularis redūdātia a καρόω ꝑturbo vexo agito ſeu a καρόομαι qđ eſt capite aggrauor oblidor velut ab opp̄ilura capitis & ingenij offenſione.

¶ Caryatides ſtatuæ muliebres in ędificijs: vt ait Vict. ſicut viriles q̄ mutulos aut coronas ſuſtinēt Telamones a noſtris/atlantes a græcis appellatæ.

¶ Cariſſam antiqui pro vafro vſurpabant.

¶ Caritas ſine h a careo ſignificat inopiam. Liu. libro xj. Caritas primum erat annonæ ex incultis per ſeceſ-

ſionē plebis agris. Vnde & carus in ea ſignificatione q̄
opponitur vili. Differunt tamen caritas & inopia q᷑ ca
ritas ſit rerū pœnuria quæ adhuc extant: inopia earū
quæ non extant. Ci. pro domo ſua. Qua ex re primū
notare deinde inopia. Caritas annonæ eſt: inopia ſeu
pœnuria aliarum rerum. Charitas cum h. latine amor
dicitur a χάρισ gratia & amor. Et eſt quidem charitas a
moris ſpecies q̄ ad hoies tantū ſpectat pro dignitate &
qualitate perſonarū: amor ad omnia. Nā maxima cha
ritas debetur parentibus proxima filiis: & deinceps re
liquis. Sic charus cum ſignificat gratum & amore de
uinctum.

¶ Carinæ. arum. nomen vici Romani in quo fuit do
mus Pompei. Virg. Lautis mugire carinis. Varro cari
nas dici putat ab eo q᷑ hinc oritur caput ſacræ viæ κάρα
latinæ caput dicitur.

¶ Carina pe. pro. pars nauis & ipſa nauis concauitas li
cet quandoq; pro tota naui ponat̃.

¶ Carinare eſt in modū carinæ formare. Ply. li. ix. Sa
liunt pectines & extra volitant: ſeq; & ipſa carinant. Et
carinatū concauū. Aliquādo Carinare eſt probra obiſ
cere: q᷑ carinantes. i. probra obiſcientes ſint infimę ſor
tis homines ſicut & carina.

¶ Carinatim ſignificat ad ſimilitudinē carinæ.

¶ Carmania regio maioris aſiæ cuius metropolis eſt
Carmania & populi carmanij qui teſte Pomp. ſine ve
ſte ac fruge: ſine pecore ac ſedibus corija piſcium ve
ſtiuntur.

¶ Carmelus pe. prod. & cū vnico l. latine & græce dici
tur. Hebraice vero Chermel. Et ſunt duo montes au
ctore Hiero. qui hoc noie vocant̃. Alter galileæ puin
ciæ in quo fuit Nabal carmelus marit᷒ Abigail ad au
ſtralem plagam. Alter iuxta Ptolomaidē mari immi
nens in quo Helias propheta flexis genibus pluuiam
impetrauit.

¶ Carmon eſt lucus in Meſſenia & templum Apolli
nis in Laconia: & in Archadia flumen: & mons in Pe
loponneſo.

¶ Carmen quaſi canimē a canēdo dici poteſt quicq̄d
eſt metrice ſcriptum. Vnde Virg. verſum vnū carmen
dixit. Et rem carmine ſigno. Et duos ſimiliter cum ait
Tumulo ſuperaddite carmē. Tota inſuper æneis heroi
cum carmen dicitur: & carmen bucolicum. vt Tale tuū
carmen &c. Quandoq; carmē dicit̃ incantatio: vt Car
mina de cœlo poſſunt deducere lunam.

⁎ Cariſſam veteres p vafro vſurpabāt & nōnulli a car
ne deductū putauerunt. Cc.

⁎ Carmen quo romani vtebantur in vrbiū expugna
tione erat huiuſmodi. Si deus Si dea eſt cui populus ci
uitaſq; carthaginenſis eſt in tutela. Teq; maxime ille
qui huius vrbis tutelam recepiſti p̄cor veneror q; veni
amq; a vobis peto vt vos populum Ciuitatemq; car
thaginenſem deſeratis: loca ſacra: templa vrbemq; eo
rum relinquatis. Abſq; ijs abeatis. Eiq; populoq; & ci
uitati metum iniciatis: proditiq; Romam ad me meoſ
q; veniatis: noſtraq; vobis loca: templa: ſacra: vrbs ac
ceptior pbatiorq; ſit mihi populoq; Rōano: militibuſ
q; meis pp̄oſiti ſitis vt ſciamus itelligamuſq;. Si ita fe
ceritis voueo vobis templa ludoſq; facturum.

¶ Carmenta & carmentis: Euandri mater a carminib᷒
quibus dabat reſponſa cum proprie Nicoſtrata voca
retur. Erat hęc rerum futurarum admonitrix quę Phœ
bo dedicata carminibus oracula ſignificabat. Hic Car
mentalis porta. Virg. Et carmentalem romano nomi
ne portam. Poſtea vero ſcelerata dicta eſt: q᷑ per eam
ſex & trecenti fabij cum clientum quinq; milibus egreſſi
aduerſus hetruſcos ad amnem cremeram omnes inter

fecti ſunt. Ouid. Carmentis portæ dextro eſt via pro
xima iano: Ire per hanc noli quiſquis es: omē habet. Il
lam phama refert fabios exiſſe trecentos. Porta vacat
culpa: ſed tamen omen habet.

¶ Carminare eſt quaſi pectinare. Plyn. libro. ix. Iuſſū
eſt e quinquagenis faſcium libris quinas denas carmi
nari. Et libro. xj. Hanc ab his quoq; gigni ſubigiq; vn
guium carminatione: mox trahi: inter ramos tenuari
ceu pectine.

¶ Caro proprie mortuorum dicta eſt q᷑ careat anima:
inquit Donat᷒ vel r pro d ponitur: vt ſit caro quaſi ca
do: quoniam cum ſine anima eſt cadit. Virg. Belloq; ca
duci dardanidæ. At Hieronymus inter carnem & pul
pam ſic diſtinguit: vt Caro ſit quæ ſanguine venis oſ
ſibuſq; neruiſq; conſtringitur. Pulpa quę manduca
tur eo q᷑ pulſetur & concidatur. Et non ſolum de ani
malibus: ſed etiam de piſcibus pomiſq; dicitur. Qui
dam hoc nomen a græco deriuant κέρασ a quo fit creo.

¶ Caruncula noiatiuo caro dimi. eſt. Carnicula vero a
carnis nominatiuo ſecundum antiquos.

¶ Carniuora penultima correpta dicuntur animalia q̄
carnes vorant. Vnde dicimus aquilam carniuoram.
Plyn. libro. x. Serratorum dentium carniuora ſunt om
nia.

¶ Carneus a. um. quod ex carne eſt: vt fruſtum carne
um.

¶ Carnoſus. a. ū. qđ ē pingue. carnoſitas pinguedo.

¶ Carnarius: qui carnes vendit. Silr̃ et q in edēda car
ne delectatur carnarius vocatur. Mar. Carnarius ſum
pinguiarius non ſum.

¶ Carnarius. a. um. qđ ad carnem pertinet. vt carnaria
taberna vbi carnes vēdūtur.

¶ Carnariū pprie locus vbi caro ſalſa ſuſpenditur ſeu
reponitur. Plyn. Quippe e macello aut carnario viuen
dum eſt. Quandoq; etiam dicit̃ locus vbi carnes tantū
modo venduntur. Plau. Cœnā e carnario emit iam fa
ctus ſatur. Varro tabernam carnariam vocat. Qui ve
ro carnes in carnario vendūt etiam lanij appellātur: &
carnarij. Interdū carnariū accipitur p ipſa carne: ſicut
cibarium pro cibo. Plau. Qui mihi carnarium parauit
ridiculus ad tentandum. Et carnarium inſtrumentum
dicitur cum pluribus vncis quibus ſuccidiæ appendū
tur.

¶ Carnifex qui carnes ex hominibus facit. Hic ex car
nifico. as. pro excrucio. Ter. in Heau. Huiuſmodi ſem
p cōminiſcere vbi me excarnifices.

¶ Carnificor. aris. deponens ſignificat carnificis offici
um ago.

¶ Carnificium: ipſe actus carnificis. quod & carnifici
na dicitur.

¶ Carnificina. æ. penul. produ. locus publicus in quo
iuſſu magiſtrat᷒ homines ſontes a carnificib᷒ occidū
tur. Plaut. Quid ſi deſperatis rebus carnificinā petat.
Suet. de Tiberio. Carnificinæ eius oſtenditur locus ca
preis vnde damnatos poſt longa & exquiſita tormen
ta p̄cipitari coram ſe in mare iubebat. Et carnificina di
citur carnificis officiū. ſeu excarnificatio & cruciatus.
Plau. in Cap. Vel carnificinam hunc facere poſſum p
peti. Cyprianus ad Demetri. Quæ hæc eſt inſanabilis
carnificinę rabies? quæ inexplebilis libido ſæuitiæ? Ca
to carnificinas dixit plurali numero pro tormentis &
crudelitatibus. Vbi ſocietas inquit: vbi fides maio
rum inſignitas iniurias plagas verbera vibices eos do
lores atq; carnificinas per dedecus atq; ignominiam
te facere auſum eſſe. Plautus in Ciſ. ſingulari vſus eſt:
Credo ego amorem primum apud homines carnifi
cinam commentum. Cice. lib. iij. Tuſ. per tranſlatio. E

dixit:nam cum omnis perturbatio miſeria eſt tum car
nificina eſt ęgritudo:quia inſtar carnificis cruciat:lanci
nat præcordia:lacerat animum:excarnificatumq; con
ficit. Poſſet tamen hic carnificina accipi veluti pro fœ
mina excarnificâte:ſicut a Plauto dicitur fœmina opi
ficina.

¶ Carnificinus.a.um ponit̃ pro crudeli & carnifice di
gno. Cice. Carnificina eſt iſta crudelitas.

¶ Carna:dea quæ vitalibus humanis ſen cardinib⁹ p̃
eſſe exiſtimabatur. Vnde Ouid. lib. vj.faſ. Prima dies
tibi carna dat̃ dea cardinis hæc eſt. Hæc ſtriges noctur
nas puerorum vt dicebant cunas infeſtantes a limine
ſummouebat.

⁎Carnutum regio eſt totius gallię media dryudum ſe
des de quibus in dictione dryudæ.

⁎Carinothū herba ẽ quam nõnulli ſanguinariam vo
cant: Alij polygonū.dr & carinothron.Cc.

⁎Carpar veteres dicebant vas grande quo vinum re
condebatur.Cc.

¶ Carpathos penul.cor. Inſula contra ægyptum me
dia inter Rhodum & cretam ducẽtorum ſtadiorum cir
cuitum habens:quattuor inſignis vrbibus a qua vici
num mare ad ægyptum vergens carpathium dictum
eſt.

¶ Carpatinæ penultima producta calciamentum ruſti
cum a caribus appellatum:& fiebant ex recentibus co
rijs bubalis.

¶ Carpentū: vehiculi genus dictum quaſi carmentum
a Carmenta Euandri matre. Ouid.lib.primo faſt. Nã
prius auſonias matres carpenta vehebant. Hęc quoq;
ab Euandri dicta parente reor.

¶ Carpentarius:faber qui carpenta facit. Et carpenta
rius faber lignarius. Hier. Carpẽtarius artifex fecit ſcã
nū. Carpentarius equus qui carpentū ducit. Carpenta
riū opus quod ad fabrū lignariū ptinet. Hiero. in Exo.
Et opere carpentario.

⁎Carpio piſcis notus qui capit̃ in benaco. Cc.

⁎Carpis ſcythię fluuius eſt. Cc.

¶ Carpophorus penul.cor. nomen viri proprium & la
tine dicitur fructifer. græci enim καρπον fructū φερειν
ferre dicũt. Hier. ad Euſto. de morte Paulæ. Salue Efra
ta regio vberrima atq; καρποφορα cuius ſterilitas deus
eſt.

¶ Carpo.pis.pſi.ptum. decerpo. Virg. Inſere Daphni
pyros carpẽt tua poma nepotes. Item carpere eligere.
Teren. in Adel. Vnūquodq; qđ erit belliſſimū carpã.
Item reprendere. Mar. Carpere vel noli noſtra: vel ede
tua. Item Frui. Vir. Carpamus dū mane nouum dum
flumina creſcunt. Item ledere: vt Carpit enim vires
paulatim vritq; videndo fœmina. Carpere viam ẽ am
bulare. Carpere vitales auras eſt haurire. Carpere lanã
eſt attenuare. Virgi. lib. primo Geor. Nec nocturna q̃
dem carpentes penſa puellæ Neſciuere hyemẽ. Carpe
re linum eſt euellere. Plyn. Hærbaſq; cum ſemine & ra
dicibus carpunt. Carpere cibum eſt paſci. Compoſita
ſunt decerpo excerpo & diſcerpo. De qb⁹ locis ſuis.

¶ Carptim aduerbiū ſignificat hinc atq; illinc carpen
do non ipſam ſeriem ſequendo.

¶ Carpinus pe.cor. genus arboris notæ de acerū gene
re. Col. lib. vi. Q uinetiã cornus & carpinus & orn⁹ non
nunq̃ & ſalix a pleriſq; in hoc ipſum diſponitur. Palla.
Carpinus vltima arbor.

⁎Carpophillos herba eſt daphnen nominant. Cc.

¶ Carta: ſine h. nomẽ fuit vnius ex Darij principibus

¶ Charta cū ch. aſpirato: eſt enim dictio græca & pro
pterea fit ex papyro: apud græcos vero pro eo poni con
ſueuit quod nos librum dicimus. Ouid. li. iij. triſ. Nul
lus in hac charta verſus amare docet. Hinc chartaceus
a.um. Vlpia. de lega. libro tertio. Q̃ ſi in codicib⁹ ſint
membraneis vel chartaceis vel etiam eboreis vel alteri
us materiæ. Chartula diminutiuū eſt. Hieronymus. Vo
lo in chartulis meis ineptias ſcribere. Aliquando vero
charta poni ſolet pro folijs ſeu philuris in quibus ſcri
bimus ſeu ſint papyracea ſiue membranæ aut ex per
gameno aut ex alia materia. Quintilia. Cum apto co
dice Chartas explicaret. Vnde Suet. in Nero. Plumbe
am chartã ſupino pectore ſuſtinuit. Ply. lib. xiij. refert
chartam Alexandri magni victoria repertã. auctor eſt
M. Var. condita in ægypto Alexandri & antea nõ fuiſ
ſe chartarū vſum. palmarum folijs primo ſcriptitatum
deinde quarūdam arborum libris poſtea pauca monu
menta plumbeis voluminibus mox & priuata linteis
cõfici cœpta aut ſchedis. Vopiſc⁹ in Aureliano. Quæ
omnia ex libris linteis in qbus ipſe quotidiana ſua ſcri
bi præceperat.

¶ Cartha fuit vrbs haud procul a Tyro. Vnde fortaſ
ſe & Carthago habet aſpirationem.

¶ Carthago vrbs aphricæ celebris q̃ poſt troianū bel
lū vt docet Euſe. a Didone condita fuit & apud nos no
uã ciuitatem ſignificat. Eſt & alia carthago in hiſpania
quã Haſdrubal condidit q̃ noua perpetuo epitheto di
citur ad differentiã Carthaginis libycæ. Hoc nomen q
dam a cartha oppido haud procul a Tyro dici putant.
Cic. vero lib. ii. de natura deorum ſcribit dictam a car
thagine Herculis filia cum byrſa diceretur.

¶ Carthaginiẽſis dictio ſex ſyllabarū eſt. Nã auctore
Priſ. inter n. & e. interponitur i. Ait enĩ lib. iiij. Si tertiæ
ſint declinationis abijciũt extremam. s. genitiui: & aſſu
munt enſis: vt piſtor piſtoris piſtorienſis. carthago car
thaginis carthaginienſis. ſed hũc catalogū ſyllabarum
doctiores deſiderent & gręci.

¶ Carthallum. Caniſtrum. Hieron. in Deutro. Tolles
de cunctis frugibus tuis primitias & pones in carthal
lo.

¶ Chartophylacium. latine ſcrinium dicitur in quo li
bri & ſcripturæ reponunt̃.

¶ Cartilago penul .correp. concauitas illa quę eſt cir
ca aures.

¶ Carteia oppidū eſt hiſpaniæ Carteſeos a gręcis dici
tur. Vnde carteſius. a. um. vt Litus carteſiū: in quo fre
ti anguſtiæ ſunt.

¶ Caryca eſt genus ficuum a loco ſic dictarū. vt docet
Iul. Pol. Apud multos tamen pro ficu ſicca accipitur.
Ouid. li. j. faſ. Quid vult fama ſibi rugoſaq; caryca di
xi. Tamen Suidas immo. xij. illi Suidæ compoſitores
aliter interpretantur. ſ. καρύκη ἔδεσμα ἐκ πολλῶν συγ
κείμενον βρῶμα λύδιον ἐξ αἵματος καὶ ἄλλων ἐδεσ
μάτων ἀφ' οὗ καὶ τὸ συνταράττειν τι καὶ ἀναδεύειν κα
ρυκεύειν φασί. id eſt Caryca edulium ex multis cõſtans
lydius cibus ex ſanguine & alijs ferculis a quo turbare
καρυκεύειν dicunt. Eſt igitur ſi de ætymologiis gręcarū
dictionū græcis credimus farcimẽ illud qđ vulgo dici
tur baldoni farcimen ex ſanguine & alijs eſculẽtis: qđ
lydij primi inuenerunt.

⁎Caruſii populi ſunt Troglodītis finitimi pariter & ę
thiopibus in finibus aphricæ & latus ad meridiem ſpe
ctans inhabitant.

¶ Charybdis & Scylla duo monſtra ſunt in freto ſicu
lo. de quibus Vergilius. Dextrum ſcylla latus lęuum
implacata charybdis obſidet. Eſt autem loc⁹ ſicuti ſcri
bit Salluſt. iuxta Taurominitanum litus: extatq; fa
bula charybdim mulierem fuiſſe rapaciſſimã quę cum
Herculis vaccas rapuiſſet a Ioue fulminata eſt: & in
hoc monſtrum conuerſa. Eſt igitur charybdis mare pe

riculoſum nautis qđ contrarijs fluctuũ curſibus colli-
ſionẽ facit: & rapta queq; abſorbet & reijcit. Ouidi. Et
vomit epotas ſæua charybdis aquas. Sene. ad Lucil.
Scyllam ſaxum eſſe & quidem terribile nauigantib⁹
optime ſcio. Charybdis an reſpondeat fabulis perſcri
bi mihi deſydero. Fac nos certiores vtrum vno tantũ
vento agatur in vertices: an cis tempeſtas ac mare il-
lud contorqueat: & an verũ ſit quicquid illo freti turbi
ne arreptũ eſt p multa milia trahi. Thucydides lib. iiij.
ἐςὶ δὲ ὁ πορθμὸς ἡ μεθορία τοῦ ῥηγίου θάλασσα καὶ μεσσή
νης ἧπερ βραχύτατον σικελία τῆς ἠπείρου ἀπέχει καὶ
ἔςιν ἡ χάρυβδις κληθεῖσα τοῦτο. ✶.i. Eſt autem fretũ
inter rhegiũ mare & meſſenẽ a quo ſpacio ſicilia a con
tinente diſtat & eſt charybdis appellatum.

℄ Caryon: nux dicitur a capitis grauedine ꝓpter odo
ris grauitatem.

℄ Carynon dicitur oleũ qđ fit e nucibus iuglãdibus &
alopecijs vtile eſt: tarditatiq; auriũ infuſum: cæterum
ſapore graui. Vñ apđ nos eſculẽtis nõ admiſcet̃. ✶ Nõ
nulli carynion legunt. Cc.

℄ Caryopon nucis ſuccũ ſignificat. vt inquit Plynius
libro. xij.

℄ Caryotæ: ſiue caryotides e palmis naſcuntur quas
alij dactylos: alij palmulas: alij margaridas appellant.
Plyn. Caryotas inter palmas celebratas cibo quidem
& ſucco vberrimæ ex quibus ꝑcipua. Var. lib. ij. Nõ ſci
tis palmulas caryotas ſyriã parere inuectas in Italiam
nõ poſſe. Papi. in ſyluis. Prægrandes vina capita iumi
ca caryotides cadebant.

✶ Caryotes hęrba eſt folijs myrti acutis & pungentib⁹
fructus eius nux vocatur. Cc.

℄ Caryſte es. & caryſtos ſti. iſula vna ex cycladib⁹ ſita
in euboico mari: varij marmoris ferax. excidebãtur
eñi ibi colũnæ marmoreæ q̃ a loco etiã Caryſtęa appel
labant̃. Luc. lib. v. Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa
caryſtos. Sene. Ferax varij lapidis caryſtos. Hinc cary
ſtæus a. um. Ouid lib. iij. faſ. Quaq; caryſteia frangitur
vnda vadis. Eſt etiã ciuitas eiuſdem nõis in eubœa vt
lib. iij. Ptol. ſcribit.

℄ Caſa: domus a cauatione dicta. Nam antiqui caua-
tas rupes ĩhabitabãt. Vel dicitur a facile cadẽdo. Quip
pe a cado fit frequẽtatiuũ caſo. as. diminutiuũ a caſa ẽ
eſt caſula.

℄ Caſo. as. frequenter cado. a quo fit aliud frequenta.
Caſito. as. Paul. iureconſul. Si antea ex tegula caſita-
uerit ſtillicidiũ poſtea vł ex tabulato vel ex aliq̃ mate-
ria caſitare non poteſt.

℄ Caſaria dicitur mulier quę caſam cuſtodit.

℄ Caſabundus crebro cadens.

℄ Caſſus. a. um. qđ eſt inane & vacuũ fragile atq; omni
re carẽs. vt caſſa nux a Plauto & Horatio dicta. Luc.
Caſſa fraude parat. Plau. in Aul. Virginẽ habeo gran-
dẽ dote caſſam atq; illocabilẽ. Vir. Lumine caſſum & æ
there caſſos dixit pro vita priuatos & vacuos. Vnde &
caſſis & per diminutionẽ caſſiculus. Hinc incaſſum ad
uerbium.

℄ Caſſo. as. ſignificat deleo: vt de euangeliſta Ioanne
legit̃. Ex toti⁹ ſenatuſconſulto definitũ eſt: vt quicq̃d
Domitianus fieri voluiſſet caſſaret̃. Et caſſare contun
dere. Virg. Caſſateq; rates.

✶ Caſito frequenter cado. A caſo frequentatiuo for-
matum. Cc.

℄ Caſa iſula a Caſo cleomachi patre dicta. ab hac & ca
ſius mons in Syria colonis eo deductis.

℄ Caſcus. a. um. ſignificat vetus. Cuius verbi origo
ſabina eſt. Acennius. Quẽ primum caſci populi genuere
latini. Manlius ait caſcũ duxiſſe caſcam non mirabile
eſt. i. vetulã nupſiſſe ſeni: tamen caſcinõ oppidũ dictũ
ꝙ vetus. Et caſſinum forum vetus appellãt. Oſcorũ
lingua Caſnar ſenex dictus.

℄ Caſius mons in finibus ægypti arabię contermin⁹
magni Pompeij tumulo clarus. A quo etiã fit Caſius.
a. um. Luc. lib. x. Lucifera caſia proſpexit rupe diem-
q;. Eſt & ĩ ſyria antiochena caſius mõs ſup Seleuciam
cognoĩe Pieriã. vt auctor ẽ Ply. Sed hoc caſiũ. ij. mõs
apud euphratẽ vbi Traian⁹ dicauit crateras argenteos
in templo Iouis caſij cũ epigrammate quod Suidas ꝓ
ſequitur.

℄ Caſia per ſimplex ſ. frutex eſt amplitudine cubito-
rũ triũ: ſuauiſſimi odoris & virtutis cynamomi. Hier.
appellat hęrbam cũ in canticis ĩquit. Caſia quoq; quo
niam id genus hærbæ aquis indeſinẽtib⁹ nutriri dicit̃
& coaleſcere redẽptionem humani generis per aquas
baptiſmi indicat datam. Qui vt Ply. li. xij. ſcribit iux
ta Cynami campos in æthiopia: ſed in montibus craſ-
ſior ſarmento tenui cute verius q̃ cortice naſcitur. Sũt
tñ qui dicũt caſſiam eſſe nomen hærbæ atq; arboris ſi-
cut balſamus hærba & arbor balſami. Virg. Tum ca-
ſia atq; alijs intexens ſuauibus hærbis. Hęc alio nomi-
ne dicit̃ fiſtula vt auctor eſt Hiero. in explanatione ꝑs.
Eructauit vocales in laudes dei & oẽs pituitas & rheu
mata voluptatũ ſuo calore excoquens.

℄ Caſeus a coeundo. vel vt inquit Var. a lacte coacto
dicitur. Nam fit lacte coagulato hędino in primis vitu
lorum ve coagulo.

✶ Caſmenas ꝓ camœnas veteres dicebãt. Cc.

✶ Caſnar a cadendo deduci nõnulli volũt: & oſcorum
lingua ſignificat ſenẽ. Cc.

℄ Caſſes retia ſunt. ꝙ vacuas habeant maculas. Vnde
& caſſum ꝓ inani & vacuo: & incaſſum pro fruſtra qua
ſi abſq; caſſibus ſine quibus venatio eſt inanis. tractũ
ab aranearũ caſſibus ꝙ ſint leues & nullius ponderis
Sunt etiam caſſes galeæ ꝙ vacua ſint ad capita recipiẽ
da. Sed differũt genere. & diuerſum habẽt genitiuum.
Cum enim ſignificat laqueũ vel rete eſt gene. maſcu. &
habet genitiuum nõ ſimilẽ. vt caſſis. is. Ouid. Incidet
in caſſes præda petita meos. Pro galea fœ. gene. eſt &
caſſidis genitiuũ facit. Iuue. Lorica & fracta de caſſide
buccula pendens.

℄ Caſſida. ę. idem quod galea. Proper. Aurea cui poſt
q̃ nudauit caſſida frontem.

℄ Caſſiculus diminu. a caſſis pro rete. Hiero. Nequaq̃
aranearũ mihi opponas caſſiculos. Dicit̃ & caſſiculum
a caſſibus per diminutionem dictum.

℄ Caſſita pe. prod. auis quã alij alaudam. alij galericũ
dicunt.

℄ Caſſiteros penultima correpta latine ſtannum: vel
plumbum dicitur. Inde Caſſiterides inſulæ decem in
Indico oceano vnde plumbum candidum effoditur.
Plynius. libro. iiij. Ex aduerſo celtiberiæ complures
ſunt inſulæ caſſiterides dictæ a græcis a fertilitate plũ-
bi.

℄ Caſſiope ſiue caſſiopea Cephei regis ęthiopũ vxor
& Andromedes mater q̃ cum nereidibus de pulchritu
dine certauit. Pro quo facto inter ſydera conſtituta fert̃.
Eſt autem ſydus ita figuratum: vt in ſella ſedeat. Con
ſtat ſtellis. xxx. occidens cum ſcorpione capite cum ſe
dili reſupina ferri proſpicitur. Exoriri autem cũ ſagit
tario.

✶ Caſſius proprium nomen viri a quo via ſtrata caſſia
dicitur. Cc.

✶ Caſſitias viſci ſpecies in abiete & larice naſcens. Cc.

℄ Caſpiũ mare dicitur quod inter caſpios mõtes eſt ā

quibus nomẽ accepit. Et hyrcanos & imenſum occupat ſpatiũ. Caſpiæ portæ variæ dicuntur. Quidã amazonas portis caſpijs egreſſas ad Alexandrũ veniſſe i hyrcaniã ꝓdidere. Sed illæ caucaſiæ fuerunt per quas trãſitus eſt ex hyberia in ſcythiã. Neronis quoq; principis cõminatio ad caſpias portas vt inquit Plyni. Verũ mons taurus tribus in locis interruptus quaſi portis quibuſdam trãſitur in Armeniã: in ciliciã & i Mediã. Sed illæ tñ caſpiæ portæ appellanẽ q̃ apud Medos exiſtũt ſicut ex Ptole. Plyn. & Strabone licet itelligere: p has tranſit⁹ eſt ex Babylone ac Perſide ad mare caſpium. Et hinc fortaſſe caſpię dictę ſunt: ꝙ aliquæ gentes viciniis inſident montibus appellatæ caſpiæ. Iuga vero caſpia ꝓcul hinc abſunt: & ad Armenios vlterioreſq; populos ꝑtinent. Portæ aũt caſpiæ vt Solinus inquit panduntur itinere manu facto milibus octo paſſuum longo. Nam latitudo vix eſt plauſtro permeabilis.

¶ Caſtalius fons caballinus & libethris dicitur. Eſt in radicibus Parnaſi: muſis ſacer: a virgine Caſtalia quæ Apollinem fugitãs ꝓcipitata & in fontem verſa eſt cuius aquam dicuntur bibere poetæ. Hunc fontem dicit Acron fuiſſe in Lycia: vbi armenta Apollo fertur paviſſe.

¶ Caſteria. ſignificat locũ vbi cum nauigatio cõquieſcit remi & gubernacula reponunẽ. Plaut⁹. Quin ſi pol repoſui remũ ſola ego in caſteria vbi quieſco ois familiæ cauſa conſtitit tibi.

¶ Caſtrũ numero ſingulari. locus eſt muris munitus dictum a caſa: ꝙ ſit cõiunctio q̃dã caſarũ.

¶ Caſtra plurali numero appellanẽ exercitus cũ in procinctu pergũt: aut in certo quolibet loci itinere demorantur. Similiter locus in quo milites tentoria fixerũt vel ipſa tentoria in quib⁹ milites diuerſanẽ. Vñ & de nauibus Virg. dixit. Nos caſtra mouemus: quoniã in illis milites eſſent. Dicta caſtra quaſi caſta & caſtrata ꝙ ibi caſtreẽ libido. Inde eñi mulieres abeſſe iubebat militaris diſciplina. Vel a caſtri ſimilitudine ꝙ foſſa valloq; quaſi muro circundari ſolent.

¶ Caſtrametor penultima correpta caſtra loco vulgo acampare dicitur.

⁎ Caſtanea nõ a caſto deduciẽ ſed gręca vox eſt q̃ ppe græci καςάνειον vocant e nucũ genere. Verg. Caſtaneę molles & ꝓſſi copia lactis. Cc.

⁎ Caſtaninum oleum ex caſtaneis factum. Cc.

¶ Caſtellũ paruus vicus muris circũdatus dimi. a caſtro. Et caſtellũ dicitur receptaculũ illud quod aquam publicã ſuſcipit ex quo fluit aqua fiſtulis. Frontinus. Oẽ plumbũ & oẽs impẽſæ ad aquæduct⁹ & caſtella & lacus pertinẽtes inde erogantur.

¶ Caſtellani dicti qui caſtellũ habitant: ſicut ab oppido oppidani: & a vico vicini.

¶ Caſtellati aduerbiũ quaſi turmatim p caſtella diſiecti. Liuius lib. vij. Vt hoſtes & nocturno pauore attonitos & circa collem caſtellatim diſſipatos aggrederetur.

¶ Caſtrare ꝓpriẽ virilia amputare. Iuue. Null⁹ ephebũ Deformẽ ſęua caſtrauit in arce tyrãn⁹. Licet & de quacũq; truncatione ſiue priuatione quandoq; dicaẽ. Pacu. Vt eſſet aliquis qui linguã eius caſtraret. Quidã caſtratos ſpadones & eunuchos ita diſtiguũt. vt caſtrati ſint quibus teſtes naturaliter deſunt. Spadones quibus violenter detracta eſt virilitas. Eunuchi a dominis caſtrenẽ vt diutius eis abutantur inde nomen εὐνὴ καὶ ἔχω ἀλλὰ σπάω euello. inde ſpadones. Vlpi. tamẽ ſpadonum nomine omne genus euiratorum comprehendi ſcribit.

¶ Caſtrenſis & hoc caſtrenſe quod ad caſtra pertinet. Vnde caſtrenſes vigiliæ & caſtrenſe peculiũ eſt qđ a parentibus vel cognatis in militia agenti donatum eſt vẽ quod ipſe filius familias in militia acquiſiuit: qđ niſi militaret nõ acquiſitus⁹ fuiſſet. Et quaſi caſtrẽſia bona dicuntur q̃ licet in militia filiofamilias nõ acquirunẽ: ita tñ fiũt ipſius ac ſi acquiſita i militia fuiſſent vt ſũt ea q̃ ex officijs acquiruntur.

⁎ Caſtrenſe verbum eſt quo heroes fortiſſimi ob rem bene geſtam imperatores ſalutanẽ. C.

¶ Caſtigo as. pe. pro. ꝓprie verbis rep̄hẽdo: quaſi caſtum. i. honeſtũ ago. Vir. Hic grauis Entellũ dictis caſtigat Aceſtes. Quãdoq; caſtigare eſt vindicare punire. Idẽ lib. vj. Caſtigatq; dolos: ſubigitq; fateri. Hic caſtigatũ dicim⁹ correctũ emendatũq;. ⁎ Inde caſtigatio & caſtigatiuncula diminutiuum. Cc.

¶ Caſtitas & pudicitia paria putanẽ: cum ſit pudicitia ab iniuria turpiũ libidinũ libera. Caſtitas ab his contingi eſt remota. Vir. lib. ii. geor. Caſta pudicitiã ſeruat domus. Caſtũ dicitur immaculũ quaſi caſtratum. Nã caſtrare eſt pudenda amputare. Qui vero ſine pudendis eſt neceſſario caſtus eſt. Per tranſlationem caſtus capitur ꝓ honeſto & continenti vt ſit caſtus quaſi vactus. Plau. in penu. Vt deceat nos eſſe a culpa caſtas. Vñ dicimus vxorẽ caſtã & caſtũ cantum in quo nihil eſt laſciui. Et caſtã manũ q̃ ſe ab alienis continet. Item pro pio & religioſo. Virg. Quiq; ſacerdotes caſti dum vita manerет.

⁎ Caſtitudinẽ pro caſtitate veteres vſurparunt. A Caſto fiũt aduerbia Caſte. i. pudice Caſtius caſtiſſime. C.

⁎ Caſta mola dicebaẽ ſacrificij genus qđ veſtales virgines faciebant. Cc.

¶ Caſtor aial: latine fiber ponticus: cui⁹ teſticulos medici caſtoreũ vocãt. Hic cõprenſa ꝑte nõ anteq̃ concreuerit oſſa morſu reſoluit. Caſtor & pollux frẽs quos Tindaridas vocant ſicut & Helena eorum ſoror Tidaria nũcupat a græce diſcuri appellanẽ. Hi poſt mortem inter notiſſima ſydera conſtituti fuere. Quod plane ſignũ gemini dicitur. & gentibus ꝓ diis habiti ſunt. Vñ romæ i foro erat ædes Caſtoris & Pollucis. quoniam ſicut Diony. li. vi. antiquitatũ ſcribit in pugna ad Lacũ regillũ appæruerunt forma auguſtiore ducentes equitatũ romanũ aduerſus latinos: qui haſtis feriebant propellebãtq; aduerſarios: ſocios vero cohortabanẽ. Quę potiſſima cauſa fuit vt latini fugarenẽ & caſtra caperetur. Idẽ. Mox viſi ſunt ſudorẽ equoꝝ abluentes iuxta fontẽ Iuturnę. Dei e cõſpectu mortaliũ ſe ſubduxerũt. Caſtor quoq; & mecaſtor & pecaſtor. aduerbia iurãdi quaſi per ædem Caſtoris.

¶ Caſtula palliolũ quo puellæ nudæ infra pupillas ꝓcingebanẽ. Var. Caſtulã mulier ſumpſerat ꝓ ſucula. Hæc & perizoniũ & pręcinctoriũ appellaẽ.

¶ Caſus mõ fortuna eſt vt Boe. lib. v. de cõſo. Mõ inopinatus euentus. Sene. Multa eñi caſu potius q̃ ratione eueniũt. Mõ ruina. Curti⁹. Inopinato rhedæ caſu op̄p̄ſſus. Mõ calamitas & infortuniũ. Vir. Sed ſi tãt⁹ amor caſ⁹ cognoſcere noſtros: Et breuiter troię ſup̄mum audire laborẽ. Et caſus dicunẽ vocabuloꝝ formæ. quia i aliã atq; aliã cadunt effigiẽ. Et caſum veteres antiquũ vocabant quaſi iam cadentẽ.

¶ Caſos inſula iuxta mare carpathiũ ambitu octoginta ſtadiorũ in qua eſt oppidũ euſdẽ nois.

¶ Caſura: æ. caſus ſeu cadendi act⁹. Hiero. Ante mentis noſtræ oculos ſemp euangelicũ illud appareat ſtolidiſſimi viri: qui ædificium quod ſummope fecerat in gruentibus fluminibus flantibus ventis & imbribus i undationibus pluuiarũ totũ amiſit in caſura quod erat ædificatum in ſabulo.

¶Cata præpoſitio græca in cōpoſitione ſignificat in. aduerſus. de dia. ex. circum. vndiq;. ſub. iuxta. per. ſecūdum. Catha vero cum aſpiratione veluti ſicut tanq̄ & queādmodum.

¶Catabaſis. inferior ſolis meatus. deſcenſus.

¶Catabathynon. dici poteſt demerſum cauum & profundū ex κατὰ καὶ βάθυνον profundum.

¶Catabathmus. oppidum in aphrica: & vallis repente cōuexa vt ſcribit Ply. Pōponi⁹. catabathmos vallis deuexa in ægiptum finit aphricam ἀπὸ τοῦ καταβαίνειν. Et ſignificat catabathm⁹ locum decliuem atq; deuexum.

¶Cataclyſm⁹ diluuiū & inundatio dicitur. Hie. cōtra Iouī. Primus Lamech ſanguinarius & homicida vnā carnem in duas diuiſit vxores. Fratricidiū & digamiam eadem cataclyſmi deleuit pœna.

¶Catachlyſis effuſio caliginis & tenebrarū. Nā caligo a grecis ἀχλὺ & ἀχλύς dicitur κατάχλυσις.

¶Cataclytū. locus cōcauus ab aqua cadēte ἀπὸ κατὰ καὶ κλύζομαι. Ambr. lib. hexa. Nilus fluuiorum maxim⁹ eo loci vbi ſe ex altiſſimis montibus in cataclyta illa p̄cipitat magnitudine fragoris ſui aures accolarum obſtruit.

¶Catachreſſa. pe. p. trop⁹ quē nos abuſionē vel vſurpationem dicimus. cum alienis abutimur perinde ac ꝓprijs cum propria deficiunt: vt facies ſimillima lauro. Nā facies hominis eſt. ex κατὰ contra χρῆσις dicitur vſ⁹ catachreſticus abuſiuus.

¶Catecheſis inſtructio.

¶Catechizo. as. inſtruo doceo erudio vt eſt apud apoſtolū. Cōmunicet aūt is qui catechizatur ei qui ſe catechizat.

¶Catecuminus inſtructus ſeu audiens dicitur.

¶Catacriſis. cōdemnatio vel diiudicatio. κρίσις enim iudicium.

¶Catadromū. p. cor. latine decurſorium καταδρομέω enim decurro. Sue. in Nero. Notiſſimus eques ro. elephāto ſuperſedens per catadromū decurrit.

¶Categoria κατηγορία ας accuſatio p̄dicamentum κατηγορέω accuſo p̄dico κατήγορος accuſator. Vnde categoriȩ ſiue categoremata Ariſtotelis. i. p̄dicamēta Et ꝓpoſitionū quȩdam a dialecticis categoricæ nominantur. quas p̄dicatorias latine dicere poſſumus. Sūt aūt decem p̄dicamenta circa q̄ verſari videtur ois q̄ſtio οὐσία. i. eſſentia: qualitas. quātitas. ad aliq̄d. agere. pati vbi. quando. ſitus. habere. Appellatas vero categorias conſtare: vt inquit Aug. in dial. ꝓpterea q̧ non pñt niſi a ſubiectis agnoſci. Quis enim q̄d ſit homo poſſit agnoſcere: niſi ſibi hoiem ponat ante oculos quaſi ſub iectum hominis.

¶Catagrapha quȩ vocant pictores mō excurta appellant a breuitate imaginū quas ita rep̄ſentari cū ſunt obliquȩ poſtulat ratio. Hȩc & cataglyphi dicuntur.

¶Catalepſis occupatio dep̄henſio. Catalexis terminatio. Catalyſis diſſolutio. Catalyma. atis. refectio diuerſorum.

¶Catalogus. pe. cor. ſermo vel ſcriptura q̄ numerum vel ordinē deſignat. Hier. ad Oceanum. Vbi catalogus deſcribitur omnium manſionum etiam de lectis.

¶Catalecticū metrū dicitur cui vna tm̄ deeſt ſyllaba vt apud Hor. Mea renidet in domo lacunar. Eſt em̄ ſenariū iābicū vna ſyllaba minus. Acatalecticū dicitur q̄d legitimo fine clauditur: vt Nec fonte labra ꝓlui caballino. Eſt em̄ ſenariū iambicum pfectum.

¶Catamithus cum i latino producto. puer meritorius quo quis abutitur μισθὸν græci mercedem dicūt quaſi κατὰ μισθόν. i. pro pretio.

¶Catholicus. dici pōt vniuerſalis quaſi circa oīa verſet. fit em̄ ex cata & holon: id quippe totū dicunt.

¶Cataphratt⁹: vndiq; munit⁹. ex κατὰ vndiq; & φρακτὸς munitus a φράττω quod eſt munio. Seru. in. xi. lib. æne. Cataphratti equites q & ferro muniti ſunt: & equos ſimiliter munitos hñt. Sal. Et ſequebantur equites cataphratti. Eſt etiā cataphratta lorica ſiue thorax militaris. Vñ Vege. ſcribit exercitum romanū pedeſtrē cataphrattis & galeis fuiſſe munitū. Et Liu. li. xxxvij. pedites loricatos cataphrattos vocat. Cataphrattarij q cataphrattis muniti ſunt. Lāpri. de Alex. Cataphrattarios quos illi clibanarios vocant decē milia in bello interemim⁹. Cataphrattæ aūt naues ꝑ tectis nauib⁹ accipiuntur.

¶Catapulta iaculū celere vel ſagitta. Plau. in Cur. At q; ita te neruo torquebo vt catapultȩ ſolent.

¶Cataplaſma atis. emplaſtrum ſiue malagma q̄d cōſtat ex floribus: eorūq; ſurculis & axungia.

¶Cataploos græce: latine nauigatio.

¶Cataphrygæ. hȩretici qui in phrygia fuerunt. vt Mōtanus Priſcilla & Maximilla. Hi aduentum ſpūſſancti: nō in apoſtolis: ſed in ſe traditū aſſerunt.

¶Catapotia pillulæ dicūtur. ἀπὸ τοῦ καταπίνειν q̄d ē deuorare vel bibere proprie: quoniā neq; eſtur: neq; lingitur id genus ſed deuoratur. Vel q̧ καταπότης λέγεται λάρυγξ λάρυγγος. catapotes dicitur guttur.

¶Cataractas: quidā cœli feneſtras: quidā nubes: quidā ſubterraneas ſpecus interp̄tantur. Alij a deſcēdendo ꝓ pēdulis portis ſumunt: ex ligno ferro ve quæ demitti ac tolli poſſunt. Liu. Pēdulas & recidētes portas cataractas. Idem. Porta cataracta deiecta clauſa erat. Eas partim funib⁹ ſubducūt in tantū altitudinis vt ſubire recte poſſent. Dictæ cataractȩ q̧ ex alto defluere videantur. Grȩci em̄ καταῤῥεῖν defluere dicunt. Vnde cataractæ etiā dicuntur e terra exeūtes aq̄ & ita ex alto defluētes: vt ruere poti⁹ q̄ defluere videantur: quales eſſe in ægypto nili cataractas legim⁹. Ita loca ip̄a e quib⁹ exeūt cataractæ dicuntur vnde in maximis ībribus apertas eſſe cœli cataractas dicere ſolem⁹. Dicitur & hic cataractes quo nomine etiam dict⁹ eſt fluuius quidā. Strab. Poſt olbiā Pamphiliȩ cataractes eſt fluuius magno ſtrepitu e x alta rupe deiectus. Vnde & nomen.

¶Catarrhus latine fluxio ſeu diſtillatio. Differt a coryza & brancho. Coryza dicitur cū pituita nares tantum obſidet grauedo latine dicta. Catarrh⁹ vero cū fauces palatūq;. At branchos cum & guttur & arteria corripitur. ob id & artericum q̄noq; id vitiū appellant. Oīa hæc tñ Hippocrates coryzas vocabat: noſtri diſtillationes quia græce cataſtagmi nominantur in cōmune. Dictus eſt aūt catarrhus a καταῤῥέω fluo diſtillo ex κατὰ καὶ ῥέω fluo.

⁎Catharias gemmȩ ſp̄ēs quæ ſcarabeorum effigiē hēt quippe idem græci καντάριδας vocant ſcarabeos. C.

¶Catarytus pe. cor. latine irriguus ex κατὰ ſecūdum & ῥύαξ riuus quaſi iuxta riuos. Plyn. lib. v. Hypodem oppidū aphricæ catarytum a græcis dictum propter aquarum irrigua.

¶Cataſcop⁹ latine ſpeculator. Eſt enim σκοπεῖν ſpeculari.

¶Cataſcopiū genus nauigij exploratorij q̧ circunq̄q; ſpeculetur.

¶Cataſtrophe latine ſubuerſio volumen.

¶Cataſtroma. p. pro. nauis ptem ſeu pauimentum ſi

¶Catorthoma penul. prod. græci κατόρθωμα ſignificat. opus virtutis rectum. Ambr. lib. pri. offi. Hoc eſt ꝑfectum officium quod catorthoma græci dixerunt: κατὰ circunquaq; ὀρθὸν rectum. Cice. lib. pri. offic. recte

factum īterp̄taſ. Catorthoſis recta affectio. Catorthoo
egregie cum virtute aliquid facio.

Catatypoſis dicitur ſecūdū figurā. qđ fit cū aliquid
iuxta alterius formā deſcribiſ. vt apud Virg. li. iiij. Oīa
Mercurio ſimilis vocēq; coloremq;.

Cataſta: locus erat vbi venales ſerui exponebantur
a καθιςάω verbo græco qđ ſignificat expono. Tibul.
Nota loquor regnū ipſe tenet quē ſæpe coegit Barba-
ra gypſatos ferre cataſta pedes. Eſt & cataſta machina
lignea qua ſerui vincti tenebanſ. Ply. Tandem in cata
ſta videre griſogonū ſyllæ. Hāc & longā & magnā cō-
pedem vocant.

Cathartica dicuntur purgatoria a καθαρῶ purgo.

✱Catta nuctutia nauigij genus. Cc.

Cathedra dicitur ſubſellium. ἀπὸ τοῦ κατά. καὶ τῆς
ἕδρας ἕδρα ſedes eſt ſeu ſella. Et ſcribiſ cū h. q̄a hedra
incipit ab h. abiecta a. vt fit in Method⁹ ephebᵘ & mul-
tis alijs.

✱Catellus & catella diminutiua a catulus. Cc.

Catexochen. ſignificat per excellētiam.

Caterua p̄pne galloꝝ legio ſicut phalanx macedo-
num q̄ certo nūero cōſtat. Nā auctore Vege. in caterua
erant ſena militū milia. Plerūq; tñ p multitudie ſumiſ.
Cateruatim aduerbiū ſignificat p varias cateruas. Ca-
teruarij cateruatim cōglobati. Sue. in Aug. Sed & ca-
teruarios oppidanos inter anguſtias vicorū pugnan-
tes temere. Sciendū eſt ꝙ oīa fere aduerbia in tim fini
ta: ſignificant ſicut de cateruatim dictum eſt. vt turma
tim per diuerſas turmas. vicatim. oppidatim. manipu
latim. regionatim. gregatī. domeſticatim. municipatī.
p̄uinciatim. & ſic de ſingulis. Sunt tñ aliqua q̄ nihil ab
alijs differunt. vt priuatim nihil differt a priuate. nec ſe
paratim a ſeparate. nec properatim a properanter. nec
raptim a feſtinanter. nec affatim ab abūdāter. nec vber
tim a copioſe.

Catena dicta eſt ꝙ ſe capiendo teneat q̄a in ea anu-
lus anulum capit. Quidam hoc nomen a cane deduci
putant. & proprie dici quia venatici canes vincti tenē
tur: ſed largius ſumitur. Sene. ad Lucil. Vna eſt catena
quę nos alligatos tenet amor vitę.

✱Catenula diminutiuum a catena. Cc.

✱Cateno verbum quod ſignificat ligo a quo conca-
teno compoſitum. Cc.

Catillus para ſuperior molę. ſicut meta pars iſerior.
Et Catillus diminutiuū eſt a catinus.

Catillones: qui catillos liguriunt. & pro guloſis ac-
cipi ſolent.

✱Catillatio graue opprobriū obijciebatur hoīb⁹ gñoſ-
ſis ſiqui prouincias amicas p̄p̄li romani expoliaſſent
ꝙ eoꝝ bona liguriſſe viderenſ. Cc.

Catinus. quod & catinū dicitur pe. prod. vas in mē-
ſa eſcaria vbi pultē aut iurulenti quid ponebant a ca-
piēdo appellarūt. Var. ſcribit ſiculos vas in quo pone
bāt eſculēta catinō appellare. A catin⁹ fit diminutiuū
catillus. A catinum catillum vel catinolium.

Catina. penultima correpta vrbs Sicilię. Silius lib.
xiiij. Tum catinæ nimium ardēti vicina typhœo. Stra.
tamen Diodorus & Ptol. non catinam ſed catanā ſcri-
bunt. Vnde catanæus Charundas qui leges athenīēſi
bus dedit ἀπὸ τοῦ κατά καὶ αἴθω dicitur: quia cū ignes
ex æthna erumpant ſuperiora ima fiunt.

Catlinea terra quæ in æs cōuertitur vt fiat aurichal
cum.

Cato quaſi ſapiēs & cautus. Catum enim ſabini acu
tum dicunt. Et cata dicta accipiēda ſunt acute dicta vt
auctor eſt Varro. Porphirio tamen Horatianus inter-
pres catum exponit pro experto & docto cum ait Ho
ra. Poſt hæc ille catus q̄ tumuis ruſticus ibit. Et Plyni⁹
Catos a ſapientia dictos intelligi vult ſicut corculos.
Hor. Catus decoræ moræ paleſtræ. Ci. Sed homo ca-
tus nunq̄ terminat nec magnitudinis nec diuturnita-
tis modum. Duo autem fuere Catones celebratiſſimi.
ſenior videlicet: qui & Portius & Cenſorius dictus eſt.
alter Vticenſis qui ſeipſum vticæ interfecit ne in Cęſa
ris manus viuus veniret. Hic viua virtutū imago vo-
catur a Sene. & exemplar viri ſapiētis. De quo Quin-
til. Hic inquit niſi creditur fuiſſe ſapiens vix ſcio cui re
liquerit huius nominis locum. De cenſorio Sene. ad
Lucil. M. Cato cēſorius quem tam neceſſariū reipub.
fuit naſci q̄ Scipionē. Alter em̄ cū hoſtibus noſtris bel
lum: alter cum moribus geſſit. Dion hiſtoricus gręcus
τὴν τε γιγνώσκων δὴ τεθνεὼς περιέλαβε καὶ κατεφίλη-
σε καὶ ἀναβοήσας ἔσπερ ἔχω σε ἀφορμή ἔχων δὲ ἀυτὴν
τότε κάτωνος καὶ σκηπίωνος καὶ τὸν ἰόβαν τὸν λιβύην ἔχον
τε συμμαχοῦν. i. cognoſcēs amplexatus & deoſculat⁹
& exclamās ait habeo te aphrica hñs ipſā tñc cato &
ſcipio ioban libycū hñtes auxiliarē. Hic fuit optim⁹ ora
tor: optimus ſenator: optimus imperator q librum de
re ruſt. origines. & oratiōes ſcripſit. ferſ a Plutarcho ꝙ
M. Cato vxorē & filium perdiderit inducta noua vict⁹
& medicinæ formula.

✱Catopyritea gemma quæ ex cappadocia venit. Cc.

✱Catorthoma quod circūquaq; rectum ſit ex κατὰ p̄
pōne & ὀρθὸν rectum κατορθόω. μ. ώσώ. πκακα recte &
egregie aliquid facio. Catorthoſis recta effectio. Cc.

✱Catodutes gēma impoſitā manu veluti gummi reti
nens. Cc.

✱Catopleta alias Baſiliſcus dicitur qui vel ſolo viſu ho
minem interficere diciſ vide Perottum.

Catus aīal muricepa fœ. gene. ſecūdū Ser. li. de græ
cis latiniſq; nominibus. Cati etiā populi ſunt Germa
nię Sicambris vt inquit Stra. finitimi.

Catulus pe. cor. p̄prie ſignificat Cati hoc ē Felis fi
lium propter ſagacitatem. Var. Catulus a ſagaci ſenſu
& acuto. Sed ponitur large p omni ferarū filio ſiue im
manū ſiue mitiū. Vñ de colubro. Virg. Catulos tectis
atq; oua relinquens. & de leonibus. Plyn. raptor appro
pinquante tigridis fremitu abijcit vnū ex catulis. Ply.
Simiæ geſtant catulos quos māſuefactę intra domos
peperere. Idē. Muriū quoq; catuli oſtētū faciunt. Idē.
Delphinū catulos nominat. Lacertarū quoq; & cętero
rum ſerpentiū filij catuli dicuntur. Hinc fit aliud dimi
nutiuū Catellus. Accipiſ quandoq; catulus pro ipo ca
ne. Apul. Catulos ſecum ducens venaticos atq; ſaga
ces. Interdū pro quodā vinculi genere qđ etiā catta di
citur. Faciā te delicatū catulo vt accubes ferreo. Et ca
tulus nomen fuit viri romani. De quo Luc. li. ij. Vt ca
tulo iacuit lepidus. Hinc catulaſter catuli imitator: ſi
cut ab Antonio Antoniaſter. Catulaſter etiā ſignificat
ipſum catulū hoc eſt paruū canē ſiue filiū. Catullus ve
ro per duplex ll. nomē eſt veronenſis poetæ. A catulo
(vt Var. inquit) fit canis aīal latrabile.

Catulin⁹. a. um. qđ ex catulo. Vnde Plau. Catulinā
carnē eſitauiſſe romanos oſtendit.

Catularia porta Romę dicta eſt quia non longe ab
ea ad placandum caniculæ ſydus frugibus inimicū ru
fæ canes immolabantur vt fruges flaueſcentes ad ma
turitatem perducerentur.

✱Catullus poeta veronenſis natus in peninſula lacus
Benaci quem vocant Sirmion in quo iambi acerbitas
imprimis claruit.

Catulire eſt geſtire & coitum maris appetere. Varro
Fœturę principium admittendi faciunt veris pricipio
Tum enim dicunſ catulire. i. oſtēdere ſe velle maritari.

Plau.Quin meam vxorem vidi catulientem.Hinc ca
tulitio quæ dicitur cum canes maritari q̃runt quo etiā
tempore terra aperitur.Ply. Catulinonē ruſtici vocant
geſtiente natura ſemina accipere:eaq; animam inferē-
te omnibus ſatis.

✱Cati fōs dicebatur ex quo aqua petronia in tyberim
fluebat quia in agro erat cuiuſdam Cati.Cc.

¶Caua.æ.foramen in quo aues nidificant.Plyn.Mul
to tamen efficaciſſime ripariarum pulli:ita vocant in ri
parum cauis nidificantes.

¶Cauua.a.um. proprie concauum vacuum a chaoa
quod quaſi vorago quædam erat manis.Virgil.Tum
dea nube caua tenuem ſine viribus vmbram.Cau⁹ lo
cua cauat⁹ ſeu ei buſo vulgo dicitur cōcauus. Var.Fa-
cere his cauos oportet laxiores vbi pullos parere poſ-
ſint.Colu.lib.xij.Deinde cauum quem feceris ſurcu-
lo obturato.Idem ſcribit cauum eſſe locum q̄ inter ędi
um parietes relinquebatur patulus vt eſſet.

¶Cauedium vt Ply.iunior in epiſtolis dictiōe mutila-
ta ſiue cauumędium vt Var. dictione integra.Loc⁹ eſt
ſub dio vacuus cinctus vndiq; porticibus ad commu
nē oīm vſum.Hu⁹ tria ſunt genera.Tuſcanicū: corin
thiū:tetraſtylon diſpluuiatum & teſtudinatum.

¶Cauo.as.fodio euacuo.Ply.lib.xxxvj. In ſyphno
lapis eſt qui cauatur tornaturq; in vaſa coquēdis cibis
vtilia.Huius compoſita ſunt concauo excauo & recaˢ
uo pe.cor.Oui.li.ij.me.Eſt locus in geminos vbi bra-
chia cōcauat arcus.Hie.ad Euſto. Quot petras exca-
uet & habitet coluber in foraminibus earum.

¶Cauea a cauo fit:ſignificatq; locum ſub terrā vacu-
um atq; obſcurum. Quoniam vero in huiuſmodi lo-
cis eſſe conſueuerunt ferarum cubilia caueas pro ipſis
ferarum receptaculis vſurpam⁹. Apul. Beſtiam factū
immittimus caueæ. Sue. Beſtiarum more quadrupe-
des cauea coercuit. Et ab harum ſimilitudie pro ſeptis
ex ligno:ſiue ex ebore alia ve materia factis in quibus
auiculas tenem⁹ quas vulgo etiā caueas vocāt. Aug.
lib.iij.de ci.d ei.Volauerant pulli de cauea & Mancino
conſuli augurium malum fecerāt.Plau. in Cur.Quia
enim in cauea ſi forent concluſi itidem vt pulli gallina
cei.Item Cauea eſt area in medio theatri in qua equitū
ſubſellia conſtituta eſſe conſueuerunt q̄ velis tecta ca
uee ſimilitudinem haberent.Virg.Hic totum caueę cō
ſeſſum.Plau.ī Amphy.Vt cōquiſitores ſinguli in ſub
ſellia eant p totam caueam ſpectatoribus.Quandoq;
ponitur pro populi conſeſſu.

¶Cauerna dicitur q̄a caua. græce crypta dicit̃ hoc eſt
concauitas quædā terræ vacua atq; obſcura eſt Vn̄ Ca
uernoſus.a.um.pro loco paſſim vacuo & veluti cauer
nis pleno.

¶Caucaſus.pe. cor.mons indię editiſſimus ad ſeptē-
trionem verſus Scythas Indiam a Scythia dirimēs aſ
per & inhoſpitalis.Virg. Sed duris genuit te cautibus
horrens Caucaſus.Hic fertur ſyderibus proximus vn
de aſtra maiora viſuntur.& eorum ortus occaſuſq; dili
gēter pſpiciunt̃. A Caucaſo fit caucaſeus.a.um.Virg.
Caucaſeaſq; refert volucres.

✱Cauchæ campi ſunt quos tigris fluuius ſeptentrionē
verſus flexus ſecat.Cc.

¶Cauda:quam veteres etiam codam dicebant. Inde
caudati & codati dicuntur: qui caudas habent. Inter-
dum ponitur cauda p̄ virili membro. Hor.in Sermo.
Quæcunq; excepit patienter verbera caudæ.Idem li-
bro.j.Accidit vt quidam teſtes caudamq; ſalacem De
meteret ferro.

¶Caudacus ſignificat ſuauem & manſuetum.

✱Caudecæ ciſtellę appellatæ ſunt ex iunco ad ſimilitu
dinem caudæ equæ factę.Cc.

¶Caudex pro cautex d.pro.t.poſito. Similiter & co-
dex dicitur prima pars arboris cui radices adhærent.
Liber ſiue tabula.Lactan.Caudice deſecto lachrymat
ſua gaudia palmes.Virg.Quin & caudicibus ſectis mi
rabile dictu. Et caudex eſt plurium tabularū context⁹
vnde tabulæ codices dicuntur.& naues quibus cōmea
tus ſubuehuntur caudicariæ ſiue codicariæ appellātur
Vnde Apius Claudius Caudex cognominat⁹ eſt quo
niam primus romanis perſuaſit nauem conſcendere.
Sene.de breuitate vitæ.Claudi⁹ is caudex fuit ob hoc
ipſum appellatus quia plurium tabularum contextus
caudex apud antiquos vocatur.Vnde publicæ tabulę
codices dicuntur. Ponitur & pro duro ſedili ſeu pro ſe
de meretricia q̄ plerūq; ex truncis fieri ſolet.Iuue.Hor
rida quale facit reſidens in codice pellex.

¶Caudicalis:ad caudices ſcindendos idoneus.Plau.
in Pſe.Te cum ſecuri caudicali præficio prouinciæ.

¶Caudis oppidum Samnij. Vnde caudinæ furcæ &
caudinæ fauces nobilitatę inſigni clade & ignominia
quam Romani exercitus ſub Sp.poſthumio a Sam-
nitibus acceperunt.

¶Caudicarię naues quę commeatus per tyberim ſub
uehunt q̄ ex lignis groſſioribus cauatis fierent. Fitq;
a caudice dum pro trunco ſeu tabula ponitur quę & co
dicarię dicuntur.

¶Caueo.es.caui cautum ſignificat fugio vito. Ami
Caueatur iracundia:aut ſi præcaueri non poteſt cohi-
beatur.Interdum cauere eſt attēdere & diligenter pro
uidere:vt Caue tibi.i.attende & prouide ne quid mali
tibi accidat.Val.max.Caue tibi Roma.Plau.Caue ne
mo id intelligat.Interdum ſignificat abſtinere. Et tūc
cum ablatiuo mediante præpoſitione cōſtruitur q̄uia
in ſenſu idem ſit cum fugio.vt caue ab illo:Caue ab er
rore:quod ē abſtine ab errore ſeu fuge errorem. Et ſic
ſemper habet in ſe negationem ſicut alia verba prohi
bitiua.Vnde rectius dicitur caue facias:q̄ caue ne faci-
as:cum tamen idem ſit & vtroq; modo dictum reperia
tur.Cic.Treba. Tu qui cęteris ne abeſſe darijs decipia
ris caueto. Prop.Tu caue ne triſti cupias pugnare pu
ellæ. Dicimus etiam caue vt facias hoc. Inuenitur &
cauo is.in eadem ſignificatione.Hora.in Ser.Vade va
le caue ne titubes:mandataq; frangas. Vbi ue ſyllaba
exiſtente breui imperatiui modi Caue coniugationis
tertiæ eſſe conuenit.nam caue a caueo p̄ducit ue.Hinc
componitur pręcaueo quod eſt diligenter caueo. Te-
ren.Hoc tempus pręcauere mihi me monet.

¶Cautum eſt ſignificat prouiſum eſt.Cautio eſt:Cau
tione opus eſt:ſeu prouidendum eſt.

¶Cautus & per ſyncopam catus.ſumitur pro homie
prudenti qui ſibi ſcit cauere.Et nonnunq̄ pro re cui ca
uetur.Cic.pro Ceci.Quo res mulieri eſſet cautior.Vn-
de incautus qui neſcit ſibi cauere.Liu.lib.iij.In incau-
tum hoſtem decumana porta erupit.

¶Cautes.Vide in dictione cos cotis.

¶Caurus ventus ab occaſu flans qui & corus dicitur.

✱Cauros inſula erat quæ poſtea dicta eſt Andros de-
inde Antandros.

✱Cauiares hoſtiæ dicebantur q̄ cauę: erant enim par
tes hoſtiæ caudetenus quæ in ſacrificio pro collegio
pontificum quotannis ponebantur.Cc.

¶Cauilla.æ.Cauillum & Cauſſle.irriſio quædam ioco
ſa:vulgo ſcritium ſine calamo dicitur.Plau.Pone hoc
ſit aufer cauillam.Idem in Tru.Poſtq̄ i vrbem crebro
hic fact⁹ ſū cauillator p̄bus.Quid id eſt amabo? Iſtæc
ridicularia cauillationes vis opinor dicere ita vt pau-
xillum differat a cauillibus.

¶ Cauillo as.& cauillor aris. deponens a caluo is. ſit l. littera abiecta ſignificatq; fallacia & dolo vtor. Vnde Boe. ſuper Top. ſcribit cauillationem partem quandã logices eſſe cum inquit. Colligendi facultas triplici diuerſitate tractatur. Aut enim veris & neceſſarijs argumentationibus diſputatio decurrit. & diſciplina vel demonſtratio dicitur. Aut tantum probabilibus. & dialectica dicitur. Aut aptiſſime falſis & ſophiſtica & cauillatoria perhibetur. Sic Sene. & Cic. cauillationes dixerunt quæ grece ſophiſmata nuncupantur. Vlp. Cauillationis natura quam greci ſophiſticam appellauerũt hæc eſt: vt ab euidenter veris per breuiſſimas mutationes diſputatio perducatur. Caius iurecon diffinit ꝙ ſit ſubdola ratio quam conſcij nobis mendacij vincendi tamen cauſa proferimus. Cice. lib. ij. de ora. accipit cauillationem pro generali quodam facetiarum genere tanq̃ ſcõmate faceto & cauillo dicaculo & faceta vrbanitate cum ĩquit. Cum duo ſint facetiarum genera. Alterum æqualiter ĩ omni ſermone fuſum. Alterum per acutum & breue: ſuperior cauillatio: altera dicacitas nominata eſt. Idem lib. iij. de natura deorum Cauillari p̧ cauillum dicere accipit. Atq; etiam in eo cauillatus eſt æſtate grauem eſſe aureum amiculum hyeme frigidũ. Sue. in Veſpa. Et maxime tamen dicacitatem in deformibus lucris affectabat vt inuidiam aliqua cauillatiõe dilueret: trãſferretq; ad ſales. Alias ſignificat irriſionẽ.

¶ Caula latine ſtabulum dicitur in quo oues recondũtur: addita c αὐλὴ quod non ſolum atrium vel aulam ſed etiam ſtabulum & omnia ſepta deſignat. Feſtus a cauo caulam deriuat ꝙ antiqui ante vſum tectorum oues in antra ducebant. ſciebat ne græce ἀπὸ τῶν καυλῶν. Nam etiam nunc fiunt ex viminibus.

✱ Caulias ex caule ſuccus q̃ in vaſa cõiectus admiſſo furfure ſubinde cõcutiendo ad maturitatem perducebatur. Cc.

¶ Caulis in herbis dicitur ipſum robur ſiue ſtipes id ẽ ea herbæ pars vnde ſe producunt folia aut ramuſculi. Plyni. lib. xviij. Sed maior pars malunt fabalia maturæ ſationis q̃ trimeſtrem fructũ eius. Nãq; ſiliquæ cauleſq; gratiſſimi ſunt pabulo pecori. Et accipit ſiliquas pro corticibus: caules pro ſtipitibus. Idem de gentiana. Folio fraxini ſed magnitudine lactucæ Caule tenero pollicis craſſitudine cauo & inani ex interuallis foliato trium aliquando cubitorum. Sed quoniam nulla pene herba maiorem caulẽ habet q̃ braſſica: ideo p̧ braſſica ponitur. Similiter in arboribus & in vite.

¶ Caulis dicitur robur ad quem alimentum defertur & intelligitur quod ſupra terram exurgit. Planta eſt radix vnde alimentum attrahitur a terra. Ramus quod a caudice exit. Surculus qui e ramis oritur. Var. Ex ſarmento caules qui nati ſunt de his plurimum valent. Virgi. li. xij. Puberibus caulem folijs. Ponitur & pro quibuſcunq; holeribus. Iuuena. Spes homini: caulis miſeria atq; ignis emendus. quandoq; pro cauda. Ply. li. xj. Boum caudis longiſſimus caulis atq; in ima parte hirtus. Idem. Aſinis longior q̃ equis ſed ſetoſus veterinis leoni infima parte vt bobus & Sorici & pantheris. non item vt vulpibus & lupis villoſus. ſues intorquent. Canum degeneres ſub aluum reflectunt. Quandoq; ſicut docet Ser. ſumitur pro virili membro. Quandoq; pro ferro. & pro quolibet haſtili. A caulis fiunt cõpoſita vnicaulis & multicaulis. Idẽ lib. xij. Eſt & illa differẽtia ꝙ in his multicaulia ramoſaq; ſunt vt carduus.

¶ Cauliculus diminutiuum. Ply. Hic eſt quidam ipſorum caulium delicatior teneriorq; cauliculus.

¶ Cauleſco. is. a cauleo eſſe conuenit. Eſt autem cauleſcere virgam fieri. Licet quandoq; ponatur pro folia producere. Vnde & decauleſcere contrarium quod ſignificat ſine folijs fieri. Plyn. lib. xix. Raphanus vti iucundior detractis folijs anteq̃ decauleſcat.

✱ Caulinum vinum ad quartum lapidem a Neapoli diſtans ab agro ita nominatum. Cc.

¶ Caulon oppidum quod a Plynio collocatur in prima regione italię. Et Stra. in. vj. Cauloniam appellat a Locris cõditum: vbi vinum optimum naſcitur. Aulon vero eſt mons calabriæ contra tarentinam regionem vt inquit Porphirio ferax boni vini: cuius meminit Mar. Nobilis & lanis & baccho fertilis Aulon.

¶ Cauma atis. latine calor. ἐξ τοῦ καίομαι λέγεται. ex καίομαι. vror dicitur. Cauſis cõbuſtio. & cauſon æſtus ſeu ardor.

¶ Cauſia alias cauſea: tegmen capitis aptum calori. Valeri. Maxi. libro quinto. Quemadmodum Antigonus caput Pyrrhi texit cauſia qua velatum caput more macedonum habebat. Cauſis enim græce: latine combuſtio.

¶ Cauſon æſtus. Inde ab Hippocrate & Auicẽna cauſon febris æſtuans appellatur.

¶ Caunus inſula in mari oceano & æſtate & autumno peſtilens propter æſtus ac pomorum copiam. Vñ Caunij colore admodum virili pallenteſq; exiſtũt in quos olim Stratonicus citharœdus verſu Homerico ita iocatus eſt. Tale quidem genꝰ eſt hominum quale eſt foliorum. Ab hac ciuitate aduehebantur fici cauneæ dictæ. Cic. li. ij. de diui. Cum M. Craſſus exercitum Brũduſij imponeret quidam in portu carycas cauno aduectas vendens cauneas clamitabat.

¶ Caupo gene. commu. tabernarius hoc eſt eſculentorum poculorumq; etiam venditor. Vlp. Caupones & ſtabularios æque nos accipiemus qui cauponam vel ſtabulum exercent.

¶ Caupona vocatur tam mulier quę vinum vendit q̃ ipſa taberna vinaria.

¶ Cauponius a. um. quod ad cauponem pertinet: vt ars cauponia. Iuſt. li. pri. Iuſſitq; cauponias & ludicras artes & lenocinia exercere.

¶ Cauponaria. æ. ars cauponandi.

¶ Cauponor penul. produ. ſignificat lucri cauſa quaſi ad cauponem vendito. Aennius. Nõ cauponantes bellum ſed belligerantes Ferro non auro vitam cernamus vtriq;.

¶ Cauſa proprie dicitur id ex quo vel ꝓpter quod vel per quod vel a quo aliquid fit. Vnde quattuor cauſarũ genera ſcripſit Ariſt. Materialem ex qua aliquid fit. Et formalẽ: per quã aliq̃d tale fit. Efficiẽtẽ: a qua aliq̃d fit. Et finalem cuiꝰ gratia aliquid fit. Per trãſlationẽ tamẽ cauſa dicitur omnis actio quam ĩ ſenatu vel in foro habemus. Vnde tria cauſarum genera ſcribit Cic. demõſtratiuum: deliberatiuum & iudiciale. Ex his tamẽ magis proprie cauſa dicitur quę iudicialis eſt. Vnde & cauſam pro lite ac cõtrouerſia ponimus. vt Cice. diligẽter egit cauſam Milonis. Hinc cauſidici dicuntur patroni qui in cauſis iudicijſq; verſant̃. Interdũ cauſa dicit̃ occaſio. Terẽ. in Eu. Iam diu aliquam cauſam quęrebat quamobrem aliquid inſigne faceret. Interdum dicit̃ excuſatio: vt honeſta eſt cauſa mei diſceſſus. Interdũ ratio. Oui. lib. j. faſ. Tempora cum cauſis latium digeſta per annum. Interdũ dicitur origo. Vnde & quidã cauſam a caſu dictã exiſtimant ꝙ initia & origines rerum quæ cauſæ ſunt caſu eueniant. Nõnulli a chaos detracta aſpiratione ꝙ confuſa illa materia prima omnium cauſa fuerit. Alij a græco καῦσις quod ardorem ſeu incendium ſignificat ꝙ cauſa ſit quæ nos accendit ad aliquid agendum. Alij a cauendo ꝙ ea ſit quæ cauet vt

aliquid agatur:aut nõ agaẗ. Et cauſa pars appellatur. Luc.lib.j. Victrix cauſa deis placuit ſed victa Catoni. Diminutiuũ a cauſa eſt cauſula.

¶Cauſatiuus.a.ũ. qđ eſt cauſa vt aliqđ fiat. vt nimia repletio eſt cauſatiua infirmitatis.q̃uis etiã aliquando cauſatiuũ dicaẗ qđ antecedẽtẽ cauſam ſignificat. ſicut & cauſale:vt cõiũctiones cauſales ſeu cauſatiuę.

⁎Cauſa abſentię a militia morb⁹ ſonticus dicebaẗ. Cc

¶Cauſarij milites dicunẗ a Liui.lib. vij.q ꝓpter honeſtam cauſam puta valitudinẽ a militia ſoluunẗ: quaſi valitudinarij ſiue ſontici aut qui oĩno cauſam & admonitionem habebant ex morbo ſenectuteve. Tertius inquit exercit⁹ ex cauſarijs ſenatoribuſq; a.T. Quintio conſcribatur:qui vrbi mœnibuſq; ꝑſidio ſit. Sic cauſaria miſſio dicitur per quã milites ſoluũtur a ſacramẽto militari. Vlp. Cauſaria inquit miſſio eſt:quę propter valitudinẽ laboribus militię ſoluit.

⁎Cauſa cauſarum eſt ipſe deus optimus maximus.

⁎Cauſarum tria genera dicimus demonſtratiuum deliberatiuum & iudiciale. Cc.

¶Cauſo as. induco efficio. Hierony. ad Euſto. Sæpe etenim i fabis & hordeaceis panib⁹ nimia auiditas grãde peccatum cauſat.

¶Cauſor aris deponẽ. ſignificat rei geſtę cauſam affero ſeu reperio: & excuſationẽ adduco. Sue. Syllanum etem ſocerũ ad necem ſecandaſq; nouacula fauces cõpulit cauſatus ꝙ ſe ingreſſum turbatius mare nõ eſſet ſecutus. Gel. Negocium ſibi eſſe cauſatur. Virgi. Cauſando noſtros in longũ ducis amores. Cauſari etiã culpare eſt. Hier. cõtra Vigil. Cauſabanẗ quõdam apoſtoli ꝙ periret vnguentum: ſed domini voce correcti ſũt. Idem cõtra Rufi. Quicquid enim me non feciſſe cauſaris quare non ipſe feciſti?

¶Cauſificor. cauſam dico. Plau. in Aul. Non cauſificor quin ego illam habeam potiſſimũ.

¶Cauteriũ. inſtrumentũ eſt quo notæ imprimunẗ: & morbi alioqui inſanabiles inuri ſolent. Prçterea cauterium in pictorum inſtrumẽtis continẽẗ quo bituminationes & fortiores quęq; cõglutinationes cõcoquũtur.

¶Cayſter fluui⁹ Lydię ſardibus ꝓximus ἀπὸ τοῦ καίεσθαι hoc eſt amburi quoniã propinquus ſit catacecaumenæ quę pars eſt Epheſię pręterrida & deuſtę ſimilis nulla præter vitẽ arbore ſed vino pręſtantiſſimo quod Victr. & Plyn. catacecaumeniten ex hac origine denominant. Hinc Cayſtranus cãpus. Stra. Poſt egreſſum cayſtri amnis lacus eſt Selenuſi⁹ cognomine in alterũ ſtatim lacum interfluens.

¶Cayſtrus fœ. ge. vrbs eſt Ciliciæ mediterranea.

C. ante E.

¶Cecrops. prim⁹ athenienſiũ rex qui annis quinquaginta regnauit. Hic athenas inſtaurauit. A cecrops fit cecropius. a. um. poſſeſſiuũ. Virg. lib. iiij. Geor. Cecropias innatus apes amor vrget habendi. Cecropis. idis patronymicũ fœmininũ. Et Cecropidæ athenienſes dicti ſunt. Suidas noſter. κέκροψ αἰγύπτιος ὢν τὸ γένος ᾤκησε τὰς ἀθήνας ὅθεν κεκροπίδαι οἱ ἀθηναῖοι. i. Cecrops ægyptius exiſtens genere athenas incoluit: vnde cecropidę athenienſes.

¶Cecryphalea ꝓmontoriũ ſeu inſula in poloponneſo vbi athenienſes ab ęgynetis ꝓlio ſupati fuerunt.

⁎Ceditię tabernę non a cędẽdo dictę ſed a domini nomine qui Ceditius vocabatur.

¶Cedo. is. ſſi. ſſum. Vide in dictione cædo. is.

⁎Cedros inſula eſt in germanię littorib⁹ cedri genere ſiluoſa inde electrũ in petras defluere dicitur. Cc.

⁎Cedroſis vinea alba quam nonnulli ampeloleucen vocant. Cc.

⁎Cedreleum oliui genus ex malis cedri cõfectũ. Cc.

¶Cedrus. arbor maxima quę in ędificijs vtilitatẽ pręſtabat: eo ꝙ huiuſmodi materies & procera ſit nec oneroſa parietibus. Eius folia ad cupreſſi ſimilitudinem reſpondent: lignũ iucundi odoris eſt & diu durans nec a tinea vnq̃ exterminatur. Virgi. li. ij. Geo. Dant alios alię fœtus dant vtile lignũ Nauigijs pinos domibuſq; cedrum atq; cypreſſos. Ex hac arbore naſciẗ oleum qđ cedreũ dicitur. Vict. ij. inquit. Quo reliquæ res cũ ſunt vnctę vti etiã libri a tineis & carie non læduntur. Iuxta quẽ ſenſum Perſi. dixiſſe videẗ. Et cedro digna locutus. Hinc fit nomen poſſeſſiuũ. Cedrinus. a. um.

¶Cedręa primus ſudor qui defluit in canali dum pix fit cui tanta eſt vis vt in ægypto corpora hoĩm defunctorum ea perfuſa ſeruentur.

⁎Celaduſa inſula proxima ortygię quam alij artẽmiſten vocant. Cc.

⁎Celaſſo pro cælauero veteres dixere vide cæ diphthongum. Cc.

¶Celænæ pluralis tantum numeri: fuit vrbs phrygię. Luc. Lugent dãnatæ Phœbo victore Celęnæ. Poteſt tamen declinari ſingulari numero Celęna æ.

¶Celęno cum diph. fuit vna ex harpyijs: & atrum ſeu tenebroſum ſignificat. gręce κελαινός.

¶Celebris & hoc celebre pe. cor. diſtinguitur a frequẽti ꝙ frequens dicaẗ creber ſiue de loco: ſiue de re aĩatat vt frequens miles: frequẽs ſenatus. i. creber: copioſus: multus: frequentes domus. i. crebræ multę. Aliquãdo dicitur qđ ab alijs frequentatur: vt frequens locus: frequens templũ in qđ multi cõueniunt. Et infrequẽs parum frequentatũ: vt infrequens forum in quod pauci vel rari cõueniunt. Phœnix infrequens auis. i. quæ rara reperitur. Cic. Rei militaris te infrequentẽ tradidiſti i. fugientẽ a ſignis & raro in pugna interentẽ. Celebris vero ꝓprie dicẗ velox. Actius. celebri gradu celeraſſe decet. Quoniã vero accelerare gradum: frequẽtare eſt: factũ eſt vt celebre ꝓ frequẽti accipiaẗ & qui in oĩm ore verſatur. Et hoc paſſiue tam ad rem q̃ ad perſonã relatum. Cice. lib. ij. ad Herẽ. Locus quærentur celebrisne ſit: an deſertus. i. qui celebratur. Hinc celebritas frequẽtia. Quintil. Ante oĩa futurus orator cui in magna celebritate & in media rep. viuendũ eſt aſſueſcat a puero nõ reformidare homines.

¶Celebro. as. frequẽto. Var. Cui non tam cura erat vt templa deorũ q̃ vt popinas celebraret. Per tranſlationem tamẽ qm̃ quę frequẽtamus etiã colimus: celebrare pro colere & venerari ponitur & celebritas ꝓ cultura atq; honore. Hinc celebrare laudibus & virtutũ celebritate dicimus. Itẽ celebriorẽ & celeberrimũ pro honoratiorẽ & honoratiſſimũ. Celebriter: cũ cultu & honore.

¶Celebreſco. celebris fio. Actius. Et qualiſcunq; fama celebreſcat tua.

⁎Cęlibaris haſta dicebatur qua caput nubentis comebatur. vide cęlebs. Cc.

⁎Cęlimontana porta a cęlio monte ſic dicta. Cc.

¶Celetes pe. ꝓ. gręce ὅτι κελεύω κέλητες exhorror: vocantur equi qui ad curſum ſoli adhibenẗ. ſiue bigis vel quadrigis etiã nauigia vt his tẽporibus fieri ſolet. Nã qui bigis quadrigiſve adhibebãtur ad curſum deſultorij dicebanẗ. Ply. Antiqui celetas tantũ dicebãt in ſacris. Poſtea vero & qui bigis vel quadrigis viciſſent latine dicunẗ deſultorij. ꝙ ex his facile deſilıatur.

¶Celer idem eſt qđ velox. a quo celerrim⁹ & celeriſſimus fiunt ſuperlatiua ſcđm Priſ. Celero. as. pe. cor. celeriter aliquid facio. A quo Accelero cõpoſitum.

¶ Celeuſma clamor nautarũ & aliorũ cum vno aliqd iubente oẽs vniformiter reſpõdent quaſi ſibi inuicem iubẽtes. Hie. apud Hieremiã. Celeuſma quaſi calcãtiũ cõcinetur aduerſus oẽs habitatores terrę.

¶ Cello as. abſcõdo ſiue ſcire nolo. Et conſtruit modo cum vno dũtaxat actõ. Lact. li. v. Verũ ne pſitebitur fugitiuũ ſe vel peſtilẽtẽ domũ vẽdere: an cellabit emptorẽ. Modo cũ duob9. Plau. in Bac. Aedepol feciſti furtũ etati malũ cum iſthęc flagins me cellauiſti & patrẽ tuũ. Modo cũ ablatiuo mediãte ꝑpoſitiõe. Ci. Treba. Sed baſſus noſter de hoc me libro cellauit. At cum paſſiue ponit res ſiue pſona p quã quis aliquẽ cellauit ponitur in noiatiuo. Teren. in Eu. Vbiubi eſt diu ce'lari nõ põt.

¶ Cello. is. quo veteres vtebantur pro cedo. nunc cõpoſitis tantum vtimur excello & pręcello quod eſt excedo & antecedo.

¶ Celſus a cello. altus. ſublimis. excellens. A quo celſitudo pro excellentia.

¶ Cellatim aduerbiũ ſignificat abſcõdite. Gel. Cꝫ maxime cellarim poterat in inſidijs duo diſponit.

¶ Cella dicta eſt ꝙ in ea cellent quæ eſſe volumus occulta. Graeci Apothecã dicũt in qua res eſculẽtę & potulẽtę reponũtur ꝗuis ꝓprie apotheca cella vinaria ſit. Capit autẽ cella ſignificationẽ vt illi adiectiua iunguntur: vt cella vinaria: cella olearia: cella farinaria: cella pomaria: cella lignaria: cella libraria: cella caſearia. Et ois locus in quo qd reponit cella dicit. Vñ Ver. Fauorum cauernas cellas vocauit cũ ait. Diſtẽdunt nectare cellas. Itẽ loca in quib9 lauamur aut vngimur in domo cellæ dicunt. Et loca quo religioſi ſe ad quieſcendũ cõferunt cellæ vocantur. A quo noie Hierony. formauit dimi. Vnaquęq; inquit cellulã adeat benedictione matris ſuſcepta. Et cella pars templi erat ſacratior in quã ingredi fas non erat. Vnde apud Gel. legitur Scipionem in capitoliũ veniſſe: iuſſiſſeq; cellam Iouis aperiri: ibiq; ſolũ demoratũ fuiſſe. Liui. lib. iij. In cella Iouis optimi maximi habitaret exul.

¶ Cellariũ videt ea figura dici: qua granariũ panariũt vt ꝓ cella ac repoſitorio accipiat. Sed eſt paucorũ dierum: penu longi tẽporis. Hanc cellã promptuariã ſeu prõptuariũ appellãt in quo cõdunt & ex quo promunt ad victũ neceſſaria. Hie. Cõſyderate coruos qbus non eſt cellariũ: neq; horreum & deus paſcit illos. Vñ in ſacris litteris cellaria ꝓ ſepulchris poni ſolent: vt eſt illud propheticũ. Populus meus intra cellaria tua aliquãtulum donec ira mea tranſeat. Vbi Hiero. Cellaria ſepulchra ſignificant: de qbus hoc vtiq; profert qd conditũ fuerit. A penore etiã is loc9 penariũ & penuaria ſeu penaria cella nuncupat. Cice. in Ver. M. Cato ſapiens cellam penuãriam reip. noſtrę nutricẽ plebis romanę ſiciliam noiauit. Huius diminu. eſt cellariolũ. Hiero. Sũt & cubinę in tẽplo: ſunt & cellariola.

¶ Cellarius qui in cella ꝑpoſitus eſt: vt rationes ſaluæ ſint: aut penoribus recõdendis. Col. Vt cibus & potus ſine fraude a cellarijs praebeatur. Plau. in capt. Prome quidvis te facio cellariũ. Idem cellarios promos: & cõdos vocat ꝙ & deintus promant: & intus cõdant. Ait enim in pſeu. Promus & cõdus ſum procurator peni. Auſo. Promuſq; condus magis.

¶ Cellaria locus vbi condit vinum. Plau. in mil. Ego eijciar cellaria.

¶ Celox genus nauiculę breuis a celeritate. Apul. lib. de rep. Qui celocẽ regere neq; onerariã petit. Hanc & celotem vocãt & oxyã. Hãc rhodij inuenerũt.

⁎ Celotis vide celox.

⁎ Cęluleum dicebant cęruleum a cęli colore.

⁎ Celtio eſt arbor inſignis magnitudine piri de genere lotorum in Africa creſcit inciſuræ in folijs crebriores faciũt ne ilicis videat: fructui magnitudo fabæ: color croci. Tam dulcis ibi cibus eſt vt & nomen genti dederit. Siquidẽ Lotophagi nominãtur. Cc.

¶ Celtę popli gallię: qui cũ veniſſent ad Iberum hiſpaniarum fluuium: ibiq; conſediſſent retenta primi nois parte: & aſſumpta parte fluminis iuxta quod conſederant: Celtiberi dicti ſunt: & regio eorum Celtiberia. Vnde luc. li. iij. Profugiq; a gente vetuſta Gallorum Celtę miſcentes nomen iberis.

¶ Celtiberi popli in hiſpania a celtis gallis & iberis hiſpaniarũ cõſociatis dicti ſunt celtiberi. Vnde Sin9. Venere & celtę ſociant nomẽ iberis. Luca. Gallorum celtę miſcẽtes nomẽ iberia. Stra. quadrifariã diuidit celtiberos. fortiſſimi oim qui ad ortũ ac meridiẽ ſiti ſunt originẽ tralsẽtes. A quib9 celtibericus celtiberica celtibericũ nomen poſſeſſiuum. vt Bellum celtibericum.

¶ Celticũ promontoriũ hiſpanię in oceanũ ꝓcurrens.

¶ Celiaci dicunt qui ventris fluxũ patiunt. Var. Qui ex floribus nucis gręcę & cornu fiunt celiacas fieri atq; vrina pota refici.

⁎ Cementum vide Cęmentum.

¶ Cenchris auis genus eſt & latine tinnũculus dicitur a tinnitu vocis ex accipitrũ genere quẽ Ari. li. vj. de aialibus ſolum ex aduco gñe quaterna & eo plura oua parere dicit. Dicta cenchris quaſi miliaria. Eſt & cenchris vt ingt Hie. Locus corintho vicin9 immo port9 ipſius corinthi: vt eſt illud apoſt. Cõmendo vobis Seben ſororẽ noſtrã miniſtram eccleſię: quę eſt Cenchris.

⁎ Cenchron adamãtis genus eſt quod ſit milij magnitudine κεγχρος enim miliũ dicit. Cc.

⁎ Cenchrites gẽmę ſpecies quę veluti ſparſa milij grana habere videtur. Cc.

¶ Cenomani fuerunt populi gallię ciſalpinę: quorum caput vrbs Brixia fuit.

¶ Cenos latine vacuus. Vnde cenodoxia inanis gloria. Nam cænodoxia cũ æ. diph. noua glia. καινος enĩ nouum dicit Δοξα gloria. Cœnodoxia cõmunis glia.

⁎ Ceneia dicta eſt Atalanta Cenei filia. Cc.

¶ Cenotaphiũ vacuum ſepulchrũ ὅτι κενὸσ λέγεται καὶ θάφοσ ἀπὸ τοῦ θάπτειν. ⁎. i. Q m̃ κενὸσ vacu9 dicit & θάφοσ ſepulchrũ a θάπτειν ſepelire. Sunt enĩ vt capſa quę ponit in templo ad officia mortuorũ.

¶ Cenſeo es. ſui itũ. pe. cor. ſignificat exiſtimo. Liui. lib. vj. de bell. pu. Cẽſent eo venturũ obuiã poeni. Item cenſere: cõſtituere: deliberare. Nã ſenator cenſet cũ ſententiã dicit de eo qd ſibi videt: aſſentit cũ alienã approbat. Vñ dicim9 ſenat9 aliqd cenſuit. A quo etiã cẽſoris nomẽ tractũ videt. Itẽ cẽſere ſuccẽſere ſignificat. Var. ne vobis cenſeã ſi ad me referretis. Itẽ eſt in æſtimatione eſſe. Boẽ. in top. Quoniã faciendi liberi tres partes ſunt. Vna quidẽ vt cẽſu liber fiat. Cenſebant enĩ antiquitus ſoli ciues romani. Inuenit etiã cẽſio is. iui. itum pe. ꝓdu. Oui. Prẹſto recẽſitis euoluere ſęcula faſtis. Cõpoſita a cẽſeo ſunt. Accẽſeo: percẽſeo. qd eſt perfecte cenſeo: numero. Col. Ruſticationis magna & diffuſa materia eſt: parteſq; ſi velimus eius pcẽſere: vix numero cõprehẽdimus. Recẽſeo & ſuccenſeo.

¶ Cenſor qui cenſurã gerit. Cẽſores magiſtri morum erant a cẽſendo. i. arbitrando dicti: ꝙ illis ſummũ arbitrium erat aliorũ morum. Var. Cenſor ad cuius cenſionem. i. arbitriũ cenſeret populus. Feſtus. Cenſores dicti ꝙ quiſq; tanti ſua æſtimaret quantũ illi cenſuiſſent quod nõ abſurdũ videtur: qa & rerum & morum cẽſores erant. Vnde Plu. in æmilio. Cenſura maximę oim magiſtratuũ reuerentię: plurimę poteſtatis tum in alijs rebus: tum maxime ad morum emendationem. Nam

ſenatores e ſenatu remouere poteſt equiuos ex plæbeis ęrarios facere:notare infamia: cenſum agere: luſtrum condere. Erant autem duo cenſores:qui quinto quoq; anno creabantur.

¶ Cenſorius vir:qui cenſor fuit:vel qui dignus eſt vt cēſor ſit ꝓpter morum grauitatē qui alios iudicet. Frequēter tamen iung. rebus: vt cēſoriū dictū qđ eſt cenſoris:ſeu quod ad cenſorem pertinet.

⁎ Cenſorię veſtes dicebantur quibus cenſores merito vti poſſent. Cc.

¶ Cenſuales qui cenſorib⁹ aſſiſtunt:famulãtur. Sido. ad Namatiũ. Miſtus turmę cenſualiũ æmulatorũ conſulis proxime proximus eram.

¶ Cenſio caſtigatio. Vnde cenſionē facere dicebantur cenſores cũ multam equiti irrogabant.

⁎ Cenſio haſtaria vocabatur cũ militi multæ noĩe ob delictũ militare indicebatur vt haſtas daret. Cc.

¶ Cenſura cenſoris dignitas:ſicut a ꝑtore ꝑtura. ſicut cum dicimus. Cenſor qui gerit cenſurã. Accipitur iterdũ pro ſeueritate correctione decreto & lege.

¶ Cenſus us. annuus redditus:& quicquid fortunarũ quis habet. Quin. Abiere vires cēſus mens. vnde qui cētum milia æris in profeſſionē detuliſſent cenſi dicebantur. Cenſus equeſtris conſtabat ex ſeſtertijs. cccc. Item cenſus dicebat æſtimatio rerum ac bonorũ facta ſecũdum quã tributa pendebant. Vnde cenſum agere eſt recenſere hoim facultates. Et cenſus dicebatur qđ principi aut ærario ſoluebat viritim.

¶ Cenſus cenſi ſignificat eũ cuius bonis fact⁹ eſt cenſus. Vnde capite cenſus:& capite cenſi.

¶ Cenſum. Eubœę promontorium in ſeptentrionem directum.

⁎ Cenſui agri dicebantur qui emi & venire iure ciuili poterant. Cc.

¶ Centauri theſſalię populi ſecus pelium montem habitantes qui a poetis finguntur eſſe media parte viri & media equi:originem ab Ixione trahētes:agreſtes admodum. Qui primi pugnare ex equis cœperunt. a ſtimulando calcaribus equo centauri dicti ſunt: ἀπὸ τοῦ κέντειν: quod eſt pugnare & ſtimulare:quia furentem taurorũ gregem telis cõfecerunt. ꝓpter qđ hippocentauri.i. equi ſtimulatores appellan ſunt. His proximi erant lapithæ iuxta Othryn montem eiuſdem prouinciæ cum quibus bella geſſerunt. Centauros ab Hercule victos interfectos oſtendit Diodor. Dicti ſunt nubigenæ quaſi filij Nubis:quoniam in caſtello habitauerunt nomine nephele νεφέλη:qđ ſignificat nubē. Centauri a latinis breuitatis cauſa dicti. nam hippocentauri dici debuerunt. Nam hippos equus κέντειν pungere ζυρα rota calcaris. quia cũ ſuperius eſſent homines inferius erant equi. Sed diuus Hiero. de Paulo primo Eremita. oſtendit centauros animaliũ genera eſſe cum inquit. Et iam media dies coquēte iam ſole deſup feruebat:nec tamen a cœpto itinere abducebatur. dicens Credo in deum meum ꝙ ſeruum quem mihi promiſit oſtendet:nec plura his conſpicit hominem equo miſtũ cui opinio poetarum cētauro vocabulũ indidit. Quo viſo ſalutari ſigno armat frontem. Et infra. Verũ hoc vtrum diabolus ad terrendum eum ſimulauerit: an vt ſolet Eremus monſtruoſorũ animaliũ ferax iſtã quoq; gigneret beſtiam incertum habemus. Cētaurus etiã genus nauis eſt: vt apud Verg. li. v.

⁎ Centaurorũ nomina quære in cõmentarijs cornucopię Perotinę ſimiliter & fabulam.

¶ Centaurea ſiue cētaurion genus herbæ: Actius aũt grecus medicus κενταυρίου τοῦ μεγάλου ἡ ῥίζα. & ſubdit. προτρέπουσα κατὰ μηνία καὶ ἔμβρυα νεκρὰ κατασπῶσα κενταυρίου δὲ μακροῦ ἡ ῥίζα ξηραντικὴ:& multa alia. ⁎.i. magni centaurij radix. & ſubdit mēſtrua dirigit & partus emortuos extrahit.

⁎ Centaurij longi radix excalefacit. Cc.

⁎ Centaurus fluui⁹ eſt q pri⁹ Euen⁹ dicebat poſt Neſſi Centauri mortē ab hercule interfecti a poetis centaurus vocitatus eſt. Cc.

⁎ Centimanus qui centũ habet manus. Cc.

⁎ Centipeda vermis eſt a gręcis ĩ⊥ dicta. Piloſus multis pedibus arcuatim repens ab aliquib⁹ multipeda ab alijs millepeda dicit. & Pelopendra. Cc.

⁎ Centipes qui centum pedes habet. Cc.

¶ Cento velum laneum:qđ lana aut tomento confertum: vt ictus nullos patiatur. Cæſar. Eãq; cõtabulationem ſummam lateribus lutoq; conſtrauerunt:ne quis ignis hoſtium nocere poſſet: centoneſq; iniecerunt ne aut tela tormentis miſſa tabulationem perfringerent: aut ſaxa ex catapultis lateritium diſcuterent. Siſen. li. iij. hiſt. Aceto madefactis centonibus integũtur:quos ſupra perpetua claſſi ſuſpenſa cilicia obtegunt. Quidam centonem pro ſtragulæ genere ſuper quo cubare ſolent. Cato. lib. j. de re. ruſ. Centonem poſuit pro veſtimento ruſtico:hoc eſt pro interiore veſtimēto quod ſuper ſubucula ſuperindui ſolet. bõbyce inſerta. Tres inquit cētones quęris:ſex culcitras:nouem inſtragula. Similiter & Macrobius dũ ſcrophã ſub centonibus iacere ſcribit ruſticã veſtem eſſe declarat. Fieri aũt centones conſtat ex pannis diuerſorũ colorum: vel lanis in vnũ cõdenſatis atq; conſutis. Vnde Homerocentones & Vergiliocentones:quales fecit Proba Falconia. Diffinit Auſo. poeta qđ ſit cento. Varijs de locis:ſenſibuſq; diuerſis quædam carminis ſtructura in vnũ ſolidat verſum vt coeant:aut cęſi duo:aut vnus & ſequēs cũ medio. Nã duos iunctim locare ineptum eſt.

¶ Centrum punctũ ſphęræ: aut orbis medium certiſſima obſeruatione diſtinguit. Nã in omni orbe vel ſphęra medietas centrũ vocat. Aug. lib. xiij. ciui. dei. Hanc animã Plato ab intimo terrę medio qđ geometræ centrũ vocãt:per oēs partes eius vſq; ad cœli ſumma diffundi:& extēdi per numeros muſicos opinat. Apu. in coſmographia cardinem inquit mũdi. Sic enim dixerim cētrum habet tellus. Hinc fit cētralis adiectiuũ. Ply. lib. ij. Quindecies & pluribus ſuberit q̄ terra centralis interueniat. Alias centron.

⁎ Centrũ vitij genus qđ ſal appellatur. Cc.

¶ Centum nomē numerale & indeclinabile vltra centum variat. vt ducenti:trecēti:quadringenti: quingenti:ſexcēti:ſeptingenti:octingēti: nongēti. Hinc centenus:a um. vt centena milia. Sic ducentenus: trecentenus:quadringentenus: quingentenus: ſexcētenus: ſeptingentenus:octingentenus:nongentenus. Centuplus. ducentuplus:trecentuplus:& reliqus. Centeſimus:& deinceps. Centies quoq; aduerbiũ: ducenties: trecenties:quadringēties. quingēties:ſexcēties:ſeptingenties:octingenties:nongenties. Centenarius: ducentenarius:& cæ.

⁎ Centenarię cœne dicebant in quib⁹ lege Licinia nõ plus centuſſibus hoc eſt centum aſſibus impendebat qui erant nũmi breues ex ęre. Cc.

¶ Cēturia in re mil. cētũ cõtinet hoies q ſub vno cēturione ſunt quoq; cētenari⁹ iuſtus eſt nũerus Hier. li. j. re. Satrapę philiſtym incedebãt in cēturijs & milib⁹. Centurię in agris ſignãt ducēta iugera. Cēturia a cētũ iugeribus vocabat: ſed mox duplicata nomē retinuit inquit Col. li. vj. Sicut trib⁹ dictę primũ a partib⁹ ꝑpli tripartito diuiſi: q̃ tñ nũc multiplicatę priſtinũ nomen poſſidēt.

¶ Centurio & cēturion⁹ dicit quia cētũ peditib⁹ pręeſt:

quia ſingulę cēturię cētum militibus cōſtabant. In exercitu enī miles cēturioni. Cēturio tribuno. Tribunus legato. Legatus cōſuli obediebat. Sed ſeorſum magiſter equitū ſolū dictatori obtēperabat. Cēturio autē dicebat primipilus. Liui. Cēturio erat quē nunc primipilum appellamus. Veteres arceſcebant cōmiſſo prælio acies facile turbari. vt hoc incōmodū euitarent cohortes in centurias diuiſere: & in ſingulis centurijs ſingulos centuriones pfecerunt qui primo centurioni vocabant quēadmodū a decuriōes decurioni. Cohortes in exercitu decē erāt in ſingulis legionib⁹ ſed prima quæ reliquas & numero militū & dignitate pcedebat aquilā habebat: qđ pcipuū erat ſignū romanorū. Cēturiones huius cohortis cęteris centurionib⁹ digniores habebātur. Prima cēturia primipilū vocabatur: qꝑ circa ſigna grauis armatura cōſtituta erat. Centurio ipſe primipili cēturio dicebat: & primipilus vocabat. Hic nō mō aquilę præerat: ſed quattuor cēturias: hoc eſt quadringētos milites in prima acie gubernabat: & tanq̄ princeps totius legionis merita cōſequebat & cōmoda. Mar. Grata pudens meritis tulerit cum premia pili.

℄ Centurio as. in centurias ordino: vt Ager centuriatus qui in ducena iugera definitus erat. Romulus enī centenis ciuibus ducēta iugera diſtribuit. Et milites cēturiati qui in centurias ordinabant. Liui. lib. xxix. Scipio poſtq̄ in ſiciliam traiecit volūtarios milites ordinauit centuriauitq;. Cēturiata comitia vt Aſco. ſcribit dicunt cum ex ſexu & ætate fertur ſuffragium: quia per centenas turmas diuiſus erat populus romanus. Hinc ſuccenturio. A quo ſuccenturiati dicunt milites nō primæ: ſed ſecundæ centuriæ: vbi ad inſidiandū maxime collocabātur. Ex quo in ſuccenturijs: quaſi in inſidijs quēpiam poſitum appellam⁹. Ter. in phor. Nūc prior adito tu. ego inſidijs ero hic ſuccenturiatus: ſi quid deficies. Proprie autem ſuccēturiare ſignificat explendę cēturię gratia numerū ſupplere.

℄ Centuriatim ſignificat p centurias: ſiue abundāter: copioſeq; a cēturijs quę in comitijs ferebāt ſuffragia.

⁎ Centuriatus ager in ducenta iugera diuiſus. Cc.

⁎ Centuperanea inſula eſt in Agro ſentinatum Perotti patria. Cc.

⁎ Centuripe ager ſicilię. A quo Centuripinū crocū. Cc

⁎ Centūcapits herba eſt quā gręci ἑκατὸ κεφαλον nominant ex aculeatorum genere & alio nomine Eryngealba ſiue Eryngium dicitur caule & radice in cibos a gręcis recepta. Cc.

℄ Centūuiralia iudicia dicta ſunt a cētum viris. Nam cum eſſent romæ. xxxv. tribus. quæ & curiæ ſunt dictę terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad iudicandū qui centumuiri appellati ſunt. Et licet quinq; ſupra cētum fuerint tamen quo facilius numerētur centumuiri dicti ſunt.

℄ Centuſſis a decem decuſſibus dicit quę ſunt librę cētum: vel a centū aſſibus qui erāt nūmi breues ex ęre. vt centuſſe licetur. i. centū libris vendit per auctionem.

℄ Cephalęa morbus: quo totum caput infeſtat. Nam hemicranici ab hemicrania ſunt qui dimidia parte capitis laborāt. Sed & Celſus cephalęam acutum quoddā peſtilenſq; malum appellat.

℄ Cephale ſiue cephalis penulti. cor. ſignificat caput. Cephalicus capitalis.

℄ Cephal⁹ nomē viri & nomē piſcis. Ambr. Ille ſinus maris cephalos alit: lupos ille: ille ſaxatiles.

℄ Cephalonia inſula Ionij maris: a cephalo Amphitrionis ſocio. Inter eam & zacynthum echinades ſunt ad oſtium acheloi.

⁎ Cephenes impfectę apes ſunt & inutiles operi niſi q multitudine q̄ ad calorē cōfert foetū adiuuant. Cc.

⁎ Chephiſis lacus eſt iuxta Atlanticū mare quē mauri Electrum vocāt qꝑ ſole feruefactū electrū e limo dare videtur. Cc.

℄ Cephiſus pe. p. fluuius q magna ex parte torrentis inſtar labit in phalerium pelagus. Oui. li. iij. me. In vada cephiſi panopeſq; euaſerat arua.

℄ Cephiſia attica regio. Nam cęcrops athenarū conditor oēm eius regionis multitudinē in. xij. vrbes digeſſit. Sed Theſeus poſtea has oēs in vnā athenienſium ciuitatē cōgregauit. Dicta cephiſia a cephiſo amne. Eſt & cephiſia fons atticę: ſicut Larine Callircoe.

⁎ Cepites ſiue cepocapites gēma quæ candida eſt venarū nodis coeuntibus candore imaginē regerēs. Cc.

⁎ Cepionidę gēmę Criſtallini nitoris quę imagines reddunt vt ſpecula. Cc.

℄ Cepos latine hortus & vrbs. Suidas. κῆπος πόλις κατὰ βόσπορον καὶ κῆπος εἶδος κουρᾶς. Δύο γάρ ἐστι κουρᾶς σκάφιον καὶ κῆπος. τὸ μὲν οὖν σκάφιον τὸ ἐν χρῷ. ὁ δὲ κῆπος τὸ πρόμετωπον κεκοσμημένον. ⁎ i. cepos vrbs iuxta boſporū & cepos tonſuræ genus: duo enim ſunt tōſurę modi ſcaphium & cepos. Vnde apparet in vocabulario gręco non eſſe bene interpretatam hanc dictionem σκάφιον.

℄ Cepurica gręci appellāt quę noſtri hortēſia holera. ſ. quę in horto ſerūtur. Vnde Sabinus Tyro librū cepuricon ſcripſit: hoc eſt hortēſium quē Mecœnati dicauit.

℄ Cepheus (teſte Ouidio) ęthiopum rex fuit: Andromadę pater quā ceto ppoſitam fabulę dixerunt. Hanc autem Perſeum a periculo liberatam vxorem duxiſſe. Itaq; vt totū hoc gen⁹ perpetuo maneret ipm cepheu inter ſydera collocatū eſſe prodiderunt vna cum vxore Caſſiopea & Andromada filia & genero perſeo. Oritur Cepheus in. xv. parte capricorni. Hoc ſydere nati erunt ſeueri: ſicut Catones.

⁎ Cerachates gēma quæ cerę colorē pręfefert. Cc.

⁎ Ceraunniū tuberis genus. Cc.

℄ Ceraſtes latine cornutus. genus eſt ſerpentis: qđ teſte Plynio lib. viij. quadrigemina cornua pręfert ſimilima arietū. Nam κεράστης ſimili modo ceruus dicitur. In genitiuo ceraſtis & ceraſtæ. Lucan. Spinaq; vagi torquente ceraſtæ.

⁎ Ceraſtis cyprus antea dicta eſt multiſq; alijs noib⁹.

⁎ Ceras amaltheias dicitur cornucopię a cornu Amalthęę caprę quā fabulant iouem nutriuiſſe. Cc.

℄ Ceraphoros a noſtris corniger dicitur.

℄ Cerates. genus ponderis: quod eſt medius obolus.

℄ Ceraſus ceraſi pe. cor. arbor nota a ceraſunte pōti ciuitate ſic dicta. Quā cum Lucullus deleuiſſet: inde illā trāſtulit: & a ciuitate Ceraſum appellauit. Sane arbor ceraſus. pomū vero ceraſum. Ouidi. de nuce. Audiat hæc ceraſus ſtipes inanis erit. Dicit & ceraſum pro arbore. Col. Ceraſa & tuberes & armeniacę atq; amygdalę: quę primę florent poſſunt inſeri cōmode. In plurali ceraſea ceraſeorū. Ply. lib. xiiij. Ceraſeorū Aproniana maxime rubēt. Inter ceraſa principatū obtinēt Duracina. Actia nigerrima ſunt. & iuliana tenerrima.

℄ Ceraſus ceraſuntis. & ceraſunta ſeu ceraſuntia pro vrbe in pōto. Hie. ad Marcel. Accepimus & caniſtrum ceraſis refertū talibus & tam virginali verecundia rubentibus: vt ea nunc a Lucullo delata exiſtimarem: ſi quidem hoc genus pomi ponto & armenia ſubiugatis de Ceraſunte primus Romam pertulit. Vnde & de patria arbor nomē accepit. Pompo. Rarę vrbes ceraſunta & Trapezus maxime illuſtres.

⁎ Ceratiæ ſtellę dicunt ἀπὸ τοῦ κέρατος hoc eſt a cornu cuius ſpeciem habēt. talis ſtella viſa fuit cum gręcia

apud Salamina depugnauit. Cc.

¶ Ceraunus. penul. p. cognomen cuiuſdã Ptolemæi. Quo nomine ſignificaꝛ fulmen qd græci dicunt κεραυνόμ. Vnde ceraunii montes ſunt epiri. a crebris fulminibus. Plyni⁹ in Armenia maiore pro illis accipit: qui caſpius & niphates a Ptolemęo nominantur: quibus videlicet ab ortu ſolis finitur armenia. Hui⁹ rei cauſa eſt: ꝙ Taurus mons ſimul atq; frangi cœpit & innumeras obire gentes ceraunus in vniuerſum vocaꝛ: etiã ſi nominibus populorũ per quos meant laciniæ diſtinguiꝛ. Alio nomine dicunꝛ acroceraunia. Hor. Infames ſcopulos acroceraunia.

⁎ Cerceis nomẽ nymphę a texẽdo κερκίσ enĩ radium textorium ſignificat. Cc.

⁎ Cercius ventus vt vult Cato vide in cir cius.

¶ Ceramicum latine tegulariũ: vel figulariũ. Nã deriuatur a κέραμοσ: qđ eſt tegula. Erat locus athenis. De quo Plynius. lib. xxxvj. Opera Praxitelis ſunt Athenis in ceramico.

¶ Cerberus penul. cor. interp̃taꝛ terra quę omnia cõſumit: inferni cuſtos quaſi κρεοβόροσ. i. vorans carnem. κρέασ enim græci carnem dicunt. βόρουτα edacem. Canis triceps. Cerberũ ab inferis traxiſſe herculem in fabulis eſt. Fertur ꝙ hic fuerit ſerpens in Tęnaro laconię promõtorio: cuius veneno mortales extinguebantur. Et quoniã in Tænaro ad inferos dicaꝛ eſſe aditus: ditis canem dixerũt: quẽ cum Hercules trucidaſſet: nata eſt fabula canem tricipitem interemiſſe: quia omnes cupiditates & cuncta vitia terrena contempſit ac domuit. Cerberus etiam dictus eſt canis Alexandri epiroticus leonibus congrediens.

¶ Cercopythecus penul. p. nomen cõpoſitum ex κέρκοσ quę dicitꝛ cauda & πίθηκοσ ſimia quaſi ſimia caudata: quã marmonẽ vulgo dicimus. Plyn. lib. viij. Cercopythecos nigris capitib⁹ pilo aſinino & diſſimiles cæteris voce ſunt. Mar. Callidus emiſſas eludere ſimius haſtas. Si mihi cauda foret cercopythecus eram.

⁎ Cercos auis de genere accipitrũ claudus altero pede hunc romani buteonem nominant. Cc.

⁎ Cercyon latro inſignis qui atticam regionem latrociniis infeſtabat. Cc.

⁎ Cerops lucrio appellatur alias cerdo qui artes illiberales q̃ſtus grã exercet. de his meminit & Suidas. Cc.

¶ Cercyra penul. cor. olim phęaniæ nomen fuit: Nunc autem vulgo dicitur corfu corrupte.

¶ Cerdo vilis homo lucrum ſectans: qui artes illiberales exercet. κέρδοσ enim lucrum dicitur & Cerdęno latine lucror.

¶ Cerdiſtos grece: latine ſignificat acutiſſimum perindeq; prudentiſſimum.

¶ Cerion græci dicunt fauum. Vnde & pro ſuaui & iucundo poni ſolet.

¶ Cerebrũ inquit Ply. eſt viſcerũ excelſiſſimum pximumq; cœlo capitis. ſine carne. ſine cruore. ſine ſordibus. Hic habet ſenſus arcem. Hic culmen altiſſimum Hic mentis eſt regimen. Auicẽna ait cerebrũ eſſe principium virtutis ſentiendi & mouendi. Amb. lib. hexa. Initium inquit neruorũ & omniũ ſenſuum voluntarię cõmotionis cerebrum eſt. a cerebro proficiſcitur ſomnus. Quę cerebrum non habent non dormiunt. diminutiuum a cerebrum fit cerebellum.

¶ Cerebroſus dicitur homo ad inſaniam facilis cui cerebrum moueat. vel a puerſo cerebro: qui totus ſuo cõſilio hęret & obſtinat⁹ a nemine pſuadetur & iracundię obtemperans ſine ratione fertur. Hor. li. j. Ser. Donec cerebroſus proſilit vnus. Dicitꝛ & de brutis. Col. lib. ij. Quod eo tẽpore ſatum pecori ſit noxium: & pręcipue bobus quos pabulo ſuo cerebroſos reddit.

¶ Ceres dea frugum putabaꝛ a creando dicta Saturni & Opis filia. Vnde alma ceres q a nos alit: vel vt Ci. lib. de na. deorũ ſcribit. Ceres dicta eſt tanq̃ geres a gerendis frugibus caſu prima littera immutata. a græcis Δημήτρα quaſi γημήτρα hoc eſt terrę mater ꝙ cunctarum frugum creatrix ſit. Hęc quandoq; luna dicitur ſicut liber p ſole. Ver. lib. pri. geo. Vos o clariſſima mundi Lumina labentem cœlo quæ ducitis annum Liber & alma ceres. Poniꝛ interdum Ceres pro ipſo pane: ſicut Liber pro vino. Terentius. Sine Cerere & Baccho friget venus.

⁎ Ceelia vnũ ex nominibus Deli inſulę. Cc.

¶ Cereale: qđ ad cererem ptinet: vt cerealia arma.

¶ Ceritus penul. pd. quaſi cereritus. hoc eſt cereris ira & indignatione vexatus. Nam in cereris ſacris furore complebanꝛ. Et ſicut a baccho bacchantem dicimus ſic a cerere ceritum. Hora. in Ser. Ceritus fuit aut commotę crimine mentis. i. inſanus & furioſus. Vnde qui emotæ mentis ſunt ceriti nuncupari ſolent. Plaut. in Amp. Tu certe laruatus es. aut ceritus. Idẽ. Iube hanc pro cerita circunferri.

¶ Cerus genus arboris glandiferæ a quo fit poſſeſſiuum cereus cerea reum.

¶ Ceretum oppidũ Vmbriæ inter ſpoletũ & Nurſiam a quo ceretan⁹ a. um. Nam illa videnꝛ prodigialiter in noſtris ceretanis accidiſſe: vt aliqua vitis apud te excederet vuarum numerũ duorum milium.

¶ Cęrinthe es. genus herbæ mellis cum cæra miſti ſaporem habens. Vergi. lib. iiij. georgi. Et cęrinthe ignobile gramen. habet folium candidum incuruũ: cubitalis: capite concauo: cuius florum auidiſſimæ ſunt apes A cæra deriuatur.

⁎ Cerinthus apum eſt cibus dum operantur qui ſæpe in fauorum inanitatib⁹ ſepoſitus inueniꝛ ſaporis amari: ſed plenus humoris. Cc.

¶ Ceretani populi hiſpani vt auctor eſt Plyn. & Stra. apud quos generoſa vina naſcebanꝛ quæ ceretana dicebantur. Mar. Ceretana nepos ponat ſetina putabis. Sunt & ceretani populi ex Cereto vmbrię oppido qui totum orbem vino quodam ac turpi ſuperſtitionis genere ludificant.

¶ Ceroſtrotum cõpoſitum a græco. Nam κέρασ latine cornu ςρωτόσ ſtratus. & eſt ceroſtrotum picturę genus cum ex cornibus ramenta tinguntꝛ variis coloribus. deinde vermiculatim ligno inſeruntur. Principio hoc ex ligni bracteis fieri cœptum. Poſtea cœpere tingi animaliũ cornua: dentes elephantorũ ſecari: ligniũq; ebore diſtingui: mox totum operiri. Ply. lib. xj. Nunc tincta: nunc ſublita: nunc quę ceroſtrota picturę genere dicunꝛ. Proprie tamen dicitꝛ ceroſtrota. cornibus ſtrata ſicut lithoſtrota lapidibus ſtrata.

¶ Cerno is. creui. & ſecundum aliquos cerni. Liui. lib. vij. Et quod haud minus timendum erat ſtolide ferocem viribꝰ ſuis cernerat: cretũ. ſignificat video. Vergi. Cernimus aſtantis nequicq̃ lumine toruo. Quandoq; cernere eſt conſyderare: vt Cerno ꝙ populus iſte durę ceruicis ſit. Quandoq; iudicare ſtatuere: deliberare. Cice. lib. iij. de legibus. Quodcunq; ſenatus creuerit: populuſve iuſſerit tot ſunto: regio imperio duo ſunto. Lucil. Poſtq̃ præſidium caſtris educere creuit. Pacu. Et ęquum & rectum eſt quod poſtulas iurati cernant. Quandoq; diuidere: ſecernere: cribrare. qđ & incernere dicitꝛ. Vnde & incernicula cribros vocamus. Plyni. lib. xviij. Rurſus quæ tranſit arctiore cerniꝛ. Vnde & crines dicti ſunt: ꝙ ſint diſcreti. Quandoq; dimicare Plaut. Pro patria amphitrio dum cernit. Quandoq;

cedere. Vnde cernere hęreditatem filij parentibus dicti ſunt: hoc eſt cedere. Accius. Regnum tibi pmitti malunt cernam tradam exercitus. Compoſita huius verbi ſunt concerno: quod Auguſt. lib. v. cõ. pro contungo poſuiſſe videt̃ cum inquit Talem naturã naſci poſſe de Maria virgine nõ arbitrabar niſi carni concerneretur. Concerni autem & non coinquinari nõ videbam ꝙ mihi tale figurabam. Decerno. diſcerno. excerno: incerno: ſecerno. & ſuccerno: qđ eſt ſubdiuido. Ply. Farinario cribro ſuccernunt.

¶ Cernulus a cerno formari videtur: quaſi diminutiuum a cernus: quod nuſq̃ legi. Hierony. contra Ruff. Cũ q̃ tu occupatus in ſenſibus: & ad inſtruendam mihi calumniam cernulus grãmaticorum & oratorũ praecepta contempſeris.

¶ Certo as. ſignificat altercor: contendo. Inde certamen & certatio. Interdum prouoco. Terẽ. in phor. Benedictis ſi certaſſet: audiſſet bene. Hinc componuntur decerto & concerto.

¶ Certatim aduerbium ſignifi. ſingulariter vnũ cum altero: quiſq; pro viribus a ſtrigo luno de altero. Fare clu nepo piu. Sue. in Aug. Senatus & in funere ornãdo & in memoria honoranda eo ſtudio certatim progreſſus eſt. Hiero. in li. Iudi. Igitur certatim ramos de arboribus pręcidẽtes ſequebantur ducem.

¶ Cere oppidum fuit Thuſcię non lõge a Tarquinija. Vide in dictione Cęrete.

¶ Certamẽ cõflict⁹ qui fit inter duos aut plures. Gręca certamina celebratiſſima hęc fuerũt. olympia. phthia. iſthmia. & nemeęa: in quibus graeci magnos honores conſtituerunt victoribus athletis. Nam olympica: quę in olympo Arcadię mõte iuxta Piſam & helidem quinto quoq; anno in honorem olympij Iouis celebrabantur: & q viciſſet corona oleagina donabat̃. Inſtitutaq; ſunt anno mundi quadringenteſimo ſupra. iiij. milia in coq; certamine Hercules prim⁹ coronat⁹ eſt. Phthia Apollini ſacra erant: quorum victor poma referebat. Iſthmia ab Iſthmo parte archadiae vbi celebrabant̃ in honorẽ Palemonis quẽ latini Portunũ dicunt & qui viciſſet coronã ex apio reportabat. Nemeęa a nemea ſylua in memoriã Archemori Lycurgi filij fiebant: quorum victores pinu coronati abibant. Haec certamina etiam ludi plurali numero dicunt̃ & ſpectacula.

¶ Certus a. um ponit̃ pro claro & indubitato a cerno pro video: quia ea quae cernimus clara & indubitata ſunt. Vnde facio te certiorem dicimus: hoc eſt declaro & affirmo tibi ita eſſe. Gel. Certi ſumus non ignorare te quid vena appellatur. Hinc fit incertus: dubius. Incerto as. Certitudo. Interdum certus dicit̃ cõſtitutus. hoc eſt tãtus ac talis: q̃tum ac quale volum⁹. Vnde certum vulnus feciſſe aliquẽ dicimus cũ nec plus nec minus fecit: q̃ voluit. Mar. O q̃ certa fuit librato dextera ferro. Interdũ diſcretus. Hinc certos fere numero pluarali dicimus pro eo quod eſt quoſdam: quaſi a caeteris diſcretos. Cice. Is enim cũ certis alijs ad Cęſarem miſſus pauloante diſceſſerat. Sal. Apud latera certos locauit. Item certus firmus non vacillans. Ouid. Da mihi quod petit̃ certo cõtingere telo. Et certum dicimus deliberatum: in quo plaerũq; adiungit̃ datiuus cum infinitiuo: vt Certum eſt mihi in aſiam nauigare. Vergi. Certum eſt in ſyluis inter ſpelaea ferarum Malle pati. Hinc fit aduerbium certe: quod cum affirmatiuum ſit: aliquando etiam pro ſaltem ponit̃. Cice. Marcel. Victi ſumus igitur: aut ſi vinci dignitas non poteſt certe fracti & abiecti. Iungitur quandoq; cum &. ſemperq; affirmat. Cic. Et certe contra Cęſarem & ingreſſus armatus. Si autem iungatur cum verbo ſcio: vel ſimilibus e in o mutari ſolet. Cice. Etſi certo ſcio.

¶ Certiſſo as. certus fio. Pacu. Vocant cocos vnde certiſſent.

⁎ Certitudo. a certus vnde incertitudo notę ſignificationis. Cc.

¶ Cernuus ꝓprie inclinat⁹ quaſi qui terrã cernat. Vergi. li. x. Erectoq; incumbit cernuus armo.

¶ Cerui animalia ꝙ magna cornua gerant quaſi gerui. g. in. c. mutata. Vel ἀπὸ τῶν κεράτων. Hoc eſt a cornibus quae primum binis oriunt̃ ſimplicia quidẽ & recta ad ſubularum ſimilitudinẽ: quãobrem ſubulones per id tempus appellant̃. Hinc ceruinus a. um. pen. p. Mar. Ceruinus gelidum torquet ſic halitus anguem. Et cerui dicunt̃ furcę quae ad caſae ſuſtentationẽ figuntur ad ſimilitudinem cornuũ cerui. Vergi. Atq; humilis habitare caſas & figere ceruos.

⁎ Ceruarius a ceruo: lupũ Ceruariũ a ſimilitudine dicimus: & ouẽ Ceruariã quae ꝓ ceruo imolari ſolebat. Cc.

¶ Ceruiſia decoctio ex fermẽtis & ſorbis cõfecta: quã Bacchus inuenit. Vergi. Et pocula laeti fermenta atq; acidia imitatur vitea ſorbis.

¶ Ceruix poſterior colli pars: quae ab occipitio incipit & tendit ad ſpinã: nam quę anterior eſt gula dicit̃. Ceruicis haec cõmoditas eſt vt ad dexterã ſiniſtramve prorſum retrorſumq; vertat̃ Conſtat eñ ex oſſibus orbiculatim vertebratis ex quibus fit ad circũſpectum facilis. Hinc eſt ꝙ qui flecti nec cogi poſſunt ceruicis durę perhibeant̃. Vnde dicim⁹ hominẽ durae ceruicis: quaſi indomabilem & contumacẽ. Antiqui vero vt Quint. ait ceruices dicebant: primuſq; hortenſius ceruicem dixit. Cic. in Vati. Inflato collo tumidis ceruicibus intuliſti. Cato. Si caput aut ceruices dolent: ea lotio caldo lauito. Amb. de diua Agnete. Quo modo poſſum ad iniuriam ſummi dei ceruices meas lapidibus inclinare. Hinc ceruicoſus pro duro & inexorabili.

¶ Ceruicale & per apocopen ceruical penulti. produ. denominatum a ceruicibus ſignificat ceruicis ſuſtentamentum & munimentum. Hoc enim inſtrumẽto delicatorum ceruices confouentur. Iu. Conducit comites ſellam ceruical amicas. Mar. Tinge caput nardi folio ceruical olebit.

¶ Ceruſa penul. pd. pigmentũ. Hier. ad Furiã. Quid faciat ceruſa in facie Chriſtianae.

⁎ Ceruſſa fit vel per ſe in plumbinarijs officinis vel ramentis plumbi tenuiſſimis ſuper vas aceti aſperrimi impoſitis atq; ita diſtillantibus. Quod ex eo in acetum cecidit arefactum molitur & cribratur iterumq; aceto mixto diuiditur in paſtillos & ęſtate in ſole ſiccatur Potus eius letalis eſt ſine ſpuma argenti unde ceruſſatus. Cc.

¶ Ceryx latine p̃co & caduceator. Vnde Euſe. ſcribit a Nerone cerycas fuiſſe certamine ſuperatos. Sen. ad Serenum: Non vis niſi conſul aut prytanis aut ceryx aut ſuffes adminiſtrare remp. hoc eſt caduceator & magiſtratus ad remp. gerendam. Eſt autem graecum κῆρυξ ἐξ τοῦ κηρύσσειν καὶ ἀνακηρύσσειν. tamen Suidas κῆρυξ ἐν πολέμῳ πρεσβὺς ἐν εἰρήνῃ. ⁎. κῆρυξ ex demõſtrando: & p̃conizo. tamẽ Suidas κῆρυξ. i. in preco bello legatus in pace.

⁎ Ceſpes eſt haerba cum terra euulſa inde Ceſpitari verbum. Cc.

⁎ Ceſtrum inſtrumentũ quo ebur cauatur. Cc.

⁎ Ceſticulus paruum cingulum. Cc.

¶ Ceſſo as. abſtineo: ab opere vaco. Vergi. Et ſi quid ceſſare potes requieſce ſub vmbra. Item Ceſſare tardare remorari. Idem. Ceſſas in vota p̃ceſq;. i. tardus es in vota facienda. Ter. in eu. Paululum ſi ceſſaſſem pe-

thias domi non offendiſſem ita iam adornabat fugam. Huius compoſitum eſt conceſſo. Plau. Poſtq̃ aurora eſt nunq̃ conceſſauimus lauari: aut fricari: aut ornari.

¶ Ceſitium linteolum purum & cādidū. Vide ſupra quia ſcribitur cum dipht. Cæſitium.

¶ Ceſa. Ceſi⁹. & Ceſt⁹. Vide ſupra: q̄m ſcribūť cū ę dipht.

¶ Cetus ceti ſine diph. piſcis maximus in Atlantico mari. Hier. Sicut fuit Ionas in ventre ceti. Am. libro. hexa. Virtute mitigauit mare: diſciplina ſtrauit cetos. Dicitur & Cete neu. gñe. & numero plurali. Hieron. in Gen. Creauit deus cete grandia. Sūt autem cete maiores piſces nō ouium: ſed animal gignentes: tantę magnitudinis: quæ ſi quando ſupernatant fluctib⁹ annare inſulas putes: mōtes altiſſimos ſummis ad cœlum verticibus eminere. Hi etiam teſtudines marinę dicuntur a diuo Hiero. in epiſtola ad Præſidium diaconum ſicut in dictiōe teſtudo videre potes. Cœtus autem cum œ. diph. conuentum ſeu cōgregationem ſignificat a cocundo. i. cōueniendo in vnū Sene. lib. iij. decla. Qui cœtum fecerit capitalis. Qui eleganter ait cœtum nomen eſſe magnæ multitudinis coeuntis ex cōſenſu quodā. Saltem digne exprimit Suidas κῆτος θαλάσσιον θηρίον πολυειδὲς ἐστι γὰρ λέων. ζύγαινα παρδαλις. φύσαλος πρῆστις ἡ λεγομένη μαλλήνη καὶ δυσαυταγώνιστόν ἐστι καὶ κριὸς ἰδεῖν ἰχθύων ζῷον. ✱ Cete marina fera multarū ſpecierū. eſt em̄ leo zygena pardus.

¶ Cetarij dicuntur maiores piſces capientes: ſeu vēdentes dicti ab eo q̄ cete in mari maiora ſunt piſcium genera. Col. lib. ix. Salſamentorum omnium purgamenta q̄ cetariorum officinis euerruntur p̄beri conuenit. Var. Aduertis cetarios cum videre volunt in mari turmas aſcendere in malum alti vt penitus per aquam perſpiciant.

¶ Cetariæ loca iuxta mare ſtagnāte lacu in q̄bus Thynni & alij huiuſmodi piſces capiuntur & ſaliuntur. Plyni. Carteiæ in cetarijs aſſuetus polypus exire &c.

¶ Cetra ſcutū breue loreū: quo (Ser. auctore) vtūť Aphri & Hiſpāi. Ver. Læuas cetra tegit. Hic cetrati dicti ſūt milites cetris muniti: de q̄b⁹ fit mētio apđ Cęſarē & Liuium.

¶ Ceuere pe. prod. eſt clunes mouere: quod fit aut adulādo: aut in re venerea turpia operando & ꝑprie de marib⁹ dr̄. Criſſari vero de mulieribus. Perſi⁹. An romule ceues Hinc ceuetes auctore Probo molles & obſcœni dicunť.

C. ante H.

¶ Chabrias athenienſis philoſophus: & imperator inclytus. Hic dicere ſolebat terribiliorem eſſe exercitum ceruorum duce leone: q̄ leonum duce ceruo.

✱ Cachexia morbus eſt vbi malus corporis habitus eſt: ideoq̄ omnia alimenta corrumpuntur quod fit cum longo morbo fatigata corpora refectionem non accipiunt.

¶ Chære. ſalue. hoc ſyro hebraicoq̄ ſermone appellatur Salomlac ſiue ſalomalac. i. pax tecum. Χαῖρε.

¶ Chalaſis pe. co. tunicæ gen⁹: quod χαλάσιον vocāt: a laxitate: vel vt quidam dicunt nodus tunicę mulicbris quo connexa circa ceruicem tunica ſumitur.

¶ Chalaza. collectio ſub cute buborū & ægyptiæ fabæ ſimilis dolorem ſi tangatur afferens. A latinus grādo dr̄.

✱ Chalazias gemma quæ grandineum colorem & figurā habet adamantinæ duritiæ. Cc.

✱ Chalchites lapis ęrei coloris ſed nigrioris. Cc.

✱ Chalcantum atramenti genus a quadam æris ſimilitudine χάλκανθον enim greci æs dicunt. Cc.

¶ Chalcedonia: ſiue chalcedon vrbs fuit in Aſia iuxta Boſphorū Thraciū ex oppoſito ad Byzātiū. Hāc Megarenſes condidere cæci appellati qui non potius oppoſitū littus elegere in quo iacet conſtātinopolis optimo loco. Hic olim magna ſynodus celebrata eſt q̄ inter octo nūcupantur quibus romana eccleſia præcipuū impertiť honorē.

¶ Chalcis chalcidis vrbs metropolitana in Eubœa regione inſula iuxta Euripum. Vnde chalcidicus. ca. um. Alia eſt in chalcidica regione Syriæ. Alia ē iętholia. Eſt & chalcis auis.

¶ Chalcidius a um. nomen gentile. Chalcidius etiā nomen philoſophi.

¶ Chaldæa cū æ diph. Aſiæ maioris regio Arabię cōterminā plana: fontiū indiga: in qua Babylon ciuitas magna. Chaldęos arphaxat inſtituit: & a ſe arphaxatcos nominauit. vt inquit Ioſephus.

¶ Chalix lapidis genus ex quo deducitur ignis.

¶ Chaleſtra vrbs Theſſaliæ littoralis iuxta quam axius fluuius in mare ęgeum deſcendit.

✱ Callitricha hęrbā dicūt q̄ pulchros facit crines: nā i vino coctū cū ſemine apij adiecto oleo copioſe & fluere ꝓhibet capillū & criſpū denſumq̄ facit. Cc.

¶ Chalame ciuitas pſidis: quę nūc appellať Ctiſiphon.

¶ Chalybes cū y. cor. populi in Pōto iuxta Thermodōtem fluuium ſicut Stra. & Ply. teſtātur. Hi ferrum nudi effodiunt: dicēte Verg. India mittit ebur: molles ſua tura ſabæi. At chalybes nudi ferrū. Poniť tñ quādoq̄ chalybs pro ipſa ferri materia. Ouid. lib. iiij. de faſt. Aes erat in pretio chalybis iā maſſa placebat. Q̄nq̄ pro inſtrumēto ex calybe facto. Ver. Vulnificuſq̄ chalybs. Luc. Chalybem fręnoſq̄ momordit.

¶ Chamus genus fræni dictus q̄ ſit breuis. χαμὸς em̄ breuis dicitur. Hiero. in p̄s. In chamo & fræno maxillas eorum cōnſtringe.

¶ Chamedracontes genera ſerpentum.

¶ Chamęcyſſos. genus hederæ quæ nūq̄ ſe ab humo attollit cōpoſita dictio ex χαμαὶ: quod ē īfimum & κισσὸς hedera. Sic chamæplatani vocantur humiles platani & coactę breuitatis. Chamędaphne puſilla laurus chamæceraſi breues ceraſi.

✱ Chameleū oleū dr̄ ex chamelea frutice ſaxoſo nō altiore palmo folia oleaſtri baccaſq̄ habente. Cc.

✱ Chamezelos hærba eſt ab alijs tomētū dicta: cuius folia ita alba & mollia ſunt vt plane videantur tomētum & ꝓ tomento vſurpentur. Cc.

✱ Chamelon hærba eſt vulgo nota ab odore mali ſic dicta quā medici recētiores chāomillā barbare vocāt. Cc.

¶ Chamel⁹ ꝓ ſimplex ignis cōis aial quadrupes. Hiero. in gē. Sepauit chamelos foetas cū pullis ſuis. Bactricha melos mittūt & arabia vt ſcribit Dio. Sed i hoc differūt q̄ arabici bia i dorſo hñt tubercula hos dromedarios vocāt: ſingula bactriāi. Chamel⁹ vero ꝓ fune nautico quo nautę marias āchoras ligāt gñs maſ. ē: vt ē apud euāgeliū. Facili⁹ ē chamelū ꝓ foramē ac⁹ itrare.

¶ Chamæleon ontis. quaſi paru⁹ leo: aial ē diuerſa varietate cōſpſū: vt pd⁹: & ad colores quos videt cōuerſiōe facillima variať. Naſciť i India. figura & magnitudo ē lacerti niſi q̄ crura hēt recta & excelſiora: latera vētri iūgunť a vt piſcibus & ſpia ſili mō emiet: roſtrū ſiſe ſuillo: cauda ꝓlōga i tenuitatē deſinēs & iplicās ſe vipinis orbibus. vngues adūci: mot⁹ tardior vt teſtudini aſpū corp⁹ vt crocodilo: hēt oclos corpi cōcolores: nūq̄ eos opit. Sol⁹ aialiū nec cibo: nec potu aliť: nec alio q̄ aeris alimēto: latet hyeme vt lacerta. Ab Auicenna dr̄ ſtelio. ſed diuerſum eſſe Hiero. in leui. oñit. cū inq̄t. Megale chamæleon & ſtellio & lacerta & talpa. Oia hæc imūda ſunt. Eſt & gen⁹ hærbe a folioꝝ varietate: mutat em̄ cū terra colores ad ſiſitudinē chamęleōtis aialis. Hāc q̄dā buphonem vocāt.

¶ Chameteræ dicuntur humiles & depreſſæ imagines Chame enim gręcorum aduerbium latine ſignificat humi. Scribit Plynius. libro. xxxvi. ſcopam feciſſe apollinem palatinum Veſtam ſedentem laudatā in ſeruilianis

hortis duaſq; chame teras circa eam. Χαμὼσ θεὸσ ἦν
τυρίων καὶ ἀμμιτῶν ὥσπερ ἡ ἀσάρτη θεὸσ σιδονίων ἣν
ἐλάτρευσε σολομών ✱.i. Χαμὼσ Chamos deus erat ty
riorũ & amẽitũ quẽadmõm Aſtarte deus Sidoniorũ quẽ
coluit Solomon.

℄ Chamelopardalis pe.cor.animal:cuius ad magnitu-
dinẽ chameli proceritas:color pelliſq; pãtherae maculis
veluti florentibus varigata: poſtremę infra aluũ partes
humi ſubcidẽt ſicutim iconibus videm⁹ :humeri pedeſ
q; prio res atq; itẽ pect⁹ pręter cęterorũ mẽbrorũ rationẽ
procera :tenuis ceruix: chamelo caput ſimile. Chamelo
pardalis ẽ aĩal collo ſiſis equo:pedib⁹ & cruribus boui:ca
pite camelo:albis maculis rutilum colorem diſtinguenti
bus.

✱Chamemyrſine frutex ex quo ſcopae fiunt alias Ruſ-
cus: nõnulli ſimilẽ myrtũ vocãt ex quo fit oleum chame
myrſinum.Cc.

✱Chamerepes arbor eſt ex ſpecie dactylorum quae & in
Creta & Sicilia naſcitur:folio latiore ac molli & ad viri-
lia vtiliſſima.Cc.

℄ Chananaea habet diph.in pe. Eſt aũt chananęa Syrię
regio: a chananaeo filio Cham:qui eã regionẽ quae nunc
Iudaea nũcupatur inhabitans a ſe chananaeam nuncupa
uit vt li.antiqui. Ioſephus refert.

℄ Chaõia pars alpeſtris Epiri.licet qñq; ſumatur ꝓ tota
Epiro. Hic chaões populi a Troiano Heleni fratre Cha-
one nominati. Hi moloſſi etiã vt ſcribit Strab.appellati
ſunt a Moloſſo Pyrrhi filio. Verg. Chaoniamq; omnem
Troiano a chaone dixit.

℄ Chaos Heſiodus omniũ rerũ initiũ vocat.ꝙ ante om
nes deos deaſq; natum ſit:in theogonia.ſ.& Orpheus in
principio argonauticorum .ἀρχαίου μὲν πρῶτα χάουσ
ἀμέγαρτον ἀνάγκην κρονίων τε ὥσπερ ἐλόχευσεν ἀπει
ρεσίοισ ὑπ' ὁλκοῖσ αἰθέρα καὶ διφυῆ περιωπέα κυδρὸν
ἔρωτα. ✱.i. veteris principia chaos magnã neceſſitatem
Saturniuſq; quẽadmodũ genuit infinitis reuolutionib⁹
aerem circumſpicuum. ℄ Et iterum appellat confuſam
quondam ab initio vnitatẽ hiãtem :patentemq; in pro
fundũ. Alij appellant materiã caeli & terrae confuſam at
q; informẽ quae primum ex nihilo facta eſt:de qua poſt-
modũ omnia ſingillatim ꝑ ſpecies varias:formaſq; pro
prias prodierunt:de qua ſcriptura loquit̃. Qui fecitũ mũ
dũ de materia informi. Lact. vero ſic habet. Chaos ẽ ru-
dis inordinataeq; materiae confuſa congeries. Nec audiẽ
di ſunt poetae q aiũt chaos in principio fuiſſe.i. cõfuſio-
nẽ rerũ atq; elementorũ poſtea vero deũ diremiſſe omnẽ
illã cõgeriẽ:ſinguliſq; rebus ex cõfuſo aceruo ſeparatis:
in ordinemq; deſcriptis iſtruxiſſe mũdũ pariter & ornaſ-
ſe. Omnia eñ deus fecit ex nihilo. Simplicius in cõmen
tarijs de coelo Ariſtotelis ἤκουσα δὲ ἐγὼ τοὺσ μὲν αἰγυ
πτίουσ ἀστέρασ τηρήσεισ οὐκ ἐλαττόνων ἐτῶν μυριάδων
& mſta alia ✱.i. audiui ego qdẽ ęgyptios ſydera obſeruã
tes nõmin⁹ ſexagita milia. ℄ Eſt aũt hoc nomẽ mono-
ptotõ: Licet Vergi.auctoritate dixerit. A q; chao dẽſos
diuũ. Dictũ chaos ab. χέω fundo:ꝙ fuerit fuſio.i. cõfu-
ſio omniũ elementorum.

℄ Characias genus thytimali:herba ramis digitali craſ
ſitudine cuius ſemẽ cũ melle decoctũ in vſu eſt ad cata-
pocia:hoc eſt pillulas faciẽdas ſoluẽdi alui gr̃a. hanc me
dici corrupto vocabulo cataputiam vocant.

✱Characiã vocãt arundinẽ craſſiorẽ firmiorẽq;:ꝙ apti-
or ſit ſepib⁹ faciẽdis: ꝗppe χαρακοῦν ſepire eſt.Cc.

✱Charaxes frater Sapphus poetrię q captus fuit Rho-
dopes meretricis amore.Cc.

✱Charybdis. vide ſuperius poſt dictionẽ Caryca. Cc.

℄ Charcheſia genus poculi apud grecos forma ꝓcera &
circa mediã partẽ cõpreſſa anſata mediocriter ãſis a ſum
mo ad infimũ ꝑtingẽtibus. Et tribuitur Ioui ſicut Scy-
ph⁹ Herculi:cãthar⁹ libero. Verg. Hic duo rite mero libãs
charcheſia baccho. Hoc gñe poculi aurei donata eſt alc-
mene ab Ioue ꝓ ꝑtio cõcubit⁹. Aſclepiades aũt vir inter
graecos apprime doctus charcheſia a nauali re aeſtimat
dicta. Ait eñ Naualis veli partẽ inferiorẽ pternã vocari
At circa mediã ferẽ ꝑtẽ trachelon dici. ſummã vero par
tẽ charcheſiũ noiari & iñ diffundi in vtrũq; veli latus ea q̃
cornua vocant̃. Sũt etiã q putẽt charcheſia eſſe foramia
q̃ in ſummo malo funes recipiunt. Catul. Lucida qua ſũ
ma ſplendent charcheſia mali.

℄ Characatae vineae.i.pedatę vallatae a gręco χάραξ κοσ
vallũ χαράττω ſculpo ſigno. foe.ge. dũtaxat pedamẽtũ
vitis ſignificat. Col.li.vj. Quę defixis arundinib⁹ circũ-
ſũctae ꝑ ſtatumina calamorũ materijs ligatis i orbiculos
gyroſq; flectũtur. eas nonnulli characatas vocant.

℄ Character latię notamẽ vel lineamẽtũ. vel litura ſignũ
figura :ſtilus dicendi. Vñ litterę characteres dicuntur.

℄ Characteriſmos latine deſignatio vt ẽ apud Iu. Et cal
uo ſeruiret Roma neroni.i. Domitiano.

℄ Charis lati. gr̃a a quo chariſma atis.in eadẽ ſigni.

℄ Charites gratiae tres fuerũt. Aglaea. Talia. & Euphro
ſyne Iouis filiae.

℄ Chariſteũ gen⁹ marmoris viride a χάρισ gratia ꝙ ei⁹
color gratus ſit aſpicientibus.

℄ Chariophilon pe.cor. gen⁹ aromatis & naſcit̃ i India
grãdius & fragilius granis piperis: vt teſtat̃ Ply. Habet-
q; capitella dẽtata ac odoris mediciaeq; gratia ad nos ad
uehit̃ a χαρίεν gratioſum & φίλον amicum charum.

℄ Charientiſmos dici põt gratificatio. Nã χαρίεν qđ eſt
gratũ vel gratioſum. Figura eſt cum dura dictu mitius
& gratius proferuntur.

℄ Chariſtia neu.ge.& numeri pluralis feſta vocabantur
quibus cognati cõueniebãt & munera mutuo mittebant
Ouidi.lib.faſt. Proxia coti dixere chariſtia a χάρισ gr̃a.

℄ Charitas. Vide in dictione caritas.

℄ Charon tis.a poetis dicitur qui trãſuehit tria iferni flu
mina acherontem:ſtigem & cocytum.

✱Charta reqre in Carta. adijceq; quod a charta fiũt char
teus & chartularius adiectiua.Cc.

✱Charta virgo quae nõdũ peperit hoc eſt nõdũ tranſcri
pta eſt dr̃a Mar. Cuſtodit ipſe virginis pater chartae. Pa
rere enim dicunt̃ chartae cũ ex ijs exempla ſumũtur.Cc.

℄ Chartophylacium latię ſcrinium dicitur. Nam φυλα
κὴ cuſtodia. φυλάσσω cuſtodio.

℄ Chaſma atis. latię hiatus fiſſura rictus ὅτι χαίνω ἔνθεν
καὶ χάσμα. χαίνω ẽ hio. Fit aũt chaſma nõ ſolum i coelo
de quo Ply. Fit & hiat⁹ coeli quẽ vocãt chaſma ſed ẽt i ter
ra. Vñ ait iuriſcõ.ti. de cẽſib⁹. Si agri portio chaſmate pe
rierit debebit ꝑ cẽſitorẽ releuari. Ammian⁹ elegãti voca
bulo chaſmaticũ appellat terręmotũ quo patefactis ſub
ito voratinis terrarũ per hiatum abſorbentur.

℄ Charmaſynũ genus ſerici ex eo ꝙ aſpicẽtes delectet.

℄ Chelae ſcorpionũ & cãcrorũ brachia. tñ graece χηλὴ dr̃
vngula ſed ſciſſa vt Theo. gaza li.ij .paediae cyri. Vergi.
Qua locus Erigonẽ iter chelaſq; ſequẽtes. Am. de cãcro
loquẽs. Et piculoſum eſt inqt ſi chelã eius includat. Che
lae ſignũ coeleſte:& dicuntur prima pars ſcorpij.

℄ Chelys animal:teſtudo eſt proprie:ſed capit̃ ꝓ cithara
ex qua Mercurius eã fecit ἀπὸ τῆσ χελώνησ hoc eſt a te-
ſtudine. Nã ex teſtudine primo facta eſt cithara a mercu
rio cõſumpta iã carne ſed ſupſtitibus neruis ꝓprie ergo
chelys teſtudo:chelyon operimentum teſtudinis.

✱Chelydros teſtudo marina. ornat⁹ quidam:quo dona
bantur mulieres. Iuuen. Donant arcana chelydros. Ita
eñ exponitur ab eruditis: q̃uis nõnulli legent cylindros
cum cylindrus aliud ſignificat.

¶ Chelydonia de quo infra herba viſui ſaluberrima ab hirundine mõſtrata a graecis Χελιδὼν & a noſtris hirundo transfertur: a qua chelydonia herba dr̃ ꝙ eo auiũ gn̄e aduentente naſcat̃ & diſcedẽte extinguat̃: ſiue ꝗ hirudines reſtituant oculos pullis ſuis excaecatis ea herba. Itẽ chelidonia vocat̃ fauonius ventus ab octauo Idus martias flans ab hirundinis viſu. Chelidonia etiam eſt ocul⁹ indicae teſtudinis qui eſt lapillus.

¶ Chelenophagi pe. cor. teſtudinum comeſtores. Nam Χελώνη teſtudo dr̃. φάγοι comeſtores. Sũt autem populi carmaniae vt iqt Soli. ꝗ nõ alia ꝙ̃ teſtudinũ carne viuũt.

✗ Chemites ſepulcri ſpẽs ebori ſimilis in quo Darium cõditum ferunt. Cc.

✗ Chelonia gẽma teſtudineo oculo ſimilis. ✗ Chelonitides gẽma ſilis teſtudini aureis qbuſdã guttis iſignis. Cc.

¶ Chenotrophia χηνοτροφία. nãtium volucrũ auiaria.

¶ Chenoboſcion locus vbi anſeres alunt̃. Nam χὴν χηνὸς anſer dicitur.

✗ Chenatopoces ex anſerum ſunt genere quibus p cibis lautioribus vtunt̃ Britanni. Cc.

¶ Chenopus latine anſeris pes dicit̃. Quo nomine dicta eſt herba quae habet effigiem anſerini pedis.

✗ Chenturiones cũ aſpiratione ſcripſerunt antiq. Cc.

✗ Chera rhaphani genus ſilueſtre. Cc.

¶ Cherroneſus p duplex. rr. & vnum. ſ. terra eſt fere vndiꝙ mari cincta χέρ σος manus νῆσος iſula dr̃. Et ob excellentiam ponit̃ p peloponneſo. Dicit̃ & cherronea quę fuit Plutarchi patria clade totius graecię clariſſima. Verũ totius cherroneſi triplex partitio vocat̃. Prior & nobilior pars eſt Aſia quae ab Helleſpõto vſꝙ ad halyn & cappadociam porrigitur: & a mõte tauro in ſeptentrionem verſa ponto ꝓcumbit euxino. Altera ẽ cappadocia quae incipiẽs vbi aſia deſinit orientẽ verſus ad euphratem vſꝙ ꝓcurrit: & ab euxino vſꝙ ad taurum & amanum montẽ in meridiem extendit̃. Tertia eſt omnis plaga quae a ſummis tauri iugis vſꝙ ad mare in auſtrum vergit.

¶ Cherſoneſus idem quod cherroneſus. Nam χέρσος terra manufacta νῆσος inſula.

✗ Cherſina teſtudinis genus terreſtris. Cc.

¶ Cherſydros ſerpẽs qui tam in aquis ꝙ̃ in terris morat̃. nam componit̃ ex χέρσος terra ὕδωρ aqua quaſi viuẽs in terra & in aqua.

¶ Cherubin gn̄is neutri & pluralis numeri ꝓ illo angelorum choro. Cherub vero ſeu cherubim per m tam maſc. ꝙ̃ neutri generis eſt.

¶ Cheoſpes aegypti rex qui celeberrimam illam pyramidem ſtruxit: habuitꝙ in ea tam multa hoim milia opus illic tot annis facientium vt ꝓ apio cepa allio expenſa fuerint mille & ſexaginta talenta.

¶ Chẽnus iſula ẽ: vt Põpo. ſcribit i quodã lacu aegypti.

✗ Chibis herba eſt quam alij Scrotanẽ vocant. Cc.

¶ Chidnei populi iuxta pontum.

¶ Chidorus macedoniae fluuius.

¶ Chilias adis. numerus qui mille cõtinet. Chilia mille. Hinc chiliarchus millenarius.

¶ Chiliarchus ꝗ p̃eſt mille hoibus. Sed i Ro. hiſtorijs ꝓ tribuno militum ita ſemp accipit̃ vt Demarchus ꝓ tribuno plębis. Nam auctore Ioſepho ordo in Roma. militia hic erat vt milites ad centuriones: illi ad tribunos: quos graeci chiliarchos vocant mane conuenirent ſalutatum.

¶ Chilõ vnus ex ſeptẽ ſapiẽtibus: dicũt graeci Labium.

¶ Chilos labrum. Inde chilões: qui labra improbiora habent. Vide in dictione Chilones.

¶ Chimaera cũ. ae. diph. cui⁹ prima corripit̃: latine capella mõs in lycia leonib⁹ & ſerpẽtib⁹ ihabitabilis ꝗ etiã flãmã ad modũ aethnae i Sicilia emittit e ſũmo vertice. Q đ vtiꝙ dedit cãm fabulae vt chimaera mõſtrũ dicat̃ tria capita hñs: vnũ leonis: aliud chimaerae: aliud draconis: cui⁹ capita ignẽ efflãt. Lucre. Prima leo: poſtrema draco: media ipſa chimaera. Ouid. li. vj. met. Quoꝙ chimęra iugo medijs in ꝑtibus hircũ Pect⁹ & ora leae caudã ſerpẽtis hẽbat. Heſiod. τῆς δ᾽ ἦν τρεῖς κεφαλαί μία μὲν χαροποῖο λέοντος. ✗ huí⁹ vero tria erãt capita vnũ qdẽ leonis.

¶ Chimerinos pe. cor. vnus ex coeli circulis: ꝗ capricornũ cõtingit in quo cum ſol eſt: dies breuiſſimi ſũt: & hyemalis interꝑtat̃. Mar. Si daret autũnus mihi nomẽ operi nos eẽt. Horrida ſi brumae ſydera chimerinos. Duae etiã ſunt plagae orbis habitabiles. Quae a nobis habitat̃ θερινὴ a ſcriptoribus noiat̃. Alterã quã incolũt Autuchones chimerine a nobis hyemalis quae ad hauſtrũ deflexa hauſtralis quoꝙ nũcupat̃: cum noſtra ſeptẽtrionibus ſuppoſita ſit.

✗ Chione nobile ſcortum fuit nomẽ hñs ab ardore niuis χιὼν enim graece niuem ſignificat. Cc.

¶ Chios inſula in aegęo ſeu Pamphilio noningẽtorũ ſtadiorũ ambitu: in qua naſcit̃ maſtix. Hęc olim dicta eſt aetholia. Cleobol⁹ chiam appellauit a Chiõe nympha. In hac tẽplũ Apollinis. Vñ chius apollo. Et chij inea habitãtes. Et ꝓmõtoriũ Aruiſiũ a quo aruiſia vina. Et pe. co. hẽt. Luc. li. viij. Quas aſine cautes: & quas chios aſperat vndas. Sunt qui quadrigeminã chiũ eẽ putãt: vt Prima ſit chios inſula. Secũda cariae vrbs ſub monte pelleneo. Tertia in Euboea. Quarta i cherroneſſo rhodiorũ iuxta triopiã. A chios fit chius. a. um. pe. p. Tibu. li. ij. Nec mihi fumoſos veteris ꝓferre phalernos: Cõſulis & chio ſoluite vincla cado. Haec inſula ꝓtulit memorabiles viros: Ionẽ tragicũ Theopõpũ hiſtoricũ & Theocritũ ſophiſtã.

¶ Chiragra pen. cor. manuum dolor χεὶρ manus ἄγρια dolor: atrocitas. Mart. Si nil porrigit haec chiragra eſt. Hinc chirager & chiragricus: qui chiragram habet.

✗ Chiromon panaces genus ab inuentore Chirone centauro foliũ lappato ſimile flos aureus radix parua. Cc.

✗ Chironia vitis quam alij bryoniam dicunt. Cc.

¶ Chirocrates pen. correpta nomen architecti celebris: qui ab aliquibus Dinocrates dici ſolet: apud Plynium lib. xxxiiij.

¶ Chirographus & chirographum manus iſcriptio γράφω ſcribo. Chirographa ſunt quae nos perſcripſimus in fidem alicuius. Aſco. ſcribit chirographa dici i quibus tantum quae geſta ſunt ſcribi ſolẽt. In ſyngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit & nõ numerata quoꝙ pecunia: aut non integre numerata ꝓ temporaria voluntate hominum ſcribi ſolet. Iuue. Vana ſuperuacui dicunt chirographa ligni. Hinc chirographarius a iurecõſultis ponitur pro eo qui ſuo chirographo ſcripſit ſe debitorem in codice.

¶ Chirodita tunica prolixa vltra brachia manus operiens.

¶ Chiromãtia manibus diuinatio νομίζω. enim moueo cum quadam arte vel μαντεία καὶ χείρ.

¶ Chironomia manuum motus. Quinti. legem geſtus interpretatur. Chironomia a χεὶρ manus: & νόμος lex. Sunt enim motus quidam praeſcripti quibus ſaltantes manibus vtuntur. Quod poſitum in graecorum vſu fuit. Apud Rom. autem integris adhuc vrbis moribus in ſolo theatro exercebatur & maxime pyrrhichia ſaltatio Chironomus: & chironomon tis. qui manibus geſticulatur & ludit. Vnde & pro ſtructore ponitur a Iuue. qui lege quadam manuum diuidit aues & caetera eſculenta cum inquit ſpectas chironomanta volanti.

¶ Chirotheca manuum vagina quae etiam manica dici ſolet. Ci. in phil. Solet eñ cito ipſe accipere manicas nec diutius obſidionis metum ſuſtinere.

¶ Chirotheſia manuum impoſitio.

¶ Chirurgia manuũ opatio ἐργια enĩ operatio dr̃ quaſi
manuũ opus eo ꝙ manibꝰ hæc ars exerceatur. Hinc chi
rurgꝰ & chirurgicus medicꝰ vulnerarius. Mar. Chirurgꝰ
fuerat nũc eſt veſpillo diaulus.
¶ Chirogylius echynnus terreſtris: vt eſt apud Leuiticũ
capitulo vndecimo.
¶ Chiron nomẽ medici pſtantis: a cuiꝰ noĩe herba quoqꝫ
dicta ẽ cẽtaurea & chironiũ hulcus qđ maxime fit in pedi
bus & cruribus hñs duas oras callẽtes tumẽteſqꝫ dolore
modico. Dictum ceu chir onis operã deſideret. Fuit hic
chiron cẽtaurꝰ & Achillis magiſter Saturni & Phillyrę fi
lius Oceani filiæ: dimidiꝰ hõ reliqua parte equus q a mr̃e
Phillyrides ẽ dictus. Hic vniuerſos ſuæ ætatis hoĩes bo=
nitate & iuſtitia ſupauit. Nauigauit cũ argonautis: quo=
rũ medicus fuit. Medicinã & herbaꝝ vires inuenit. Medi
cinã æſculapius: citharã achilles: aſtrologiã Hercules: ab
eo didicerũt. Tãdẽ deoꝝ miſeratione cũ ex vulnere obiiſ
ſet relatus eſt ad aſtra & ſagittarium conſtituit.
⁎ Chitrapꝰ podis inſtrumẽtũ ferreũ ſupra qđ Chitra hoc
eſt olla: apud ignem collocatur: vt ĩ ea cibi coquanť. Cc.
⁎ Chytis arabię inſula ẽ in qua lapis topaziꝰ inuenit. Cc.
¶ Chlamys ydis. proprie veſtis militaris pallio pene ad
uerſa cum breuior multo ac ſtrictior ſit. Plau. Puer cape
chlãydẽ & da palliũ. Idẽ ad ornatũ militis ait opus eẽ chla
myde machæra & petaſo. ſimiliter Iul. Pollux de ꝓprie=
tate vocabulorum inter apparatꝰ militares numerat chla
myda. Iureconſulti vero inter veſtimẽta puerilia nume=
rant chlamydes. A chlamyde fit chlamydatus q eſt chla
myde indutus. Plaut. ĩ Pſeu. Quis hic homo chlamyda
tus eſt? aut vnde eſt: aut quẽ q̃ritat? Chlamydula diminu
ti. Idẽ. Tu ſume chlãydulã. Suidas. Χλαμύσ. νουμᾶσ
δεύτεροσ ῥωμαίων βασιλεὺσ πρεσβείασ ἰσαύρων δεξά
μενοσ καὶ τὸ σχῆμα τῆσ φορέσιασ αὐτῶν καταμαθὼν
ἐξ αὐτῶν λαβὼν ἐφεῦρε τῆσ χλαμύδοσ στολήν. ⁎ id eſt
Chlamys. Numa ſecundus rex Romanoꝝ preſbiter ac=
ceptus Iſauroꝝ & formã latiõis ipſoꝝ ediſcẽs. vñ ex ipĩs
capiens adiuenit chlamydis veſtimẽtũ. Et mlta ſubdit.
¶ Chlæna genus veſtimenti quod ſuper alia portabatur
Poſtea læna dicta.
⁎ Chloris Nelei vxor fuit & Neſtoris mater & ſeptẽ alio=
rum filiorum quos omnes Hercules Neſtore dempto in
teremit. ⁎ Coaſpites gẽma eſt a flũine dicta viridis & ful
goris aurei. ⁎ Choatras vnũ ex nominibus Imai mõtis
⁎ Chola ſmaragdi genꝰ ĩ arabia & ĩ edificijs includiť. Cc.
¶ Choa nomen eſt menſuræ.
¶ Cholax nomen paraſiti ab aſſentando. Eſt enim cola
ceuo adulor.
¶ Choenix icis. & choenica æ. nomẽ mẽſuræ quoties ſex
tarius quater aſſumitur. Quidã dicũt eẽ menſurã diurnę
eſcæ. Vñ pythagoreũ ænigma eſt. Sup choenice nõ ſedẽ
dum. hoc eſt non curandum de craſtino eſſe.
¶ Chondros latine granum turis dicitur.
¶ Chobar ꝓpriũ nomẽ fluminis. Et qa graue interpre=
tať: Tigrim & euphratem & oĩa magna & grauiſſima flu
mina q in terra chaldæorũ eẽ perhibẽtur ſignificat. Cho
rus. Vide infra in dictione corus.
¶ Cholera pľi numero & cholerę morbi genus ẽ ꝑcipitis
in quo & vomitꝰ & deiectio ſimul fiũt. Vñ cholerici apud
Celſũ. Accipiť & ꝓ bile. Lãpridꝰ. Alexãder iquit cæſar
iudices qui furtorũ fama laboraſſent ſi caſu aliquo vide=
ret: cõmotiõe animi & ſtomacho cholerã euomebat.
⁎ Cholĩãbi verſꝰ ſũt q & Scazões dicunť dicti quaſi clau
di Iambi gręci enĩ χωλὸν claudum dicunt.
¶ Choragos latine choreæ princeps: & expenſę ſuppedi
tator & chori conuiuijqꝫ magiſter.
¶ Choraules a choro & tibijs dicti ſunt q̃ modulãtur ad
choros: vel q in choro fiſtulas inflãt χορὸσ nãqꝫ chorũ &
tripudiũ ſignif. αὐλὸσ vero fiſtulã ſeu tibiã. q tibijs ad
choreas canũt. Apul. Erat qdẽ iuuenis ſatis corpulẽtus
choraula doctiſſimꝰ. Vñ apđ nos vſitatũ nomẽ ꝓ latino
auledus. Cic. Qui citharœdi eẽ nõ pñt auledi fiũt. Et qa
gratiſſimi pricipibꝰ choraules quoꝝ deliciæ ãbroſię: cho
raules ambroſius dixit Iuuenalis. i. tibicen gratiſſimus.
¶ Chorocithariſtæ qui choro citharizant: ſicut pſallocí
thariſtæ q pſallũt. i. canũt ad citharã. Suc. in Domi. Cer=
tabatur etiam & ꝓſa oꝛone: græce latineqꝫ ac p̃ter citha=
rœdos chorocithariſtæ quoqꝫ & pſallocithariſtæ.
¶ Chorea pe. idifferenter a χορεύω ſalto. Ver. Pars pedi=
bus plaudunt choreas: & carmina dicũt. Idem. Immemo
res noſtri feſtas duxere choreas.
¶ Chorda latine funis. Nam græcum eſt: vt inquit Iul.
Pol. Cordum vero ſine h aliud ſignificat.
¶ Choriãbꝰ pes ex pria & vltima ꝓductis duabꝰ medijs
breuibꝰ vt filiolis. Dictus choriãbꝰ ꝙ iãbicã deſinẽtiã ha
beat: & in choris apud veteres celebratiſſimus extiterit.
¶ Choragiũ iſtrumẽtũ apparatuſqꝫ nuptiaꝝ feraliũ qui
dẽ atqꝫ funebriũ. Feſ. Choragiã ẽ ſcænicũ iſtrumẽtũ quo
ſ. ſcæna inſtruiť & appať: cuiꝰ p̃fectus dr̃ choragꝰ. Plaut.
in pſa. πόθεν. i. vñ ornamẽta ab chorago ſumito dare de
bet. p̃bẽda ędiles locauere. Et in Tri. Ipſa ornamẽta a cho
rago hæc ſũpſit ſuo piculo. Vic. li. v. Poſt ſcænã porticꝰ
ſunt cõſtituendæ vti cũ ĩbres repẽtini ludis interpellaue=
rit hẽat ppľs quo ſe recipiat ex theatro: choragiaqꝫ laxa=
mẽtũ habeant ad cõpandũ vti ſũt porticus pompeianæ.
¶ Chorãnei gñs qđdã hoim ſylueſtre in pſia tantæ velo
citatis vt ceruos comp̄ndant curſu.
¶ Choritus pe. ꝓ. arcꝰ theca: aliqñ & ſagittaꝝ: vt inquit
Ser. Syr. Paruulus ex humero chorytos & aurcꝰ arcus:
Pendenteſqꝫ ſonant aurata lynce pharetræ.
¶ Chorthos gramen in commune ſignificat. ſed p̃cipue
fænum.
⁎ Chranae iſula ẽ q̃ adiacet ſunio atticæ ꝓmontorio deiñ
helene appellata: quia in ea primum Paris cum Helena
cõcubuiſſe dicitur. Cc.
⁎ Chreſton herba ẽ alias cicoriũ appellata. Cc.
¶ Chreſis: latine vſus dicitur. Vnde catachreſis abuſio.
¶ Chriſis latine vnctio dr̃. vñ Chriſtꝰ vnctꝰ. Ideo aũt nos
vnxit quia luctatores contra diabolum fecit: & Chriſma
vnguentum.
⁎ Chryſalis vermis genus. Cc.
⁎ Chryſitis auri ſpuma. Cc.
⁎ Chryſites gemma eſt quæ alio nomine philogynos di
citur oſtreæ ſimilis atticæ. Cc.
⁎ Chryſoberylli berylli quidem pallidiores ſed colorem
aureum fulgore præ ſe ferentes. Eſt enim Beryllus gem
ma proxima Smaragdis. Cc.
⁎ Chryſocarpum hederæ genus. Cc.
⁎ Chryſoptemis filia Agamemnonis & chytẽneſtrę. Cc.
¶ Chryſa ciuitas Phrygiæ. Chryſa inſula Indiæ quam
aureum ſolum habere proditum eſt. Et chryſa fluuius
agri ſyracuſani.
¶ Chryſos cum y dicitur aurum a quo multa deducunť.
¶ Chryſomelon græci appellant arietem illum qui vt ẽ
in fabulis lanam auream habuit.
¶ Chryſomela ſunt poma aurea quæ alio nomine dicũ=
tur armeniaca ꝙ colorem aureum habeant.
¶ Chryſoceras latine auricornu: oppidum eſt apud By
zantium europæ latere chalcedoni vt inquit Stra.
¶ Chryſolitus penulti. corre. lapis precioſus aureo ni=
tore trãſlucẽs χρυσὸσ aurũ λίθοσ lapis quaſi aureus la=
pis. Ouidius. Per iuga chryſoliti poſitæqꝫ ex ordine
gemmæ.
¶ Chryſelectrus ĩ colorẽ lutei coloris electri declinans.
¶ Chryſendetum pen. cor. dici põt auro ligatum. Mart.

videre potes miſeri chryſendeta cinnae.

¶ Chryſophis cui videtur aurum ineſſe.

¶ Chryſogonꝰ nomẽ viri propriũ: compoſitum ex χρυσὸσ aurũ & γόνη foetum ꝙ aurũ vndecũqꝫ pariat. Iuue. Sunt quae Chryſogonũ cantare vetant.

¶ Chryſolampis lapillꝰ noctu ignei coloris: licet die palleſcat.

¶ Chryſoſtomus aureũ os. σόμα. σό dos dicitur.

¶ Chryſocola humor: qui in auri fodinis per venas auri defluit: & craſſeſcente humore rigoribus hibernis vſqꝫ in duritiã pumicis induratᷣ quae ſubtiliſſime cõtuſa auri pictura praebet. Ply. ſcribit haec li. xxxiij. Et infra chryſocola aurifices ſibi vendicant: ad glutinandũ aurũ. Vñ & ipſa appellata eſt. i. auri cola & glutẽ. Chryſocolã terrę genus eſſe quidã dicũt: quã e Macedonia apportari: & illic fodi auctor eſt Victr.

⁎ Chryſocoma. coma aurea. Cc.

¶ Chryſocomus comas aureas habens: quo nomine dictus Apollo a fulgore radiorũ q̃ comae ſunt ſolis aureae.

¶ Chryſippus philoſophus Aſianꝰ Stoicorũ cũ Zenone princeps. Hic Zenonis diſcipulus fuit acutus ſane: vt q multis praeceptoribus repugnauerit: ſtatuã habuit Athenis in ceramico poſitam. In dialectica clariſſimus fuit: ita vt nõ illepide diceret quidã. Si apud deos dialectica haberetur non temere alia eſſet q̃ quae a Chryſippo inuenta fuit. Scripſit librorũ volumina ſupra quinqꝫ & ſeptingenta. Ferunt Carneadẽ philoſopum cyreneum plectis chryſippi libris ita dixiſſe. Niſi chryſippus eſſet ego non eſſem. Componitqꝫ hoc nomẽ ex χρυσὸσ aurũ & ἵπποσ quod eſt equus: quaſi aureus equꝰ. Suidas χρύσιπποσ ἀπολλώνιδου σολεὺσ ἢ ταρσεὺσ φιλόσοφοσ. μαθητὴσ κλεάνθουσ. καθηγησάμενοσ τῆσ στωικῆσ σχολῆσ μετὰ κλεάνθην. i. Chryſippus Appollonidę filius Solẽſis vel Tharſenſis phũs diſcipulus Cleantis ſtoicae ſcholae praeceptor poſt Cleantem.

¶ Chryſopaſſus lapis auro aſperſus πάσσω. n. ſpargo ſignificat.

¶ Cryſopraſus pe. cor. lapis auro admiſtus & porri viriditatẽ habẽs. Nã πράσον ſignificat porrũ. Vnde & praſinus pro viridi.

¶ Chryſoſapidae appellati ſunt milites a clypeis auro cęlatis.

⁎ Chryſopteros gẽma ẽ ſimilis chryſopraſio ſola nobilium gemmarũ limam ſentit. Cc.

¶ Chryſes nomen propriũ vatis Iunonis. Chryſae vero vrbes multae vocantur. Chryſeis fuit chryſę ſacerdotis filia quę a graecis rapta in praedae diſtributione Agamẽnoni contigit. Homerus auct. in pricipio li. j. Iliados. res notiſſima eſt.

⁎ Chryſei ſtellę radios aureos emittere apparentes. Cc.

⁎ Chryſolectrum ſpecies ſuccini. Cc.

⁎ Chryſoteles genus herbę ꝙ aureũ florẽ producat Cc.

⁎ Chryſothoas dictus eſt pactolus Amnis ꝙ auri ramẽta ferat. Cc.

¶ Chromaticus qui nulla verecũdia colorẽ mutat & magis ad verbũ coloratus dici poteſt.

¶ Chronica oꝝ. generis neutri nõ chronica cae. vt indocti vſurpant temporalia dicuntur proprie annales. Inde chroniſmos. i. tpalitas a χρόνοσ tempus. Synchronꝰ cõtẽporaneus. Inueniᷣ & chronicus a. um. Aug. lib. iiij. ci. dei. Nã ſicut ſcribũt q chronicã hiſtoriã proſecuti ſunt. Chronici qui de temporibus ſcribunt. Plyni. lib. xxxv. Quod & ipſiꝰ Timagorę carmine vetuſto apparet chronicorum errore non dubio.

¶ Cronos autem Saturnus dictus eſt.

¶ Cronia oꝝ. Saturni feſta erant.

¶ Chytra & chytron latine olla. Iñ chytrapos odis. olla quae pedes habet: quae & chytrapida ę. dicitur.

C. ante I.

¶ Cibus & victus differunt ſecũdũ Do. ꝙ cibus etiã delicatus prębetur. Victus in paruis andiſqꝫ alimonijs cõſtitutus. Ter. in An. Lana ac tela victũ quaeritans. Quidã hoc nomẽ cũ y ſcribũt & a κυβίσισ quae ẽ pera deducũᷣ eo ꝙ pera cibum feramus.

¶ Cibo as. cibũ infero. Col. libro. ix. Atqꝫ ea genera quę intra ſepta villae cibantur fere perſecuti ſumus.

¶ Cibariũ non ſignifiat locũ vbi reponuntur cibi: ſed ipſum cibum: vt cibaria miſit eis.

¶ Cibarius a. um. quod ad cibum pertinet. Et non ſolũ de pane ſordido ſed etiam de alio idigno dicitur. Cic. li. j. Tuſ. Cui cũ peregrinanti in aegyptũ comitibus nõ ſecutis cibarius in capſa panis datus eſſet nihil viſum illo pane iucũdius. Hier. con. Ioui. Nã cũ monachũ eſſe ſciret & poſt ſordidam tunicã & nudos pedes & cibariũ panẽ & aquę potũ ad candidã veſtem: & nitidam cutem ad mulſum: & elaboratas carnes ad iura apitij & paxanij ad balneas quoqꝫ & fricticulas & popinas ſe conferat.

¶ Cibale quod ad cibũ pertinet. Var. Eſt enim lac omnium rerum quas cibali cauſa cupimus liquentium maxie alibile. Et id ouillum: inde caprinum.

¶ Cicada dicta eſt quaſi cito cadẽs. Viuit enim rore & cito decidit. Cicada ex omnibus quae viuunt ſine ore eſt ꝓ eo aculcatũ quiddã in pectore habet: linguae ſimile: quo rorẽ lambit & pectus ipſum fiſtuloſum: quo vocẽ emittit.

¶ Cicatrix proprie ẽ ſignũ vulneris obducti quaſi circa cutẽ: vel dicta eſt quaſi occaecatrix. Eſt. n. caro calloſa ꝓ cute inducta vbi hiatus vulneris qđ iã coiuit fuerat. Vñ cicatrico a s. pc. cor. quod eſt cicatricem induco.

⁎ Cicatricoſus cicatricibꝰ plenus. Cc.

⁎ Cicatrizo cicatricem induco ſicut Cicatrico. Cc.

¶ Cicer genus leguminis.

¶ Cicercula leguminis genus ſimilis piſo vt ĩquit Col.

¶ Cicera genus leguminis. Palla. lib. iiij. Cicera ſeriture quę diſtat a cicercula ſolo colore.

⁎ Cicerones a Cicere appellati inde Ciceronianus. Cc.

¶ Cichorea & cichoreum vtroqꝫ modo dr̃. Ho. lib. j. car. Me cichoreae leueſqꝫ maluae. Ply. lib. xx. Cichoreum refrigerat in cibo ſumptum.

⁎ Cici herba eſt quã alio noie Ricinũ vocamus. Cc.

⁎ Cicinia parua & gracilis ſerpens in Italia fere veneno carens. Cc.

¶ Cicina auis nocturna.

¶ Cicindula: ſeu cicindella: genus muſcarũ qđ noctu lucet igniũ mõ laterũ & cluniũ colore a graecis lãpiris dicta Quidã noctilucã: alij nitedulã vocãt nõ añ matura pabula aut poſt deſecta cõſpiciᷣ: nũc pennarũ hiatu refulgens nũc cõpſſu obũbrata. Ab hac lychnꝰ pẽſilis: quẽ vulgo lãpadẽ vocãt cicindella appellatur: quae nocte tota ſeruatur accenſa & lampyridis inſtar lucet.

¶ Cicones pc. cor. ppli Thracię iuxta hebrũ fluuiũ ihabitãtes. Ti. Nã ciconũ ille manꝰ aduerſis reppulit vndis

¶ Ciconia auis: q̃ ſerpẽtibus pullos nutrit. Quo etiam noie vocaᷣ lignũ roſtratũ: quo e puteis hauriri aqua ſolet apud Hiſpanos: qđ & ciconiũ a nõnullis dicᷣ. Hiſpani telonẽ dicũt. Itẽ ciconia mẽſurę genus eſt. Col. lib. iiij. Sed huic operi exigẽdo quaſi quãdã machinã commẽti maiores noſtri regulã fabricauerũt i cuius latere virga ꝓminẽs ad eã altitudinẽ qua deprimi ſulcũ oportet cotingit ſũmã ripę ꝑtem. Id genꝰ mẽſurę ciconiã vocãt ruſtici

¶ Ciconius nomẽ eius qui Brixiam condidit.

⁎ Ciconium herba eſt quae paſſim naſcitur quam alio nomine Intubum erraticum vocãt nec eſt heliotropium

vt huius temporis medici ſomniant. Cc.

¶ Cicū mēbrana tenuis malorum punicorum.

¶ Cicur pe. pro. qđ ex fera factū eſt manſuetū: vt aper: ceruus: leo. & qcqd cicurari. i. manſueficri poteſt. Quod em̄ a fero diſcretū eſt id cicur dicitur. Ci. aliæ ſunt feræ a liæ cicures: aliæ natantes: aliæ volucres. Cicur ingeniū dicit̄ mite: ac manſuetū. Et a cico membrana tenui deriuari videt̄. Hinc vecturij quoq; nobiles noiati ſūt cicures.

¶ Cicuro as. māſuefacio verbū vetus qđ alio verbo dicitur exarmo.

¶ Cicuta pe. pro. hærba venenoſa caule viridi & geniculato: altior ſæpe binis cubitis: in cacuminibuſq; ramoſa: folijs coriandri tenuioribus: graui odoratu: ſemine aniſo craſſiori: radice concaua nullus vſus. Nam ſemini tantum & folijs refrigeratoria vis eſt. Serui. docet cicutā eſſe qđ eſt inter cānarū nodos. Verg. Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis Fiſtula.

¶ Cieo es. cio cis. ambo ciui. citum faciūt. Sed cū a cieo es. fit citum. pe. cor. A cio vero producit̄. Oui. li. xi. me. Nec fruit̄ ſomno vigilantib⁹ excita curis. Idem lib. j. de triſ. Accitus toties in genus omne ioci. Et cieo qdem ſignificat moueo. Verg. Coelū terrāq; ciebo. Cio vero voco ꝓprie q̄uis & ꝑ cōmoueo vſurpet̄. Liuius lib. j. Principes vtrinq; pugnā ciebāt. Proprie aūt dixi quoniam vocare aliquo modo mouere eſt: ſicut & mouere vocare adeo vt alterū ꝑ altero quādoq; ſumi poſſe videat̄: vt illud Verg. Miſſenū æolidē: quo nō præſtantior alter Aere ciere viros: martēq; accēdere cantu. Col. li. vij. Cio is poſuit ꝑ cōmoueo. Nullo itaq; tempore & minime æſtate vtilius eſt boues in curſū cōcitari. Nā ea res cit aluum. A cieo igit̄ pro moueo fit cit⁹. i. velox: & cōcitus cōmotus: & ꝑcitus in furorem iracūdiā ve motus. Cito as frequentatiuū: a quo concito. excito: incito: recito: ſuſcito reſuſcito: exuſcito: oſcito: procito. Similiter concieo. & excieo. & ſi qua ſunt alia cōpoſita. Primū ſignificat cōmoueo. Liui. Galli quos prædæ populationūq; conciuerat ſpes. Secūdum foras moueo & excutio. A cio fit excio. Sta. libro. iij. the. Suus excit in arma antiquam tritha deus. A ecio ſiue arcio. ꝓcio. ꝓuoco. ſiue a lōge voco. Percio. pulſo. tango. percutio: & valde commoueo Cōcio ſimul voco: vel ſimul cōmoueo. cōgrego. Hic cōcio onis. Ex quibus etiā fiūt. Concito. excito: ꝑcito: frequentatiua. Porro q̄ præterita & ſupina eadē amborū ſimplicium ſunt: itēq; cōpoſitorū orta eſt non parua interpretādi ea verba difficultas. Nam cito as. frequētatiuū eſt amborū primitiuorū cio & cieo. Ideo aliquando vocito aliqñ frequenter moueo ſignificat. Pro vocito. Ci. in Ver. acti. iiij. Citat̄ re⁹: cauſa agit̄. Pro crebro moueo Col. lib. viij. Ne immaturis hærbis citet̄ alu⁹: eoq; vitio pecus emaciet̄. Igitur nō ſomniculoſe ſpectāda ſunt frequentatiua: cōpoſita: præterita: participiaq; compoſitorū vt quæ vocationis magis proprietatem habent a cio Quæ vero monitionis a cieo ſumūtur.

¶ Cileo les. lui. ſignificat moueo. Vnde & furcillæ q̄ his frumenta cileantur id eſt moueantur.

¶ Cyllenus pe. pro. & per duplex ll. & cū y dictus ē Mercurius q̄ omnē rem ſermone ſine manibus conficiat q̄bus partibus corporis qui carent vocantur κύλλοι id ē mutilati vulgo ſtruprati dicūtur: Siue q̄ in cyllene mōte ſit nutritus Arcadiæ: aut a cyllena nīpha ſit educat⁹.

¶ Cillibe pe. cor. mēſæ rotūdæ. Var. ſcribit cillibā menſā quadratā eſcariā quæ nunc in caſtris a cibo cilliba dicta: poſtea rotunda facta. hæc & cilibantum dicit̄ a cilice poculo græco. i. calice dictum.

¶ Ciliaci χ aſpirata i κ tenuē immutata χιλὸς γὰρ λέγεται τὸ σῖτον ἐν τῷ στομάχῳ. i. χιλὸς enim dicitur cib⁹ in ſtomacho. dicuntur qui ex vitio ſtomachi id eſt ventris profluuium patiuntur. Ply. li. xx. Hippocrates ciliacis & dyſentericis bis coctū cum ſale. Celſus. lib. iiij. In ipſius vero ventriculi porta conſiſtit qui & longus eſſe conſueuit. Ciliacus a græcis nominatur.

¶ Cilicia regio ē (vt Ply. libro. v. teſtat̄) in minori Aſia Syriæ proxima plurima iacēs campo. Tauro mōti ſubiecta: quæ a cilice nomen ſortita eſt. quem priſtina ætas pene vltra æuum memoriæ abſcondit phoenice ortus q̄ apud gentiles antiquior Ioue de primis terræ alumnis habebatur. Hæc regio ab oriēte Amano claudit̄: a ſeptētrione tauri iugis: ab occidente pamphylia. Huius metropolis eſt Tharſos quā interſecat cydn⁹ amnis. ✗ A. cilicia ciliciæ portæ. Cc.

¶ Cilicium a cilicibus populis dictum ē: apud quos vt inquit Var. cilicia primum confecta ſunt. Fiunt autē ex villis hircorum atq; caprarum quæ adhibentur vt Verg. inquit ad excipiendum impetum ſagittarū. Aſco. ſcribit cilicia tecta eſſe de pilis in caſtrorum vſum atq; nautarum. Inde cilicina veſtis.

¶ Cilix nomen proprium phoenicis filij: a quo cilicia & cilix adiectiuum dicitur homo qui e cilicia ortus eſt. cilices pyratæ fuerunt quos Cn. Pōpeius funditus deleuit.

¶ Cilium folliculus quo oculus integitur q̄ cilere mouere ſit. Vel quaſi cælium a cælando q̄ oculum cælet. Inſit ſupercilium quod pilis obtegitur: cuius prima corripitur. Vnde eſt illud in priapeia. Conuenientis latio pone ſupercilium. Nam teſte Ply. libro. xj. Extremæ ambitū genæ ſuperioris antiqui cilium vocauere. Vnde & ſupercilium.

¶ Cilones dicti ſunt quorum capita oblonga & cōpreſſa ſunt. vel quibus frons eminentior eſt ita vt a dextra ſiniſtraq; recisa videatur. Chilones vero cum h ex græco a labijs improbioribus quæ χιλὰ vocant. Vnde piſces improbius labrati chilones dicuntur.

✗ Cima hærbarum ſummitas eſt tam primæ q̄ tertiæ declinationis. Plyni⁹. & homini nō minor rapaciorū gratia q̄ cimarū. Col. frigoribus caules & veri ciata mittit. Cc.

¶ Cimas inſula inter Iſtri oſtia: quæ vt Pompo. ſcribit vrbem habet quam quia Bithini colūt bithinida appellant.

¶ Cimbri populi: qui nūc flamingi germāi: lingua gallica latrones: qui inundatiōe oceani fugati cum gallias atq; Italiam adijſſent: ſedes a ſenatu Ro. petierūt a quo repulſi armis petere conſtituerunt: quod precibus impetrare nequiuerant. Actum erat de Romanis niſi Mari⁹ illo ſæculo contigiſſet a quo primum apud aquas ſextias: mox prope Atheſim debellati: & ad internecionem redacti ſunt. Hi etiam vt docet Dio. vocati ſunt cimerij qui quoniam remotiores ſunt a nobis apud inferos eſſe putantur. Sed Homerus dixit cimerios populos i Aſia Amazonibus proximos qui ex vltimo occidentali oceano aduenerunt. Fertur a Val. maxi. Cimbros & celtiberos in acie gaudio exultare cōſueuiſſe tanq̄ glorioſe & foeliciter vita eſſent exceſſuri. Lamentari vero in morbo quaſi turpiter perituri. Cc.

¶ Cimerij populi Scythici: a quibus Boſphorus cimerius vocatus eſt: in cuius oſtio fuit oppidum Cimerion Horum clima obſcurum eſt: de quibus Homerus. Illis ſoli nunq̄: phaeton ſua lumina ſpargit Pernicioſa ſup nox ſemper tenditur iſtis. Hinc deductum eſt prouerbium: vt dicantur vmbræ cimeriæ. Vnde Lactantius. lib. iiij. O cæcum pectus o mentem cimerijs: vt aiunt: vmbris atriorem. Ephorus ſcribit Cimerios in Italia quoq; fuiſſe iuxta lacum auernum: eoſq; in ſubterraneis habitaſſe domicilijs: quorum morem patrium eſſe: vt nemo ſolem aſpiciat: noctu vero egrediantur. De cimmerijs ita ſcribit Feſtus. Cimerij dicūtur hoies q̄ frigorib⁹

habitatas terras incolunt. quales fuerũt inter baias & cu
mas in ea regione in qua conuallis ſatis eminenti iugo
circũdata ē: quæ neq; matutino: neq; veſpertino tempo
re ſole contingitur.

⁎Cimericus Boſphorus inde nominatur. Cc.

¶ Cimolia creta ab inſula Cimolo qua vtũtur fullones
in veſtibus abluendis. Hanc nunc vulgus terram ſapo
nariã vocat. Hæc & medicamentis apta dicitur.

⁎Cinabula. cunabula. cinæ. cunæ: κῆμειν enim græce pa
rere dicunt: & eniti. Cc.

⁎Cinciorum cognomen Romæ deductũ a cingo. Cc.

⁎Cincia locus Romę vbi cinciorum monumentũ fuit.

¶ Cinędꝰ cum ę diphth. puer ad patiendũ aptus. a κινῶ
moueo: vel experior αἰδοῖα verenda. Alij cinædos pu
dore vacuos appellant. κενὸς enĩ vacuus αἰδὼς pudo
re. Alij interpretãtur ſaltatores vel pantomimos ἀπὸ τοῦ
κινεῖν: q; libidine omnibꝰ anteirent. Plau. in Aul. Ita fu
ſtibus ſum mollior magis q̃ vllus cinædus. Hinc cinędi
cus a. um. Idē in Sti. Lepidã & ſuauem cantationem ali
quã occupito cinædicam.

⁎ Cinnibaris ſanguis eſt draconis elephantorũ mori
entiũ pondere eliſi dũ ſimul pugnant: vtriuſq; animalis
cruore permiſto: nec ē alius color: qui magis proprie ſã
guinem reddat humanũ: Antidotis pręterea medicamē
tiſq; miſcetur. Cc.

¶ Cinnabary per duplex nn. latie cinnabaris: & cinna
ber: vt piperi nos piper. Ply. li. xxix. Et colore dilutũ ci
nabari clariorem fieri.

¶ Cinnamomũ frutetũ in æthiopia qđ ſitu breui naſcit
fiſtulæ duplo præſtans odorifera: & dulcis & cineres co
loris ad medicinæ vſum. Naſcit & i Sabæis in India quæ
hauſtralis eſt.

¶ Cinnamũ ſimilis eſt arbuſcula cũ cinnamomo: vl' ea
dem eſt quæ & cinnamomũ: de qua Ouid. lib. iij. faſ. Ci
nama tum primũ captiuaq; tura dediſti.

¶ Cinnus p duplex nn capillus dr̃. Plau. in Tru. Tictos
cõpoſitos criſpos cinnos tuos vnguentatos. Proprie tñ
cinnus eſt plurimorũ cõmiſtio. Nã ab aliquibus potiões
genus ex multis liquoribus cõfectũ putat. Ci. li. de ora.
Cinnus vtriuſq; particeps vel vtriuſq; querimus exps.
Vñ concinnus a. um. & concinno as fiũt: de qbus alibi.

¶ Cincinni p duplex nn: a κίκι ſpecie olei: vt qbuſdã vi
detur: eoſq; dũtaxat capillos ſignificãt q ita intorti ſunt
vt oleo perfuſi madeſcãt. Inde cicinnati dicunt: q ita ca
pillos habēt. Iuue. Altior hic quare cincinnus. Plaut. in
Tru. Iã ego iſtos fictos cõpoſitos criſpos cicinos tuos
vnguētatos vſq; ex cerebro expellã. Hos capillos Mar.
anulos vocat. Ait enĩ. Vnus de toto peccauerat orbe co
marum Anulus.

¶ Ciner & ciris tã maſ. q̃ fœm. gñis puluis in quē mate
ria vſta redigit. Inde fit cinereus. a. um. vt color cinereꝰ.
Similiter cineraceus a. um. qđ eſt ex colore cineris. Ply.
lib. xxxiij. Terra eſt alia ruffa: alia cineracea. Cinericius
a. um. vt panis ſubcinericius q coctus eſt ſub cinere.

¶ Cinefactũ in cinerem diſſolutũ: a cinefacio: quod ē in
cinerē reduco. Figuratio: vt tepefactũ & labefactũ. Lu
cil. li. iij. Ad vos horrifico cinefactũ te prope cumbet.

¶ Ciniflones a cinere dicti ſunt: & cinelones & cinerarij
p paraſitis ab officio calamiſtrorũ in cinere calefaciēdo
rum quibus matronæ capillos criſpabant. Hor. Cuſto
des lecticæ ciniflones paraſiti.

¶ Cingo is. xi. ctũ. ablo poſt actõ iũgit. Gel. Scuto pe
deſtri & gladio Hiſpanico cinctus cõtra Gallũ conſtitit.
Per tranſlationē cingere ponit p circuire & circũſepire.
Liui. li. j. Nã & muro lapideo cuius exordiũ operis ſabi
no bello turbatũ erat vrbē quã nondũ muniꝰerat cingere
parat. Aliquando tamen accuſatiuo ſolum contentum
eſt. Plynius. Cum eum ſaltum venatores cinxiſſent. Di
ctũ cingo quaſi circũago. Huꝰ compoſita ſunt: Accin
go: circumcingo: diſcingo. De quo in accigo. Incinctꝰ.
Liuius libro. x. Incinctũ gabino cinctu ſuper telum ſtã
tem. Intercingo. Ply. Thebaicus intercinctꝰ aureis gut
tis inuenitur in Aphricæ parte. Præcingo idē quod cin
go. Plau. in bac. Inde hippodromo & palæſtra vbi reue
niſſes domũ cincticulo præcinctus in ſella apud magi
ſtrũ aſſidens tum librũ legens: ſi vnã peccauiſſes ſyllabã
fieret corium tam maculoſum q̃ eſt nutricis pallium. In
terdum præcingere eſt præparare. Vnde præcinctos ſtre
nuos & expeditos dicimus. Procingo: cingo & apparo: a
quo procinctus apparatus bellicꝰ: & expeditus. Ouidi.
Hæc in procinctu carmina facta puta. Plynius. Vinũ cu
ras vigoremq; animi impedit ad procinctum tendenti
bus. Et procincta claſſis vocabatur cũ exercitus cinctus
erat confeſtim pugnaturus. Recingo. retrocingo: vel p
ſimplici ponitur. Oui. li. met. Velant caput tunicaſq; re
cingunt. Succingo ſubtus cingo & ad cingulum alligo
Ci. libro. xij. Phil. Ser. Galbam eodem pugione ſuccin
ctum in caſtra videtis. Et ſuccingere eſt cinctu veſtes ita
colligere vt breuiores videantur. fiatq; homo ad agēdũ
promptior. Vnde & ſuccinctam orationem breuem di
cimus & ſuccincte breuiter. Hinc ſuccingulum balteum
dicimus: & ſuccinctorium veſtis genus breuiſſimę quo
venter: & verenda teguntur: quod & ſemicinctum voca
tur q; medium hominem cingat. i. veſtiat.

¶ Cinctus us. a cingo ſicut cingulum q̃uis & pro veſti
tu ſumatur. Vergilius. Cinctuq; gabino. Huius diminu
tiuum: eſt cincticulus. Plau. in bac. Cincticulo p̃cinctꝰ.

⁎Cinctum gabinum eſſe dicunt togam ſic in tergum re
iectam vt vna eius lacinia reuocata hominē cingat. hoc
genere veſtimenti conſul Romanus vtebatur bellum
indictꝰ. Cc.

⁎Cinniligium quo noua nupta præcingebatur. Cc.

¶ Cingulum hominis cinctorium dicitur: & pro anulo
quandoq; ponitur q; digitum cingat.

¶ Cingula æ. qua cinguntur iumenta. Oui. de reme. Et
noua velocem cingula lędat equum.

⁎Cinxia Iuno dicebatur in nuptijs q; initio cõiugij ſo
lutio cinguli erat quo noua nupta erat cincta. Cc.

⁎Cingrię tibię dicebantur quę licet breuiores eſſent ſub
tilioribus tamē modis inſonabant. Cc.

¶ Cippus inſtrumentũ ad colligãdos pedes. Terra quo
q; in tumulũ coaggregata dicitur Cippus: quandoq; eti
am ſepulchrũ. Hor. in Ser. Mille pedes in fronte trecen
tos cippus in agrũ hic dabat. Præterea cippus columnã
ſignificat. Et eſt nomen viri propriũ. Valer. max. lib. vj.
Genutio Cippo prætore paludato portã egredienti ſub
ito velut cornua emerſerunt.

¶ Circa p̃poſitio eſt: quæ q̃nq; cõponit. & poſtpoſita in
uenit ablo loco cõiunctiõis caſualis. Verg. Quocirca ca
pere ante dolis. Interdum poſtponit circu: vt circũcirca.
Sed cũ præponitur ſignificat iuxta: & tã locũ q̃ numerũ
deſignat: vt circa forum viſus es. Et circa tres annos te
cum manſi.

⁎Circanea auis dicitur quæ volando circuitum facit.

¶ Circiter a circa fit: idēq; ſignificat. Et refert mõ ad tp̃s
vt circiter calendas Iunias. Modo ad locũ. Caſ. Hemina
Lapidē fuiſſe quadratũ circiter in media arce iũctũ can
deliſq; verſum. Modo ad numerũ quē attenuare videt:
vt circiter duo hominum milia cæſa ſunt.

⁎Circumcolumniũ locus eſt circũquaq; porticus habēs
vel ſaltem a tribus lateribus qualia fieri in ruſticis domi
bus ſolent. a gręcis dicitur periſylium. Cc.

¶ Circum præpoſitio acuto accentu deſignetur in vl
tima: ne accuſatiuus nominis circus vel aduerbium

eſſe putetur. Haec & componi ſolet & ſeparari. Separata locũ tantum ſignificat ſicut & compoſita: vt circũ theatrũ. Quandoq; loco aduerbij ponit̃. Verg. An ne vides toto properari littore circũ. Componitur aũt cũ dictionibus ab a incipientibus: vt circũago. c. vt circũcido. d. vt circũduco. e vt circũeo. f vt circũfluo. i. vt circumiacio. a quo circũiectus. L vt circumlinio. m. vt circummunio. n. vt circũnaſcor. p. vt circũpono. q. vt circumquaq; . ſ. vt circũſcribo. t. vt circũtuli. v. vt circũuenio. Verũ iuncta vocalibus integra ſcribi ſed nõ proferri debet: vt circũago: circumeo ſcribantur: ſed proferant̃. circuago: circueo. Vñ Priſ. ait. Circũeo & circũago: & ſimilia nõ paterent̃ eliſionẽ in pronũciatione ſi trãſiret in ſequentem ſyllabã m. Si vero iũgatur cũ c. d. f. q. t. mutat̃ m. i. n. vt circuncido. circundo. circunfero. circunquaq;: circũtuli. Cũ alijs remanet m integra: vt circũſcribo. circũuolo.

❡ Circũago ſignificat circunduco. Apul. Nudũq; hominẽ circũagens omnibus oſtẽdebat. Interdũ inſequor Curti. Nec vulneratũ & fere ſeminecẽ circumagere deſtiterunt. Interdũ retrouerto: conuerto. Ply. in ponte praetenui duabis capellis obuijs e diuerſo cũ circũactum anguſtiae non caperent nec reciprocationem longitudo.

❡ Circũcido pe. pro. Circũſeco. Col. lib. iij. Euſdẽ ſpatij corticẽ circuncidito. & materiẽ delibrato.

⁎ Circũcludo vide cludo.

⁎ Circũcino vide cano.

❡ Circũcolo pe. cor. circumhabito. Liui. li. v. Excepto Venetorum angulo: qui ſinum circũcolunt maris.

⁎ Circundo vide in do.

❡ Circunduco & circũeo inter ſe differunt: quoniam dicimus Hercules circuiuit terram non circũdedit & anul⁹ circũdat digitũ non circũit. Circuitus tamen vtrunq; cõplectitur. Cicero Catoni. Vallo & foſſa circundedit.

❡ Circunfero pe. cor. Circumporto: circũduco. Sal. Fuere item ea tempeſtate qui dicerent Catilinam oratione habita cum ad iuſiurandum populares cõſcios ſceleris ſui adiiceret humani corporis ſanguine vinũ permiſtũ pateris circumtuliſſe. Per tranſlationem circunferre ponitur pro purgare. Vergili⁹ libro. vj. Idem ter ſocios pura circumtulit vnda Spargens rore leui. Nam luſtratio a circulatione dicta eſt vel caede vel victima.

⁎ Circũflecto vide in flecto.

⁎ Circunflexus vndiq; flexus iñ accentus circunflexus ex acuto & graui factus. Ce.

❡ Circunfluo abundo. Ci. in Lel. Et circunfluere omnibus bonis copijs atq; in omni rerum abundantia viuere Proprie tamen circunfluere eſt circum aliquid fluere: decurrere. Plyni⁹. Id oppidum circunfluit amnis. Interdũ cõcurrere. Idẽ. Poſtq̃ variae vndiq; gentes circũfluxere

❡ Circunfluus a. um. quod circũfluit. Claudius. libro. ij. Et aurato trahitur circunflua ponto.

❡ Circunforani ſeu circunforanei: qui circa fora crebro verſari ſolent venditantes aliquid aut ementes aut ſciſcitantes: aut tempus inaniter terentes: aut aduocationẽ quaerentes.

⁎ Circunfundo vide fundo.

❡ Circũiacio circumpono. Aug. in Ser. de Io. Bap. Neceſſe eſt cũ ſummo labore ex hoc mundo rapere palmã ſalutis & quaſi ex cubantibus & circũiectis hoſtibus obſeſſos fructus peruig ili intentione decerpere.

⁎ Circũlino circũloquor circũluceo circumluo: vide in ſuis ſimplicibus.

❡ Circũmitto. Liui. lib. ij. Vicebatq; auxilio paucitas in iugo circũmiſſus veiens in verticem collis.

❡ Circũmũio circũſepio circũroboro. Col. li. iij. Priuſq̃ pomariũ conſtituas: q̃ magnum habere voles circummunito macerie aut foſſa ita vt nõ ſolum pecori ſed nec homini tranſitus ſit.

⁎ Circũnato vide nato.

⁎ Circũnubo vide nubo.

❡ Circũnaſcor. Ply. lib. j. Lacus amans in Aſia circunnaſcente abſinthio inficitur.

⁎ Circumplector amplector. Salluſti⁹. cum mõtẽ vndiq; circũplexis obſideret. Ce.

❡ Circũſido. is. ad obſidendũ eo ſeu me pono. Sallu. in Iug. Igit̃ Iugurtha oppidũ circumſedit & vineis turrib⁹ & machinis omniũ generũ expugnare aggreditur. Circũſideo obſeſſum teneo. Liui. libr. iij. In nos viri armati eſtis agitedũ vbi hic curiam circumſedentis.

❡ Circumſto circũdo. Verg. Circũſtãt animae dextra laeuaq; frequẽtes. Au. ad Hier. paſſiuo' vſus eſt. Q̃ꝫ q̃ nos ing t negociorũ alienorũ eorũq; ſecularũ curis circũſtemur ingẽtibus: tñ ep̃ſę tuae breuitati facile nõ ignoſcerẽ Hinc circumſtantiae quae in vnaquaq; controuerſia quaeri ſolent & quaſi queſtionem circumſtant. Vide in dictione locus.

❡ Circumſiſto is. pro circũdo ponit̃: ſiue ad obtinendũ defendendũ: ſeu offendẽdũ circũ me pono. Li. lib. j. Centuriões armati Metiũ circũſiſtũt. Cęſar. Si quis grauiori vulnere accepto ciderat circũſiſtebant. i. firmabant ſe circum fauentes ei & tela ab eo arcẽtes. Verg. At feſſi tãdem ciues infanda furentem Armati circũſiſtunt.

❡ Circumſcribo ſignificat prout ſonat. Per tranſlationem circũſcribere eſt dolo in re contrahenda atq; cõmertijs aliquẽ bonis priuare: vt apud Senecã de eo qui fratrẽ circũſcripſit in diuiſione haereditatis cum ex altera parte matrẽ fratris: ex altera omnia bona poſuiſſet. Am. p decipere ſimpliciter poſuit. cum inquit. Sicut Adã mulier circũſcripſit ita apoſtolum foemina circumuenit. Aliqñ in bonã partem pro colligere & cõprehendere. Lactãtius. Cuius ſciẽtiae ſummam breuiter circũſcribo vt neq; religio vlla ſine ſapientia ſit nec vlla ſine religione pbanda ſapientia. Columel. Diophanes bithynus vticenſem totum Dionyſij poeni magonis interpretem p multa diffuſum volumina ſex epitomis circumſcripſit.

❡ Circumſpicio. Iuſti. lib. j. Primo latebras circumſpicit. Hinc circũſpecto as. frequentatiuũ. Ter. in Eu. Et ꝑperans venit: quid neſcio circũſpectat.

❡ Circũſpect⁹ qui in omnem partem circũſpectat: hoc eſt prudens & ſagax. Col. lib. j. Nã illa ſolennia ſunt omnibus circũſpectis vt ergaſtuli mancipia recognoſcant: vt explorent an diligẽter vineta ſint: an ipſę ſedes cuſtodiae ſatis tutę ſint.

❡ Circumſpicuus componitur ex circum & ſpicuus. & eum ſignificat qui circumaſpicitur.

❡ Circumuado pe. pro. Liuius de ſecundo bello mace. Repente anceps terror hinc muros aſcendentibus Romanis illic arce capta barbaros circumuaſit.

❡ Circumuenio idem quod circundo. Liuius libro primo. Sed conſilium & imperij ſimulatio fuit vt nec vobis ignorãtibus deſeri vos auerteret̃ a certamine animus: & hoſtibus circũueniri ſe a tergo ratis terror ac fuga iniiceret̃. Aliqñ circũuenire eſt circũmunire. Sal. Praeterea cõſulatũ peteret̃. Ci. Anto. quẽ ſibi collegã fore ſperabat hominẽ nobilẽ familiarẽ & oĩbus neceſſitudinibus circumuentũ. Aliqñ decipere ſeu inſidijs inuoluere. Tractum a venatoribus: qui feras laqueis retibus & canibus circũuenire ſolent. Ci. lib. ij. offi. Suũ quiſq; teneat & neq; tenuiores propter humilitatẽ circũueniantur. nec locupletibus ad ſua: vel tenenda : vel recuperanda obſit inuidia. Aliquando opprimere. Sal. Cumq; optimo litteras mittit ſe falſis criminibus circũuentum. Liui. lib. vj. An placeret foenore circũuentam plebẽ potius q̃ ſortẽ creditam ſoluat corpus in neruum ac ſupplicia dare.

¶ Circũuchọ:is.a quo frequẽtatiuum circũuecto as.qđ
eſt ſepe circũfero.Verg.lib.iij.geo. Singula dũ carptim
circumuectamur amore.
¶ Circũuolito proprie Ver.lib.j.geo. Aut arguta lacus
circũuolitauit hirundo.Col.per tranſlationẽ pro crebro
viſo ſeu pro celeriter circundo vſus eſt. An honeſtius di
xerim mercenarij ſaluatoria mẽdaciſſimum aucupiũ cir
cũuolitantis limina potentiorum.
¶ Circe Solis & perſę nymphę filia:quę habitauit nõ lon
ge a Caieta vrbe cãpanię in monte quodam olim inſula.
Q ui ab ea circeus ſiue circei & circeum oppidũ. Hinc cir
ceienſes populi. Liui.li.vj. Ad hoc latini hernicięꝗ acceſ
ſerũt & circeienſium quidã. Ci.li.iij.de natu.deorũ. Circẽ
quoꝗ coloni noſtri circeienſes religione colũt. Circei ve
ro vt Ply.auctor eſt li.iij.quodam inſula immẽſo quidẽ
mari circũdata ſi Homero credit̃ vbi latium antiquũ ter-
minabatur. Sta.li.v. Poſt Antiũ circeiũ eſt ſtad.cc.&.xc.
mõs mari & paludibus inſtar habẽs inſulę. Habet caſtel-
lum & circes ſacellũ & Mineruę aram. Verg.li.vij. Proxi
ma circeę raduntᷣ littora terrę. Diues inacceſſos vbi ſo-
lis filia lucos Aſſiduo reſonat cãtu. Home.lib.κ.odyſſeę
late proſequit̃:& qđ Mercurius dedit anteq̃ iret ad Circen
ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε γάλακτι δὲ ἔικελον ἄνθος. μῶλυ
δέ μιν καλέουσι θεοί. & ſubdit. καὶ τότ᾽ ἐγὼ κίρκης ἐπέβην
περικαλλέος εὐνῆς. ἀμφίπολοι δ᾽ ἄρα τέως μὲν ἐνὶ μεγά-
ροισι πένοντο τέσσαρες. ✕.i.radix nigra erat flos lacti ſi-
milis:moly ipſã vocãt dij:& ſubdit.tũc ego ipoſitus pul
cro cubili famuli vtiꝗ tunc vt domib⁹ laborãt quatuor.
¶ Circius vẽtus nulli violentia inferior ſic dictus:ꝙ oĩa
turbet ac circũuertat. Hic peculiaris eſt Gallię narbonen
ſis de quo Gel. Galli ventũ ex ſua terra flantẽ quẽ ſęuiſ-
ſimũ patiunt̃ circiũ appellãt a turbine opinor eius ac ver
tigine. Luca. Solus littora turbat Circius & tuta prohi-
bet ſtatione monechi. Vẽtus Circius cũ loquare buccam
implet:armatum hominẽ & plauſtrum oneratũ percellit
Cato. Certum non circium appellat.
¶ Circus omnis in gyrum ambitus a circuo ſecundum
Ser. Eſtꝗ figura plana vna tantũ linea contẽta. in cuius
medio pũctus eſt:a quo omnes lineę ad circũferentiam
ductę inter ſe ſunt ęquales. Et differt circus a globo: ꝙ
circus eſt planities rotunda vt circuitus. Globus ſolidi-
tas vndiꝗ rotunda: vt eſt ſpaera & ſtaminũ glomera. Ci.
de natu.deo. Cũꝗ duę formę p̃ſtantiſſime ſint ex ſolidis
globis. Sic eñ ſphęram interp̃tari licet. Ex plania autẽ
circus aut orbis. Verg.lib.v. Mediaꝗ in valle theatri Cir
cus erat. Et.vj. Lucentẽꝗ globũ lunę titaniaꝗ aſtra. Cir
cus etiã dicit̃ locus muris ſeptus. Vñ circẽſes ludi:ꝙ i cir
co fierẽt. Fuerũtꝗ tres circi Romę. Circus maximus: cir
cus flamini⁹ q & apollinaris:& circus Neronis i vaticano
¶ Circenſes ludi dicti ſunt ꝙ in circo fierẽt: ſiue quaſi cir
cũ enſes. Nam ante facta ſpectacula: vt quidã aſtruũt in-
ter enſes & flumina locis virẽtibus agebãt:& medio in lo
co munera ponebãt:equi vero vinctis curib⁹ a circi car-
ceribus diſcedẽtes ex vno latere recurrentes ad primam
metam reducebant̃. Nam circus oblongus in hemicycli
ſpeciem deſinebat vbi reuoluebantur equi.
¶ Circulus & per ſyncopen circlus paruus circus.
¶ Circulo as.circũdo. Col.li.xij. Iſꝗ debebit ante circu-
lari foſſula quę repleat̃ lapidib⁹ & calce. Sene. Apion to-
tam circulatus eſt gręciam.i.obiuit omnes oras graecię.
¶ Circulatorẽ quandoꝗ accipimus pro ciclico & circun
foraneo qui ſua carmina coronę recitet. Talis ab Hora-
tio vocat̃ ciclicus. Is etiam qui i corona hominũ aliquid
agit circulator appellat̃. Apu. Pręſtigiatorẽ ſtipatũ mor
talibus ſuas fallacias admirãtibus vocat circulatorem.
Sic eñ inquit lib.j. Circulatorem aſpexi equeſtrẽ ſpathã
pręacutã mucrone infeſto deuoraſſe. Paulus iurecõſul.
digeſtis de extraordinarijs crimib⁹. In circulatores q ſer
pẽtes circũferũt:& ꝓponunt. Si cui ob quoꝝ metũ dam-
nũ datum eſt pro modo admiſſi actio dabit̃. Hiero. Pue-
rilia ſunt haec:& circulatorum ludo ſimilia. Hinc
¶ Circulatorius a.um.qđ ad circulatores ſpectat. Vnde
Q uintilianus p̃cipit nobis parandam vim orandi nõ cir
culatoriam voluptatem ſpectantibus.
¶ Circulatim ſignificat per circulos. Sue. in ſummo pu
blico luctu externarũ gẽtium multitudo circulatim ſuo
queꝗ more lamentata eſt.
✕ Circuio qđ & circũeo dicit̃ a circũ & eo: vñ circuit⁹. Cc.
¶ Circuitores docet Vlp. vulgo appellari quibus veſtia
rij vł lintearij dant veſtẽ circũferẽdam vel diſtrahendã.
¶ Circitores publici vrbis cuſtodes.
¶ Circites pe.cor. circuli ex ęre facti.
¶ Circinus pe.cor. Inſtrumentum quo circuli vertendo
deſignantur. Vulgo ſextus dicitur.
¶ Circino as.pe.cor. rotundũ facio. Ouid. Inclinat cur-
ſus & eaſdem circinat auras.
¶ Cirri a quibuſdam appellant̃ capilli contorti ac perin-
de criſpati quales Picus Martius:& alauda & grues in ca
pitibus gerunt. Ouidi. Cirris & a tonſo nomen eſt fortis
ta capillo. Oſtreoꝝ etiam capillamẽta dicunt̃ cirri. Mar.
lib.vij. Et oſtreorũ rapere liuidos cirros. Inde cirratus.i.
capillatus. Perſi. Ten cirratoꝝ cẽtum dictata fuiſſe Pro
nihilo pendas. Alij cirros capillos capitis attõſos putãt:
a graeco κηρω attondeo incido. Cato de liberis educãdis
Itaꝗ arbitrare primũ capillũ puerilẽ demptũ: item cirros
ad Apollinem ponere ſolẽt. Inde Perſius cirratos vocat
pueros qui cum comam nutrierunt eam Veneri cõſecrãt
detonſam.
¶ Cirres ſunt oſtrea quędam capillata. Mar. Teꝗ iuuãt
cirres & pelle malandria cana.
¶ Ciricus inſula fuit in myſia quingentoꝝ fere ſtadioꝝ
ambitu admodum ferax & duobus pontibus iuncta cõ-
tinenti quae iuxta pontem eiuſdem nominis vrbem ha-
buit:& portus duos clauſos & naualia.
✕ Cirthracus balſami genus ſcabro aſpectu incuruũ fru
ctuoſum odoratum. Cc.
¶ Cis & citra differunt ꝙ cis magis ꝓprijs noĩbus flumi
nũ vel montium p̃poni ſolet: reliquis magis citra: vt cis
rhenũ: cis padum: cis alpes. Citra cruorem: citra forũ: ci-
tra templum. Et habet quidem cis ſicut & citra cõtrariam
ſignificationem de vltra. Nam hę particulę Citra: intra:
vltra: vt docet Gel. apud veteres ſingularib⁹ ſyllabis ap
pellabant̃. Cis & vls. Dicebaturꝗ cis tyberim & vls ty-
berim: mox dici coeptum eſt. Citra tyberim & vltra tybe
rim:& intra calẽdas: citra calendas. Componiꝗ poteſt &
ſeparari: vt Ciſalpina gallia & cis padum. Sciẽdũ eſt au-
tem ꝙ q̃uis cis habeat vim localem per tranſlationẽ ta-
men & in tẽpore & in alijs rebus vti poſſumus: vt cis defi
nitum tempus veniſti: ſicut vltra tempus a nobis datum
veniſti. Cis naturę leges hoc eſt minus q̃ patiant̃ naturę
leges. Aliquando ponit̃ pro vltra. Sal. Cis rhenũ atꝗ in
tra mare noſtrum & oceanũ niſi qua in paludib⁹ via fuit
p̃domita. Citra etiã quãdoꝗ pro ſine ponit̃. Col. In agri
cultura voluntas facultaſꝗ citra ſcientiam ſepe magnã
dominis afferũt iacturam. Sueto. in Cęſa. Alijs citra ſe-
natus: populiꝗ auctoritatẽ.i. ſine auctoritate. Q uintili.
lib.j. Tũ neꝗ citra muſicẽ grãmatice poteſt eſſe p̃fecta.
Ply.lib.iij. Citra faſtidiũ nominent̃. Sene. Ede citra cru-
ditatem: bibe citra ebrietatem. Q uãdoꝗ ponit̃ pro ante
vt citra calendas.i.ante calendas. Sueto. in Au. Solebat
etiam citra ſpectaculoꝝ dies ſi quando quid inuſitatũ di
gnumꝗ cognitu &c. Fit autem citra a cis: a citra citer ci
terior citimus.
Ciſalpina gallia quę & citerior gallia:& gallia togata dici

tur a fluuio rubicone finitur. Cuius baſim alpes efficiũt.
¶ Ciſterna locus in quo colligitur aqua pluuia per euri-
pos & canaliculos ſub ſtillicidio poſitos ad imbres ſuſci
piẽdos. Vlp. Ciſterna aquã viuã nõ habet. Et quidẽ ciſter
næ imbribus cõcipiũt: ſed per glaream immiſſã in ſpon-
gias purificatis. Dicta ciſterna φ ſit cis .i. infra terram.
¶ Ciſta genus vaſis cuius dimi. eſt ciſtula a quo fit aliud
dim. ciſtella. Ci. li. i. ad Herẽ. ciſtellã pro vaſe poſuit quo
ſuffragia populi in creãdis magiſtratibus legibuſq; ferẽ-
dis colligebanẽ cum ait. Saturni⁹ legem ferre cœpit: col
legas intercedere: ille nihilominus ciſtellam detulit.
¶ Ciſiũ genus vehiculi biroti: a quo ciſiarij qui ciſiũ re-
gũt. Cice. detulit in quadam cauponula: atq; ſe ibi occul
tans perportauit ad veſperum. Inde Ciſio domũ venit
capite inuoluto. Iuriſcon. li. xx. digeſ. Si caſiarius dũ ce
teros tranſire cõtendit ciſiũ euertit & ſeruũ quaſſauit vel
occidit: puta ex iocato eſſe in eum actionem.
⁎ Ciſſium Perottus duplici. ſſ.
¶ Ciſſe⁹ rex Thracię pr̃ Hecubę vxoris Priami. A quo
Ciſſeis patronymicũ. Euripides in tragœdia: quæ ἑκάβη
inſcribitur. πολύδωρος ἑκάβης ὁ παῖς γεγὼς τῆς κισσέως:
πριάμου τε πατρὸς ὅς μ᾽ ἐπεὶ φρυγῶν πόλιν κίνδυνος ἔσ
χε δορὶ πεσεῖν ἑλληνικῷ δείσας ὑπεξέπεμψε τρωϊκῆς
χθονὸς: πολυμήστορος πρὸς δῶμα θρηϊκίου ξένου. ⁎. i. Po
lydorus hęcubę fili⁹ ciſſeidis: & Priami patris: q me (poſt
φ̃ phrygiã ciuitatẽ periculũ tenuit) emiſit e troica terra in
domũ Polymeſtoris threicij hoſpitis.
⁎ Ciſſimbium ligneũ poculũ ex hedera quod græci κισ-
σύβιον vocãt. Cc.
⁎ Ciſſites gẽma ẽ ad ſimilitudinẽ folij hederę cãdicãs. C.
¶ Ciſpius mons in vrbe roma exquilina in regione de
nomine Ciſpi hominis dict⁹ vt inquit Feſt. Var. li. i. lin.
latin. Exquilinus eſt ciſpius mons ſexticeps apud ędem
Iunonis lucinæ.
⁎ Citanos inſula olim cycladum clariſſima. Cc.
⁎ Citeria appellabaẽ effigies quędam arguta & loquax ri
diculi gr̃a quę in pompa vehi romæ ſolebat. Cc.
¶ Cithara ę. pe. cor. tñ κιθάρα ἐξ τοῦ κιρταεω. inſtrumẽ-
tum muſicum alio nomine lyra appellatur: quã Hieron.
ſcribit effici in modum deltę litteræ cum chordis viginti
quattuor & per digitos varijs vocibus tinnuliſq; ictibus
in diuerſis modis concitari: de qua in dictiõe pſalterium
aliqua dicuntur. Cythera cũ y & e ante r pluralis tñ nũe-
ri. & neutri generis inſula eſt contra cretã vti ſcribit Stra.
In quam ferunt Venerẽ primum vectam concha marina
Vnde & cytherea dicta eſt: cuius ſecunda corripitur. cũ in
primitiuo producatur. Vergil. lib. x. Eſt paphos idalium
q; mihi: ſunt alta cythera. Idẽ. Parce metu cytheræa ma-
nent. Hanc Solinus cythereã a cythereo phœnicis filio
vocauit. Porphyruſſam Ari. a præſtantia purpurarum
Sed porphyrida Plynius. Eſt & cythera vna ex cicladi-
bus inſulis. Et vt Laerti⁹ ſcribit Laconiæ inſula. Cythe
ron vero mõs Bœotię longe a thebis. Oui. li. iij. met. Va
dit vbi feſtus facienda ad ſacra cytheron Cantibus & cla
ra bacchantum voce ſonabat. De hoc tñ in dictione par
naſſus: & in helicone.
¶ Citharœdus qui cithara canit. Iu. Accipis vxorẽ de
qua citharœdus echion. Hic citharœdicus a. um. Suet.
in Ner. Itẽ ſtatuas ſuas citharœdico habitu.
¶ Chithariſtria q̃ cithara canit: ſicut a tympano tympa-
niſtria.
¶ Citharizo as. cithara cano. Hiero. in apoca. Sicut ci-
tharœdorum citharizantium in citharis ſuis.
¶ Cithiriſta promontorium a quo Maſſibiam vſq; naui
gio. xxx. M. paſ. fiunt.
¶ Citharis pen. cor. pileus vel mitra pontificalis. græce
κίθαρις.

¶ Cithiſus ſiue cithiſum arbuſcula quę facile vbiq; pro
uenit vtilis oĩu gñe pecudũ vt inquit Col.
¶ Citra prępoſitio. Vide in dictione cis.
¶ Citrus arbor nobiliſſima quę ſola apud Atlantẽ mon
tẽ in mauritania naſciẽ romanis quondã gratiſſima. Nã
afferebaẽ ad ornamẽta mẽſarum & lectulorũ. Nõ multũ
creſcit & folia habet maiora q̃ laurus. Hinc citreus ea.
eum. vt citreæ mẽſę. Apud Dionẽ cedrũ & poma cedria
pro citro & citrijs appellata inueniuntur. Alteri⁹ tñ gene
ris ſunt citri atlanticæ ex quib⁹ mẽſæ fierent q̃ noſtrates
citri vnde mala medica naſcunẽ. He folio ſpectanẽ arbu
ti fere aut lauri. Atlãticæ cupreſſo fœminę ſiluestri folio
odore caudice. Dicitur & citrũ neutro gñe pro ligno.
¶ Citreũ vt Cloati⁹ ſcribit eſt pſicũ malũ. De quo Ver.
Felicis mali quo nõ prętantius vllum. Oppius li. de ſil-
ueſtribus arboribus. Citra idẽ mal⁹ & pſica. altera gene-
ratur in Italia: & i Media altera. Et paulopoſt de Citreo
Eſt aũt odoratiſſimũ ex quo interiectũ veſti tineas necat
Ferẽ etiã venenis cõtrarium qđ tritũ cũ vino purgatione
bidentes ſeruat viribus ſuis. Generantur autẽ in perſide
mala citrea quæ vulgo narantia dicuntur.
⁎ Citro non ſimplex reperitur. Sed vltro citroq; dicitur
de quo poſtea ſuo loco. Cc.
¶ Citus celer. Sal. Citus mõ: mõ tard⁹ inceſſ⁹. hinc citior
citiſſim⁹. Plau. Nullã ego rẽ citiorẽ apud homines eſſe q̃
famã reor. Citiſſim⁹ oĩm redijt. Cito aduerbiũ. Citius ci
tiſſime. Interdũ citus diciẽ ſeparat⁹. Verg. lib. viij. Haud
procul inde citę metium in diuerſa quadrigæ.
¶ Cito as. frequentatiuũ a cio quod eſt voco. Ci. in Ver.
Citat reũ: nõ reſpõdet. Vide in cieo. Huius cõpoſita ſunt
cõcito pe. cor. quod ſignificat ad irã ꝓuoco. Hic cõcitat⁹
iratus. Gel. erat cũ aliquãto cõcitatior. Incito. recito. Ex
cito. ſuſcito. &c. quæ ſunt in dictione cieo.
¶ Citat⁹ vocat⁹ celer. Apu. Citato nõ teſtudineo greſſu
¶ Citim⁹ pe. cor. ſuplatiuũ a cis. idẽ eſt quod vltim⁹ ex
trem⁹. Et citima vocãẽ q̃ cælo ꝓxia ſunt. Ci. Q uib⁹ erat
ea minia quæ vltia cœlo citima terris luce lucebat aliena.
¶ Ciuis vrbis colonus a cocũdo dict⁹. φ vinculo quo-
dam ſocietatis in vnũ coeat cœtum: & ſub legib⁹ viuat.
Hinc ciuitas q̃ ꝓprie eſt collecta ciuiũ multitudo ad iure
viuendum. Apul. Q uod oĩs ciuitas approbauit. Aliqñ
ciuitas dr̃ ius ciuiũ. Ci. Q ui ciuitate donat⁹ eſt. Vſurpati
ue dr̃ vrbs hoc ẽ ĩpa mœnia: & ędificia. Sic dicim⁹ apud
ciuitatem Mantuam diuum Iamborum natum eẽ abiq;
miraculis florere. Sciendũ φ a ciuis nõ fit cõciuis licet cõ
ſuetudo inualuerit vt conciues paſſim dicamus munici
pes noſtros: cum tamen rectius dicatur hic meus ciuis ẽ
ſiue me⁹ municeps. Sic Cicero ciues ſuos dicit nuſq̃ cõ-
ciues. Nam apud tertiam Tuſculanam legim⁹ (inquit)
librum clitomachi: quem ille euerſa carthagine miſit cõ-
ſolandi cauſa ad captiuos ciues ſuos.
¶ Ciuilis & hoc ciuile quod eſt ciuis ſeu quod ad ciuẽ ꝑ-
tinet: vt ciuilis mos: ciuile ius. Hinc ciuilitas q̃ eſt quaſi ci
uilis mos: & accipiẽ pro moderatione quadã atq; mode-
ſtia magis ciuili hominiq; politico q̃ imperatori conueni
ente: quam in Auguſto fuiſſe ſcribit Sue. Clemẽtię ciui-
litatiſq; inquit eius multa & magna documenta ſunt
Iul. Capitolin⁹ laudat Antoninũ piũ: φ imperatorum
faſtigium ad ſummam ciuilitatem deduxerit.
¶ Ciuicus a. um. pe. cor. Idẽ qđ ciuilis: vt ciuica corona
quam ciuis ciui a quo ſeruatus fuiſſet in prælio teſtẽ vi-
tæ dare ſolebat ex fronde quærna: quoniam cibus anti-
quiſſimus e quercu capi conſueuerat. Augu. li. xviij. ci-
dei. Satis apparet cõſequens vt ad pacem ciuicam pax
domeſtica refertur.
¶ Cius fluuius thracię ex pęonib⁹ & rhodope mõte pro-
fluens.

C.ante.L.

¶Clades a calamis quaſi calamides hoc ē calamitas vel quaſi cades a cadēdo. Vel a κλαδάω quod eſt amputo: frango. Vnde κλάσμα fragmentum & confractio.

¶Clęmēs a claritate mētis: quaſi coeli mēs: & is dicit̃ qui etiā remittit de eo qđ poſſet proſequi. Differt pro Donati ſentētia a placido: q̄ clęmēs ſit circa recte agētes: placidus circa delinquētes. Et clemētis eſt nulli os lędere: placidi arridere oīb⁹: clęmēs animo: placidus vultu. Ter. in adel. Ille ſuā ſemper egit vitam in ocio comis clemēs placidus: nulli lędere os: arridere oībus. Sunt etiā qui clęmētem ideo dici putēt q̄ colat mentē: nec eam vexet iraſcendo. Hinc clęmentia & aduerbiū clęmenter quibus contraria ſunt inclęmentia: & inclęmenter.

¶Clam prępoſitio ſeparatiua eſt & caſualibus tantū pręponitur: vt clam patre hoc egiſti. Quādoq̄ repentur loco aduerbij poſita. Ver. Clam ferro incautū ſuperat ſecurus amorum. Sed oratores prępoſitionē potius accipiūt ſiue iūgatur ablatiuo: vt Priſc. ſentit: ſiue accuſatiuo vt Dona. opinat̃: vt clam me profectus eſt. i. me neſciente. Hinc compoſitum fit perclā quod eſt valde occulte.

¶Clāculum dim. eſt. Ter. in Eu. In cellulam ad te patris penū omnem congerebam clanculum.

¶Clādeſtinus a. um. pe. pro. occultus: quaſi clā de aſtu: hoc eſt vrbe. Manili. lib. j. Et clandeſtinis ſurgētia fraudibus arma. Syri. li. vij. Ceu clādeſtino traheretur foedere bellum.

¶Clandeſtino as. Lucil. Ait eñ dicit clādeſtino tibi qđ commiſſum fuerat.

¶Clamare eſt vociferare. Vnde exclamatio. Quādoq̄ vocare. Plau. Plaudūt partim clamitant me: vt reuertar. Huius compoſita ſunt acclamo, Conclamo. Declamo. Exclamo. Inclamo. Proclamo. Praeclamo. Reclamo. & ſucclamo: quae habent pe. produ.

¶Clamor vox quę clamādo fit & proprie calamorū ſonus: quaſi calamor. Cum eñ arūdines vēto agitant̃ magnam vocē emittunt. Dicitur & clamos ſicut arbos.

¶Clamoſus a. um. a nomiatiuo clamos: qđ clamore obſtrepit vociferaturq̄. Iuue. Securū iubeant clamoſo inſiſtere circo. Qui. Nō turbidus nō clamoſus ſit altercator.

¶Clāgo is. xi. vł gui. tuba cano. gręcū eſt κλάγγω. Clāgor eñ vox tubarū eſt. Hiero. in li. numerorū. Si ſemel clangueris venient ad te principes. Et in Eſaia. Et erit in die illa clanget̃ in tuba magna. Interdū addit̃ tuba: vt in eodē. Filij aaron ſacerdotis clangēt tubis. Hęc enim tria idē ſignificant. Clango: tuba cano: & tuba increpo. Clangor etiā dicit̃ ſonorū anſerū & aliarū rerū conſtrepētium Ci. li. ij. Tuſ. De aquila Iouis ſatelles paſtu dilaniat fero tū iecore optimo farta & ſaciata affatim clāgorem fundit vaſtū. Col. de anſeribus li. ix. Euiſq̄ generis anſer precipue ruſticis grat⁹ eſt: q̄ nec maximā curā poſcit: & ſolertiorē cuſtodiā p̄bet q̄ canis. Nā clāgore ꝓdit inſidiātem.

¶Clanius fluuius campaniae iuxta Acerras vrbē a κλαί υνρ: qđ eſt viola: qua illius ripę abūdare dicuntur: vel vt Macro. exiſtimat a Clanio gygante.

¶Clarium oppidum in cōfinio Colophoniorum: quod non longe ab epheſo eſſe perhibetur.

¶Clarus fluuius e cacuminibus Alpium per plures valles excurrens in Iſtrum intrat.

¶Claros inſula vna ex cycladibus: a qua vt Homerus inquit Apollo clarius dictus eſt.

¶Clarus a. um. proprie dicitur qđ eſt lucidū nō obſcurū vt clara dies. Figurate tamē pro inſigni atq̄ excellēti accipit̃: & eo qui veluti fulgore quodā famę reſplendet: qui & iclytus dicit̃: q̄uis plus ſit inclytus q̄ clarus propter ea quę ibi auget. Hinc clarū hominē: & clara geſta dicimus. Item quoniā quę clara ſunt ab omnibus cernuntur Clarum etiā pro aperto & manifeſto ſumit̃: vt clarus ſermo: clara oratio. Interdū ponit̃ ꝑ audibili. Ter. Dic clare. A clarus fit cōpoſitū Pręclarus: qđ eſt valde clar⁹. Ci. O p̄claꝝ cuſtodē ouiū: vt aiūt: lupū. Aliquādo ſumit̃ pro bono ſeu pro optimo. Idē in Lælio. Actum eſt præclare.

¶Claritas luciditas: vt claritas ſolis. Aliquādo excellētia & ſplēdor: vt Claritas generis: claritas reꝝ geſtarū. Interdū facilitas: vt claritas oratiōis. dicit̃ & claritudo. Sal. Cum pręſertim tam multę varięq̄ ſint artea animi q̄bus ſumma claritudo paratur.

¶Clarifico as. clarum facio: illuſtro.

¶Clareo es. rui. clarus ſum: vł manifeſt⁹ ſeu notus ſum vt claret q̄ mihi ſis inimicus. Turpi. i prima ſignificatiōe. Cuius aduentu hodie claret cypros. Hinc

¶Clareſco: clarus fio. Aug. lib. vj. con. Grādior erat: tā q̄ ſi iſta multo clarius clareſceret totumq̄ occuparet magnitudine. Inde Inclareſco valde clarus fio. Hier. i Exo. Iamq̄ aduenerat tertius dies: & mane inclaruerat.

¶Clarigo as. pe. cor. clare repeto a vocis claritate dictū Ply. lib. xxij. Hac ſemp & legati cū ad hoſtes clarigatū q̄ mitterent̃ vſi. i. res raptas clare repetitū. Nā cū Romani bellū indicere alicui volebāt: pater patratus ꝓficiſcebat̃ ad hoſtiū exercitū & pręfatus quaedā ſolēnia verba clara voce dicebat ſe bellū indicere ob certas cauſas.

¶Clarigatio p̄ter p̄fatam ſignificationē accipit̃ pro talea nūmaria maxime q̄ principis vel reip. edicto cōcedit̃ Liui. lib. viij. Veliternis deiecti muri: ipſi vrbe abducti iuſſi trans tyberim habitare: vti et⁹ q cis tyberim captus fuiſſet ad mille paſ. hoc eſt pōdo clarigatio eēt. Nec prius q̄ ęre pſoluto: is q cepiſſet extra vincula captū haberet.

¶Claſma latine fragmentum & fractio dicitur.

¶Claſſis ęquiuocū nomē ē: ſignificat eñ nauiū multitudinē ἀπὸ τῶν κάλων hoc eſt a lignis q̄uis abuſiue ꝓ vna tātū naui ponat̃. Ver. li. vj. Lycię ductorē claſſis Orontem: Significat & hominū collegia. Nā Liui. de Tul. Serui. rebus geſtis ſcribit vrbē in quiq̄ claſſes diuiſam: cēſumq̄ ab eo inſtitutū fuiſſe rē ſaluberrimā tāto futurā imperio: quo pacis belliq̄ munia nō viritim vt antea: ſed pro habitu pecuniarū fierēt: tū claſſes cēturiaſq̄ ad hūc ordinē ex cēſu deſcripſit. Qui cētū milia ęris aut maiorē cēſum haberēt: inter primarios numerabant̃: & ſub primę claſſis titulo. Ex his octoginta fecit cēturias. xl. ſenū. xl. Iuuenū. Seniores ad vrbis cuſtodiā: iuniores vt foris bellū gererēt. Arma his galea: clypeus: ocreę: lorica: oīa ex ęre hęc: vt tegumēta corporis eēnt. Preterea tela in hoſtē haſtę & gladius. Additę ſunt fabroꝝ duę centurię: q̄ ſine armis ſtipendia facerēt: datū munus: vt machinas in bello ferrarēt. Intra cētū &. lxxv. milia cenſus Secūda claſſis: ex quibus. xx. centurię ſenioꝝ. xx. & iuniorū. Arma vt in ſuperiore p̄ter loricā. Tertia claſſis a. lxxv. ad quinquaginta milia cēſus. Arma vt in ſuperiore p̄ter ocreas In quarta claſſe a quinquaginta ad. xxv. milia cēſus. cēturię. xx. ſeniorum. xx. iuniorū. Arma mutata nihil pręter haſtam: & verutū datū. Quinta claſſis cēturias. xxx. habuit fūdas lapideſq̄ miſſiles gerētes. In his accēſi cornicines tibicines in tres centurias. Ex. xj. poſtea milib⁹ vna centuria. Et fuit haec immunis militia. Significat & claſſis equitū ordines. Ver. Scio me danais e claſſib⁹ vnū. Vnde & claſſis procincta dicit̃ exercitus inſtruct⁹. Apud antiquos claſſes clypeatę dicebant̃: quos nunc exercitus vocamus. Sonitus quoq̄ tubarū & ipſa tuba claſſica nominantur: ſicut a Ver. pro vtroq̄ vſurpatum eſt lib. vij. Claſſica nāq̄ ſonant. Liui. lib. v. Vocatis claſſico ad cōcilium militibus. Et alibi. Cōcionem claſſico aduocari iuſſit. Capit̃ quandoq̄ pro ſigno bellico. Sue. Et ingēti ſpi

ritu claſſicum exorſus pertẽdit ad alteram ripam. Vege.
ſcribit claſſicum dici qđ buccinatores per cornu dicunt:
hoc inſigne videtur imperij quia claſſicum canit̃ impera
tore pręſente: vel cũ in militẽ capitaliter animaduertitur:
quia hoc Imperatoris legibus fieri neceſſe eſt. Item claſ-
ſes teſtes vocabantur qui & claſſici.

℄ Claſſicus a.um. qđ eſt claſſis: vł qđ ad claſſem ptinet
vt claſſicũ bellum: bellum nauale. Prop. lib. ij. Et canerẽ
ſiculę claſſica bella fugae.

℄ Claſſici dicebant̃ nõ omnes qui in claſſibus erant: ſed
primę tantũ claſſis hoies q centũ milia aeris aut amplius
cenſi erãt. Claſſici etiam dicebant̃ pręcones qui tuba vel
cornu iuſſu magiſtratuum ex arce vł circũ muros popu
lum & comitiũ vocabant: dicti a calando. i. vocãdo ſiue
a clãgore. Vnde claſſica pro ipſis tubis. Infra claſſem ve-
ro cęterarũ claſſium qui minore ſumma aeris q̃ qui in pri
ma claſſe cenſebãt. Et claſſici (vt docet Feſtus) dicebant̃
teſtes qui ſignandis teſtamentis adhibebantur.

℄ Claſſiarius idẽ eſt qđ aſſiduus & diligens: quia omniũ
claſſiũ ciues ſemper parati erãt ad omnẽ reip. neceſſitatẽ
propter qđ ab aſſe dando aſſidui dicebant̃. Apul. Et lau
dũ eius claſſiarius atq; aſſiduus praeco. At qui priuatim
quoſcũq; in iudiciũ vocabant iuſſu magiſtratuum dice-
bant̃ Liburni ꝙ fere e liburnia eſſent.

℄ Clathrus & clathrũ vtroq; modo dicit̃. Sunt autẽ cla-
thra ligna q̄bus trãſuerſis aliquid munimus ſepimuſve
vt feneſtras quę ob id clathrę dicunt̃. Et clathrare verbũ
qđ ſignificat clathris claudere. Quo Col. & Plau. vtũtur
Nam in milite Plau. ait. Mirũ eſt facinus quo modo haec
hic trãſire potuerit. Nã certo neq; ſolariũ apud nos neq;
hortus vllus neq; feneſtra niſi clathrata. Col. lib. ix. Spiſ
ſi deinde clathri marginibus infigunt̃: qui ſuper aquam
ſemper emineãt etiã cũ maris aeſtus intumuerit. Idẽ pau-
lopoſt. Satis eſt vacerras inter pedes octonos defigere:
ſeriſq; ita clathrare ne ſpatiorũ laxitas pecudi prębeat fu
gã. Cato clathros poſuit pro lignis q̄b⁹ cauęę muniunt̃.

℄ Claua teli genus: quo Hercules vtebat̃. Eſt eñ fuſtis
teres ad claui ſimilitudinẽ capitatus. Ply. de lino. Iterum
deinde in filo polit̃: alliſum crebro i ſilice ex aqua: tectũq;
rurſus tundit̃ clauis ſemp iniuria melius. Hinc claua her
culis dicta id genus teli quo Hercules vtebatur.

℄ Clauator qui huiuſmodi claua vtebatur.

℄ Clauis eſt qua oſtia arculę: & id genus multa & claudũ
tur & aperiunt̃: a clam: ꝙ q̃ celare volumus hac claudere
ſoleamus. Vnde cõclauia loca quae ſub vna eadẽq; claue
clauſa ſunt. Et conclauatus locus vna claue clauſus. Cla
uem Theodorus Samius primo mõſtrauit: a qua faber
clauicularius.

⁎ Clauis inuẽtorẽ Theodorũ Samiũ fuiſſe cõmemorãt.

℄ Clauicula dimi. a claui. vł quia a claua virga. Ply. Cla
uiculę quoq; ipſę quib⁹ repetũt vites terrę: & ex aqua po-
tae ſiſtunt vomitionum conſuetudinem.

℄ Clauicularius qui clauiculã. i. virgam vel clauẽ gerit.

℄ Clauiger vel clauigerus. Ouid. Clauiger iuidit Vulca
ni occumbere prolem.

℄ Clauatus a. um. qđ eſt clauoꝝ aculeis modo prominẽ
tibus circũdatũ. Nam & clauatę veſtes hĩc vocant̃: quas
vulgus a verrucis clauo ſimilibus verrucatas appellat.

℄ Clauus nauis gubernaculũ ſiue temo ꝙ eã dirigat re-
ctãq; teneat. Ci. in Cato. Ille autẽ clauũ tenẽs quietus ſe-
det in puppi. Itẽ clauus dicit̃ quo quid affigitur a claudẽ
do. Nam ideo clauũ figimus: vt claudat ſeu cõtineat ali-
quid. Et clauus grecę ἧλος gen⁹ tuberculi qđ vulgo cal
lus dicit̃ rotunda ſpecie coloris albi: fit in plantis digitiſ
q; pedũ maxime. Sic appellatus quia ita pungit: vt qua
ſi clauus ferreus infixus videat̃. Nam caro dureſcit i cal-
lum ſemper fere pũgẽtẽ. Quo morbo Silius Italicus in-
teriiſſe fertur. De quo Ply. lib. iij. epiſtolarũ. Modo nun-
ciatus eſt Silius Italicus inedia finiuiſſe vitã: Cauſa mor
tis valitudo erat illi natus iſanabilis clauus cui⁹ tedio ad
mortẽ irreuocabili cõſtantia decurrit. Ply. li. xix. Clauis
pedũ illini itẽ lienis & tẽporũ doloribus. Fiunt & calloſa
quędã in candido oculi tubercula: quę claui nominantur
oculorũ. Arbores quoq; clauũ huiuſmõi patiunt̃: qui &
fungus & patella dicit̃. Praeterea clauus eſt veſtimẽti ge
nus veluti quibuſdã clauis aureis diſtinctũ: qđ & a pluma-
rũ ſimilitudine plumatile vocabatur: & a verrucis clauo
ſimilibus verrucata veſtis. Qꝫ ſi latior ipſa veſtis erat: la
tus clauus dicebat̃. Hac ſoli ſenatores & patricij iduebã-
tur. Vnde laticlauos appellari ſenatores legimus. Hora.
lib. j. ſer. deſcribere volẽs ſenatorẽ dixit. Et latũ demiſit
pectore clauũ. Sue. de Nero. A laticlauo cuius vxorẽ at
trectauerat caeſus. Ab Oui. Clauus ſimpliciter dicit̃ pro
ſenatoria dignitate illo verſu. curia reſtabat claui mẽſura
coacta eſt. Sue. de Au. Clauo nec lato: nec anguſto. Ali
q̃n etiã ſacerdotes & põtifices lato clauo iduebant̃. Sili⁹.
Sacrificã lato veſtẽ diſtinguere clauo. Pręclauũ pars ve-
ſtis erat q̃ ante clauũ texebat̃. Afra. Totũ diem pręclauũ
vnũ texere. Hinc etiã clauata dicunt̃ vł veſtimẽta clauis
intexta: vł calciamẽta clauis confixa. Et clauati ſocci ꝙ
ſola habeant clauis intexta. Clauata vero ſunt veſtimen
ta etiã ſi nõ ex auro: ſed aut ex cocco: aut alijs coloribus
clauos & verrucas habeãt. Lãpri. in Alex. Cõuiuiũ neq;
optimũ: neq; nimis parcũ: ſed nitoris ſummi fuit: ita ta-
mẽ vt pura mãtilia mitterent̃ ſaepius cocco clauata: aura
ta vero nunq̃. Quę autẽ cũ auro: Auroclauata dicuntur
& auroclauatae veſtes a textura aureorũ clauorũ. Vñ Ta
citus imperator interdixit auroclauatis veſtibus.

℄ Clauiculus diminu. a clauo. Quo noie etiam vocatur
capreolus in vite. Col. li. v. Ac ne quę relictę ſunt procel-
lis ventorũ decutiantur: molli & laxo vinculo adſurgen
tis ſubſequi conueniet dum clauiculis ſuis quaſi quibuſ
dam manibus adminicula comprehendãtur. Hic etiam
Pampinus a noſtris: & a grecis helice dicitur.

℄ Clauarius nomen eſt officij quo appellatus eſt Sueto
nij pater: ab eo ꝙ pręfectus fuit donatiuo iperatorio in-
ter milites diſpertiẽdo. Vnde Cor. Tacitus ſcribit claua-
riũ donatiui nomen eſſe qui ait. Seditioſae militũ voces
terrebant clauarium: donatiui nomen eſt.

℄ Claudia nomẽ virginis veſtalis: q̃ cũ in ſuſpitionẽ ſtu
pri veniſſet & ſimulacrũ matris Ideae i vado Tyberis hę
reret: ad cõprobãdã pudicitiã ſuã fertur cingulo duxiſſe
nauem quã multa hominũ milia trahere nequiuerant.

℄ Claudius Claudianus poeta aegyptius: vt gręci & lati
ni eius patriam affirmãt: & ipſe de ſe ſic ſcribit cõtra vul-
gi errorẽ: floruit ſub Theodoſio & Honorio Auguſtis:
eius opera in lucem & priſtinũ nitorem redegit Ponticus
Virunius de vtraq; lingua benemeritus temporibus no
ſtris: & multa vir humanitate: qui inter alia: quae plurima
ſcripſit de rebus nouis & inſolitis aliquando nobis com
mẽtarios in eundem poetam plenos omni genere diſci-
plinarum oſtendit: & quantum poteſt curat iprimere ma
gnos & diffuſos.

⁎ Claudiana tonitrua dicebantur q̃ Claudius pulcher in
ſtituit: vt in ludis poſt Scęnã collectus lapidum ita fieret
vt veri tonitrui ſpeciem repręſentarent.

℄ Claudus quaſi pedibus clauſus. i. impeditus q ex pe
dibus aut cruribus foemoribuſve vitiatis non poſſunt
paſſus facere: nam eos claudunt.

℄ Claudeo es. claudus incedo: qđ claudicare dicere ſole
mus: q̃uis pro errare quãdoq; ponatur per metaphorã.

℄ Claudita ſipſa actio. Ply. Repulſu durioris materiae
claudita tem illico affert.

℄ Claudo is. ſi. ſum. includo. Virg. lib. iij. Geor. Aut in-

tus clauſos ſecū ad præſepia ſeruāt. Interdū claudere ponit̄ pro circuire. Idē. Claudite nymphæ Dictææ nymphę nemorū iam claudite ſaltus. Interdū pro obſiſtere arcere vt apud eundē lib. x. Ecce maris magna claudit nos obiice potus. Vlpia. Clauſos pro vinctis accipit ſi modo ita vincti ſint: vt omni modo erūpere nō poſſint. Interdum pro Claudicare. Sal. Nihil ſocordia claudebat. Idē in hiſto. Equi præ labore claudunt.

⁎Clauſa vulgo dicit̄ quod opponitur aquę deriuādę cōpellendęve ex flumine cauſa. Cc.

❡Clauſtrū in plurali tam maſ. q̄ neu. generis eſt pro loco in quo quid claudit̄. Apud antiquos cloſtra pro clauſtra dicebantur.

❡Clauſtrari⁹ qui claues & cętera ad claudēdū opa facit.

❡Clauſtrinus. pe. pro. qui clauſtri ianuę præeſt. Clauſtrinus a. um. quod eſt clauſtri.

❡Clauſula vocatur ſententia. Hanc gręci perihodon dicunt a breuitate & concluſione.

⁎Clauſuram a clauſtro ſiue a claudendo dicimus. Cc.

❡Clazomene pe. pro. vrbs Ioniæ aſiaticæ quā condidit Paralus. Hęc prius Grina nominabatur vicina colophoni. Vnde & Apollo grinęus dictus eſt apud Virg. quoniā ibi eſſet eius oraculum.

❡Clazomenia inſula quæ Marathuſa dicit̄: a qua clazomenij quos in Męonia ſitos eſſe conſtat.

❡Cleantes nomē philoſophi: qui Zenonis attici ſcholam ſucceſſor excepit. Hic Phanij Aſij filius egregi⁹ pugil cū Athenas veniſſet: & Zenoni adhærens generoſe philoſophatus eſt: & in huſdē pmāſit dogmatis. Celebratus maxime fuit ī labore. Nā cū valde pauper eſſet: mercenariā vitam agebat: & noctu quidē in hortis aquā hauriebat: per diē vero in ſermonibus exercitabat̄. Vñ phreantes appellatus eſt: quaſi puteos hauriens. Tradunt illum: quæ a Zenone audierat oſſibus boum & teſtis fictilibus perſcribere ſolitum cum pecunia nō ſuppeteret ad chartas emendas.

❡Clearchus philoſophus fuit cuius meminit Hieronymus contra Iouinianum.

⁎Cleobulus lydius Euagorę filius vnus ex ſeptem ſapientibus. Cc.

❡Cleone mediocre oppidum diſtat ab Argo ſta. cxx. a corintho. xc. Vnde Cleonæus. a. um. vt leo cleonęus qui & nemeæus. Luca. Ille cleonæi proiecit terga leonis.

⁎Cleopatra ægypti regina inceſtiſſima de qua libri omnes pleni. Cc.

❡Clepo. is. ſi. tū. furor: furto ſurripio: tractū a κλέπτω verbo græco. Vnde cleptū furto ſubtractū. Liui. Si quis clepſit ne populo ſcelus eſto: neue cui cleptū erit. Plaut⁹. Rape: Clepe: Harpaga. Ci. de repub. Nō modo vt ſpartæ rapere vbi & pueri clepere diſcūt. Cleptes latine fur.

❡Clepſydra pe. cor. κλέπτω & ὕδωρ aqua. Nā propriū furacis hominis qui cleptes dicit̄: eſt velare & abſcondere: q̄ clam & per inſidias ſurripuerit. Clepſydra vero duo ſignificat: fontem. ſ. & horologiū aquariū horas aqua dimetiens. Eſt eñ fons Athenis in arce illa Mineruę quondā nunc beatæ Marię virgini cōſecrata. Is per alueū ſubterraneū latentē q; fluens ſtadia. xx. ſurgit tandē in riuos ad vicū phalereū. Erat preterea vas quoddā vitreū gradaliter fiſtulatū qđ ęqualibus dimēſionibus ſignatas horas oſtenderet. Ad cuius etiā fundū erat foramē qđ aquam guttatim emitteret. Et ita horæ per aquæ diminutionem quot eſſent videri poterāt. Itaq; nō abſurde ſiue de fonte ſiue de horologio accipias clepſydra noiat̄ ab aquæ furto: q; aquā aut velet aut furetur. Cæterū. Cic. in ſecunda Tuſculana pro horologio capit cū inqt. Cras ad clepſydrā. Conſimilia ſunt hoc tempore clepſydris vaſcula illa apud nos vſitatiſſima quę in medio inſtar duorū turbinū coarctantur ex quibus puluiſculū per foramen minutū ſenſim delabitur ex parte ſuperiore ī inferiorē: atq; ita legitimū tempus horę metitur: vulgo dicit̄ horologium puluiſculi. Apud veteres oratoribus acturis cauſas forenſes pſcribebat̄ tēpus dicēdi datis clepſydris qbus exhauſtis amplius dicere vetabant̄. Ply. i epiſtolis. Dixerā horis pene quinq;: nam tribus clepſydris quas ſpatioſiſſime acceperam ſunt additæ quattuor.

❡Cleros latine ſors: ſiue ſorte electus. Inde clericus ſortitus dici poteſt. Nā vt Hiero. ad Nepo. ſcribit propterea vocant̄ clerici: quia de ſorte ſunt domini: vel quia dominus ipſe ſors. i. pars clericorū eſt. Et quia vel ipſe pars domini eſt: vł dominū partē habet: talem ſe exhibere debet vt & ipſe poſſideat dominum: & ipſe poſſideatur a domino. Clerus etiam vermiculus aluearibus noxius. Ariſ. Examina infeſtantur clero: ſic eñ vocant vermiculos q in pauimento naſcuntur: ex quibus creſcentibus velut aranea obducitur alueo & faui carie pereunt. Hinc morbus huiuſmodi clerus vocatur: hoc eſt fauus cum fœtu putrefactus. Cum vero morbo/aut ignauia/aut infœcūditate naturali fœtum non peragunt.

❡Clibanus κλίβανος ἑλληνισί λέγεται clibanos græce dicit̄: pe. cor. non eſt proprie furnus ſed forte quid ſimile furno: vł inſtrumētū quo aliquid coquitur ſub teſta: qđ ex ære ſeu ferro fieri ſolet: ſæpe etiā opere figulino. Ply. lib. xix. Cortices quoq; decuſſi clibanis & furnis prebēt vſum. Vnde panis teſtaceus is dicit̄ apud nos quē illi clibanitin. Scribitur a nonnullis cū v. κλύβανος. De hoc & in dictiōe furnus. Col. li. iij. ſcribit ſcrobē clibano ſimilē eē: vt imi⁹ q̄ ſummus patētior ſit: vt lati⁹ radices vagent̄.

❡Cliens quaſi colēs quia debet dñm honorare: & eſt correlatiuū patroni. Nā patronus defenſor cauſæ eſt dictus quaſi pater. Cliens autē defenſione indigens. i. litigator qui patronū colit & ſequit̄: vt ab eo defendat̄. Huius dimi. eſt clientulus. Aliquādo tamen cliēs ponit̄ pro ſectatore & qui ſub tutela alterius & pene famulus eſt.

⁎Clientum veteres pro clientem dixere. Cc.

❡Clientela: clientum multitudo: necnō & eorū qui potētem aliquem ciuem principēve fauore proſequunt̄: & cuius dignitatē factionemq; tutātur ducti aliqua mercede vł beneficio. Similiter clientela dicit̄ clientium officium erga patronos. Item dicitur clientium ſiue cliētarum genus. Cato enim Clienta fœmina dixit.

❡Clima atis. regio. Et clima apud Varronē quoquouerſus pedum eſt ſexaginta.

❡Climax: latine ſcala: & figura quæ dicitur gradatio vt apud Oui. Viderat hāc: viſamq; cupit: potiturq; cupita. Hinc climatericus a. um. ſcalarius. Ply. in epiſtola ad caluiſiū. Habes climatericū tempus: ſed euades. Ply. alter li. vij. natu. hiſtoriæ climateras nuncupauit legem ſcanſilē. Scāſili inquit annorū lege occidua quā climateras appellāt. Climatericum tempus dubioſum dicit̄: quoniam chaldæi climateras appellant pericula vitę: fortunarūq; hominū: q̄ fieri grauiſſima i ſeptenarijs dicunt̄. Nā ſeptimū quēq; annum periculoſum eſſe Cenſorinus autumat. Alij Climatera periculoſum eſſe dicūt annum ſexageſimū tertium. Vnde Auguſtus ad Caium nepotē. Nam vt vides climatera cōmunem ſeniorū omniū tertiū & ſexageſimū annum euaſimus. Si quis hanc materiam diffuſius noſcere cupit cenſorium adeat.

❡Cline latine lectus: lectica: menſa. Inde Hexaclinos torus diſcubitorius qui ſex capiebat. Mar. Et teſtudineum menſus quater hexaclinon.

⁎Clingo veteres pro cingo vſurparunt. Cc.

❡Clinopale palæſtra lecti dicitur. κλίνη græce lectus: & dicitur dimi. clinidion. i. lectulus πάλη palæſtra ſiue lucta. Sue. in Domi. Aſſiduitatem concubitus velut exer

citationis genus clinopalen vocabat. Sic Virgi. nocturna bella nominat colluctationes venereas: & ab Apuleio militia amatoria dicitur.

¶ Clinicus pe. cor. medicus qui curat medicamentis dictus a lectis ægrotantiũ quos frequentare ſolet quaſi lecticularius. Mar. Sote filia clinici. i. medici. Dicunt & clinici qui ita morbo affecti ſunt: vt ſurgere e lecto nõ poſſint: nullaq; amplius de eorum ſalute ſpes eſt. Vnde legimus Petronillam volũtate Petri apoſtoli clinicam factã quaſi parabiticã ſideratam ve: proptereaq; decumbẽtem grabato quem greci clinen vocant.

¶ Clino as. græcũ eſt: & ſignificat inclino licet non ſit in vſu: eius tamen cõpoſita vſurpantur: quæ ſunt acclino: declino: inclino: & reclino: pe. pro. Virg. lib. xij. Defigũt telluri haſtas & ſcuta reclinant. Cliſis inclinatio.

¶ Clio vna muſarum ἀπὸ τοῦ κλέουσ a gloria q poetis gloria a compoſitis naſcatur libris. Heſiodus in theogonia ἐννέα θυγατέρεσ μεγάλου Διὸσ ἐκγεγαυῖαι. κλειώ τ' εὐτέρπη τε. θάλειά τε. μελπομένη τε. τερψιχόρη τ'. ἐρατώ τε. πολύμνιά τ' οὐρανίη τε καλλιόπη θ' ἡ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων. ✠. i. nouẽ filię magni Iouis. Clioq; euterpeq; thaliaq; melpomeneq; terpſichoreq; eratoq; polymniaq; vraniaq; calliopeq; hęc oim pręſtantiſſima eſt.

¶ Cliſius nomen fluuij in agro Brixiano.

¶ Clitorius: fons Arcadię: qui ſemel potus vini odium facit. Ouid. lib. xv. me. Clitorio quicunq; ſitim de fonte leuauit: Vina fugit.

¶ Clitomachus pe. cor. philoſophus carthaginẽſis qui Athenas venit annos natus quadragita: audiuitq; Carneadem: cuius & ſuceſſor fuit: tres ſectas ſectatus academicorũ peripateticorũ & ſtoicorũ. Supra quadragita volumina cõdidit. De quo Cic. lib. iij. Tuſ. mentionẽ facit.

¶ Clitellæ dicuntur non tantum quibus ſarcinæ colligatæ mulis: & id genus veterinis portantur: qui vulgo baſti vocantur: dictę q huiuſmodi animalis ornamentum ſit. Hora. in ſaty. Hinc muli clitellas tẽpore ponunt. Sed etiã locus Romę propter ſimilitudinem. Et in via flaminea loca quædam deuexa ſubinde & accliuia: quo etiam nomine appellatur quoddam tormenti genus.

¶ Clitellarius qui clitellis vtitur. Vnde clitellarij muli dicunt: q neq; ephippiati ſũt/neq; deſultorij: nec bigas aut quadrigas: aut currus ducunt: ſed clitellati ferunt onera. Plau. in muſ. Muliones mulos clitellarios habẽt: ego habeo homies clitellarios: magni ſunt oneris: quicquid imponas vehunt.

¶ Clitumnus vmbrię fluuius: de quo Ply. lib. xij. ſcribit q animalia q̃ eũ potauerint albos foetus creãt a κλειτὸσ celebris quaſi celebris amnis. Silius. Et lauat ingẽtẽ perfundens flumine ſacro Clitumnus taurum.

¶ Cliuia auſpicia inquit Feſtus: q̃ aliquid fieri prohibebãt. Nam & omnia difficilia & ardua nominabant cliuia vnde cliuus qui eſt locus molliter arduus & pro colle ponit. Hiero. li. ij. Re. Porro Dauid aſcendebat cliuũ oliuarũ. Eſt & cliuus cuius cõpoſita poſſunt eſſe tam ſecundæ q̃ tertię decli. vt Accliuus a. um. & Accliuis & hoc Accliue. Decliuus & decliuis: Procliuus & ꝓcliuis. quę habent pe. prod. Dictus cliuus a clino pro inclino.

¶ Cloacæ pe. produ. loca caua per quæ colluuies fluit: a cloacare: qđ eſt inquinare: ſiue a colluendo quaſi colluacæ. Fiſtulæ quoq; foſſę vbi & vię illæ ſubterraneę parietibus in modũ aquęductuũ munitę per quas aquę pluuiæ extra vrbẽ vel fluuiũ dilabũtur: cloacę dicuntur: q vrbẽ immundicijs purgent. A Clodio albanorum duce dictę. Plau. vero in Cur. Per ſtomachũ immundę vetulæ aluũ cloacam nominauit. Age effunde hoc cito i barathrum propere prolue cloacam.

✠ Cloacalę Cato dixit flumen pro cloacarum omnium colluuie. Cc.

¶ Cloſter latine filum vel nexus.

¶ Cloſtra a claudendo quaſi clauſtra.

¶ Clotho vna ex furijs infernalibus græce κλώθω circũuoluo: neo: deſtruo. Orpheus i hymnis aliqua dicit: ſed in magica ſua multa & obſcura vt mihi vir diuin⁹ videatur. Heſiodus autẽ i theogonia dicit Themidos filias & Iouis Clotho Lacheſin & Atropõ. μοίρασ θ'. ᾗσ πλείστην τιμὴν πόρε μητίετα ζεὺσ κλώθω τε λάχεσίν τε καὶ ἄτροπον αἵτε διδοῦσι θνητοῖσ ἀνθρώποισιν ἔχειν ἀγαθόν τε κακόν τε. ✠. i. parcas quibus plurimũ honorem præbuit conſiliarius Iupiter clothoq; lacheſinq; & atropõ q̃ mortalib⁹ hominibus dant & bonum & malum.

¶ Cludo is. idem qđ claudo: quo veteres vtebantur. Vnde in veteribus numiſmatibus legimus Ianũ cluſit. Huius compoſita magis ſunt in vſu. Accludo vt in Gene. Egreſſus ad eos Loth poſt tergum accludens hoſtiũ ait. Concludo: circũcludo: excludo: includo: intercludo: introcludo. Occludo. Plau. Occluſit oſtium ancillæ. Præcludo: antecludo. Col. lib. vij. Hirudo adhærens faucib⁹ ſanguinem ducit: & incremento ſuo tranſitum cibis præcludit. Recludo aperio. Virg. Veteres tellure recludit theſauros. Secludo ſeorſum claudo. Subtercludo. quæ habent pe. produ.

¶ Clunæ ſunt folliculi hordei.

¶ Clunes nates ſiue natium tumor: tam maſc. q̃ foemi. gene. Plau. Quaſi lupus ab armis valeo: clunes ifractos gero. Hora. Quæ pulchrę clunes: breue q caput: ardua ceruix. Ab hoc ſimias clunas appellatas volunt: q clunes tritas gerant. Huius dimi. eſt clunicula. Gel. Cæterarum auium atq; altilium niſi tantum apponatur: vt a clunicalis inferiore parte ſaturi fiant.

¶ Clunaculum culter ſanguinarius q ad clunes dependeat: vel quia clunes beſtiarum diuidat.

¶ Cluo is. Cluere duo ſignificat. Nam & pro verbo eſſe capitur: vt apud Lucil. Et pugnare. Vnde cluacina Ven⁹ & clypeus: qui a cluendo. i. pugnando deducitur.

¶ Clupea ciuitas aphricæ vicina Carthagini.

✠ Cluſius dictus eſt Ianus: quia pace tẽpli ei⁹ portę clauduntur. Vergi. Claudẽtur belli portę furor impius intus Seua ſedens ſuper arma & centum vinctus ahenis. Cc.

¶ Clymene. pe. corrept. Promethei mater. Oceani filia: & Iapeti vxor.

¶ Clypeus & clypeum: ſiue clupeus y in u conuerſa proprie. Clypei ſcuta maiora ſunt & tãtum peditũ ſicuti docet Ser. Scuta equitum. Liu. lib. vj. Clypeis ante Romani vſi ſunt: deinde poſtq̃ ſtipẽdiarij facti ſunt: ſcuta pro clypeis fecere. Dicti clypei q celent totum corpus: vel a cleperequđ eſt furari ab ictibus. Var. a cauus deriuat. Ply. lib. xxxv. ἀπὸ τοῦ γλύφειν hoc eſt a ſculpendo cælãdo q; deducit: ita vt dicatur clypeus quaſi γλυπτόσ. i. ſculptus g in c mutata. Scutis enim qualibus pugnatum eſt apud troiam continebant imagines. Vnde & nomen habuerũt clypeorũ. Vel quia κλέπτω furor & celo quia totũ hominẽ teget immo plures tanq̃ vna porta eſt.

¶ Clyſter eris. pe. prod. qđ & clyſterium dicitur ἀπὸ τοῦ κλύζειν qđ eſt abluere. Nam clyſtere aluum ægrotãtium lauare ſeu purgare ſolemus. Ply. Cucurbita infuſa clyſteribus inteſtinorũ omniũ vitijs medetur. Macer tamen huius nois pe. corripit. Appoſitus digitis aut intus clyſtere fuſis. Qđ autem in orificium durum ponitur ad excrementũ prouocandũ & vulgo ſuppoſitorium dicit doctia glandis ſpecie balanum dixere.

¶ Clyſmus latine purgatio ſiue lotio dicitur.

¶ Clytẽneſtra nomen proprium mulieris q̃ ob amorem adulteri virum occidit. De qua Euripi. in Oreſte & multa alia Homerus in Odyſſea quæ nota ſunt.

⁎Clytia vna ex nymphis oceani a gl'ia dicta κλέος em̄ gloriam ſignificat. Cc.

C. ante. N. et. O.

¶ Cnidos eſt vna ex cycladibus inſula.

⁎Coaceruo vide Aceruo.

¶ Coaceſco ex con & aceſco: ſed n abijcitur: & ſignificat coaceſcere ſimul ſeu totū acidum fieri. Cic. in Ca. Vt em̄ non omne vinum ſic non omnis ætas naturæ vetuſtate coaceſcit. Hie. per tranſlationem in prologo Salo. Neq; enim ſic noua cudimus: vt vetera deſtruamus: & tamen cum diligentiſſime legerit ſciat magis noſtra ſcripta intelligi: quę non in tertiū vas tranſfuſa coacuerint: ſed ſtatim de prelo puriſſimę cōmendata teſtę ſuum ſaporē ſeruauerint. Coacuerint. i. corruptionem ſenſerint.

¶ Coagmenta coniunctiones arctę & compares a cogēdo. i. ſtringendo. Hinc

¶ Coagmento as. coniungo & compares cōiunctione cogo ac ſtringo. Ci. in Ca. Viuēdi finis eſt optimus cum integra mēte certiſq; ſenſibus opus ipſa ſuum eadem q̄ coagmentauit natura diſſoluit. Ply. Paſſiuum protulit. Mox pluribꝰ coagmentatꝰ nucleis: & his ſepati veſtitis.

¶ Coagulū a cogēdo. i. colligēdo ſiue ſtringēdo dicitꝰ ea pars viſcerū qua ad dēſandū lac vtimur. Tibu. Et miſcere nouo docuiſſe coagula lacte. Quicquid dēſat ac cōiūgit coagulū dicitꝰ. Gel. Vinculū illud coagulū animi atq; amoris. Et coagulū herba eſt ſed potiꝰ ſpōgia aquarum dulciū quā alij ſtruniū alij ſtrygnon alij conſeruā vocant

¶ Coagulo as. cogo cōſtringo: verbū actiuum: vt eſt illud Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum. Gel. Semen in vtero mulieris primis ſeptem diebus conglobatꝰ: coagulatur. fitq; ad capiendam figuram idoneum.

¶ Coaleſco. is. coalui. concreſco. Li. lib. j. Vocata ad cōciliū multitudine quę coaleſcere in populi vnius corpus nulla re pterq̄ legibꝰ potuit: iura dedit. Sal. Hi poſtq̄ cōuenerūt i vna moenia diſpari genere diſſimili lingua alij alio more viuētes incredibile memoratu eſt q̄ facile coaluerūt. Coaluerūt nō eſt a coalo: quoniā ſignificatio actiua ſenſui oratiōis repugnaret: neq; a coaleo qđ neſcio an reperiatꝰ. Eius ſimplex protulit Var. lib. j. de re ruſt. Quēadmodum quicq̄ ſeri: aut aleſcere: aut meti poſſit.

⁎Coarto vide Arto.

¶ Coaſpis fluuius medorū qui apud Perſas in tigrim decurrit: cuius aqua tā dulcis: vt perſici reges q̄diu intra ripas pſidis fluit ſolis ſibi ex ea aqua pocula vēdicauerit

¶ Coaſſo as. per duplex ſſ. ſicut aſſamēta & aſſulæ. Qđ & coaxo dicitꝰ pro contabulo. Vnde coaxatio contabulatio ab axibus. Nā aſſeres tabulę non ſunt. Vict. Sed craſſior & anguſta in modū paruę trabis materia. ab aſſidendo parietibus atq; tignis appellati: vt inquit Feſt. Eſt & coaxare proprium vocis ranarum.

⁎Coaudio & conaudio ex cum & audio. Cc.

⁎Coaugmento ab augmento: coaugeo inde coaugmētatio. Cc.

¶ Coaxo as. Vide in dictione Coaſſo. Ariſtophanes. ἐν τῆ βατραχω τοῦ Διονύσου καβρεκεκὲξ κόαξ κόαξ.

⁎Cocalus Siciliæ rex ad quē Dędalus ex creta aufugit quē illuc vſq; perſecutus eſt minos cretenſium rex: ſed a Cocali filiabus: vt Ariſtoteles refert interfectus eſt.

⁎Cocanicus Sicilię lacus ex quo Salē cocanicū noiamꝰ

¶ Cocus per ſimplex c. Nā primā corripit: ſiue coquus per q. Nā & coquo. is. dicimus. Mar. Qui propter cœnā ruſtice cędo coquū. Eſt aūt cocus qui cibos coquit ac vēdit. Cocorū tamen alij priuati qui alicui ſeruientes coquinariā exercent: vt idē. Non ſatis eſt ars ſola coco ſeruire palato. Nāq; cocus domini debet habere gulam. Alij publici qui vt dapes vendāt publice popinam tenent: hoc eſt tabernā in qua dapes coctæ & vina vendūtur. A qua popinones dicti & ipſi coci ac popinariam exercentes & luxurioſi ac in popinis viuentes.

¶ Coculus pe. cor. dimi. eſt. Coculū aliud ſignificat.

¶ Coculū vas ęneū coctionibus aptū. Plau. A eneis coculis excocta eſt mihi omnis materia. alij cocula accipiūt pro lignis minutis quibus facile decoquuntur obſonia.

¶ Coculare & per apocopē cocular idē eſt qđ coculum.

¶ Coccus p duplex cc. ſumitꝰ pro purpura. Coccū vero eſt rubēs granē i maxima laude: vulgo granū dicitꝰ. Anniculo cocco lāguidus eſt ſuccus. Idē poſt quadriennium euanidus. Itaq; nec recēti vires: ne ſeneſcēti. Laudatiſſimū naſcitur circa Emeritā Luſitanię ciuitatem: vt docet Ply. lib. ix.

⁎Coccus ilicis vocatur Ilicis granū. κόκκον enim græci dicunt granum. Cc.

¶ Coccinus pe. cor. color eſt purpureus quo panni inficiebantꝰ. Hiero. lib. ij. Re. Filię Iſrael flete ſuper Saul qui veſtiebat vos coccino. Hic color exuberātiā quandā ad ſplendorem ruboris oſtendit. Qui & Spadicus & Phoeniceus & roſeus vocatur.

¶ Coccina ſubſtantiuum. pe. cor. veſtis coccinea. Mar. Coccina famoſæ donas & ianthina moechæ.

¶ Coccineus. a. um. qđ eſt grano infectum. Hier. in Cāti. ſicut vitta coccinea labia tua.

¶ Cocceus. a. um. idem qđ coccineus. Scribit Lampri. Diadumenū indumenta coccea primū accepiſſe.

¶ Coccinati dicuntꝰ qui coccineis veſtibus ſunt induti.

¶ Coccię dictę ſunt alpes a Coccio rege gallorū domitore qui in amicitiam octauij receptus eſt. Incipiūt a Seguſia oppido. Et a Tacito coccianę appellantur.

¶ Coccentum genus edulij ex melle & papauere factum ſic dictum q; ad ignem coquatur.

⁎Cocynum olei genus. Cc.

¶ Cocyx. ycis. per y auis tēporaria q̄ in trium auiū nidis oua generat: palūbarū alaudæ & chloridos. hæc alio noie cuculus dicitꝰ. Cuius vox cocytus quoq; dicitꝰ. Ex accipitrū genere eſt: licet vngues adūcos nō habeat. pcedit vere: occultatur caniculæ ortu. Suidas. κόκκυξ εἶδος ὄρνεως ὁ παρ᾽ ἡμῖν κούκκος λέγεται ἀπὸ τῆς φωνῆς ἐκ ... ⁎. i. Coccys ſpēs auis apud nos couccos dicitꝰ a voce dulci.

¶ Cocytus pe. prod. latine dicitꝰ luctus. Quo nomine dictus eſt inferorū fluuius a ſtyge profluens κωκύειν em̄ gemere ac lamentari ſignificat. Virgi. Nec procul hinc partem fuſi mōſtrantꝰ in omnem Lugētes campi ſic illos nomine dicūt. Hinc Pluto quoq; cocytus dictus eſt.

¶ Cocytia ſacra erant quæ fiebant in honorem proſerpinæ quam Pluto rapuit.

¶ Cochlea proprie teſta limacis licet q̄nq; pro ipſa limace q̄ teſtā habet ſumatꝰ. Limax pprie q eſt ſine teſta. Ply. li. xviij. Naſcuntꝰ in vicia & aliq̄n e terra cochleę minutæ erodētes eā. Cochleę tā terreſtres q̄ aquatiles exerētes ſe domicilio binaq; veluti cornua pretēdētes retrahēteſq;. Ideo corniculis ptētare iter putantꝰ: quia oculis carēt. Cochleę etiā lapides ſunt ex flumine rotūdi ad cochlearum ſimilitudinē q̄ & cochlacę dicūtur. Similiter cochlea ſiue cochlis. is. turris dicitꝰ ſiue ſcala rotūda qua turri p circuitū a cochlearꝫ ſimilitudine cōſcēdimus: quēadmodū torcularia ad inſtar cochlearū facta cochleę nominantꝰ. Huius dimi. eſt cochleola. ⁎ Sūt cochleę modicę / cauaticę / altiles / africanę / aceratę / illyricę / olitinæ / albę / aſtipaleicæ. Perottus in Cor. co.

¶ Cochleare: & per apocopē cochlear: & cochleariū genꝰ mēſurę: ſeu inſtrumentū quo cochleæ & alia huiuſmodi veſcēdo ſumūtur. Mar. Sum cochleis habilis: ſed nō minus vtilis ouis. Nūquid ſcis potius cur cochleare vocer.

¶ Cochlides pe.cor. ſcalæ rotundæ q̄ per circuitum ſcādunť. Quo etiā nomine dictę ſunt gēmę in arabia.

¶ Cochliū etiā ſcala rotunda. Stra.lib.vlti. Hæc eſt etiā parmiū altitudo quædam manu facta turbinea petroſæ ripæ perſimilis in quā per cochlium aſcenditur.

¶ Cochlacę quę & cochleæ lapides ex torrente rotundi.

¶ Coclites pe.cor. luſcos dixerūt ātiq: hoc ē q vnū tātū hñt ocl'm q̄ſi oclites. Nā & cyclopas coclites legim⁹ vnū oculū hñtes. Et Hor. cocles dict⁹ eſt q in p̄lio oculū amiſit quaſi ocles ab oculo. Plau. in Cur. Vnocule ſalue. Ex coclitū proſapia te eſſe arbitror: nā ſic ſunt vnoculi.

⁎ Coctiuę caſtanęę vulgatiores. Cc.

⁎ Coctiuę nuces dicunť nigrę q̄ magis in vſu ſunt. Cc.

¶ Coctus a.um. a cogendo quia coquēdo coercetur: vt ad vtilitatē veſcētiū p̄ducať. Et coctū dr̄ qd̄ eſt multi tp̄is Vñ & recocti hoies ip̄o vſu & frequētia & lōgitudie tēporis cautiores exercitatioreſq; facti dicunť. Hor. i Ser. Plęrūq; recoctus ſcriba ex quinq; viro coruū deludet hiātē.

¶ Coctilis & hoc coctile pe.cor. accipiť p̄ re q̄ cocta eſt & nō cruda ſicut fictile qd̄ factū eſt a figulo. Ply.li.vij. Epigenes apud babylonios ſeptigētorū viginti annorū obſeruationes ſyderū coctilibus laterculis inſcriptas docet

¶ Coctiuus.a.um.pe.pro. qd̄ facile coquitur vel maturatur: vt coctiua poma: coctiuum legumen.

⁎ Coctito frequētatiuū quo Plau. frequēter vtitur. Cc.

⁎ Codam veteres dicebant quā caudam dicimus. Cc.

¶ Coctona. Vide in dictione Cotones.

⁎ Codatremula auis quę ſemper mouet caudā alias motacilla dicta. Cc.

¶ Codex arboris robur. Vide in dictione Caudex.

¶ Codiculus dimi. a codex: dum pro libro ponitur.

¶ Codicillus dimi. a dimi. codiculus. Sunt autē codicilli litterę breues hoc eſt epiſtolę. Sul. Ciceroni. Puer Acydini mihi obuiam venit cum codicillis. Iureconſulti accipiunt pro quodam inſtrumentorum genere.

¶ Codicarię naues dictę ſunt a codice dū codex pro trūco arboris ſeu tabula ſumiť: quę & caudicarię dicunť: q̄ e caudicibus hoc eſt lignis groſſiorib⁹ factæ ſunt. Var. Qz antiqui pluris tabulas coniunctas codices dicebant: etiā in tyberi naues codicarias appellamus.

⁎ Codion genus lactucę a corij ſimilitudine in penis naſcens comoſiſſimū inter omnes. Cc.

¶ Codrus nomē propriū regis Athenieſis q propter patriā ſeruādā ſe morti obiectauit. Reſponſum eñ acceperāt Pelopōnēſes: tūc demū ſe ſuperaturos ſi eorū regem nō occidiſſent. Fefellit ergo eos habitu pauperis apparēdo & in ſuā necē per iurgia p̄uocādo. Vñ Virg. Et iurgia Codri. Fuere & alij codri: hic apud Athenieſes i prouerbiū venit codridarū genus: vt cū nobiliſſimū vellēt quēpiam dicere Codro nobiliorem eſſe prædicarent.

¶ Codononia inſula quā theutonici tenent in qua codanius ſinus.

¶ Cœliaci a cœlia.i. vētriculo ſtomachi vocanť q̄ morbus is atq; dolor in ipſius ventriculi porta conſiſtat: quę piluros gręce nominať. Vnde medicamenta quædā huic vitio contraria cœliacæ dicuntur.

⁎ Coele dicitur Syria qua cōtingit arabos. Cc.

¶ Cœloſyria caua ſyria ex κοίλη caua & Syria.

¶ Cœmētū vt aliqb⁹ videť cū œ. dip. a κοίνου quaſi cœmmētū. Vide in dictione cæmentum.

¶ Cœmiteriū græce κοιμητήριον ἀπὸ τοῦ κοιμάω ſopio q̄a ibi mortui dormire dr̄r q̄ſi mortuorū dormitorium.

⁎ Cocmo vide in Emo.

¶ Cœnomia vt inqt Hie. oē gn̄s muſcarū itelligiť.

¶ Cœna veſpertina a κοινός qd̄ eſt cōis quia multi in cōmune cœnare cōſueuerūt. Quę ſit cœna recta. vide in dictione recta. A cœna fit domicœniū quo vſus eſt Mar.

Plautus incœnem dixit ſine cœna.

¶ Cœnula dimi. Hier. Cōem cœnulā breuēq; ad refocillationem potius corporis q̄ ad delectationem.

¶ Cœno: as. aui. & cœnatus ſum a quo fit frequētatiuū cœnito cœnitas.

⁎ Cœnaturio laboro vt cœnē: quā ſignificationē habēt fere i rio deſinētia: vt mulier parturit.i. laborat vt pariat Mar. In oibus Vacerra q̄ cōclauib⁹ cōſumit horas: & tota die ſedet: Cœnaturit vacerra nō cacaturit.i. laborat vt cœnet. Cc.

¶ Cœnatio locus ad cœnandū aptus q in imo domus & potētiorū erat. Vñ Iuue. Et algētē rapiat cœnatio ſolem Sue. in Nero. Pręcipua cœnationū rotunda q̄ perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circumageretur.

¶ Cœnaculū a cœnādo nomen aſſumpſit locus ad cœnandū idoneus. Var. Sicut penariū vbi penus: vbi cubabāt cubiculū: ita vbi cœnabant cœnaculū. Sed poſtq̄ in ſuperiori parte cœnitare cœperunt ſuperior domus vniuerſa cœnaculū dicta. Feſt. Cœnaculū diciť ad qd̄ ſcalis aſcenditur. Solent tamen Cœnatio & cœnaculum & dieta accipi pro loco in quo æſtate cœnatur.

⁎ Cœnaticus ad cœnam pertinens. Cc.

¶ Cœnipeta pe.cor. qui libenter petit alienas cœnas: & paraſiti ſæpe perſonam induit.

¶ Cœnacularia æ. ars locādi cœnacula. Vlp. Si quis cœnaculariā exercēs modicum hoſpitiū ſibi retinuerit: reſiduum locauerit pluribus: omnes tenebunť quaſi in hoc cœnaculo habitātes: vnde eiectum effuſum ve eſt.

¶ Cœnacularius homo q cœnaculū cōduxit. Idē de pignoratitia actiōe. Videť aūt tacite & cū domino ediū hoc cōueniſſe: vt non pactio cœnacularij proficiat domino.

¶ Cœnatorius a.um. qd̄ ad vſum cœnę pertinet.

¶ Cœten græci dicunt thalamum. Vnde procœtion dicunt antithalamum.

¶ Cœnobium locus vbi communis vita ducitur κοινὸς enim cōmunis βίος vita. Hinc cœnobitę pe.prod. monachi qui in commune viuunt.

¶ Cœnum lutum a κοινόω inquino: a quo obſcœnum vt quidam volunt deducitur.

¶ Cœpi verbū defectiuū: vide ſupra in dictione cæpi.

¶ Cœtus cōuētus: vide in dictione cętus.

¶ Coeo is. ij iui. itū. ex cō & eo: ſed n abijcitur: & eſt tam actiuū q̄ neu. ſignificatq; cōuenio: cōiungo: aduno: contraho: ſocio: colligo: cōgrego. Vir. li. xi. Coeāt in fœdera dextrę qua dať. Lact. de ira. Denicq; ſi atomorū coitio & cōglobatio efficeret oia. Cice. actō vſus eſt lib. ij. phil. Vtinā Cn. Pōpei cū. C. Cæſare ſocietatē aut nūq̄ coiſſes aut nūq̄ diremiſſes. Gel. p̄tulit paſſiuū. Coibať ſocietas inſeparabilis. Nā p̄prie coiri ſocietas dr̄. Sic ab Vlpiano ſocietas coita pro cōtracta & collecta accipiť. Coire etiā aliqñ cōcūbere diciť. Lact. li. iij. Quid ego de cynicis loquar qbus in p̄patulo coire cū cōiugib⁹ mos fuit? Hinc coitus p̄ cōcubitu. Aliqñ cōgredi. Ter. in Phor. Vide qd̄ agas. Prima coitio eſt acerrima ſi eā ſuſtinueris poſt illā iā vt lubet ludas licet. Vbi Do. Trāſlatio a prælio. Nā et cōgredi milites: & coire dr̄r. Proprie aūt coire ē ſiml' ire. Cic. li. iij. off. Sol⁹ neglexit fidē: furere iſimulauit: ne coiret inſtitit.

⁎ Coęquo in verbo Aequo. Cc.

¶ Coerceo es. ex con & arceo: ſed n abijcitur. & a in e mutatur: ſignificatq; reſtringere. Ci. in Lel. Quā ſerpentem multiplici lapſu & erratico ferro āputās coercet ars agricolarū. Itē refrenare cōtinere. Lact. lib. iij. Illud ſatis ē ad coercēdū furioſi hois errorē. Itē colligere ſiue ſimul ſtringere. Oui. li. i. me. Vitta coercebat poſitos ſine lege capillos. Itē cōpellere. Ci. li. iij. ad Herē. Prudētię ptib⁹ vtemur in dicēdo ſi cōmoda cū icōmodis cōferem⁹: cū alterū ſeq

alterum vitare coercemur. Sed hęc fere in idē recidūt.

¶ Cœus per œ diphtho. fuit cœli ac terræ filius. Hinc Cœa inſula in Aegeo.

¶ Coętaneus eiuſdē ætatis quod dicitur & Coęuus: ab ætate illud hoc ab æuo. Cc.

⁎ Cogamus fluuius eſt ex Tmolo monte proueniēs.

¶ Cognati ab eo dicti putanē quaſi vna coiter v e nati.

¶ Cognomen. Vide in dictione nomē. Cognomines qui eiuſdē nominis ſunt a con & nomē n in g mutata. Sic a Plauto duæ ſorores Bacchides nominatę vocātur: cognomines. ⁎ Dicitur & Cognomētū Ci. Scipio ille cognomento africanus.

¶ Cognomino. as. cognomē impono. Hiero. ad Da. Iunxit ſe principi mūdi huius .i. diabolo rectori tenebrarū quē nūc inimicū hominē: nūc iniquitatis iudicē: nūc draconē: nūc ſathan. nūc malleū: nūc perdicē: nūc bellal: nūc rugientē leonē: nūc leuiathan: & multis alijs vocabulis ſcriptura cognominat.

¶ Cognoſco. is. ex con & noſco mutata n in g. vt fiat conſonantior vox. Et eſt cognoſcere noſcere eos qui prius incogniti erant: cū agnoſcere ſit olim notos. Vir. Incipe parue puer riſu cognoſcere matrē. Var. Vereor ne me quoq; dū reuertero pter canem agnoſcat nemo. Confunduntur tamen hæc ſæpe numero. Interdum. Cognoſcere eſt diligēter attenteq; cōſyderare. Terē. in Ecy. Poſtq̄ ipſe ſeſe & illā & hāc quę domi erat cognouit ſatis. Interdū intelligere Cic. in Hor. Vnde autē facilius q̄ ex annaliū monumētis aut bellicę res: aut omnis reip. diſciplina cognoſcitur. Terē. Eo pacto & gnati vitā & cōſiliū meū cognoſces. Interdū approbare: laudare: placere. vt apud p̄s. Declinantē a me malignū non cognoſcebā. Interdū concūbere vt in Euange. Et non cognoſcebat eā donec peperit filiū. Auguſt. lib. x. cō. Pręter eā concupiſcentiā carnis: quę ineſt in delectatōe omniū ſenſuū & voluptatū ineſt animę per eoſdē ſenſus corporis quędā ſe nō oblectandi in carne: ſed experiendi per carnē vana & curioſa cupiditas nomine cognitionis & ſcientię palliata. Hui⁹ verbi cōpoſita ſunt pręcognoſco: anteſcio. Plan. Cicer. Q; ſi latro pręcognito noſtro aduentu rurſus in Italiā ſe recipere cœperit. Percognoſco. Plaut. in Tru. Vtroſq; percognoui probe. Recognoſco de quo alibi.

¶ Cognitor qui cognoſcit: q̄uis proprie is dicatur qui litem alterius coram eo qui datus eſt tractat: procurator autem abſentis nomine actor ſit.

¶ Cognobilis qui cognoſcitur. Gel. His ſolis cognobiles erunt.

¶ Cogo. is. coegi. coactum: ex cō & ago in quo a & n abijciunē niſi i ſupino. Eſt aūt Cogere in vnū colligere Cic. lib. j. Tuſ. Cœlū hoc in quo nubes imbres ventiq; cogunē. Ter. in Eu. Q uaſi talēta ad quindecim coegi. Q uādoq; Vrgere. Idē lib. iij. offi. Diogenes contra nūmū te ſoluere coegit. Q uādoq; Mulgere. Vō. Cogite oues pueri ſi lac p̄ceperit æſtus. Q uandoq; Stringere denſare ſiue dureſcere. Idem lib. iiij. Geo. Nam frigore mella cogit hyems eadēq; calor liquefacta remittit. Q uādoq; Imprimere ſeu intus ponere. Idē. Q uadrifidā quercū cuneis & forte coactis ſcindebāt. Q uādoq; in ordinē ponere: vt oēs arbores in ſulcū cogēdę ſunt. Q uandoq; Reponere/reducere/ vt opes noſtrę in deū cogendę ſunt. Q uādoq; Adiuuare: vt Hominū cogēte opera multæ herbæ naſcūtur. Q uandoq; cū feſtinatione mittere: vt Medicum ad ęgrotum coegi.

¶ Cogito. as. frequentatiuū a cogo. is. q; mens plura in vnū cogit vnde eligere poſſit. Vnde Aug. li. x. con. Q; multa huiuſmodi geſtat memoria mea quę iam inuēta ſunt quaſi ad manū poſita q̄ didiciſſe & noſſe dicimur: quæ ſi modo iſtis tēporū interuallis recolere deſiuero ita rurſus demerguntur & quaſi in remotiora oracula penetralia dilabunē: vt denuo velut noua excogitāda ſint. Inde iterū. Neq; enim alia regio eorū eſt cogenda rurſus vt ſciri poſſint. i. velut ex quadā diſperſione colligenda. Vnde dictū eſt cogitare. Nā cogo & cogito: ſic eſt vt ago & agito. facio & factito. Verūtamen ſibi animus hoc verbū ꝓprie vēdicauit. vt nō qd alibi: ſed qd in animo colligiē cogitari ꝓprie iā dicatur. cogitare itaq; eſt cogere ad aliqd inueniēdū. Vnde cogitatio q̄ eſt dicta velut coagitatio. i. lōga eiuſdē rei agitatio in eadē mora cōſilij explicādi. A cogito fiūt cōpoſita excogito qd ꝓprie eſt pfecte cogito: licet ꝓ inuenio ſumatur. Sed idcirco fit: q; cū quis pfecte cogitat aliquid ex eo qd cogitat elicit & inuenit. Cic. lib. i. Tuſ. Q uid illa vis quę tandē eſt q̄ inueſtigat occulta q̄ inuētio & cogitatio diciē. Pręcogito prius cogito. Q uintil. lib. xij. Licet iñ pręcogitare plura & animū ad cauſas cōponere. Recogito iterō atq; iterū cogito. Hie. in vita Antonij. Q uæ et quāta ſpes hiſdem poſita eſſet in cœ'is recogitans.

¶ Cogitatim aduerbium pro cogitate ponitur.

⁎ Cohabito Cohęreo Cohęres. q̄rere in ſuis ſimplicib⁹. Similiter cohęrentia.

¶ Cohibeo. es. ex con & habeo ſignificat conſtringo: contineo freno. Ply. Et impetum furentis blanda oratione cohibuit.

¶ Cohors a cohortando dicta eſt q; tribunus eam vt ſequitur hortari ſoleat: ſeu q; ipſa ſe mutuo frequenter ad pugnā hortet. Eſt & cohors quæ & chors locus cinctus parietibus quo gallinas/anates & id genus reliqua habere in villa ſolemus. Var. de re ru. Cohors q; vt in villa ex pluribus tectis cōiungūtur ac quiddā fit vnū: ſic ex manipulis pluribus copulaē cohors. In villa vero cohors dicitur q; circa eum locū pecua coercetur. Hinc cohortales gallinæ vocātur apud rei ruſticę ſcriptores quæ in cohorte domi aluntur. Poſſunt etiā dici cohortales ab horto. Nā cū veteres hortos vicos dicerent: q; qui arma ferre poſſent ibi naſcerētur. Inde cohortem dixerūt manū hominū ex eodē vico ad pugnā exeuntium: q; illi eſſent ex eodem horto. i. vico geniti. Nā & Galli vt eſt apud Cæſarē hoc modo pugnabāt. Q uiſq; enim pagus per ſe pugnam capiebat. Ouidi⁹. Abſtulerat multas illa cohortis aues. Dicitur & chors in hac ſignificatione. Varro. In vrbana quoq; domo chortē facere poterimus in qua paſcere ciconias grues pauones/gallinas/anſeres: & ſimilia dabiē ad vſus quotidianos. Columel. in præfa. Et vt a pecoribus recedā quorum in parte auiū chortaliū & apiū cura poſita eſt. Mar. Raucę chortis aues. ⁎ De cohortibus & earū numero denario quæ legionem faciunt. Si hoc non ſufficiat vide Perottum in Cor. co.

¶ Co. inſula Icarij maris. Vide in dictione Coos.

¶ Coa. veſtis ſubtiliſſimę gen⁹. a Co vt quidā volūt. Alij tamen Ceam eam dici putāt. Vide in dictione Cea inſula: dicta vbi Pamphila Plaris filia prima eius telæ fila retorquere ac inde texere cœpit. Hor. Altera nil obſtat cois tibi. pene videre ē. ⁎ vbi cois ſeptimi vī caſ⁹.

¶ Cohum lorum quo temo buris cū iugo colligatur a cauo dictū vt inquit Var. quaſi cahum. cohū etiā poetę cœlum dixerūt a chaos ex quo putabant formatum.

¶ Coinquino. as. pe. pro. Vide in dictione Inquino.

⁎ Colaſis genus pœnę eſt cum adhibetur caſtigandi vel emendandi gratia. Cc.

¶ Colaphus & colaphum. penul. cor. κόλαφοσ ἐξ κολαφίζω verberare cum pugno clauſo: ſed alapam cū manu extenſa. Teren. Plus quingētos colaphos infregit mihi. Inde colaphizo. as. formatum.

¶ Colchi ſiue colchis.idis.regio iuxta pontum regnũ Oetæ regia:& habet in ſe iuga caucaſi:atq; hinc caſpiũ et Hircanũ habet mare. Hinc Mæotim. Ferũt Iaſonem Theſſalũ cũ argonautis nauigaſſe vt vellus aureũ rapet ret. In ea Sibaris Colchorũ regia eſt. A colchis fit colchicus.a.um. Hor.li.ij.car. Ille venena colchica. Et colchiacus. Proper. Colchis colchiacis vrat ahena focis. ✲Colchis regio dicitur iuxta pontum in qua iuga caucaſi ad Rhipheos montes torquentur altero latere in Euxinũ & Mæotim deuexa.

¶ Colus maſ.gene.tormenti genus qd̃ fit ex corio ſicut ait Feſtus. Colus fœmi.tam quartę q̃ ſecũdę decli. inſtrumentũ qd̃ penſa cõtinet a quo fuſo fila ducũtur. Habetq; pe.cor. Ouid.lib.iiij.me. Et colus & fuſus digitis cecidere remiſſis Collus per duplex ll. apd̃ Plau. pro collo legitur.✲ Eſt et tormẽti gen᷑ ex corio factũ.

¶ Colum.pe.pro.genus vaſis vinarij viminibus contexta a colando dictũ. Virg. Colaq; prælorũ fumoſis deripe teſtis. Dicitur & ab aliquib᷑ colus.✲ Vnde colum niuarium dicebatur vas ex lapide ſpongioſo factum ad colandas niues.

¶ Colon.eſt craſſius inteſtinũ tubulatũ ex quo excrementa eam accipiunt formam quæ egerũtur plurimas cellulas atq; cauernas habẽs:ad renẽq; ſiniſtrũ religaẽ. Vñ verbũ κολάζεμαι pro eo qd̃ eſt torqueri cruciariq;. Hinc colicus dolor. Serenus. Cũ colon inuiſum morbi genus intima carpit: mande galeritam volucrem quã nomine dicũt: Aut pauidi leporis madefacta coagula pota. Hic morb᷑ & chordios & chordapſos dici ſolet. Dicitur etiam colon membrum oratiõis. Hier. in Eze. prologo. Legite igitur & hunc iuxta tranſlationem noſtram: quia per cola ſcriptus & commata manifeſtiorẽ ſcripturam legentibus tribuit. Præterea quæ nos crura et lacertos dicimus: græci eodẽ verbo: κῶλα nũcupãt. Vnde monocolon metrũ dicitur vnimembre: dicolon bimembre. tricolon trimembre. Et in primo ſignificatu habet pe.cor. in alijs productam.

¶ Collum per duplex ll. pars corporis a colo.is. vt quidam putant quia hæc præcipue pars torquibus ac monilibus ornari conſueuit. Hinc decollo.& ſubcollo. de quibus ſuis locis. Legitur & collos apud Plau.

¶ Colos græce. latine podex.✲ A colo Colici dicũtur. Colum etiam morbum dicũt quẽ primus in Italia ſenſiſſe Tyberius princeps dicitur.

¶ Coleus teſtis a colo.is.q; colat mulieris pubẽ. Vnde illud in Pria. Stamus ſub Ioue coleis apertis. Dicitẽ etiã culeus. Mar. Cum depilatos chreſte culeos portas.

¶ Colidos inſula in oceano indico veneri ſacra quę tãtę altitudinis eſſe perhibeẽ: vt illuc aues non aduolent.

¶ Collare: vinculi genus quo canũ colla aſtringũtur: et Melium vocauit antiquitas. Fit ex corio firmo cum clauis capitatis.

¶ Coloſſus p duplex ſſ. ſtatuę moles turri par a colon membrum. ſeu ἀπὸ τοῦ κολάζειν qd̃ eſt cruciare & modum excedere in aliqua re. Nam propter magnitudinẽ inamabilis erat ob ſumptũ magnitudinem. Statuam ſolis ſeu vt quidam aiunt Iouis apud Rhodũ centũ & quinq; pedes altam ex ære Cares Lyſippi diſcipul᷑ feciſſe traditur. Quæ poſtea poſt quinquageſimũ ſextũ annũ ex terræ motu fractis genibus corruit. nec Rhodij ipſam attollere auſi ſunt oraculo quodã prohibiti. Hoc inter ſeptem miracula maximũ oẽs confeſſi ſunt. Soldanus Aegypti cũ inſolam inuaſiſſet. ex ære huius ſtatuę quã confractam reperit noningentos chamelos oneraſſe fertur. atq; in Alexandriã terreſtri itinere trãſmiſiſſe. Ei᷑ digiti maiores fuerũt q̃ plęręq; ſtatuę. Duodecim annis pfectũ fuiſſe tradũt trecẽtorũ talẽtorũ p̃tio.

Ab hoc coloſſo Rhodij Coloſſenſes appellati ſunt q̃bus ſcribit Apoſt. Dicit̃ etiã coloſſeus. Ply.lib.xxxv. Nero princeps iuſſerat coloſſeũ ſe pingi.cxx. pedes in linteo incognitum ad hoc tẽpus. Lãpr. in Alexandro. Statuas coloſſeas in vrbe multas locauit. Vict. coloſſicas vſurpauit. Alioquin Romę amphitheatrũ ipſum hodie coloſſeũ vulgo dicitur a coloſſo. Mar. Hic vbi ſidereus propius. videt aſtra coloſſus. Auriſtides autẽ in oratione ad Coloſſenſes p̃clara ſcribit incipiẽs vſq; a primis habitatorib᷑ Rhodi. Suidas. κολοσσὸς ἄγαλμα ὥσπερ ὁ ῥοδίων κολοσσὸς διὰ μέγεθος καταπληκτικὸς ὢν οὐκ ἦν ἐραστὸς μισὸς οὗτος οὐδὲ σεβαστιανὸς διὰ τὸ ἀφιλοχρήματον θαυμαστὸς ἦν.

✲Coloſſus ſtatua quemadmodũ Rhodiorũ coloſſus: propter magnitudinẽ deterrẽs exiſtẽs: non fuit amabilis. Hic neq; Sebaſtianus propter prodigalitatem admirandus fuit. ✲ De coloſſo Domitiani Pompeij Solis et Apollinis. Vide Perottum in Corn.

¶ Colophon. penult. cor. latine altũ locum ſignificat. Quo nomine dicta eſt inſola de qua Hor. li. epiſt. quid tibi viſa chios Bullati notaq; leſbos. Smyrna quid & colophõ. Eſt & vrbs Ionica nobilis oraculo Apollinis. Colophonij nauales opes ſatis amplas habuere: & in equeſtribus certaminibus tantũ excelluere vt victoriã inde futurã ſperarẽt: vnde & Colophonij᷑ pugnaret equitatus in prouerbijs dicerent: Colophonem addidit cũ ſumma operi manus imponebaẽ. Ex Colophone fuit Mimerius tibicen & poeta. Xenophanes phyſicus qui poemata de pſillis edidit. Polymaſtus muſicus. Sunt etiam qui Homerum Colophoniũ faciunt.

¶ Colis per ſimplex l. ſignificat pampinũ. Var. Pãpinare eſt ſarmẽto coles qui nati ſunt dahis qui plurimũ valẽt ad ſecũdũ nonnũq̃ etiã tertiũ relinquere: reliquos decerpere ne relictis colibus ſarmẽtũ nequeat miniſtrare ſuccũ. Item colis dicit̃ quaſi caulis p haſta & fuſte mẽbri virilis. Hiero. in Ioſue. Eo tẽpore ait dñs ad Ioſue. Fac tibi cultros lapideos & circũcide ſecũdo filios Iſrael in cole p̃putiorũ. Celſ. lib. iiij. Tũ in maſculis iter vrinę ſpatioſius & cõpreſſius a ceruice huius deſcendit ad colem. Hinc colei. q̃uis & a colendo quidam deducãt. Huius ſup̃ma pars glans appellat̃: & pellicula q̃ glãdẽ tegit p̃putiũ dicit̃. Item colis dicitur caulis. Hor. lib. ij. Serm. Cole ſub vrbano nihil eſt elutius orto. Sic dicimus Ploſtum pro plauſtrum. Clodius pro claudius.

✲Dicitur & coles. Perot. Corn. a colendo.

✲Colla a gręcis dicitur quã nos glutinũ dicimus.

✲Collabor. vide Labor.

✲Collabello. labra adiũgo. Laberi᷑. Perge iam Collabella oſculum: hoc eſt iunctis labris oſculare.

¶ Collis per duplex ll. minor mons: & quaſi mõticul᷑. Vnde Roma ſepticollis dicta eſt q; vij. habeat colles. Palatinũ: quirinalẽ: auentinũ: cęlium: viminalem: exquilinũ: & Ianicularẽ. Et a colendo dicit̃. Var. Qd̃ primũ ex agro fructus capiebat cãpus dictus eſt. Poſtea q̃ ſuperiora loca colere cœperunt a colendo coles appellarunt. Sed metri gratia a poetis l. interpoſitum eſt. Colles etiã dicũtur dorſa. Nã ſpina humilis vallicula: eminẽtes pulpæ ab vtroq; latere ſpeciẽ habẽt collium.

¶ Collina porta Romæ a colle quirinali ſic appellata. Ouid. Tẽpla frequẽtari collinę proxima portæ Nũc decet: a ſiculo nomina rege tenet. Eadẽ nũc ſalaria vocat̃ qd̃ nomẽ quoq; vię eſt in quã exit. Cor. Tacitus. Tertiũ agmen per ſalariã Collinę portæ appropinquabat: per eam ſalẽ Sabini deferebant: ideo Salaria vocitata.

¶ Colina per ſimplex l. a colo. is. quã poſtea culinam deinde a coquendo coquinam vocauere q; ibi colebãt ignem locupletiorem.

¶ Colliculus per duplex ll. ſignificat paruum collem. Colicul⁹ per ſimplex l. eſt exiguus ac tener braſſicæ vel vitis caulis. Var. Capreolus eſt coliculus viteus intortus vt cincinnus.

¶ Colluuio.onis.& colluuies.ei. vide i dict̃ õe alluuies.

¶ Colluuiaria dicta ſunt inductibus aquarũ per q̃ colluuies & immũditię eiectãtur. Victr.lib.viij. Etiã in vẽtre colluuiaria ſunt faciẽda per quę vis ſpũs relaxetur.

¶ Colluuiaris porcus dicitur qui in colluuie nutritur cibo permixto.

¶ Colo.as.notæ ſignificationis.habet primam prod. Manil. Et colare vagos inductis retibus amnis. Inde compoſitũ percolo. Col.lib.viij. Nam maxime refert primo quoq; tempore ſerum percolari.

¶ Colo.is.colui cultum.adoro:veneror.Vir.li.ix. Sũme deũ ſancti cuſtos ſoractis Apollo Quem colimus. Aug.lib.x.de ci.dei. Dicimur colere hoies quos honorificatione: vel recordatione: vel p̃ſentia frequẽtamus. Plau. Ego te ſemp vt parẽ:ẽ colui. Colim⁹ pares amore & officio:minores hũanitate & beneficijs. hoc ẽ amamus. Hinc cultus & cultura:quã gręci latriam vocant. Item colere exercere. Li.li.j. Abi nũtia Romanis cœleſtes ita velle vt mea Roma caput orbis terrarũ ſit. p̃inde rẽ militarẽ colãt. Itẽ Habitare. Plau.in ſul. Hãc domũ tã multos ãnos ego poſſideo & colo. Vñ & cœlicolas dicimus q̧ cœlũ colãt inhabitãdo tãq̃ quoſdã cœli colonos. Itẽ diligere. Ter.in heau. Quippe forma impulſi noſtra nos amatores colũt. Itẽ ducere. Vir.li.ij.g. Hãc olim veteres vitã coluere ſabini. Itẽ arare ſeu quoquo mõ terras aptare. Col.li.j. Nã vbi ſedulo colit̃ ager plerũq; cõpẽdiũ nũq̃ niſi cœli maior vis aut p̃donis inceſſit:detrimẽtũ affert. Hinc agricola. agricultor. agricultura. agricolatio & colonus. Itẽ ornare. Plau. Quin tu te colis anteq̃ exeas domũ. Cic. Erat eñ non tã grauis q̃ elegãs & faceta & culta oro. Hinc cultus corporis dicitur ornat⁹. A colo fiũt cõpoſita:accolo:circũcolo: incolo:excolo: percolo:intercolo:& recolo.penul.cor.

¶ Colonus a colendo.i.habitando:terraſ ve aptando. Nam Coloni erãt ciues Ro.ad aliquã vrbẽ habitãdam miſſi qui nõ proprijs ſed populi Ro. legibus viuebãt. Vnde & Colonia dicta eſt. Vir. Vrbs antiqua fuit: tyrij tenuere coloni. Ab incolẽdo eñ nõ ab agricultura colonos vocauit. Quãdoq; tñ coloni agrorũ cultores dicunt̃. Idẽ. Vt q̃uis auido parerẽt arua colono. Col.li.j. Videtur accipere colonos pro his qui nõ ſuũ ſed alienũ agrũ colunt partem tantũ fructuũ dominis daturi.

¶ Coloniæ:gentes ad habitandũ aliquã terrã miſſę dictę q̧ populũ Ro.colerẽt: vel q̧ ad eas Romani proficiſcerẽtur. Liui.li.j. Vtroq; coloniæ miſſę. Aug.lib.x. de ci.dei. Ciuitates a maiorib⁹ ciuitatibus velut populorũ examinibus conditę colonię nũcupant̃. Coloniæ iura inſtitutaq; populi Ro. habebãt vt eſſent quaſi effigies Ro.populi: quarũ aliquę ex Romanis ciuib⁹ Roma ſumptis. aliquę ex p̃tim Romanis veterib⁹: p̃tim ex latini noĩs ciuib⁹ Romanis. aliquę ex ſolis latinis deducebant̃. Vñ Liui.li.xxxviij Illud agitabãt vti Colonis deduceretur:nec ſatis cõſtabat vtrũ latina an ciuiũ Ro. deduci placeret. Bononia latina Colonia:Mutina et Parma Ro.ciuiũ Erat & aliud genus Coloniarũ quales olim Põpeius Strabo trãſpadanas colonias traduxerat. Nõ eñ nouis colonis eas cõſtituit:ſed veteribus incolis manẽtibus ius dedit latij vt poſſent habere ius qd cæterę latinę colonię.i. vt ius petẽdi magiſtratus in ciuitate romana adipiſcerent̃. Erãt p̃terea coloniæ qb⁹ ius Italiæ dabat̃. Erãt & latinorũ q̃ & latij veteris appellant̃. quales in Hiſpania multas fuiſſe refert. Ply. Cum eñ in vrbe Roma multos ex veterib⁹ nouiſq; incolis pauptate p̃mi intellectũ erat adeo vt cẽſui ſoluẽdo nõ ſufficerẽt triũuiri a ſenatu creabant̃:q locis primũ cõſyderatis in qb⁹ reip.expediret p̃pugnaculũ cõſtitui nouũ:edicta p̃ponebãt dãda eẽ noĩs ab illis q in nouã coloniã deduci vellẽt. ſic q̧ vrbs pauperib⁹ exonerabat̃ et rei familiaris põdere grauati ad nouas qb⁹ indigerẽt diuitias gratis datas cũ familia accedebãt. Accipiebãt eñ duo.quatuor. vi.aut.vij. agri iugera & aliq̃ plus.

¶ Colonicus.a.um.qd eſt coloni:ſeu qd ad colonũ p̃tinet. Var. Atq; etiã leges colonicas tollis. Colnicum vero pecus dicitur hirſutum cum molle dicatur tectũ vt eſt apud Columel.

¶ Colicię vocãtur maiores ſulci in quibus aqua ſi redũdat excoletur. Dicitur & elices foſſæ quędã in eũdẽ fere vſum. Col. vocat coliquias. lib.ij.cũ ait. Canebit̃ vt patẽtis liras crebroſq; ſulcos aquarios quos nõnulli elices vocant faciamus:& omnẽ humorẽ in colliquias atq; inde extra ſegetes deriuemus.

¶ Collatina porta Romę a Collatio oppido dicta prope Romam.

⁎ Collachrymo & Collachrymor df. vide Lachrymo.

¶ Collatina dea quæ collibus præſidebat.

¶ Collatiuũ ſacrificium: quod ex collatione offertur. Collatiuũ ventrem magnum & turgidum Plau. dixit. quia in eum omnia eduli a conferuntur.

¶ Collactaneus. qui eiſdem mammis eſt nutritus. Collacteus vero qui vno & eodem lacte. Iuue. Quid dicat notæ collactea mauræ.

¶ Colybus penulti. correpta. latine nummus dicitur. Colybiſtes nũmularius. Ci.in Ver.acti.v. Colybus eſſe qui poteſt cum vtãtur omnes vno genere nũmorum. Colybos inquit Pollux eſt permutatio pecuniæ a quo qui id exercent colybiſtæ vocantur Hierony. Colybiſtas a colybijs vocatos tradit. Colybiæ vero vt ipſe ait ſunt quę tragemata bellariaq; dicunt̃ ciceris frixi vuarũq; paſſarũ vilia munuſcula:vnde colybiſtæ pro nũmularijs fœnus minutatim exercẽtib⁹ dicunt̃. Suidas. κωλύμβων εἶδος νομίσματος. ⁎ Colymbon ſpecies nomiſmatis.

¶ Coliphiũ. panis genus ἀπὸ τοῦ κόλικος forma diminutiua. Eſt enim colix ſubcineritius panis. Plaut. Coliphia mihi nec incocta detis.

¶ Collibrum:genus pœnæ vel pecuniæ.

¶ Collyrida.pe.cor. panis triangulus & modicus qui alibi dicitur Torta panis. Hier.lib.ij. Re Et partitus eſt tam viro q̃ mulieri ſingulis collyridam panis vnam.

¶ Collyrium medicamentũ oculorũ. Aug. Cæcus qñ inũgitur collyrium in manu medici non videt. Horat. Oculis collyria lippis. Et nõ ſolũ oculis adhibetur ſed aluo quoq; ſubijcit̃ in cura equorũ & boũ. vt auctor ẽ Col. qui lib.vij. ſcribit. Salis ſextans cũ decem cæpis conteritur & admiſto melle decocto collyria immittũtur aluo:atq; ita citatus bos agetur. Idem. Melle decocto & ſale collyrium tenue inditur foramini quo meat vrina collyrium inſeritur naturalibus.

¶ Colligo.is.pe.cor.in vnũ redigo. Vir. Colligere arma iubet validiſq; incũbere remis. Inde collectio. Quãdoq; aufero. Lucil. Ruis huc & colligis omnia furtim. Quãdoq; lego. Virg. Collige virgo roſas. Cũ vero dicimus colligo me:colligis te:colligit ſe: tũc pro reficere & quaſi dilapſum ſpiritũ in vnũ redigere ponit̃. Cic. Sed manifeſto furto perturbatus vbi ſe collegit. Idem lib.iiij. Tuſc. Quid eſt aũt ſeipſum colligere:niſi diſſipatas animi partes rurſum in ſuũ locũ congerere? Quaſi aliũ caſum addam⁹: vt Collegit ſe in arma:idem eſt qd parauit muniuit. Collegit ſe in irã.i.excitauit. Virg. Subſtitit Aeneas & ſe collegit in arma.

*Colligere rationem dicimus recte computare ita vt quæ colligenda ſunt colligantur & quæ ſubducenda: detrahenda: detrahantur. Cc.

¶Collecta ſeu collectanea dicũtur ſcripta quæ ex pluribus excerpta locis in vnũ lecta ſunt.

¶Collectitius.a.um.quod collectum eſt. Cic. Mario. Signa & tyrone & collectitio exercitu cum legionibus robuſtiſſimis contulit.

¶Collegę.pe.pro.dicunt̃ duo eiuſ'ẽ poteſtatis ſimul miſſi. Vnde & Collegiũ qđ eſt proprie collegarũ ſocietas q̃uis de alijs etiã dicat̃. Liuius pprie dixit. Conſulũ collegium qui duo erant. Improprie Neratius iureconſultus qui exiſtimat tres collegium conficere poſſe.

¶Colligo.as.pen.cor.ſimul ligo. Plau.in Am. Neq; eum colligare quiuit quiſq̃ in cunabulis.

¶Colligas docet Ply.lib.xxxi. vocari quaſdã ſpeluncas in quibus Amphronitrum inuenitur.

¶Collido.is.pe.pro.ſimul percutio. Lact. de ira. Duriſſimi rigoris materiæ ſi ictu vehemẽtiore collidantur ignis excutitur. Hiero. ad Helio. Super nudam metuis humũ exeſa mẽbra ieiunija colligere: ſed dominꝰ tecũ iacet. Hinc Colliſio quę eſt duorũ corporũ ſonus.

¶Collinio.as.ad lineam rectum facio. Aug. Cor tuũ q̃ diu prauum eſt & diſtortum non poteſt colliniari rectitudine dei.

¶Collutilo.penultima corre. fœdo dedecoro. Pacu. Hæc famigeratio te honeſtet & me collutilet ſi ſine dote duxeris.

¶Colluco.as.pe.prod. apud Catonẽ. ſignificat profanæ ſyluæ ramos decidere officientes lumini.

¶Colobium genus tunicę quo antiqui Romanorum vtebãtur. ſic dictum ꝙ ſine manicis eſſet ac mutilarũ. Nam κολόβιον breue mutilatum truncum ſignificat.

¶Colocaſia herba in ægypto. de qua Pallad. Hoc mẽſe colocaſię bulbos ponemus. Amant humidũ locum pinguẽ maxime irriguũ. Frondere ꝑpe ſemp poſſunt ſi tanq̃ citreta tegumentis defendantur a frigore.

¶Colocyta: q̃ a noſtris Coloquinta agreſtis cucurbita ſecũdũ Dioſco. Hęc & Colocyntis.idis.vel idos. ſicut legimus li.iiij. Re. Et collegit ex ea colocyntidas agri.

¶Coloſtrum & coloſtra.æ.ſpũgioſa lactis denſitas a partu prima. Mar. Surripuit paſtor quę nõdũ ſtãtibus hædis de prima matrũ lacte coloſtra damus. Palladiꝰ. Coloſtram vocant paſtores illud exiguũ lactis in quo eſt ſpiſſior natura. Eſt & Coloſtra morbus quo lactentes tentantur ſi biduo a partu maternũ lac guſtauerint. Qui coloſtrati dicuntur denſato in caſei ſpeciem lacte. Ideo infantibus nutricis non matris lac exhibere conuenit quia matris exitioſum eſt.

¶Color dicit̃ id quo aliquid colorat̃. Et duo ſunt principales colores. albũ. ſ. & nigrũ. Alij nõ dicunt̃ colores niſi per participationẽ. Colores etiã apud rhetoricos dicũtur ornamẽta orõnis. i. figurę q̃ a gręcis ſchemata dicũtur. Nã vt ſcribit Ci. ſunt actori vt pictori colores ad narrandũ. Iuue. Dic Quintiliane colorẽ. Ab hoc noie fiũt cõpoſita. Concolor eiuſdẽ coloris. Diſcolor verſicolor. diuerſi coloris. Decolor quod eſt colore vitiato. Et habent penul.cor. * Dicitur & Colos.

¶Colorificus.a.um.quod colorem facit.

¶Coloriæ veſtes: ſunt quæ ex lana non tincta hoc eſt natiuo colore factæ ſunt.

¶Coloro:as.pe.prod.colorem induco. Cuius contrarium eſt decoloro. Sene. Fulmen aut colorat aut decolorat. Decoloratur id cuius color vitiatur nõ mutatur. Coloratur id cuius alia fuit q̃ ſit facies. Inde decoloratæ manus dicuntur maculoſæ.

¶Colpus & Colphus: ſinus appellatur.

¶Columbus & colũba in ſingulari. In plurali magis fœ. genere vtuntur auctores. Virg. Pręcipites atra ceu tempeſtate columbę. Mar. Nec violes teneras pręduro dente columbas. Quidã hoc nomen a colẽdo deducũt ꝙ lumbos colat. Var. li.iij. a culminibus ꝙ colmina. i. culmina vil æ ſumma petat. Nam propter naturalem pauorẽ alte niduleur. Et de domeſticis quidẽ & agreſtibus columbi. Palumbes dicũtur tantũ de ſylueſtribꝰ. Var. duo genera earum in periſterotrophio eſſe ſolent. Vnũ agreſte qđ habet̃ in turribus ac culminibus villę a quo appellatę colũbę q̃ ꝑpter timorẽ naturalẽ ſumma loca in tectis captãt. Alterũ colũbarũ genus eſt clęmẽtius qđ cibo domeſtico intra limina paſcit̃. Columbæ agreſtes a colore Liuię dicũtur quaſi Liuidæ. Domeſticę vero cellares. Ex colũbo agreſti & colũba domeſtica vel econtrario naſcit̃ genus tertiũ columbarũ a noſtris miſcellę dicũtur ob duorum generum cõmiſtionem.

*Columbos eſſe in tutella veneris ideo fictum putãt quia fœtui ſępe indulgent. Cc.

¶Columbarius q colũbas curat. Var. ipſæ ꝑpter pullos quos habẽt vtiq; redeũt: niſi a coruo occiſæ: aut ab accipitre interceptę quos colũbarij ſolent interficere.

¶Columbariũ ſiue columbaria.æ.ꝑprie locus vbi habitãt columbę agreſtes. Nã domeſticarũ quę gręce periſterę dicunt̃ periſtiones vocamus. Palla. columbariũ poteſt accipere ſublimis vna turricula in ꝓtorio conſtituta leuigatis & dealbatis parietibus. Col. lib.ix. Qualia columbariæ tectis ſuperponuntur. græce periſterotrophia columbaria dicunt̃. Proprie tamẽ columbariũ loculamentũ in periſterotrophio: ſingulis columbarũ paribus ꝑparatũ. Var. lib.iij. Singulis paribus colũbaria fiũt rotunda in ordine crebra. Columbaria ſingula eſſe oportet: vt os habeãt quo introire & exire poſſint.

¶Columbaria etiam inſula eſt in mari Thuſco.

¶Columbis et re adiectiuũ. Col. lib.ix. cæterũ cibos iuxta parietem conueniet ſpargi. quoniam fere partes hæ columbari carent ſtercore. Palladius. Colũbari cellæ duo ſubiecta cubicula fiant.

¶Columbatim aduerbiũ ſignificat ad ſimilitudinem columbæ. Columbinus.a.um. qđ eſt ex colũbis. Ply. Columbinus fimus in aqua decoctus.

¶Coluber.pe.cor.ſerpens q vmbras nemorũ incolit. Anguis & hydrus qui in aqua: ſerpens qui in terra ſerpit: draco templi. Sed ſępe confundũtur. Hie. ad præſidium de colubro ſic ſcribit. Coluber ad bibendũ veniens in aqua venenũ deponit ne eũ venenũ aqua concretum occidat nudũ hominẽ timet veſtitũ perſequit̃: caput tamẽ ſuũ celat vbi ſcit eſſe mortẽ ſuã. Serpens quidem ſi ſemel calamo percutiatur morit̃. Sin vero iterũ percutiatur cõfirmatur. Brumali tempore infirmior efficitur: & a ſoricibus vincitur. Igitur ante hyemẽ circa ſe colligit ſegetes: vt illę ſibi eſcam præbeant.

*Colubraria inſula eſt contra Magonem quæ ſic dicitur a multitudine ſerpentium quibus abundat. a græcis ὀφιοῦσα. Cc.

¶Columis & incolumis.pe.cor. vtrũq; ſumitur pro ſano. Plau. in Tri. Neq; ita vt ſit data columẽ te ſiſtere illi et detraxiſſe autument. Ci. lib.j. ad Heren. Caſu & fortuitu nauis in portum incolumis delata eſt. Hinc columitas & incolumitas pro ſalute. Idem Trebe. Itaq; ſi quis erit mihi aditus de tuis fortunis. i. de tua icolumitate in qua ſunt omnia agenda. Et lib. tertio ad Heren. Dicebat nullam vtiliorem eſſe incolumitate.

¶Columen.penultima cor. Ter. in Phor. Eho bone cuſtos ſalue columẽ noſtræ familiæ cui commendaui filium hinc abiens meum. Vbi Do. Columen famę ſuſtentio vel decus: vnde columbæ dictæ. Plaut. in Caſ.

Sed eccum egreditur ſenati columẽ præſidiũ populi.
Columnæ dictæ ſunt q̄ culmina ſuſtineant. Hinc intercolumniũ: qđ eſt ſpatium inter columnas. Ci. li. iiij. ad Heren. Aedes intercolumniũ angulum fornicem. Colũnarũ tria ſunt genera. Teretes: quadrãgulę: ſtriatę. Quę ſuperponunĩ colũnis Epyſtilia. hoc eſt capitella. Quę ſupponunĩ baſes ſiue ſpiræ dicunĩ. Sciendũ auctore Quintil. antiquos columam dicebãt detracta n. littera pro columna. Vnde per diminutionem columella dicitur pro columnella. Apud veteres ſerui maiores in familia dicti ſunt columellę vel a columna vel columne ſicut columẽ familiæ apud Plau. & Teren.
Columnæ Herculis duę eſſe perhibẽtur in occidẽte: quia ex oceano mare noſtrum intrãtibus duo montes occurrũt: quorũ alterũ in Africa Abylam vocant. alterũ in Europa Calpẽ. Hos quondam iunctos perpetuo iugo fuiſſe finxerunt: ſed Herculem diremiſſe colles. Aliqui tamen hos montes procul ſpectantibus geminas columnas videri dicunt. Alij dicũt columnas Herculis in Gaditana inſula fuiſſe ex ære octo cubitorum ad quas proficiſci ſolebant qui nauigationem abſoluiſſent tanq̃ Herculi ſacra facientes.
Columna rhegia ciuitas in Brutio. vt eſt apud Põp. Hunc locũ græci ſtylida vocant. i. columellã. Ea turriculæ modo erecta ex aduerſo turrẽ in peloro ſitã reſpicit: hodieq; a multis appellatur Stylarion.
Columella. pe. p. nomẽ auctoris q̃ de agricultura tã verſu q̃ proſa. eloquẽtiſſime ſcripſit. Quo noie ſignificatur maior ſeru⁹ in familia: & videĩ dimi. a columna.
Columellares dentes a Ply. dicti ſunt in equis. Var. lib. ij. de re ruſt. Incipientes quartũ agere annũ totidẽ eijciunt & totidẽ eijciũt proximos eorũ quos amiſerũt & incipiunt naſci quos vocant Columellares.
Columus a veteribus dicebatur qui nunc Culmus.
Colymbades vocabantur oliuę ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν quod innatare eſt: nam propter ſuã leuitatẽ vitinabant.
Collabefactari teſtulis ſignificat eijci ex vrbe per ſigna teſtarum.
Colurnus. a. um. dicitur qđ eſt ex materia coryli.
Coma. æ. breuis capillorũ ornatus ἀπὸ τοῦ κόπτειν qđ eſt incidere ſicut apud latinos a cædendo cæſaries.
eſt & genus morbi ſimile veterno. Inde Comaticus.
Comare eſt longiorem comam habere. Gel. Equũ fuiſſe dicunt magnitudine inuſitata: ceruice ardua: colore phœniceo flaua & comanti iuba. Hinc comatus. ſicut a capillo capillatus. Hinc datum eſt nomen Galliæ comatæ. Per tranſlationem etiam de arboribus herbiſq; dicitur. Virg. lib. iiij Georg. Nec ſerta comãtem narciſſum. i. florem habentem.
Comata Gallia omnis tranſalpina Gallia vno noie dicta eſt q̃ in tria populorũ genera diuiſa eſt. Belgica: Celtica: & Aquitanica. Dicta comata a coma: quia natio illa erat intonſa. Ply. li. ix. In capite cunctorũ animaliũ homini plurimus pilus iã quidẽ promiſcue marib⁹ ac fœminis apud intõſas vtriq; gẽtes atq; etiã nomina ex eo capillatis alpiũ incolis Galliæ comatæ.
Comatulus. pen. cor: diminutiuũ a comatus. Vnde Hiero. comatulos pueros dixit.
Comma. tis. per duplex mm. latine inciſio ἀπὸ τοῦ κόπτω incido genus diſtinctiõis q̃n poſt duo vel tres pedes ſupereſt ſyllaba quæ partẽ terminet orationis: vt Arma virũq; cano Troiæ. Quãdo vero poſt duos pedes nihil remanet colon dicĩ. vt apud Hora. Terruit vrbẽ. Quę tñ noia apđ oratores indifferẽter ponunĩ qui integrã ſententiã periodon appellãt. vt nihil tibi p fuit nocturnũ p̄ſidiũ palatij: nihil vrbis vigiliæ: nihil timor populi: nihil cõcurſus omniũ bonorũ: partes autẽ cola & commata vocant: vt apud Apoſtolũ. Suſtinetis enim ſi quis vos in ſeruitutẽ redigit: ſi quis deuorat ſi quis accipit: ſi quis in faciem vos cędit.
Comata paſtoris nomen apud Theocritum.
Como. is. pſi. ptũ. ſignificat cõpono orno: quoniã in capillo plurimũ homini ornat⁹ ſit. Oui. li. ij. de amo. Comere ſed ſolas digna cipaſſi deas. Ter. Dum conẽtur. dum comantur annus eſt. Hinc comptus. a. um. ornatus politus. a quo dimi. comptulus.
Comptus. us. pro ornatu. Do. in Eu. Ter. Vt eo magis hæc amanda ſit q̃ naturæ beneficio non factis cõptibus: aut induſtria facta eſt pulchra.
Cõptũ gen⁹ libaminis qđ farina cõſperſa faciebãt.
Comarus. p. c. arbutus & gñs mori. gręce κόμαρος.
Comagena pe. prod. regio Syriæ quæ propius adiacet Amano monti. Vnde comagenũ medicamentum dictum quod fit ex adipe anſerum cum cinnamo caſia pipere albo & herba quę comagene vocatur vtiliſſimũ ad multos morbos.
Combennones dicuntur in eadem Benna ſedentes: eſt enim Benna lingua Gallica vehiculi genus non diſſimile epirhedio. Cc.
Combibo. Vide Bibo.
Come herba eſt quã barbã hircinam vocant. a comę ſimilitudine q̄ folia in circuitu ſpargat.
Comes dicĩ q̄ ſequẽdo aliquẽ ſe maiorẽ comitatur. Ci. Nõ comitẽ ſed ſe ducẽ p̄buit. Socius par eſt. Ponĩ tñ quãdoq; comes p ſocio. Idẽ ad Heren. Qui cũ ante lucẽ ſurrexiſſet comitẽ ſuũ inclamauit. Et antea dixit. Et ſecũ aliquãtũ nũmorũ ferẽtẽ eſt comitatus. Comes quoq; qui vtcũq; alterius ſequiĩ ductũ. Socius plerũq; in negotijs ſerijſq; rebus & fortunę arbitrio ſubiectus. Sodalis in leuioribus ac ſepe voluptuoſis. Cic. Epulabar modice cũ ſodalibus. Et ſodales ſunt eiuſdẽ collegij. Vnde Cic. Norbanũ quęſtorẽ ſuũ appellat ſodalẽ. Comes vero pro dignitate gene. cõ. eſt: q̃uis apud vulgus comitiſſa dicatur. Vnde ab Amiano largitionũ comes dictum eſt qui præerat largitionibus imperatorijs. Alij pro dignitate comarchum vſurpant.
Cominia genus oleæ.
Comitor. pe. cor. deponens a comes fit. Et eſt pprie minorũ ergo maiores. Qđ & comito. as. actiuũ dicĩ. Oui. lib. ij. de pon. Quẽ pia nobiſcũ proles comitauit euntẽ. Et li. xiiij. me. Noſtraq; adulantes comitant veſtigia donec Eſt & comitor paſſiuũ.
Comitatus actiue & paſſiue accipitur. Actiue. Ply. Quicũq; eũ comitati fuerant. Paſſiue. Cic. li. ij. in Cati. Illud etiã moleſte q̄ ex vrbe parũ comitatus exierit. Virg. Ipſe vno graditur comitatus achate. Idẽ in ſignificatione paſſiua incomitatus poſuit cum ait. Sæpius Andromache ferre incomitata ſolebat.
¶ Concipio pis. pe. cor. ſimul capio: apprendo. Vnde cõcipere mulieres dicũtur: quũ genitale ſemen apprenditur ad fœtum faciendũ: & cõceptus fœtus dum genitura coaluit. Et cõceptio. Lact. lib. iii. Quid ꝙ vxor poteſt eſſe communis: filius nõ poteſt: quoniam concipi non niſi ex vno neceſſe eſt. Transfertur ad animũ Quintil. Nec tãtõ cõcipere animo ſcelus potui. Hinc conceptus mẽtis dicũtur: quæ comprendimus et imaginamur. Et apud Geometras communes animi conceptiones vocãtur: quæ omẽs tanq̃ manifeſta et indubitata profitentur: vt omne totũ eſt maius ſua parte. Et ſi ab æqualibus æqualia demas: quę remanẽt inter ſe æqualia ſunt. Interdũ cõcipere eſt deliberare ac deſtinare. Seneca. Iamdudũ animo concepat: quid eſſet acturus. Vnde cõceptum dicimus prędeſtinatum. Vir. Aut tu bella acie conceptũq; excute fœdus. Interdũ congregare: in vnũ reducere. Colu. lib. i. Ne quũ a vertice torrẽs imbribus conceptus affluxerit fundamenta conuellat. Idem. Sed ampla ſtabula ſic ordinentur: vt nequis humor influere poſſit: et vt quiſq; ibi conceptus fuerit: q̃ celerrime dilabatur: vt nec fundamenta parietum corrumpantur: nec vngulę pecudum.

¶ Conceptio apud grammaticos ſchema eſt: eũ vnũ genus concipit: hoc eſt ſimul apprændit: aliud genus: vel vna perſona aliam.

¶ Conceptus. ta. tum. participium: quod apprẽſum ſiue deſtinatum: ac cõgregatum eſt. Conceptus us. nomen: quod et conceptum dicitur de iis: quæ in ventre fœminę: et in animo fiunt.

¶ Cõcetabulum aliter conceptaculum: quod aliquid cõtinet: vt vena eſt cõceptaculum ſanguinis .i. in quo ſanguis continetur.

¶ Conceptiuę feriæ: quę certis diebus quotãnis obſeruabantur: vt Sementinę: et compitalitiæ.

✶ Concito. Vide cito.

✶ Conciuis. Vide ciuis.

¶ Conclamatum eſt: quod tranſactũ et finitum eſt: vt cõclamata corpora: quę nihil reliqui iam habẽt ad vitę officia. Aut conclamatum eſt .i. ſatis deploratum: ſatiſq; vociferatum eſt. Luca. Corpa nondũ Cõclamata iacent. Hinc tractũ dicitur: ꝙ quũ vitalis ſpiritus intercluſus homines fallere ſoleat: aqua frigida ablui conſueuerunt: et per interualla conclamari. In quo quum liberari nequirẽt: poſt vltimam conclamationem: quaſi rebus deſperatis comburebantur.

¶ Conclaue pe. pro. neut. ge. et conclauis fœmi. gẽ. locus ſecretior in interioribus tectis: vbi colloquia fieri ſolent. Habetq; vnã clauem communẽ domeſticis: ꝙ intra eũ multa loca clauſa ſint adhęrẽtia triclinio. Cice. cõclaue tricliniũ interpretatus eſt. Hora. in Ser. Currere per totũ pauide conclaue magiſq;. Et cõclauia loca ſunt: quę vna claue clauduntur. Hinc cõclauatus locus dicitur vna claue clauſus: a cõclauo. as: cuius paſſiuum eſt cõlauor. Conclauium genus anuli eſt.

¶ Concludo. is. pe. pro. ſimul claudo: a quo cõcluſus anulus dicitur. Per tranſlationem cõcludere eſt perorare .i. orationẽ terminare. Vnde cõcluſio dicitur: quam gręci Epilogon: noſtri modo ꝑorationẽ: modo cumulum vocant. Nã cumulus ꝓprie aceruus eſt: et in concluſione omnia quaſi in vnum aceruum colliguntur.

¶ Concorporo ſimul corporo: quod fit quũ duę pluresve res miſtę vnũ q̃d efficiũt. Ply. Semp mulſum ex vetere vino faciliimeq; cũ melle concorporatur.

¶ Concors a coniũctione cordis dicitur: qui vnius cordis: ſiue vnius animi eſt. Inde concordia: concorditas concorditer et concordo: quibus cõtraria ſunt diſcors diſcordia: diſcorditer: et diſcordo.

¶ Cõcordia nõ ſolũ q̃ diſcordiæ cõtraria eſt intelligit̃: vt apud Sal. Cõcordia pųę res creſcũt: diſcordia maxime dilabũtur: ſed etiã q̃ dea a Romanis credita eſt: cuius templũ nõ longe a lacu curtio in palatino monte.

¶ Cõcordare eſt concordẽ eſſe. Ter. in Phor. Si cõcordabis cũ illa: habebis quæ tuam ſenectutem oblectet.

✶ Concolor. Vide Color.

¶ Cõcrepo. as. pe. cor. ꝑſono. Et plus eſt: q̃ ſono. Nã con ibi auctiuum eſt. Ter. Sed oſtium concrepuit.

✶ Concreſco. Vide creſco.

✶ Concretum cõglutinatũ et cõiunctũ dicimus. Virg. Multa diu concreta modis inoleſcere miris. Inde mare cõcretũ: q̃d diſtat ab inſula tule vnius diei nauigatiõe

¶ Cõcubo as. pe. cor. et concũbo is: ſimul dormio: ſiľ quieſco. Per tranſlationẽ de re venerea dicitur. Vnde et cõcubinus et cõcubina: ꝙ ſimul cubent. Hinc & concubitus ua. et cõcubitũ. Aug. lib. v. ciui. dei. Nũq̃d et in cõceptu vbi et vnõ concubitũ manifeſtum eſt: et tãta naturæ vis: vt quũ cõciperet fœmina deinde alterũ concipere omnino non poſſit.

✶ Concubitor: qui coit. Cc.

¶ Concubium: a concubitu dormiendi cauſa dicitur. Et ſunt concubia noctis primi ſomni: ſeu intempeſta nox: quia tunc tempus agendi eſt nullum: ꝙ fere omnes cubẽt. Alij ab eo ꝙ ſiletur: ſilentium noctis: quod Plau. conticinium vocat. Siſen. lib. iiii. hiſto. Ipſi legati cõcubia nocte oppido digreſſi iam ſupra hoſtiũ munitionem ſuccedunt.

✶ Conculco. Vide calco.

✶ Concurro. Vide curro.

¶ Concutio concutis. concuſſi. concuſſum. Vide in dictione Quatio.

¶ Concupiſco is. Vide in dictione cupio.

✶ Condecoro honeſto: penult. cor. Producta vero orno: politum reddo. Cc.

✶ Condecet. vide decet: ex quo condecens: condecẽter: condecentia. Cc.

¶ Condemno as. ex con et damno: ſignificat iudico. Et conſtruitur cum ablatiuo: vel genitiuo. Cicero Curioni. Quare ſi iniquus es in me iudex: cõdemnabo eodem ego te crimine. Idem Curioni. Etiam ſceleris condemnat generum ſuum.

¶ Condico is. pe. pro. ſimul dico: ſimul determino: cõſtituo. Iuſt. li. iii. Nam inducias: quas proprio nomine condixerant: ex ſociorum perſona rumpebant. Vnde condictus: ſimul dictus: et promiſſus. Et condicere eſt repetere. Iulius. Si alienam rem mortis cauſa donauero: eaq; vſura parta ſit: verus dominus eam condicere non poteſt. Item condicere ponitur pro contradicere. Paulus. Hic ſcit poſſe ſibi condici: ſi cõualuerit donator. Item ſcd̃m Iureconſultos pro dicendo denũtiare: ſed proprie: quando actio datur in perſonam. Hie. in exo. Clamauit Moyſes ad dominũ pro ſponſione ranarũ: quas cõdixerat Pharaoni. Suet. in Tibe. Cœnã ea lege condixit: ne quid ex conſuetudine immutaret.

¶ Cõdictum quod in commune eſt dictum .i. ꝓmiſſio ſeu pactũ inuicem factũ. Hiero. in li. Gen. Iuxta cõdi-

ctum reuertar ad te.

¶ Condictio et pronũtiationem quãdam et actionem ſignificat. Eſt et cõdictio (vt docet Feſtus) in diem certum eius rei: quę agitur denũtiatio. Condicere eñ priſca lingua eſt dicẽdo denuntiare.

¶ Conditio ſine c. a cõdo is. fit: et pro fortuna ac ſorte fortunatũ: temporũ: et rerũ poni ſolet. Cice. O miſerã cõditionẽ adminiſtrãdi cõſulatus. Augu. Ea tpm conditio erat: vt ne cõqueri quidẽ de iniurijs fas eſſet. Et apud Liuiũ legimua cõditiones pacis oblatas eſſe. Et homo bonę conditionis dicitur qui in bona fortuna ẽ: hoc eſt q diues eſt. Aliquãdo electionẽ et cõuentionẽ denotat. Terẽ. Amatores Chryſidis tulerũt conditionẽ: ſi vellet eis morẽ gerere ſe daturos illi pretiũ: ipſa vero accepit cõditionẽ. i. pactioni pmiſſioniq; conſenſit. Et apud Liuium legimus conditiones pacis oblatas.

⁎ Cõdignum pro digno ab aliquibua vſurpatur. Cc.

¶ Condio. is. diui. vel dij. ditum. pe. pro. ſapidum facio: quod fit quũ epulę ſale aut pinguedine ſeu aromatibus condiũtur. Iuue. Et quadringẽtis nummis condire guloſum Fictile. Hinc condimẽta dicũtur quę ad condiẽda obſonia fiunt. Cicero libro iii. offi. Nam vt tribuamua aliquid voluptati condimenti. Hæc ſi per ſe ſint gręco vocabulo ὄψον dicuntur.

⁎ Condiſco. Vide diſco.

¶ Conditura. æ. idem quod condimẽtum. Hiero. contra Iouī Porro ſi alimẽta coquorũ arte mutãtur in melius: et fit aliquid ſuauius conditurís: huiuſmodi cibí non naturę ſatiſfaciunt: ſed voluptati.

¶ Condylia pe. cor. iunctura et nodus articulorum in digitis: et eminens ſtricta in pugnũ palma. Nam quatuor digiti: vt ſcribit Ariſtotelea: ternos habẽt condylos: pollex vero duos. Gręci etiã condylon pugnũ vocãt: qui fit complicans digitis in condylos et tuberculum. Vnde Plutarchus ſcribit eum: quẽ Caſtor condylo percuſſiſſet ſtatim mortuum. In cacozeliam incidit Martianus in primo. Caput illi virga comminuens eidem: quibus fuerat eblandita ictibus crebris: complicatiſq; io condylos digitis vulnerabat.

¶ Condyloma. ans. pe. pro. κονδυλώμα morbua: vt Iulius Pollux inquit: qui naſcitur circa coronã ani: ſiue podicis tuberculum inſanabile. Et circa ſedẽ fiũt cõdylomata magna: ſed non laborioſa. Naſcuntur ex inflammatione: Nec ſunt Hęmorrhoides: ſed eminẽtes tumores nunc molles: nũc duri: figura rotunda: et nihil eminẽtes. Sunt aũt tria morborũ genera: vt ſcribit Celſus lib. vi. quæ anus recipit. Primũ morbum dicit eſſe Rhagada: quando pluribus locis cutis ſcinditur. Secundũ Condyloma. Tertium Hęmorrhoides. quũ ora venarum ſanguinem fundunt.

¶ Cõdo dis. didi. duum. penult. cor. ſignificat in vnũ interiorem locum ad cuſtodiam do: vt fit quũ quẽpiã compeditum in carcerem condimua: et abſcondimus Vergi. Et nota conduntur in aluo. Ply. Si libeat credere: vt ſub vna ficu turmę condantur equitũ. Quãdoq; cõſtituo: ædifico: quaſi ſimul do: vt Troiani Romam condiderunt. Et Cicero multoa libros condidit. Hinc inconditus pro inornato: incõpoſito. Quandoq; repono. Ply. Formicę condunt ęſtate fructus: quibus hyeme fruantur. Quandoq; compono. Ply. Opus condidit perpetuo omnibua legendũ. Quandoq; recondo ſepelio. Idem. Poſt conduũ monumento corpus. Quãdoq; potior. Vergil. libro. vii. Optato conduntur iibri dis alueo. Huius verbi compoſita ſunt abſcondo: et recondo.

¶ Cõditor pe. cor. qui aliquid facit. Conditor pe. producta: a condio. is. qui fercula condit.

¶ Conditaneum: mõ a cõdendo: modo a condiendo fit: ſignificatq; quod cõdi vel cõdiri poteſt: vnde apd Varr. Cõditaneã oleam in agro craſſo: et calido maxime ſerere conuenit.

¶ Cõditoriũ a cõdendo ſepulcrũ dicitur. Ply. Tam rara in amicis fides: tã parata obliuio mortuorũ: vt ipſi nobis debeamus cõditoria conſtruere: omniaq; hæredum officia præſumere. Sueto. appellat conditorium illum alueolum et loculamentum: in quo reconditum erat corpua Alexãdri magni: quod aureum erat. Ammianus vocat conditoriũ muralium tormẽtorum repoſitorium machinarum. Petronius arbiter accipit p ſepulcri repoſitorio quũ ait. Incõditoriũ etiam proſecutũ eſt defunctum: poſitumq; in hypogęo gręco more corpus cuſtodire cœpit. Hypogęa enim Græci dicunt ſubterranea.

¶ Condititius. a. um. quod conditum eſt et ſeruatum Columel. lib. ix. de columbis. Duobua aut tribus mẽſibus acceperint conditiua cibana: cæteris ſeipſas paſcunt ſeminibus agreſtibus.

¶ Conditiuus. a. um. quod apte condi poteſt. Varro lib. i. de re ruſtica. Cõditiua mala ſtructea cotonia ſcãtiana ſcandiana muſtea in loco arido et frigido ſupra poſita palea ſeruare recte putãt. Aliquãdo cõditiuum dicitur quod conditũ et ſeruatum eſt. Col. lib. viii. Itaq; mane priuſq̃ pcedant in paſcua conditiuis cibis ſuſtinendæ ſunt: ne immaturis hærbis citetur aluus.

¶ Condocefacio. inſtruo. Cice. lib. v. Tuſcul. Nemo eſt enĩ qui eorum bonorum animũ putet eſſe iudicem eumq; condocefaciat: vt ea quæ bona mala ve audiãtur poſſit contemnere.

⁎ Condoleo. Vide Doleo.

⁎ Cõdono: a quo cõdonatio. Vide dono.

⁎ Condria hærba eſt: quã nõnulli pſeudodictamũ vocant: et fere vbiq; creſcit dictamo folio ſimili: ramulis minoribua Cc.

¶ Conduco cis. penultima producta. ſimul duco: vel pro ſimplici ponitur. Plaut. in Epi Mane me iuſſit ſenex conducere aliquam fidicinam ſibi huc domum. Interdum ſignificat aliquid pretio accipio: quod vulgo dicitur affictо: ſeu ad appenſionem: vel ad militiã ſumo. Cic. Tiro. Huic ego locum in proximo cõduxi. Plautua in Pſeu. Quantulo argenti te conduxit pſeudolus? Interdum colligo congrego. Var. Mane ſuſcitat roſtra: populum in foro conducit. Interdum emo. Plaut. Cædendum conduxi ego illum. Interdum cõuerto. Lucilius. Et virtute tua et claris cõducere chartis. In tertia aũt perſona vel infinito ſignificat vtile eẽ Et ſi de homine loquamur cum datiuo tm̃ conſtruitur Columel. lib. i. Nam id minime conducit agricolæ. Si autẽ de re alia tunc quãdoq; datiuum exigit. Plautus in capti. Vt potiſſimum qd in rem recte conducat tuã id petam: id proſequarq; corde animo atq; viribus. Et iterum ibi. Nam ſi ea memorem: quę ad ventris victũ conducunt mora eſt. Cice. Lentu. Et reipublicæ rationibus putem conducere. A conduco fit participium conductua. a. um. et cõductus. us nomen.

¶ Conducibile: quod vtile eſt. Plau. in Bac. Non ego illuc facinus mihi cõducibile eſſe arbitror. Poteſt etiã dici conducibile: quod conduci poteſt.

¶ Cõductitius a. um. quod conduci ſolet: vel conducit: ſiue ex eorũ numero eſt q̃ cõducũtur. Plau. in Epi. Sed vna me res turbat ratioq; apocidi quo modo oſtẽdã fidicinã aliquã cõductitiã. Cõductitia domus tamẽ dicitur: quæ conducta eſt. Sic conductitia opera dicitur mercenaria: quæ cõducta eſt. Var. Oẽs hi agri colũtur hoibus ſeruis aut liberis aut vtriſq;. Liberis aũt cũ

ipſi colunt: vt plerı́q; pauperculi cum ſua ꝓgenie aut mercenarijs et conductitijs operis liberorum.

✱Conduplico. Vide duplico.

¶Confarreatio Quære in dictione diſfarreatio. a cōfarreo Apul. formauit participiū cōfarreaturus. Talis inquit mulieris publicitus matrimoniū cōfarreaturus.

¶Confero. pe. cor. ſimul pono καὶ ἐλλήνισὶ φέρω φέρειν καὶ φορέω φορῶ. Cice. lib. iii. offi. Oēs curas cogitatiōeſq; meas cōferebam. Ponitur aliqñ ꝓ confero Vir. li. ix. Ergo etſi cōferre manū pudor iraq; mōſtrat. Qñq; pro tribuo. Ambro. Magna fœmina: q̄ multo amplius inuenit: quod impatori cōferret: q̄ qđ ab Imꝑatore acciperet. Quādoq; pro cōtollo. Virg. Et conferre gradū et ꝓcedere longius audet. Quādoq; ꝓ diſputo ſeu in cōpatiōnē deduco. Hiero. in Prolo. paral. Quendā auctorē q apud hebræos in admirationibus habebatur aſſumpſi: & cōtuli cū eo a vertice (vt aiunt) vſq; ad extremū vnguē. Et ſic cōfirmatus auſus ſum facere qđ iubebatis. Et dicimus cōfero te illi et cū illo. Ouid. Confer amyclæis medicatū vulnus ahenis Murice cū tyrio turpius illud erit. Quādoq; ꝓ paro: diſpono. Plau. in curg. Ita tuū cōferto amare ſemp ſi ſapiſt ne id qđ ames ppl'us ſi ſciat tibi ſit ꝓbro. Quādoq; ꝓ impono: iniicio Idem in Am. Ne poſterius in me culpam cōferas. Quādoq; ꝓ facio. Terē in Heaut. Syrus cū illo ve.tro conſuſurrat: conferūtq; cōſilia adulescētes. i. ſimul faciūt. Quādoq; ꝓ cōiūgo. Cice. ad Octa. Nam vt ordiar a principio: et perducā ad extremū: et nouiſſima conferam primis. Quādoq; ꝓ trāſfero: traduco. Teren. in Eunu. Metuet ſemper quē ipa nūc capit fructum: ne quādo iratus tu alio conferas. Idē ibi. Vſq; adeo ego illius ferre poſſum ineptias et magnifica verba: verba dū ſint. Verū eñ ſi ad rē conferētur vapulabit. i. deducētur. Quādoq; ꝓ cōtra fero. Liui. lib. i. Aliquoties latinus exercitus cōminus cū Romanis ſigna cōtulerat. Quādoq; ꝓ valeo ſeu ꝓſum. Col. lib. i. Cæterū ad æſtiuos tēperādos calores plurimū cōferūt ſalientes nui. Cōferre in pauca eſt cōcludere inquit Cic. lib. iii. offi. Cōferre verba in pauca eſt reducere. Plaut' Nunc verba in pauca cōferam. Col. lib. i. Sitq; vtriq; ꝓximū horreū: quo conferatur ruſticū inſtrumentū. i. in vnū reducatur. Et cōferre donare: vt Mlta cōtuli in Catonē. i. multa donaui Catoni. Similiter cōferre ire: vt contulit me domum: et contulit me ad Catonem.

¶Cōfercio is. ex con et farcio ſumitur ſicut compleo Cice. in Cati. Vino languidi: cōferti cibo: ſertis redimiti: vnguentis obliti. Inde cōfertus ta. tum. a quo confertiſſimus ꝓ frequētiſſimus ſiue creberrimus. Li. li. ii. In cōfertiſſima turba ꝓpe regium tribunal conſtitit.

✱Conferuam herbam vocat a cōferminādo: quæ in aquis dulcib' naſcitur Spōgia verius aquarū: q̄ muſcus: aut herba villoſę denſitatis ac fiſtuloſę. Cc.

¶Conficio is. pe. cor. finio. perficio. Cice. Nam ſi hoc expectandū ſit dum totū bellum cōficiam. Et in paſſiua voce: vt Vir inops fame: frigore: dolore conficitur hoc eſt cōſumitur & fere perit. Cice. Plagis confectum ante oculos tuos cecidiſſe. Lactātius li. ii. pro deſtruo ſiue occido poſuit. Ignis quidem pmiſceri cum aqua nō poteſt: quia ſunt vtraq; inimica: Et ſi cōminus venerint alterutrum quod ſuperauerit: cōficiat alterum neceſſe eſt. Idem ibi. Quum Annibal duos exercitus populi Romani aſtu et virtute confecit. Et hoc eſt ex vi præpoſitionis con. quæ et in bonam et in malā partem accipi ſolet: vt conficere pro perficere: et pro conſauciādo trucidare. Inde cōfectores ferarum. Sueto. in Tito. Notiſſima Hieroſolymorum oppugnatione .xii. propugnatores totidem ſagittarum confecit ictibus. Item conficere eſt facere. Teren. in Phor. Bonis me abſente hic cōfeciſtis nuptias. Item explicare. Cic. libro ii. offi. Honeſtatis pars cōfecta eſt: quam tibi cupio eſſe notiſſimam. Item exequi: vt apud eundē. Si me amas confice: quācūq; ei fidem dederis præſtabo. Item colligere. Permagnam (inquit idē in Verrem) dices ex illa re pecuniam confici poſſe. Item frangere. Ply. Nucē dētibus cōficere ac plagæ imponere. Item cōſumere. Terē. Qui cū hic nō videant me credāt conficere argentū ſuum. Cice. Nec me languoribus dedit quibus eſſem cōfectus. Item ſimul facere. Cice. Cōfeci quæ iuſſiſti oia. Feſtus Cōfecerūt vna fecerūt. Lact. lib. ii. Quomō pōt ex multorū deorū aceruo vnus de' cōfici? Confectus etiā defeſſus dicitur. Cice. lib. ii. offi. Nec me langoribus dedi: quibus eſſem confectus.

¶Cōfido is. pe. pro. credo et certus ſum. Et tum de pterito: tum de pñti: tum de futuro tpe dicitur. De præterito. Cic. Qm̄ probatā rationē officij mei vobis eſſe cōfido. De pñti. Idē. Quæq̄ a Cratippo noſtro principe huius memoriæ philoſophorū hæc te aſſidue audire cōfido. De futuro. vt apud eundē. Ita fore cōfidimus. Et dicimus cōfido tibi: & in te. Virg. Et afflictis melius cōfidere rebus. Aliquādo cōfidere ſignificat audere: qđ et in bonā et in malam partē accipitur. In bonā. Ci. li. iii. de legibus. Vir excellēs et fortis cōfidere ſibi debet et ſuæ vitæ: & actæ: et conſequēti. In malā etiā accipitur Vnde cōfidentē dicimus: q leges iuraq; cōtemnit: & nihil timet. Quāobrē et ꝓ temerario impudēti et improbo poni cōſueuit. Terent. in Phor. Homo cōfidens ꝙ illū dij oēs perdāt. Qui fortis eſt idem fidēs: qm̄ cōfidēs mala cōſuetudine loquēdi in vitio ponitur. Virg. Nam quis te iuuenū confidētiſſime noſtras Iuſſit adire domos? Hinc confidētia: quæ ſicut docet Donatus. eſt audacia cū improbitate. Teren. in And. O ingentē cōfidentiam. Aliquādo tamē cōfidens ponitur ꝓ conſtāti et graui. Idē ibi. Neſcio quis ſenex venit modo ellū confidēs. Donatus. cōfidentē ꝓ cōſtanti nō mala ſignificatione poſuit: et confidētia cōſtantia duritia patiētia. Plaut. in Aulu. Scapularū confidētia virtute vlmorū freti. Et cōfidenter cōſtanter. Plau. Quæ non deliquit decet audacē eſſe confidēter. Quādoq; etiā temerarie. Accius. Qui in puellæ domum tam cōfidēter irrupit.

✱Configo. Quære Figo. Cc.

✱Confingo. Vide Fingo.

¶Cōfiteor eris. ſſus. verbum commune ſimul aut totum ſimul fateor ſeu affirmo. In ſignificatione actiua. Lactan. libro. v. Vt doceret quibus pœnis affici oporteret: qui ſe cultores dei confiterētur. In paſſiua. vt in Gorgonio martyre legitur. Vt quid in illo crimē inducitur. quod a nobis omibus confitetur. Duobus alijs modis apud ſacras literas capitur cōfiteri. Eſt eñ confeſſio laudātis: ſeu gratias agentis. Eſt et cōfeſſio gementis. Confeſſio laudātis ad honorem pertinet eius: qui laudatur. Cōfeſſio gementis ad pœnitētiam pertinet eius: qui confitetur. Confitētur eñ homines: quū laudāt deum: cōfitentur: quū accuſant ſe. Sed quum ad pœnitentiam refertur cū accuſatiuo conſtruitur: et quandoq; cum datiuo vltra accuſatiuū: vt in Pſalmis Dixi: confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino. Quum autē ad laudem ſeu gratiarum actionē datiuum tm̄ exigit: vt eſt illud Confiteor tibi dñe rex cœli et terræ. Solet aſſignari differentia inter Confiteri et profiteri: ꝙ illud neceſſitatis: hoc voluntatis. Cice. pro Manilio. Hoc ego non ſolum confiteor: verum etiam profiteor. ✱. i. palam fateor et prædico.

¶Confeſſor: proprie qui confitetur rogatus: non qui alterius peccata audit.

✳Confixio a configo.Cc.
✳Conflacceſco a conflacceo.vbi Flacceo.Cc.
✳Conflagro.Vide flagro: ex quo cōflagratio.Cc.

¶Conflare ſimul flare quod ꝓprie dicitur vētis facere
cū ſunt diuerſi. Interdū eſt ſufflare. Ply. Philiſcus offi
cium pinxit pictoris ignē cōflante puero. Interdum ſi
gnare:quia hoc nō niſi conflato igne fieri poteſt:vnde
cōflatam pecuniā dicimus:hoc eſt ſignatā. Interdū cō
citare:cōtrahere. Et vt plurimū de malis dicitur. Dici
mus enī Tu tibi hodie conflaſti inuidiam: inimicitias:
odiū. Sal. Magnam illi inuidiā cōflauerāt vſq adeo vt
nōnulli equites ppſi Romani:q præſidij cauſa cū telis
erāt circū ędem cōcordię. Dicimus quoq. Mihi confla
ui æs aliēnū:quod eſt feci me debitorē alienę pecunię.
Idem. Alienū ęs grande conflauerat: quo flagitiū aut
facinus redimeret. Idē dicitur p contraho:qbus corre
ſpondet Diſſoluo ęs alienū:quod eſt ęs alienū : qđ cō-
flauerā reſtituo. Quint. Nō ego ęs alienū luxuria con-
traxi. Cice. Patri pſuaſi:vt ęs alienū filij diſſolueret.
Interdū cōgregare. Lact. lib. ii. Ita cōflauit ex his oib'
ppſm. Interdū cōficere:creare. Idē lib. vii. Et quicqd
eſt in hoc ope mundi cōfl uit ac pfecit ex nihilo. Virg.
lib. i. Georg. Et curuę rigidom falces conflantur in en
ſem:hoc eſt cuduntur:fabricantur.

¶Conflages pe.pro:dicuntur loca:in quę diuerſi con
fluunt venti:a conflo.as.

¶Conflatile pe.cor.quod conflando factum eſt.Hie-
ro.in Exodo. Fecerunt ſibi vitulum conflatilem.

¶Cōfinis pe.pro.qui ſimul finit. Vnde cōfines agros
dicimus:qui eodē loco finiunt. Vide in dictione Finis

¶Cōfinium idem qđ cōfinis. Colu. lib. iiii. Mediocri-
tas in electione loci maxime pbatur:qm in cōfinio bo
ni maliq poſita eſt. Lactātius. Ex quorum cōfinio na-
ſus exoriēs ęquali porrectus iugo vtrāq aciem ſimul
et diſcernit et munit.

¶Cōfligo is.pe.pro.ango.pugno: quū dimicādo ho
mines ſe inuicem ſternūt. Sallust. Optimum factu ra-
tus in tali re fortunam belli tentare ſtatuit cum Anto-
nio q̄ primum confligere. Hinc

¶Conflicto as.quod eſt frequēter pugno.percutio. ſi
mul affligo. Cice. li. ii. ad Heren. Malo magno eſt ho-
minibus auaritia:iccirco q homines magnis & multis
incommodis conflictantur: hoc eſt concutiuntur:con
certant:vexantur.

¶Cōflictor deponēs. Teren. in Andria. Nam qui cū
ingenijs conflictatur huiuſmodi.i.atteritur.

¶Cōfluere.concurrere:cōuenire:et ꝓprie de riuis dici
tur:q̄uis ad alia transferatur. Apu. Plęriq q ad merca
tum cōfluxerāt interuenere. Plaut'. in Epi. Id ego ex-
perior cui multa in vnū cōfluunt: quę meū pectus pul
ſant. Hinc cōfluxus et confluuiū:quo multi riui ſimul
fluunt. Confluus.a.um.quod ſimul fluit.

¶Confluges.pe.pro.loca ſunt: in quę riui diuerſi de-
fluunt.

✳Confœta ſus dicebatur:quæ cum omni fœtu adhi-
bebatur ad ſacrificium.Cc.
✳Cōfœduſti apđ veteres dicebāt fœdere cōiūcti.Cc.
✳Cōfodio:a quo cōfoſſor et confoſſio. Quære in Fo
dio.
✳Conforio.Vide Forio.

¶Conformare quod eſt eiuſdem formę. Ambro lib.
.i.offi. Vt quod habes largiaris pauperi: et cōſortem et
conformem tuū adiuues. Per tranſlationē ſumitur p
cōuenientẽ et cōgruo. Vnde cōformo.mas.cōuenio:ad-
apto:vt apud Apoſtolū. Nolite cōformari huic ſclo.

¶Cōforto.as.et cōfortor paſſiuum. Hiero. li. ii. Reg.
Cōforta bellatores tuos aduerſus vrbem:vt deſtruas
eam:quod eſt anima et accende. Et illud. Cōnfortare
et eſto robuſtus.

✳Confoueo.Vide Foueo.
✳Confringo.Vide Frango.
✳Confugio:confugiū:confugela. Vide Fugio.

¶Confundo perturbo:et omnia in vnū miſceo. Ali-
quando confundere eſt terrere. Liuius lib. vi. Confu-
ſam eā ex recenti morſu animi cū pater forte vidiſſet.

¶Confuto.as.pe.cor.ex con et futo redarguo. Vnde
confutatio. Significat confundo interdū opprimo:cō
uinco:cōficio. Teren. in Phor. Confutauit verbis ad-
modum iratū patrem. Et eſt confutatio(vt ait Cicero
ad Heren)contrariorum locorum diſſolutio. Et confu
tare cōmouere. Titin. Coquus magnum ahenū quan
do feruit paula confutat trua.

✳Congedus amnis eſt iuxta bilbilim:qui per agri pla
nitiem fluens exiguū lacū efficit:tepētibus aquis:qui
erumpit in Bilbilim.Cc.
✳Congelo.Vide gelo:ex quo congelatio congelefa-
cio.
✳Congemino.Vide gemino.
✳Congenero.Vide genero.
✳Congenulare eſt genu replicato cadere:vel genibus
flecti. Cecil'. Ipſe regia ferit pectus aduerſum cōgenu-
lat pcuſſu deijcit dominum.Cc.
✳Congerminaſco a congermino. Vide germino.

¶Congrus : et cōger vtroq modo dicitur pro quodā
piſcis genere.

¶Cōgero is.pe.cor.congrego et coaceruo. Tib. Diui
tias alius fuluo ſibi congerat auro. Hinc cōgeſtitius.a.
um.qđ cōgeſtū eſt. Col. lib. ii. Non deterius iñ etiā pin
guibus harenis vel congeſtitia humo proueniunt.

¶Congius menſuræ genus capax ſex ſextariorū:vt
inquit Priſci. Et eſt pars amphoræ. Cōgius enī quum
deeſt efficit quidem:vt ne ſit iuſtę menſuræ amphoras
ſed quū accedit et additur non ille vnus facit ampho-
ram:ſed ſupplet.

¶Congiariū munus impatoriū ſiue donatio impera-
toria: vt ſcribit Sene. lib. iiii. de benefi. Hoc donabatur
populus:ſicut donatioo milites donabantur. Sic Ply.
in Panegyrico laudat Traianū:q cōgiariū populo de
diſſet:quo locupletatę ſunt tribus:quū donatiuū mili-
tes accepiſſent. Huius cōgiarij diuerſę fuerunt ſummę
Tiberius enī cōgiariū populo trecētos nummos viri-
tim dedit. Caligula cōgiariū populo bis dedit tricenis
ſeſtertijs. Nero quadragenos nūmos populo diuiſit.
Eſt et congiarium menſuræ genus : vt apud Paolum
iureconſultum. Quintil'. lib. vi. Congiarium commu-
ne eſt liberalitatis atq menſuræ.

¶Conglobo as.pe.cor.a globus fit:ſignificatq coad
uno. Hiero. lib. ii. Reg. Et cōglobati in vnū cuncū ſte-
terunt in ſummitate tumuli. Hinc conglobatim aduer
biū quod ſignificat p globos. Aug. lib. vi. confeſ. Ipſa
occurrebant vndiq aceruatim: & cōglobatim cernēti.

✳Conglutino.Vide glutino.
✳Cōgratulor.vnde cōgratulator. Vide gratulor.

¶Congredior ſimul gradior. Var. Omneſq in vnam
domum congreſſi ſimul diſcubuere. Ambro. lib offi.
Qui ſapientibus cōgreditur ſapiēs erit. Et cōgredi eſt
ad obſiſtendū vel pugnandū vel diſputandū ire. Gel.
Quiter cū hoſte cōgreſſus victor redijt. Vñ et congreſ
ſus pro pugna. Salluſt. Multi eo congreſſu perierunt.

✳Congrego:Vide grego.

¶Congruo is.grui.conuenio. Tractū a gruibus:quæ
nō ſe ſegregāt ſiue cū volant:ſiue cū paſcunt. Plau. in
Curg. Sane illi inter ſe congruūt cōcorditer. Vnde cō-
gruū & incongruum:congruens:et incongruēs. Lact.

lib.ij. Eſt autem peruerſum & incongruens vt ſimulachrum hominis a ſimulachro dei colatur.

¶ Conijcio is. penul. correp. a con & iacio multis accõmodatur ſignificationibus. Cice. M. Cælio. Sin ſe in intimum cõijcere vellent nõ ſatis cõmode calciati & veſtiti id facere poſſent. Item ibi. Atq3 illo repentino hominum impetu ſe in fugam conieciſſe. Sal. Ex eo numero cõplures. Q. Metellus celer prætor ex ſenatuſcõſulto cauſa cognita in vincula coniecerat. Plaut. in epidi. Orna te epidice & palliolum tuum in collum cõijce Ter. in heau. Hæc vbi aperuit oſtium continuo hic ſe cõiecit intro. Et ibi. Syre mi obſecro ne me in lætitiam fruſtra conijcias. Et in phor. Hinc me cõijcerem protinus in pedes. In quibus ſignificatio eſt: quod vernacula lingua dicim⁹ butare. Interdum in hoc verbo con auget: vt ſit cõijcere ſimul vel omnes iacere. Liui. li. ij. Clamore ſubito vndiq3 in vnũ hoſtem tela conijciũt. Ceſar. lib. pri. Pro vallo carros obiecerant: & e loco ſuperiore in noſtros veniẽtes tela cõijciebãt. Per tranſlationem vero ſignificat interpretari: cogitare: colligere: diuinare. Idcirco tum non exigit accuſatiuum cum prępoſitione: ſed naturali cõtentum eſt: neq3 tamen a prima ſignificatione alienum. Nam cum quis aliquid conijcit. i. ſimul iacit confert quæ agenda ſunt: & ſic cogitat & colligit & interpretatur: diuinatq3 qd agere debeat. Ter. in phor. Tu conijcito cętera. Et in Eu. Quid illud mali eſt nequeo ſatis mirari: neq3 conijcere. Plautus in Cur. Maneſis dum huic conijcio ſomnium. Pro diuinare. Cicero poſuit lib. de diuini. Num igitur aut aruſpex aut augur: aut vates quis aut ſomnians meli⁹ coniecerit aut ex morbo euaſurum ægrotum: aut ex periculo nauem aut ex inſidijs exercitum q̃ medicus: q̃ gubernator: q̃ Imperator.

¶ Coniecto as. frequẽtatiuũ exiſtimo. iudico. Ter. in Eu. Neq3 ſcio quid dicam aut quid coniectem.

¶ Coniector interpres ſomniorũ & omnium a coniectura: hoc eſt directiõe quadam rationis ad veritatem Cicero. Defert ad coniectorem quidam ſomniaſſe ſe ouum pendere ex faſcia lecti cubicularis. Hiero. in prolo. lib. ij. Interroga quemlibet hebræorum cui magis debeas accõmodare fidem. Et ſi noſtra firmauerit puto q̃ eum non æſtimes coniectorem: vt in eodem loco ſimiliter diuinaret.

¶ Coniectus us. directio quædam rationis ad veritatem a quo dicta eſt coniectura.

¶ Coniectura conijciendi actus & eſt idem quod quis per rationem & ſigna & tempora & huiuſmodi cõijcit. id eſt cogitat & colligit. Cice. Cornifi. Quantum copiarum haberes cum ipſe coniectura conſequi poteram: tum ex litteris tuis cognoui.

¶ Coniecturale adiectiuum quod per coniecturã colligitur & ꝓponitur. Cice. libro pri. ad Herẽ. Coniecturalis eſt cum de facto controuerſia eſt. Hoc modo. Aiax in ſilua poſtq̃ reſciuit quę feciſſet: per inſaniam gladio incubuit: Vlyſſes interuenit: occiſum conſpicatur: corpore telum cruẽtũ educit: teucer interuenit: vbi fratrẽ occiſum & inimicũ fratris cũ gladio cruẽtato videt capitis accerſit. Hic quoniã coniectura verum quęritur: de facto erit controuerſia: & ex eo conſtitutio cauſæ coniecturalis nominatur.

¶ Cõiectarium efficax atq3 perfectum. Cice. Illud vero mihimet coniectarium.

✱ Conifera arbor dicitur quæ conos fert hoc eſt nuces pineis ſimiles Oui. Et coniferę cypariſſi. Cc.

✱ Coniferos vocabant greci qui in bacchi exercitu dũ in indiam proficiſceretur thyrſos ferebant q̃ thyrſi pinee nucis ſpeciem habeant. Cc.

¶ Coniũ genus herbę noxiũ quę cũ tritico naſcit. Ambro. Cũ tritico coniũ quid inter alimẽta vitæ noxiũ reperit. Et niſi pręciſum fuerit cõſueuit ſaluti nocere. Et paulo poſt. Sturni veſcũtur conio quoniam qualitate ſui corporis venenũ ſucci letalis euadunt.

¶ Coniugo as. pe. cor. ſimul iugo quaſi in vnum iugum iungo. Vnde coniugatio in verbis dicta eſt apud grammaticos: q̃ ſibi ad vnum ſonum multa coniungat: & quaſi vno iugo aſtringat. Cicero in Cato. ꝓprie dixit. Adminiculorum ordines capitum cõiugatio & religatio & propagatio vinum ſarmentorũ. Coniugata apud rhetores ſunt quæ ab vno genere veluti iugo flectuntur: vt a iuſtitia iuſtus iuſte iuſtum. Hinc locum a coniugatis dicimus cum ita argumentamur. Si riſus gaudium eſt ergo & ridere gaudere.

¶ Coniunx ſecundũ Priſcianum & coniux ſine n ſecũdum Phocam a coniugo as. abiecta go ſyllaba & addita x. Iugum enĩ inſtrumentũ eſt. quo boues iugantur. id eſt iunguntur. Vnde iugari dicimus qui maritali iugo inſtar boum colla ſubijciũt. Hora. Diua producas ſobolẽ patrũq3 proſperes Decreta ſuper iugandis fœminis. proliſq3 nouę feraci lege marita. Fœdera quoq3 matrimonij vincula iugalia dicuntur.

✱ Coniugalem torum dicimus in quo nuptę ſunt. Cc.

✱ Coniugus a. um. quod coniungit. Cc.

¶ Coniugium matrimoniũ. Verg. Coniugio iungam ſtabili propriãq3 dicabo. Alij cõnubio legunt.

¶ Coniungo is. xi. ctum. copulo. Tractum a iugo. Inde coniunctura: coniunctio: cõiunctiuus ua. um. & cõiunctim.

¶ Coniuro as. penult. pro. quaſi cõtra iuro: frequenter in malum dicitur: ſicut & cõſpiro. Sallu. Sed ante coniurauere pauci in quibus Catilina fuerat. Teren. Quæ eſt hęc coniuratio vt omnes mulieres eadem ęque ſtudeãt? In bonum: cum honeſta cauſa fit. Vnde Mutius Scæuola. Trecenti inquit coniurauimus principes iuuentutis Romanæ vt in te hac via graſſaremur. Hora. Coniurat amicę.

✱ Connato ſimul nato vide Nato.

✱ Connecto vide Necto inde cõnexio.

✱ Connexum pedis pars ſuperior. Sed videndũ eſt ne legatur cõuexum de quo infra. Cc.

¶ Conniueo es. & conniuo is. iui. vel xi. ctum. Conniuere eſt oculos genis integere. Plyn. lib. xj. Grauiores alitum inferiore gena conniuent. Idem. columbæ & ſimilia vtraq3 gena cõniuent. Transfertur etiam ad alia. Gel. lib. xv. dixit conniuere caua ventris & ſtomachi. Pro ſtipari claudi & cõtrahi. Hinc conniuere quaſi pro tranſire & non videre ponitur quãdoq3. Cice. in Phil. Quibuſdam in rebus etiam conniueo. Idem pro Cęlio. Proh dij immortales cur interdum cõniuetis in hominum ſceleribus maximis? Suet. in Cæſ. Delicta neq3 obſeruabat omnia: neq3 ꝓ modo exequebatur: ſed deſertorum ac ſeditioſorum inquiſitor: ac punitor acerrimus conniuebat in cęteris id eſt reliqua vitia oculis veluti clauſis prætenbat tanq̃ diſſimulanter illa cõtueretur. Habet hoc verbum ni ſyllabam productam. Silius. Conniuent ſolemq3 pauent deprẽdere viſu.

✱ Conno ſimul no vide Connato.

✱ Connodo vide Nodo.

✱ Connubo vide Nubo.

¶ Connubium ius legitimi matrimonij a nubo cuius prima producitur. Cum in connubio quandoq3 propter metri neceſſitatem corripiatur. Ver. Cõnubio iungam ſtabili. Eſt enim Siſtole.

✱ Conoides cupreſſus fœmina dicitur quæ in faſti-

gium conuoluitur. Cc.

✱Connumero vide Numero.

¶ Conon nomen ꝓprium athenienſis ducis qui Lacedęmonios profligauit: & Athenas in priſtinã libertatẽ reſtituit. Fuit & ali⁹ Conon Sami⁹: aſtrologus de quo Proper. Me creat archytę ſoboles babylonius orops. Oron: & a proauo ducta Conone domus.

¶ Conopœum cum œ diph. tentorium ſeu velũ & papilio ille lineus vel laneus ſeu bõbycinus qui toro circundatur ad arcendum culices quo maxime vtuntur alexandrini: q ex nilo culices cõfluant: quos græci κώνωπας dicũt. Prop. li. iij. Fœdaq; Tarpeio conopœo tendere ſaxo. Suidas. κωνώπιον πολισ καὶ κώνωψ. θηλυκῶσ παρὰ ἀριστοφάνει ἐν πλούτω εἶδοσ μυίασ. ✱ Id eſt conope vrbs. & conopa fœminine apud Ariſtophanẽ in pluto ſpecies muſcę.

✱Conquaſſo vide Quaſſo.

✱Conqueror vide Queror.

¶ Conquiniſco is. conquexi: caput inclino. Vide in dictione Oquiniſco.

✱Conquiro vide Quęro.

✱Conregione veteres ꝓ E regione dixerunt. Cc.

¶ Conſalutare eſt vltro citroq; ſalutationem dare. Cice. lib. de ora. Qui cũ inter ſe vt ipſorum vſus ferebat amiciſſime conſalutaſſent.

¶ Conſanguinei dicuntur qui ſanguine inter ſe connexi ſunt.

✱Conſanguinitas ipſa coniunctio. Cc.

✱Conſcendo a quo cõſcenſus vide Scando.

¶ Cõſcius proprie qui rem ſcit. Cic. M. Rutilio. Cum & mihi conſcius eſſem: quanti te facerem. Nonius tamen de verborum differẽtijs ait. Scius ſecum: cõſcius cum alio ſcius eſt. Licet conſcium indifferenter legamus. Salluſtius. Populares cõſcios ſceleris ſui.

¶ Conſcientia ſcientia. Cice. Nulla re tam lætari ſoleo q̃ officiorum meorum conſcientia.

¶ Conſciſco is. conſentio: ſiue ſciens conſentienſq; in ſcro. Cicero Mario. Mortem mihi cur conſciſcerẽ cauſa nõ eſt viſa: cur optarem multę. Aliquãdo Cõſciſcere eſt propter conſenſus: ſiue conſcie effectum conſtituere aut decernere: Liui. libro primo. Cenſuit: cõſenſit: cõſciuit: vt bellum cũ priſcis latinis fieret. Nec mirum. Scio enim ſiue ſciſco decerno ſignificat. Plautus in Cur. Rogationes plurimas propter vos popul⁹ ſciuit: quas vos rogatas rumpitis. Cicero lib. iij. officio. Durius etiam athenięſes ſciuerũt vt æginitis qui claſſe valebant pollices precideremtur. Hinc ſcitum ſtatutum: ſiue decretum. Liui. libro primo. Cætera quoq; omnia publica priuataq; ſacra põtificis ſcitis ſubiecit. Inde plæbiſcitum plæbis decretum. Cice. lib. j. ad Herenni. In rem confertur vt ſi quis ex teſtamento quod facere iuſſus eſt ex plæbeſcito vetetur. Per tranſlationem conſciſcere ponitur pro cõtrahere. Columel. lib. viij. Diligenſq; paſtor ſtabulum quotidie cõuertit: nec patitur ſtercus humorẽ cõſciſcere lutum ve capris inimica. Sciendũ eſt q cõſciſco: aſciſco deſciſco: ꝑſciſco & reſciſco faciunt præterita in iui. ſicut eorũ primitiua: vt Priſcianus quoq; de aſciſco & deſciſco ſentire videtur. Et cõ. cio quidem deſcio & reſcio raro ſunt in vſu: ſed magis cõſciſco: deſciſco & reſciſco. Aſſcio & præſcio inueniuntur: q̃uis aſſcio non ita frequenter: ſicut præſcio: aſciſco & præſciſco: licet magis aſciſco q̃ præſciſco: eo q aſſcio minus in vſu ſit. Præſcio vero magis. Cum ergo conſciſco: deſciſco & reſciſco vſurpentur. non mirum eſt ſi conſcio: deſcio: & reſcio obſoluerunt: quoniam fere ſuperfluum eſſet in eadem ſignificatione vtraq; haberi. E diuerſo autem ſcio ſæpiſſime repentur: & non ſciſco. Apud Plautum tamen legitur ſciſcam in Amp. Ocyus accurro vt ſciſcam quid velit. Præſcio in vſu eſt: Præſciſco minus. Vergil. lib. iiij. Georg. Cõtinuo animos vulgi: trepidantia bello Corda licet lõge pręſciſcere. Aſſcio apud Columel. in præfatione. Et pecoribus parandis cõſeruandiſq; quãdo & hanc aſſcimus: quaſi agriculturæ partem.

✱Conſcribello. ꝓ Cõſcribo veteres dixerunt. Cc.

¶ Conſcribo. vide in dictione ſcribo. Inde conſcripti/ qui in ſenatu ſcriptis annotati erant: qui per inopiam ſenatorum ex equeſtri ordine in ſenatorum numerũ recipiebantur. Liui. lib. ij. Deinde quo plus virium in ſenatu frequentia etiam ordinis faceret: cędibus regis diminutum patrum numerum primoribus equeſtris gradus lectis ad trecentorum ſummam expleuit. Traditum inde fertur: vt in ſenatũ vocarentur qui patres: quiq; conſcripti eſſent: cõſcriptos videlicet in nouum ſenatum appellabant lectos.

¶ Conſecro as. penultima correpta. Vide in dictione ſacro as. Cicero libro. ij. Tuſcu. Quaſi addicti & conſecrati. Hos Tertul. vocat cõſecraneos. Sidonius. Conſecraneos qui conſecrati ſunt: & quaſi mancipati vni ſectæ.

¶ Conſecraneum quod eſt conſecratum vocabulum fere in caſtris repertum qualia ſunt cõterraneum commilitaneum: militaneum: ſuffarraneum: limitaneum. Iulius Capitolinus in concione quadam Maximini cæſaria. Commilitones inquit ſacrati: immo vero conſecranei. Alio loco. Nullam ciuitatem æque militaneam eſſedixit.

¶ Conſentio cõſentis: & conſentaneus nea. neũ. Quęre in dictione ſentio.

¶ Cõſentia ſacra q̃ ex cõſenſu multorũ ſunt ſtatuta.

✱Conſeneo vide Seneo. a quo Cõſeneſco.

¶ Conſequor penultima correpta immediate ſeqnor. Vergil. lib. v. Quam deinde cloanthus conſequitur. Gellius lib. ij. Vter dies natalis haberi appellariq; debeat is in quem nox ea conſecuta eſt: an qui dies noctem conſecutus eſt. Et cõſequi obtinere: adipiſci. Cice. in Verrinis actione prima. Quod ego meo labore & vigilijs conſecutus ſum. Item exprimere. Idem Cæſa ri iuniori. Extrema vero quanta & qualia ſint verbis cõſequi non poſſum.

¶ Conſequentia eſt quę ex pręcedentibus infertur.

¶ Cõſector in totum vel ſæpe ſequor. Lactan. lib. iij. Quæras ab his quid ſibi velint cum fœminas tam rabide cõſectantur: vt vix diuelli queant.

¶ Conſectaneus accipit̃ pro eo qui in eadẽ hęreſi eſt.

¶ Conſero ſeris penultima correpta. conſerui conſertum. ſimul miſceo. Lactan. libro quinto. Tum inter ſe manus conſerere cœperunt & inſidiari & gloriã ſibi ex humano ſanguine comparare. Vnde milites cõſerti dicuntur dum pugnant.

¶ Conſero conſeris penultima correpta conſeui conſitum: ſimul ſero: dum pro planto ſeu ſemino ponitur. Ver. En quis conſeuimus agros. Lactan. libro. ij. Quem in partibus oriẽtis omni genere ligni arboriũq; conſeuit. Col. libro. ij. Celerius etiam ſi eodem tempore ſtercores: & lupino vel faba cõſeras. Inde conſitio. Cicero in Catone. Nec cõſitiones modo delectant: ſed etiam inſitiones.

✱Conſerua. vide Conferua. ſed puto locum corrigendũ & cenſeo conſeruã a cõſeruand o legi debere & non cõferminando vt paſſim ſcribitur.

✱Conſeruo vide Seruo.

✱Conſeruus vide Seruus.

✱Conſideo vide Sedeo.

¶ Conſido cōſidis penultima pro. ſignificat me cum alijs ad ſedendum ſeu ad habitandum colloco. Liuius libro primo. Cōſiderant vtrinq; pro caſtris duo exercitus periculi magis præſentis q̃ curę expertes. Col. libro octauo. Neq; aut recubet: aut conſidat: ideſt ponat ſe ad ſedendum. Hiero. Hæc in mentem eius cogitatio incidit: nullum vltra ſe monachorum in Eremo conſediſſe.

¶ Cōſeſſus non eſt conſeſſio: ſed homines in vno loco ſedentes: ſicut cōuentus non eſt conuentio: ſed homines qui in vnū locum conueniunt.

¶ Cōſydero ras. a ſyderū cōtemplatiōe dictū eſt.

¶ Cōſyderatus dicitur qui agenda conſyderat.

¶ Conſyderate cum cōſyderatione.

¶ Cōſilio is. conſilui: vel cōſilui cōſultum ſimul ſalio. Vnde Conſulto tas. frequentatiuum.

¶ Conſilium (vt inquit Cice. lib. ij. artis veteris) eſt aliquid faciendi nō faciendive ratio excogitata. Et conſilium eſt quod conſiliarius præbet. Quandoq; conſilium ſumitur pro iudicibus deputatis. Cice. pro Roſcio. Qui ex ciuitate in ſenatum propter dignitatem: ex ſenatu in hoc cōſilium delecti eſtis propter ſecuritatem. Et infra. Dij prohibeant iudices: vt hoc quod maiores conſilium publicum vocari voluerunt præſidium ſectorum exiſtimetur. Dictum cōſilium vt quidam putant a con & ſileo ꝙ vno conſulente cæteri conſileant. Vel a concilio vt ſit cōſilium quaſi concilium. Sed magis a conſilio fieri exiſtimo: quod ex con & ſalio componitur: eo ꝙ in vnam ſententiam plurium mentes conſiliant & conueniant. Vt enim exilium ab exilio is. ita conſilium a conſilio deſcendit. Conſilium dare eſt ſuadere. Quintil. Cum Ciceroni dabimus conſilium vt Antonium roget.

⁎ Conſignifico vide Significo.

⁎ Conſigno vide Signo.

¶ Conſiliarius qui conſilium præbet.

¶ Conſilior aris. conſilium capio. p̄s. Accipere animā meam conſiliati ſunt.

⁎ Conſiptus veteres dicebant pro conſeptus. Cc.

¶ Conſulo lis. cōſului conſultum. penultima correp. cum accuſatiuo ſignificat conſilium peto: vt conſului doctos: id eſt a doctis cōſiliū petij. Quintilianus. Ego aures conſulens meas. Poteſt etiam in hac ſignificatione habere duos accuſatiuos: vt conſulo te bonum cōſilium. Et aliquando genitiuum cum accuſatiuo. Macrobius. Conſulo te boni. Aliquando genitiuum ſine accuſatiuo. Plyni. lib. xxxiij. Quærebat argentum auaritia. Boni conſuluit interim inueniſſe minimū rubentiſq; terræ excogitauit vſum. Cū datiuo neutrum eſt: & ſignificat conſilium do: vt Medicus conſuluit mihi. Interdum prouideo: proſpicio & præſidium fero. Sed hoc ſæpius in rebus inanimatis fit: vt conſule honori tuo. Conſule rebus tuis. Conſule ſaluti tuæ. id eſt prouide. Cicero. Conſuli quidem te a Cæſare ſcribis: ſed ego tibi ab illo conſuli mallem: hoc eſt Mallem ꝙ Cæſar prouideret tibi: q̃ te interrogaret. Ambro. Nec inuerecunda petitio quę non ſibi: ſed liberis conſulebat. Aliquando poſt datiuum iungimus accuſatiuum: vt conſulo tibi commodum tuum: hoc eſt do tibi conſilium: quod ſit futurum commodum. Quandoq; accuſatiuum cum in: pro contra. Terentius. Peſſime iſtuc in te atq; illum conſulis. Interdum conſulere eſt deliberare: ſed in plurali tantum & abſolute: vt conſulunt ſenatores id eſt deliberant. Huius verbi compoſitum eſt. percōſulo: qđ eſt optime cōſulo. Ter. i phor. Adeon rem rediſſe. vt qui mihi percōſultū optime velit eſſe.

¶ Conſulto as. conſilium frequenter capio: vel conſilium frequēter do: ſiue frequēter delibero. Salluſtius Delecti quibus corpus animis firmum ingenium ſapientia validum erat reipubl. conſultabant. Liui. libro pri. Ad hæc conſultanda.

¶ Conſultor qui alium conſulit: id eſt qui cōſilium ab alijs inquirit. Cicero pro Cornelio Balbo. Etenim ſi Q. Scæuola ille augur cum de iure prædiatorio conſuleretur: Iuriſconſultiſſimus conſultores ſuos nōnunq̄ ad Furium & Camillum reijciebat. Idem pro Murena Vigilas tu de nocte vt conſultoribus tuis reſpondeas. Accipitur quandoq; pro eo qui alij conſulit: vt apud Salluſtium in Iugurth. Simul ab eo petijt vt fautor cōſultorq; ſibi adſit. Et in illo verſu prouerbiali. Conſilium malum conſultori peſſimum eſt.

¶ Conſultus quando participium eſt ſignificat eum qui conſulitur: hoc eſt a quo conſilium petitur: vt Medicus cōſultus dixit te febribus laborare. Quandoq; nomen eſt & ponitur pro prudenti atq; ſapiēti. Ouidi⁹ libro primo de arte aman. Sit tibi credibilis ſermo conſultaq; verba. Ideſt prudentię ac ſapiētię plena. Eſt autem nomen duobus modis. i. cum per ſe ponitur. Horatius. Eris tu qui modo miles Mercator tu conſultus modo ruſticus. Vel quādo habet genitiuum. Liuius libro decimo. Callidos ſolerteſq; iuris atq; eloquentiæ conſultos. Hinc dicimus conſultus iuris: & iuris cōſultior & conſultiſſimus. Idem libro pri. Cōſultiſſimus iuris vt illa quiſq̄ ætate eſſe poterat. Auguſtinus. Quanto conſultius reges non ſicut Herodes interficere quærunt: ſed ſicut magi potius adorare. Sic incōſultus poteſt eſſe participium & nomen.

¶ Conſultus conſultus: & cōſultū pro re: quæ cōſulitur. Horatius in epiſtolis. Qui conſulta patrum qui leges iuraq; ſeruat. Et cōſultum decretum ſtatutū: quod aliquādo reſoluitur in infinitiuū: vt illud Salluſtij. Nā & priuſq̄ incipias cōſulto: & poſtq̄ conſulueris mature facto opus eſt. id eſt cōſulere ſiue vt cōſulas.

¶ Conſulto aduerbium id eſt deliberate.

¶ Cōſus cōſiliorum deus putabatur qui ideo templū ſub tecto circo habebat vt oſtēderetur tectū eſſe debere cōſilium. Hinc cōſualia feſta: quę fiebāt in honorem Cōſi. Liuius lib. pri. Ludos ex induſtria parat Neptuno equeſtri ſolēnes cōſualia vocant.

¶ Conſul. is. a conſulendo: ꝙ conſuleret populum: & ſenatum. Nam & hoc cōſulere veteres vocauerūt. Vnde adhuc remanet illud. Rogati bonum conſulitis: id eſt iudicatis. Poteſt etiam dici Conſul a conſilio conſilis: ſicut exul ab exilio & pręſul a præſilio: mutatione i in u: vt in Inſulto: exulto & reſulio patet. Conſulo autem a conſul. Nec obſtat ꝙ conſul a conſulendo dicatur: quoniā ideo conſul creabatur: vt conſuleret: vtpote qui conſilium haberet in ſe præcipuum. Prius enim homo is exigitur: qui conſulat q̄ actus cōſulendi fiat. Non ergo a conſulendo nominatus eſt conſul: quia a conſulo deriuetur: ſed ꝙ ab ipſo conſule verbum conſulo exercetur. Et ideo ab ipſo qui conſulit deriuari cōſulo æquiſſimum eſt. Var. Conſul nominatus quia cōſuleret populū: & ſenatum. Et eſt conſul qui magiſtratum gerit. Procōſul qui cū poteſtate extraordinaria ad aliquā prouinciam adminiſtrandā mittitur.

⁎ Cōſultatoria hoſtia erat qua diuina voluntas per exta diſquirebatur. de hac Vergil. Mactat lectas de more bidentes. Cc.

¶ Conſulatus tus. officium vel dignitas. ſiue tempus quo conſul in officio eſt.

¶ Conſularis vir qui conſulatum geſſit: vel qui cōſulari dignitate dignus eſt. Cice. Lētulo. Q. u. Maximos qui filium conſularem amiſit.

*Cōſulans veſtis qua cōſul digne vti poſſet. Cc.

¶ Conſiſto is. cōſtiti: cōſtanter & audacter ſto: firmor: qđ eſt audacis & robuſti hominis. Plaut. in Cur. Nec vobis quiſq̃ in foro frugi cōſiſtere audet. id eſt ſe firmare. Liuius lib. pri. Cum inſtructę acies conſtitiſſent. Item erigor. Vergil. Cōſtitit in digitos.

¶ Conſiſtorium locus in quo cōſultandi gratia homines cōſiſtunt. Poteſt etiam poni pro conſiſtentiū multitudine. Item cōſiſtoria dicūtur archiua cæſarea & Imperatoris palatinę domus quę etiam vocantur Auguſtalia. Vnde cōſiſtoriani ab Ambroſio dicuntur. qui ſenatorij ordinis: vel ampliſſimi ſunt: qui ad principale conſilium eligebantur: & Suidas κωνσιςώριομ παρὰ ῥωμαίοισ ὄυτω λέγεται τὸ συνέδριομ καὶ τὸ σύςημα ἔνθα περὶ τῶμ ἐπειγόμ τῶνβουλέυονται. *Id eſt Cōſiſtorium apud latinos dicitur concilium vbi de vrgētibus conſulunt.

¶ Conſolida hęrba eſt quę & conſerua & coagulum dicitur & grece ſtrygnon.

¶ Conſobrini qui ex duabus ſororib⁹ ſunt editi quaſi cōſororini. Amitini qui quęve ex ſorore & fratre ꝓpagantur. Sed fere vulgus omnes iſtos cōmuni appellatione cōſobrinos vocat. Itē qui ex fratrib⁹ patruelibus aut cōſobrinis ꝓpagātur vel amitinis cōſobrini vocātur. patrueles qui ex fratribus nati ſunt.

*Cōſolido a ſolido cū ſimplici ſignificationis ex quo cōſolidatio. Et cōſolida hęrba quæ & conſerua & Coagulum dicitur. Cc.

¶ Conſolor pe. pro. ſolstiū pręſto & propterverbis fit cōſolatio. Cice. Sulpi. Dices quid me iſta res conſolatur in tantis tenebris & quaſi perpetuis reipublicę. Eſt omnino vix cōſolabilis dolor. Inuenitur & in ſignificatiōe paſſiua. Aſinius. Sed cū ob ea quę ſperaueram dolebā cōſolabar ob ea quæ timui. Hinc cōſolatorius oria. orium. vt Epiſtola cōſolatoria.

*Conſolabundus a conſolor Sicut & conſolamen & conſolatio. Cc.

¶ Conſono penulti. correp. ſimul ſono. Var. de apibus. Cum iam euolaturę ſunt: aut etiam inceperūt cōſonant vehementer: perinde vt milites faciūt cum caſtra mouent. Inde cōſonantes dictę ſunt ꝙ cum vocalibus ſonent nō per ſe. Per tranſlationem cōſonare ſignificat concordare. Hierony. ad Aſellam. Anteq̃ domum ſanctę Paulę noſcerem totius in me vrbis ſtudia cōſonabant: omnium pene iudicio dignus ſummo ſacerdotio decernebar. Hinc cōſonantia vocum concordantia quę gręce euphonia dicitur.

*Conſonus vide Sonus.

¶ Conſors eiuſdē ſortis. i. cōditionis & fortunę & qualitatis in omni negocio. Sappho ad phaonem. Nōtantum Alcæus cōſors patrięq; lyręq; Laudis habet. Conſors etiam dicitur qui tantūdem ſortis attulit ad ſocietatem mercaturę: q̃tum ille cum quo ſocietas eſt.

¶ Conſortium ipſa ſocietas: quę & cōſortio onis. dicit̃ Liui. lib. vj. Quęnā iſta ſocietas quęnā cōſortio eſt.

¶ Conſpicio is. pen. cor. video. Vnde conſpectus pro aſpectu. Vergi. Vix e conſpectu ſiculę telluris in altum Vela dabant lęti.

*Conſpergo vnde cōſpergimen vide Spargo.

¶ Cōſpico as. penulti. prod. & conſpicor deponens a con & ſpico vel ſpicor componitur. Spicor autem a ſpica vel a ſpiculis. Vnde & deſpico. cor: inſpico cor. Perſpico cor. ſuſpico or. Eſt autem conſpicari cōſpicere: ſeu in conſpectu habere. Terenti. in Eun. Cur te ego in his cōſpicor regionibus. Sallu. in Iug. Cum interea Metellus monte digrediens conſpicatur primo dubius quidnā inſolita facies oſtenderet. Inſpico protulit. Verg. lib. ij Geor. Peruigilat: ferroq; faces inſpicat acuto. Nec Priſcianum audiendum puto qui vult hęc verba a ſpicio fieri: quia ſi a ſpicio eſſent non cōſpicor: ſed conſpicior faceret. Sicut conſternor & aſpernor a ſterno & aſperno ſecundum analogiam licet coniugationem mutent. *Aſcen. Nihil tamen conſpicor pro cōſpicio cōmune habet cum ſpica: præſertim cum ſecundam corripiat: licet inſpico pro acuo a ſpica eam producat.

¶ Cōſpicuus a. um. a cōſpicor: ſicut perſpicuus a perſpicor: modo ſignificat ſagacem: perſpicacem acutū. Quintil. Conſpicuus ſagax callidus: modo clarum & qui ab omnibus conſpicitur. Vnde Mar. Cōſpicuum amphitheatrum appellat.

¶ Cōſpicilia dicunt̃ quę ocularia vulgo vocant̃. Plau. Vitrum cedo neceſſe eſt cōſpicilio vti.

¶ Conſpiro penulti. prod. ſimul ſpiro ſicut conflo proprie ſumitur. Gel. li. j. Sed enim acheos Homerus pugnam indipiſci ait: non fidicularum tibiarumq; cōcentu conſpiratam. Col. li. iiij. Coeleſtes admittat imbres eoſq; alendis ſeminibus diſpenſet: ac ſuis omnib⁹ partibus ad educandā prolem nouam conſpiret. Per trāſlationem conſpirare ſumitur pro coniurare. Vnde conſpiratio quæ & in bonum & in malum capitur. In bonum. Cice. pro Ligario fratrum conſpirationem dixit quaſi vnanimitatem. Item lib. ij. offic. Magnas vtilitates adipiſcimur conſpiratione hominum atq; conſenſu. Et pro domo ſua. Hanc noſtram cōſpirationem in republ. bene gerenda certi homines fictis ſermonibus diremerunt. Plynius in epiſtolis. Proinde conſpirate conſentite: maioremq; animum ex meo ſumite. Col. libro. xij. Nihil quod aut maritus aut fœmina propriū eſſe iuris ſui diceret: ſed in commune cōſpirabatur ab vtroq; in malum.

¶ Conſpondeo es. Quęre in dictione ſpondeo.

*Conſteriū quod & apoditeriū dicebatur locus prope thermas vbi veſtes deponebantur. Cc.

¶ Cōſterno as. aui: atum. ſignificat deijcio. Sal. Qua victoria elati hoſtes: noſtri territi atq; animis conſternati diſceſſere. Idem. Et qui ſine rectorib⁹ exterriti aut ſaucij cōſternātur. Inde cōſternatio quæ eſt concitatio quędā ſubita ex aliquo metu. Et a ſternutamēto deduci videtur. ꝙ eo toto cōcutimur corpore.

*Conſtans proprium imperatoris videtur a cōſto deduci. Conſtantius pariter & Conſtantinus propria imperatorum. Cc.

*Cōſtātinopolis vrbs a cōſtantino ędificata in finib⁹ thracię de qua in dictione Bizantiū.

¶ Cōſterno. is. conſtraui & conſternui diuerſum eſt: & ſignificat impleo. Vergi. It ſtridor & alte Cōſternūt terrā cōcuſſo ſtipite frōdes. Et cōſternere eſt ſilicare & pauimētū ſupra facere. Col. lib. j. Area ſi cōpetit ita cōſtituenda eſt: vt vel a domino vel certe a procuratore deſpici poſſit: eaq; optima eſt ſilice conſtrata ꝙ celeriter frumenta deterūtur non cedente ſolo pulſibus vngularum tribularum & eadem euentilata mundiora ſunt. lapilliſq; carent & glebulis.

¶ Cōſtituo diſpono. Ver. Qui ten rāt (nam inculta videt) homines ne ferę ne Quęrere cōſtituit. Locū ſiue tēpus determino. Cic. Mario. Quare ſi quid cōſtitutū cū podagra habes: fac vt in altum differas diem. Quādoq; ſignificat cōuenio & pactum facio. Ter. i Hecy. Nā cōſtitui cū quodam hoſpite me eſſe illū conuenturum: Quandoq; formo & quaſi bonam diſpoſitionem infundo. Vnde Cice. li. ij. Tuſcu. Metrodorus eum perfecte putat beatum cui corpus bene cōſtitutum ſit: & exploratum id ita ſemper fore: quod medici recentiores

barbare dicunt bene complexionatum. Et cōſtitutio corporis dicitur ipſa complexio. Cōſtitutio etiā quandoq; dicitur ſtatus quæ in cauſis potentiſſima eſt: cum ſit prima cauſarum cōflictio. Vide in dictione Status. Aliquando conſtituere eſt gubernare moderari. Cicero. Ineuntis.n.ætatis inſcitia ſenum conſtituenda & regenda eſt prudentia. Interdum cōſtituere decernere: a quo cōſtitutiones decreta dicuntur. Nōnunq̄ parare. Cice. Tametſi erat ignarus quātum ſibi ac liberis ſuis iam tum mali conſtitueretur.

¶ Cōſtitutus a.um. participium. Cōſtitutus us. nomē quo hoīm cōſiſtentium multitudo ſignificatur.

¶ Conſto as. conſtiti conſtitum & conſtatum. Luca. lib.ij. Cōſtatura fides ſuperū. Marti. Cōſtatura fuit megalenſis purpura centum. Eſt autem conſtare cōſtanter permanere perſeuerare ratum habere. Cice. Qua in ſententia ſi cōſtare voluiſſent ſuam auctoritatem cum ſalute recuperaſſent. Idem libro primo Tuſcu. Et ſi tibi quidem cōſtare vis omnes quicūq; nati ſunt erūt vel non ſolum miſeri: ſed etiam ſemper miſeri. Hoc eſt ſi hanc ſententiam: q mors malum ſit firmā ratamq; habere vis. Dicimus etiam cōſtat pedibus: cōſtat animo pro firmat. Vergilius. Et paribus cyllenius alis cōſtitit. Interdū conſtare valere: & paſſiue ſumitur pro empto aut vendito. Plynius lib. xxxiij. Et omnibus pene annis mutari prout nauigatiōes cōſtiterint: aut vt quiſq; mercatus ſit: aut aliquis præualens mancepa annonam flagellet. Cice. Quid mihi cōſtat charius q̄ ſi in foro emiſſem. Interdum conſtare conſiſtere. Idem libro pri. Tuſcu. Animus qui ſi eſt horum quattuor generū vnde omnia cōſtare dicūtur. Interdum compoſitū eſſe. Idem vt hæc elementa ex quibus omnia conſtant. Interdum ſimul ſtare. Siſen. lib. iiij. hiſtoria. Multitudinem procul hoſtium cōſtare viderunt. Interdum ſuppeditare. Iuue. Quis feret vxorem cui cōſtent oia. In tertia perſona ſumitur pro manifeſtum eſt. Cice. lib. ij. ad Cęſa. Iuniorem. Cum cōſtet lupercis id vectigal dediſſe qui ante poterat id cōſtare. Rurſus pro conuenit: vt dicitur eſſe cōcordes: vt hoc mihi tecum conſtat: id eſt conuenio tecum in hoc & aſſentior tibi. Cic. lib. pri. ad Heren. Adhuc quæ dicta ſunt arbitror mihi cōſtare cum cæteris artis ſcriptoribus. Rationem conſtare ſignificat æquam legitimāq; rationem aut oſtēdi aut apparere oſtēdi poſſe. Vlp. Plane ſi defendendi gratia aliquid fecerit rationem ei conſtare oportet. id eſt rationem eum iuſtam aut oſtendere aut facile poſſe oſtendere. A conſto q̄uum ad primam ſignificationem fit cōſtans pro eo qui firmus eſt & tenax propoſiti: a quo cōſtantia & cōſtanter: quibus cōtraria ſunt: Inconſtās: Incōſtantia: & incōſtanter. Vnde Cice. lib. iij. ad Herenni. Incōſtanti geſtu teſtimoniorum incōſtantiam & inconſtanter locutum eſſe dixit.

¶ Conſtruere ſimul ſtruere ordinare fabricare. Cice. in Cato. Vt nauem aut ædificium idem deſtruit faciliime qui cōſtruxit: ſic hominem eadem optime quē conglutinauit natura diſſoluit.

¶ Conſueſco is. eui. & conſuetus ſum: etum. in bono & in malo dicitur. In bono cum familiaritatem & conuerſationem quempiam cum aliquo habere ſignificat: vt ſit conſueſcere ſimul ſueſcere: id eſt ſimul cōuerſari. Plau. in Aſi. Bene ſalutando cōſueſcunt compellando blanditer. Ter. in Adel. Quid illi tandem credis fore animi miſero: qui cum illa conſueuit. id eſt cōuerſatus eſt. In malo: cum de re venerea dicitur. Idem in phorm. Cum eius cōſueuit olim matre in Lemno clanculum. id eſt coiuit. Similiter cōſuetudo de familiaritate. & de re venerea dicitur: vt apud eundē in Phor. Dū expecto q̄ mox veniat qui hanc mihi adimat conſuetudinem. Et cōſueſcere eſt accipere in cōſuetudinem. Col. lib. ij. Iumentis prębeas medicam: ſed inter initia parcius dum conſueſcant: ne nouitas pabuli noceat. Item conſueſcere eſt viuere. Col. lib. ix. Nec magis humo q̄ ſtagno conſueuerunt.

⁎Conſoefacio Conſuefactio Conſuetudo & cōſuetio quo verbo vtitur Plautus a Cōſueſco deducūtur. Cc.

¶ Conſuo is. ſimul ſuo: compono: cōiungo. Plaut. in Am. Aduenisti audacię columē conſutis dolis. immo equidē tunicis cōſutis huc aduenio non dolis.

¶ Conſumo is. penult. pro. in nihilū redigo. Solinus. Sunt etiam in lycia ſaxa quę viuētium quoq; corpora adalligata conſumunt.

¶ Cōſummo as. per duplex mm ſummā ſimul capio. Lact. lib. vij. Quoniā nec rationem totius myſterij magni cōſummauerat: in vnumq; collegerat: nec ſummū bonum comprędenderat. Col. lib. ij. Hac cōſummatione operum colligitur poſſe agrum ducentorum iugerum ſubigi duobus iugis boum totidē bubulcis. Et cōſummare eſt perficere q quę perfecta ſunt: omnia ſibi ſumpſiſſe videantur. Lactan. lib. vij. Mundum deus & hoc rerum naturę admirabile opus ſex dierum ſpatio conſummauit. Vnde & cōſummatus homo pfectus dicit. Mar. Qd magni Traſeæ cōſummatiq; Catonis. Col. Nullus eſt conſummatę ſapientię.

¶ Contagiū & contagio: & contages pe. pro. morbus qui ex contractu contrahit ex con & tago is. qd eſt tango. Verg. Dira per incautum ſerpant cōtagia vulgus. Iuue. Critice polluces dedit hanc cōtagio labem. Lucre. li. iiij. Quę cōtage ſua pallotibus omnia pingūt.

¶ Contamino as. penulti. cor. ex con & tamino. Et eſt proprie contaminare ſecūdum Donatum cum res rei ita immiſcetur vt neutra incorrupta maneat: ſed ſit in vtroq; corruptio. Sunt qui dicant Contaminare manibus lutulentis quicq̄ attingere ob hoc pro fœdo & maculo ponitur. Qua ratione Teren. Cōtaminare fabulas dixit. Ambr. proprie ſuper Lucā. Hos ſacerdos repudiauit: ne alios quoq; eorum lepra cōtaminet. Liui. lib. iiij. pro dedecoro poſuit. Contaminari ſanguinem ſuum patres: cōfundiq; iura gentium tebantur: quod plębs ęgerrime ferens: nobilitatem arguebat eodem loco dicēs. An eſſe vlla maior aut inſignior cōtumelia poteſt: q̄ partem ciuitatis: velut contaminatā indignā connubio haberi. A contaminatus fit compoſitum incōtaminatus de quo ibi. Quas quātaſq; res. C. Camuleium aggreſſum colluuionem gentium perturbationem auſpiciorum publicorum priuatorūq;: afferre ne quid incontaminati ſit. Sunt & attamino & intamino: quæ ſunt cōtraria. De primo Ambro. lib. j. offi. Ne tetigeritis: ne attaminaueritis: ne guſtaueritis: quæ ſunt omnia ad corruptelam ipſo vſu. De ſecūdo. Hora. Virtus repulſæ neſcia ſordidæ Intaminatis fulget honoribus. ideſt incorruptis & indiminutis.

¶ Contemno is. pſi. tum. ſperno. vilipendo: & minus eſt q̄ deſpicio. Cicero in Verrem acti. iij. Quenq; contempſerit deſpexerit liberum eſſe dixerit vnq̄. Cōponitur enim ex con pro valde & temno reijcio. Hinc cōtemptus us. deſpectio.

⁎Contemporaneum dicimus eiuſdē temporis quem nōnulli gręca voce σύγχρονον dicunt. Cc.

⁎Contemptibilis a contemno. id eſt contēnendus. ex quo Cōtemptibilitas: & contempte Cōtemptim & cōtemptibiliter aduerbia. Cc.

¶ Contempto as. frequentatiuum. Plaut. Mirari noli neq; me contemptarier.

¶ Cōtemplor aris. a tēplo dicitur. i. a loco qui ab omni

parte aſpici poteſt: vel ex quo oĩs pars poteſt videri: quem antiqui templum nominabãt. Significatq; diligẽter intueor: & cõſydero. Lact. lib. vj. Vel ſi cœleſte lumen quod dicimus ſolem cõtemplari velint: Aenni⁹. Cõtempla & templum Cereria ad leuam aſpice. Inuenitur & cõtemplo as. Plaut. in Aſi. Herẽ meũ caput cõtempla ſiquidem ex re conſultas tua.

✻Contemplatio & Cõtemplatiuus a cõtemplor: vnde cõtemplatiua vita quę cõtemplationi dedita eſt. Cc.

❡Contẽdo is. contra tẽdo: quod eſt cõtra proficiſcor. Cęſar li. j. Ipſe de quarta vigilia eodem itinere quo hoſtes ierant ad eos cõtendit. Et cõtendere certare. Verg. lib. iiij. Quis talia demẽs Abnuat aut tecum malit cõtendere bello? Item ſignificat cõtedendo. ſiue cum conatu ac nixu petere ſeu aliquid agere. Vnde contenta corpora dicimus: quæ omni nixu intenduntur aduerſus labores: vt in arcu neruus. Cice. lib. ij. Tuſc. Sunt quędam animi ſimilitudines cum corpore vt onera cõtentis corporibus facilius ferũtur: remiſſis opprimũt. Cice. lib. j. offi. Miſerrima omnino ambitio honorũq; cõtentio. Eſt enim cõtentio oratio acris ad confirmandum & cõfutandum accõmodata. Vnde a Plyn. dicta eſt in epiſtolis oratio pugnax & cõtentioſa. Apud rhetores contentio dicitur exornatio ex contrarijs verbis concinnata. Quæ antitheton. id eſt contra poſitum dicitur: vt illud pro Cluẽ. Vicit pudorem libido: timorẽ audacia: rationem amẽtia. Item cõtinuare: vt lib. iij. de ora. Nihil pernicioſius q̃ ſine intermiſſione contentio. Item Ire. Sallu. in Iug. Ex prœlio fugit in prouinciam. ac deinde Romam cõtendit. Itẽ Feſtinare. Verg. Quę littora proxima curſu cõtendunt petere. Item aſtringere intorquere. vt lib. iiij. Geor. Tanto nate magis contende tenacia vincla. Item comparare. Cicero lib. pri. ad Heren. Si noſtram cauſam laudãdo extollemus & aduerſariorum per cõtẽtionem deprimemus. Item extendere. vt apud eundem. Ex cõtentione vocis & ſummiſſione facile dijudicabimus. Item extorquere. Cice. Extremum autem pręceptũ in beneficijs operaq; danda nequid contra æquitatem cõtendas. Item iacere dirigere. Verg. Qui tamẽ aerias telum cõtendit in auras. Item intẽdere. Cice. Magna eſt animi cõtentio adhibẽda. Idẽq; fere eſt cõtentio & intentio cum vehemẽtiam quãdam ſignificãt in voce. Tracta ſimilitudine ab arcu ſeu cithara cuius nerui q̃to vehemẽtius intẽduntur tanto vehemẽtiorem ſonum efficiunt.

✻Cõterraneus dicitur qui ex eadem terra eſt. quapropter Catullum cõterraneum ſuum Plini⁹ vocat qui nõ Veronę ſed in Benaci inſula natus erat. Cc.

✻Contra genus oliuę. Cc.

❡Contineo es. penulti. cor. cohibeo: ſeu me abſtineo: aut contra volũtatem me retineo: vt cum quis ob pudorem domi ſe continet: ſeu ob paupertatem interdicit ſibi acceſſum in publicum. Ter. in phormi. Domi ſe continebat. Pro cohibere. Ambr. lib. pri. offi. Re vera iure ea fortitudo vocatur quando quiſquis ſeipſum propter Chriſtum vincit: iram cõtinet: nullis illecebris emollitur. Vnde continens pro abſtinente & integro. Cuius cõtrarium eſt incontinẽs. Lact. lib. iij. Da libidinoſum adulterum ganeonẽ. iam ſobrium caſtum cõtinentem videbis. Et continere eſt intra ſe tenere. Sic dicimus vrbem continere homines: & locum continere locatum. Item continere cõtinuare. id eſt ſimul tenere. Vnde & cõtinens dicitur continuatum. Liui. Continens imperium vſq; ad noa habebitis. Cice. libro ſcđo offic. Nec enim vlla res vehementer rempubli. continet q̃ fides: quæ eſſe nulla poteſt: niſi erit vicaria ſolutio rerum creditarum. Suet. in Cali. Per hunc põtem vltro citro commeauit biduo continenti. i. continuo. Curtius. Omnia velut continenti incendio ardere viſa. Cice. libro pri. Tuſc. Sed nihil te interpellabo: continentem orationem audire malo. Idem libro. ij. offic. Continere pro ſimul tenere poſuit & quaſi iunctum tenere cum inquit. Nec vlla res tam vehementer rempubl. continet q̃ fides.

❡Continens participium ea poteſt ſignificare quę cõtinent. Continẽs fœminini generis ſumitur pro terra quæ non eſt inſula: quã vulgo terram firmam appellant qualis eſt Italia: vt ex ſicilia ad continentem parum intercapedinis eſt. Nam inſula eſt quæ mari circundatur: vt ſicilia ſardinia Iſthmos ita vndiq; mari cingitur: vt tamen in aliqua parte continenti iungatur. Scribit Vlp. Continentes prouincias accipi debere eas quæ Italiæ coniunctæ ſunt: vtputa galliam. Cõtinens neu. generis a rhetoribus accipitur pro firmamento rationis.

❡Continentia fit a cõtinens: de qua Cice. lib. ij. offic. Sed valitudo ſuſtẽtatur notitia ſui corporis: & obſeruatione earum rerum: quæ aut prodeſſe ſoleant: aut obeſſe. Et cõtinentia in omni victu: omniq; cultu corporis tuendi cauſa: & in prętermittẽdis voluptatibus. Eius cõtraria eſt incõtinentia.

❡Continẽter aduerbiũ modo ſignificat parce. Plaut. Quę q̃ illum pater arcte & cõtinenter habet. Modo coniuncte iugiterq;. Idem. Trium dierũ ſitim cõtinẽter tulit. Cęſar. Belgę cũ germania bellũ cõtinẽter gerunt.

❡Contentus a. um. cum eſt participium a contineor paſſiuæ ſignificationis eſt: non actiuæ: ſicut putauit Valla: quoniam ablatiuum habet: vt is accipiatur qui cõtinetur ab eo quod animo ſuo ſatiſfacit: ſiue etiam a ſeipſo contineatur. Non enim ſicut compos qui poſſeſſor ſiue obtentor alicuius rei eſt: ita contentus accipitur. quoniam qui contentus eſt ab eo poſſeſſus eſt: a quo: vel quo cõtentus eſt: quia neceſſe eſt vt aliquid ſit: a quo quia cõtineatur. vt cõtentus dicatur: vt apud Ter. in Eun. Neq; tu vno contenta eras: neq; ſolus dedit. Quis hic exponat. Neq; tu vnum continebas qui animo ſatiſfaceret tuo. Continere enim cohibere eſt ſiue te ſiue alium nequid fiat reprehenſione dignum. & ad virtutem ferme ſemper pertinet. Hoc autẽ loco culpatur meretrix non q̃ ſe a libidine non contineret: ſed q̃ vno nõ contenta erat. i. vno nõ continebatur: vt ab alijs abſtineret. Id etiam oſtẽditur per affirmationem. Plaut. in Mer. Nam vxor cõtenta eſt quę bona eſt vno viro. Nec hic vxor bona cõtinet vnum virũ: ſed ſe cõtinet: ſiue cõtinetur vno viro: aut ab vno viro. Similiter Lactan. de pphetis loquens. Cõtenti temporali cibo quem deus ſubminiſtraſſet. i. ſatiſfacti vt nihil amplius expeterent. Plaut. in Mer. Immo dicamus ſenibus leges. Cenſeo prius habeamus quas leges teneãt: cõtẽtiq; ſint. i. cõtineantur: vel pacati: vel lęti ſint. Quę tamen omnia paſſiue ſumuntur. Eſt etiam contentus participium a contendo.

❡Continuus a. um. quod eſt ſine interuallo a quo fit aduerbium continue pro perſeueranter aſſidue. Continuo vero ſignificat ſtatim.

❡Continuo as. perſeuero: perago. Apul. Scaphas aſcendere mari iter continuare.

❡Cõteſtari litem dicunt duo aut plures aduerſarij q̃ ordinato iudicio vtraq; pars dicere ſolet. Teſtes eſtote. de hoc verbo cõteſtor. Vide in dictiõe teſtor.

❡Conticeo es. pe. cor. Cõticere eſt ſimul vel oẽs tacere. Ver. Cõticuere oẽs intẽtiq; ora tenebãt. Hinc

❡Cõticeſco is. quod eſt cũ alijs tacitus fio. Plyn. li. xj. Tunc repẽte omnes conticeſcunt.

¶ Cōticinium noctis primum tēpus: quo omnia quie ſcendi gratia cōticeſcunt.

¶ Contigno as. Vide in dictione tignus. Hinc cōtignatio quę eſt ſolariū domus ſiue ſtratū ſit cœmēto lateribuſve: ſiue nō ſtratū: qualia fere ſunt ſolaria domorū in apulia. Eoq; pro miraculo apud Liuiū infert bouē in tertiā cōtignationē cōſcendiſſe. Ply. Seſquipedalis paries nō plus q̄ vnā cōtignationem tolerat. Eſt enim ſuperior & inferior cōtignatio.

¶ Contingo is. cōtigi cōtactum: idem qd̄ tango. Col. lib. pri. Plurimiſq; & his anguſtis illuſtratum feneſtris atq; a terra ſic editis ne manu cōtingi poſſint. Ver. Funemq; manu cōtingere gaudēt. Et in tertia perſona ſignificat aliquid per ſortem venire in portionem. Hiero. ad Damaſum. Pater da mihi portionē ſubſtantię q̄ mihi cōtingit. In Eun. autem ſcribitur: quæ me cōtingit. Ponitur & pro accidere ſiue euenire. Cic. li. v. Tuſ. Quod non modo ſingulis hominibus. ſed potiſſimis philoſophis contigit. Imperſonale vero cum infinito: vt cōtingit mihi eſſe felici vel felicem. Quandoq; abſolute: vt apud Ter. Hanc mihi expetiui: cōtigit: conueniunt mores. Ex quo datur intelligi nō ſemper ſeruari quod aiunt Contingere eſſe de malis quæ ſumus verum: obtingere de optatis: Accidere de inopinatis tam bonis q̄ malis.

¶ Contus ludes: ſiue haſta lōgior duriorq; ad percutiendum apta. Vergi. Aſſueti longo muros defendere cōto. Vnde cōtatos milites Vegetius appellat. Accipitur & pro pertica ferrum in capite habente qua nautæ vtuntur ad loca nauibus opportuna explorāda: a quo percontor Donatus deducit. Vergi. Ipſe ratem conto ſubigit. Et gręcum nomen oſtendit Suidas.

¶ Contor aris. Vide in dictiōe cunctor.

¶ Contortę res dicūtur perplexæ: & perturbatę & ſibi ipſis minime cohęrētes. Et cōtortum dicit̄ cū id qd̄ ſequitur nō cōuenit cū ſuperiore. Cic. lib. j. de ora. Cōtortas res & ſępe difficiles neceſſario perdiſcimus.

¶ Cōtra præpoſitio eſt: quæ & ſeparatur & componitur ſignificatq; aduerſum: locū vel perſonā deſignās. Separata eſt apud Ver. Cōtra Neptunū & Venerem cōtraq; mineruā. Cōponitur autē cū dictionib⁹ incipientibus ad. vt Cōtradico. e vt cōtraeo. u. vt cōtrauenio. Inuenitur etiam cōtra aduerbij loco poſitū ſignificans e regione. ſiue ex oppoſito. vt Stat contra ſtariq; iubet. Et. Cōtra elata mari reſpōdet Cnoſia tell⁹. Plautus in Am. Hoſtes crebri cadunt. noſtri contra ingruūt. Aliquando ponitur pro viciſſim. Ter. in Adel. In eo me oblecto ſolum id eſt charū mihi. ille vt item contra me habeat facio ſedulo.

¶ Cōtradico. Au. lib. ij. ciui. dei. Dum quocūq; modo noſtris diſputationibus cōtradicant.

¶ Cōtraeo is. vado cōtra. Greg. Quia mūdi huius poteſtatibus cōtraire non præſumerent niſi eos ſancti ſpiritus fortitudo ſodaliſſet.

¶ Contraho is. colligo: & oēs in vnum cōgrego Lact. lib. iij. Præterea vt ad ſe multitudinē contrahat. Vergi. Contrahimuſq; viros. Quādoq; compono i. cōflo: vt ęs alienum cōtraxi. Quādoq; committo. Cic. ad Qu. Fratrem. Ea moleſtiſſime homines ferre debent: quæ ipſorum culpa cōtracta ſunt. Quādoq; Paciſcor: & cōuentionem facio: vt fit in emendis vendēdiſq; mercibus. Idem lib. iij. offi. Tollēdum eſt igitur ex rebus cōtrahēdis omne mēdacium. Et lib. j. Nulla vitæ pars neq; publicis neq; priuatis: neq; forenſibus: neq; domeſticis in rebus: neq; ſi tecū agas quid neq; ſi cum altero cōtrahas vacare officio poteſt. i. cōferas: vel inuicem agas. Inde cōtractus. Quādoq; cōſtringo retraho: ptūta cum nerui cōtrahūtur: & colligūtur rigore aut metu ita vt extēdi nequeant. Vnde cōtractio. Idem. lib. pri. Tuſc. Sed eo q͂ in hoc eſt omnis animi contractio ex metu mortis. Et lib. iiij. Animoſq; demittūt & contrahūt. ſ. timore. Quādoq; cōquiro. Liui. lib. iiij. Bonaq; cōtracta precij regni mercandi publicarent̄. Cice. lib. j. ad Herēni. A noſtra perſona beniuolentiam contrahemus: ſi noſtrum officiū ſine arrogātia laudabimus. Cōtrahere frontē eſt fronti rugas inducere: quod vernacula lingua dicimus arufare. Plaut. in Am. Quid cōtraxiſtis frontem quia tragœdiam dixi hanc.

¶ Cōtracto as. ſimul tracto frequētatiuum a cōtraho Lact. de opi. poſuit p̄ comprendo. Quæ a nobis lōgæ remotæ: neq; oculis cōtractan: neq; tangi manu: neq; percipi ſenſibus poſſunt. ✕ Dicit̄ & cōtrecto.

✕ Cōtrari⁹ a cōtra fit ſignificatq; oppoſit⁹ & repugnās ex quo contrarior verbum repugno aduerſor. Quod apud Idoneos nō repperi licet Perottus ponat.

¶ Contraſto aa. Vide in dictione ſto.

¶ Contrauenio. Cice. lib. j. Tuſc. Ego vero facile ſum paſſus ne in mētem mihi aliquid contrauenirét: ita iſti faueo ſententiæ.

¶ Controuerſus a. um. quaſi aduerſus. Gel. Argumēta autem cēſebat aut probabilia eſſe debere aut perſpicua & minime cōtrouerſa. Et cōtrouerſa res dicitur illa de qua eſt controuerſia.

¶ Cōtrouerſia eſt certarum perſonarū de re p̄pria cōtentio. Cice. Elio procōſuli. Nullam oīno arbitramur de ea hęreditate cōtrouerſiam eū hodie habiturū. Sine cōtrouerſia ſignif. ſine dubio. Idē li. iij. offi. Panętius q ſine cōtrouerſia de officijs accuratiſſime diſputauit.

¶ Controuerſioſus litigioſus. Liui. lib. iij. Quem em̄ ſine hoc priuatæ rei iudicem feciſſet vt controuerſioſam adiudicaret rem.

¶ Cōtrouerſor aris. ex cōtra & verſor per mutationē a in o. ſignificat cōtendo: verbū deponēs ab actiuo verſo factum: Ci. in Protagora. Nunc a vobis Crotagora & Socrate poſtulo vt de iſto cōcedaris alter alteri: & inter vos de huiuſmodi nō cōtrouerſemini.

¶ Cōtubernium verbū caſtrēſe ſicut ſcribit lib. ij. de re mili. Vege. vocabatur manipul⁹. ab eo q͂ cōiunctis manibus pariter dimicabāt. Et proprie decem milites ſub vno papilione degentes dicebant̄ cōtuberniū: quibus pręerat decanus qui caput erat cōtubernij. Vnde accipitur pro cōuictu & ſodalitate. Inde cōtubernales vulgo ſodales dicūtur. Et cōtubernalitatē Cyprianus appellat ſodalitatē. Dictum cōtubernium a taberna. Tabernę vero domus quæ fiebant ex tabulis. Vnde & tabernacula dicta ſunt: licet ex tentorijs & pellibus fiant & cōtubernales dicti ſunt: q͂ iiſdem tabernis vtantur. Col. li. j. Sed qualicūq; villico cōtubernalis mulier aſſignata eſt: quę contineat eum.

¶ Contumax pe. cor. qui per tumorē inobediens eſt: qui tribus propoſitis edictis vel vno pro tribus: quod vulgo peremptoriū appellatur: litteris euocatus præſentiam ſui facere contēnit. Hinc cōtumacia. Dicitur quādoq; etiam in bonam partem. Cor. Tacitus. Contumax etiam aduerſus tormenta: ſeruorum fides: ſupremę clarorum virorum neceſſitates.

¶ Contumelia cōuitium a cōtendo ſeu vt Vlp. & Seneca aiunt: a contemptu. Contumelioſus qui contumeliam inferre ſolet.

¶ Cōtundo is. cōtudi pe. indifferēte cōtuſum ſignificat ſimul ſiue totum tūdo: frango cōminuo percutio. Hor. lib. j. Epi. Speratum meritis: duram qui contudit hydram. Inde contuſum cōfractum. Col. lib. vij. Plus etiam eiuſdem radix contuſa prodeſt.

¶ Conuallis planicies ex omni parte cōprēſa montibus collibuſq;: dicta vt inquit Varro: quaſi cauata vallis. Vallis vero ex duobus montibus incluſa planities. Vel conuallis dicit̃ arcta vallis quaſi coniuncta quales ſunt quas metaphorice fauces appellam⁹. Vnde cōuallis appellat̃ ſciſſio terræ manufacta ad deducendam aquam. Plyn. Flumina ad lauandā hanc materiam iugis montium duxere: Corrogos vocant a conuallatione: præcepiſſe libramēto oportet vt fruaris quando influat. Itaq; altiſſimis partibus ducitur cōuallis & interualla ſubſtructis canalibus iūgitur.

⁎ Contuoli oculi ſunt in anguſtū coacti cōniuēt'ib⁹ palpebris a cōtuendo idest ſimul aſpiciendo dicti.

⁎ Contuſum a cōtūdo dicim⁹ cōfractū atq; friatū. Cc.

¶ Conuaſo as. penul. prod. ſignificat furto omnia colligo. Ter. in phor. Aliquid cōuaſaſſem: atq; hinc me ꝓtinus coniicerem in pedes.

¶ Cōuenire ſimul venire cōgregari coire. Liui. Poſtera die: arma capiūt: quo miſſi erāt cōueniūt. Sal. Poſtq̄ vnū in locū oēs cōuenere. Hinc cōuentus. Per tranſlationē quandoq; cōcordare. Ouidi. Nō bene cōueniūt: nec in vna ſede morant̃ Maieſtas & amor. Quandoq; interpellare ſeu in iudiciū vocare. Ci. in Ver. acti. ij. Nō dubitat quin ſi ipſe Verrē cōueniat ęquitate cauſę: auctoritate ſua cōmouere hominē poſſit. Quandoq; Statuere. Apul. Conuenimus ad portū q̄ primū ire. Quandoq; alloqui nō inuenire & videre tantū. Ter in An. Conueni hodie aduenIens quēdam mei loci hinc atq; ordinis hominē. Quandoq; aptū cōueniens & decens eſſe. Cice. in Hort. Nam quid vereris ne non conueniat noſtris ętatib⁹ iſta oratio q̄ ſpectat ad hortādū. Quādoq; placere: pactum facere: & controuerſia carere.

Sed in tertia perſona frequentius. Cice. li. v. de fi. Hoc mihi cū tuo fratre conuenit. i. ſine cōtrouerſia eſt: & cōcordes ſumus. Dicimus etiā cōuenit hoc inter nos: cōuenit mihi tecū. Cōuenit tibi mecū qđ dixiſti. i. in hoc qđ dixiſti inter me & te ſine cōtrouerſia eſt. Cōuenit nobis inter nos. i. cōcordes inuicem ſumus. Iuue. Sæuis inter ſe cōuenit vrſis. Itē. Nō cōueniunt hæc fratri mecum. i. diſſentimus ab inuicē in his. & diſſimiles ſumus Ter. Hæc mihi fratri mecū nō cōueniūt. Nōnunq̄ ſine ſuppoſito: ſed ſubintellecto. Aug. lib. ix. con. Conuenerat inter nos ne paſſim cuiq̄ effunderet̃. Plaut. in Cap. Nūc ita cōuenit inter me atq; hūc Tindare. Et iterū dicito patri quo pacto mihi cōuenit de huius filio Sic dicimus. De pretio cōuenit: id eſt cōcordes ſumus.

¶ Cōuenæ pe. cor. dicunt̃ qui ex diuerſis populis gentibuſq; in vna mœnia conuenerunt ſimulq; coaleſcūt. Hiero. contra Vigi. Nimirum reſpondet generi ſuo: vt qui de latronum & cōuenarum natus eſt ſemine: quos conſul Pompeius edomita Hiſpania de pirenei iugis depoſuit: & in vnum oppidū congregauit. Vnde & cōuenarum vrbs nomen accepit.

⁎ Conuentæ cōditio dicebatur cum primus ſermo de nuptijs & earū cōditione habebatur. Cc.

¶ Conuētio nomen generale eſt ad omnia pertinens: vt ſcribit Vlp. de quibus negocij contrahēdi tranſigendiq; cauſa cōſentiūt qui inter ſe agunt. Nam ſicut conuenire dicūtur qui ex diuerſis locis in vnum locū cōueniūt ita qui ex diuerſis animi motibus cōſentiunt: & in vnam ſententiam concurrunt. Adeoq; conuentionis nullum eſſe cōtractum: nullam eſſe obligationem: quę nō habeat in ſe cōuentionē: ſiue verbis/ſiue re fiat.

¶ Cōuentus dicit̃ cū homines ſimul venerint. Fit autem quattuor modis. Vno cum quēlibet hoīem ab aliquo cōuentum eſſe dicimus. Altero cum ſignificatur multitudo ex pluribus hominū generibus cōtracta in vnum locum. Tertio cum a magiſtratibus iudicij cauſa populus congregat̃. Erant enim in prouincijs ſtatuti conuentus per rectores earū ad iudicia facienda. Vnde Ply. de Hiſpania. Nunc vniuerſa prouincia diuiditur in ſeptem cōuentus. Idem lib. iij. ſcribit in Bethica fuiſſe iuridicos conuentus quattuor. Videlicet Gaditanum: Cordubēſem: Aſtyſitanum: Hiſpalēſem. Quarto cum aliquē in locum frequētia hoim ſupplicationis aut gratulationis gratia colligitur. Ponitur interdum pro cōiugio. Iuue. Cōuentum tamē & pactum & ſponſalia noſtra Tempeſtate paras.

¶ Cōuentum neutri generis cōuentionem ſignificat.

¶ Conuenticulū plerūq; in malā partē accipit̃. Hoc eſt pro cōuentu ſeditioſorum aut ſceleratorū. Cic. ꝓ Sex. Conuenticula hoim quæ ciuitates nominantur.

¶ Conuerto & cōuertor ꝓ eodem accipiunt̃. Plaut. in Amp. Sed tamen fuga in ſe nemo conuertitur.

⁎ Conuerſor vtor & cōſuetudinem habeo. a quo Conuerſano. Cc.

¶ Cōuexum curuū ex omni parte declinatū qualis eſt natura cœli quod ex omni parte ad terram verſus declinatū eſt. Verg. Aſpice cōuexo nutantē pondere cœlum. Hinc cōuexitas ipſa porrectio aduerſus nos. tractum a cōcauitate nauium quę extrinſecus huiuſmodi formā habet: quę alio noīe carinata dicitur.

¶ Cōuicium cōtumelia īquit Labeo Iuriſcōſult⁹ quaſi cōuocium mutata littera: a cōcitatione: vel a conuentu i. collatione vocum. Cum enim in vnum cōplures voces cōferunt̃. cōuiciū dicit̃. Cum autē nec in cœtu i nec vociferatione dicit̃: non ꝓprie cōuicium nominat̃. Feſtus tamen a vicis in quibus primo habitū eſt deriuat. Alij dicūt cōuitium eſſe maledictū cum contumelia & a viuo deriuari. Cic. Maledictū autem nihil habet propoſiti ꝑter contumeliā quę ſi petulātius iactat̃ cōuitiū ſin facetius vrbanitas nominatur.

¶ Conuicinium vbi plures inter ſe vicini ſunt.

¶ Cōuicior aris. cōtumeliam dico: vt apud euang. Et qui cū eo crucifixi erant: conuiciabantur ei.

¶ Conuiuiū a viuo fit: de quo Ci. Bene maiores noſtri accubationē epularū quia vitę cōiunctionem haberet: cōuiuium nominauerunt. Hinc

¶ Cōuiuari conuiuiū facere: aut ſimul cibum ſumere. Ter. in heau. Scortari volūt: crebro cōuiuarier. Vñ cōuiuator dicit̃ q parat cōuiuiū. Cōuiuę vero & cōuictores dicunt̃ inuitati ad cōuiuiū. Scitū cōuiuatorē appellat Liui⁹ elegantē & nitidū in apparatu cōuiuali. Gręce vt puto melius συμπόσιον ἐκ τοῦ πίνω πόσω πέπωκα ἔπιον καὶ σύν. ⁎. i. ex πίνω bibo bibā bibi & cō. Suū enī videt̃ eē comeſſatio: vñ & gręc⁹ ſermo ſeruat̃ vulgant.

¶ Conuictor dicit̃ quotidian⁹ cōuiua & q nobiſcū viuit familiariter. Hora Nūc q a ſum tibi mecœnas cōuictor. Sue. in Tibe. Nihilo lenior i cōuictores gręculos.

¶ Cōuiuale quod ad conuiuiū pertinet. Liui. Multaq; conuiualia ex auro & argento vaſa.

¶ Conuiuiones a cōbibendo cōpotores dicuntur.

¶ Cōuoluolus pen. cor. vermiculi genus minoris eruca corrodētis pubeſcētes vuas quē alij voluocē appellant a cōuoluendo qui ſe inuoluit in pampino.

⁎ Conuoluolus etiam eſt hęrba per fruteta naſcēs nullo odore nec crocos intus habens: ſed florem tantum: ac candorem lilij referens veluti rudimentum naturæ lilia facere condiſcentis. dictum ꝙ ſeſe rei cui adhęret inuoluat. Cc.

⁎ Conuoti dicebantur iiſdem votis obligati. Cc.

¶ Conus ꝓprie nux picea. Col. lib. vij. Remedio ſunt cupreſſini quindecim coni: totidemq; Galbæ: propter quod geometræ eiuſmodi figuram conum appellant.

Hinc Conus dicitur curuatura quæ in ſummitate Galeæ prominet ſuper quã criſtæ ponunt̃: licet quãdoq; pro criſta ponat̃: quẽ lĩgua vernacula pinanũ vocam⁹. Et coniferæ arbores: quæ conos hoc eſt nuces pineis ſimiles ferunt. Ouid. Et coniferę cypariſſi. Quicqd p̃terea tali forma eſt Conoides dicitur. Vnde cupiſſ⁹ fœmina Conoides eſt quæ in faſtigiũ conuoluitur. Quidam etiã conum accipiunt pro capitio acuminato. Eſt & conus muſicus. Boe. in muſica. Si conum quem tur bonum vocant quis diligenter extornet.

¶ Coniſcare apud Quintil. ſignificat arietare: & fronte frontem percutere. Et ſatiati agni ludunt blandeq; coniſcant.

¶ Κωνοΐδης Conoides arbor ferẽs cupreſſos fœmina Nam a rotũditate in acumẽ leuat̃.

¶ Coos ſiue cos ſiue coũ ſiue co. Inſula in mari ægęo ſeu vt quidam aiũt in Icario rhodo proxima & carię appoſita: quę olim magna fuit & optime habitata & aſpectu iucũdiſſima iis q co nauigabant. Ambitus ei⁹ quingentis & quinquaginta ſtadiis clauditur. tota fertilis & optimo vino abundans: Eſt & vrbs co nomine antiqtus Aſtipalea vocata. Dicta a Coo Meropis filia quæ ibi regnauit. Strabo ſcribit nouẽ gentes & quinq; milia oppidorum eſſe quorum nullum ſit min⁹ co meropide. Hinc cous a. um. pe. pro. Vnde Hippocrates medicus diuinus & Apelles pictor egregius Coi dicti ſũt: cum in ea nati perhibeantur. Ouid. Si venerem Cous nunq̃ pinxiſſet Apelles. In primitio primi corripitur. In ſuburbano Coi æſculapii templũ fuit valde inſigne & multis donis opulentũ inter quæ nuda Venus erat: quæ poſtea Iulio Cæſari Romę dicata eſt. Sunt qui dicant apud hanc inſulam fieri veſtes tenuiſſimas ad fœminarum ornamentum. Vnde Oui. de arte. Siue erit i tyriis tyrios laudabis amictus. Siue erit in cois coa decere puta. Suidas κῶς ἡ νῆσος ὅθεν ἱπποκράτης ὁ ἰατρὸς ἥτις καὶ μεροπὶς λέγεται. ✶. i. Cos iſula vnde hippocrates medicus quę, & meropis dicitur. poſtea alibi ſubdit. κῶος πρὸς σ Χῖον ὁ μὲν γὰρ Χῖος ἔνδον ... κῶος ἔξω. ✶ id eſt Cous ad chium: chius eni potuit intus ſed cous extra.

✶ Copars lacus eſt in quẽ p̃meſſis fluuius defluit. Cornucopię.

¶ Copia a con & ope: vel a capio: vt ſit copia quaſi capia: q multa capiat. & in ſingulari qdem abundãtiam eloquentiam: facultatẽ poteſtatemq; ſignificat: vt faciam tibi copiam ſpectandi ludos. Oui. Ante ait emoriar q̃ ſit tibi copia noſtri. Neq; apud oratores cum alio verbo iungitur. Poetæ cũ do iungunt. Verg. Poſtq̃ introgreſſi & coram data copia fandi. Cum aliis verbis abundantiã ſignificat: vt magna copia frumẽti auecta eſt. Copia pecuniarum & copia orationis. Copia etiam dicitur eloquentia quæ cõſtat verborum copia. In plurali pro eodem ſignificato quãdoq; ſumit̃. Vt noui copias tuas. & omnium rerũ copias habeo. Peculiariter tamen ſignificat exercitus multitudinem vt copię Põpeii: copiæ Cæſaris. Aliquando etiam in ſingulari ponitur pro multitudinẽ Pompeius ad Domiti. Nec ſolus cum iſta copia tantam multitudinem ſuſtinere poteris. Idem. Etiam hortor vt cum omni copia q̃primũ ad me venias. A copia copioſus a. um. pro abundanti. Copiola dimi. Copio as quod ẽ copias augeo ſiue cogo ſicut lignor aquor: q̃ ſunt verba caſtrenſia.

¶ Copem veteres p̃ copioſo poſuerunt. Plau. Atq; ego nunc vt glorioſum faciam & copi pectore. Hic copona primũ: deide caupona taberna vinaria. propter copiã rerũ q̃ ibi venduntur.

¶ Coppe locus in grecia apud Orchomenon bœotię iuxta cephiſum amnẽ qui facit lacum coppatidẽ nominatum.

¶ Cophin⁹ pe. cor. latine corbis. Iuue. Cũ dedit ille locum cophino fœnoq; relicto.

¶ Copula cuiuſlibet rei duplex numerus. Vnde dicit̃ copula matrimonii. & copulo coniungo.

¶ Coquo is. xi. ctũ. a cogendo: quoniam coctum cogendo coercetur vt ad vtilitatem veſcendi p̃ducat̃. Et duo ſignificat. coquere. ſ. per ignem. Vnde aliquid dicitur coctum: vt carnes coctę. Et maturare. i. maturũ facere. Plyn. Aegreſcunt ſexagenis diebus ſiti maxime anteq̃ fici coquantur autumno. Amb. li. Hexa. Vnde aut arbores germinarent aut frumẽta vel ſata prorumperent: vel orta coquerentur: niſi ea interior ignis aiaret. Huius compoſita ſunt. Concoquo ſimul coquo: ſeu digero. Vnde concoqui dicitur cibus calore ſtomachi. Plynius libro. xxvii. Theophraſtus celerius cõcoqui dextri lateris incubitu: difficilius in ſupinis. Decoquo in totum coquo. Vide alibi. Excoquo perfecte coquo: digero. Hier. con. Ioui. Immolatus eſt pro nobis agnus: & aſperſi calidiſſimo rore hyſopi omnem pituitam noxiæ voluptatis excoxim⁹. Columella proprie cum ait. Vis frigoris excoquit terram. Incoquo coquẽdo applico. Nam cum metallum aliquod deplumbamus: vel deargentamus: vel deauramus. incoquere dicimus. Vnde vaſa ænea ſtãno ad ignem illita incoctilia dicuntur. Plyn. Deinde & argentum incoquere ſimili modo cœpere equorum maxime ornamentis: iumentorumq; iugis. Proprie tñ incoquere eſt intus coquere Verg. lib. iiii. Geor. Huius odorato radices icoque baccho. Percoquo valde ſeu p̃fecte coquo. Plyn. li. xxiii. Babulas carnes additi caules magno ligni compendio percoquunt. Similiter Diſcoquo. Idem libro. xxix. Denas virides lacertas i decem ſextariis olei veteris diſcoquunt. Præcoquo ante coquo: vel ante maturo. A quo præcox fructus: & præcoqua vua dicitur. i. p̃matura. Recoquo ruſ⁹ coquo. Ply. An ſatis recoctum ſit. Et omnia habent pe. cor.

¶ Coquito tas: pe. cor. frequentatiuum eſt.

¶ Coquina a coquendo locus in quo dapes coquunt̃: quæ & culina a colendo: quaſi colina. Et dum publica eſt popina dicitur.

¶ Coquinari eſt coquinariam artẽ exercere. Plau. Neq; ego vnq̃ niſi hodie ad bacchas veni in bacchanal coquinatum.

¶ Coquus vel cocus: qui cibos coquit ac vendit: qui & coquinarius dicitur.

¶ Coquinari⁹ a um. quod ad coquinam p̃tinet Vnde vaſa coquinaria dicta.

¶ Coquinaria æ. ars coquendi quæ ad victum ſpectant.

¶ Cor vnum eſt ex viſceribus. Nam omnia interiora viſcera dicuntur. In quo (vt inquit Ply.) habitat mẽs. Et ſecundum Ar. Cor fons eſt venarum arteriarum & ſenſuum. Et ſicut ait Auicẽna. Eſt principium virtutis vitalis: fons vitæ: & radix dicit̃ ab interprete Galeni. Aliqñ tñ accipit̃ p̃ mente. Cic. lib. i. Tuſ. Cor ipm animus videtur. Vnde cõcors: diſcors: excors: ſocors: vecors. grauicors: & cordatus.

✶ Coraceſius pars tauri montis. Cc.

✶ Coraloachates lapis eſt guttis aureis coralli modo diſtinctus. Cc.

✶ Coraules dr̃ qui in choro tibia canit. C.

¶ Cordi eſt. i. delectat & placet. Ci. Ideoq; co mihi magis eſt cordi. Ter. Si hæ nuptię ſunt tibi cordi: id eſt iucundæ.

¶ Corculum dimi. Plau. Meum corculum: meus mol

liculus caſeus. Et corculum acutum quaſi cor ſapiens. Feſtu. Corculum dicebāt antiqui ſolertem & acutum. Cic. li. j. Tuſ. Et Naſica ille prudēs bis cōſul corculū appellatus. Plyn. libro. vij. Catos corculos apud Romanos cognomina tos eſſe refert qui ſapientia præſtiterunt.

⁎Corculus maſculino gñe acutus Cc.

❡Cordatus homo. i. inſignis corde & pſtans memoria: qui ſolertia multa pollet & ingenio: quemadmodū & corculum. Auguſt. li. j. ci. dei. Non itaq; cum de dijs victis illa conſcriberentur poetis libuit mentiri ſed cordatos homines cogebat veritas confiteri. Lacta. lib. iij. Non inficior fuiſſe illium paulo cordatiorem: q̄ cæteros: qui naturam rerum putauerunt ingenio poſſe cōprehendi.

❡Cordoliū commiſeratio: & quaſi dolor cordis. Plau. Mihi cordoliū eſt. Idē i pen. Vbi tibi erit cordoliū ſi quā ornatā melius forte aſpexeris.

❡Cordapſus morbus tenuioris inteſtini quē iuniores iliacum nominant.

❡Corchorus vile olus apud Plyn. Vnde prouerbium contra eos qui magnis honorib⁹ inhiant cum ipſi ſint nihili. κόρχορος ἐν λαχάνοις. id eſt corchorus inter olera.

❡Corduba ciuitas hiſpaniæ Senecæ & Lucani patria.

❡Corgo aduerbium apd veteres: quaſi ex corde ago: id eſt loquor.

❡Cordus a. um. quod ſerotina fœtura natum ē: vt cordum fœnum autūnale: quod autūno ſecat̄. Col. Aluntur oues commodiſſime autūnali fœno quod cordum vocatur. Itidem Corda frumenta dicta ſunt, quæ ſero mateſcunt. Et cordi agni ſerotini: qui poſt temp⁹ debitum naſcuntur: quos vulgus vocabulo inde deducto cordiſcos nominat. Plyn. lib. viij. Gerunt partum diebus. cl. poſtea concepti inualidi: cordos vocabāt antiqui poſt id tempus natos. Eſt ergo Cord⁹ cognomē eorū qui tarde naſcuntur: Vnde apud Sueto. Cordus Cremutius legitur. Quo nomine etiam dictus eſt alius ſcriptor hiſtoriarum: quem ſequi ſe ait Iul. Capitoli. in vita Gordianorum. mñ. Quinti. li. j. præcipit ſcrutandas eſſe a ſubtili præceptore origines nominum: vnde Agrippa & Oppiter & Codrus & Poſthumius dicant̄. Quidam tamen hoc nomen per h. ſcribūt Chordus.

❡Coralium lapis rubei coloris. Amb. lib. hexa. Quo mō etiam non indecorus lapis coralium in mari herba ſcit: ſi in aerem transferatur lapidis firmitate ſolidetur. Plyn. Coralium religioſum imprimis geſtamen eē exiſtimant amoliendis periculis. Gignitur in mari rubro & in pſico & circa orchadas iſulas & i ſiculo circa Drepanū. Forma ei ē fruticis: color viridis: bacce calide: ſuba q̄ molles: exēptę cōfeſtim durant̄ & rubeſcūt quaſi cornua. Diaſcorides. τὸ δὲ κοράλλιον ὅπερ ἔνιοι λιθόδενδρον καλοῦσι δοκεῖ μὲν εἶναι φυτὸν ἐνάλιον. ⁎ i. Corallium quod aliqui lithodendron appellant plantā marinam eſſe conſtas. Theophraſtus autem in libro de gēmis. τὸ γὰρ κουράλλιον καὶ γὰρ τοῦθ᾽ ὥσπερ λίθος φύεται δὲ ἐν ἐρυθρᾷ δὲ λίθος γίνεται C. i. coraliū eīn vt lapis: naſcit̄ vt herba i aere & lapis fit. Hui⁹ nominis quidam primam producunt. Ouid. lib. iiij. me. Nūc quoq; coralijs eadē natura remāſit. Alij breuiāt. Claud. Mergit ſe ſubito: velitq; corallia clotho.

⁎Coraxicus tauri montis pars a gentibus ſortitus nomen. Cc.

❡Coraxis mons qui a ſeptentrione colchidem claudit. Eſt & fluuius eiuſdem nominis qui ex mōte ſui nominis oritur.

❡Coram prepoſitio eſt: quæ contrariam habet ſignificationem a clam: vt Coram ſenatu orationē habui. Differt tamen a palam q; coram magis ad perſonas certas: palam ad omnes refertur. Coram indiget adiectione: palam non indiget. Etiam differt ab ante q; ante oculos longe intelligi pōt: corā ꝓximitatem ſignificat. Ter. in eunu. Quę mihi ante oculos coram amatorem adduxti tuum.

❡Corax a latinis dicit̄ coruus. Cic. lib. de ora. Quare coracē veſtrū iſtū patiamur. Hinc componitur nocticorax ſeu nycticorax. Cc.

⁎Eſt & oppidum in volſcis & viri ꝓprium qui Archilochum interfecit.

❡Coracinus pe. p. coruinus. Plyn etiam piſcem quēdam coracinum appellauit.

❡Coambla herba quę oculos retūdit: & hebetes facit. Ideoq; dicta corābla. Nam κόρα pupillā ſignificat ἀμβλὺς dicit̄ retuſus & hebes.

❡Corbes: vaſa ex viminibus facta cui ſingularis eſt hæc corbis. Cic. pro Sex. Meſſona ſe corbe contexit. dictæ corbes ſecūdū Var. ab eo q; ſpicas aliud ve quid eo corruebant. Hinc minores dictæ corbulæ. Cato villicum dixit habere oportere corbulas amerinas quattuor. Col. vero ait. Corbulæ decēmodiæ trimodię. Poteſt etiam eſſe corbis generis maſ. ſecundum Priſcianum.

❡Corbitæ penultima producta naues onerariæ dictę q; in earum malo ſummo pro ſigno corbes ſolerēt ſuſpendi. Plaut. Tardiores q̄ corbitæ ſunt etiam in tranquillo mari.

❡Corbonā pe. cor. Iudęi ſacrū theſaurariū dicūt. Auctores Ioſephus & Euſebius.

⁎Cordiacus morbus alias cardiacus ἀπὸ τῆς καρδίας. Cc.

⁎Cordire veteres dixerunt pro eo quod eſt animo ſedere. Cc.

⁎Corgo aduerbiū veteres dixerunt pro profecto quaſi ex corde ago. Cc.

⁎Corcallis gemma eſt quę modo nigro modo cęruleo colore eſt. Cc.

❡Corcyra pe. p. Inſula in Ionio mari olim phæacis a Phæaco dicta: q genit⁹ fuit e nympha Aeſopi filia rapta a neptuno & ad iſulā delata: cui nomē fecit. Vbi grauida Neptuno peperit phæacum qui fuit pater alcinoi Luca. lib. ij. Hinc late patet omne fretum ſeu vela ferātur In portus corcyra tuos ſeu lęua petatur Illyris. Homerus autem lib. odyſſeę. η. παῖδά τ᾽ ἐμὴν ἐχέμεν καὶ ἐμὸς γαμβρὸς καλέεσθαι αὖθι μένων οἶκον δέ κ᾽ ἐγὼ καὶ κτήματα δοίην, εἴ κ᾽ ἐθέλων γε μένοις ἀέκοντα δέ σ᾽ οὔτις ἐρύξει Φαιήκων. ⁎. i. filiam meam habere & gener meus vocari illic manens domum & poſſeſſiones dare ſi volens maneres inuitum nemo phæacum impediet.

❡Corinthus vrbs Achaiæ fere in medio iſthmi peloponneſiaci ſita. Iſthmos græci vocant anguſtias peniſularum inter quas nobilitate peloponneſiacæ præferuntur. Corinthus primo a Siſypho latrone æoli filio fertur condita fuiſſe & corcyra nominata: authore Strabone: poſtea Ephyre. Deinde euerſa & inſtaurata a Corintho Horeſtis ſeu Iouis filio Corinthus eſt appellata olim celeberrima & ditiſſima. Hæc habet arcem: quę Acrocorinthus dicitur. A corinthus fiunt corinthi⁹ & corinthienſis adiectiua: quæ ſic ab inuicem diſtinguūtur. Corinthij ſunt qui corynthum habitant: ſeu qui ex corintho nati ſunt. Corinthienſes: qui ibi nati nō ſūt ſed negociantur corinthi. Suidas κόρινθος ἀπὸ κορίνθου τοῦ μαραθῶνος ἢ ἀπὸ κορίνθου τοῦ πέλοπος ⁎. i. Corinthus a corintho marathonis filio vel Pelopis.

¶Corinthia vaſa dicuntur ex ęre corithio fabrefacta q͛ auro argentoq; cum ipſo ære confuſis fiebãt. Nam æs corinthiũ maxime laudabat. Vñ factum eſt vt oia vaſa ex ære eleganna corinthia ſint appellata ꝓpter q̃ apud veteres tanto in precio fuerunt ęris metalla vt argenti quoq; atq; auri p̃cium tranſcenderint. Tria autẽ ſunt genera corinthij æris vt docet Plyn. Candidũ qđ nitore accedit q̃ proxime argento. Alterũ in quo auri fuluus color conſpicitur. Tertium in quo ęqualis temperies omnium fuit.

¶Corinthiac⁹a.um. quod ex corintho eſt. Oui.li.iij. de triſ. Illa corinthiacis primũ mihi cognita terris.

¶Corinthiarius a Suetonio poſitũ eſt pro amatore nimio corinthiorũ vaſorum.

¶Corycũ le bolze da caualcare. Suidas. κωρύκιον. κώρυκοσ θυλάκιον. τὸ παῤ ἡμῖν βουλγίδιον ἢ πλέγμα δεκτυῶν ἄρτου. *.i. Perula. Pera panariũ quod apud nos vulgidion vel rete tenẽs panem.

¶Coriago morbus quo boues laborant. Col. lib. vij. Eſt & iſeſta peſtis bubulo pecori Coriaginẽ ruſtici appellant: cum pellis ita tergori adhęret: vt ꝓprehenſa manibus deduci a coſtis nõ poſſit. Ea res nõ aliter accidit q̃ ſi bos aut ex languore aliquo ad maciẽ ꝓductus eſt: aut ſudans in opere faciẽdo refrixit. aut ſi ſub onere pluuia madefactus eſt.

¶Coriũ aialium eſt p̃ſertim eorũ q̃ craſſiorẽ pellẽ habent ac duriorem: q̃uis quandoq; pro quacunq; pelle dicat etiã rerũ inanimatarũ: & quandoq; tergus. Verg. Tergora diripiũt coſtis. Apud Plyniũ coriũ terræ eſt: non tam cutis eius facieſq; ſumma q̃ tectoriũ & ſtatumẽ quoddã craſſius: cui & aliud quoq; ſubeſſe põt corium. Nam in parietibus ſtruendis ordines ipſi laterũ coria a Victruuio dñr: hoc eſt quæ vulgo turba opificum appellat curſus. Dicitur & corius maſ. gñe. Plau. in Pe. Heri in tergo meo tris facile conos corriuiſti bubulos. A corium fit excorio as. quod eſt corium detraho.

*Coriolana pira dicuntur a forma. Cc.

¶Coriari⁹ qui coria concinnat p̃ſertim craſſiora.

¶Corycum pe. cor. nomen ẽ vrbis & montis excelſi ĩ cilicia optimũ crocũ ferentis. A quo corycius a. um vt crocũ corycũ. Mar. Quod de corycio q̃ venit aura croco. Coricus etiam portus.

*Corin ſunt leuia miſſilia in ſagittarum modũ. Verg. Coritiq; leues humeris & letifer arcus. Cc.

¶Coriza morbus cum humore obturatur naſus: latine grauedinem vocant.

¶Corycei dicuntur curioſi. Ci. ad Atticum. Omnes enim corycei ſubauſcultare vidẽtur quod loquor. Nã tota coryci montis aſiatici: ſeu vt quidam dicunt promontorij in Creta prętemauigatio latronib⁹ plena fuit. qui diſperſi per portus ad mercatores furtim accedebant: & ſubauſcultabant quid rerum ferrent: & quo nauigarent: poſtea illis diſcedẽtibus adoriebãtur eos: ac diripiebant. Ex quo factum eſt: vt omnes curioſa: & ſecreta auſcultãtes Corycei dicerentur. Et in prouerbio diceretur. Hunc ergo coryceus auſcultauit: cuius conſilia ſecreta patefacta ſunt.

¶Corythi pe. produ. ſũt theco arcuum ſiue ſagittarũ q̃uis ſagitarum proprie dicantur pharatræ: q̃uis Nonius corici legat. Sta. li. ix. the. Cœleſtibus implet corython telis.

¶Corythus penul. cor. oppidum Tuſciæ prope Aretium in paruo colle euſdem nominis ſitum a corytho rege poſitum. Ver. lib. ix. Nec ſatis extrema corythi penetrauit ad vrbes. Quidam hæc duo nomina ſcribunt cum hin principio Chorytus.

¶Cornelia Romana Gracchorum mater & maioris aphricani filia: quæ a Val. maximo laudatur q͛ matronæ campanę ornamenta ſua pulcherrima oſtentanti: non aurum: nõ gemmas: non deniq; veſtes oppoſuerit ſed liberos: q͛ maxia ſunt matronarũ ornaméta.

¶Corna æ. nomen eſt duarum vrbium.

¶Cornus fœ. generis tam quartę q̃ ſecundæ declin. ſcđm Pri. Hæc ramos habet duriciæ & rigiditate cornibus ſimiles fructum circa ſolſtitia facit primo candidũ poſtea ſanguineum. Ver. li. ix. Cõiecto ſternit iaculo volat itala cornus. i. telũ ex corno factum. Cornum generis neutri fructus. Idẽ Baccæ lapidoſaq; corna.

¶Corneus a. um. quod a corno eſt. Plaut. Duram ac corneam virgam. Poteſt etiam eſſe a cornu deductũ nomen. Vnde hibernæ coronæ cornię dictę ſunt quoniam negante tum flores terra laminis e cornu tinctis fieri ſolebant.

¶Cornetum locus vbi ſunt frequentes corni: ſicut a pino pinetum.

¶Cornu cornum & hic cornus ſecundum Priſ. A curuore vt inquit Var. Ply. Dentes mobiles cõfirmat ceruini cornus cinis. Omnibus fere caua ſunt cornua ceruis tantum ſolida: & ſingulis annis decidua. Hinc fiunt vnicornium: bicornium: tricornium: quadricornium. Per trãſlationem cornua fluminum dicuntur flexus curuitates alueorum: q͛ multis in locis ad cornuum ſimilitudinem flectantur. Item cornua antennarũ ſignificant vtrãq; partem antennæ. Ver. Cornua velatarum obuertimus antennarum. Similiter in prælio Cornua dicũtur vtraq; para exercitus. In exercitu eñi eſt dextrum & ſiniſtrum cornu: & quod inter vtrunq; eſt dicitur medium. Item cornu genus eſt tubę obtortę: a quo cornicines dicti ſunt.

*Cornucopię eſt quod Hercules cum achelco in ſpeciem tauri mutato congreſſus ei detraxit: hoc naiades acceptum & omnium fructuum primitijs refertũ Copiæ conſecrarũt. Ouidius. Achelous rigidũ fera dextera cornu Dum tenet infregit: truncaq; a fronte reuellit Naiades hoc pomis & odoro flore repletum Sacrarũt diueſq; meo bona copia cornu eſt. Cc.

¶Cornicen. pe. cor. qui cornu canit. Iuue. Quadragita dedit gracchu: ſeſtertia doterri Cornicini: ſiue hic recto cantauerit ære. Dictum ita quia quod nunc ex ęre eſt: tunc fiebat bubulo cornu.

¶Corniger pe. cor. gerẽs cornua. Vnde Bacchus corniger dictus eſt: quia ſimulachro liberi patris cornua adijciebantur: q͛ vini inuentor fuerit. homies enim nimio vini potu truces redduntur.

¶Cornigenus a. um. quod eſt ex genere cornua habẽtium: ſicut caprigenũ quod eſt ex genere caprarum.

¶Cornipeta pe. cor. aial quod cornibus petit. i. ferit.

¶Corniculũ dimi. a cornu. Quo etiã noie vocatũ eſt oppidum iuxta targnios: a quo oppidani corniculani appellati ſunt.

¶Cornipes pe. cor. aial pedes hñs ſicut equ⁹ & capra & hñt oi vnguiũ aut pedũ aialia. Oui. li. ij. faſto. Cornipedi Fauno cęſa de more capella. Nam Faunus caprinos pedes habere fertur.

¶Cornutus a. um. qđ hẽt cornua vt facies Moyſi cornuta erat. Põt etiam dici cornutũ qđ ꝓcedit ex cornu. Mat. Occubuit tãdẽ cornuto ardore potit⁹. Cornutæ quadrupedes a veteribus dicebantur elephãn. Nã qđ in his dentes multi dicũt cornua ſunt. Sed mirum eſt quod ſcribit Suidas de cornuto: & dicit duos mirabiles viros fuiſſe: vnum Liuium & Cornutum.

¶Cornicularius nomen eſt ordinis in militia: ſicut cõmentarienſis & accenſus. Docet Aſco. perinde ac coꝛ

niculariuſ a corniculo ſic inclinetur: vt a cornu cornicē Nam qui corniculo militabat: is corniculari⁹ dicebať. Liui. lib. x. ſcribit Papiriū conſulem equites oēs ob inſignem in bellia operā donaſſe corniculis armilliſq; argenteis: tanq̄ cornicula ſint inter donatiua ornamenta militaria.

⁎Cornificius poetę nomen. Cc.

℄Cornix auis q̄ dux auium eſſe diciť. Vñ & cornices accipi ſolent pro ijs qui ſe ſapientiores ac duces aliorū videri volunt. Vñ Hiero. in quodā prologo vtiť: & Cicero pro Murena. Huius dimi. eſt cornicula. Hiero. ad Paulinum. Malo alieni operis interpres extitere q̄ (vt quidam faciunt informes cornicule) alienis me coloribus adornare.

⁎Corniſcarū diuarū locus trans tyberim erat cornicibus dicatus q; in Iunonia tutela eſſe putantur. Cc.

℄Cornicor pe. p. deponēs: ſignificat more cornicum garrio. Perſius. Neſcio quid tecum graue cornicaris ie pte.

⁎Coroela pirorum genera a vulgo ſic dicta alias Syriaca. Cc.

℄Corona eſt: quā græci ſέφανον vocant: a nr̄is olim ſtrophia a ςροφεῖν quod ē vertere. Poſtea per diminutionem ſtrophiola appellata. deide a ſerendo ſerta. Et cum videatur corona a choro dici: caret tñ aſpiratione Fuerunt autem apud Romanos diuerſoꝝ generū coronæ i magno p̄tio habitæ. ſ. triūphalis: quæ fiebat ex lauro: & triumphanti dabať: quoniam ea arbor p̄cipue eſt lętitię victoriarumq; nuncia. Obſidionalis quam liberati ab obſidione dabant ei qui ipſos liberauerat ex gramine decerpto inde vnde obſeſſos ille ſeruaſſet. Nam vt ait Plyn. ſummum apud antiquos ſignū victoriæ erat: victos porrigere hærbā e terra. Ciuica: quā ciuis ciui a quo ſeruatus eſt in p̄lio teſtem vitæ ſalutiſq; perceptę dat. Et hęc huiuſmodi erat Primo illignea poſtea magis placuit ex quercu: quia ante cauſa vitæ in hac arbore hominibus fuit qui glandibus veſcebantur. Etiam ex ilice. Muralis erat qua donabatur ab Imperatore qui primus murum ſubijt: inq; oppidum hoſtium per vim aſcendit: & aurea erat. Vallaris: quę & caſtrenſia dicitur ſimiliter aurea habens inſigne valli: hac donabatur: qui primus hoſtium caſtra pugna itro iuit. Naualis quoq; aurea quaſi roſtris nauiū inſignita: qua donari conſueuerat: qui primus maritimo prælio in nauem hoſtium vi tranſilibat. Oualis myrtea erat: qua vtebantur Imperatores: qui ouantes introibāt ciuitatem: quando bellum leuiter & ſine cruore perfeciſſent. Corona etiam dicitur ornamentum muliebre. Horatius lib. j. car. Et ſcandet hærentem coronam crinib⁹. Et corona ponitur pro conuentu hominū circunſtante. Item pro circulo circa lunam. Item pro ſigno cœleſti Ariadnæ Minoia filia. q̄ conuerſa eſt a baccho. Ver. lib. j. Gc. Cnoſiaq; ardentis decedat ſtella coronæ. Ferunt Ariadnam coronam dono accepiſſe a Theſeo: inde nupſiſſe libero patri: & poſt eius mortem liber pater coronam in cœlo collocauit. Alij dicunt hanc coronā dediſſe bacchū Ariadnæ cum ad Minoem increta venit. Alij dicūt coronam fuiſſe datam a Venere baccho in nuptijs deorum. Hæc cancro & leone exoriente occidit: exoritur cū Scorpio nonis Octobris: hēt ſtellas nouē in rotundo diſpoſitas.

℄Corolla dim. i. pua corona. Proper. Me iuuet externis poſitum languere corollis.

℄Coronula ſimiliter dimi. Hie. li. iii. ꝑ. Et ſculpturę inter iuncturas & inter coronulas.

℄Corono. as. coronam capiti impono.

℄Coronarius. rij. qui coronas conficit. Plyn. Factum id eſt ex ingenio Glyceræ coronariæ dilectę illi. Coronarius a. um quod ad coronas ptinet. Vnde aurum coronarium.

℄Coronamētum coronarum multitudo. Ply. Atria qppe coronamentis referta. Aliquando accipitur pro floribus frondibuſq; & alijs ex quibus coronę fiūt. Idē in hortis ſeri & coronamenta iuſſit Cato ienarrabili florum maxime ſubtilitate.

℄Corollariū (auctore Varrōe li. j.) ſignificat id quod additum eſt præterq̄ quod debitū tanq̄ auctariū quoddam & id quod ſupra menſuram vel pondus iuſtum adijcitur. a corollis nomē deductum: q; eę cum placuerant actores in ſcæna dari ſolitæ ſint. Vnde & corollaria dicuntur ipſæ coronæ. Suet. in Aug. Itaq; corollaria & præmia alienis quoq; muneribus ac ludis & crebra & grandia de ſuo offerebat. Plyn. li. xxj. Paulatim & Rōæ ſubrepſit appellatio corollis inter initia ꝑpter gracilitatē nominatis: mox & corollaria poſtq̄ e lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur. Cic. in frumentaria. Noli hos colligere qui nūmulis corrogatis de nepotum bonis ac de ſcęnicorum corollarijs decimā emerūt. Hęc autem cum p̄tij parui forēt factū eſt vt corollariū ꝑ re leuiori accipiatur. Apul. ſymbolicos corollariū vocauit poſticū cōcubitū cum ait. Mihi iam fatigato de propria liberalitate photis puerile obtulit corollarium.

℄Corone vrbs in peloponeſſo Meſſenioꝝ a qua coronæus ſinus dictus eſt.

℄Coronea vrbs eſt i bœotia. Papi. Meſſe coroneam baccho gliſſantia colentes.

℄Coronis. idis. roſtrū nauis: finis: extremitas: apex: cornu: arcus: & huiuſmodi.

℄Corpus non ſolum pro maſſa compacta ex artub⁹ & membris. Sene. Corpore truncato caput abeſt. Sed etiam pro ſola carne ponitur. Cice. Gallo. Ego hic cogito commorari quoad me reficiam: nā & vires & corpus amiſi. Mar. vtranq; ſignificationem poſuit. Viuebant laceri membris ſtillantibus artus: Inq; omni nuſq̄ corpore corpus erat. Hinc corpulentos dicim⁹ obeſi corporis homines. Et corpus dicitur quod eſt compoſitum ex materia & forma. Corpus (inquit Hier.) q̄ q̄ caro dicatur: interdum tamen æthereum vel aerium nominatur quod tactui viſuiq; non ſubiacet: & plærūq; viſibile eſt atq; tangibile. Vnde Apoſtol⁹ corpa cœleſtia appellat & corpora terreſtria. Cœleſte corpus ſolis lunæ ſtellarum. Terreſtre ignis aeris terræ aquę & reliquorum quæ abſq; anima hic ſentiuntur elementis Corporum tria genera Pompo. eſſe affirmat. Vnum quod vna ſpecie continetur: vt homo lignū lapis. Alterum quod ex contingentibus hoc eſt pluribus inter ſe cohærētibus conſtat: vt ędificium nauis armarium. Tertium quod ex diſtantibus compactum eſt: vtputa ex pluribus corporibus vni nomini ſubiectis. vt Populus Legio Grex. Hinc Corporeus. a. um. quod ē ex ſubſtantia corporis: vt lapis. E diuerſo Incorporeum: vt virtus.

⁎Corpore vitiatos dicimus qui cæci vel manci: vel claudi: nani facti ve ſunt: aut aliud huiuſmodi vitiū patiuntur. Cc.

℄Corporale quod eſt vel habet corpus. Incorporale contrarium.

℄Corporo. as. interficio: & corpus ſine anima relinquo. Aennius. Corpus contemplatur vnde corporet vulnere. Hinc fiunt compoſita Concorporo & Incorporo.

℄Corporatura: corporis quantitas hoc eſt habitus & ſtatus ipſius corporis. Vege. lib. j. ſcribit corporaturā

boni tyronis implere ſex pedum longitudinem. Col. lib. vij. Habilis enim & modica corpora tura pecoris operarij debet eſſe: neruiſq; & muſculis robuſta non adipibus obeſa. Victr. lib. vj. Sed ex cœlo roſcidus aer i corpora fundens humorem efficit ampliores corporaturas.

Corporatio idē qđ corporatura. Col. lib. vij. Cuſtodiendum eſt ne incorporatione vel ſtatura vel viribus impar cum valentiore iungatur.

*Corpulentus dicitur homo obeſi corporis. inde corpulentia. Cc.

Corrado is. pe. prod. ſimul ſiue totum rado: aufero vendo alieno. Terē. in Heau. Nihil relinquo in ædib⁹ nec vas: nec veſtimentū: corraſi omnia. i. vendidi vel alienaui. Lactan. lib. v. Non propter humanitatem q̄ nulla in his erat: ſed vt omnia cupiditatis & auaritiæ inſtrumenta corraderent.

Corrigo. is. penul. correp. ex con & rego ſignificat emendo. Lactā. lib. iiij. Anteq̄ mores aliorū corrigas: tuos corrige. *Inde corrector emendator. C.

Corripio. is. pe. cor. reprehendo. Multi enim corripiūtur. qui tñ non corriguntur. Augu. lib. pri. de ciui. dei. Ea ipſa tamen q̄ cum eis non ꝑpetrant nolunt plærunq; corripere cū fortaſſe poſſint aliquos corripiēdo corrigere. Proprie aūt corripere eſt aliquid celeriter rapere Vir. Hic arcūq; manu celereſq; ſagittas corripuit. Adaptatur hoc verbum ad omnes act⁹ humanos: vt corripitur ſomno corripitur febribus. & multa alia huiuſmodi.

*Corriuare ꝓprie dicit̃ de brutis cum potandi gratia ad eundem Riuū conueniunt vnde Corriuales q̄ duo aut plures eandem amicam habent: vel q̄ eundem Riuum accedere videantur: vel q̄ inuicem contendant vt fere quæ ex eodem riuo hauſtum petunt. Cc.

*Corrogos vocant a corriuatione Aquæ ſunt ex mōtium iugis ductæ ad lauandum aurum. Cc.

Corrumpo is. contamino: vitio deſtruo. Et tam ad animū q̄ ad corpus refertur. Vnde corruptor & corruptela. Teren. in Adel. Piſces ex ſententia nactus ſum hi mihi ne corrumpantur cautio eſt. Lactan. li. iij. Cœleſtes litteras corruperunt vt nouam ſibi doctrinā ſine vlla radice ac ſtabilitate componerent. Aliquando corrumpere eſt ſubornare inuitare & illicere. Plyn. lib. vij. Aduerſis ſtudijs copia odorum corruptum criminantibus.

*Corruptela a corrūpendo hoc eſt cōtaminatio. Cornucopiæ.

Corruda. pe. prod. ſylueſtris aſparagus vocabatur. Cato. In harūdineto corrudā ſerito vñ aſparagi fiant. Var. lib. pri. rei ruſt. Item olera quę arida loca ſequūtur ſic: vt vmbroſis locis alta ſeras vt corruda non noceat q̄ ita petit aſparagus.

Cors cortis. Vide in dictione Cohors.

Corſica pen. cor. inſula: quę vt docet Strabo diſtat a Sardinia ſtadijs ſexaginta. Hanc græci Cyrnum appellant. Hæc maligne colitur q̄ aſpera ſit: & multis i locis inacceſſibilis. In ea ſūt caſtella Bleſini: Carax: Enicome: Vapanes. Huius inſulæ longitudinem aſſerunt miliaria centum ſexaginta. Latitudinem ſeptuaginta. A Cyrno Herculis filio dicta eſt Cyrnus: vt placet Fabio pictori. A Corſica vero muliere cui⁹ taur⁹ cum ex continenti in inſulam tranaſſet nomen quod habet retulit. Scribit Strabo libro quinto. Captos a Romanis inſulę hui⁹ alpeſtres i admiratione fuiſſe q̄ diri hiſpidi inhumani ferino aſpectu viderentur. Hanc Rōanis Mauri abſtulere: quam poſtea Ademarc⁹ in claſſe Genuenſi imperator recepit.

*Corſoides lapis caniciei hominis ſimilis. C.

Cortina penul. cor. multa ſignificat. Nam Cortinæ ſunt vaſa in quibus pigmenta coloreſq; coquuntur: q̄bus lanæ tinguntur: & vela pinguntur immerſa. Plyn. lib. xix. Fere die liquatis cortina velis eluta, tum mergitur in experimentum. Et lib. xxxv. Hoc cum fecere non apparet in velis: ſed i cortina pingi: mirū q; cū ſit vn⁹ in cortina colos ex illo ali⁹ atq; ali⁹ fit i veſte accipiētis medicaminis. Ser. accipit cortinā ꝓ tripode Apollinis vnde oraculum. Vel q̄ Apollinis tripos corio pythonis ſerpentis tectus ſit: vel certa illic reſponſa fundantur: quaſi certina. Vir. Neq; te phœbi cortina fefellit. Vel quia illic cor vatis tenet̃. Illuc enim raptę phœbades vaticinabantur. Cum autem hæ cortinæ Apollini delphico antiquitus dicarētur alio nomine Delphicæ ſunt nuncupatæ. Plyn. li. xxxiiij. Ex ære factitauere & cortinas tripodum nomine delphicas quando donis maxime Apollinis delphici donabantur. Var. li. iij. Cortina dicta eſt quod eſt inter terram & cœlum a ſimilitudine cortinæ Apollinis. Ea a corde q̄ inde ſortes primū extimatæ. Cato cortinam plumbeam accipit ꝓ vaſe quo oleum fluit: vbi oleum in torculario factores premunt. Ait enim Cortinam plumbeam in lacū ponito quo oleum fluat. Item Cortinæ dicuntur aulęa & vela ad locum contegendum prout vernacula lingua appellitamus. Vnde Hieron. apud Exodum Decem cortinas facito de byſſo retorta. Hæ etiam velaria ſeu velares a velis dictæ ſunt. Nam velum plagæ & ſtragula inter ſe germana ſunt. Item locus velatus in theatro ex quo egrediuntur recitatores & mimi. Virg. Magni cortina theatri.

Cortinale a cortina: ſumitur pro loco i quo ſunt cortinæ: hoc eſt vaſa quibus ſapa decoquitur. Col. li. pri. Cortinale vel defrutum fiat: nec anguſtum nec obſcurum ſit: vt ſine incommodo miniſter: qui ſapam decoquit verſari poſſit.

*Cortyna ſiue Gortyna (vtrūq; enim ſcriptum inuenimus) inſignis vrbs cretæ inſulæ fuit quam prçterlabitur leneus amnis. Cc.

*Cortinon gramen eſt ſiue vt alij volūt Rhaphani ſemen. Cc.

Cortex tam maſculini q̄ fœminini generis eſt veluti corium cuiuſq; rei: vt i arboribus liber: & in cęteris rebus cruſta quędam ad tegēdum data. Nam corium ꝓprie animalium eſt. Ouid lib. j. Meta. Sentit adhuc trepida renouo ſub cortice pectus. Huius diminutiuum eſt corticula. Columel. Corticulis reſolutis. Hinc decortico. as. & Excortico.

Cortona: ciuitas tuſciæ a qua cortonenſes. Dionyſius vocat eam cortoniam quia inde cortonenſes formauit. Hæc ante Corton dicebatur. Liu. lib. ix. Itaq; a Peruſia & Cortone & Aretio: quæ ferme capita hetruſiæ populorum erant.

Corybantes a pupillis oculorum ſiue genis dicti ſūt Græci κορυβαντιαν eos dicunt qui ad ſimilitudinem leporum oculis patentibus dormiunt quod etiam quidā corybantire dixerunt. Qui cum cuſtodes Iouis eſſent non modo excubare ſed etiam apertis oculis dormire cogebantur. Iuuenalis. De conuiua corybāta videbis. Hi in Ida monte phrygiæ ſaltando & cantādo ſacra cybeles faciebant & ſacerdotes excīſis teſtibus degebant Dicti corybantes q̄ κορυβαντιαν eos græci dicunt vt Strabo dicit qui capita ſaltando iactant furijſq; agitētur. Diodo. Corybantū ſcribit Iaſonis & Cybdes filium fuiſſe ac ſimul cum Dardano ſacra matris deum i phrygiam detuliſſe eoſq; qui in ſacrificijs eius deæ incumbere voluerunt de ſuo nomine appellaſſe.

Galea dictos volunt quæ græce κόρυς dicitur ꝙ gale ro quodam capita tecti inſaniendo luderent. Suidas. κορύβαντες. ἔνιοι τοὺς κούρητας καὶ τοὺς κορύβαντας τοὺς αὐτοὺς ὑπειλήφασιν. ἦσαν δὲ Διὸς τροφεῖς οὗτοι καὶ φύλακες. τινὲς δὲ αὐτοὺς δέκα φασίν. ἄλλοι ἐννέα. ἦσαν δὲ τῆς ῥέας παῖδες καὶ κορύβας ὁ αὐτὸς τοῖς κούρησιν οἱ ἦσαν τοῦ Διὸς τροφεῖς καὶ διδάσκαλοι καὶ τῆς ῥέας παῖδες. ✶.i. Corybantes. Nõnulli curetas & corybãtes eoſdem exiſtimauere. aliqui autem ipſos decem aiunt eſſe alij nouẽ. erant vero Rheæ filij & ipſe corybas curtibus qui fuerũt Iouis nutritores & magiſtri & rheæ filij.

¶ Coridalus penultia correpta græce κορυδαλός auis eſt galea dicta: κόρυς enim latine galea. Vnde etiam noſtri galeritam niſi potius a galero & alaudam dicunt.

¶ Corydalla vrbs lyciæ.

✶Coruus nota auis oim nigerrima ideo niger epitheton eſt corui a græcis κόραξ dictus quo verbo aliqñ latini vtuntur. Cicero. Quare coracem iuſtum veſtrum patiamur nos ꝙ pullos excludat ſuos. Inde coruinus vt coruinum Roſtrum: coruinus adeps. Refert Perottus cum apud Alphonſum ſiciliæ regem dum Neapoli ſub Caliſto pontifice eſſet: ſe vidiſſe coruum a Rege britanniæ miſſum miro candore conſpicuũ.

¶ Corus ſine h. ventus occidentalis græce Argeſtes dicitur: qui cõtra aquilonem flat. & producit primam. Iuuena. Atq; habitas coros ſemper tollendus & hauſtro. Quandoq; mutamus o in au & Caurus dicimus. Virg. Semper hyems: ſemper ſpirantes frigore cauri. Et corus eſt menſuræ genus quadragintaquinq; modios continentis: modius vero capit vigintiduo ſeſtertia. Chorus cum h. conuentum & multitudinem ſignificat & veluti coronam eorum qui ad ludos conueniũt ſiue ſaltantium atq; canentium. Nam multorum vocibus & concentu conſtat: vt Seneca & Macrobius tradunt. Et apud priſcos ex ſeruis ſymphoniacis comparabatur. Vnde apud Iuriſconſultos libro tertio de legatis. Si chorus legetur. perinde eſt ac quaſi ſinguli homines legati ſint. Hieronymus. Vbicunq; chorus eſt ibi diuerſæ voces in vnum canticum congeruntur. Quomodo enim diuerſæ chordæ vnam vocem efficiunt cantici: ſic & diuerſæ voces cũ ſimul fuerint congregatæ chorum domini efficiunt. Et a χαρὰ ſecundum Platonem libro ſecundo de leg. quæ eſt lætitia deducitur. Feſtus a corona deriuat: habetq; primam correptam. Virgilius libro ſexto. Veſcentes lętũq; choro pæana canentes. Idem. Omnis quam chorꝰ & ſocij comitentur ouantes. Hinc chorea & choraules. Hieronymus ad Dardanum ſcribit Chorum eſſe muſicum inſtrumentum ex ſimplici pelle cum duabus cicutis æreis qđ per primam inſpiratur: & per ſecundam vox emittitur.

¶ Coruſcare non ſolum ſplendere ſed etiam vibrare ſignificat. Virgi. Talia vociferans ſequitur ſtrictumq; coruſcat mucronem. Et Criſpare. Idem. Tum ſyluis ſcæna coruſcis.

¶ Corylus penultima correpta. arbor & fructus a nr̃is dicitur auellana. Virg. li. ij. Georg. Plantis edurę corylí naſcuntur. Coryletum locus conſitus corylis. A Corylus etiam Columna opera dicta ſunt ex corylo arbore facta.

¶ Corymbi: vuæ hederarum quibꝰ coronabatur Bacchus. Tibullus. Sed varij flores & frons redimita corymbis.

✶Corymbifer qui fert corymbos ſiue hederam Ouidius feſta corymbiferi celebrabat græcia Bacchi. Cc.

✶Corymbites herba tithymalli ſpecies alias platyphylon vocata nec vlliꝰ latiora ſunt folia. piſces necat. Aluum ſoluit radice vel folijs vel ſucco. Cc.

¶ Corynephoros: latine dicit̃ clauam ferens.

¶ Cos cotis. fœminini generis lapis quo cultri acuunt̃ tur. Proprie tamen cos ſiue cotes cauteſve dicitur ſaxum aſperum atq; abruptum. Virgilius. Q̃ ſit dura ſilex: aut ſtet marpeſia cautes. Sed quod nos cotem vl̃ cautem dicimus: Gręci ἀκόνην dicunt in vtroq; ſignificato. Hinc Cotes ſiue Aconas olearias & aquaticas dicimus: ꝙ illas ad ferrum oleo: has aqua madefacimus Eſt & Cos nomen ciuitatis ſeu inſulæ: de qua ſupra in dictione Coos. Huius diminutiuũ eſt coticula: de quo infra. Et compoſitum Decotes.

¶ Coſſi vermes in ligno editi qui apud phryges & in ponto pro delicatiſſimis cibis ſumũtur. Hieronymus contra Ioui. In ponto & phrygia luxuria eſt comediſſe xylophagion ita enim appellãt coſſos vermes obeſos ex lignorũ carie naſcentes qui apud illos a patrefamilias in magnis redditibus computantur. Sic Plynius libr. xvij. Luxuria coſſos doborum delicatiores adhibere in cibo. A ſimilitudine horum coſſorum homines rugoſi corporis ab antiquis coſſi dicti ſunt. Vnde & Coſſutiorum familia apud Romanos dicta eſt. Ex qua Coſſutia vxor Cæſaris. cuius meminit Suetonius in vita Cęſaris. Sic Coſſuuij & Coſſuuiani.

¶ Coſmus nomen proprium & latine dicitur ornatus & mundus. i. orbis, a κοσμέω orno & decoro. Ponitur interdum pro ipſo vnguẽto: quo quis ornatur. Martia. Qui coſmi redolent alabaſtra focíq; deorum. Fuit enĩ Coſmus nobilis vnguentarius: a quo vnguenta coſmiana dicta ſunt. Petronius. Affert nobis inquit alabaſtrum coſmiani. Coſmicus adiectiuũ idẽ quod mũdanus: & Microcoſmus paruus mundus: quo noíe vtitur Ariſtoteles pro homine.

✶Coſmitto pro committo m litterã in s vertẽtes veteres dixere. Cornucopiæ.

✶Coſmon græci ornatum appellant. Cc.

¶ Coſmographia cum accentu in penultima mundi deſcriptio. Coſmographus penultima correpta deſcriptor mundi.

¶ Coſmeta pe. prod. ornator: ſiue ancilla ſeruiens dominę ad ornatum. Iuuena. Ponunt coſmetæ tunicas. Et coſmeta imperator dicitur.

¶ Coſtus fœminini generis: & coſtũ radix magni odoris: ſeu arbuſcula aromatica. Hierony. con. Ioui. Quomodo autem virginitati animæ non pręiudicat unitano virginum diaboli: ita & veris ieiuniis coſtum iſidis & cybelæ & quorundam ciborum in æternum abſtinõtia.

¶ Coſta. Virgili. Et pede ſubigit terram fricat arbore coſtas.

¶ Coſyros. pe. cor. nomẽ inſulę ſiculæ. Vñ Coſyrij dicunt̃. Coſyra vero vnde coſyrei aphricana inſula eſt. Sunt tñ qui vnã inſulã eſſe velint.

¶ Cottæ: alpes dictę ſunt a Cotio rege qui perdomitis gallis eas extruxit molibꝰ magnis cõpendiarias & viãribus opportunas.

¶ Coticula diminutiuum eſt a cote licet non ſeruet ſignificatum primitiui. Non enim eſt parua cos: ſed lapis quo fit auri vel argenti experimentum. Modicꝰ quidem eſt & raro quaternas vncias lõgitudinis binaſq; latitudinis excedens.

¶ Cotyle penultima correpta græce κοτύλη omne cõcauum poculi & menſuræ genus: ſextarius: iunctura coxę cũ natibꝰ: & pondus nouem vnciarum.

¶ Cotylum ſcribit Strabo vocari locum in Ida monte. Vnde Scamandri & Granici & Aeſopi fluminũ ori

go.xv.mil.paſ.a ſcepſi:& inde nomē Cotylo quaſi cōceptaculū & acceptabulū ſignificet.

¶Cotyla eſt vas ſiue poculū ad potandū:quo Diogenes cynicus vſus eſt anteq̄ vidiſſet puerum manu cōcaua bibētem.

¶Condie q̄uis a quoto & die componatur:per c.& nō per q.ſcribendum eſſe quidam exiſtimant:quia tanta eſt affinitas inter c & q.vt q.in c.mutari facile patiatur. vt ſequor ſecutus:loquor locutus.quis cuius.Vñ Quintilianus lib j.Inſti.Frigidiora his alia:vt quicq̄d c.q̄rtam haberet ne interrogare bis videremur:& quotidie non condie vt ſit quot diebus.Verum hæc iam etiam inter ipſas ineptias euanuerunt.Victorin⁹ quoq; libro de orthographia per c.capitalem litteram ſcribere præcepit ſic inquiens.Q̄uis enim cocus a coquendo.& cotidie a quoto & die deriuata ſint: per c.& non per q.ſcribenda ſunt.

¶Cotonea pe.cor.a coton port⁹ in mari arte & manu facti.Qui etiam Cotonis ſecundum Seruium dicunt̄. Coton etiam nomen vrbis eſt in ſyria aqua hęc cotana vel coctona pluralis tantum numeri dicta ſunt ꝑ quodam ficus paruæ genere.Mar. Paruaq; cum canis venerunt cotona prunis.Plyn.lib.xiij.Syria in ficoꝝ genere habet carycas & minores eius generis quę cotana vocant.

¶Coturnix:auis aduena terreſtris magis q̄ ſublimis noſtri qualeam dicunt græce Ortyx.Vnde ortygometra.Dicta coturnix auctore Feſto a ſono vocis.

✳Cotoneum græci Cydonium vocant & per excellentiam μῆλον dicitur.Eſt pomi genus Cuius variæ ſunt ſpecies.Cornucopię.

✳Cotonea hærba a venetis vocatur quam Galli halū nominant ſimilem cunilæ bulbulæ cacuminib⁹ thymo dulcē & ſitim ſedantem.Cc.

¶Coctonum:nōnulli bambatiū:vulgares indocti bōbicē.litterati xylon:ſiue goſſipion appellant genus illud lini candidiſſimū ex ægypto.

¶Cothurni.tragica calciamenta quibus calciant̄ tragœdi qui i theatro dicturi ſūt alta voce.Suidas.κόθορνος ὑπόδημα ἀμφοτεροδέξιον.✳.i.Cothurnus calciamentum ambidextrū. Eſt autem calciamenti gen⁹ huiuſ modum crepidarum:ſed tale eſt vt dextro & lęuo pedi conueniat. Aliquando capitur pro calciamento ſubleuato ſubere quo mulieres grandiores appareant.Iuue. Si breuis parui Sortita eſt lateris ſpatiū breuiorq; videt̄ Virgine pygmea nullis adiuta cothurnis. Aliquando pro alto dicendi genere.Virgilius.Sola ſophocleo tua carmina digna cothurno.A Cothurn⁹ fit Cothurnatus.a.um.Mar.Grāde cothurnati pone Maronis opus.

✳Cous denominatiuum eſt a co inſula Hippocratis patria.Eſt etiam in talo.i.taxillo numerus canis contrari⁹ qui & venus dicitur.& is qui talorum iactu hunc numerum reddidiſſet ſex lucrifaciebat & qui canem vnum tantum.Cc.

¶Couinum rheda.Vnde Couinarius eques a Tacito nūcupat̄ q ex equo couino depugnabat.Sūt q equos couinarios cataphrattos intelligūt.Idē ī vita Agricolæ.Media cāpi couinari⁹ eq ues ſtrepitu ac diſcurſu cōplebat.

¶Coxa & Coxendix pro eodem accipiuntur.Varro libro primo de re ruſtica.Lata fronte naribus ſimis:lato pectore:craſſis coxendicibus.Sūt qui coxendicem ſeu coxam intelligant coxarum vertebrū quo femora vertuntur quod græce ἰσχίον.Vnde Iſchiadici dicunt̄ coxendicibus laborantes.Plyni⁹ li.xxv.Coxendicibus & articulis omnibus cum axungia vtiliſſima.Cato incantamentū docet ad ſanādas coxendices luxas:hoc eſt loco ſuo motas.Suetonius de Auguſt Coxendice & femore & crure ſiniſtro non perinde valebat vt ſæpe etiam inde claudicaret.Plyn.in epiſtolis.Hunc dum ſequitur colligitq; perlene & lubricum pauimētum fallente veſtigio cecidit:coxamq; fregit.quæ parum apte collocata reluctante ætate male coijt Cęlſus lib.iiij.Coxis proxima ſunt genua de oſſe dixit.

C ante R.

✳Crabones veſpis ſimiles ſunt.degūt i ſilueſtrium arborum cauernis vita bimatum non tranſit creantur ex equis.Cc.

✳Cranaus athenarum rex fuit qui cecropi in regno ſucceſſit a quo regionis inquilini Cranai dicti ſūt. Cornucopiæ.

¶Cranos ſiue Cranium apud græcos ſignificat capitis caluariam.

¶Crantor. Solēſis academicus philoſophus fuit Xenocratis Platonis diſcipuli condiſcipul⁹ & Polemonis: qui nouis opinionibus academiam platonicam repleuerunt.Hic ſcripſit librum de conſolatione quem Cicero æmulatus eſt:Perijt aquæ intercutis morbo.Taxauit ſtoicorum indolentiam quæ eē nullo modo poteſt niſi plane hominem ſaxeum eſſe velimus & omni ſenſu carentem.

¶Cras non ſolum ſecundum conſuetudinem accipitur pro die proxime futuro:ſicut Heri ꝑ die proxime elapſo:ſed etiam pro futuro tempore: vt in ſacris litteris.Loquitur Phytoniſſa ad Saulem.Cras eris mecum Et libro Gene.dixit Iacob. Exaudiet me cras iuſtitia mea.

¶Craſtinus.craſtina craſtinum.penultima correpta a Cras fit:ſicut ab heri heſternus.vt Dies craſtina.Et nō ſolum pro die ſequenti hodiernum: ſed pro quolibet alio. Virgilius.Si vero ſolem ad rapidum lunaſq; ſequentes Ordine reſpicies.nunq̄ te craſtina fallet Hora.

¶Craſtino aduerbium.idem quod cras.Gelli⁹. Si dominus meſſium ad amicos reiecit craſtino ſeges nō metetur.

¶Craſtino. nas.ſignificat diem de die traho & differo.Hinc procraſtino & recraſtino eiuſdem ſignificationis.Hieron.ad Paulinum.Scilicet niſi tu ſemper recraſtinans:& diem de die trahens caute & pedetētim tuas poſſeſſiunculas vendideris:non habet Chriſt⁹ vñ alat pauperes ſuos.

¶Craneum gymnaſium erat apud Corinthum.Cice.

¶Craſis latine dici poteſt temperamentum :complexio:miſtio.

¶Craſſus.pinguis:groſſus.ac ponderoſus.Hic Craſſities & Craſſitudo pro pinguedine.Craſſare pinguem facere.vt Incraſſatus: impinguatus recalcitrauit .Graſſor vero per g.aliud ſignificat.

¶Craſſamētum:i.groſſities. Gellius.Surculi duo erāt teretes oblonguli pari craſſamento eiuſdem longitudinis deraſi atq; ornati ſimiles. Sic Colu.Craſſamētum vini fœculenti dixit.Idem libro vltimo Craſſamē. Sēper inquit requieta aqua Craſſamen aliquod in imo reperitur.

¶Craſſeſcere:eſt pinguem fieri.Columella libro nono de turturibus. Nec quia tritico vel alijs frumentis minus craſſeſcant: verum q; ſemine eius maxime delectantur.Interdum eſt groſſum ſiue denſum fieri.Plynius libro primo.Qui neq; in nebulā denſetur nec craſſeſcat.id eſt groſſus fiat.Auguſt. Incorporeus carne

veſtitur ſermo craſſeſcit.

⁎Craſſiuenium aceris arboris genus a venarum craſſitudine dictum. Cc.

¶ Cratos. latine dicitur potentia imperium.

¶ Cratera penultima pducta & generis maſculini. Siue Crater. crateris. cupps grandis ac patens: ἀπὸ τοῦ κρατεῖν quod eſt tenere: capere. Vel potius quod eſt miſceo. Quidam aiunt tres vrnas continere. Vrnã vero quartarium dici certum eſt ꝙ quatuor ſextarios cõtineat. Horatius in Ser. Siue grauis veteri craterę limꝰ adhæſit. Stat. libro decimo The. Et bacchus in altos crateras paterasqꝫ redit. Virgil. Craterasqꝫ duos ſtatuã tibi pinguis oliui. Ab huius vaſis ſimilitudine Crater in monte ætna appellatus eſt foramen illud per quod ignis euomitur. Ouidius. Et pronos currus medio cratere recepit. Et crater in fontibꝰ dicitur receptaculum quod & labrum dicitur ex quo fiſtulis aqua decurrit ſicut & caſtellum. Et crater ſignum cœleſte quod oritur. xvj. Calendas Martij veſpere.

⁎Crategonõ genꝰ ſatyrij herbę: ſemine lini maiore: du rę radicis: cortice rubro: ſapore ſubdulci: qđ in montoſis tradiť inueniri. Cc.

¶ Aſcen. Cratera nominatiui caſus & primæ declin. fœminini ẽ generis licet fiat ab accuſatio tertiæ qui eſt maſculini ſicut etiam panthera. ſtatera. Quocirca vbi crateras accuſatiui caſus maſculinum legeris dixeris eſſe tertiæ non primæ.

⁎Craterites gemma eſt inter chryſolyti & electri colorem. Cc.

¶ Crantippus. fuit teſte Plutarcho philoſophus pipateticus de quo Cic. lib. iij. offi.

¶ Cratylus cũ y nomen philoſophi: cui Plato librũ de ſignificatione noim inſcripſit.

¶ Cratinus fuit poeta comicus clarus apud athenienſes. de quo Horatius. Eupolis atqꝫ cratinus ariſtophaneſqꝫ poetæ.

⁎Cratinas Aphricæ fluuius e lacu Sicyone in oceanũ fluens. Cc.

¶ Crates. is. notam habet ſignificationem. Vnde craticius. a. um. quod eſt factum ex cratibus. Crates etiam nomen eſt philoſophi Thebani qui vt philoſophię vacare poſſet proiecto in mare non paruo auri pondere: Abite inqt peſſum malę cupiditates ego vos mergã ne ipſe mergar a vobis. Neqꝫ putauit ſe poſſe & virtutes & diuitias ſimul poſſidere.

⁎Crateus pater Eſonis fuit. Cc.

⁎Craticula a crates diminutiuum in qua cibi torrentur. Cc.

¶ Crathis cum th. aſpirato. nomen eſt duorum fluuiorum quorum vnus eſt apud Achiuos: alter apud Calabros. Ouid. lib. xv. Meta. Crathis & hic ſybaris noſtris conterminus oris Electro ſimiles faciũt auroqꝫ capillos. Et lib. Faſ. iij. Eſt prope piſcoſos lapidoſi crathidis amnes Paruus ager.

¶ Craterus penultima correpta nomẽ viri proprium. De quo Perſi. in tertia ſatyra. Et quid opus Cratero magnos promittere monteſ?

¶ Cratio. is. cratibus operio. Plynius lib. xviij. Vtiliſſimum ſimul & herbę arare: deinde cratire ſerere florẽ ex fœnilibus atqꝫ ex præſepibus fœno dilapſum ſpargere priuſqꝫ cratiantur.

¶ Crapula penultima correpta. græce κραιπάλη ſiue quaſi lucta capitis. Dolores enĩ & vertigines in eo vinum facit reſinatum maxime. Nam & medicamenta quibus vini leuitas excitatur crapulæ dicuntur. Siue ἀπὸ τοῦ πήδου qua voce vt Photion ait poetæ vinum ſignificant quia πάλλειν. i. vibrare faciat.

⁎Crebeuia regio eſt in troade. Cc.

¶ Creber frequẽs. Hierony. Qui creber in oratione eſſet. Hinc aduerbiũ Crebro. Crebritas: & Crebritudo p frequentia.

¶ Crebreſco. is. crebui celebris fio & diuulgor. A quo percrebreſco.

⁎Crebriſurus ſignificat vallũ crebris ſuris hoc eſt palis munitum. Cc.

⁎Crecos gẽma eſt quę nigra piri ſpeciem imitať. C.

¶ Credo. credis. credidi. creditum. ex cre. & do. ſecundum Priſcianum quaſi a cretum & do. Et ſignificat dictis vel factis fidem habeo. Cicero libro. iiij. ad Herẽ. Nimium quirites creditis vnicuiqꝫ cum eſtis ſimplicibus & manſuetis animis. Nõnunqꝫ credere eſt confidere. Virgilius. Nimium ne crede colori. Salluſt. Virtuti ſatis credebant. Aliquando fidei committere ſeu ſeruandum tradere. Plautus in Aul. Vbi is obijt mortem qui mihi id aurum credidit. Cicero libro. iiij. ad Heren. Nam cum canes funguntur officijs luporum cuinam præſidio pecuaria credemus? Et non ſolũ tradere: ſed etiam reuelare ac manifeſtare ſignificat. Lactan. libro iiij. Iudęi quoqꝫ quibꝰ ſolis arcanum dei creditum fuerat. Interdum Mandare. Columella libro ſecundo. Vt iam perceuſeamus quot operis in aream perducantur ea quæ terræ credidimus. Quandoqꝫ Mutuare. Mar. Dimidium donare lino qꝫ credere totum: Qui mauult mauult perdere dimidium. Hic creditor & Creditum. Et ſi conſtruatur cum accuſatiuo mediante in ſignificat: immittere: inijcere. Virgilius libro ſecundo Georgicorum. Inqꝫ nouos ſoles audẽt ſe gramina tuto Credere. Inter Credere deo. Credere deum. & Credere i deum: eccleſiaſtici hoc intereſſe putant. ꝙ Credere deum eſt credere deum eẽ. Credere deo: eſt fidẽ habere deo: ſiue verbis eius. Credere in deum eſt fide bona ſe cõijcere in deũ. Primum bonum: Secundum meliꝰ: Tertium optimum. Huius verbi compoſita ſunt. Accredo. Cõcredo quod eſt omnino credo: ſiue committo. Columella in pfatio. Is inqꝫ qui ædificare velit fabros & architectos aduocẽt: qui nauigia mari cõcredere: gubernãdi peritos. Veteres Creduas pro credas dicebãt. Plau. Ipſus nec amat nec tu creduas.

¶ Creditor dicitur cui debetur ex quacunqꝫ actiõe vel perſecutione vel iure. Caius de Verb. ſig. Creditorum appellatione non hi tantum accipiuntur: qui pecuniã crediderunt: ſed omnes quibꝰ ex qualibet cauſa debetur ſicut ex empto vel ex locato vel ex alio vllo cõtractu debetur.

¶ Creditum appellatur id quod nobis debetur.

¶ Credulus: qui omnia facile credit. A quo credulitas credendi facilitas. Incredulus: qui non facile credit.

¶ Credibile. quod ita veri ſimile eſt: vt facile credi poſſit. Huius contrarium eſt Incredibile.

¶ Cremaſteres nerui a quibus teſtes dependent. Columella libro ſeptimo. Priuſqꝫ ferrum admoueas duabꝰ anguſtis ligneis regulis veluti forcipibus apprælien dere & ipſos neruos quos græci κρεμαστῆρας ab eo appellant ꝙ ex illis genitales partes dependẽt cõpreſſos præcepit.

⁎Cremẽtũ a Creſco id eſt Augmentum. Cc.

⁎Crepę a pricipio caprę ſũt appellate ꝙ crurib꜊ crepẽt

¶ Cremere. pe. cor. fluuiꝰ apud quẽ Fabij a Veientibus occiſi fuere. Iuue. Quid cremerę legio.

¶ Cremo. cremas cuiꝰ paſſiuũ eſt Cremor. Hie. in leuiť. Cũqꝫ cremati eſſent adipes ſuper altare. Huius compoſitũ eſt Concremo. Liu. Incluſi cũ cõiugibꝰ ac liberis domos ſup ſeipſos cõcremarunt.

¶ Cremor apud Catonem accipiť pro lacte expreſſo ex grano aqua macerato.

¶ Creare ꝓprie eſt de nihilo aliquid facere: qđ etiā ad homines pertinet nō ſolum ad deum. Aug. li. iij. de ciui. dei Alba illa quā filius Aeneæ creauit. Aſcanius Romę mater. Hic Creator: creatio: creatrix. Creatura. Compoſita Procreo qđ pro ſimplici ponitur. Recreo pro iſtauro: & quaſi nouam carnem facio. Ply. Sic enim defecta lōgis ęgritudinibus corpora recreantur.

* Crepę a principio caprę ſunt appellatę ꝙ cruribus crepent. Cc.

¶ Crepida. dæ. pe. cor. & Crepis. idis. teſte Seruio. Thuſcū calciamentū qđ corrigijs ligabať. Suidas. κρηπίσ. θεμέλιον. ἢ εἶδος ὑποδήματος ἢ τοὺς πόδας κρατοῦσα ὑποβάθρα. *. i. Crepis fundamentum vel ſpecies calciamenti qđ tenet pedes tanꝗ̄ ſcabella. miror ꝙ qdā poeta primā corripuerit: ſed fuit qa κ in ε mutauit ſecūdū dialecticos linguarū. Perſ. vero oſtendit fuiſſe grecum cū ait. Non hic qui in crepidis graiorum ludere geſtit. Huius diminutiuū ē crepidula. Gel. li. xiij. Crepidas & crepidulas id genus calciamēti appellarunt qđ graeci κρηπῖδας vocant. Et paulū ſupra. Omnia inquit ferme id genus quibus plantarū calces tantū in fine teguntť: cętera prope nuda & teretibus habenis iuncta ſunt ſoleas dixerūt: nōnūꝗ̄ voce gręca crepidulas. Hora. in Ser. Chryſippus dicat ſapiens crepidas ſibi nunꝗ̄ Aut ſoleas fecit. Quidā hoc nomen a crepitu hoc eſt a ſono quē ambulando reddūt dicunt appellatum.

¶ Crepidarius. ij. qui crepidas cōficit. Crepidari⁹. a. um. qđ ad crepidas pertinet. Gel. Sempronius. aſellio lib. rerum geſtaꝝ. xiiij. Crepidarium inquit cultellum rogauit a crepidario ſutore.

¶ Crepido. pe. pro. ſignificat oram terrę quā aqua alluit ex hoc appellata ꝙ ibi aqua alluens crepitat cum currit: aut vndas appellit. Colu. lib. ix. Praeiaciunť in girū moles. Sic eñ maris atrocitas obiectu crepidinis frangiť: & in tranquillo cōſiſtens piſcis ſedibus ſuis nō exturbatur Per tranſlationē vero & putei extremā orā quę ad ipſum puteū reſpicit: quę vulgo diciť os putei: & editioria cuiuſꝙ loci extremitatem ſolemus crepidinem appellare: vt apud Hiero. In crepidine viç. Sene. Quis crederet iacentem ſuper crepidinem Marium aut fuiſſe: aut futurū cōſulem? Vnde etiā pro abrupti ſaxi altitudię poniť. Virgi. lib. x. Forte ratis celſi coniuncta crepidine ſaxi. Expoſitis ſtabat ſcalis & ponte parato.

¶ Crepo. as. pui. itū. Vñ crepitus. Crepare ſonare. Plau. in menę. Dic mihi nunꝗ̄ tibi inteſtina crepāt? Cui ille rñdet. Vbi ſatur ſum nulla crepāt: quādo eſurio crepitāt. i. murmurant & ſonant: id qđ inteſtinis inanibus accidere ſolet. Per tranſlationem poniť pro dolere queri accuſare Hora. lib. j. Car. Quis poſt vina grauē militiam aut pauperiē crepat? Itē pro Ferire. Cic. li. iij. offi. Itaꝗ ſi vir bonus habeat hāc vim: vt ſi digitis cōcrepuerit: poſſit in locupletū teſtamēta nomen eius irrepere. Itē pro Frangi. Virg. Et acuto murice remi obnixi crepuere. Item pro increpitare. Turpil. Age tu hymeneum increpa. Hinc componunť. Concrepo perſono. Hiero. in Ioſue. Buccinis omnia cōcrepabant. Increpo. percrepo valde crepo. Cic. in Ver. Locum iſtum lictoris percrepare totum mulierū vocibus cantuꝗ ſymphoniæ. Et habent pe. correp.

¶ Crepito as. pe. cor. de Cymbalis & huiuſmodi diciť: ꝗ̄uis & de alijs reb⁹ dici poſſit pro crepitū facere. Aug. lib. xxj. de ci. dei. Eūdēꝗ faceret aqua velut i igne crepitare.

¶ Crepitus: ſonitus & cōcuſſio qui ex impulſu reſultat: vt pedētis: quos ſtoici liberos eſſe aiūt. Plautus in Cur. Vbi quid ſurripuere operto capitulo calidū bibūt: triſtes atꝗ ebrioli incedunt: eos ego ſi offendero ex vno quoꝗ eorum eijciam crepitum polētarium. Et crepitus plagarum dixit Cice. in verrinis.

¶ Crepitaculum: ſiſtrum: inſtrumētum quod manibus percuſſum reddit ſonum.

¶ Crepitulum: ornamētum capitis: quod in capitis motu crepitum facit.

* Crepi luperci dicti ſunt a crepitu pellicularum quem faciunt verberantes. Cc.

¶ Creperus. a. um. pe. cor. idem quod dubius. Vnde creperum bellum anceps & dubiū. Et ſenes decrepiti in dubio vitæ conſtituti.

¶ Crepuſculum: lux dubia quæ fit ante ſolis ortū: & ante occaſum. a Crepero: quia tūc multis dubiū eſt ſit an iā nox. Plynius. Oriente ſole aut occidēte matutini veſpertini ve cognominari: prout alterutris eorū mane vel crepuſculo contingit. Col. libro. vij. Iuxta conſeptum ſaxis & canalibus ſal ſuperiectus ad quem ſaturę pabulo libenter recurrunt cum paſtorali ſigno quaſi receptui canitur. Nam id quoꝗ ſemper crepuſculo fieri debet: vt ad ſonum buccinæ pecus ſi qđ in ſyluis ſubſtiterit ſepta repetere conſueſcāt. Luc. Longa repercuſſo nituere crepuſcula Phoebo. Hinc crepuſci apud Sabinos nominati qui eo tempore erant nati. Et Sidonius horam veſpertinam crepuſculas centum dixit.

¶ Crepūdia dicuntur prima munuſcula quæ danť pueris: vt ſunt faſciolę: linteoli: veſtes: bullę: coralia enſiculi crepitacula & puerilia ornamēta huiuſmodi quibus pueri nutricāturt a crepando id eſt tinniendo dicta: quoniam infantes huiuſmodi crepitaculis maxime gaudēt. Plautus. Sunt crepūdia? Ecca: video: qua facie ſunt? Enſiculus aureolus primum litteratus poſt altrinſecus ſecuricula anceps. Item aurea lr̄a: poſt hęc ſicula argēteola & duę cōnexæ maniculę & ſucula & bulla aurea eſt quā pater dedit mihi natali die. Ply. li. xj. Semeſtris locut⁹ eſt Crœſi filius in crepundijs quo prodigio totū id concidit regnū.

¶ Creſco creſcis creui. ſicut Cerno. Creſcere augeri eſt. Iuuenalis. Creſcit amor nūmi quantū ipſa pecunia creſcit. Hinc Crementum pro augmento. Huius compoſita ſunt Accreſco: Adaugeor. Concreſco ſimul creſco & coniungor. Vnde Concretum: conglutinatum. Virgil⁹ Multa diu concreta modis inoleſcere miris. Idem. Concreſcunt ſubitæ currenti a flumine cruſtæ. i. cōgelaſcūt. Decreſco: diminuor. Hieronymus lib. ſecundo Re. Domus dauid proficiēs: & ſemper ſe ipſa robuſtior: domus autem Saul decreſcēs quotidie. Excreſco. Increſco valde creſco. Idem libro primo Re. Increuerūt ſerui qui fugiunt dominos ſuos. Vnde incrementum. Recreſco rurſus creſco. Ply. lib. ix. Circa toronem veſci illis auulſas etiam aiunt & ex relictis radicibus recreſcere. Succreſco inferius vel paulatim creſco. Supercreſco.

* Creſſeis κρήσεις nymphę marinę nomen a fontib⁹ dictę. κρήνη enim fons dicitur. Cc.

¶ Creta. ę. & Crete. es. inſula in medio ponto cētū vrbiū fama clara: quę vt ſcribit Stra. a ſeptētrione ægæo alluiť ſimul & cretico pelago: ab hauſtro aphro. Ad occidentē egilam & cythera ſpectat. Ad orientem carpathon. Habet in longitudine. cclxx. mil. paſſuū: in latitudine quinquaginta mil. Circuitus eius. dlxxxix. mil. paſſuum cōplectitur. Inſignes in ea vrbes ſunt Cortina Cydonea Gnoſum Minois regia: & Strabonis chorographi pr̄ia. Nullum in Creta animal noxium eſt: optimiꝗ vini feraciſſima eſt. De qua Virg. Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto. Mons Idęus vbi & gētis cunabula noſtrę Centum vrbes habitāt magnas vberrima regna. Dicta eſt Cureta ab habitantibus curetibus: & per ſyncopam Creta. Alij dicunt cretam dictā a Crete quodam Iouis filio Curetū rege. Alij a crete nympha Heſperidis filia. At

n.

tianus nō a crete ſed a cres cretis gtīn faciēte noiatā dicit ab eo q Iouē abſcōdit in mōte Lycęo. Vñ Creſſa tm̄ fœ. gñe.i.cretēſis. Siliter Creſſaeus & Creſſius. Sūt aūt hæc noia q̄ ex maſ. fœmininū ad ſimilem formam mittūt.ſ. Cres creſſa. Libyx libyſſa. Phœnix Phœniſſa. Magnes Magneſſa. Thraix thraiſſa. Tibul. Etiam phœbo gratiſſima dona Cres tulit. Auſo. Præpetibus pēnis ſup aera vectus homo cres. A crete vero ſiūt Creticus & cretēſis. Creta etiā dicit̃ terra tenax a Creta iſula in qua melior eſt vel a creſcēdo: qm̄ ꝓprietas ei⁹ eſt: vt i macerādo creſcat qđ in primis cretæ vmbricę accidit quā vocāt ſaxū q̄ nō niſi poliendis veſtibus adhibebatur: dūtaxat candidis. Erāt & Cimoliæ cretę duo genera candidū vnū: & alterū ad purpuriſſum inclināſ vtrūq; veſtibus aptū: hac medici aduerſus morbos vtunt̃. Laudatur & creta theſſalica. Item quę argentaria appellatur nitorem argenteum reddens. Viliſſima creta qua pedes venalium trans mare advectorē notare mos erat. Vnde cretatus. Iuuę. Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis.

℄ Creticus.a.ū.qđ ex creta inſula eſt: ſicut & cretēſis. Vnde dicimus creticum pelagus: ſiue cretenſe. Criticus etiā iudicāſ ſiue arguēs dicit̃ κρίνω γὰρ λέγεται delibero iudico. Iuue. Critice pelluces. Et medici dies criticos vocant iudiciarios in quibus.ſ.de ęgritudinis ratione ferri iudicium poteſt. a noſtris decretorius dicitur.

℄ Creticum ſubſtantiuū: genus pedis eſt qui conſtat prima & tertia longis. Alio nomine Amphimacrus.

℄ Creteus.a.um.qđ ex creta terra eſt. Oui. Strataq; creteam belua ſtrauit humum.

℄ Cretat⁹.a.ū.qđ eſt creta iſpſum. Ply. Tm̄q; nō cū laureatis faſcib⁹ remitti illo: vñ cretatis pedib⁹ aduenißent.

℄ Cretoſus.a.um.quod eſt creta plenum.

℄ Crene grece: fons latie. Vñ hippocrene: equi fōs dicit̃.

⁎ Creterra ſitula ad hauriendū aquā. A ennius. Vidimus prope amnē creterris ſumere aquam ex ponte.

℄ Crenæ ſunt iciſuræ: a qbus Crenata herbarū folia vocant̃. Hoc eſt ſerrata: ſectaq; per ābitū. Hodie quoq; multis locis ſigna qbus agreſtes numerū aliquē in ferulis deſcriptū habēt Crenę appellant̃. In ſagitta quoq; ptis extremę ſectio in quā neruis inſerit̃ arcum tēdere volētibus Crena dicit̃. Sed & i ıp̄o arcu ſumma cornua crenas ſuas habēt in quibus collocatur: ſedetq; neruus.

℄ Creontes nomen corinthiorū regis qui Creuſam filiā Iaſoni deſponſauit. De quo Sene. in Medea. Alter fuit Thebanus Iocaſti oedipi Regis Thebanorū vxoris pater. Fuerunt & alij hoc nomine.

℄ Cribrū inſtrumentū ex pellib⁹ ſuillis: vt plurimū crebris pertuſum foraminibus ad frumēta purgāda græce dicit̃. λίκμος καὶ λικμάω. Apul. Aſpernati latrones clamorē abſonū meū credentes: hinc inde miſerū coriū nec cribris iam idoneū relinquūt. Sūt & cribra q̄ e ſetis equorū farinę a furfuribus ſeparādę gratia facta ſunt: Farinaria ſetacea & ſubcernicula dicunt̃. Sunt excuſſoria e lino & polinaria a poline: q̄ a nonnullis ab incernēdo in cerniculа dicta ſunt: quibus frumenta emundamus.

℄ Cribro.as.purgo. Cribram⁹ eñ triticum & huiuſmodi: vt a puluere & rebus immūdis ſecernat̃. Cribrarius a. um.qđ ad cribros pertinet. Ply. lib. xviij. Itē cribraria q̄ ſimili modo in tertio remanſit cribro.

℄ Crimiſſus: Siciliæ fluuius. Graece κρίμισσος.

℄ Crimē ꝓprie dicit̃ delictū. Sene. Vitā agēs ſimplicē rectā ſine crimine. Aliqñ crimē appellat̃ id qđ per cōtentionē alicui obijcit̃ & obtrectatio. Vñ criminari dicim⁹. Cic. Hęreditatē mihi negaſti obueniſſe vtinā hoc tuū verum crimen eſſet. Et ſic dicit̃ a Cerno. ſicut a Diſcerno diſcrimen. Virg. Diſijce cōpoſitā pacē: ſere crimina belli.i.cōtētiōes & iurgia ex qbus bellū oriat̃. Aliqñ ponit̃ pro falſa ſuſpitione. Idē. Formidine crimē acerbat. Aliquādo pro cauſa: vt apud eūdem. Et crimine ab vno diſce oēs.

℄ Criminoſus.a.um. cōtentioſum cōtumelioſum & crimen inferens. Aug. li. x. cō. Nec illa res me copioſum faciat: nec illa criminoſum. Col. lib. j. Criminoſum tamen ſenatori fuit ſupra quinquaginta iugera poſſediſſe.

℄ Criminale qđ eſt criminis: vt criminalis cauſa.

℄ Criminari eſt culpare accuſare: contumelioſe reꝑhendere. Et dicimus Criminor te furti illi: vl̃ apud illum. Teren. Hanc metui ne me criminaretur tibi.

℄ Crines: capilli a diſcretiōe dicti: q̄ ſint diſcreti hoc eſt ἀπὸ τοῦ κρίνειν.

℄ Criniculi: vt docet Aug. ſuper p̄s. ſunt qui fiunt intorquendo. Amb. lib. de paradiſo. Nam ſi Eua hoc eſt ſenſus primę mulieris accenſas habuiſſet faces nunq̄ pręuaricationis ſuę criniculis nos implicaſſet.

℄ Crinire eſt crines emittere. Vnde Crinitus a.um. quod multos ſiue longos crines habet. Virg. Crinitus ioppas. Transfert̃ etiam ad arbores. Vnde a Papinio dictum eſt Crinitur arbos pro eo quod eſt frondeſcit.

⁎ Crinita ſtella. a grecis cometa ſiue cometes dicitur.

⁎ Crinon a grecis dicit̃ Lilij genus alias Cynorhodon: & eſt rubri coloris. Cc.

℄ Criſis. latine dici pōt iudiciū. Vñ Catacriſis dijudicatio. Chryſos cū h. & y. ſignificat aurū: vt Chryſoſtomus quaſi os aureum. Cryſos ſine h. abſconditum denotat.

℄ Criticus. pe. cor. iudicans ſiue arguens. ἀπὸ τοῦ κρίνω delibero iudico. Vnde poetarum iterpretes quos poſtea grāmaticos dixerunt: critici.i. iudiciales dicebantur qui iudicabant de poematibus quaſi iudicātes & arguentes. Vnde Ser. ſup. xj. Aeñ. dicit Critici culpant hoc loco. Et critici dies vocant̃ a medicis iudiciarij: in quibus de ęgritudinis ratione ferri iudicium poteſt: quos noſtri decretorios vocare poſſunt.

℄ Criſſare pędicare & ceuere: nō niſi magno cum pudore exponi poſſunt. Eſt enim primum mulierꝝ apte ſe motātiū dum in re venerea ſunt. Iuue. Frictū criſſantis adorat. Alterum: maſculorꝝ dum pędicant̃. Marti. Sed pędicant̃: ſed pulchre neuole ceues. Ceuere etiam adulantiū geſtus ſignificat. Perſ. An romule ceues.

℄ Criſa nomē oppidi: qđ Criſus Phoci fili⁹ cōdidit. Hic Criſęus ſinus. Sunt & alię vrbes hoc nomine appellatæ.

℄ Crito nomen philoſophi athenienſis qui ita Socratem amauit: vt nunq̄ aliquid ex ijs quę ſunt ad vitam neceſſaria ipſi deeſſe paſſus fuerit.

℄ Critobolus fuit medicus: de quo Ply. li. vij. iquit. Magna & Critobolo fama eſt extracta Philippi regis oculo ſagitta & deformitate oris curata orbitate luminis.

℄ Critias philoſophus fuit qui dixit animā eſſe ſanguinem: ſicut & multi alij. Vnde Virg. Purpuream animam nominauit. Orig. lib. ij. periarchon. Sanguinē omnium animaliū animā ipſorū eſſe euidētiſſime demonſtrat: ex illo qđ ſcribit̃. Non manducabitis ſanguinem: quia anima totius carnis ſanguis eſt.

℄ Crocum venatorem fuiſſe dicunt precibuſq; muſarū in aſtra relatum. Et pro ſagittario ponit̃.

℄ Crocus: puer & flos qui ſafranum dicit̃. Crocum herba. Hinc Croceus.a.um. ꝑ colore: qui vulgo dicit̃ Gialdus: vt Veſtis crocea. Idem color etiam Flāmeus dicit̃. Ply. Lutei video honorem antiquiſſimum in nuptialib⁹ flammeis totum fœminis conceſſum.

℄ Croceatus.a.um. qđ eſt crocei coloris. Vnde dicimus pannum croceatum.

⁎ Crocias gēmę ſpēs a croci ſimilitudine ſic dicta. Cc.

⁎ Crocitare coruorum eſt. Cc.

℄ Crocotulę veſtes crocei coloris. Plau. Pathagia tā caſulā aut crocotulā: hæ veſtes etiam crocotæ appellātur.

⁎deductum a crocota. Cc.

❡ Crocinus.a.um. idē qđ croceus qđ eſt lutei coloris.

❡ Crocinū.pe.cor. vnguentum qđ Crocomegma dicit̃ Fiebat ex croco trito & vino praecipue dulci. Hoc romani non ſolum corpora: ſed & pulpita ſpargebãt. Proper. Pulpita ſolēnes non oluere crocos.

❡ Crocatarius: huiuſmodi veſtium infector. Plau. Qui incedunt infectores crocatarij.

❡ Crocodilus.pe.pro. animal quadrupes quaſi croceus quia crocei coloris eſt: vl' ꝙ crocū fugiat: qđ mella cōficientes i ęgypto ſternũt ne mel abſumãt crocodili: qm̃ mirũ in modū eo delectant̃. Hic prae omibus ex minimo fit maximus. Ex ouo eñ ad duo & vigĩti cubitos excreſcit Quattuor menſes hyemales nō comedit: & ſola beſtiarũ nō habet linguã. De hoc Hora. Stercore fucatus crocodili tãq; ſubando. Fuit & crocodilon oppidum Arſinoe poſtea dictum ſimiliter & flumen.

❡ Crocodilon ex eo dictũ autumant ꝙ κρόκον δειλεῖ.i. Crocodilinum qđ ad crocodilum pertinet: ꝙ crocum fugit ac ei⁹ odorē reformidat. Ex genere amphibio eſt. Viuit eñ in terra & in aqua. huius ſtercus medicamentũ eſt faciei: Crocodileã vocãt: vt Plynius & Galenus teſtãtur.

❡ Crocotillum: veteres valde exile dicebant. Plau. Extortis cum crocotillis cruſculis.

❡ Crocinũ.pe.cor. genus vnguenti de quo Ply.lib.xiij. Proper. Et crocino nares murrheus vngat onyx.

❡ Crocare & Crocire: verba factitia a voce corui. a qb⁹ Crocatio & Crocit⁹.us.pe.p. Et crocito as. frequẽtatiuũ Plau. Simul radebat pedibus terrã & voce crocibat ſua.

⁎Crocomegma: vnguentũ ex croco trito vino dulci admiſto. Cc.

⁎Cromis vnus ex Herculis filijs. Eſt & nomen paſtoris apud Vergilium. Cc.

⁎Cronius nomen vnius ex centauris. Cc.

⁎Croniũ a nōnullis mare concretum appellatur. Cc.

⁎Cronia ſaturni feſta quę & ſaturnalia κρονὸσ eñ ſaturnus dicitur. Cc.

⁎Cronciades vnus ex pręſtantioribus herculis filijs: ex Megara creontis thebanorum regis filia. Cc.

❡ Crotalum.pe.cor. gręce κρόταλον crepitaculũ inſtrumentum muſicũ quo aegyptij in deoꝝ cerimonijs vtebãtur. Pulſant̃ autē laminis qbuſdã Crotala ex ęre rotũdis ſonũ ex colliſione reddentib⁹ a pulſatione dicta. κρότον latine plauſum & κρόυειν pulſare atq; percutere. Sũt qui dicũt crotalũ eſſe anulum aereũ qui ferreo baculo percutiebat̃ ad ſonũ fiſtulae reddendũ. Virg. de coppa. Criſpũ ſub crotalo docta mouere latus.

⁎Croton eſt gen⁹ pediculi infixo ſemp capite ſanguini viuens: cui vni ex animalibus cibi exitus nō eſt. ſed vſq; adeo intumeſcit ſatietate vt in ipſo alimento moriatur latine rediuium nominant a rediuiendo hoc eſt ſoluēdo ꝙ carnem animalium ſuctu reſoluat. Cc.

❡ Crux furca ſiue patibulum in quo damnati figuntur. Hanc veteres Gabalum vocauere. Var. Nos barbari ꝙ innocentes in gabalum ſuffigimus homines: vos non barbari ꝙ noxios abſoluitis. Hinc Crucio.as a quo Cruciatus & Crucifigo.is.

❡ Crucinum vinum inſuaue: ꝙ bibendo cruciet.

❡ Crudus.a.um recēs atq; acerbũ: vt crudũ vuln⁹.i. recēs & q̄ſi adhuc cruentũ. a quo Recrudeſcere dicimus q̄ ſi renouari & ad priſtinã acerbitatem redire. Et crudũ dicimus in paſſiua ſignificatione qđ nō eſt coctũ. a ſimilitudine crudę carnis q̄ adhuc cruẽta eſt. Similiter cruda poma dicunt̃ q̄ acerba atq; imatura ſunt. Cice. Poma q̄ cruda ſũt vi auelluntur: q̄ aũt cocta & matura decidũt. Itē Crudi cibi qui indigeſti & nōdũ cōcocti ſunt in ſtomacho. Iuue. Et crudũ pauonē in balnea portas. In actiua vero ſignificatione: vt Crudus homo cuius ſtomachus nō facile cōcoquit. Quintil. Crudo oratori declamandũ nō putat. Cic. Qz in coenam nō veniret ꝙ eſſet crudior. Et crudus dicit̃ q ē truci aſpectu. Hic cruditas. Col.lib.vij. Cruditatis ſigna ſũt crebri ruct⁹ ac vẽtris ſonit⁹: faſtidia cibi.

❡ Crudeſcere eſt crudum fieri a Crudeo.es. Inde Incrudeſco & Recrudeſco.

❡ Cruor ſanguis qui ex aliquo vulnere ſpargitur.

❡ Cruēto.as. cruore inficio. Hiero. Pauimēta patris ſanguine cruentata.

❡ Cruētus.a.um. qđ cũ cruore ē: vt cruēta victoria. Sal. Cauete ne inulti aiam amittatis: ne capti poti⁹ ſicut pecora trucidemini q̄ virorũ more pugnantes cruentã atq; luctuoſam victoriã hoſtib⁹ relinquatis. Huius cōtrariũ eſt Incruētus.a.um. qđ eſt ſine ſanguie. Idem. Neq; tñ exercitus populi Ro. lętã aut incruentã victoriã rettulit. Aliquando Cruentus ponitur pro crudeli: vt cruenta vox: & cruenta oratio.

❡ Crudelis a cruore qui eſt immitis & aſper.

❡ Crudaria argenti vena quae in ſumma reperta eſt.

❡ Crumena.pe.p. loculus a κρεμάω ſuſpēdo ꝙ plerũq; ſuſpēſa geſtet̃. Quidã cũ h ſcribũt ἀπὸ τοῦ χρήματοσ q̄ eſt pecunia. Iuue. Quis eñ te deficiente crumena.i. pecunia cōtinēs pro cōtento. Crumenula diminutiuum eſt.

⁎Crunos fons eſt in attica. Cc.

❡ Crus tibia ꝙ illo curram⁹. Sũt aũt crura a genib⁹ vſq; ad iferiorē pedē nō ęquali modo ducta: ſed teretib⁹ ſuris extãtib⁹ ſenſimq; tenuatis firmata. Tibia eſt os. Sura caro poſterior. Crus ex ſura & tibia cōſtat. Cui⁹ diminutiuũ eſt Cruſculũ. Mar. Pectus cicadę cruſculũq; formicae.

❡ Cruſtuminũ oppidum iuxta Veios: a quo Cruſtumini dicti: & cruſtumina tribus: & cruſtumina pyra quae & cruſtumia dicuntur.

❡ Cruſtumia pyra ſunt ex parte rubētia. putant̃ Glatiola nũc dicta a Cruſtumino oppido ſic appellata. Virg.li.ij. geo. Cruſtumijs ſirijſq; pyris grauibuſq; volemis.

¶ Cyboriũ genus pomoꝝ Alexandrinorũ. Hora. Obliuioſo leuia maſſico cyboria. Acron. Cyboria Alexãdrina poma quae habẽt ſimilia colocaſijs folia in quorũ ſimilitudine facta pocula eodẽ noie appellant̃: aut certe p cibis poſuit tãq̃ cibũ poculis cõpenſaret. Cyboriũ quoq; nũc dicit̃ ſtructura quędã altare coopeniẽs: qualia mĩta Romae a ſummis põtificib⁹ extructa fuere. Vnde ſcribit̃ diuũ Gregoriũ feciſſe ad beatũ Petrum ſup altare cyboriũ cũ colũnis quattuor ex argento puro.

¶ Cyclas adis. veſtis foeminea rotũda. Nã gręci κύκλον circulũ καὶ κυκλόω circũdo dicũt. Iuuena. Hae ſunt quae tenui ſudant ex cyclade. Et videt̃ veſtis tenuiſſima explicatilis & ſpatioſa. Propertius. Et lõga cyclade verrit humum.

¶ Cyclades. pe. cor. inſulę in Ionio mari quibus ab ortu ſolis aegaeũ mare eſt. ab occaſu Myrtilũ occupant ad ſeptuaginta milia. Dictae cyclades q in cycli formam diſponantur. Nam a promontorio Geſtęo circa Delum in orbem ſitae ſunt. Alij dicũt vocari Cyclades non quia in rotunditatẽ ſitae ſint: ſed q longo ordine eas circuire neceſſe ſit propter promontoria. Vnde & Virgili⁹. Sparſaſq; per aequor dixit cyclades. Sunt autem numero quinquagintatres.

¶ Cycli quaſi circuli. loca erant Athenis vbi aliqui veniebant. Id autem nomen eſt tractum a circulari circũſtan

tia vendendo᷑. Cyclus enim rotundū ſignificat. Quare Menander ait. Itaq; ego mihi videor ꝑ deos immortales videre me ipſum indutum currere circū ac venire.

❡ Cyclopes pe. p. gigantes ſeu reges antiquiſſimi in Sicilia iuxta Aetnam vno oculo in fronte. Cyclops quaſi circularis oculus κύκλοσ enim rotundum & circulum dicit. ὤψ Coculum.

❡ Cycnus latine holor: auis candida: anſere maior argutam vocem habens: & cum ad mortem peruenit: maxio dolore angitur adeo vt flere videa. Ouidius. Dulcia defecta modula carmina lingua Cātator cycnus funeris ipſe ſui. Fuit autem cycnus Phaetontis amator. Poſt illius interitum diutino fletu in hanc alitem mutatus eē dicitur i fabulis. Cycneus a. um. vt vox cycnea: quæ eſt cycni. Quādoq; cycneus dicitur cādidus. Fuit inſuper cycnus filiꝰ Martis. Vnde Heſiodus in aſpide ἔνθ᾽ ἤτοι κύκνον μὲν ὑπερμενέος Διὸς υἱὸν κτείνεμεναι μεμαῶς σάκει ἔμβαλε χάλκεον ἔγχος. i. vbi certe cycnus quidem ꝑpotentis Iouis filium occidiſſe prōptus ſcuto iniecit ęream haſtam.

⁎Cydarum pe. cor. genus nauiculę.

❡ Cydon inſigne Cretæ oppidum a quo malum cydonium pomum quod dicitur Cotoneum. Plynius. His ꝓxima amplitudine mala quę vocamus cotonea: & greci cydonia ex creta inſula aduecta. Serenus. Aut quæ poma cydon cretæis miſit ab oris. Inde cydonitem appellat Palladius cibū ex cydonijs decoctis & melle cōfectū Cotonatum vulgo dicitur. Eſt & Cydon nomen viri ꝓprium. Et cydones populi.

❡ Cydnus fluuius Sicilię qui Tarſum apoſtoli Pauli vrbem diuidit. cuius aqua cōtra podagras teſte Plynio valet. A tauro ortū habet: vt inquit Strabo. ab vndarū colore ſic dictus. Nam quicquid cādidum eſt Syrij cydnū vocant.

⁎Cylicrani natio eſt quædam hominum in hiſpania ꝓpe Herculeam habitantium. Cc.

❡ Cylydros genus ſerpentis ex κυλίω voluo ὕδρος ſerpens quaſi volubilis ſerpens ꝙ eundo ſæpe ſe inuoluat.

❡ Cylindrus: columnula lapidea rotatilis qua rei ruſticę ſcriptores aream ęquari iubent. Virgilius. Area tum primum ingēti eſt ęquanda cylindro. Cato. Aream vbi frumentum teratur ſic facies. Confodiatur minute terra. amurca bene conſpargatur: & combibat plurimū comminuito terrā: & cylindro aut panicula coæquato. Tractū nōmen ἀπὸ τοῦ κυλίειν id eſt a voluendo. Præterea cylindrus dr̄ oē quod rotatu facile ē. Cicero de fato. Sed reuertatur ad cylindrum & ad turbinem ſuam quæ moueri incipere niſi pulſa non poſſunt. Id autem cum accidit ſuapte natura quod ſupereſt & cylindrum volui vel verſari turbinem putat. Sunt & cylindri lapilli teretes. Hoc eſt oblongi atq; volubiles quibus mulieres & donabantur & ornabantur. Plynius libro vltimo de berillis q mira longitudine placebant ait ideo cylindros quidam ex his facere malunt q̄ gemmas quoniam eſt ſumma commendatio in longitudine. Ex quibus verbis colligi Cylindros oblongos eſſe: gemmas vero quadratas aut rotundas. Solinus ſimiliter inquit. Indici reges hoc genere gemmarū in longiſſimos cylindros amāt fingere. In qua ſignificatiōe q̄dā chelydros ſcribi debere putant quaſi genꝰ illud ornatus ſimile eſſet ſpiris ſerpētū quos chelydros appellant.

❡ Cylindraceus a. um quod eſt factum ad ſimilitudinē cylindri: hoc eſt teres & oblongum. Plynius. ſcribit ſiliquas piſo: quod genus leguminis eſt cylindraceas eſſe. Et Anaximander dixit terram eſſe formæ cylindraceæ.

⁎Cyllarus nomen vnius ex centauris qui amantem habuit Hylle nomen cētauram ambo forma pręſtātes. Eſt & equi Pollucis ſecundum Virgilium. iij. geor. vel caſtoris ſecundum alios proprium. Cc.

⁎Cylleborus Steleni filius qui vigēte bellō Troiano cū ægiale Diomedis vxore conſuetudinem habuit. Cc.

❡ Cyllenius Mercurius dicitur. ꝙ omnem rem ſermo ſine manibus conficiat. quibus partibus corporis qui carent κυλλοὶ vocantur. Ideo quadratum eū fingunt. Alij volunt ꝙ in cyllenia via ſit enutritus. Alij ꝙ in mōte arcadiæ cyllene. Alij ꝙ a cyllene ſit nympha educatus.

❡ Cylindroides vocatur figura columnæ quæ iacitur.

❡ Cylix gręce poculum: & calix latine dicitur.

❡ Cyliſma atis. volutabrum: volutatio.

❡ Cyllene mons Arcadię: vbi enutritus Mercurius Cyllenius dictus eſt.

❡ Cyma foetus partuſq; braſſicę. quaſi κύημα quod foetum ſignificat. Celſus. Mali eſt ſucci braſſica: magiſq; etiam cyma eius. Plynius. libro. ix. Ex omnibus braſſicæ generibꝰ ſuauiſſima eſt cyma ſiue quyma: & ſi inutilis habetur. Colu. Maior pars eius braſſicæ in cymam proſilit. Cymata etiam dicuntur hæc a Columella: quæ vere proximo poſt primam ſectionem e caulibus colligunt: vel vt alij dicunt tenuiores cauliculi. Cyma etiam oppidum eſt æolicum.

❡ Cymba genus nauis. Iuue. Atq; vna tranſire vadum tot milia cymba.

❡ Cymbium genꝰ poculi vinarij procerum ac cymbę ſimile quę græce κύμβιον dicitur. Virgilius. libro. iij. Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte. Videturq; diminutiuum a Cymba. Alij Cymbium quaſi cyſſimbium per ſyncopen dici volunt a cyſſos hedera ꝙ ex ligno hederę fieret.

❡ Cymbalum inſtrumentum muſicū quod in ſacris matris deum cum tympanis habebatur.

❡ Cymbaliſtæ qui pulſant cymbala: ſicut tipaniſtæ qui tympana pulſant. Apul. de deo Socratis. Barbara autē ſtrepitu cymbaliſtarum & tympaniſtarum & choraularum.

❡ Cymæi: ſiue cymei a cymo locrorum oppido. Vnde in Varrone Cynicus Antigonus mendoſe legitur pro cymæus cymæuſ ve.

❡ Cyminus pe. cor. Hetrurię lacus eſt monti ſuppoſitꝰ De quo Virgilius lib. vij. Et cymini cum monte lacum.

❡ Cyminum pe. p. quod nos y in u. vertētes cuminum dicimus. Eſt autem cyminum & ſatiuum & ſilueſtre quaſi ternis aut quinis folijs: veluti ſerratis multis ægritudinibus magno vſui. ſed pallorem bibentibus gignit. Perſius. Et pallentis grana cymini.

❡ Cymodoce. penultima cor. dicta ꝙ vndas maris quieſcere faciat.

⁎Cymothoe nympha nomen ſortita a velocitate curſꝰ κῦμα fluctus θοὸς velox. Cc.

❡ Cynæthium: vt ſcribit Dionyſius libro primo antiquitatum: eſt ciuitas in Arcadia ab Aeneæ ſocio ibi vita functo ſepultoq;. Hinc Cynæthæ ſiue cynęthēſes ppl̄i quos tamen alij a Cynætho Lycaonis filio putant appellatos.

❡ Cynos latine canis. Quo nomine etiam dicta eſt ciuitas in Locride. Liuius. lib. viij. tertiæ decadis. Cynū Locridos emporium. Ptole. In locride cynos & calliaros. ευθ τια κύνωμ κυνὸσ.

❡ Cynici penultima correpta cuiuſdam ſectæ philoſophi. eius princeps Antiſthenes Hercules & Diogenes fuere ſic dicti: vel a Cynoſarche gymnaſio vbi verſabatur Antiſthenes: vel a κυνὸσ canis quaſi canini quia eſſēt in cauillis caſtigationibuſq; more canum mordaces contra vitia: vel quia obſcœnitate licentiaq; ſermonis rabiem quandam caninam repræſentarēt. Vel ꝙ nequaq̄ vt

canes adularentur. ſed oratione ac geſtu in deliquentes inueherentur.

¶ Cynyphus ſiue cyniphos fluui⁹ Aphricæ: a quo & regio eo nomine dicta eſt in qua maximi ſunt hirci. Hinc grex cyniphius id eſt grex hircorũ & cyniphia pellis hircina. Mar. de Vdonibus. Non hos lana dedit ſed olentis barba mariti: Cynphio poterit planta latere ſinu.

¶ Cynoſbatos latini dicunt ſentem canis.

¶ Cynachante arbuſcula quæ acinos veluti vuę producit. latini caninam ſentem: & vulgo vuam ſpineam nominant.

¶ Cynanche a canibus dicta quos īfeſtat: præfocatio eſt nocturna maxime pituita craſſa & lenta in fauces cernceſq; delata. ἀπὸ τοῦ κύων καὶ ἄγχω. ✱ .i. a canis & ſuffoco quod eſt angere. A quo & Anguſtus & Angor: & Angiportus.

¶ Cynomyia: muſca canina. κύων κυνὸς canis μυῖα muſca quæ ſanguinem ab animalib⁹ exugit. Hęc præcipue canũ auribus inſidet & vulnerat eas.

¶ Cynetes is. penultima cor. muſca minutiſſima lõgis cruribus in capite habens roſtrum quo perforat pellē hominis. Naſcitur ex humore & iuxta aquas abundat.

¶ Cynopolis canum ciuitas: in qua Anubis colit̃ & honor & ſacer quidã cibus eſt canibus conſtitutus. Ab hac cynopolitana prefectura appellata eſt. Qui in ea habitãt Canarij dicuntur.

¶ Cynocephalea: hęrba canio capiti ſimilis κεφαλὴ caput dicitur.

¶ Cynocephali penultima correpta beſtiæ ſimiles ſimijs præter capita canina in æthiopia: violenti ad ſaltum: feri morſu. Auguſtinus lib. xvj. de ciuita. dei. Quid dicam de cynocephalis (quorum canina capita atq; ipſe latrat⁹ magis beſtias q̃ homines confitentur. Plynius libro. vij. Gens menis minorum appellata animalium quæ cynocephalos vocamus lacte viuunt.

✱ Cynodontas dentes caninos dicunt: qui in vltimo ſenio oriuntur. Cc.

✱ Cynomyia muſca canina quæ eius animalis lãcinat aures. Cc.

✱ Cynopolis vrbs eſt æthiopię in qua Anubis colitur & honor et ſacer quidam cibus eſt canibus conſtitutus. huius incolę canarij vocantur. Inde canapolitana pręfectura. Cc.

¶ Cynogloſſa. herba quæ dicit̃ lingua canis γλῶσσα enī lingua dicitur. ✱ Dicitur & cynogloſſus. Cc.

¶ Cynorhodos. pn. cor. roſa ſyluestris. i. canis roſa ſic dicta: quia eius radix ad morſum canis rabidi vnicũ remedium oraculo quodam compertum fuit. Quidam dicunt eſſe lilij genus rubens.

¶ Cynoſorchis quaſi caninus teſtis: hærba quæ orchis & cynoſorlonia dicitur folijs oleę mollibus ternis.

¶ Cynoſura penul. pro. canis vra. i. cauda & minor vrſa dicitur. Lucretius lib. ix. Te ſegnis cynoſura ſubit tu ſicca profundo Mergi plauſtra putas. Sũt autem duę arcti quarum vna dicitur maior vrſa: quam græci elycē dicũt Altera minor vrſa: Cynoſura a græcis dicta. Nã populi græcię eam notare ſoliti. Hanc Sydonij aſpicientes continue nauigant. Ouı. Eſſe duas arctos: quarum cynoſura vocatur Sydonijs: elycen graia carina notat.

✱ Cynoſarcima hærba dicit̃. folijs oleæ mollibus ternis ſemipedis longitudinis in terra ſtratis radice bulboſa: lõga duplici ordine ſuperiore quæ durior eſt: & inferiore q̃ mollior. editur vt bulbi cocta in vineis forte inuenta. dicitur & cynoſarconia. Cc

✱ Cynoſbatum alij Cynoſpaſtõ genus rubi faſtigio hominis ſimile fert & vuam nigram in cuius acie neruum habet. Cc.

¶ Cynoſſema gręco ſermone dicit̃ canis ſepulcrũ. Quo etiam nomine eſt dictus tumulus Hecubæ vxoris Priami quę ex dolore impatibili poſt cladē exitiũq; patrię ac ſuorum in canem cõuerſa fertur. Pli. Cynoſſema ita vocatur hecubæ tumulus.

✱ Cynozoor hęrba ſic dicta ꝙ fœtore eius Ricinię canũ auribus decidant. Alij Cynozon dicunt. Cc.

¶ Cynthia Diana dicta a Cyntho monte in Delo inſula in quo nata cũ Phœbo eſt. Vñ & Apollo cynthius & a quo ipſa inſula delos cynthia. Qui mons tãtæ celſitudinis fert̃ vt vmbra ſua totius inſulæ ambitum tegat. Cynthia etiã loc⁹ Romæ vbi cynthorũ monumentũ fuit: Et a Diana Propertı⁹ amicam ſuam cynthiam ob pulchritudinem vocauit: quæ prius Hoſtilia vocabatur.

¶ Cypſeli aues quæ & hirundines. Dictę ex eo ꝙ nidum ſpecie cypſei. i. ciſtellæ ex luto fingunt. Fuit & cypſelus tyrannus apud corinthũ: etiam a ciſtula nomen acceptũ quã græci cypſelon vocant in qua delituit occultatus a matre cum ad perniciem veſtigaretur.

¶ Cyphi gen⁹ ſuauiſſimi odoris. Hiero. Odoris autem ſuauitas & diuerſa thymiamata & amomum cyphi œnãthe: muſcus & peregrini muris pellicula ꝙ diſſolutis & amatoribus conueniant nemo niſi diſſolutus negat.

¶ Cypariſſus fuit nomen pueri Thelephi filij quē Apollo amauit poſtea in ſui nominis arborem cõuerſi. Cypareſus & per ſynæreſin Cypreſſus deinde conuerſione y in u. cupreſſus dicitur. Verg. Aeriæ quercus: aut coniferæ cypariſſi. Idem. Et teneram ab radice ferens ſyluane cupreſſum. Dicta cypariſſus ꝙ corpus eius a rotunditate in aerem erigitur. Vnde & conos dicitur alta rotũditas & fructus eius conos appellatur. Hæc arbor natu moroſa eſt: & Plutoni ſacra quoniam ſucciſa non regerminat Ideo funebri ſigno ad domos defunctorum illam poſuere maiores. Petro. in ſaty. Gaudent ferali circum tumulata cupreſſi. A cypariſſus fit cypariſſinus & a cupreſſus cupreſſin⁹ deducitur.

¶ Cypiron genus eſt hærbæ paluſtris ſeu iunci quę & cyperus. Cypirus vero alia hærba eſt quæ gladiolus dicit̃ radice bulboſa & odore vicino nardo. Eſt & per ſe indica hęrba quæ cyperis vocatur: Gingiberis effigie: cõmãducata croci vim reddens.

¶ Cyprus inſula in Carpathio mari inter Siciliam & Syriam diues: luxui dedita. Vnde & Veneri ſacra. Hora. Sic te diua potēs cypri. A cypro vrbe in ea ſic appellata. In ea mercatus erat quondam nouem regnorum ſedes. Vrbes in ea præclaræ Cythera: a qua Venus cytherea dicta eſt. Paphos: Palepaphos & Salamina. Hæc inter maiores noſtri maris inſulas locum ſibi vendicat: cuius ſeptētrionales partes Thraciæ Cilicię oppoſitæ ſunt: ubiq; cõtinenti proxima eſt. Orientales Iſſico ſinui. Occidentales pamphylicum alluũt pelag⁹. Auſtrales Aegyptum Ambitus inſulæ trium miliũ & quadringentorũ viginti ſtadiorum. Hinc Cyprius a. um. Vnde tres paruæ inſulæ huic propinquæ Cypriæ nominãtur. Et Venus Cypria ꝙ ei primum in Cypro templum ſit conſtitutũ: vel quia parientibus præſideat. Nam græce κύειν parere eſt. Similiter cypricus a. um poſſeſſiuũ. & cyprianus nomē viri proprium. Cyprus etiam dicitur vua florens. & ſpecies quædam extrinſecus virgulti in ægypto: ferens etiam florinum quendam fructum in modũ florentis vuę prolatum. Sed videtur magis inquit Hier. ad fructũ vitis reſpicere cum dicitur in canticis. Botrus cypri dilect⁹ meus mihi in vineis engaddi. Plinius libro. xij. circa finem dicit arborem odoratam in ægypto folijs & ſemine coriãdro ſimilis. Coquitur in oleo & exprimitur. Inde vnguentum regale quod cyprus ſiue cyprinũ dicitur Vnde in canticis ſcribitur. Cypri cũ nardo nard⁹ & croc⁹

fiſtula & cinamomum cum vniuerſis lignis libani. Naſcitur in multis locis :ſed i cypro inſula odoris ſuauitate præſtat. Ideo cyprus eſt appellata.

¶ Cyprinus genus piſcis de quo Pli. & Ariſto.

¶ Cyprogenia dicitur quæ ſuit in cypro genita: etiã Venus vt Homerus in hymnis.

¶ Cyrcerum nauis aſiana prægrãdis. Plau. Cum percũctor portitores ecquæ nauis venerit ex Aſia: negant veniſſe. Cõſpicatus ſum interim cyrcerum quo maiorẽ nõ cenſeo.

¶ Cyrene es. & cyrenæ tantum plurali numero penultima producta oppidum Libyæ inclytum potenſq; conditum a Batto Laconico quem Callimachus progenitorem ſuum fuiſſe tradit. Ab hac cyrene tota Libya Cyrenea dicta eſt a cyrene quæ & cyrenia virgine Penei regis Arcadię filia: quã rapuit Apollo e mõte pelio & i Aphricam quæ vergit in Aegyptum trãſtulit ex qua filios ſuſcepit. iiij. Ariſtum: Nomium: Anteum: & Argum. Hic Cyrenaicus a. um. vt regio cyrenaica & philoſophia cyrenaica quam Ariſtippus ſocraticus cyrenenſis inſtituit Hinc Hegaſias philoſophus de quo Cicero libro. j. Tuſ. originem duxit. Hanc regionem Pli. appellat pentapolitanam: a numero quinq; vrbiũ quibus maxime inclyta eſt: quarum hęc ſunt nomina. Beronice: Arſinoe. Ptolomais: Apollonia: ipſaq; Cyrene. Scribit Sal. Cyrenẽſes magnum ac diuturnum bellum geſſiſſe cũ Carthaginenſibus de finibus agrorum. Eſt & cyrene nomẽ vrbis in Cypro inſula: quam Cyrus condidit ex quo natũ putant Simonem patrẽ Alexãdri & ruffi: vt eſt apud Euã. Augu. lib. de paſtoribus ſcribit Simonẽ cyreneum q angariatus eſt: vt Chriſti crucem tolleret: fuiſſe Aphrum & hanc cyrenem Aphricæ contiguam eſſe.

¶ Cyrnus græce κύρνος inſula eſt in mari liguſtico: quã latini corſicam dicunt. Dicta cyrnus a Cyrno corſicæ rege prius Terãne nominata quia ibi teranneí ppli Theſſaliæ habitauerunt: longa paſſuum. cl. milia lata maiore ex parte. l. Circuitu. cccxxij. milium diſtans a vadis Volaterranis. lxij. milibus paſſuũ. Hinc cyrneus a. um. Vergilius. Sic tua cyrneas fugiant examina taxos. Hæc primo teraphne poſtea a cyrno cyrne appellata eſt. ¶ Cyrnea vaſis vinarij gen⁹. Plau. Cadus erat vini inde impleui cyrneam.

¶ Cyrrha iugũ parnaſi montis Bœotię. Mar. Quid tibi cũ cyrrha: quid cũ pmeſſidos vndæ? Cyrrhea vero vrbs in helicone iuxta Nyſam. Luca. Sed mihi iã numen: nec ſi te pectore vates Accipiam cyrrhea velim ſecreta mouentem Sollicitare deũ: bacchũq; auertere nyſa.

¶ Cyrios latine proprius authẽticus domin⁹. Vnde Cyriacus proprium nomen.

¶ Cyrus proprium nomen regis Perſarum. Cyrrh⁹ vero nomen duorum fluuiorũ: quorum vnus eſt in Albania alter in Media.

¶ Cyſſus genus hederę quæ ſola ſine adminiculo ſtat: a græcis orthocyſſos dicit̃. Quo etiam nomine dictus, fluuius quidam.

⁎ Cyſth⁹ a quibuſdã inter gñra hederarũ nũcupatur. hæc arbuſcula eſt in inſula cypro: in cuius folijs pingue ineſt quod rore mixtum mane liqueſcit. quidã hanc arbuſculam Cyſtharũ vocant. Cc.

⁎ Cytheriades muſæ dicuntur a ſaltu cui Cytheron nomen eſt. Cc.

¶ Cytheron vide in dictione cithara.

¶ Cytiſus pe. cor. genus frutica inter campos & ſyluas a Cytiza ciuitate. Col. li. iij. Cytiſum: quẽ græci aut zeas aut carnicin aut trifarin vocant: q̃ plurimum habere expedit: q gallinis: apibus: ouibus: capris: & omni generi pecudum vtiliſſimus ẽ. Idem li. x. vtraq; cytiſus. Eſt .n. ſatiua & altera ſuæ ſpõntis.

¶ Cytorus pe. pro. mons in Aſiatica regiõe quę paphlagonia nũcupat̃. In eo buxus plurima naſcebat̃. Vnde & buxifera a Catullo dicitur. Verg. Et iuuat vndantẽ buxo ſpectare cytorũ. Fuit & cytorus ſiue cytorum ciuitas Synopenſiũ emporiũ a cytoro Phryxi filio cõdita & appellata vt teſtatur Strabo.

¶ Cytinus flos ſatiuæ punicæ vt balauſtũ ſylueſtris vt ẽ apud Dioſco. Ply. vero cytinũ interpretatur pomum ipſum immaturũ & primũ partũ eius florere incipiẽtis: flores vero ipſos in ipſo Cytino erumpentes Balauſtia naturæ aſtringentis.

¶ Cytheris nomẽ fuit libertæ Volumnij: quã Gallus poeta amaſſe dicitur. Ver. eam Lycorim nominat.

¶ Cythera pe. pro. inſula contra Cretam. In quã primũ delata eſt Venus. Vnde Venus cytherea dicta eſt. Feſtus tamẽ ſcribit Cytheream venerem dictam ab vrbe cythẽrea in quã primo deuecta eſſe dicit̃ concha cũ in mari eſſet concepta.

¶ Cyzicus ſiue cyzicũ inſula in propontide duobus põtibus cõiuncta cõtinenti: habens vrbẽ eiuſdem nominis moenibus arce & turribus marmoreis: cui nomẽ indidit cyzicus rex: quẽ Iaſon per imprudentiam interemit. De hac. Oui. lib. j. faſ. Hinc propontiacis hærentem cyzicõ oris. Cyzicon æmoniæ nobile gentis opus. Fuit hæc ciuitas magnitudine & pulchritudine cum primis Aſię vrbibus cõparãda: paci & bello apta: tribus armamẽtarijs inclyta: quorũ aliud armorũ: aliud inſtrumentorũ: aliud frumenti erat receptaculum. Huius habitatores Cyziceni appellantur. Verũ Pius papa in Aſia hãc cyricũ appellat. nõ Cyzicũ. Et de cyzico ſic ſcribit. Nunquid Cyzic⁹ nobis non ſatis cõſtat: adeo claritatẽ rebus adimũt tempora & nos homunciones diuturnam quærimus in hoc ſæculo gloriam: quam potẽtiſſimę ciuitates retinere nõ potuerunt.

D LITTERA Q ſiq; pro th aſpirato ponit̃: vt theos deus. Quandoq; conuertitur i b vt quod olim duellum nos iambellum dicim⁹. Et duellona bellona. Quãdoq; in l. vt a ſedeo. oli ſedda dicebat̃: quę nunc ſella. Quandoq; in r. vt meridies ab eo quod eſt medius dies. Interponitur nonnunq̃ in compoſitis hiatus phibẽdi cauſa: vt in prodeſt redarguo. Subtrahitur quãdo ſequens ſyllaba ab ſ cũ alia cõſonante incipit: vt aſcẽdo aſpicio. Quãdo autẽ cõuertat̃ in alias lr̃as dictũ eſt in Ad.

D. ante A.

¶ Dacia p c regio in Scythia quã qdã Thracię ptẽ: qdã cõterminã dicũt. Alij puinciã citra & vltra Iſtrũ eẽ autumant. Hæc vt Ptole. ſcribit a ſeptẽtrione parte Salmatię a carpato mõte a meridie Danubio terminatur: quã nonnulli Walachiã magnã eſſe voluerũt. Cuius populi Daci & dacæ dicuntur: q olim Stra. teſte Daui appellati ſunt. Ex quo apud Athenienſes dauorũ nomina ſeruilia plurimũ abũdabãt. Hinc factũ eſt vt i comoedijs ſerui introducãt̃ daui nominati qui alio nomine Getæ dicti, ſunt.

¶ Dacicus dict⁹ eſt q Daciã vicit ſicut a Germania germanicus. Iuuenalis. Cum lance beata Dacicus & ſcripto radiat germanicus auro.

¶ Dactylus penul. cor. a latinis dicitur digit⁹. Ad cuius

ſimilitudinem metri pes vocat̃. Item dactyli caryce idē fructus palmę. Apitius. Et croci dragmę ſingulæ dactylorū oſſibus torridis quinq; his deniq; dactylis nūc mollitis eſt. Eſt & dactylus vuæ genus in longum porrectæ. A Colu. Dactylides dicuntur vuæ a digitali gracilitate.

¶ Dęmon latine ſciens dicitur. Aug li. ix. de ciuita. dei. Dęmones dicunt̃: quoniam græcum vocabulū ob ſcientiam nominati. Noſtræ religionis homines appellāt ſpiritus in coelo a deo creatos: qui de coelo deiecti partim in terræ infimo: partim in hoc aere damnati ſunt. Hinc Eudęmon & Cacodæmon pro bono & malo dæmone. Dæmon etiam animus humanus in corpore ſitus vocatur.

¶ Dæmonium idem quod dæmon. Dæmonioſus & dęmoniacus qui a dæmone poſſidetur. Vnde de apoſtolo Thoma ſcribitur ꝙ dæmonioſi liberabantur.

¶ Dædalus pe. cor. dici poteſt ingenioſus. Quo nomine dictus eſt Athenienſis faber egregius Icari pater qui ſerram aſciam perpendiculū terebram gluttinum lithocollam inuenit: malumq; & antēnā naui impoſuit. Hic accuſatus ꝙ perdiccam ſororis filium interemiſſet: iudicij metu in Cretam fugit: vbi Labyrinthum fabricauit: vbi Minotaurus includeret̃ opus portētiſſimum humani ingenij. Dictus Dædalus (vt quidam exiſtimāt) ἀπὸ τοῦ δαιδάλλειν quod eſt variare. Alij hoc verbū a Dędalo deriuatum putant ob multiplex variūq; ingenium hominis propter quod græci δαίδαλον varium dicūt Et Lucre. Terram ob rerū artificiorūq; varietatem dędalam nominat. A ennius ſimul modo Mineruam. Virgi. Circē. Plau. Logodædalos vocauit qui dolū colunt ſermonis ornatu.

¶ Dædala neut. gene. vrbs Lyciæ: a monte Lyciæ: ſeu a Dędalo ibi ſepulto quū cum coluber aquaticus ex amne nino in paludem quam dædalus cōmeabat egreſſus momordiſſet.

⁎ Dagnades auiculæ quas potātib⁹ ægyptij ad coronas deuinciebant: dū potū exercebant: q̃ cātitādo & morſicādo non paterentur dormire potantes. Cc.

¶ Dalmatica regio Illyrica cōtermina Liburniæ verſus occaſum. a qua dalmatæ dicti ſunt populi: qui vt Apian⁹ ſcribit: domiti ab Auguſto fuere. In ea Iadera ciuitas inſignis rerum abūdantia & Raguſiū olim epidaurus dicta. Hinc dalmatic⁹ a. um. Sue. Extrema bella duo p ſe geſſit: dalmaticū adoleſcens adhuc & cantabricum.

¶ Dama genus capręſyluestris tam maſ. q̃ fœmi. generis. Ver. Cū canibus timidi veniēt ad pocula damę. Mar. Dente timetur aper: defendunt cornua ceruū. Imbelles damę q̃d niſi præda ſumus? Huius diminu. eſt damula.

⁎ Damia cognomē Cybeles & damatris ei⁹ ſacerdos Cc.

⁎ Damiū ſacrificiū ꝙ minime erat publicū: damię deę. Cc.

⁎ Damiporta dicitur a ferenda porta. Cc.

⁎ Damnas pro damnatus apud iuriſconſultos. Quiſquis hæres erit dare damnas eſto. Cc.

¶ Damaſcus vrbs nobiliſſima caput Syriæ. Vñ Damaſcena pruna auctore Plinio lib. xv. dicta credūtur.

¶ Damon nomen philoſophi pythagorici: q cum Pythia arctiſſimo amicitiæ vinculo conſtrictus fuit.

¶ Damocles nomē proprium vnius ex aſſentatoribus Dionyſij.

¶ Damoetas cū diphthongo oe nomen paſtoris de quo Verg. in Buc. Dic mihi Damoeta. &c.

¶ Damnum & damnatio a dēptione: quaſi diminutiōe cum minus de re factū eſt: q̃ quanti cōſtat. Hinc damnoſus a. um. Col. lib. j. Quod etſi per partes nōnunq̃ damnoſum eſt: in ſumma tamen compendioſum.

¶ Damno as. damno afficio. Vnde indemnis q nullo afficitur damno. Sed cum de peccato vl̓ de peccati poena agitur: q̃nq; ablō: q̃nq; gtō iūgitur. Ci. lib. iiij. ad heren. Maiores nr̃i ſi quā vni⁹ pc̃i mulierē dānabāt ſimplici iudicio maleficiorū multorū cōuictā oportebat. Quo pacto? Q̃m quā impudicā iudicarant eam veneficij quoq; damnatā exiſtimabāt. Et lib. j. Tuſ. Sed plurimi contra nitunt̃: animoſq; quaſi capite damnatos morte mlctauit Quando vero nō apponitur pretiū vel peccatū poenaq; peccati accuſatiuo tantū iūgitur & ſignificat culpo. Hie. in pręfa. pent. Quid igitur? damnam⁹ veteres? minime Sed poſt priorum ſtudia in domo domini quod poſſumus laboramus. Ci. lib. iiij. Tuſ. Rerū naturā q̃ errorem damnare volumus. Interdū damnare accipit̃ pro exhæredare. Vnde e duobus filijs alterū hæredem inſtitutum: alterum damnatū legim⁹. Interdum pro compellere: obligare & neceſſitate aſtringere. Ter. Tu⁹ eſt dānatus gnatus: nō tu. Interdū pro liberare. Verg. Damnabis tu quoq; votis. Et eſt tranſlatio quaſi vt damnati cōpellūt̃ maleficijs eorū poenas luere: ita tu votis ſuppliciū compelleris eos exaudire. A participio damnat⁹ fit cōpoſitū indēnatus: qui indicta cauſa: id eſt nō defenſa: aut incognita cauſa damnat⁹ eſt. Sal. Hi primo cœpere queq; peſſimum & omnibus inuiſum indēnatum necare. Aliquando indēnatus dicitur non dānatus. Liui. lib. ij. Eū indemnatum indicta cauſa nō debere violari. Compoſita a dāno ſunt condēno & pręd ̄ano quod eſt ante damno. Liui. lib. iiij. Totā culpam eius temporis i pręd amnatum collegam transferentem omnes tribus abſoluerunt.

⁎ Damnifico damnum facio. Cc.

¶ Dan vicus eſt in quarto a Paneade miliario euntibus Tyrum qui vſq; hodie ſic vocatur: terminus Iudęę prouinciæ contra ſeptētrionem. De quo & Iordanus flumē erumpēs a loco ſortitus eſt nomē. Ior quippe piſpon. i. fluuium ſiue riuum hebræi vocant.

⁎ Danis nomen vnius ex centauris. Cc.

¶ Daniſta fœnerator creditor. Plau. Morigerus eſt mihi daniſta qui de me argentum non petit. a dādo: ꝙ det fœnori: vel a græco ἀπὸ τοῦ δανίζειν quod eſt mutare. Daniſticus fœneratorius. Daniſma mutuum vſura.

¶ Danūt quandoq; a veteribus dicebat̃ prodant: & duis pdideris. Plau. Cui ſe virtutē dij danūt lenoniam.

¶ Danubius & danubiū dicit̃. Ser. Iſter fluuius eſt ſcythiæ q & danubius nominat̃. Sal. Nomēq; danubiū habet in iugis germaniæ montis. Sarnobe ontur. per innumeras gētes dicit̃ Danubius: vbi Illyricū attingit Iſter. lx. amnibus acceptis in mare inuoluitur. Amb. li. Hex. Danubius de occidentalibus partibus barbarorum atq; Romanos interſecatus populos donec pōto ipſe conſdatur.

¶ Danaus ægypti frater. Argiuorū rex: q āno egreſſionis populi Iſrael. xxxvij. Stenelo rege expulſo argos tenuit: ibiq; quinquaginta annos regnauit. Genuit q̃nquaginta filias quæ belides dictæ ſūt. Hæ vna nocte viros ſuos ægypti filios præter vnam interfecerūt. A Danao fit patronymicum fœmininum danaides. Sene. in Herculc. Vt neq; fruſtra Danaides plenas ferunt.

¶ Danae cū ae. ſed nō diph. græce Δανάη nomen Acriſij filiæ. Frequenter immo fere ſemper ae diuidit̃: vt apd̄ Oui. li. ij. de triſ. Quid danaen danaeſq; nur⁹ matremq; lyei.

⁎ Daſypus dicit̃ lepus ꝙ hyrſutos habet pedes. Cc.

¶ Dapes ſunt magnifici & opipari apparatus. Mart. Illa quidem lauta eſt: dapibuſq; inſtructa ſuperbis Sed nihil omnino te recitāte placet. Hinc dapalis coena quę diuerſis & amplis dapibus cōſtat. Ply. Pauonem cibi gratia Romæ primus occidit orator Hortenſius dapali coena ſacerdotij.

¶ Dapatic⁹ a. um. quod eſt amplum & magnificum vt negotium dapaticum.

¶ Dapſa apud veteres gen⁹ ſacrificij: qđ fiebat: aut hyeme ſequẽti: aut vere a græcis Δα‡ vocatur.

* Dapatice aduerbium. i. laute. Cc.

* Dapifer dapes ferens. Cc.

¶ Dapſilis penulti. correp. abundans: liberalis. Græci Δαψιλέα largum dicũt. Col. li. iiij. At ſpionia dapſilis muſto. Δαψιλείαν largitatẽ abundantiã rerũ: liberalitatemq́: vnde noſtri quoq́ dapſiles aliqñ lautos & liberales appellant. Plau. in Aul. Iſtas magnas factiões dotes dapſiles: nihil moror. i. affluẽtes & largas. Dapſile aduerbiũ abundãter. Suet. in Veſ. Sed & cõuiuabatur aſſidue: ac ſæpius recte ac dapſile.

¶ Daphnis latine laurus. Fuit (teſte Seruio) Mercurij filius formoſiſſimus.

¶ Daphne ꝓpriũ nomen puellæ nymphæ. Et daphne vt docet Stra. nemus apud Antiochẽſes. Vide in dictione Epidaphne.

* Daphnia gemma comitialibus morbis vtilis exiſtimata. Cc.

* Daphnoides lauri genus. frutex eſt ramoſus craſſiore ac molliore folio q̃ laurus. Cc.

* Daphnon lauretum dicimus. Cc.

¶ Dardanus nomẽ electræ Iouiſq́ filij. Qui cũ Iaſium fratrem interemiſſet: inde fugiens ſamothraciã deuenit. Vnde Vergil. ortus in agris Dardanus Idæas phrygiæ penetrauit ad vrbes Threiciãq́ ſamon. quæ nũc ſamothracia fert̃. Et ab ipſo Dardano dardania regio in phrygia vocata eſt: & dardanidæ populi. Hic Erichthonium genuit qui filium habuit Troem: qui Troiam: quæ prius dardania appellabat̃: a ſuo nomine vocauit: Hic filios habuit Aſſaracum & Ilium: qui vrbem regiam a ſe Iliõ nominauit. Huius filius fuit Laomedon Priami pater.

¶ Daridæus nomen regis Perſarum tempore Tiberij: Caij & Claudij Imperatorum.

¶ Darius nomen regis Perſarum: qui. xxxvj. annos regnauit: cui Xerſis fili⁹ ex Atoſa Cyri filia ſucceſſit in regno. Hoc nomen habet penul. prod. quoniã apud græcos ſcribitur per ei diphthongum.

¶ Daricus penul. correp. numiſma Priſcum Darij imagine percuſſum.

¶ Darmentius fluuius Medualorũ ſeſe per confragoſa loca in Rhodanum præcipitans.

¶ Daſeia denſitas ſpiritus & ſignũ eſt vocalis aſpiratę.

¶ Dardanarij dicuntur ꝓpolæ qui omnia pręmunt vt demũ carius vendant. Dicti a dardano quodã contaminatiſſimo & proflagratiſſimo mago: a quo etiam dardaniæ artes a Col. vocantur magicę. Eius ſunt verba. At ſi nulla valet medicina repellere peſtem: Dardaniæ veniunt artes.

¶ Datatim aduerbiũ ſignificat in vicem dando. Plau. Tum iſti qui pila ludunt ſerui ſcurrarum datatim in via.

¶ Datarius: qui in poſtulationibus ac litteris manu pontificis maximi ſubſcriptis diem & locum notat quibus datæ ſunt litteræ. Datarius a. um. quod eſt dandum. Lingua vernacula datare. Plau. Eho an nõ prius ſalus? Nulla eſt mihi ſalus dataria.

¶ Daunia Apulia: a Dauno Illyricæ gentis claro viro: qui eam condidit.

* Daui populi germaniæ nunc daci dicti. Cc.

D. ante E.

¶ De præpoſitio eſt: q̃ ſeparata modo ſignificat ἀπὸ. Hoc eſt a vel ab. vel ex vt audiui de patre meo. Mõ. περὶ vt cum dicimus de partibus orationis. περὶ μηρον τοῦ λογοῦ Modo propter. Terẽ. in Eunu. Quantũ me amas de fidicina hac. Modo deorſum: ſicut ſus ſurſum. Vnde ſuſq́ deq́ fero veteres dicebant. Hoc eſt ſurſum an deorſum res feratur paruifacio. Modo memoratiuam vim habet: vt Cicero ſcripſit de officijs. Modo ſignificat nõ: vt delumbe: quod eſt non habens lumbos. Compoſita interdum auctiua eſt: ſiue intenſiua: vt deamo: depràuo Interdum diminutiua vt decreſco: deferueſco. Interdũ priuatiua ſiue negatiua: vt deſperatus: demens: dedecet Interdum localem vim obtinet: vt deambulo: deſcẽdo. Interdum deficientẽ vim ſui ſimplicis indicat: vt diſco: dediſco: tego: detego: doceo: dedoceo. Interdũ ẽ honoris exhibitiua vt defero: deduco. Significat quãdoq́ in totum vel omnino. vt demando. Quandoq́ aperte ſeu palam vt demonſtro. Cõponitur autẽ cũ dictione incipiente ab a vt deamo. b. vt debacchor. c. vt decerno. d. vt deduco. e. decero. f. vt defero. g. vt deglutio. h. vt dehiſco. I. vt deijcio. L. vt delabor. m. vt demiror. n. vt denudo. o. vt deoſculor. p. vt depello. q. vt dequutio. r. vt deriuo. S. vt deſudo. t. vt detraho. v. vt deuenio. Patit̃ tamen nõnunq̃ eliſionem metri gratia: ſicut in deinde & dehinc. Vergi. Oſcula libauit natę dehinc talia fatur: vbi eliditur. e. & dicimus dhinc.

¶ Dehabeo es. ſignificat non habeo. Hiero. ad Euſto. Ita ille moderatur vniuerſa: vt nemo quid poſtulet: nemo dehabeat.

¶ Deamo valde amo quod vulgo dicit̃ cordialiter amo Teren. in heau. Ne ego ſum fortunatus deamo te Syre.

¶ Deambulo de loco ad locũ: vel hinc inde ambulo: vt fit ſalutis vel relaxationis cauſa. Terẽ. in adel. Deambulare huc libitum eſt. Aug. lib. v. cõ. Ante tribunal deambulabat ſolus.

¶ Deambulatorium locus in quo deambulamus.

¶ Deartuo as. quaſi per artus incido. Plautus in Cap. Tum igitur ego deruncinatus deartuatus ſum miſer.

¶ Deauro as. a ſũmo vel ad imum auro: vnde deaurat⁹.

¶ Debacchari ꝓprie eſt pręe ebrietate valde furere. Terẽ. in adel. Satis debacchatus iam leno es: audi ſi vis nunc ego ne debacchatus ſum in te an tu in me? Per tranſlationem vero dicitur cum quis ira pcitus furit.

¶ Debellare bello vincere vel capere. & ꝓprie debellam⁹ homines: expugnamus caſtra: vrbes naues & huiuſmodi. Ply. lib. vj. Darium Alexander debellauit.

¶ Debilis ex de & habilis: quaſi parũ habilis hoc eſt malæ habitudinis. i. infirmus. Hinc debilitas: & debilito as.

¶ Debeo es. debui itũ. Pertinet ad omnia: quibus deuincti ſumus: quod vulgo teneor ſeu debitor: ſiue obligat⁹ ſum dicitur. Cic. Planco. Perfice vt ne minus reſpu. tibi q̃ tu reipu. debeas. Idẽ Seruio. Homo & maximis meis beneficijs deuinctus & ꝓpe omnium qui mihi debere aliquid videntur gratiſſimus. Aliquãdo debere eſt dare debere. Plau. in Cur. Beatus mihi videor ſubduxi ratiũculam q̃tũ æris mihi ſit: q̃tũq́ alieni ſiet: diues ſum ſi non reddo eis quib⁹ debeo. Salu. Res autem opportuna videtur q eis priuatim egregia liberalitate publice maximis muneribus grandem pecuniã debebat. Sed cum accipitur pro eo qđ vernacula lingua dicimus deuore: verbum familiarium eſt: vt tu debes legere.

¶ Debitor proprie dicitur is a quo inuito exigi pecunia poteſt: inquit Modeſtinus.

¶ Debitio ipſe actus. Cice. Perq̃ diſſimilis eſt pecuniæ debitio & gratiæ. nam qui pecuniã diſſoluit ſtatim nõ habet id quod reddidit. Qui autẽ debet æs retinet alienum. Gratiam autem & qui refert habet: & qui habet in eo ipſo quod habet refert.

¶ Debitum & participium & nomen eſſe poteſt. Quãdo nomen: ſignificat id quod debetur: vt omne debitum dimiſi tibi. Quando participium dicitur obligatum. Liui. lib. xxij. Cum Romanus plures q̃ Pœnus recepiſſet. ar-

gentumq; p eis debitum ſæpe iactatum in ſenatu re quã tunc conſuluiſſent partes tardius erogaretur.

¶ Decacumino as. penul. correp. cacumẽ pcido ſiue cacumine priuo. Col. lib. vj. Poteſt etiã vlmus ſic diſponi vt adhuc tenera decacuminetur: ne altitudinem. xv. pedum excedat.

¶ Deca græce Δέκα latine decem. Decatos decimus. Decas adis: numerus denarius ſeu quicquid numerũ denarium continet. Vnde Liuius libros ſuos decadas nuncupauit q decem volumina ſingulæ continerent. Item decadas decẽnalia ſpatia nuncupamus.

¶ Decapolis penul. cor. Iudeæ regio eſt decem vrbium trans Iordanem. Hanc multi Cæſaream eſſe dixerunt.

¶ Decarchon greci eũ appellant qui decẽ p̃eſt equitibus

¶ Decachordium inſtrumentum muſicum decem chordas habens.

¶ Decalogus penul. correp. ſacrum volumen quod decem legis præcepta continet.

¶ Decaphorus penul. correp. lectica quę fertur a decem hominibus: ſicut hexaphorus quę a ſex.

¶ Decadoros penul. prod. longus decem palmis.

¶ Decalicatum calce litum.

¶ Decaluo as. Vide in dictione caluo.

¶ Decedo is. ſignificat diſcedo: proprie vero a mãdato cuſtodiæ loco recedo: vt conſules de pꝛuincia dicũtur decedere: & præſides de vrbibus. Et decedere eſt deorſum ire ſiue minui. Lactan. lib. j. Id autem ſolidum exiſtimãdum eſt: cui nihil diſcedere: id perfectum cui nihil poſſit accedere. Decedere via eſt per errorem ſiue honoris gratia digredi. Sueto. in Cęſa. Et cum luminibus extinctis deceſſiſſent via diu errabundus tandem ad lucẽ duce reperto per anguſtiſſimos tramites pedibus euaſit. Idem in Tibe. Nec mirum cum palam eſſet ipſum quoq; eiſdẽ aſſurgere & decedere via. Plau. in Tri. Decedam ergo de via: de ſemita: de honore populi. Rurſus decedere ponitur pro mori. Et per ſeplenum eſt: vt ſubintelligatur vita tanq̃ de cuſtodia & gubernatione corporis proficiſci: vt eo modo dicatur deceſſit: quo defunctus eſt. Cice. tñ in Cato. dixit. Vetat pythagoras ſine iuſſu Imperatoris dei p̃ſidio & ſtatione vitæ decedere: p diſcedere: ſed ſemper ablatiuum deſyderat: vt exceſſit e vita.

⁎ Decelea vna ex duodecim vrbibus quas Cecrops digeſſit. Cc.

⁎ Decẽber nomen mẽſis q decimũ locũ teneat. Cc.

¶ Decerno is. pprie ſtatuo conſtituo definio: ſiue de magnis rebus certam ſententiam profero. Vnde ſenatus decretum. Cice. lib. j. offi. Quare expectanda quidẽ magis eſt diſcernendi ratio q̃ decertandi fortitudo. Terentius. Quicquid peperiſſent decreuerunt tollere. i. deliberauerunt. Per trãſlationem vero pertinet ad ea quę ſunt dimicationis. Liui. lib. j. Obuiam egreſſi vt potius acie decernerent: q̃ incluſi de tectis dimicarent.

¶ Decerto as. frequentatiuũ. Ambro. Vnguentati ſpectare ſolent non decertare.

¶ Decermina dicuntur quæ purgandi cauſa decerpunt

¶ Decretum nomen: id ſignificat quod definitur. Vnde decreta pontificum conſtitutiones dicuntur. Decretum participium: vt cum dicimus. Decretum eſt: id eſt ſtatutum & definitum. Decreta ſenatus a conſultis ſic diſtinguũtur ab aliquibus vt decretum dicant particulã quandam eſſe ſenatuſcõſulti vt cum prouincia alicui decernitur tanq̃ decreta ſint ſpecialia: conſulta generalia.

¶ Decretorius. a. um. Ponitur pro iudiciario in quo ſcilicet iudicium fieri poteſt: vt dies decretorĩ qui & criticus Aliquando dicitur quod eſt decretum firmatũ extanſq; ad aliquid arguẽdum iudicandumve. Quintili. At quidam litigatoribus ſuis illũ modo ambitioſũ declamãdi ſudorem præſtitiſſe contenti cum turba laudantium deſtituunt ſubſellia pugnamq; illam decretoriam imperitis ac ſæpe pullatæ turbæ relinquunt. Decretorium ſydus: & tempus decretorium dicitur id ex quo de prouentu aliquarum rerum futuro ſumitur iudicium. Ply. lib. xviij. Res ſumma vitium agitur decretorio vnius ſydere illo quod caniculam appellauimus. Vnde carbunculare dicuntur vt quodam vredinis carbone exuſtę. Idem. Aquila exoritur veſperi decretorio die florentibus oleis

¶ Decerpo ex de & carpo ſignificat detraho: ſiue inde carpo. Vnde decermina.

¶ Decet conuenit: honeſtum eſt: aptum eſt: cõſentaneũ eſt. Cice. lib. de opti. di. genere. Decere inquit quaſi aptũ eſſe: conſentaneumq; tempori ac perſonę. Quod tum in factis ſępiſſime: tum in dictis valet. In vultu deniq; & geſtu & inceſſu. Contra itemq; dedecere. Et modo perſonale eſt. Ouidi⁹ de reme. Lude decent animos mollia regna tuos. Modo impérſonale: quod nõnunq̃ cum datiuo cõſtruitur. Terẽ. Facite ita vt vobis decet. Plautus. Nobis decet eſſe bonis. Huic cõtrarium eſt dedecet quod eſt inconueniẽs: ineptum: turpe ſiue inhoneſtum. Ouidi. lib. vj. meta. Admouiq; preces quarum me dedecet vſus. A decet fit decens conueniẽs: decentia decenter: decus: decor decorus decorum & decoro. Compoſita ſunt condecet: indecet: & dedecet penul. correp. A quibus condecẽs indecẽs: condecentia indecentia condecoro & indecoro.

¶ Decor oris. penul. prod. maſcu. generis eſt quaſi pulchritudo quędam. Vergi. lib. v. Et dorycli coniunx diuini ſigna decoris. Hinc decorum pulchrum: & decore pulchre. Decoro as. penul. pro. quod eſt pulchrum viſu aut auditu facio: ſiue orno. Vnde decorũ & indecorum ſubſtantiua dicuntur: ſignificatq; decorum decentiam quãdam rebus perſonis locis ſiue in agendo: ſiue in loquendo accommodatam. Vnde ſi quis inducat agricolam ea loquentem quæ ad philoſophum pertinent: hunc nõ ſeruare decorum dicimus. Aliquando etiam ad virtutes tranſfertur: & appellatur decorum non tam ipſum honeſtum q̃ quod hominibus & cõmuni opinioni honeſtum videtur & pulchrum & approbabile. Cicero de opti. genere dicẽ. Atq; illud indecorum quodquale ſit ex decore debet intelligi Eſt & decorus a. um. & Indecorus a. um Quintilia. libro tertio. Cuncta corrumpit ac propemodum perdit indecora vel voce vel geſtu pronunciatio. Decor oris. penul. correp. & adiectiuum a decus deriuatur: pro decorus a. um. Sallu. libro tertio. Equis & armis decoribus vultus. Inde fiunt compoſita indecor & dedecor. Vergilius libro decimo. Nec tamẽ indecorem tua te regina reliquit. Statius libro. iij. the. Legimus indecores Inuenitur tamen hic & hæc indecoris. Accius. Cuius ſit vita indecoris mortẽ fugere haud cõuenit. Verg. lib. xij. Nec genus indecoris ſine me hęc haud mollia fatu. Vbi patet indecoris ſubſtãtiuũ eſſe. Nã ſi adiectiuũ eſſet indecore dixiſſet. Iungitur cũ neutrũ cõi: vt paupere regno. Sallu. lib. iij. Dedecores militiq; terga ab hoſtibus cędebantur. Aſcẽ. Nonius quidẽ indecoris: ſed plures legũt indecores vt ſit indecores genus p ſynecdochen dictum

¶ Decus oris penul. correp. & generis neutri honorificẽtia ex rebus geſtis eſt. Vergilius libro quinto. Oblitus decoriſq; ſui: ſociumq; ſalutis. Huius contrarium eſt dedecus: quod pro ignominia ſiue infami turpitudinis genere ſumitur. Capitur quandoq; etiam decus pro honeſto cum quid honeſte fit. & dedecus pro inhoneſto. Hinc decoro as penul. correp. quod eſt honeſto ſeu honorifico. Horatius. At bene nummatum decorat ſuadela Venuſq;. Gellius. Leonides laudatur qui ſimile apud thermopilas fecit: propter eius virtutes omnis græcia gloriam atq; gratiam etiam precipuam claritudinis inclytis

ſimæ decorauere monumẽtis: ſignis: ſtatuis: elogiſsi hiſtorijs. alijſq; rebus gratiſſimum id factum habuere Vnde decora militiæ: laudes: honores: honeſtamenta militi in bello cõparata. Stat. lib. Theb. Terrarũ decora alta viri decorięq; iugales. A decoro fit condecoro pro honeſto. Dedecoro pro vitupero ſiue turpifico. Ter. in Hecy. An quicq̃ pro iſtis factis dignum te dici poteſt: quę me et te: et familiã dedecoras. Ex his omnibus patet: ꝙ plus eſt decus: q̃ decor: et plus eſt dedecus q̃ indecorus: et decoro pe. cor. q̃ decoro penul. ꝓdu. Quoniã decoro pe. cor. ſignificat honorifico. Decoro penultima ꝓducta: pulchrũ viſu: aut auditu reddo. Vnde decorum et indecorum minus eſt: q̃ decus: et dedecus. Cic. lib. i. offi. Sin aliquãdo neceſſitas nos ad ea detruſerit: quę noſtri ingenij non erunt: omĩs adhibenda erit cura: meditatio: diligentia: vt ea ſi nõ decore: at q̃ minime indecore facere poſſimus.

¶ Decorũ pe. pro. appellatur: qđ græci prepon dicũt: cuius via ea eſt: vt ab honeſto nõ queat ſeparí. Nam et qđ decet / honeſtũ eſt: et qđ honeſtum eſt / decet. Decorum inqt Cice. lib. de offi. id eſſe qđ cõſentancũ ſit hominis excellẽtię: quod ad prudentiã: ad fortitudinẽ: ad iuſtitiam: ad temperantiam pertinet: et in omni honeſtate verſatur. Eſt et decorũ: quod et poetæ ſequuntur cum id quod quaq; pſona dignum eſt: et fit et dicitur.

¶ Decem a græco Δέκα fit: a quo componũtur vndecim: duodecim: &c. Deriuata ſunt decimus: a quo vndecimus: duodecimus: cũ reliquis. Denus: a quo vndenus: duodenus. Denanus: a quo vndenanus: duodenanus: decennarius: et quę ſequuntur Decies aduerbiũ: a quo vndecies: duodecies: &c. Col. lib. iiii. Vt ego exiſtimo tricenas vt decenas certe amphoras pcipiet.

✱ Decianus viri proprium: qui fuit ex Emerita Hiſpanię oppido.

¶ Decimua non ſolum numerum: ſed quandoq; etiã magnitudinem ſignificat: vt decimum quodq; ouum decimus qſq; fructus: hoc eſt pręcipuus magnitudine

¶ Decimanus ſiue decumanus. i. magnus. Vnde decumana porta caſtrorũ: quę in his maxima eſt: et decumanus limes in limitatione agrorum: a magnitudine et lõgitudine dictus putatur: qui agrũ ab exortu ęquinoctiali ad occaſum æquinoctialem ſecat. Nam alter ex tranſuerſo occurrens: cardo appellatur. Decumani etiam: vt Aſconius Pedianus docet: vocãtur publicanorũ principes: a qbus decumę ſiue decimæ exigebanť

¶ Decima. mę. ſignificat portionem vnam ex decem Plautus. Vt decimam ſolueret Herculi.

¶ Decimare eſt decimam partẽ detrahere. Vnde apud Euang. Vęh vobis qui decimatis mẽtham & omẽ holus. Et decimari legiones dicũtur i quãdo decimꝰ qſq; ſupplicio afficitur ab imꝑatore. Liui. lib. ii. Cętera multitudo ſorte decimus quiſq; ad ſupplicium lecti. Sic vigeſimare et centeſimare dicitur. Huius verbi cõpoſita ſunt addecimo. Hier. li. i. Reg. Greges veſtros addecimabit. Ex decimo eligo. Vnde ex decimatũ electũ

¶ Decemiugis currus: quẽ decẽ equi iuncti trahunt.

¶ Decẽpeda pe. cor. ꝑtica: qua mẽſuratur terra a nũero pedũ dicta: ſicut quincupeda a. v. pedibus. Cic. Vrbẽ tam peritus metator: et callidus decempeda ſua ſaxa diuiſerat. Hinc Decempedator. Idem. Cauebat etiam L. Antoniꝰ: qui fuerat æquiſſimus agri priuati & publici decempedator.

¶ Decendium ſpatium decem dierum. Nam decennium: ſiue decennis decem annorum dicitur. Decẽnale: quod eſt decem annorum: vt bellum decennale.

✱ Decius a decem: viri proprium: quemadmodum a quinq; Quintius. Cc.

¶ Decuſſis a decẽ aſſibus: q̃ dictio in omĩ denario numero mẽſuræ et ponderis valet. Fuit cõſuetudo apud maiores: vt ęra in vocabuli cõpoſitiõe poſtponerẽtur: ſicq; ſemiſquintus: ſemiſquartus: ſemiſtertius ꝓnũtiabant. Dipondiũ a duobus põderibus: et vnũ pondus fuit. Aſſipondiũ quaſi librę vnius põdus. Reliqua deinceps a numero dicebãtur: vſq; ad centuſſis. Et a tribus aſſibus treſſis: et pariter vſq; ad decẽ cõputabanť. Abinde ſumebatur cõpoſitio ad decẽ. A duobus decuſſibus Viceſſis: deinde triceſſis: vſq; ad centuſſis.

✱ Decures antiqui pro decurionibus vſurparunt. Decurio verbum. i. decurionis officium exerceo. Decuriata comitia a decurione Cc.

¶ Decurio dictus eſt auctore Vlpi. ꝙ in initio quũ deducerentur colonię cõſilij publici gratia decima ꝑs deductorũ cõſcribi ſolita ſit. Vnde Cice. in orationibus citat decreta decurionũ. Col. Claſſes etiã nõ maiores: q̃ denũ hominũ faciũdę: quas decurias appellauerũt antiqui. Erant tamẽ alij vrbani: alij municipales decuriones. Vrbanus decurio turmę pręerat: quę duobus & triginta equitibꝰ cõſtabat. Neq; vero belli ſolum: ſed domi quoq; ꝓ eo qui præeſt cubicularijs. Sueto. in Domi. Saturius decurio cubiculariorum. Decurio quoq; palatij dictus eſt ab Amiriano: q præpoſitus erat palatio: q eſt ordo dignitatis. In municipijs autẽ decurio idẽ creditur: q et ſenator Romæ. Ci. Recita quęſo Sexti qd decreuerint Capuæ decuriones. Hoc etiã patet ex epiſtola Ply. q ait. Eſſe aũt tibi centũ milliũ nũmũ ſatis indicat: ꝙ apud nos decurio es. Igitur vt te nõ decurione ſolum: verũ etiã equite Romano pfruamur offero tibi ad implẽdas equitis Romani facultates trecenta milia nũmũ. Similiter decurio ordo dicitur. Vnde latine dici poteſt decuria cubiculariorũ: ſicut decuria iudicũ et ſcribarũ: cuius princeps decurio nominatur. Cuius dignitas decurionatus dicitur ſicut a centurio centurionatus.

¶ Decuriare eſt decurionis officium exercere. Vnde decuriata comitia: ſicut a Centurione Centurio as. A quo centuriatus ager: et centuriata comitia.

¶ Decido is. pe. pro. pro deorſum ſeco: vt ſit quũ ex lardo fruſtũ incidimus. Per tranſlationẽ vero ſignificat determino: et liti finem impono. Hora. Et poſt deciſa negocia cãpo. Vnde decidere dubia dicimus: quaſi amputando ſuꝑflua qđ integrũ eſt oſtẽdere. Decido is. pe. cor. deorſum cado: a quo fit deciduus. a. um.

¶ Decidua dicũtur illa: quæ cadunt: vt folia. Ply. lib. xi. Omnibus aũt caua: et in mucronẽ demum cõcreta ſunt: ceruis tñ ſolida et omnibus annis decidua.

¶ Decipio is. pe. cor. defraudo. Vnde et decipula.

¶ Decipula. æ. quoddam laquei genus ad decipiẽdas capiendaſq; aues.

¶ Declamare eſt in ficto themate ſe exercere. Caluus ſcribit declamationẽ eſſe domeſticã exercitationẽ: quę res plurimũ conducit eloquẽtiæ. Solebant em̃ Romani adoleſcentes eloquentiæ ſtudioſi exercendi ingenij gratia inuehi orationibus in eos: quos ſcirẽt aliquo crimine poſſe notari. Vnde Senecę et Quintiliani declamationes: quę ſunt præludia quę iã orandi. Hiero. ad Dama. Nec aures Quintiliani floſculis et ſcholari declamatione mulcendæ. Sene. Declamationis nomẽ apđ nullum auctorem antiquũ ante ip̃m Ciceronem inueniri poteſt. Idem lib. i. Declama. Declamabat Cicero: non quales nunc controuerſias dicimus.

¶ Declamatorius a. um. qđ ad declamandũ ꝑtinet: vt declamatorius liber: qui declamãda cõtinet. Declamatorie aduerbiũ ſignificat declamando. Hiero. More eorum: qui declamatorie loqui ſolent ad populum.

¶ Declarare eſt aperte mõſtrare. Nã plus eſt q̃ ſignificare: et tã ad facta: q̃ ad dicta ptinet. Cice. Luceio. Itaq; hoc ſæpius dicendũ: vbiq; nõ ſignificandũ: ſed etiam declarandũ arbitror. Idẽ. Declarauit id modo temeritas. C. Cæſaris: qui omnia iura diuina et humana peruerit. Quandoq; etiam ponitur pro ſignifico.

¶ Declino as. pe. pro. cũ accuſatiuo ſignificat deuito. Cice. lib. i. offi. Declinetq; ea: quæ nocitura videntur. Ambro. li. i. offi. Ipſe ſibi ſilentio legẽ poſuit innocentiæ: vt tacendo culpã declinaret: quã vix effugere poſſet loquẽdo. Cũ ablatiuo ſignificat caueo: q̃uis in ſenſu idem ſit cũ deuito. Ci. lib. iii. Tuſcu. Quẽq̃m vt bona natura appetimus: ſic a malis natura declinamus: q̃ declinatio ſi cõ ratione fiat i cautio appellatur: eaq; intelligitur in ſolo eſſe ſapiente. Interdũ ponitur p deflecto ſeu recedo. Idẽ in Lęli. Declinandũ eſt de via: modo hoc ne ſumma turpitudo ſequatur: vt in Verrẽ act. v. Qui ſibi ſumpſit vt corrigat mores aliorũ: ac peccata reprænhendat: quis huic ignoſcat: ſi qua in re ipſe ab religione officii declinarit. Interdũ p deduco. Liui. lib. i. Nec ea culpa quã arguo oĩm albanorũ ducẽ ſecuti ſunt: vt et vos: ſi quo ego inde agmen declinare voluiſſem feciſſetis. Interdũ pro alieno exiſtimo. Ter. in Hecy. Neq; declinatã quicq̃ ab aliarũ ingenio vllã experias. Interdũ pro depono. vt lib. ii. Reg. Extendit oza manum ad arcam dei: & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues: et declinauerunt eam.

✱ Decliuus: et decliuis. Vide ſupius in dictiõe Cliuus.

¶ Decollo as. collũ trũco. Feneſtella li. ii. Queadmodũ Cæſar a piratis captus ſit: vtq; eos poſtea cœperit et decollauerit. Veteres aũt ſecun cęſos dicebãt. Arranius. Quod i collo tuo eſt decolles caue. i. ex collo depone. Itẽ decollare eſt decipe. Plau. Vna eſt: quę decollauit Lucil. lib. xii. Quibus fructibus me decollaui.

¶ Decolor pe. cor. adiectiuũ ſignificat qd colore viciato eſt: vel ſine colore Hiero. ad Ocea. Aperuit cuncta vulnus ſuum: et decolorem in corpe cicatricẽ flẽs Roma conſpexit. Dicitur et decolorus. a. um Amb. Sed ea proprium quoddam genus habent non ex alteri ſemine in aliud genus ſeminis decolora mutatione trãſlata degenerem texere naturam.

¶ Decoloro as. pe. pro. colore priſtino priuo: aut colorẽ vitio. Ci. lib. ii. ad Heren. Mortuũ deformatũ: tumore prędirũ. decoloratũ corpore conſtat eſſe. Et in Cãti. Nolite me cõſiderare q; fuſca ſim: decolorauit me ſol.

¶ Demereor de aliquo bene mereor: cõcilio: deuincio placo: beniuolũ facio: beneficiũ præſto: & exigit actm̃ Ouid. Dic mihi qđ feci: ſi q; te ſemper amaui: Criminè te potui demeruiſſe meo. Quinti. Simul vt pleniori obſequio demererer amantiſſimos mei. Lactã. de ira. Vota dona offerũt iuſtis ac bonis opibus demereri eũ laborãtes. Suet. de aug. Profectũ mox auũculũ in hiſpanias aduerſus Cn. Põpei liberos vix tũ firm⁹ a graui multitudine ꝑ infeſtas hoſtiũ vias pauciſſimis comitibus: naufragio etiã facto ſubſecut⁹ magnope demeruit. Eſt et demereri valde mereri. Lact. lib. iiii. Si vna hoſtia placabilis placabiliores vtiq; hoſtię plures: quia multiplicata demerentur potius: q̃ offendant.

* Demetrias Theſſaliæ oppidũ eſt: quod prius Pegaſa dicebatur. Cc.

¶ Demetrius nomen Seleuci filij. Fuit & alius Demetrius Phalereus Theophraſti diſcipul⁹: q ob eximias virtutes Athenienſibus pręfuit annis decem trecẽtiſq; ſexaginta ſtatuis æreis honoratus eſt. Hic: vt Plutarchus inquit: monebat Ptolemæum regem: vt de regno imperioq; libros ſibi compararet atq; perlegeret. Quę eñ amici non audent monere reges: hęc in libris ſcripta ſunt. Fuere et alij Demetrij vocati.

¶ Democedes pen.cor. fuit Crotoniata: medicus illuſtris: q cũ iter darij captiuos eẽt: et darius ꝓpe ob inuerſum pedẽ grauiter ægrotaret: ita vt iã. vii. dies inſõnis egiſſet: nec a medicis vllis iuuaret̃: duct⁹ in mediũ Democedes vinctus cõpedibus Dariũ penitus liberauit. Dehinc ſummo in honore apud Regem habitus eſt.

¶ Demiror pe.pro. valde miror. Teren. in Hecy. Sed demiror quid ſit: quamobrem tantopere hoc omnes nos celare volueris. Aliqñ demirari eſt neſcire quomõ vt Dona. inquit. Admiratio ignorantiã facit. Terent. Quid mihi dicent: et quã cauſam reperient demiror.

¶ Demitto deorſum mitto. Virgil. Cœlo demittit̃ alto. Inde demiſſitiæ tunicæ dictæ a Plauto longę et demiſſę ad talos: et nulla zona ſuccinctæ. Attem. Sane genus hoc mulieroſum eſt tunicis demiſſitijs. Itẽ demittere eſt humiliare: et quod vulgo dicitur ſebaſſare. Virg lib. iii. Georg. Demiſſæ aures incertus ibidẽ ſudor. Et ęnei. i. Vultum demiſſa ꝓfatur. Item defodere Virg lib. ii. Georg. Alteq; iubebis In ſolido puteũ demitti: omnemq; repones Ruſus humum.

¶ Demolior iris. a mole deductum eſt: et ſignificat diruo deijcio. Cice. lib. de offi. Demoliri ea: quorum altitudo officeret auſpicijs. Inuenit̃ et demolio. Lact. lib. iiii. Deliquerũt te filij iſrael: et altaria tua demolierunt.

¶ Demõſtro as. apte vł palã mõſtro. Plaut in Aſi. Et ędes demõſtraui nr̃as. Demonſtrationẽ dialectici diffiniũt eſſe: cũ certis ac neceſſarijs rõnibus aliqd ꝓbatur.

¶ Demoror pe.cor. mltũ moror ſeu detineo. Lact. li. iiii. Quũ moyſes dux eoꝝ aſcendiſſet in montem atq; ibidem. xl. diebus demoraretur. Col. lib. iiii. Prudẽtis magiſtri eſt eiuſdem nomẽ elationis aucupio quo potiri nequeat ſtudioſos non demorari.

¶ Demorior: in totum morior. Col. lib. v. Siue eñ caput demortuum eſt: duo induantur ſtatim vimina.

¶ Demo is. ex de & emo abiecta e. ſigni. detraho. Demos græce latine populus. Vnde componuntur multa nomina Δῆμος ἐπιδημία καὶ τὰ λοιπά .i. populus peregrinatio: et reliqua.

¶ Demoſthenes pe.cor. nomen oratoris clariſſimi: et gręcorũ oim oratorũ principis: et latine robur populi dicitur: Δῆμος eñ popnlus: σθένος τὸ σθένος robur. Hic natus patre: qui cultellarius cognominatus eſt: q; ſcilicet domi haberet officinã: et operarios cultellorũ. Relictus puer in hæreditate locupleti: tutorũ fraudes

et negligentia direptis bonis vix habuit vnde p̄ceptoribus mercedē ſolueret. Verū cū multo ſtudio & laborioſo peruigilio in clariſſimū oratorē euaſiſſet libertatis grecię defenſor: publice grauibus cōcionibus Philippum inſectatus eſt: vtpote publicę libertatis inſidiatorem. poſt cuius mortē patria pulſus tandem reuocatus eſt. Sed iā mortuo Alexandro & Antipatro rebus grecis p̄poſito cū apertā cędem videret relictis Athenis in Calabriā inſulā vbi aſylū erat Neptuno ſacrū cōceſſit: hauſtoq; veneno ſe necauit. Hic eloquentię ſtudio flagrans iugiter lucubrabat adeo vt a ſe duos vel tres mēſes cōtinuos domi incluſus ſine intermiſſione ſtuderet abraſa parte capitis vt exeundi facultatē ſibi p̄riperet. De hoc Hier. Demoſthenes plus olei q̄ vini expēdiſſe dicitur & omnes opifices nocturnos ſemper vigilijs p̄ueniſſe. Mortuus eſt ſicut Suidas ἐτελεύτησε φυγὼν ἐν καλαυρίᾳ ἐν τῷ τοῦ ποσειδῶνος ἱερῷ διὰ τὸν μακεδόνα ἀντίπατρον προσενεγκάμενος φάρμακον τὸ ἐν τῷ δακτυλίῳ ἔτη βιώσας δύω καὶ ἑξήκοντα. mortuus eſt fugiens in Calabriam in Neptuni æde propter Macedonē Antipatrū hauſto veneno quod in annulo erat annos viuens duos & ſexaginta.

¶ Democritus pe. cor. nomē philoſophi abderitę: qui diuiſa ſubſtantia duobus fratribus peregrinatus eſt in varias orbis terrarum partes quo ſcientiam perciperet. Poſtea in patriā reuerſus cū ſumma inopia in hortulis iuxta ſuę vrbis muros ſe ad ſolas rerū naturas cōtemplandas contraxit. Fertur q̄ quocunq; fortunę caſu & mutabiliū rerū audito in riſum ſoluebat̄: ſicut Heraclitus in fletū. Vnde Gelaſinus nominatus eſt. Tādē teſte Cice. lib. v. Tuſ. ſe occęcauit vt naturæ ſecreta ſubtilius rimaretur. Agebat centū & nouem annos cū mortuus eſt. Hic dixit omnia ex atomis fieri ac plures eſſe mūdos & corruptibiles. Fertur Theologiam ac Aſtrologiam didiciſſe a Magis & Chaldęis: cum gymnoſophiſtis quoq; cōgreſſus eſt. In philoſophia adeo profecit vt pentathlos ſiue quinquercio. i. quinq; certaminū dici poſſet. Nāq; naturalia/moralia/mathematica/liberales diſciplinas/artiū q; omniū peritiam callebat. Hunc Plynius virum ſagacem & vitę vtiliſſimū fuiſſe refert: ſed nimio iuuandi mortales ſtudio prolapſum. Cōſtat hūc diuitijs opulentū fuiſſe in tantū vt pater eius Xerſis exercitui epulum hoſpitaliter dederit.

¶ Demodocus nomen cytharœdi apud Home. Componitur ex δῆμος & δόκησις æſtimatio quaſi populi æſtimatio.

¶ Democratia principat' populi. Democraticus qui fouet principatū populi. παρὰ τὸ δῆμος καὶ κρατέω.

¶ Demophoon nomē Theſei ex Phædra filij qui etiā Athenarum rex fuit.

¶ Demarchus tri. pl. Demarchia ipſe tribunatus.

¶ Demulceo valde ſeu leniter mulceo ſicut fit catulis cum manus ſuper eos tractamus. Terē. in Heau. Non poſſum pati quin tibi caput demulceam.

¶ Demū ſignificat ad poſtremū. Teren. in Adel. Ego nouus maritus anno demū quinto & ſexageſimo fiā. Ponit̄ etiā p dūtaxat: vel oīno p̄ſertim quādo iungitur cū ea ea id: vel ita. Ci. in Sal. Ea demū magna voluptas æqualē ac parē verbis vitam agere. Ply. Ea demū ſola auiū non niſi volatu depaſcitur. Quin. Ita demū mihi ſatiſfacies ſi apud patrem fuiſti.

⁎ Demus pro demū veteres ſcripſerūt. Pacu. Quid demus magis cōmodū eſt q̄ ne tuū p duas iniuriam pati.

⁎ Demiū gemma eſt a pinguedine dicta græci eñ δημὸν pinguem dicūt. & hoc Homerus frequenter vtitur a quo δήμιον gēma appellata nec fuit in vſu antiquorū gēma vlla frequētior vt Menādri fabulæ teſtāt̄. Cc.

¶ Denarius. a. um. Idē qd̄ decēnarius. Vnde denariæ cerimonię dicebant̄ ſicut tricenariæ quibus ſacra aditu tis decē cōtinuis diebus vel triginta certis quibuſdā rebus carendū erat. Hinc vndenarius duodenarius & huiuſmodi. Denarius vero ſubſtātiuū eſt genus monetæ argenteæ q̄ denas libras æris valeret: vt inquit Varro. Dicit̄ & denariū neu. gñe. Plau. in Ru. Quis me ē mortalū miſerior q̄ viuat alter hodie quē ad recuperatores modo damnauit centum denaria philippea.

¶ Denarro per ordinem narro. Gel. libr. ij. Hæc nobis Fauorinus ſumma cū elegantia verborū totiuſq; ſermonis comitate atq; gratia denarrauit.

¶ Denaſo. as. pen. prod. naſum aufero. Plau. in. Cap. Nāq; ædepol ſi habites propius os denaſabit tibi mordicus: id eſt deſtruet.

¶ Denato. as. penul. cor. frequentatiuū eſt verbi deno as. quod eſt deorſum nato. Aug. per tranſlationem dixit. Quanto humilius ſedebat: tāto amplius capiebat. Confluit. n. aqua ad humilitatem conuallium denatat de tumoribus collis.

⁎ Dendrachates gemma quę velut arbuſcula inſignis δένδρον enim arborem dicunt. Cc.

⁎ Dendris gemma quæ ſub arbore defoſſa nō permittit ſecurem hebetari. Cc.

⁎ Dendrociſſos hedera eſt quæ ſine adminiculo ſtat: ſic ea propter dicta ἀπὸ τοῦ δένδρου καὶ κισσοῦ . i. ex arbore & hedera. Cc.

⁎ Dendroides tithymali ſpēs & ramoſum interp̄tat̄.

¶ Denego. as. pe. cor. dare nego ſeu non do. Lac. li. ij. Si alimenta frugibus longa ſiccitas denegauit.

¶ Denigro. as. penult. cor. nigrū facio. Ply. Capillum denigrat ſuffitu.

¶ Deniq; a denus ſiue vt quidā volūt a denuo ſignificat ad extremū. Teren. in Heau. Fodere & arare aut aliquid facere deniq;.

¶ Denobilito. as. vitupero/dedecoro. Terē. in Eunu. Tu iam pendebis qui ſtultum iſtum adoleſcentulū denobilitas flagitijs.

¶ Denoto. as. penultima corre. culpo/increpo. Cypri. Nam cum denotarentur diſcipuli eius q̄ ederent: nec prius manus lauiſſent.

¶ Dens ab edendo quaſi edens: ſed potius græcū eſſe quis neſcit? ἔλλημες γὰρ ὀδοὺς ὀδόντος ἐξ ἔδω λέγουσι. græci eñ ὀδοὺς . i. dens dētis ex ἔδω edo dicūt. Sed & omne quo aliquid teneri vel execari poteſt ſolet dens appellari. Virg. lib. vi. Tum dente tenaci anchora fundabat naues. Hinc bidens/tridens: & huiuſmodi. Dentes diuerſa ſortiūtur nomina. Qui. n. primū apparent apertis labijs primores vocantur: lati & acuti q̄b' fit morſus. Ipſi. n. vt Ply. libr. vij. nec cibo tantū & alimentis neceſſarij quippe vocis ſermoniſq; regimē primores tenēt concentu quodā excipientes ictū linguæ. Qui vero ſequūtur quaſi rotūda ſpecie acuti in modū ſerræ ſerrati dicūtur. ab antiquis canini appellantur in quocūq; animali. Plyn. lib. vi. Lupi dextræ caninus in magnis habetur opibus. Sequūtur maxillares qui duplices ſunt cibūq; conficiūt ob id molares dicti. Iuue. Interq; molares difficili creſcēte cibo Genuini nouiſſimi naſcūtur homini vt ait Ply. Dentiū etiā q̄dā dicunt̄ ſerrati a ſimilitudine ſerrę qui pectinatim coeunt ne cōtrario occurſu atterātur quales habent piſces & canes. Quidā continui vt homini & equo. Quidā exerti: hoc eſt extra os producti vt apro & elephanto.

¶ Dentio. is. dentes emitto. Plau. in mili. Venter creat omnes has ęrumnas: auribus peraudienda ſunt ne dētes dentiant. Hinc dentitio dentium emiſſio. Plyn. lib. xxviij. infantib' nihil butyro vtilius per ſe & cū melle

priuatim & in dentitione & ad gingiuas: & ad oris vlcera. Dens lupi adalligatus infantibus prohibet pauores dentientiq; morbos.

¶ Dentatus qui magnos habet dentes qui & dētoſus dicitur. Plynius tamen dentatum dictum fuiſſe. Mar. Curium lib. vij. ſcribit quoniā cū dētibus natus fuerit. Hinc edendatus qui eſt ſine dētibus. Macro. Edentatę bęluæ morſus. Similiter edentulus.

¶ Dentale lignum quo vomer arandi cauſa inducitur ſed pro vomere poni ſolet. Col. lib. vij. Et dentalibus terrā ſubigere quo minoris bubus id adminiſtrari poſſit. Dicitur etiam dens vt Var. inquit q eo quaſi dente moleretur terra.

¶ Denticulus paru⁹ dens. Denticulo dētes imprimo. Denticulatū qđ eſt ad ſimilitudinē denticuli factum.

¶ Dentatim & denticulatim aduerbia ſignificant ad ſimilitudinem dentium.

¶ Dentifriciū medicamētum quo dentes fricantur vt fiant candidi. Ply. docet ex pumicibus fieri dentifricia Apul. in magia. Primo igiť legere iudicens meis epiſtolium de dentifricio verſibus ſcriptum.

¶ Dentiſcalpium inſtrumentū quo ſcalpūtur dentes.

¶ Dentifragimbulū. Plaut. in Bac. Næ tu hercle haud lōgum es ab infortunio ita dentifragimbula hæc meis manibus geſtiunt.

¶ Denſum coarctatio nimia coniunctarum partium. Rarum contra in quo interuallis frequentibus laxior partium videtur eſſe coniunctio. Hinc denſitas & denſitudo. Compoſitum condenſus.

¶ Denſo. as. cogo ſpiſſo. Luc. lib. iiij. Denſaturq; globus quartū pede prima relato. Hinc cōdenſo. Col. lib. viij. Torrido ſale cōtingiť: rurſuſq; ponderibus cōdēſatur. Eſt & denſeo. es. a quo deneſco. is. denſus fio.

⁎ Denſifico a denſum & facio.

¶ Denudo. as. penul. prod ſpolio nudum reddo.

¶ Denuntia. as. Vide in dictione Indico.

¶ Denuo aduerbium ſignificat rurſus quaſi de nouo.

⁎ Deoro pro peroro nonnulli vſurparunt. Et deoratū pro perorato ſcripſerunt vt Pomponius teſtatur.

⁎ Deorſum cuius contrarium eſt ſurſum notam habet ſignificationem. capiunť tamē ambo pro vltro citroq; Terē. in Eunu. Sex ego te totos parmeno hos menſes quietū reddā ne ſurſum deorſū ve curſites. Tractū ab Athenis cui⁹ portus in imo vrbs vero in editiore loco ſita eſt. Cc.

¶ Depalmare eſt palma percutere. Gel. Quēcūq; depalmauerat numerari ſtatim ſeruos. xij. tabulas viginti et quinq; aſſes iubebat.

¶ Deparcus. Vide in dictione Parcus.

¶ Depango. is. plāto ſeu defigo. Col. li. iiij. Deinceps paſtinatur malleolus vitibus inſerendus: cumq; ſat erit medio ſpatio quod vacat inter vites per vnam lineam depangere. Inde depactus.

¶ Depecto. is. xui. vel xi. xum. diligenter pecto Oui. lib. iij. Faſ. Interea liber depexos crinibus indos Victi et eoo diues ab orbe redit. Ply. lib. xix. Ars depectēdi digerēdiq; iuſtū eſt e quinquagenis faſſiū libris quinas denas carminare. Per tranſlationē & in malā partem. Terē. in Eu. Egone ſi viuo adeo exornatū dabo: adeo depexum: vt dum viuet meminerit ſemper mei. i. ornatum cultum dictum a contrario ſenſu. Q ſi depeſſum legamus a patior ſiue a pando ſignificet laceratum. A depecto fit depexo. as.

⁎ De pecuniis repetundis. Vide Repetundarum.

⁎ Depectus ſignificat pactus: & in bonam & in malam partem capitur. Cc.

⁎ Depelli portenta dicunť cū mala q ex iis fiāt p ſcibus ſupplicijs religione & deorū cerimonijs fugantur. Cc.

¶ Dependo. is. fere pro ſimplici pēdo eſt: qđ varie ſumitur: vt pecuniam vel tributum pendere eſt dare vel ſoluere ſeu pati pœnam. Sed de hoc in pendo.

¶ Dependeo. es deorſum pendeo. Col. lib. iiij. Sed ſi per vnūquēq; pāpinū maior numer⁹ vuarū depēdeat. Aliquando Dependere eſt ſuſtentari. Ci. Omnia illorū ſalus a noſtra ſalute dependebat.

¶ Depereo. is. ex de & pereo accipiť pro morior. Col. lib. iiij. Nos tñ plus quattuor milibus cōſerimus: quia negligentia cultorū magna pars deperit. Quādoq; deperire eſt impatienter amare. Plau. in caſi. Hic ipſus caſinam deperit. Hier. lib. ij. Re. Factum eſt vt Thamar adamaret Ammon & deperiret in eam valde.

⁎ Depeſta poculi genus quo vetuſtiſſimi vtebanť. Cc.

⁎ Depeſſus ſiue a patior ſiue a pando fiat laceratus dicitur. Terē. Egone ſi viuo/adeo exornatū dabo adeo depeſſum: vt vſq; dum viuat meminerit mei.

¶ Depiles. pe. cor. qui ſunt ſine pilis. Var. li. i. de vi. pa. Q ludis præſulis pueri eſſent glabri ac depiles propter ætatem.

¶ Depilo. as. pe. cor. pilos detraho. Mar. Cum depilatos chreſte coleos portes. Et depilo rarefacio. Luci⁹. Depilati omnes ſumus.

¶ Deplanto. as. Vide in dictione planto.

¶ Deplano. as. pe. pro. in planū deduco. Lact. lib. iiij. Ego ante te ibo & montes deplanabo.

¶ Depleo. es. Col. Conchæ quibus depletur oleum.

¶ Deploro. as. pe. pro. propter actū plorationis qui in re miſerabili exigitur ſi lachrymę manant: tunc pprie. Si nō manāt: ſignificat quaſi plorādo lamentor. Ci. in Cato. Non libet deplorare mihi vitā qđ multi & hi docti fecerunt. Et lib. ij. offi. Admonebat me res vt hanc quoq; intermiſſionē eloquentiæ deplorarē niſi vererer ne de meipſo aliqua viderer queri. Aliquādo Deplorare eſt plorandi finem facere. Vnde deplorata cadauera dicebantur quibus vltimus luctus perſolutus erat. Et remp. deploratā dicimus iam euerſam. Ab hoc tractū eſt. Conclamatū eſt qñ affines heiulantes cōclamabāt. Dicituŕq; in omni re iā deplorata: q post lachrymas affiniū mortuū plane cadauer erat. Inde & indeploratū dicitur. Oui. in Ibin. Indeploratū proiicere caput.

¶ Depontanus. pe. pro. Vide infra in dictione Pons.

¶ Deponere. eſt deorſum ponere: vt depone ſarcinā. Ci. per tranſlationē dixit pro dimittere. Exiſtimaui honeſtiſſime moleſtias poſſe depōi ſi me ad philoſophiā retuliſſem. Per trāſlationē etiā ſignificat priuare. Plau. Vt me deponat vino eā affectat viā. Suet. Ne imperio turpiter depoſitus priuat⁹ viueret. Aliqñ Deponere eſt inquere & quaſi deſperare. Vnde depoſiti deſperati dicūtur. Virg. Ille vt depoſiti proferret fata parentis. Ci. in ver. act. i. Itaq; mihi videor iudices magnam & maxime ægrā & prope depoſitā reip. partē ſuſcepiſſe. Aliqñ eſt apud aliquem quicq̄ ponere ſeruādū ceu pro pignore. Habet. n. hoc loco de vim augēdi: vt oſtēdatur totū fidei eius cōmiſſum qđ ad cuſtodiam rei pertinet. Virg. Ego hanc vitulā ne forte recuſes: depono. Ad ſeruandum vero vt gladium: pecuniā. Ci. li. iij. offi. Si gladiū quis apud ſe ſana mēte depoſuerit repetat inſaniēs reddere peccatum ſit: officium non reddere.

¶ Deponens verbū. Ideo dicitur quia deponit aliquid de quantitate cōmunis verbi. ſ. futurum participiū in dus a ſignificatione paſſiua. Nā cū participia quattuor habeat verbum cōmune: vt criminans/criminaturus/criminatus & criminandus. Hoc nō habet deponēs. ſ. futurum a paſſiua ſignificatione vt minor minans minaturus & minatus non minandus.

¶ Depoſitum quod deponitur hoc ē de qđ alicui ſub fide traditur: vel qđ pignoris loco dimittitur. vel quod ſequeſtro a pluribus in ſolidū certa cōditione cuſtodiē dū reddendūq; cū fuerit de iure diſcuſſum traditur. Et ſic eſt nomē Ci. Quid ſi quis apud te pecuniā depoſuerit: bellō patriæ inferat: reddes ne depoſitom? Non reddere depoſitum maxima iniuſtitia eſt.

¶ Depoſitorius: qui aliquid deponit. Depoſitarius qui depoſitum accipit.

¶ Depopulari: eſt deſtruere: ſiue deprędari. Apud antiquos etiam Depopulo dicebatur.

¶ Depoſcere: eſt multum deſiderare: ſiue ratione quadam exigere. Col. lib. ij. Canabis ſolum pingue ſtercoratūq; & riguū vel planum atq; humidum & alte ſubactum depoſcit.

¶ Deportare ē de aliquo loco aliqđ portare. Col. li. v. Nec procul a mari vel nauigabili flumine quo deportari fructus & per quod merces vehi poſſint. Vnde deportati dicūtur quibus aqua & igni interdictū eſt: vel quibus princeps prouinciā annotauit. Transfertur etiā ad ea quę delectationē: laudē & vituperationē habent quę noſtra opera ſumus aſſecuti: vt cū inde reuertimur quo profecti fueramus: aut cum vbi ſumus inde quicq̄ deportatur. Ci. Trebatio Mihi crede nihil ex iſta prouincia potes qđ iocūdius ſit deportare. Idem in Cato. Teq; non cognomē ſolū Athenis depotaſſe. Vituperationem: vt Deportauit Verres amicā. Pro deporto: vulgo Reporto dr̄: cū reporto retro porto ſeu reueho reducoue qđ portatū ſiue delatū & deductū fuerat. Lact. li. iiij. Repente viribus roborati ipſi lectulos ſuos reportarēt quibus fuerant paulo ante delati. Hiero. ad Dama. Et inuentam ſuper humeros reportat ad caulam. Ci. p ſe. Itaq; pub. Lentuli beneficio excellenti atq; diuino nō ſolum reducti ſumus ſed equis inſignibus & curru aurato deportati. Transfertur etiam ad verba: cum quis pro verbis verba reportat. Virg. Iſq; adytis hæc triſtia dicta reportat.

¶ Deprauo. as. penul. prod. prauū facio vitio: vt cum quid eſt ſcriptorum: aut maledicorum vitio corruptū. Ter. in Phor. Nihil eſt tam bene dictum quin narrādo poſſit deprauarier.

¶ Depręhendo. is. ſignificat caute vel incautū quēpiā capio: vt depręhēſus in adulterio in ſcelere: in ſermone Dep̄henſus ab hoſtibus: a tēpeſtate. Virg. Dephrenſis olim ſtatio tutiſſima nautis. Hora. in Ser. Dephrēſi nō bella ē fama treboni. Vnde & Depręhēſa genus animaduerſionis militaris qui certo in errore dep̄hēſi fuiſſent: caſtigatione maior: ignominia minor. Interdū dep̄hēdere eſt animaduertere cognoſcere. Lact. lib. j. de Ioue loquēs. Nonne a ſua prima pueritia impius & pene parricida deprenditur? Amb. lib. j. of. Qui ea quęcūq; vana ſunt deprędit: ea quę ſancta ſunt: neſcit.

¶ Deprecor. pen. cor. quādoq; ponit̄ pro ſimplici. Vñ Hie. Noluit inquit veniā dep̄cari. Quādoq; Deprecari eſt impetrare. Idē apud Exodū. Aſcendā ad dominū ſi quo modo quiuero eū deprecari pro ſcelere veſtro. Quādoq; vehementiam ſupplicationis denotat vt ſit Deprecari vehemēter ſiue ſuppliciter precari. Suet. in Cæſa. Satis cōſtat Syllam cū dep̄cātibus amicis & ornatiſſimis viris aliquādiu denegaſſet: atq; illi pertinaciter cōtenderēt expugnatum tandē proclamaſſe. Ci. in. Læl. At. C. Bloſius Cumanus hoſpes familiæ noſtræ Scæuola. cū ad me qui aderā cū Lenate & Rutilio cōſulibus in conſilio deprecatū veniſſet. Et lib. j. ad Heren. Deprecamur cū & peccaſſe & conſulto feciſſe reus cōfitetur & tamē poſtulat vt ſui miſereatur. Hiero. lib. iij. Reg. ablatiuo iunxit. Petitionē vnā paruulam ego deprecor a te ne cōfundas faciem meā. Habet quandoq; contrariā ſuo ſimplici ſignificationē & preciā negationē ſeu detractionē importat: ſicut in Dedecet deſpero et huiuſmodi. Et ſic deprecari ſignificat recuſare. Aſinius Ciceroni. Nec periculū eſt vllū quod pro libertate aut refugiā aut deprecer. Virg. Equidē merui nec dep̄cor inquit Ouid. lib. j. de pō. Sępe precor mortē: mortē quoq; dep̄cor idē. Ne mea ſarmaticū contegat oſſa ſolum: hoc eſt non precor nollem recuſo & qđ vernacula lingua dici ſolet. Nō te prego de quello ma io te ne deſprego. Liui. de bel. mace. vtrāq; ſignificationē complexus eſt. Ego ſi quid ſcelerate in fratrē admiſi: nullam deprecor pœnā: ſi innocens ſum ne inuidia conflagrē cum crimine nō poſſum dep̄cor. Hoc poſtremū pro abominor deteſtor ſiue recuſo ſumit̄: primū pro vehemēter precor. Quādoq; Deprecari eſt depellere abigere ꝓpulſare ſiue redarguere prece adhibita vel quouis alio modo. Inde dicimus. Ignominiā & inuidiā & pœnā deprecatus eſt. Sue. in Aug Cū lectorius adoleſcens patricij generis in dep̄cāda grauiore adulterij pœna allegaret ſe eſſe poſſeſſorē. Ci. lib. iiij. ad Herē. Audes verbū facere? audes quicq̄ petere? Audes ſupplicium deprecari? Non ſignificat recuſare neq; ꝑcari ne de ſe ſupplicium ſumatur: ſed depellere: ſiue redarguere. Qnintil. lib. iij. ſcribit dep̄cationē depulſionem eſſe. Item Ci. in Catil. lib. j. Nūc vt a me. P. C. quandā prope iuſtā querimoniā deteſter atq; dep̄cer. percipite queſo diligenter quæ dicam. Idem pro Balbo. Quiddā de cōmuni actione omnū noſtrū deprecandę maliuolētię cauſa breuiter cōmemorandū videtur. Qua de re ſi Gellius ſcripſit dep̄cari ſignificare execrari deteſtari depellere vel abominari nō fuit culpādus a Lau. Valla. cum depello hiſce Ciceronis exēplis probe cōueniat: & dep̄cor maxime congruat: ꝓpter prępoſitionē de. quæ ambobus prępoſita eſt. Execror vero deteſtor abominor cū pene idem ſignificent qđ recuſo etiam ipſi verbo deprecor conuenit in ea ſignificatione qua ſupra. Mortem quoq; deprecor idem diximus accipiēdum vt & illud. Ci. lib. vi de rep. Etiam in Claudij inuidiā Gracci charitas deprecabat̄. i. propulſabat & defendebat. Sal. in Iug. Sed quoniam eo natus ſum vt Iugurthæ ſcelerū oſtētui eſſem nō iam mortem & ærumnas tantūmodo imperiū inimici & cruciatus corporis deprecor. Eſt aūt deprecor quandoq; verbū cōmune vt apud Aug. qui ad Hieronymū ſcribens ait. Vnde agnoſco dominū a me potius deprecandum vt tuæ voluntati det facultatem mittendi quod reſcripſeris.

✠ Deprędor populor a prędor a quo deprędator & deprędatrix verbalia.

¶ Deprimo. is. penultim. cor. deiicio/humilio/defigo. Varro. Ab eo depreſſus a quo erigi extolliq; ſperabā. Lact. lib. iij. Ita dū hominē quęrit extollere rem ipſam depreſſit. i. in imo fixit humiliauit. Idem lib. vi. Altera quę ad inferos deprimat. i. deorſum premat vel mittat Ci. lib. iij. ad herē. Œ maxime ſedata & depreſſa voce principia dicemus. i. demiſſa.

¶ Depromo. is. pe. prod. Vide in dictione Promo.

¶ Depſo. is. ſignificat ſubigendo manibus aliqd molle & tenerum reddo. Quo verbo vtitur Cato lib. de re ruſ. Cuius compoſitum eſt Condepſo: & deriuatiuum Depſiticus. a. um.

¶ Depudico. as. pe. pro. ſignificat violo ſtupro & pudicitiam aufero.

¶ Depuber. penult. p. dicitur qui ad pubertatis annos non potuit peruenire. Hinc depuberem porcum dicimus quem lactentem occidimus.

¶ Depudet. pe. cor. pudorem abiicit. Oui. Depuduit

profuguſq́ ſua ſigna reliquit. Aug. lib. viij. con. Depuduit vanitatem: & erubuit veritati. Hiero. ad Euſto. vſus eſt. Depudeſco. Nō depudeſco inq̄t infelicitatis meæ: quin potius plango non eſſe quod fuerim.

¶ Depugnare: probe pugnare. Lact. li. v. Retinuit id qđ erat ei contrariū cum quo depugnare poſſet.

¶ Depurgo. as. probe vel deorſum purgo. Cato de re ruſ. Terram cum ſtercore bene permiſceto depurgato ab herba graminibuſq́.

⁎ Depuro ex de & puro. extraho/exſicco: vnde depuratum dicimus ſiccatum & mundatum.

¶ Deputo. as. pe. cor. ꝓprie deorſum puto. Col. lib. iij. In agro macro & ſicco vineā imbecillā in brumā amputato: quā partē nō deputaueris circa kalendas Feb. repetito & deputato. Ambr. in Ser. de quadrageſima. Modo ferrū geſtās agricola ſarmēta deputat vinearū. Item Deputare eſt exiſtimare cenſere iudicare: qđ vulgo dicitur Reputare non vt multi putāt delegare. Ter. in hecy. Aedepol nę meam eſſe herus operam deputat parui pretij qui ob rē nullā me miſit fruſtra vbi totum deſedi diem. Plau. in am. Inde cras e promptaria cella depromar ad flagrū/ nec cauſam liceat dicere mihi neq́ in hero quicq̄ auxilij fiet/ nec quiſq̄ ſit quin me oēs eſſe dignū deputent. Item Aſſignare attribuere. Hier. ſuper Matthæum. Phariſæi opera dei principi dæmoniorum deputabant.

¶ Depuuio. is. Vide in dictione Pauio.

⁎ Depuuio ex de & pauio: hoc eſt cędo. Lucil. Palmiſq́ miſellam depuuit me. id eſt verberauit. Cc.

¶ Derbices: ſeu Derbię & Derbij ſunt populi Hyrcaniæ propinqui. De quib⁹ Hiero. Maſſagetæ & Derbices miſerrimos putant qui ægrotatione moriantur: & parentes cognatos propinquos cum ad ſenectam venerint iugulatos deuorant: rectius eſſe dicentes vt a ſe potius q̄ a vermibus comedantur.

¶ Derbenſes populi ex quorum numero fuit Timotheus apoſtoli diſcipulus.

⁎ Derce fons eſt frigidiſſimus ęſtate inter Bilbilim & Segobrigam iu ripa fere Salonis amnis. Cc.

¶ Derelinquere: ſignificat prorſus ſeu in totum relinquere deſerere.

¶ Derepente: tota vna dictio quia vt docet Do. aduerbija prępoſitionem ſeparatim non addimus. Si. n. ſeperaueris non eſt latinū derepente. Ter. in hecy. Ita corripuit derepente tacitus ſeſe obuiam.

¶ Derideo. es. pe. pd. ſignificat cū alterius contemptu rideo. ⁎ A quo deriſor & deriſio & deriſus quartæ declinationis: & deridiculus. i. deriſione dignus.

¶ Deripio. is. pe. co. tā in bonū q̄ in malū ſumi poteſt. In bonū. Virg. lib. ij. ge. Collaq́ prelorum fumoſis deripe tectis. i. confeſtim defer. In malum. Lact. libro. v. Quomodo ſe rapinis & fraudibus abſtinebūt qui Mercurij furta nouerunt/ docentis non fraudis eſſe deripere ſed aſtutię. i. ſurripere. Diripere vero in malū eſt cum ſignificet diuerſa diuerſe rapere. vt fit in vrbium expugnatione. Gellius. Nam cū oppidū Toloſanū in terra Italia. Q. Cepio conſul diripuiſſet: multūq́ auri in eius oppidi templis fuiſſet quiſq́ ex ea direptione aurū attigit miſero cruciabiliq́ exitu perijt.

¶ Deriuo. as. pe. pro. a Riuus deſcendit: cum aqua deflectitur aliquo. Vnde & deduco riui more ſiue deflecto ſignificat. Per trāſlationē plęriq́ vſi ſunt. Ter. in phor. Quid vis niſi vt maneat fanū atq́ ex crimine hoc Antiphonē eripiā: atq́ omnē in me deriuē iram ſenis/. i. deflectam. Do. Deriuatio dicit̄ inflexio criminis ab eo ad quē pertineat ad eū ad quē nō ptinet. Ci. in ver. acti. iij. Quid eſt quāobrem putes te tuā culpā non modo deriuare in aliquē: ſed cōmunicare cū aliquo poſſe. Amb. plęriq́ varias ſignificationes de vineæ appellatiōe deriuant. Col. lib. j. Proprie dixit. Crebroſq́ ſulcos aquarios quos nōnulli elices vocant. faciamus & omnē humorem in cloacas: atq́ inde extra ſegetes deriuemus. Ci. pro Milone poſuit pro deuitare. Fecerunt id ſerui Milonis dicam. n. non deriuandi criminis cauſa: ſed vt factum eſt neq́ imperāte neq́ præſente domino quod ſuos quiſq́ facere ſeruos voluiſſet. Hinc fit Deriuatiuus. a. um. quod ab alio deducitur.

¶ Derogo. as. pe. cor. detraho: qđ patet ex eius cōtrario Arrogo. Hiero. in prolo. Eſdræ. Interrogēt Hebręos & ipſis auctoribus tranſlationi meæ vel arrogēt vel derogent. Feſtus. Derogare cum quid ex lege veteri quo minus fiat ſancitur lege noua. Ci. lib. ij. ad Heren. Cum duę leges inter ſe diſcrepant vidēdum eſt primū num abrogatio aut derogatio ſit. Quid eſt ergo derogatio niſi detractio aliqua legis. Abrogatio ipſi⁹ legis ablatio/ Illa partis legis: hęc totius ſublatio eſt. Derogo igitur detraho quod ſimiliter fit cum dignitati honoriq́ alterius detrahitur.

¶ Derſæi cum æ. diph. populi ſunt græcorum in littoribus Thraciæ ſicuti Horodotus oſtendit.

⁎ Des olim pro bes dicebant dempto triente. Eſt enim bes octo vnciarum pondus.

¶ Deſæuio. is. valde ſæuio. qđ Hier. ad dicta tranſtulit cum in lib. Reg inquit. Latrantes canes qui aduerſus me rabido ore deſæuiunt.

¶ Deſcendo. is. ex de & ſcando. ꝓprie ſignificat de loco excelſo ad imū deuenio: cuius contrariū eſt Aſcendo. Liui. lib. j. Tenuere tamen arcem Sabini: atq́ inde poſtero die cum Romanus exercitus inſtructus q̄ palatinū capitolinūq́ collem campani compleſſent non prius deſcenderūt in æquū q̄ ira & cupiditate recuperādę arcis ſtimulāte animos Romani aduerſum ſabiere. Per tranſlationē vero dicimus: Deſcendo in prelium: deſcendo in campū: deſcendo in forum: & huiuſmodi alia quia de quiete ad laborē: de loco tuto ad periculū: de vita ad mortē eſt iſte deſcēſus ſiue ad animā ſiue ad corpus: ſiue ad vtrūq́ ſpectet. Perſius Deſcendere ꝓ humiliare poſuit. Vt nemo in ſe tentat deſcēdere nemo Sed pręcedenti ſpectatur mantica tergo.

¶ Deſciſco. is. Vide in dictione Aſciſco.

¶ Deſcobinatus: ſauci⁹ abraſus ſectus. Var. in Meleã. Sin autem delectationis cauſa venamini: quāto ſatius eſt ſaluis cruribus in circo expectare q̄ his deſcobinatis in ſylua currere.

¶ Deſcribere. proprie ſignificat de exemplari ſcribere in qua ſignificatione etiam ſunt Excribere & Tranſcribere. Ci. Cornifi. Sed proxime ſcripſi de optimo genere dicendi in quo ſæpe ſuſpicatus ſum te a iudicio noſtro ſic vt doctum hominē a non indocto paulum diſſidere. Huic tu libro maxime velim ex animo ſi minus grauate ſuffragere dicam tuis vt eum ſi velint deſcribent: ad teq́ mittant. Per tranſlationem vero ponitur pro diſponere ſeu deſignare. Idem in Læl. Mei ſunt ordines: mea eſt deſcriptio. Item pro pingere. Plau. in aſi. Non potuit pictor rectius deſcribere eius formā. Item pro denuntiare. Lact. lib. v. Quod prophetę multo ante deſcripſerant. Licet & pro accurate ſcripſerant intelligi poſſit. Nam hoc verbū etiā ſcriptoribus: id eſt cōdentibus aliquid conuenire poteſt cum eius deſcriptio pro diſpoſitiōe & accurata ſcriptione operis ponit̄: vt Ter. in Phor. Ego deſcripſi porro illis q̄b⁹ debui. Vir. Immo hęc in viridi nup q̄ cortice fagi Carmina deſcripſi & modulās alterna notaui experiar. Lac. li. v. Quid eſt. n. cur illā vel in carminib⁹ vel in oī ſermone deſcri-

bant conquerētes eius abſentiam cum ſit facillimū bonos eſſe ſi velint. Et hoc ex vi prępoſitionis de. quę diligentiam ſcriptoris prę ſe fert. Deexcribo Gel. Haud quicq̄ dubitauimus quin es Plauti foret. & omniū maxime germina ex qua duos hos verſus excripſimus. De tranſcribo. Hiero. in prę fa. pſal. Vnde conſueta prefatione commoneo tam vos: quib⁹ forte labor iſte deſudat: q̄ eos qui exēplaria iſta habere voluerint: vt quę diligenter emēdaui cū cura & diligētia tranſcribantur. Scribera proprium eorū eſt qui aliquid condunt.

¶ Deſeco. as. pe. cor. ferro incido. Col. lib. iij Et ſi fieri poteſt iuxta aliquē nodū ferrula deſecato. Idē lib. xij. Bonus operarius prati iugerum deſecat.

¶ Deſero. is. pe. cor. rui. rtū. derelinquo deficio. Hinc milites patrię deſertores dicunt qui patriā deſerūt quā defendere deberēt. Virg. Deſertorē Aſię. Sue. in Cęſa. Deſertorū ac ſeditioſorū inquiſitor ac punitor acerrimus: cōtinebat in cæteris. Hinc Deſertū locū appellamus inhabitatū quaſi ab hominib⁹ derelictū: quē gręci Eremum nominant. Quomodo autē differat deſertor ab Emanſore. Vide in dictione Emanſor.

¶ Deſertum & participiū & nomen eſſe poteſt. Participiū idē eſt qđ derelictū: & quādoq; aſperū atq; incultū. Virgi. Rupe ſub aduerſa deſerti ad ſtrimonis vndam. Nomen ſumitur pro loco inhabitabili vt in hymno: Antra deſerti teneris ſub annis ciuiū turmas: fugiens petiſti. ſed eremus producit penul. qđ ignaris græcarū literarum res noua videbitur quoniā eſt ἔρημος ἐρήμου καὶ ἐρημόω τὸ ἀπολείπω: καὶ μόνος ὁ κέω ἐστὶ καὶ λῶσφος καὶ ἐρημία λέγεται παρὰ τὴν ἔρα ✻ Eremus. mi. et ἐρημόω. i. relinquo & ſolus habito eſt & requies & ſolitudo dicitur ab amando.

¶ Deſerto. as. frequentatiuū eſt. Actius. Cum me ſolum vterq; parens deſertaſſent.

¶ Deſeruire: eſt obtēperare ſeu diligenter humiliter vaſeruire. Ci. Tyroni. indulge valitudini tuę: cui quidem tu adhuc dum mihi deſeruis ſeruiuiſti &c. fac bellua reuertare. Poteſt etiam ſignificare: male ſeruire qđ vernacula lingua dicitur Deſeruir ou meſſerar.

¶ Deſedeo. es. & deſidio. is. pe. corr. ſicut in aſſideo dictum eſt. Primū cū quiete ſedeo qđ eſt cōtinue ſedeo: ſeu ſedendo tempus cōſumo. Sue. in Cæſa. A quo ad accerſendam claſſem in Bithyniā miſſus deſedit apud Nicomedē. i. manſit cōmoratus eſt. Secundū cū motu procedo vt quieſcam: ſiue morer. Ter. in Ecy. Vbi totum deſedi diē michoniū hoſpitē dū expecto. Feſtus. Picena regio in qua eſt Eſculum dicta q; Sabini dum Eſculum proficiſcerētur vexillo eorū picus deſederat. Quod eſt a deſido. pe. lō. i. deſcenderat: vt moraretur.

¶ Deſes. idis. a deſedeo: qui nihil agit & ocioſus ſedet: vel q ſtat ſępius ad ſedēdū ſuper his quę tranſigēda ꝓpere forent. Liui. lib. j. Deſidē Romanū regem inter ſacella & aras acturū eſſe regnū rati. Et libr. iij. Sedemus deſides domi mulierū ritu inter nos altercantes.

¶ Deſidioſus: qui deſidia plenus eſt. Oui. Queriť ægyſtus quare ſit factus adulter. In prōptu cauſa eſt: deſidioſus erat. Deſidia vero eſt vitiū ignauię. Sal. Non fuit conſiliū: ſecordia atq; deſidia bonū ociū conterere.

¶ Deſilio. is. pen. cor. deſilui deſultum. Vide in ſalio.

¶ Deſignare: deſcribere: quaſi per cæſa demonſtrare. Cæſa. libr. j. Cæſar hac oratione liſci Dimorigem Dunatici fratrem deſignari ſentiebat. Sed q; pluribus prę ſentibus eam rem iactari nolebat celeriter cōcilium dimittit. Aliquando ſignificat deputare decernere ſeu delivere. Sal. Catilina nihilominus in proximū annū cōſulatum petebat ſperās ſi deſignatus foret facile ſe ex voluntate Antonio vſurum. Col. lib. iij. Ipſum autem agrum quē ſeminario deſignaueris planū & ſucco ſum. Aliquādo ſignificat rem nouam facere in vtrāq; partem bonam & malā. Vnde & deſignatio cōtractio cōductioq; populi in vnū. Hoc enim ei cōtingit: qui aliquo flagitio populi in ſe oculos & ora cōuertit: & ſpectaculo eſt vulgo: quemadmodū deſignatores curatores funerum qui ludis funebribus præerant & multitudinē retinebant ob eam cauſam q; in his ludis fiant noua & ſpectanda. Sene. de benefi. An tu Aruntiū & Aceriū et cęteros qui captādorū teſtamentorū artē ꝓfeſſi ſunt non putas eadē habere quę deſignatores & libitinarios vota? Illi quorū merces optent neſciūt. Hi familiariſſimū quēq; ex quo propter amicitiā rei plurimū eſt mori cupiunt. Ter. Modo quid deſignauit?

¶ Deſioculus dicitur qui vno eſt captus oculo: qui & luſcus dicitur. Mar. Hinc deſioculus: & hinc lippus.

¶ Deſipio. is. penult. cor. deſipui deſipiui & deſipij. ex de & ſapio. ſignificat inſipienter ago ſiue de ſapientia decido: vel aliquid a cōmuni ſenſu ſapientiaq; minus habeo: & conſtruitur cū ablatiuo. Ci. M. Cęlio. In quo cum obiurgarer q; nimio gaudio pene deſiperē. Plau. in epi. geniruo iunxit. Deſipiebā mentis cū illa ſcripta mitterem. Aug. lib. j. ci. dei. docet minus eſſe deſipere q̄ inſanire. Porro inquit ſi quis hoc aggrediēdū & ſuadendum putat non dico deſipit: ſed inſanit. Lac. lib. ij. Deniq; poeta maxim⁹ homo in cæteris prudēs: in hoc ſolo non poetice: ſed aniliter deſipuit. i. more anili inſipienter egit. Huius contrariū eſt Reſipiſco. Nam reſipio in vſu raro eſt. Reſipiſco frequēter. Deſipio in vſu eſt. deſipiſco non. Et hęc omnia ad mentē proprie pertinent. Eſt enim reſipiſcere ad mentē redire. Lact. de ira dei. Idcirco non ad pręſens noxium quēq; punit vt habeat homo reſipiſcēdi ſui facultatē. Et li. vi. diui. inſti. Reſipiſcit enim ac mētem ſuā quaſi ab inſania recipit quē errati pudet: caſtigatq; ſe ipſum dementię & cōfirmat animū ſuū ad rectius viuendum.

Deſino. is. penult. cor. ex de & ſino: ſignificat omitto: finio/ceſſo: vt deſine plura loqui. Hinc deſinentia finis terminus. Sic dicimus. Deſine artē ludicrā. Ci. Mario. Libenter mehercle artem deſinerem. tecūq; & cū ſimilibus noſtri viuerem. Eſt enim deſinere artem renūciare arti atq; relinquere. Vnde ars deſita diciť relicta & omiſſa. Gel. lib. xv. Omniū tum Athenienſium conſenſu diſciplina tibijs canendi deſita eſt.

¶ Deſio. is. ceſſo. Virg. Me ne incoepto diſiſtere victā. Deſiſtere inqt Vlp. eſt a negocio abſtinere qđ ca lītiādi animo inſtituerat. Inde deſtitiſſe is videtur non qui diſtulit ſed qui liti renunciauit in totum.

¶ Deſolor. pe. pđ. deponēs a Solor cōpoſitū aſt & cōtrariā ſuo ſimplici habet ſignificātiā. Sed ꝑ trāſlationē in ſignificatione differt. Cū em̄ qs aliquē ſolatur quaſi de ſolo lapſum in ſolū ſiue ſoliditatē alleuat. Paſſiue tñ deſolatus accipiť apud Hiero. ad Tyra. Sola ſeparatione dormiētis æſtuans deſolatus ſolatio ꝑij pignoris iactor. Inueniť & Deſolo. as. pe. ꝓ. a ſolo qđ terrā ſolidā ſignificat. ꝓ deſtruo ſiue de ſoliditate deijcio. Col. li. j. Quia flagitioſum quos hoſtis profligendo deſolaſſet agros nouos nouo more emere Romanū ſupra vires ꝓrimonij. Vir. li. xi. Vidim⁹ igētes & deſolauim⁹ agros. A Se. Deſolo p. lō q̄ſi ſolū & deſertū facio. a ſol⁹. la. ū.

¶ Deſpero. as. pe. ꝓ. uō ſpero: extra omnē ſpem ſum. Hic em̄ de negat. Cic. in Læl. Cuius aures clauſæ ſunt veritati vt ab amico verū audire nequeat: huius ſalus deſperāda eſt. Dicimus aūt deſpero ſalutē & de ſalute. Ambr. Nemo veterū conſcius delictorū p̄mia diuina deſperet. Deſperatus in morbo diciť de quo nulla ſalutis ſpes habeť. Hier. in lib. Regū. Percuſſitq; dominus

paruulũ & deſperatus eſt. Item deſperatus dicitur qui nullã habet ſpem. Vnde vetus prouerbiũ. nõ eſſe cum deſperatis certãdũ. Deſperatio vt inquit Ci. lib. iiij. tuſ. eſt ægritudo ſine vlla rerũ expectatiõe meliorum. Sal. Ne forte deſperatione adducti vitæ mortẽ preferrent.

¶ Deſpeſco. is. cui. ſignificat pecus deduco: vt compeſco vna duco & paſco & in vno loco contineo.

¶ Deſpicio. is. penult. cor. deorſum aſpicio. Col. lib. j. Area ſi cõpetit ita conſtituẽda eſt: vt vel a domino: vel certe a pcuratore deſpici poſſit. Per tranſlationẽ ponit̃ pro cõtemno ſiue paruifacio. Nã cũ quis aliũ cõtemnit deſpicere videt̃ quaſi infra ſe aſpicere: quẽadmodum Suſpicio eius contrariũ: ſurſum aſpicio & per tranſlationẽ veneror: quaſi ſupra nos aſpiciamus illũ eſſe collocatũ. Ci. lib. ij. offi. Deſpiciũt autẽ eas & cõtemnũt in quibus nihil virtutis neruorum putant.

¶ Deſpectus. a. um. participium: quod eſt cõtemptũ. Deſpectus. us. nomen ipſe actus deſpiciendi.

¶ Deſpectio. idem quod deſpectus. Ci. in Hortẽ. Conſolabitur eam magnitudo animi & humanarũ opinionum alta quædam deſpectio.

¶ Deſpicientia: deſpectus ſiue deſpectio. & in ſe plus cõtinet q̃ cõtemptio vt apud eũdẽ lib. j. tuſ. Totã vim bene viuẽdi in animi robore ac magnitudine: & in omni rerũ humanarũ cõtẽptione ac deſpiciẽtia ponamus. Et illuſio plus eſt q̃ cõtẽptio deſpiciẽtiaq; vt in Cato. idẽ. Ci. Contamini ſe putant: deſpici: illudi.

⁎ Deſpicus a deſpiciendo intentus vigil. cuius exẽpla apud Apuleium frequentiſſima ſunt.

¶ Deſpecto. deſpectas. ſępe deorſum aſpicio. Claud. lib. iij. Deſpectãt vertice lucũ. Virgi. Nũc terras ordine lõgo. Aut capere aut captas iam deſpectare videntur.

¶ Deſpicor. pe. cor. deſpicio. Ter. in Eu. Quę nos noſtrãq; adoleſcẽtiã habẽt deſpicatã. Do. Deſpicatã cõtẽptã atq; deſpectã a deſpicor. Hiero. Ieſſe filius Dauid nõ primus: aut ſecũdus: aut tertius: ſed oim vltim9 vngitur a propheta: & deſpicabilior cũctis eligit̃ in regẽ.

¶ Deſpoliare eſt exuere. Hier. ad Euſto. Nõ neceſſe eſt vt dicas deſpoliaui me tunica quo mõ induam illam.

¶ Deſpondeo. es. ex de & ſpõdeo Spondeo autẽ a ſpõte fit qđ veteres pro dico vſurpabãt: quia qui ſpondet ſponte. i. volũtate dicit. Vnde reſpõdeo factũ eſt: qđ eſt poſteriore loco dico. Poſtea vero ſpondere vſurpari cœptũ eſt: p ſpõte pmittere. Vñ q puellã ſpondet: ſpõſor. Quę ſpondet̃ puella: ſponſa. Cui ſpondet̃: ſpõſus Qua rogatur pecunia dotis a ſponſo: Sponſio: hoc ẽ promiſſio appellat̃. Et dies qua puella pmitit̃: Sponſalis. Et ſponſalia mẽtio & pmiſſio futurarũ nuptiarũ. Eſt aũt deſpondere pmittere: qđ ad nuptias pprie ptinet. & ad eũ p̃cipue cuius intereſt locare mulierẽ viro: ſiue virũ mulieri. Ter. Nã aliã pater ei deſponderat gnatam chremetis. Deſpondere animũ ille dicit̃ q ſuę ſpõtis ſtatuit finẽ: & quaſi ex deſperatione mori decreuit. Var. lib. iij. de re ruſ. Ne reliqui ſi videant deſpondeant animũ: atq; alieno tpe vẽditori moriant̃. Liuius. lib. iij. Nec ipſi ſolũ deſponderãt animos: ſed cõtemni cœpti erãt a finitimis populis. Plau. in mili. Ne lamẽtet̃: neue animũ deſpõdeat. Apud Senecã & Col. ſine animi i ad lectione legit̃ deſpondere. Nã de turdis ſic ait. Difficulter in aliã regionẽ transferunt̃: quia cauea clauſi plurimi deſpondẽt. Similiter dicimus deſpondere ſapiẽtiã illũ qui deſperat ſe poſſe ad ſapiẽtię faſtigiũ peruenire. et ob hoc deſiſtit ab incœpto. Nã libr. xij. Col. inquit. Cũ pbabilis ratio eſt ob mutteſcẽdi: quia nequeas orator eſſe perfectus: aut in ſocordiã cõpelli quia deſpõderis ſapientiã. Magnę rei quantulũcũq; poſſederis fuiſſe participem non minima eſt gloria.

¶ Deſponſo. as. a deſpõdeo fit. Amb. Et bene vtrũq; poſuit ſcriptura: vt deſponſata eſſet & virgo.

¶ Deſpumo. as. pe. p. ſpuma priuo. Virgi. li. j. Ge. Et folijs vndã tepidi deſpumat aheni. Per tranſlationem deſpumare ponit̃ pro decoquere. Hiero. ad Ocea. Venter mero æſtuans cito deſpumat in libidines. Perſius. Stertimus indomitũ qđ deſpumare falernũ ſufficiat.

¶ Deſpuo deorſum ſpuo: ſeu ſpuendo execrationem demonſtro: vt apud Perſiũ. Eſt prope te ignotus cubito qui tangat: & acre Deſpuat in mores.

¶ Deſtino. as. pe. cor. ex de & ſtino. Vnde perſtino. Eſt autẽ deſtinare/ deliberare/ aſſignare/ deputare/ parare/ eligere. Col. lib. ij. Itaq; cõſiderandũ erit vt ſolũ qđ excolere deſtinamus pingue ſit. Ci. lib. v. tuſ. Ad horã mortis deſtinatã. Sue. de Cęſare. D[illegible]pliando impio plura ac maiora in dies deſtinabat [illegible] eſt parabat: cõſtruebat: deliberabat. Plynius in panegyrico. Deſtinatio cõſulatus: id eſt electio. Quandoq; ponitur pro alligare. Apul. li. iiij. de aſi. Arreptũ me loro q̃ valido ad anſulam quandã deſtinatum. Quãdoq; mittere ſignificat. Iuuenalis. Deſtinat hoc monſtrũ cymbæ liniq; magiſter põtifici ſummo. Aliquãdo emere. Luci. Facto ab lenone tribus vt libertatẽ milibus deſtinet. Hic fit cõpoſitum pręde ſtino qđ eſt præordino pręmitto. Aug. Prędeſtinatio a p̃mittẽdo & p̃ueniẽdo vel p̃ordinãdo futurũ aliquid dicit̃. Quãdoq; Taxare ſiue pro pretio deputare. Plau. in Ru. Minis triginta ſibi puellã deſtinat: dat Arrhabonẽ & iureiurãdo alligat. Hoc idẽ ſignificat perſtino. Apul. Et percontato/ pretio q; cẽtũ nũmis indicaret aſpernat9 viginti denarijs inq̃ pſtinaui. Sunt qui prędeſtinatũ intelligi velint oſtenſum indicatũq; vt eſt illud Apoſtoli ad Romanos. Qui prędeſtinatus filius dei. Eſt & præſtino: de quo alibi.

¶ Deſquamo: ſquamis exuo. Plau. in aul. Deſquamã piſces. ⁎ Sæpe eñ de detractionẽ notat: vt decortico: delibro/ deueſtio/ deplumo/ depilo/ decaluo/ dearmo. Sępe contrarium: dehortor/ dediſco/ dedoceo: in multis deorſum: deſcendo: defluo. &c.

¶ Deſtituo. is. ex de & ſtatuo ſignificat derelinquo/ dimitto. Virg. Et freta deſtituent nudos in littore piſces. Interdũ deſtituere eſt priuare: & ſic conſtruit̃ cũ ablatiuo. Col. lib. iiij. Rurſus nimiã ſiccitatẽ deſtituere plantas naturali alimẽto. Interdũ diſſoluere. Neui9. Multo nauem iubet deſtitui anchoris. Interdũ ſtatuere. Cęcil. Deſtituit omnes ſeruos ad menſam ante ſe.

¶ Deſtringo. is. deorſum: ſiue de alijs ſtringo colligo aut excido. Col. li. xij. Tũ & olea deſtringẽda ẽ: ex qua velis viride oleũ efficere. Mar. Pergam9 has miſit curuo deſtringere ferro: nõ tam ſępe teret lintea fullo tibi.

¶ Deſtruo. is. xi. ctũ. ſignificat quod ſtructum eſt: vt non ſtructum ſit efficio ἐλληνιστὶ ἀραιόω κενόω ἀπόλλω καὶ λυμαίνομαι καὶ πολλὰ ἀντίκειται τῶν πραγμάτων.

¶ Deſtructile. penultima correpta quod deſtrui poteſt et deſtruet̃ in fine. Lact. lib. de Ira dei. Deſtructilia ſunt omnia quæ manu fiunt.

⁎ Deſubuio. a ſubula. qđ ſignificat perfodere. Varro. A lterã carneadẽ. Deſubulaſſe bona corpis ſecuriũ. Cc.

¶ Deſudo. as. penul. produ. valde ſudo. Sudo vero a ſudus ſi Nonio creditur fieri conſtat. Interdum tamen deſudare per tranſlationẽ ponitur pro laborare. Hiero. in plo. Li. Salomonis. Mittitis ſolatis ſumptuũ notarios noſtros & librarios ſuſtentatis vt vobis noſtrum potiſſimũ deſudet ingenium.

⁎ Deſudaſco & deſudaſcitur imperſonale a deſudo. Plautus homo adoleſcens penetrare huiuſmodi palęſtram: vbi damnis deſudaſcitur. Cc.

¶ Deſueſco.is. deſueui.& Deſueo.es.eui. Primū neutrū: ſecūdū actiuū. Vnde Nonius in priſcis dictionib⁹. Deſueui illū pro deſueſeci illū: id eſt cōſuetudinem illi abſtuli. Titi. Paraſitos amoui: lenonē ædibus abſtruxi deſueui ne quo ad cœnam iret extra conſilium meum. Hic deſueui a deſueo in actiua ſignificatiōe accipitur. Nam q̄uis Priſ. Conſueſco conſueui.etus ſum. dicat. Addit tamen: Chariſius conſueo ponit. Idcirco priſco more iuxta Chariſiū: iuxtaq; ſignificationē actiuā quę in præterito deſueui a Nonio prolata eſt neceſſe eſt vt Sueo ſimplex ſit vnde formatur ſueſco: ex quo cōponūtur Conſueſco/deſueſco/aſſueſco/inſueſco: quæ ſignificationē paſſiuā innatā habēt vt caleſco erubeſco et augmētatiuā: vt oleſco: adoleſco cū tamē oleo & adoleo actiuam ſiue neutralem habeant. Ita ſueo cōſueo deſueo actiuam ſiue neutralem habere cōuenit. Ea em̄ quantū intelligo iam obſoluere. propterea in eorū locū ſucceſſiſſe conſuefacio aſſuefacio & huiuſmodi puto. Simplicis autē ſueſco prēterita ſunt quæ dicā. Claud. lib.iij. de rap. Poſt hæc cunabula dulci. Ferre ſinu: ſummoq; Ioui deducere paruā Sueuerat: & genibus ludendem aptare paternis. Ci. Metello. A te id qđ ſueſti peto me abſentem diligas atq; defendas. Quādoq; deſueſcere non per negationem ſed per affirmati onem ex vi prępoſitionis deponitur: quaſi deorſum ſueſcere: ſiue deſcendere ſueſcere. Plau. in Aſi. Auceps quādo conſcinauit aream effudit cibum: aues deſueſcunt: neceſſa eſt facere ſumptum qui quęrit lucrum. Quandoq; deſuetus dicitur valde ſuetus.

¶ Deſuetudo: a deſueſco ſicut conſuetudo a cōſueſco quæ contraria ſunt. Liui. lib.j. Mitigandum ferocē populum armorum deſuetudine ratus.

¶ Deſidero.as. ex de & ſidero. Sidero vero a ſidus deducitur. Dictum deſiderare pro cupereq; veluti lucem ſideris qđ amamus: optemus per tranſlationem ponitur pro deficere ſeu mori. Macro. Ne quid ad perfectionem cœtus deſideretur inuitandos ad hūc cōgreſſum conuentūq; cenſeo. Curti. In eo prœlio trecenti capti quinquaginta milia deſiderata ſunt.

¶ Deſiderium: modo pro vehementi amore: vt apud Iuue. Cur deſiderio bibulæ ſertorius ardēt: modo pro nimia cupiditate videndi eum qui abeſt. Et proprie de rebus gratis optatis aut amiſſis dicitur. Hinc dicimus poſt pugnā deſiderari milites qui perierunt. Ci. in Læl. Ego ſi ſcipionis deſiderio me moueri negem q̄ id recte faciam viderint ſapientes.

¶ Deſideratiua verba ſunt quæ a Priſ. meditatiua vocantur. Ea terminanť in rio: vt Eſurio: parturio. Nā deſideriū magis q̄ meditationē denotāt. Cic. li.ij. Philip. Vtinā aliquādo dolor populi Ro. pariat qđ tā diu parturit. Ply. lib. xxxvi. Etitæ oēs ad alligari munerib⁹ vel quadrupedibus in pelliculis ſacrificati vteri animaliū continēt partus nō niſi parturiant remouendi alioquin vuluę excidiū fit. Sed niſi parturiētibus auferanť oīno nō pariūt. Sic parturio ꝓprie ꝓ cupio parere ſumiť: q̄q̄ interdū ꝓ pario ſumptū inueniť. Scaturio ꝓ primitiuo capitur ſcateo. Nō em̄ deſideratiuū eſt ſignificatiōe ſed voce tantū. Amaturio autē lecturio dicturio cum amaſco & legiſco quibus placent relinquimus. Ipſa qdē cæteraq; eiuſmodi niſi apud auctores approbatos inueniantur non in gregē deriuatiuorū verborū in ſco et rio terminatorum aſcribenda cenſemus.

¶ Deſum dees: ſignificat deficere. Seneca. Felix eſt cui nihil deeſt ad bene beateq; viuendum.

¶ Deſultores: qui equos eligunt/alunt/ac docēt: quorū ars eſt binos trahere equos: & alternatim ex vno in alterum mira celeritate tranſultare. Liui. lib. xxiij. Nec oēs Numidæ in dextro locari cornu: ſed quibus deſultorū in modū binos trahētibus equos inter acerrimam ſępe pugnā in recentē equū ex feſſo armatis tranſultare mos erat: tanta velocitas ipſis: tāq; docile equorum genus eſt. Var. lib.ij. de re ruſ. Peritus belli aliter equos eligit: alit: ac docet: aliter quadrigarius ac deſultor.

¶ Deſultorij vero ipſi equi duo ſine ephippiis a grecis κέλης κέλητος καὶ κελητίζω Iruo: dicti: q; ex his facile deſiliāt deſultores qui ſingulis equitibus pręſto erāt exercitatis ita militibus: vt altero de via feſſo deſilire poſſent in recentē. Sue. de Cęſare. Quadrigas bigaſq; et equos deſultorios agitauerunt nobiliſſimi iuuenes. Caſſiodorus vero in epiſtolis diuerſum ab hoc genus ita nominat in ludis circenſibus. Equi inquit deſultorij ſunt per quos circēſium miniſtri miſſos denuntiant exituros: vt luciferi quadā in aſtris ſimilitudine pręcurſorias velocitates imitari videātur. Per tranſlationem Apul. in primo de aſi. Iam hęc quidē ipſa vocis immutatio deſultorię ſcientiæ ſtilo quē acceſſimus reſpōdet. Similiter Martianus de nuptijs philologiæ. Leuitate pernix deſultoria geſtiebat.

⁎ Deſuper hoc eſt ſuperne.

⁎ Deſurſum idem quod deſuper.

¶ Detego.is. penul. cor. aperio: nudo. Lact. li.ij. Nūc interim falſa detegamus.

¶ Deteſtor: meo teſtimonio rem abominor improbo execro deponens q̄uis & cōmune verbum inueniatur. Hor. lib.j. car. Bellaq; matribus deteſtata. Lact. lib. vi. Hinc eſt illa Plauti deteſtanda ſententia. Male meretur qui mendico dat qđ edat: nam & illud quod dat perit: et illi producit vitam atq; miſeriā. Apud iuriſcōſultos Deteſtari ponitur pro abſenti denuntiari. Inde deteſtatio denuntiatio facta cum teſtatione.

¶ Deteſtabile: abominabile.

¶ Dignitas a dignus fit: & ſignificat qđ dignum ẽ ſeu honor ẽ alicui ꝓpter merita vel impẽſum vel debitum. Gellius cuius dignitas nec augeri laudibus nec minui detractionibus põt. Accipit̃ tñ q̃nq; ꝓ magiſtratuum adminiſtratiõe & honore. Cic. Theuno. Vt oibus in rebus cite cõmẽdes quoad fides dignitaſq; tua patietur. Interdũ ſumitur ꝓ virili pulchritudine. Idẽ li. j. of. Pulchritudinis duo ſunt gña. Vnũ muliebre quã venuſtatẽ appellamus: alterũ virile quã dignitatem dicim⁹. Sermonis etiam geſt⁹ vociſq; dignitas dr̃. vt apud eũdem ad herẽ. Sermo diuidit̃ in ptes quattuor: dignitatem: demõſtrationẽ: narrationẽ: iocationẽ. Dignitas oro eſt cũ aliqua grauitate & vocis remotione. Huius cõtrariũ eſt Indignitas ꝓ dedecore ſiue ignominia: & qđ idignũ eſt: ſiue qđ ẽ cõtra dignitatẽ. Ci. li. iiij. ad herẽ. Nequeo verbis cõſeq indignitatẽ rei. Idem Q. Ligario. Cũ ad ſcđm calẽdas itercalares priores rogatu fratrũ tuorum veniſſem mane ad Cęſarem: atq; oẽm adeũdi atq; conueniẽdi illius indignitatẽ & moleſtiã pertuliſſẽ. Dr̃ etiã indignitas vt opponit̃ dignitati virili. ſ. ꝓ indecẽtia de qua li. iij. ad herẽ. Acuta exclamatio fauces & vocẽ vulnerat eadẽ ledit auditorẽ. Habet. n. qddam illiberale & ad muliebrẽ poti⁹ vociferationẽ q̃ ad virilẽ dignitatẽ i dicendo accommodatum.

¶ Digno as. dignũ puto. Pacu. Quis deos ifernos q b⁹ cęleſtes dignet honorib⁹ Hui⁹ paſſiuũ ẽ Dignor: qđ eſt dignus habeor. Virg. Coniugio anchiſa veneris dignatę ſupbo. In frequẽtiore vſu eſt Dignor deponẽs ꝓ dignũ iudico: ſeu hẽo. Suet. in Aug. Vniuerſum deniq; genus operas aliquas publico ſpectaculo p̃bentium etiam cura ſua dignatus eſt. i. dignũ iudicauit & dignatione ſua ꝓſecutus eſt. Ci. œconomico. Hõ ex eo numero hoim q apud nos hoc noie dignant̃. i. digni hñr. Huius contrariũ eſt Dedignor qđ eſt non dignor: vel indignũ reputo: cõtẽno. Vir. Quos ego ſum toties iã dedignata maritos. Indignor vero iraſcor ſeu moleſte fero: quaſi ea patiens quibus non ſum dign⁹. Ser. Sulp. Hem nos homũculi indignamur ſi q̃s noſtrũ interiit. Aliqñ cõſtruitur cũ dtõ. Hier. ſup Mat. Decem apl̃i vero indignant̃ mrĩ filiorũ zebedæi. Aliqñ cum ablõ mediante de: vt apud euãg. Et audiẽtes decẽ idignati ſunt de duob⁹ fratribus.

¶ Dignatio apud eccleſiaſticos ꝓ manſuetudine lenitate facilitate capit̃. Apđ Liuiũ ꝓ familiaritate ſiue gratia. Cũ li. ij. iquit. Apt⁹ interp̃s lect⁹ haud ita multo poſt in principum dignationem puenit. Indignatio. ira. Iuue. Si natura negat facit indignatio verſum.

¶ Digladiari: eſt varie gladijs certare. Ci. Per trãſlationem pro diſſentire contendere & veluti gladijs dilaniari. Quid Antipater digladiatur cum carneade tot voluminibus.

¶ Dignoro. as. ſigno imprimo vt fieri ſolet in pecoribus: vt dignoſcantur.

¶ Dignoſco diuerſe noſco: diſcerno. Lact. li. vj. Inuicemq; ſe dignoſcunt.

¶ Digredior diſcedo. Virg. Hos ego digrediẽs lachrymis affabar obortis. Ci. Cornifi. Etſi periniquo patiebar aio te a me digredi. Inde Digreſſio & Digreſſus ꝓ diſceſſu.

¶ Diiambus ex dis & iambus: ſed a abijcitur. Pes ẽ ex duobus iambis conſtans vt amœnitas.

⁎ Dij gẽtia eſt a noiatiuo dies ab antiquis vſurpat⁹ hic a fames fami Verg. munera Lęticiãq; dij. Cc.

⁎ Dij manes dicebãtur q; per omnia manare credebãtur. Cc.

⁎ Dijcon Herculis & Megaræ creontia fili⁹ fuit. Cc.

⁎ Dijouis Iuppiter appellatus eſt quaſi diẽ iuuans. C.

¶ Dijudico: diligẽter ſeu diuiſim iudico. Cice. lib. tuſ. Verũ igitur inter has ſñias diiudicare malimus: an ad ꝓpoſitum redire.

¶ Dilacero as. Vide in dictione Lacero.

¶ Dilato as. pe. ꝓ. latum facio: vt eſt illud dilatant philateria.

¶ Dilabor pe. ꝓ. diffugio ſeu diſcedo. Ci. li. j. tuſ. Sed neſcio quomodo dum lego aſſentior: cũ poſui librum & mecum ipſe de immortalitate aiorũ cœpi cogitare; aſſenſio illa ois dilabitur. Proprie vero dilabi eſt deorſum varie labi corruere. Lact. lib. iij. Domus ab habitatore deſerta dilabitur. i. corruit. Ci. i Lęl. Iam enĩ a ſapientum familiaritatibus ad vulgares amicitias oẽo nr̃a dilabitur. i. deſcendit ſiue decurrit. Aliqñ ponit̃ ꝓ deficere. Lact. lib. vij. Deſcribẽtes quaſi fatigati & dilabentis mũdi ſenectutẽ. i. deficientis.

¶ Dilapido as. pe. cor. diſperdo. Ter. in phor. Conueniendus phormio eſt: prius q̃ dilapidet noſtras triginta minas. Hier. in bonũ vſus eſt Oceano ſcribẽs. Oẽm cenſum diſtribuit dilapidauit ac vendidit & in pecuniã congregatũ vſibus pauperum p̃parauit.

¶ Dilẽma atis. & Dilemmatũ: per duplex. mm. argumentum eſt qđ vtrinq; aduerſarium capit. Hier. cõtra Rufi. Hoc eſt verũ dilemmatum tuum nõ ex dialectica arte quam neſcis: ſed ex carnificũ officina & meditatione ꝑlatum.

¶ Diligo diligis penultima correpta. xi. ctum. ſignificat amo q̃uis minoris vis ſit vt ſupra in dictione amo dictum eſt. Quandoq; diligere ſignificat diuidere. Plautus. in cur. Clypeatus elephas vbi macheram diligit.

¶ Diligens a legendo dicitur ſtudioſus: q; eorũ q̃ amamus ſtudioſi ſumus. Hinc diligentia ad corpus & ad aium refertur: cura ad aim: opera ad corpus. Ideo i oratione cũ ſępenumero iſta ponant̃: diligẽtia ſemp in fine cõſtituit̃. Aliqñ etiam ponit̃ ꝓ dilectiõe. Horũ cõtraria ſunt negligẽs & indiligens negligẽtia & idiligentia. Ci. de opt. gñe dicẽdi. Sed q̃dã etiã negligẽtia eſt diligẽs. Ter. i Adel. Ingeniũ tuũ noui liberale: ſed vereor indiligẽs nimiũ ſies. Idẽ in phor. Pol mei patris parta bene: indiligenter curantur.

¶ Dilogia cum accentu in pe. Figura eſt cũ ambiguũ dictũ duas res ſignificat. ἀπὸ τοῦ Διὸ καὶ λόγος.

¶ Dilorico as. pe. ꝓ. ſignificat diſcindo. Ci. Qui i cauſa perorãda non dubitauit reũ ex circ cõſularem & ei⁹ diloricare tunicam.

¶ Dilucidus clarus: dilucido clarũ facio. Dilucido. Vide in dictione Lucido.

¶ Diluculum ante ſolis ortum aurora: quaſi parua dici lux q; tum dies luceſcere inciperet. Hiero. ad Euſto. Horam tertiam: ſextam: nonam: diluculum quoq; & veſperam nemo eſt qui neſciat. Diluculo aduerbium ſig. ſummo mane.

¶ Diluculo as. penul. cor. ſignificat diluculũ fieri. Gel.

die craſtino vbi primum diluculabit fac amicos adeas & roges veniant.
¶ Diluculaſcit: diluceſcere incipit. Diluceſcit dies fit.
¶ Diludia: ludorũ intermiſſio.
¶ Diluo is. dilui dilutum. ex di & luo. ſignificat lauo purgo reſoluo. Cice. li. iij. tuſ. Quæ cogitatio vna maxime oẽs moleſtias extenuat & diluit. i. reſoluit & eneruat quẽadmodum vinum aqua dilutum ſubneruatur Per trãſlationem diluere etiam crimina dicimus. i. purgare & refellere. Et oratores diluere dicuntur quãdo refellũt obiectiões aduerſarij. Et diluere eſt aquã vel aliũ liquorẽ miſcere tẽperare. Virg. Cui tu lacte fauos & miti dilue baccho. Et Perſ. Diluis helleborum dixit pro eo quod eſt medicamentis temperas. Hinc
¶ Dilutus a. um. pen. p. qđ eſt miſtũ. Vnde vinũ aqua miſtum dicit̃ dilutum. Mar. Diluti bibis vnciã falerni. a quo dilutius & dilutiſſimum: prout min⁹ pluſ ve aquę admiſtũ fuerit. Vnde Cor. Celſus p̃cipit hyeme meracium eſſe bibendum: æſtate dilutius. Hiero. Vinũ dilutius vocat aquatius. Vinũ inquit ſi aquatius bibitur calix frangitur: menſa ſubuertitur. Meracius vinũ dicit̃ quod minus dilutum ſiue aquatum eſt. Conſtat q̃ lymphatũ vinum dicunt nõ ſatis recte dicere q̓ lymphatũ aliud ſignificet. Dilutus color dicitur cum veluti aqua adhibita minus eſt intẽſus. Gel. Lutheus color ruffus eſt dilutior. Dilutum etiã neu. gñe vocat̃ id liquidũ in quo aliquid certo tẽpore infuſum fuit: vt ſi in vas vini appoſitum abſynthiũ fuerit: deinde poſt interiectũ tẽpus abſtractum id vinũ abſynthij dilutum dicit̃. Ply. Bibitur & madefacti abſynthij dilutum. Ita enim appellatur hoc genus.
¶ Diluuium: qđ varie diluit. Nam diluuiũ diuerſorũ purgamẽtũ fuit oia diluẽs: quãdo. ſ. immodicis imbribus vel vexat̃ terra vel obruit̃: quę & inundatio dicit̃.
¶ Dimano as. penul. p. diuerſe ſiue diuiſim mano defluo. Cice. p. M. Cælio. Et quidẽ vt ad me reuertar: ab his fontibus p̃fluxi ad hoim famã: vt meus hic forenſis labor vitæq; ratio dimanauit ad exiſtimationẽ hominũ paulo latius a iudicio meorum.
⁎ Dimembro a mẽbro ſignificat ſeparo diuido. Cc.
¶ Dimẽſum: qđ & Demẽſum dicit̃. Vide i Demetior.
¶ Dimico as. pen. cor. pugno: q̓ p̃prie fit re. Cõtendo vero verbis tantũ. Cice. li. iij. de ora. Qui p̃pter tot tantaſq; cauſas clariſſimorũ hominũ: atq; optimorum virorum me ſemper ab omni cõtentione ac dimicatione reuocaſti.
¶ Dimidius a. um. quaſi per mediũ diuiſus. Et dicitur de rebus quę ſeparatæ ſunt Nã eſt pars altera ex dimidiato. Mar. Dimidiũ donare lino q̃ credere totũ Qui mauult: mauult p̃dere dimidiũ. Dimidiat⁹ vero a. um. dicit̃ de rebus quę cõtinuę ſunt & non ſeparant̃ quaſi diſmediatus & in partes duas pares diuiſus. Vnde Ci. in tuſc. dimidiatã mentem dixit. Et qui ex mille denarijs qui ei debebantur quingẽtos recepit dimidium ſe recepiſſe dicet non dimidiatũ. Et ſicut ſcyphus argenteus cũ alio cõmunis i partes duas diuiſus ſit: dimidiatum dicemus: nõ dimidiũ ſcyphum.
¶ Diminuo is. quaſi in diuerſis partibus minuo. Ter. in adel. Diminuet̃ tibi cerebrum.
¶ Dimitto dimittis: diuerſe mitto. Sal. Igit̃ C. Manilium feſulas atq; in eam partem Hetrurię. Septimum quẽdam camertem in agrũ picenum. C. Iuliũ in Apuliam dimiſit. Aliquãdo dimittere eſt abire permittere. Licẽtiam dare caſſare. Ci. li. j. off. Cum autẽ Pompilio videret̃ vnã dimittere legionẽ. i. caſſare. Sal. Deinde eis pollicitus operam ſuam domũ dimittit. i. licentiat. Aliquãdo mittere. Virgi. Equidẽ per littora certos dimittã. Inde dimiſſi legati dicũtur. Aliquãdo dare. Virgil. Dimiſſaq; noia gentis Ab ioue. Aliquãdo eſt permittere: in poteſtatẽ dare. Ci. lib. j. de rep. Tũ annui cõſules tũ dimiſſi populo faſces. Aliquando derelinq̃re. Lau. Dimitto te diſcedẽs. i. relinquo. dimitto te diſcedẽtem. i. abire p̃mitto. Aliquãdo humiliare. Virg. Deiecit vultũ: & dimiſſa voce locuta eſt. Aliquãdo porrigere p̃ducere. Var. Cũ etiã Thais Menãdri tunicam dimiſſam habeat ad talos. Aliquando demittere hoc eſt deſuper mittere. Virgil. Dimiſſum lapſi per funẽ. Sal. Cũ ſtrepitu miſſum victoriæ ſimulachrum.
¶ Dimiſſum quãdoq; p̃ abiecto ponit̃. Cice. Timido aio humili dimiſſo: quãdoq; p̃ humili & miſerabili.
¶ Dimiſſoriæ litteræ inq̃t Modeſtin⁹ ſunt quæ vulgo epiſtolę dicuntur: q̓ per eas cauſa ad eũ qui appellatus eſt dimittitur.
⁎ Dimyxos Lucerna dicit̃ ad duo elychnia ferẽda. Cc
¶ Dimulgo as. diuerſe publico. Cic. Apio. Quare viſum eſt occulti⁹ agẽdũ neq; vllo modo dimulgandũ.
⁎ Dynamene nympha dicitur q̓ pollens potenſq; ſit Δύναμαι enim poſſum. Cc.
⁎ Dynaſtas græci dicũt magiſtratus quos latino verbo licet poteſtates appellare. Ce.
¶ Dindym⁹. pe. cor. in ſingulari maſ. gñis. in pľi neu. Iuga ſunt mõtis Idę phrygiæ matri deum dicata. Propter. Dindymus & facta fabricata inuẽta cybelle. Virgi. Ite p̃ alta dindyma.
⁎ Dindymene & dindyme dicitur cybele q̓ in dindymo phrygię monte eius ſacra fierent. Cc.
¶ Diobolares: meretrices dicũtur quę duobus obolis ducũtur. Sunt qui ſcribant Diolares. Hoc eſt viliſſimę meretrices quę ſub dio paruo ſtipendio p̃ſtant.
¶ Diocles: nomen viri proprium quaſi Iouis gloria Διὸσ iouis κλέοσ gloria.
¶ Diœceſis cũ œ diph. pen. p̃d. latine gubernatio adminiſtratio diſpoſitio ſiue iuriſdictio a Διοικέω guberno tueor. Sunt autẽ diœceſes pontificũ in quas adminiſtrãdi officij ſui liberam habent poteſtatem propter quod diœceſani epiſcopi vocantur.
¶ Diogenes pe. cor. nomen philoſophi cynici famoſiſſimi Antiſthenis diſcipuli: de quo ſcribitur q̓ cũ Antiſthenes nullũ diſcipulorũ reciperet: & perſeuerãtem diogenem remouere nõ poſſet: nouiſſime claua minatus eſt niſi abiret. Cui ille ſubiecſſe dicit̃ caput: atq; dixiſſe. Nullus tam durus baculus erit qui me a tuo poſſit obſeq̃o ſeparare. Vtebat̃ Diogenes palliolo duplici propter frigus. Peram p̃cellario habuit: ſecũq; portauit clauam ob corpuſculi fragilitatẽ qua iam ſenex membra ſuſtentare ſolitus erat: & κλεροβιοσ vt inquit Hiero. i. diarij victus: vulgo appellatus fuit in præſentem horam poſcens a quolibet & accipiẽs cibum. Habitauit autẽ in portarum veſtibulis & porticibus ciuitatum. Cũq; ſe contorqueret in dolio volubilẽ ſe habere domũ iocabatur: & ſe cum tẽporibus immutãtem. Frigore enim os dolij vertebat in meridiẽ æſtate ad ſeptẽtrionem: & vtcunq; ſol inclinauerat diogenis prętoriũ vertebatur. Ferunt accedẽtem Alexandrũ rogaſſe ne ſibi apricanti a ſole obſtaret. Obijt ferme nonagenarius. Aiunt quidam cum moreret̃ mãdaſſe vt cadauer ſuum inſepultum p̃ijceret̃ vt oẽs beſtiæ participes ipſius eſſent. Fuerunt alij quattuor diogenes: quorum vnus fuit Apolloniates Anaximenis auditor temporibus Anaxagoræ. Alius Sicyonius qui pelopõneſiaca ſcripſit. Alius ſtoicus ex Seleucia qui babyloni⁹ ob vicinitatem dictus fuit. Alius Tharſenſis quęſtionum poeticarũ ſcriptor: ſed in cynicũ Nicanor tale epigramma inſcripſit. Διόγενεσ ἔγε λέγε τισ ἔλαβε σε μήροσ

ἐν ἅιδου: ἔλαβε κύκλωψ ὀδάξ: qđ & Suidas repetit. τὸ δὲ ἐπίγραμμα διὰ βραχέων. ✱ Idē diogenes age dic quę te cępit mors. in inferis cepit me canis dētib⁹.

℄ Diogenetus fuit vnus trinerum Alexādri regis mēſor. Alius fuit ætate Cæſaris Antonini philoſophi pictor egregi⁹: de quo Iul. Capi. Alius clitomachi pater illi⁹ pœni qui ſucceſſit Carneadi vocat⁹ anhaſdrubal. Fuere & alij hui⁹ nōis. Familiare gręcis vocabulum.

℄ Diodorus pen. pđ. nomen philoſophi Socratici de quo Hier. ſic ſcribit Diod. Socraticus quinqꝫ filias dialecticas inſignis pudicitiæ habuiſſe narratur: de quib⁹ & Philocarneadis magiſter pleniſſimam ſcribit hiſtoriam. Fuit & Diodorus Siculus hiſtoricus: & Diodorus ſtoicus philoſophus Cæc⁹. de quo Ci. in Bruto ſic ait. Eram cum ſtoico Diodoro: qui cum habitaſſet apud me: cum Quinto vixiſſet: nuper eſt domi meæ mortuus: a quo cum alijs rebus: tum ſtudioſiſſime in dialectica exercebar. De hoc etiam in. v. Tuſcu.

℄ Diomedes rex ætholiæ Tidei & Deiphiles fili⁹ qui fortiſſimus danaum appellatus ē. Fuit & alius diomedes thracum rex truculentus qui equos ſuos aduenarum carnibus in Tyrida oppido paſcebat: ſed poſtea ab hercule equis ſuis in pabulum appoſitus fuit. Fuit & diomedes grammaticus multi ingenij vir.

℄ Diomedei cāpi vocati ſunt in Apulia qui in diuiſione regni quam cum Dauno feciſſe dicitur Diomedi ceſſerunt.

℄ Diomedeæ inſulæ duæ e regiōe Gargani ſunt: quarum altera habitatores habet: altera deſerta eſt: vbi diſparuiſſe aiunt diomedem & ſocios eius ob dolorem in aues conuerſos. quæ ob id diomedeæ vocitatæ ſunt. Has Iuba Catractas appellat dentes eis eſſe dicuntur: oculi igneo colore: cætero corpore candidæ ſunt quæ in ſola diomedea inſula viſuntur.

℄ Diomeda Phorbantis filia fuit: quam Achilles ex leibo raptam concubinam habuit.

℄ Dion nomen propriū ſyracuſani nobilis: qui adeo Platonē amauit vt ſe ei idē totum traderet. Hic patriam aſſeruit in libertatem expulſo Dionyſio tyranno. De quo Plutar. refert ꝙ cū Calippū cui oim vni maxime fideret inſidias ſibi tēdere accepiſſet eū arguere paſſus nō eſt: moriendū inquiēs longe pſtare q̄ viuere vbi non hoſtes ſolum: ſed etiam amicos cauere oporteret. Alter fuit Dion pruſeus orator: cui ob elegātiam chryſoſtomo cognomē fuit: ſed tamē Dion ita de ſeipſo ſcribit λέγω γὰρ τοῦτο οὐκ ἔτι ὡς ὁ Δίων ὁ προυσαεὺς ὁ ἐπὶ τοῦ σευήρου καὶ ἀλεξάνδρου τῶν αὐτοκρατόρων γενόμενος ἀλλὰ ὡς ἰωάννης ὁ ξιφιλῖνος ἀδελφόπαις ὢν ἰωάννου πατριάρχου ἐπὶ δὲ μιχαὴλ αὐτοκράτορος τοῦ λούκα τὴν ἐπιτομὴν ταύτην τῶν πολλῶν βιβλίων τοῦ Δίωνος συνταττόμενος. ✱ Id eſt dico eñ hoc nō vt dion pruſenſis tēpore Seueri & alexandri imperatorū fuit: ſed vt Ioannes xiphilinus fratris filius Ioannis patriarchę Michael aūt imperāte Luca epitomē hanc multorū librorū Dionis cōpoſuit.

℄ Dione es. vna ex nymphis oceani & tethyos filia: vt quidā perhibent a qua ven⁹ ex ioue nata ſit: vnde & dionęa dicta eſt. Virg. Sacra dionęę matri Et alibi. Ecce dionęi proceſſit cęſaris aſtrum.

✱ Dionęum dicimus quod ad venerē pertinet. Cc.

℄ Dionyſius dictus eſt bacchus: & dionyſia bacchanalia bacchi feſta. Fuit & hoc nōie philoſophus heracleotes: Zenonis ſtoici auditor: qui cū renū morbo laboraret cruciaretur q; cruciatū impatibili ſuccūbēs dolori clamabat falſa eē quæ a zenone didicerat. Zeno eñ et ſtoici hoc oēs habent dogma. dolorē. ſ. nō eſſe malū ſed adiaphoron hoc eſt indifferētē. Fuit & Dionyſius tyrānus ſyracuſanus ſuffectus dionyſio ſeniori: qui cū ciuitatē ſyracuſanā cædibus repleſſet expulſus eſt. iterūq; recepto cū crudelior indies eēt rurſus extorris corinthū in exiliū proficiſcit: vbi in ſordidiſſimū vitæ genus deſcendit in popinis lupanaribuſq; reſidēs vt contēnēdus magis q̄ metuēdus videret. Nouiſſime ſe ludi magiſtrū profeſſus pueros in triuio docebat: vt qui viris imperare nō poterat ſaltē pueris iperaret. Erat eñ eruditus vtpote Platonis auditor. Olim interrogatus iam exul: qd ſibi philoſophia profuiſſet. Sciēter reſpōdit. vt ęquo aīo ferrem talem fortunę mutabilitatē. Regnauit hic annis. xxxviij. Plutar. auctor eſt regiā Dionyſij puluerulētā fuiſſe ppter eorū multitudinem qui geometricas in puluere figuras deſcribebant. Ambo tamē & pater & filius philoſophi Platonē præceptorē aut iunior ὁ λίθος εἰμὶ ἀμέθυσος ἐγὼ δ᾽ ὁ πότας Διόνυσος ἢ πειθέτω με νήφειν ἢ μαθέτω μεθύειν. i. hic lapis eſt amethyſtus. ego autē bibubus bacchus: vel crede ſobrium eſſe: vel diſce inebriari. quia erāt duo cōtraria ſimul lapis cōtra ebrietatē vñ habet nomē & bacch⁹. q. d. crede ꝙ vnus noſtrū vincet: ſed melius eſt bibere.

✱ Dionyſias inſula eſt quā aliter naxū vocant. a vinearum fertilitate ſic dicta. eſt & gēma miſtis nigro rubentibus maculis quę in aqua trita ſaporē vini facit. ebrietati reſiſtere exiſtimatur. Cc.

℄ Diophanes penul. p. nomen viri bithynici: de quo Col. Diophanes bithynius vticēſem totum Dionyſium pœni magonis interpretem per multa diffuſum volumina ſex epitomis circūſcripſit.

℄ Dioptra: inſtrumētum geometricū ab explorando perſpiciendoq;. In qua ſignificatione vtitur Ptol. Sed Vict. lib. viij. accipit pro regula ad librādas aquas cum ait. Libratur aqua dioptris.

℄ Dioryges ſunt foſſæ manu factæ: qua dictione vtitur Pompo.

℄ Dioryctos: ſignificat abſciſſam continenti.

✱ Dioſcoron inſula eſt in finib⁹ italię e regione Lacinij promontorij. Cc.

✱ Dioſcuriades vrbs fuit in colchide nūc deſerta quōdam adeo clara vt nōnulli pdiderint in eam trecentas nationes quę diſſimilibus linguis vterentur deſcēdiſſe: & poſtea a romanis centū triginta interpretibus negona ibi geſta fuiſſe. Cc.

℄ Dioſpolis: ægypti ciuitas: quæ Iouis ciuitas Hecatompylos quādoq; dicta fuit. Sūt & alię locis alijs hoc nōie in ęgypto quattuor pręter hanc puſillæ ciuitates. Item in Lydia & in palęſtina.

℄ Diotæ ſunt vaſa ſeu dolia fictilia duas anſas habentis & ad ſeruāda vina accōmodata. Hor. Deprome quadrimū ſabina o thaliarche merū diota.

℄ Dipœnus: vir cretēſis Scylli fraterq; ambo teſte Ply. Primi omniū marmore ſculpendo claruere.

℄ Diphilus penul. cor. Iouis amicus. Dyſphilus: malus amicus.

✱ Diphris gēma eſt quæ cādida aliquādo repериt. ferūt hanc morbis comitialibus vtilē eſſe. Cc.

✱ Diphthidæ ranæ ſunt minimę & viridcs a nonnullis calamitę vocatę. Cc.

℄ Diphthōgus eſt cōglutinatio duarum vocaliū vim ſuam ſeruantiū ex δίς & φθόγγος qui vocalis eſt ſonus. Et ſciendū ꝙ vbicūq; a vel e in nōibus ante finalem reperiunt u fere vbiq; a & u vel e & u diuidunt: vt nicolaus: archelaus: alueus: cereus. Excipiuntur laus: fraus: & heus in quibus eſt diphthongus. In græcis vero dictionibus aliquādo habent diphthōgi. Virg. Orpheus in ſiluis inter delphinas Arion. Et oīs diphthōgus: aut eſt in principio: vt Aeneas: aut in medio: vt

coꝛꝛuus: aut in fine: vt muſæ.

¶ Diphtera: alio noie bæta: veſtis paſtoꝛitia ex pellibus ouium aut caprarum conſutis.

¶ Diplois idis. genus pallij. quaſi duplex pallium διπλόος enim duplex dicitur.

¶ Diplomata: genus tabellarum. Ser. ſcribit diploma eſſe epiſtolā vel ſcripturā aliquā ad aliū miſſam a verbo græco διπλόω duplico. inde diploma duplicatio & litterę eo q duplicentur. Alij putant diplomata eſſe ſingularium virorū & vicorū priuilegia in tabellis ſcripta: & in quibus principis nomē adſcribitur. Vulg⁹ bullas: ſemidocti ſupplicationes: docti ſupplices libellos vocant: quæ & breues dicunt. Cic. Apio. Diploma ſtatim nō eſt datū q minifica eſt improbitas in quibuſdā qui tuliſſent acerbi⁹. Et pro cor. balbo. Mitto diplomata tota in prouincia paſſim data. Sueto. de Auguſt. In diplomatib⁹ libelliſq & epiſtolis ſignādis initio ſphinge vſus eſt mox imagine magni Alexādri. Gręci. διπλόος dicunt duplum: tanq̄ duplices illæ tabellæ dici poſſint diplomata.

⁎Diplon διπλὸν gręci duplum dicunt. Cc.

¶ Dipondium & dipondius: ſiue dupondiū & dupondius a duobus ponderibus dicitur. Nam vt Var. docet duos aſſes pendebat. As vero nummus libralis. & dupondium nummus bilibris dicebatur.

¶ Dipſas adis latine ſitis dicitur. Ponitur autem pro quodam aſpidum genere: cuius morſu incredibilis ſitis inducit. Luc. li. viij. In medijs ſitiebāt dipſades vndis. Et in deuterono. Scorpio & dipſas. Luc. autē. τὸ δὲ δὴ παντῶν ἑρπετῶν δεινότατον ὢν ἡ ψάμμος τρέφει ἡ διψὰς ἐστιν ὄφις ἡ πάνυ μεγας ἐχίδνῃ ὅμοιος & plurima dicit. ⁎Id eſt hoc ſerpentiū oim infeſtiſſimū exiſtēs hips arena alit. dipſas eſt ſerpēs perq̄ magnus viperę ſimilis.

⁎Dipſacon ſpina alba quæ & Aſpalatus & diacheron alias nūcupatur. vide in diacheron. Cc.

¶ Diptota penul. pd. dicūtur nomina duos tantū caſus habentia. ſic tetraptota pētaptota: quę habēt quatuor & quinq caſus.

¶ Diptychum penul. cor. dicit duplicatū. Ambr. lib. Hexa. Explorat ſi quando oſtreū in remotis ab oi vento locis contra ſolis radios diptychum illud ſuum aperiat & reſeret clauſtra teſtarū: vt libero aere viſcerus ſui voluptatem quandam capiat.

¶ Dirū crudele infeſtū: quaſi deorū ira immiſſum. Vir. Priuſq̄ Dira p incautū ſerpāt cōtagia vulgus. Hic diræ furię: quaſi deorū irę. Aliqñ accipit p magno. Idē. Iam tū relligio pauidos terrebat agreſtes Dira loci. Hinc diritas crudelitas. Cic. Intelligi pōt ex his fratrib⁹ qui in adelphis ſunt: quāta i altero diritas: in altero comitas.

¶ Dirę: execratiōes & iprecatiōes quę in maliuolos effundebant horrēdę quoidā inauditos cōpellātes qbus quiſqs obnoxius erat: neceſſe erat illū maximo afici infortunio. Hor. Diris vos agam dira deteſtatio.

¶ Dirce nomen mulieris Lycis thebarū regis vxoris: quā poetę fingūt cōuerſam in fontē ſui nois: Alia fuit dirce babylonia q̄ ſua forma tumēs i piſcē cōuerſa eſt. Oui. li. iiij. me. Dirce quā verſā ſquāmis velātib⁹ art⁹.

¶ Dircæus cū æ dipthōgo: dicit Aonius ſiue theban⁹. Nā pars bœotię in qua fons eſt dircęus dircęa cognoita eſt. Et apd Vir. Amphioñ dircę⁹ dict⁹ eſt. i. theban⁹.

¶ Diribitoriū: locus erat in quo recēſebant exercit⁹ & ſtipēdia militię nūerabant a diribēdo hoc eſt diſtribuēdo. Et diribitores diſtributores. Ci. de reditu ſuo ad ſenatū. Quādo inquit vlla dignitate tot rogatores diribitores cuſtodeſq vidiſtis? Hoc eſt diuiſores diſtributoreſq qui inter tribus viritim pecuniā diuiderēt: quos Plau. in aul. curiarum magiſtros appellauit. Qui diſtribuerēt inqt argēti minas in viros. Ex hac ſimilitudine ſtructores epularū & oino ꝓpoſiti negocijs vocabulū id quādoq accipiunt p loco in quo miniſtri diuerſant. Apul. li. ij. de aſi. Freqūes inqt ibi epulonū diribitores pluſculi ſplēdide amicti fercula copioſa ſcitule ſubminiſtrata. Ply. in epiſtolis pedagiū appellat id qd diribitoriū dici videt ἀπὸ τῶν παιδῶν. i. a pueris & miniſtris

¶ Dirigo is. pe. cor. ex di & rego ſignificat obliquum emēdo. Plan. Ciceroni. Ad Mutinam iter dirigerem. Apud Plautū inuenitur dirigere p diſſidere.

¶ Dirigeo es. gui. ſignificat prę frigore aut timore aut alio caſu viribus deſtituor. Vir. Diriguit viſu in medio calor oſſa reliquit. i. diuerſis modis rigidus factus eſt: quia prę formidine contractus eſt.

¶ Dirimo is. pen. cor. diremi direptum. ex di & emo & interpoſita. r. ſiue ex diſ & emo. ſ. in r. mutata cōponi videt. Et ſignificat diuido. Hiero. i vita patrū. Ob hoc antem dirimunt habitaculis: vt ſilētij ſui quiete & intētione mētis diuina lectā: es nec vox aliqua: nec occurſus vllus: aut ſermo aliqs ocioſus perturbet. Aliquando dirimere ponit p deſtruere. Sal. Qua nōdū frequētes armati couenerāt eas res conſiliū diremit.

⁎Diris mōs eſt mauritanię quē propter altitudinē cęli columnā vocauerunt & euentu ab Atlante rege in eū mutato nūc atlas nominatur.

¶ Diripio is. pe. cor. vide in dictione Deripio.

¶ Dirumpo is. varie rūpo ſeu violēter ſcindo. Plau. in cur. Geminos in ventre videor habere filios: nihil me tuo niſi medius dirumpat miſer. Refertur quādoq ad animū. Cice. Dirumpor dolore.

¶ Dirūcino as. Vide in dictione Runcina.

¶ Dirūcio is. ſignificat depurgo & quaſi dirū eijcio.

¶ Dis præpoſitio diſiunctiua de qua ſupra dictū eſt. Dis vero ditis diuinarū & inferorū deus: vt inqt Stra. Græcæ Pluto dicit qa terrenā oēm vim atq naturā diti patri dedicatā putabāt q diuitię oēs e terris oriant & in terras recidāt. Nā πλοῦτος τοῦ latine diuitiæ Quit. tamē li. j. a cōtrario interꝑtatur quia minime diues eſt. Ponit etiā dis p diuite. Plaut. in aul. Dites diuitijs qui aureos mōtes colūt ego ſolus ſupero. Ter. in adel. Dis quidē eſſes demea: ac rem tuā conſtabiliſſes. Hinc Ditior & Ditiſſimus. Dito. as. & Ditto pro impero.

¶ Diſcapedino. as. penulti. cor. a capedine fit: ſignificatq relero aperio. Apul. Hyagnis primus in canēdo manus diſcapedinauit.

¶ Diſcerpo is. pſi. ptū. ex dis & carpo. varie cædo. diſtraho: diſcindo. Liui. lib. j. Fuiſſe tum quoq aliquos qui diſcerptū regem manib⁹ taciti arguerēt. Var. Duabuſq admotis quadrigis alligatam corpus equis in diuerſum iter cōcitatis diſcerpſere.

¶ Diſcindo is. diſcidi. penul. cor. a dis & ſcindo. Diſcidi vero penul. prod. fit a dis & cædo. Ter. in adel. Vide vt diſcidit mihi labrum.

¶ Diſſecat⁹ a. um. qd eſt per anatomē exēteratū. Qd eñ græci τὴν τομὴν nos diſſectionē & cōſectionē vocamus. vt apud Ply. & celſum accipi pōt. Ariſto. Chameleon diſſectus totus ſpirare prętere a diu poteſt. Fit aūt a Diſſeco. as. pe. cor. qd eſt dilanio: & varijs modis ſeco. ſiue in varias partes diuido. Vnde diuiſiones patrimoniorū inter cōſortes dicūtur diſſectiones.

¶ Diſcepto. as. diſputo cōtēdo diſcordo. Aliquando etiā moderor cōpono. Ci. li. iiij. tuſ. itaq illi⁹ verę elegātiſq philoſophię quę ducta a Socrate in pipateticis adhuc pmāſit: & idē alio mō dicētib⁹ ſtoicis cū Academicis eorū cōtrouerſias diſceptarēt: nulla fere ſunt aut pauca admodū latina monumēta. Hic diſceptator, dicit rei

ſnieq; moderator: vt docet Ci. in partitionib⁹ ad filiũ.

¶ Diſcedo is.pe.pro.recedo. Plyn. Faceſſite hincatq; a nobis diſcedite. Aliqñ tacet̃ locus de quo. & ponitur locus ad quẽ. Augu. Dñs diſceſſit trãſiordanẽ. Aliqñ vtrũq; ponit⁹: vt Nõ diu eſt ex quo ille hic rus abijt. Interdũ diſcedere ponit̃ pro excipe: vt ſi dicã Cũ diſceſſi a parẽtibus nemo eſt mihi te carior.i.parẽtib⁹ exceptis. Ci. Lẽtulo. Cũ a vobis ſalutis meę auctorib⁹ diſceſſerim: velim te exiſtimare neminẽ eſſe cuius officijs me tã eẽ deuinctũ nõ ſolũ cõfitear: ſed etiã gaudeã Interdũ pro diſtẽdi diuidi. Idẽ li.iij.offic. Hinc ille Giges induciť a Platone qui cũ terra diſceſſiſſet: magnis quibuſdã imbrib⁹ deſcendit in illũ hiatũ. A diſcedo fit diſceſſus.pro receſſu.& diſceſſio p diuiſione & hiatu.

¶ Diſcerno is.diſcreui.etũ.ſeparo. Hier. ad Tyraſiũ. Ad cõparãda pctã gaudẽt iã parẽtes a filijs: q̃ filij a parẽtibus puocãre diabolo ſeparari: ad indulgentiã perpiẽdam nolũt ab inuicẽ deo vocãte diſcerni. Quãdoq; ſignificat Certo. Apul. Armis potius diſcernere q̃ iure vti voluerũt. Qñq; diſtincte cognoſco. Ter. i adel. Quid hoc malum infelicitatis nequeo ſatis diſcernere niſi me credo huic eſſe natũ rei ferundis miſerijs.

¶ Diſcretus.a.um. participiũ paſſiuę ſignificationis: vt apud Col. Diſcreta ſemina.i.ſeparata. Am. Quid lõgius eſt q̃ a ſe recedere nec regionibus ſed morib⁹ ſeparari: ſtudijs eſſe diſcretum: nõ terris? Huius cõpoſitũ protulit Ply. Indiſcreta ppe ſpecie fuere.i.indifferẽti. Valla expõit actiue.ſic. Diſcret⁹ q qualitates pſonarũ ac rerũ momẽta diſcernit. Sed nullũ attulit exẽplũ: nec vllũ afferri poſſe arbitror niſi in paſſiua ſignificatione.

¶ Diſcretio.ſeparatio. Lactã.li.vij.cũ vis aliqua vtrũq; diſcreuerit q̃ diſcretio mors vocat̃. Ci.li.iiij.ad herẽ. ſic diffinit. Diſcretio noiatur quę rerũ cõſequẽtiũ cõtinet pſpicuã & dilucidã cum grauitate expoſitionem.

¶ Diſcrimẽ pe.p.ſeparatio.differẽtia. Ci. Totũq; diſcrimen ſummi boni in ea rerũ cõparatiõe poſitũ putat. Sal. Laudam⁹ diuitias: pſequimur inertiã: inter bonos & malos nullũ eſt diſcrimẽ. Vñ & p diuiſiõe & capillorũ dimidiatiõe ſumit̃ quę fit diſcerniculo. Et diſcrimẽ certamẽ. Vir. Poſt hos ęquo diſcrimine priſtix: cẽtaurusq; locũ tẽdũt ſupare priorẽ. Rurſus diſcrimẽ periculũ dr̃. Idẽ li.j. Per tot diſcrimina rerũ Tendimus in latium.

¶ Diſcrimino.as.pen.cor.diuido. Ci.in phil. Hetruriã diſcriminat Caſſius. Hier.in lib. Iudith. Et diſcriminauit crinem capitis ſui.

¶ Diſcriminatim aduerbiũ ſignificat differenter. Var. lib.j.de re ru. Eadem de cauſa ſunt quę nõ poſſunt viuere niſi in loco aquoſo aut etiam in aqua: & diſcriminatim. Et alia in lacubus vt arũdines in aretino. alia in numinibus vt in epiro arbores vlmi.

¶ Diſcriminale.acus eſt quæ crines diuidit ad cõcinnãdum caput. vt apud Eſaiam. Diſcriminalia & periſcelides & murenulas & olfactoria.

¶ Diſcerniculum.idem eſt diſcriminale.

¶ Diſcrepo as.pe.cor.nõ cõuenio. Liui.li.xxxviij.impersonale poſuit. Nec iter ſcriptores rerũ diſcrepat ſolũ ſed orõnes quoq; ſi modo ipſorũ ſunt quę ferũtur.

¶ Diſco is.didici proprie rem ignotã aſſequor mediãdo: vel ab alio diſcẽdo. Huius cõpoſita ſunt Addiſco. Cõdiſco. Hor. Anguſtã amicæ pauperiem pati robuſtus acri militia puer condiſcat. Dediſco qd̃ didici obliuiſcor: ſeu a mẽte reijcio. Plau.in am. Haud æquũ facit qui qd̃ didicit id dediſcit. Ediſco. memoria cõplector. Quintil. Illud ex cõſuetudine mutandũ prorſus exiſtimo ne ola quę ſcripſerint ediſcãt: & cætera vt moris eſt dediſcant. Perdiſco perfecte ſeu valde diſco.

¶ Diſciplina.dicit̃ puta diſcipulo pcipit̃. Nã vt Aug. in dialecticis docet. diſcibilis rei diſciplina dicit̃. q̃ quarũq; rerũ ſciẽtia eſt. Doctrina eſt puta doctore tradit̃.

¶ Diſciplinoſus. dicitur qui tam bonas q̃ malas artes facile diſcit.

¶ Diſcinctus. diſſolutus negligens. Perſius. Non pudet ad morẽ diſcincti viuere nattæ. Antiqui negligentes & deſides appellabãt diſcinctos. Cõtra Accinctos ſolertes ſtrenuoſq; vocabant. Quod a re ipſa deductũ eſt. Molles eñi demiſſis diſcinctiſq; veſtibus vti ſolent Strenui vero atq; Induſtrij quo ſint ad res exequẽdas promptiores ſuccincti incedunt. Ser. Diſcincti inhabiles ſunt militię: oẽs eñi qui militant cincti ſunt. vñ diſcincti inefficaces & ignaui dicũtur. ſicut ecõtrario percinctos ſtrenuos vocamus.

⁎ Diſcors ex dis & cor diſſidens ex quo diſcordo diſſideret diſcordia pro qua veteres diſcorditas dixerunt & diſcorditer. Co.

¶ Diſcrucior.aris. valde crucior.

¶ Diſcõuenio.non cõuenio. Hor. Et vitę diſconuenit ordine toto.

¶ Diſcumbo.is.diuerſis locis accũbo. Gel. Apud cœnã Fauorini philoſophi cũ diſcubitũ fuerat cœptuſq; apponi cibus: ſeruus aſſiſtẽs mẽſę legere incœptabat.

¶ Diſcuneatus. quaſi immiſſo cuneo apert⁹ ac patẽs ſicut ligna diducta fiunt & hiantia adactis cuneis. Ply. li.ix. Cõchæ contrahũt ſe fruſtra diſcuneatæ.

¶ Diſcurro.is.in diuerſas partes curro. Liui.lib.j. Signo dato iuuentus romana ad rapiendas virgines diſcurrit. Hinc Diſcurſo.as. Lactã.lib.de opi. Totos dies in huiuſmodi diſcurſatione conſumunt.

¶ Diſcus. vas latũ. vt Iul.pol.inquit ad portãdas carnes aptũ. forte Lãx. Apul. Cœnarũ reliquijs diſcus ornatus. Vñ a Hiero. dictus eſt Diſcophorus ille qui Danieli prãdium portauit. Talem eñi ingt diſcophorũ iſ odia meruerat hebdomadis. Eſt & diſc⁹ gen⁹ ludi. hoc eſt rotunda moles ſaxea vel plũbea ſiue ferrea. cui⁹ iactu iuuenes inter ſe certabant fortior iudicãdus q aut altius in ſublime. aut longius in tractũ vltra deſignatũ ſpatiũ proieciſſet. ita miſſilib⁹ cõtendebant. Hor.ii.car. Sæpe diſco ſæpe trans finem iaculo nobilis expedito. Mar. Splẽdida cũ volitent ſpartani põdera diſci. Eſſe procul pueri ſit ſemel ille nocens.

¶ Diſcutio is.pen.cor.ſſi ſſum. ex dis & quatio. pprie in diuerſas partes quatio & deijcio. Liui. Trib⁹ arietib⁹ aliqñtum muri diſcuſſit. Per trãſlationẽ modo ponitur pro remoueo ſeu reſoluo. Col.lib.vij Etiã languor & nauſea diſcutitur ſi integrũ gallinaceum crudũ ouum ieiuni faucibus inferas. Modo varijs modis examino inueſtigo. Lact. Hęc eñi prauitatis eſt cauſa ignoratio ſui quã ſi qs cognita veritate diſcuſſerit: ſciet quẽadmodũ ſibi vita degẽda ſit. Hinc Diſcuſſum dicim⁹ qd examinatũ aut iudicatũ eſt. Et act⁹ ipſe diſcuſſio. Et diſcuſſor q diſcutit. A diſcutio fit aliud cõpoſitũ qd eſt ex diſcutio.& ſignificat per varios modos cõcutio extra eijcio. Hiero.ad cteſi. Cũ hæc ſe ita habeãt puoco aduerſarios vt oẽs retro chartulas excuſſi. ſeu excutiant: & ſi quid in meo ingeniolo vitij repererint proferant in mediũ.

¶ Diſijcio is.penul.cor.in diuerſas partes iacio. Virg. Diſiecitq; rates.

¶ Diſiungo ſeparo a quo diſiunctio ſeparatio vt cum alter ab altero abſumus. Ci. Neq; enim nõ poteſt mihi moleſtiſſima eſſe diſiunctio noſtra in tãta rerũ oim varietate. Hinc etiã diſiũctiuæ cõiunctiões q̃ res vel perſonas diſiungũt vt hoc vel illud meũ vel tuum erit.

¶ Diſertus a diſſero. q̃uis diſſero per duplex.ſſ.ſcribatur. Et is eſt q probe diſſerit vel q ornatiſſimis verbis abũdat. Eloquẽs cui⁹ oratio eſt grauib⁹ ſentẽtijs refert

ta & ornatis diſtincta verbis. Vñ. M. Antoni⁹ apd Cic. ait a ſe diſertos viſos eẽ mltos: eloquẽtẽ vero neminẽ.

¶ Diſpalo as. pen. pro. ex dis. & palo. Palare vero vagari & errare ſignificat a palis caſtrorũ. hoc eſt ſudibus modo hucmodo illuc trãſlatis. Diſpalare itaq; eſt paſſim digredi vel ſeparare. Siſen. lib. iij. hi. Diſpalati ab ſignis digreſſi oẽs ac diſſipati. Gel. lib. j. Ea præcentione tranquilla & venerabili ad quandam quaſi militaris muſicæ diſciplinã vis & impetus militũ ne ſparſi diſpalatiq; prorueren coluhibebatur.

¶ Diſplodo. is. in diuerſas partes plodo. Var. lib. ij. de re ruſ. Pedibus nõ latis neq; ingredientibus qui diſplodentur: nec cuius vngulæ diuaricent.

¶ Diſpello is. diſpuli. ſũ. varijs locis: varijſue modis pello. Liui. li. v. Cũ duæ acies duo diuerſa ꝑlia circũuẽtos hetruſcos & a frõte & a tergo vrgerẽt: neq; in caſtra neq; in mõtes vnde ſe nou⁹ hoſtis obiecerat iter fugæ eſſet: & equitẽ paſſim liberi frænia diſpuliſſent equi: veientiũ maxima pars tyberim effuſi perunt. Ci. li. j. tuſc. Eadẽq; ab aio tãq̃ ab oculis caligmẽ diſpulit. Vir. Teucrorumq; alios acer quos æquore turbo diſpulerat. i. Diſiecerat ſiue ſegregauerat.

¶ Diſpendo. is. varie pẽdo. i. expẽdo diſtribuo a quo Diſpendiũ & Diſpẽſo. as. Col. lib. iiij. Cæleſtes admittat imbres eoſq; alendis ſeminib⁹ diſpẽſet: ac ſuis omnibus partibus ad educandã prolem nouam cõſpiret. Aliquãdo ſignificat expando. Et tũc nõ a pendo ſed a pando cõponitur. Plaut. Vbi lubet diſpendite hoiem diuerſum atq; diſtendite.

¶ Diſpẽdium dicitur quod incuria vel negligẽtia aut immoderatione diſpendimus. Plyn. Magno id lignorum diſpendio fit addito ſale. Aliquãdo dicit̃ dãnum quod in diſpendendo ſolet minus fieri. Eſt eñ contrarium compendio. Ter. in Hecy. Quid eſt qd mihi malim q̃ q; huic intelligo euenire vt gratiã ineat ſine ſuo diſpendio & mihi proſit.

¶ Diſpendioſus a. um. dãnoſus. Col. li. ij. Nam diſpẽdioſa eſt cunctatio. primũ q; auibus prædam cæteriſq; aialibus præbet. Deinde q; grana & ipſę ſpicæ culmis arentibus & ariſtis celeriter decidunt.

¶ Diſpenſo. as. frequẽtatiuũ a diſpendo quod magis vſurpatur q̃ diſpendo. Vnde

¶ Diſpẽſator. qui æs penſans expẽdit. & neceſſaria in familia diſtribuit qui grece οἰκονόμος appellatur. Nam apud romanos cũ aſſes librales eſſent appẽdebantur. Quin ẽt illpis põderãdę pẽſatores libripẽdes ſũt dicti.

¶ Diſpẽno. is. expãdo. Tractũ a pẽnis & volatu auiũ.

¶ Diſpepſia: difficilis & ægra concoctio. Dis difficile πέπτω concoquo.

¶ Diſperdo. is. diſperdi. Vide in dictione. Perdo.

¶ Diſpergo. is. ſi. ſum. Vide in dictione Spargo.

¶ Diſpereo. is. ex dis. & eo. cõponit̃ ſignificatq; vario modo: aut in totũ pereo & deficio. Mar. Diſpereã ſi nõ hic decianus erit. Lact. Cũ terrã & aquã & ignẽ diſperire cõſumi extinguiq; videam⁹ quæ ſunt mũdi partes.

¶ Diſpertio is. huic & illi partes do. Plau. i aul. Hercle iniuria diſpertiuiſti pingui agnum habent.

⁎ Diſpeſſus expaſſus. Plaut⁹. Credo ego iſto extẽplo tibi eſſe eundũ extra portã diſpeſſis manibus. Cc.

¶ Diſpeſco. is. cui. ex dis. & paſco. quaſi pecus a paſtione deduco.

¶ Diſpicio. is. pen. cor. diſcerno. Quintil. lib. ij. Nam proprietates ingenioꝝ diſpicere prorſus neceſſarium. Et diſpicere diuerſe diligenterve inquirere conſiderare ſeu mente circũſpicere & prouidere: & tanq̃ in omnem partem lumina mentis intendere. Cice. lib. j. tuſc. Tamen acie mentis diſpicere cupiebant. Col. in pręfa. At ego cum aut magnitudinẽ totius rei quaſi quandã vaſtitatem corporis: aut partium eius velut ſingulorũ ſubtilitatẽ diſpicio: vereor ne ſupmus ante me dies occupet q̃ vniuerſam diſciplinã ruris poſſim cognoſcere. Inde fit Diſpicentia quę eſt circũſpectio & prouidẽtia vel cõſideratio diligens.

¶ Diſpondęus. quaſi bis ſpondęus pes qui conſtat ex quattuor ſyllabis longis vt oratores.

¶ Diſpono. is. pen. p. Vide in dictione Pono.

¶ Diſputo. as. pe. cor. & Cõputo. ex præpoſitione dis & verbo puto: quod valet purũ facere. Var. Ideo ratio diſputari dicit̃ in qua ſumma fit pura. ſic ſermo in quo pure diſponũtur verba ne ſit cõfuſus atq; vt diluceat dicitur diſputatio. Lac. li. vij. Immortales eẽ aias Pherecides & Plato diſputauerunt.

¶ Diſquiro. is. pe. p. per oẽs partes q̃ro: vt inquirẽdo nihil me lateat. Aug. lib. ij. ci. dei. Vñ poſtea nobis erit in dei veri dñi volũtate diſquirẽdi ac diſſerẽdi locus. a quo Diſquiſitio: q̃ eſt ingſitio voluntatis iudicijq; diuerſorũ. Sue. in Cæſa. Primo ꝑturæ die. Q. Catulũ de refectiõe capitolij ad diſquiſitionem populi vocauit.

¶ Diſraro. as. ſignificat caſtro. & diuerſis modis quod ſpiſſum erat rarum facio. Col. lib. x. Sed illud de integro refodi debet. Hoc põt intercidi & diſrarari qđ op⁹ ruſtici caſtrationem vocant.

¶ Diſſauior. aris. cũ lętitia & voluptate multa oſculor. Ex dis & ſauior ὥσπερ ἑλληνισὶ λέγεται φιλῶ κυρίως ἀλλὰ κυνῶ τι ἄλλο σημαίνει. ✱. i. vt græce dr̃ φιλῶ. i. oſculor ꝓprie. ſed κυνῶ quiddã aliđ ſignificat. Sauior autem a Sauiũ ſiue a ſuauiũ per diminutionẽ u. De ſauio Gel. li. uj. Diagoras tres filios adoleſcẽtes habuit vnũ pugilẽ: alterũ pãcratiaſten: tertiũ luctatorẽ: eoſq; ois vidit vincere coronariq; eodẽ olympędie. Et cum ibi tres eũ adoleſcẽtes amplexi coronis ſuis i caput patris poſitis ſauiarent cũq; populus gratulabũd⁹ flores vndiq; in eũ iaceret ibidẽ in ſtadio in ꝯſpectãte poplo in oſculis atq; in manibus filiorũ animã efflauit. Plau. in bac. Quis iſtic habet? amor voluptas venus venuſtas gaudiũ iocus ludus ſermo ſuauis: ſauiatio. Vñ Diſſauior. Ci. Tyroni. Ego vos ad quartũ kalẽdas videbo: tuoſq; oculos etiam ſi te veniẽs in medio foro videro: diſſauiabor. i. multũ: ſiue ſæpius ſauiabor.

¶ Diſſentio. is. quaſi diuerſe ſeu aliter q̃ alij ſentio. Vñ Diſſenſio quę eſt ſentẽtiaꝝ diuerſitas. Diſcordia vero eſt diſcretio aliquorũ quos amoris vinculũ colligauit.

¶ Diſſentior eiuſdẽ ſignificationis eſt cũ diſſentio.

¶ Diſſentaneũ. diſſentiens: nõ cõueniens: ſicut Cõſentaneũ cõueniens. Nigidius. Eũ locũ facit diſſentaneũ.

¶ Diſſepto as. frequentatiuum eſt a diſſepto. is. a quo diſſeptatio: quę dicitur diſputatio & quaſi colluctatio. Hiero. in Eſaia. Adhuc iudicio contendã vobiſcum & cum filijs veſtris diſſeptabo.

¶ Diſſero is. pe cor. rui. tũ. varie ſemino. Col. Panax vtroq; tẽpore leni & ſubacta terra rariſſime diſſeritur. Per tranſlationẽ Diſſerere ſignificat diſputare enarrare declarare. Var. Nã vt olitor diſſerit in areas ſui cuiuſq; generia res: ſic in oratione qui facit diſertus dicitur. Hiero. in ꝓlo. eccleſiaſtes. Rogatũ ab ea in morẽ cõmentarioli obſcura quęq; diſſererem.

¶ Diſſerto as. frequẽtatiuũ. Gel cũ de antiqtate quorũdam verborũ diſſertaremus.

¶ Diſſertio. diuiſio patrimonij inter conſortes.

¶ Diſſideo. es. pen. cor. propter diſſidiũ alienus ſum Ci. in Lel. Cũ is tribunus plębis capitali odio a Q. Põpeio diſſideret q tũ erat conſul. Transfert̃ etiã ad inanimata: & ꝓ diſcordo ſeu nõ cõuenio ponit̃. Ply. li. xxxvij. Adamas diſſidet cũ magnate lapide in tantũ vt iuxta

poſitus ferrum non patiatur abſtrahi.

¶ Diſſidium. ſegregatio diſcordia. Ter. Valeāt qui inter nos diſſidium querunt. Ouid. lib. xiiij. me. p diſceſſu poſuit a ſeorſum ſedēdo. Non bene diſſidium phrygij latura mariti.

¶ Diſſilio is. pe. cor. ex ſalio. ſignificat loco moueor. Apul. Veſtibulo oſſa diſſilierant. Propne autē diſſilire eſt in diuerſas partes ſalire. Ply. lib. xxxvj. Lunēſem ſilicē ſerra ſecari: at Tuſculanū diſſilire igni. aliquādo ponitur pro crepare frangi. Virg. Aeraq; diſſiliūt vulgo. Aliquādo pro cito deſcendere. Virg. li. x. Portiſq; ab equo regina ſub ipſis diſſiluit.

¶ Diſſulto. as. frequentatiuū. cōponit̃ ex dis. & ſalto. quod eſt quaſi diuerſe ſalto. Ply. lib. xxxvij. Incudib⁹ hi deprēdūtur ita reſpuētes ictū vt ferrum vtrinq; diſſultet incudeſq; etiam ipſæ diſſiliant.

¶ Diſſipo. as. pe. cor. ex dis. & ſipo. ſignificat diſpgo. diuulgo. Col. li. ij. Sin autē proximę meſſis occupādū erit reſtibile defectus ſtramētis quatuor & viginti vehes ſtercoris in iugerū diſponemus diſſipabimuſq;.

¶ Diſſonus a. um. pe. cor. quod nō eſt cōueniēs Vnde Diſſono pro diſcordo.

¶ Diſſimulo. as. diligenter & aſtute cęlo ſiue tego ne qd noſci poſſit vel intelligi. cui⁹ cōtrariū eſt ſimulo. Simulamus enim falſa: Diſſimulamus vera. Simulam⁹ eſſe quæ nō ſunt: Diſſimulamus nō eſſe quæ ſunt. Ab his fiunt aduerbia. Simulanter & diſſimulāter. Simulatim & diſſimulatim.

¶ Diſſoluo. quod ligatū erat nō ligatū facio: deſtruo. Lact. li. j. Diſſoluat hoc argumentū ſi quis pōt. Et lib. vij. Vtrū ne aīa maneat poſt mortē an diſſoluat̃. Et diſſoluere expedire. Ter. in heau. Diſſolui me ocyus: operam vt tibi darē. Itē Diſſoluere ſignificat diuerſis pſonis: ſeu varia debita ſoluere. Cice. lib. ij. off. Nunq̄ nec maius æs alienū fuit nec meli⁹ nec facili⁹ diſſolutū eſt. Dicimus autē Diſſolui æs alienū. i. qd cōtraxerā æris alieni reſtitui: & plurib⁹ ſolui: vel quaſi catena qua voluebar me ſoluendo pecuniam diſſolui.

¶ Diſtædet. multum aut varie tædet.

¶ Diſtēdo. in diuerſas partes tendo. Leo papa. Cęius multis aucta victorijs ius imperij tui terra marīq; diſtēderis: minus tñ eſt qđ tibi bellicus labor ſubdidit q̄ qđ pax chriſtiana ſubiecit. Col. lib. v. Stabilior eſt vinea quę ex vtraq; parte iugo deuicta pari libramēto velut anchoris quibuſdam diſtēditur. Eſt & Diſtēdere varie implere. Tractū ab vtre qui cū plenus eſt tendit̃: cū vacuus relaxat̃. Virg. Et dulci diſtendūt nectare cellas.

¶ Diſtēto. as. valde tendo. Virg. Sic atluſo paſtæ diſtentent vbera vaccæ.

¶ Diſtero. is. pen. cor. multū ſiue crebro tero. qđ fit cū aliquid ſubtiliter teritur. Cato. Libū hoc modo facito. Caſei. p. ij. bene diſtere in mortario.

¶ Diſtichon. pen. cor. geminus verſus. dis bis ςίχον verſum græci dicunt. Sic tetraſtichon. dicimus quatuor verſus hexaſtichon ſex.

¶ Diſtillo. as. a quo Diſtillatio: quam græci catharrū coryzam vel branchium vocant.

¶ Diſtineo. es. pen. cor. varie ſiue diuerſis rebus cauſis ve impeditū teneo. Cice. Mario. Nos hic multitudine & celebritate iudiciorum & nouis legibus ita diſtinemur: vt quotidie vota faciam⁹ ne intercalet̃: vt q̄primum te videre poſſimus. Et diſtinere arcere repellere. Virg. lib. xj. Dum diſtinet hoſtem Agger murorū neq; inundant ſanguine foſſæ.

¶ Diſtare ſignificat differre Lactan. lib. ij. Alioqui inter deum hoīemq; diſtaret nihil: ſi cōſilia & diſpoſitiones illius maieſtatis æternæ cogitatio aſſequeretur humana. Item Abeſſe. Plyn. Quod circiter quinq; milia paſſuū diſtat ab vrbe. Hinc Diſtantia: quæ modo differentiā: modo interuallū ſignificat.

⁎ Diſtichon a græcis geminus verſus appellatur nam δὶς bis. & ςίχος verſus dicitur. Cc.

¶ Diſtito. as. penul. cor. frequētatiuū. Col. li. vij. Diſtitent inter ſe aliquanto ſpatio ne colluctatione alter alteri noceat.

¶ Diſtinguo is. diuido. Col. lib. pri. Sed & lateribus diſtinguuntur granaria vt ſeparatim quæq; legumina ponantur.

¶ Diſtringo valde ſeu varie ſtringo. Cice. lib. iij. offi. Fraus diſtringit nō diſſoluit periurium. Quandoq; defrico ſeu radendo ſordes detergo. Vnde diſtringentes vocamus qui ſe poliunt & ſordes corporis radunt. Id quod fere poſt quietem ſolent omnes. Plyn. de Liſippo. Plurima ex omnibus ſigna fecit fœcundiſſimę artis inter quæ diſtringētem ſe. Mar. Pergamus has miſit curuo diſtringere ferro. Non tam ſæpæ teret lintea fullo tibi. Quandoq; ſignificat intēdere minitari. Tractum a gladiatoribus qui cōtra aduerſarium ſuum enſem ſtringunt. i. nudant. Cice. lib. iij. offic. At ille vt ingreſſus eſt confeſtim gladium diſtrinxit iurauitq; ſe illum ſtatim interfecturū. Quandoq; colligere. Col. lib. vlti. Sereno cęlo manibus diſtringi oliuam oportet & ſubſtratis tegetib⁹ aut cannis cribrari & purgari. Hier. Amos ꝓpheta paſtor & ruſticus mora rubōrū diſtringens: paucis verbis explicari nō poteſt.

¶ Diſtraho diuerſe traho diuido. Teren. Q; ſi eo meæ fortunæ redeunt abs te vt diſtrahar. Virg. li. vj. Turbatis diſtractus equis. Apul. per trāſlationem lib. pri. de Aſi. poſuit pro vendere. Caſeus recens erat & ſciti ſaporis admodum cōmodus pretio diſtrahi. Item ponitur pro componere ſedare finire. Sue. in Cæſa. Apud eandem longo tēpore ſacrificare: vota ſuſcipere: controuerſias quaſdam interpoſito per Cęſarem iureiurādo diſtrahi. reperſeuerauit.

¶ Diſtorqueo es. diuerſe torqueo. Ter. in Eu. Ah illud videos vt ſibi carnifex diſtorſit.

¶ Diſturbo diſijcio. Cice. pro domo ſua. Etiam ſe videre diſtrahi a complexu ſuorum: diſturbari tecta: diripi fortunas.

⁎ Diſulcus porcus dicit̃. cū in ceruice ſetas diuidit. Cc.

¶ Dito. as. a dis. ditis fit. ſignificatq; ditem facio.

¶ Diteo. es. diues ſum. a quo Diteſco diues fio. Aug. lib. ꝑ ci. dei. Vt bonus ſeruus magnas facultates haberet ipſam dñi voluntatē cui pediſſequus mēte diteſceret: nec cōtriſtaretur eis rebus viuens relictis quas fuerat cito moriens relicturus.

¶ Dithyrambus. vir theſbiacus a quo creditur genus illud verſuum fuiſſe cognominatū in honorem Bacchi factum.

¶ Ditrochæus: pes. bis trochæus. Conſtat eñ ex duobus trochęis. hoc eſt ex longa & breui: & iterum longa & breui: vt cantilena.

¶ Diuagor penultima correpta. varie vagor. Lactan. lib. iij. Vbi animus in multa diſperſus huc atq; illuc diuagatur.

¶ Diuarico as. pen. cor. ex di. & varico. ſicut & pręuaricor. ex præ & varicor. Vnde & actiuum Varico intelligimus & Varicor deponens. licet non ſint in vſu. Et a Varicibus dicitur. Significatq; Diuaricare diuidere: quod quidem faciunt qui ſtant diducti. Quintil. Varicare inquit ſupra modum & in ſtando deforme eſt: & accedente motu prope ſcænicum. Hie. ad Euſt. Sedebit ad aquas ſolitudinis poſita vaga & diuaricabit pedes ſuos omni tranſeunti. & vſq; ad verticem polluet

centur. Cato. Arbores hoc modo putẽtur: rami diuaricentur: quos relinques. hoc eſt in diuerſas partes brachia diſponãtur. Nonius. diuaricari dictum eſt diſtẽdi ab ijs qui vitio naturæ ita ſunt pedib⁹ diſcretis vt eos in diuerſum habeant ſeparatos.

¶ Diuẽdo: diuiſim vel varie vẽdo: vt fit huic & illi & modo hoc: modo illud. Liui. li. j. Cũ diuidenda præda. xl. talenta argenti effeciſſet.

¶ Diuerbia partes comœdiarum vbi plures perſonæ verſantur a perſonarum varietate dicta. Liui. Inde ad manum cantari hiſtrionibus cœptũ diuerbiaq; tãtum ipſorum voci relicta.

¶ Diuerto de vna re ad aliam verto. deflecto: vt cum quod cœpi relinquo vt aliud agam. Siue alio me verto. Lact. lib. viij. Sed hoc neceſſario diuertendum fuit vt oſtenderem tot ac tanta ingenia in rebus falſis eſſe conſumpta. Et diuertere eſt hoſpitari. Col. lib. pri. Hęc autẽ pretereũtiũ viatorũ populationib⁹ & aſſiduis hoſpitijs diuertentiũ infeſtat rem familiarem.

¶ Diuerſito. as. penult. cor. frequentatiuum a diuerto pro deflecto. Gel. ad ipſa platonis penetralia: ipſarũq; rerum pondera & dignitates pergendum eſt nõ ad vocularum eius amœnitatem nec ad verborũ vetuſtates diuerſitandum.

¶ Diuerſor. aris. modo diuerto ſignificat. modo conuerſor.

¶ Diuerſor qui in caupona hoſpitaẽ. Cice. lib. ij. artis ve. Caupo cum quibuſdam diuerſoribus illũ qui ante exierat cõſequitur. In itinere hominẽ comprẽdit. hoſmo in vrbem ab illo deducitur.

¶ Diuerſoriũ a diuertendo accipitur pro villa. & quaſi pro hoſpitio q; ibi magis nos recipimus & commoramur q̃ habitemus. Cice. in Cato. Ex vita iſta diſcedo tanq̃ ex hoſpitio: non tanq̃ ex domo. Cõmorandi enim natura diuerſoriũ nobis non habitãdi dedit. Idẽ Fabio Gallo. Nęc ego libẽtius emerim diuerſoriũ Tarracinæ ne ſemper hoſpiti moleſtus ſim. ꝓprie autẽ capitur pro hoſpitio vt apud eundẽ. Quieicã in cæſaris ſermõe quaſi in aliquo opportuno diuerſorio. Dicitur & Diuerſori⁹. a. um. vt Taberna diuerſoria. Sue. in Nero. Diſpoſitæ ꝑ littora & ripas diuerſoriæ tabernæ.

¶ Diuerticulũ. eſt via per quã a militari via ſiue de itinere noſtro alio diuertimus. Ter. in Eu. Cum ſenſi redeo rurſus: male vero me habẽs: vbi ad ipſum veni diuerticulum conſtiti. Ser. Diuerticula ſunt ſemitę tranſuerſæ quę ſunt a latere viæ militaris. Hiero. per ſimilitudinẽ ita accepit. lib. de natiuitate virginis. Denicq; inquantũ recordari poſſum nõ verba ſed ſenſum ſcriptoris ſequens: & nũc eadem ſemita non hiſdem veſtigijs incedens: nunc quibuſdam diuerticulis ad eãdem viam recurrẽs ſic narratiõis ſtilũ tẽperabo: vt non alia dicam q̃ quæ aut ſcripta ſunt aut conſequenter ſcribi potuerunt. Diuerticula etiam dicũtur domicilia in via ad quæ diuertendum ſit.

¶ Diuerſus: non ſolum pro vario ſed etiam pro ſeparato ponitur.

¶ Diuortiũ: ſeparatio. & proprie diſtractio matrimonij: inquit Modeſtinus. quod inter viꝝ & vxorem fieri dicitur. q̃uis ad alia etiam trãſferatur. Cice. Sic doctrinarum facta diuortia. Virgi. Obijciunt equites ſeſe ad diuortia nota. i. ad flexus viarum.

¶ Diuello is. li. ſum. varie vello. Sal. Rapi virgines: pueros diuelli: liberos a complexu parẽtum. ἑλλῆνες δὲ σπάω λέγουσι καὶ σπάζω καὶ τὰ πολλὰ ἔχουσιν. *. i. grece σπάω dicunt & σπάζω & multa huiuſmodi.

¶ Diues. a diuo fieri dicitur. q; qui diues eſt: quaſi deus nihil indigere videtur. Et modo conſtruitur cum genitiuo: vt inſula diues opum. Modo cum ablatiuo. Cice. li. ij. offi. Pub. Craſſus tum cognomine diues: tũ copija: functus eſt ædilitio maximo munere. Et eſt generis omnis. facit eñ accuſatiuũ diuitem & hoc diues. Ouid. lib. pri. de ar. Addidit externo marmore diues opus. Hinc diuitior cõparatiuum. Cic. Inde ille licẽtior & diuitior fluxit dithyrambus.

¶ Diuito aa. penult. cor. diuitem facio. Acti. Nihil credo auguribus qui aures verbis diuitãt alienas: ſuas vt auro locupletent domus.

¶ Diuitiæ numero tãtum multitudinis ita ab opibus differunt q; diuitiæ ſint quibus vtamur: opes vt alijs opitulemur. Ci. Sunt ergo diuitię ad neceſſariũ vſum: opes vero ad magnificentiam.

¶ Diuexo as. varie vexo. Lactan. lib. vij. Vt ſi qui forte tum fuerint boni prædæ ſint ſceleratis ac diuexentur vndiq;.

¶ Diuido is. pen. cor. ſi. ſum. cõpoſitum videtur licet eius ſimplex non legerim. Et eſt diuidere ſeparare partiri. Vir. Diuiſum imperiũ cum ioue Cæſar habet. Ponitur & pro pædicare. Plaut. in Aul. Me quidem hercle dicam palam non diuides. Quod & præcidere dicitur apud Martialem.

¶ Diuiſio vt Cice. lib. j. ad Heren. ea eſt per quam aperimus quid cõueniat: quid in cõtrouerſia ſit. vel ꝑ quã exponimus quibus de rebus dicturi ſumus.

¶ Diuiſor cum ſit verbale nomen a diuido plærumq; apud Cice. criminis eſt: hiq; antiquitus diuiſores vocabantur qui pecunias inter tribus viritim candidatorũ nomine diuidebant in creandis magiſtratibus: quos Plautus curiarum magiſtros vocat. Cõſueuerant eñ petitores magiſtratuum apud Romanos pecunia largitioneq; ſibi ſtudia cõciliare ſuffragatorum. & per cẽturias tribuſq; diuidere nũmos. Cice. pro Plan. Quã tibi cõmodum eſt vnam tribũ delige: tu doce id quod debes: per quem ſequeſtrẽ: quo diuiſore corrupta ſit. Eſt & diuiſor qui pueros corrumpit. Cice. Pæto. Quid enim nõ honeſtũ eſt verbum diuiſor? At ineſt obſcœnum cui reſpondet intercapedo. Sunt ergo diuiſores nõ ſolum criminoſi: ſed etiã obſcœni tanq̃ in obſcœno coitu: præpoſteraq; libidine nates diuidantur. Qui & emaſculatores & pædicones dicuntur.

¶ Diuiſo as. penul. ꝓ. crebro ſiue more cõſueto vt partem mihi capiam diuido. Ci. li. ix. phil. In galliam inuaſit Antoni⁹: in Aſiam Dolobella: in alienam vterq; ꝓuinciam: alteri ſe Brutus obiecit impetũq; furentis atq; omnia diripere cupiẽtis vitæ ſuæ ꝑiculo colligauit.

¶ Diuidium a diuiſione: ſicut dimidium a dimenſiõe Ter. in adel. Totum diuidium face & pro eo dimidio.

¶ Diuidia æ. tædium. Actius. Huius me diuidia cogit plus q̃ eſt par loqui. Interdũ etiam dicitur diſcordia.

¶ Diuidicula caſtella ex quibus a riuo cõmuni aquã quiſq; in ſuum fundum ducit.

¶ Diuiduũ quod ſeparabile & ſeparatũ eſt. Cuius cõtrarium eſt Indiuiduũ. Plau. in Ru. Diuiduũ talentum faciam. i. in duas partes diuiſum. Hinc diuidue: quod vernaculo ſermone dicimus ꝑ la meitade. Idẽ in Caſ. Nam quod tibi ęgre eſt idem mihi eſt diuidue.

¶ Diuus dicitur generoſus ἀπὸ τοῦ Διός. i. a ioue. Virgil. li. xj. Quos ipſa decus ſibi dia Camilla. Dius in cõpoſitione accipitur pro die vt perdius.

¶ Dium ſubſtantiuũ diuinũ ſub cœlo lumen. Cęlum græci Δῖον dicunt. Vnde adhuc ſub dio fieri aliquid dicimus cum non fit ſub tecto.

¶ Diuus a. um. idem quod diuinus: quod etiam dium dicimus: quaſi ἀπὸ τοῦ Διός hoc eſt a ioue genitũ. vel quia veteres in ſingulari dium dicebant hoc eſt deum.

Vnde nũc quoq; in plurali dicim⁹ a dio dij ſicut a deo
dei. Cũ autẽ dicimus diuam fœminã intelligim⁹ eam
quę ſua virtute diuinitatẽ meretur. Sic dicimus diuos
imperatores: etiã dum ſunt in vita.

¶ Diuinus a .um. quod eſt dei: vel quod ad deũ perti-
net: vt opus diuinũ: res diuinæ: quæ vt Aug. li. j. sca l.
inquit dicũtur per quas huiuſmodi diuinatio ipſa con-
tingit. Hinc diuinitas ſicut a deo deitas.

¶ Diuinitus aduerbiũ ſignificat a diuinis ſiue a deo ſi-
cut humanitus ab humanis rem demõſtrat. Diuine ve
ro & humane ad deorũ atq; hoĩm ſimilitudinẽ.

¶ Diuipotens qui in diuinis poteſtatẽ habet. Apul.
Saga & diuipotens: cœlum deponere.

¶ Diuino as. penul. pd. nõ tantũ de præterito dicitur:
ſed etiam de præſenti pro verum dico. Vnde prouerbi
um aiunt diuinare ſapiẽtem: quia qui dicit verũ de his
diuinus eſt. Ter in Hecy. Plane hic diuinat. Nam id eſt
Plerũq; tamen diuinare eſt augurari a quo diuinatio
prouidentia futurorũ: quæ quãdoq; etiã dicitur iudici-
um. Nam cum de conſtituendo accuſatore queritur iu
dicium quod ſuper ea re redditur cuinam potiſſimũ ex
duobus pluribus ve accuſatio in reum permittatur: ea
res diuinatio appellatur. Et vt ait Caius Baſſus id iudi
cium diuinatio appellatur: quoniam diuinare iudicem
quodammodo oporteat quam ſententiam ſeſe ferre
par ſit. Alij diuinationẽ appellatam eſſe putant: quo
niam cum accuſator & reus duæ res quaſi cognatę con
iunctę q; ſint: neq; vna ſine altera cõſtare poſſit. In hoc
hoc tamen cauſæ genere reus quidem iam eſt ſed accu
ſator nondũ eſt: & ideo diuinatiõe ſupplendũ eſt quiſ-
nam accuſator futurus ſit. Ita Ciceronis prima verri-
narum diuinatio inſcribitur: quia nõ de facto: ſed de fu
turo queritur: quæ eſt diuinatio vter debeat accuſare.
Cicero an Cęcilius. Alij putant diuinationem dici ꝙ
res agatur ſine teſtibus & ſine tabulis & his remotis ar-
gumenta leuia ſequantur & iudices quaſi diuinẽt. Hu-
ius cõpoſitum eſt prædiuino quod Ply. poſuit pro prę
ſentio cum ait. li. x. Tum vniuerſæ prouolãt ſi dies mi
tis futurus eſt. Prædiuinant enim ventos imbreſq;: &
tunc ſe continent tectis.

¶ Diu aduerbiũ pro dies a quo ſit Interdiu. Plau. Nec
noctu nec diu quietus. Interdũ ſignificat longo tẽpo-
re. Vnde ſit diutius pro longiori tempore.

¶ Diutiſſime longiſſimo tẽpore. Tamdiu tanto tem-
pore: q̃diu q̃to tempore. Iam diu olim.

¶ Diutule pen. cor. aduerbiũ diminutiuũ ſignificat ali-
q̃ diu. Gel. Cũ diutule tacitus cogitando fuiſſem.

¶ Diutinus a. um. pe. cor. longus ſeu cõtinuus. Ci. Li-
bertatis deſyderio: tædioq; diutinæ ſeruitutis.

¶ Diuturnus a. um. idem quod diutinus a diu deriua-
tum. Cice. Diuturni ſilentij.

¶ Diurnus a. um. a die ſit ſicut nocturnus a noctu. Vn
de & diurni dicũtur libri in quibus ſcribũtur geſta ſin-
gulorũ dierũ vulgo iornalas dicũtur. Iuue. Longi rele
git tranſacta diurni. Alias diurnũ accipitur pro victu
atq; mercede vnius diei. Sene. Diurnum accipit: in cẽ-
ticulo dormit. Idem lib. ij. cõtro. Coſora modo omnis
fortunę diurnum petam.

¶ Diurno as. diu viuo: ſicut perenno as.

¶ Do as. dedi datum. Cuius compoſita ſi ſint ex mo-
noſyllabis præpoſitionibus ſunt tertiæ coniugationis
& præteritum geminant: vt reddo is. reddidi perdo is.
perdidi. excipitur ſedo as. aui. ex ſe & do. Et dicit ver-
bum datiuum quoniã vltra accuſatiuum poſtulat da-
tiuum & quicq̃ dare ſedulo reperitur. Et ita datiuo dele
ctatur vt quandoq; duos datiuos exigat pro adſcribe
re ſeu imputare q̃ q̃ alter eorum non ſemper ponatur;
ſed ſub intelligit. Cic. lib. ij. offic. Ne Marco quidẽ ſcio
vitio datum ꝙ in caritate annonę aſſe modiũ dedit po
pulo. Ter. vitium rãtum ex preſſit. Nunc quam rem vi
tio dent queſo ai aduertite: ſubintelligitur poetę. Plau.
in am. Nunc tibi hanc paterã quæ dono mihi ob virtu
tem data eſt alcmena tibi dono. Hic dono vtrum ca-
ſus datiui an ablatiui ſit dubium videtur. Vtroq; mo-
do ſumi poſſe cenſeo. In datiuo pro dedico capitur. Si
autem ablatiuum eſſe velimus vt dono ſit quaſi nomi-
ne doni: tunc do a propria ſignificatione non recedit.
In qua Plaut. tamen ipſi verbo ac cuſatiuũ vltra accu-
ſatiuũ ſine prępoſitione dedit: ſed appoſitiue. Sic. Eſt
ager ſub vrbe. Hic vobis eum dabo dotem ſorori. i. vt
ſit dos: vel nomine dotis: vel pro dote. Aliquãdo vl-
tra datiuũ ponitur accuſatiuus cũ ad. Cic. Cornifi. Lit-
teras ad te nũq̃ habui cui darẽ: quin dederim. Idem ad
Q. Fratrem. Oculos autẽ natura nobis vt equo & leo-
ni ſetas & caudam & aures ad motus animorũ declarã-
dos dedit. Aliquando præter datiuũ ponitur accuſati-
uus cũ in. Ter. in Phor. Dic quid velis dari tibi in ma-
num vt herus his deſiſtat litibus. Nonnunq̃ accuſati-
uus ponitur cũ ad & datiuus remouetur. Ci. lib. ij. phil.
Ad ſepulturam corpus vitrici ſui negat a me datum.
Interdũ ipſe accuſatiuus cũ in ponit. Plau. in Cap. Hoc
ſi faxis dabo in caueam. Cice. Terentiæ. In viã quod
te des hoc tẽpore nihil eſt. i. ponas ſeu inducas. Quan
doq; regit ablatiuũ cũ p̄poſitione poſt datiuũ vt ſit q̃n
damus per aliquẽ aliqd alicui ab aliquo. Plau. in Cap.
Sequere me viaticũ vt dem a trapezita tibi eadem ope
ra a prætore ſumas ſyngraphum. Quandoq; non per
ablatiuum ſed per accuſatiuũ cũ per. Col. li. ix. Aſcen-
ſus deinde ſcalis ad tabulata per vtranq; cellam da-
tur. Sæpius tamen poſt accuſatiuum datiuum regit &
hoc varijs actib⁹ applicari ſolet. Plaut. in Epi. Si quis
ſit me plus ſapere q̃ vos dederim vobis cõſilium cau-
tum quod laudetis. In Cur. Nunc rei diuinæ operam
dabo. In Mer. Me toxico morti dabo. In Cap. Do tibi
operam ſi quid eſt quod me velis. Gel. Cretenſes quo
q; prælia ingredi ſolitos memoriæ datum eſt. Capitur
etiam ſicut vendo: vt ꝙ in caritate annonę aſſe modiũ
populo dederit. Item dare eſt offerre obijcere: Ter. in
Hecy. Profecto hoc ſic eſt vt puto omnib⁹ nobis: vt
res dant ſeſe ita magni atq; humiles ſumus. Item acci-
pere. Idem in eadem. Dabo tuſiurãdum nihil eſſe iſto-
rum tibi. Item inferre inducere. Virgi. Magnam dabit
ille ruinam arborib⁹. Item promittere. Ter. in Ecy. Si
mihi fidem das te tacituram: dicam. Item permittere
vt apud apoſtolũ ad Romanos. Dedit illis deus ſpiri-
tum compũctionis. i. permiſit vt haberent ſpiritũ cõ-
punctionis. Item dicere. Ter. in Heau. Nunc quãobrẽ
has partes didicerim paucis dabo. Item obtemperare.
Idem in Adel. Da te mihi. i. accõmoda te meę volũta-
ti. Item proſtituere. Mar. Caſta igitur nulla eſt: caſtæ
ſunt mille qd ergo caſta facit: nõ dat: nõ tñ ille negat.
Item facere. Ter. in Adel. O æſchine pol haud pater-
num illuc dediſti. Item concitare vt apud eundem in
Eu. Ludum iocũq; dices fuiſſe illum alterũ præ vt hu-
ius rabies quæ dabit. Dare pœnas eſt ſuſtinere. Lactã.
libr. vij. Sed tamen docent nos ſanctæ litteræ queãd-
modum pœnas impij ſunt daturi. Dare veniam eſt cõ
cedere quod petitur. Ter. Da veniam quæſo filio tuo.
Cice. de ora. Dabis hanc veniam mi frater. Dare ope-
ram eſt adiuuare inſeruire. Ter. in Phor. Nos operam
dabamus phædriæ. Dare poteſtatem eſt rem in alte-
rius arbitrio permittere. Ply. Vt qui ſuarum omnium
rerum poteſtatem auũculo dederat. Dare fidem eſt ali
quid ſancte promittere Dare in manũ ſignificat ſepa-

ratim:& ſine arbitro aut interprete:vt cū ꝓuaricator aut iudex corruptus accipit pecuniā. Do mem diſciplinā:ſignificat do operam diſciplinę. Amb. Sed relictis oībus in diſciplinā ſe ꝓpheticā daret. Datū eſt.i.fato decretoq; cōceſſum eſt:vt Nō dabitur regnis eſto prohibere latinis. Hui⁹ verbi cōpoſita ſunt. Abdo. Addo. Cōdo. Circūdo. Credo. Dedo. Edo. Indo. Obdo. Perdo. Prodo. Praedo. A quo & ꝓdor paſſiuū de quo alibi. Reddo. Subdo. Sedo. Satiſdo Peſſundo. Vænūdo. Trado. & Mando.

¶ Doceo es.cui.doctū. Cuiuſcūq; rei cognitionē do. Cōſtruiturq; cū duob⁹ accuſatiuis:vt doceo te litteras. Aliquando cū vno tantū licet alius poſſet intelligi. Aliquādo ꝑtiū exprimit̃ in ablatiuo vel genitiuo. Ci.li.ij. Phili. Iam inuideo magiſtro tuo qui te tanta mercede quāta tā proferam:nihil ſapere docuit. Iuue. Tenta Griſogonus quāti doceat:vel Pollio quāti. Aliquādo cū ablatiuo. Cice. Peto. Socratē fidibus docuit. Verg. lib. iiij. Paucis aduerte docebo. Aliquādo cū ablatiuo cū de. Sallu. in Iug. Tametſi legatos miſerat q ſenatū de cede fratris de fortunis edocerent. Aliquādo abſolute. Verg. Docuit poſt exitus ingens. Ponitur etiā docere pro monere qd quidā barbare dicunt aduiſare. Cice. Apio Pul. Ne litteras quidem vllas accepi quæ me docerent quid ageres:aut vbi te viſurus eſſem. Huius cōpoſita ſunt: Addoceo. dedoceo. edoceo. perdoceo. q̄ ambo ſignificant perfecte doceo. Sallu. Cicero p legatos cuncta edoctus. Plau. in ſti. Nam illa omnes artes perdocet. Pꝛędoceo prius doceo. Sallu. in Iug. Cæterū illi qui centurijs pręerant prædocti a duce arma ornatūq; mutauerant. Subdoceo loco alicuius doceo. Aug. lib. viij. con. Nebridius amicitiæ noſtræ ceſſerat:vt omniū noſtrū familiariſſimo Verecūdo Mediolanenſi & ciui & grammatico ſubdoceret vehementer deſyderanti.

¶ Doctus dicitur qui rationē rei tantū tenet. Peritus qui cum ratione experientiā & cōſuetudinem tenet ἀπὸ τῆς πείρας.i.experientia. Itaq; minus eſt doctus q̄ peritus: Cice. in Sallu. Satis docte atq; perite feciſti. Idem lib. iij. offi. Itaq; cū ſint docti a peritis deſciſcunt facile a ſententia. Maiorē tamē vim habet doctus q̄ eruditus. Idē lib. j. offi. Nec ſolum viui ac præſentes ſtudioſos diſcendi erudiunt atq; docēt:ſed hoc idem etiā poſt mortē monumētis litterarū aſſequūtur. Nec mirū eſt q minus ſit erudit⁹ q̄ doctus:quoniā rudis & eruditus cōtraria ſunt. Ply. Sedere cœpit ſententia hæc:paritérq; & eruditum vulgus & rude in eam curſu vadit. Quintilia. lib. j. A pædagogis exigat vt ſint eruditi quo adoleſcentes erudire q̄ant:aut ſe nō eruditos eſſe ſciant:nō mala pro bona illos imbuāt litterarū eruditione. eos inſuper redarguens q cedere ꝑcipiendi peritis indignantur:vt aīaduertatur ſi pædagogos docet eſſe eruditos:profecto præceptores par eſt nō ſolū eruditos ſed doctos atq; peritos eē debere. Doctus cū quo cōponitur indoctus nomē eſt:tametſi participiū eſſe poſſit:ſed tamē ablatiuū regit. Cice. lib. ij. offici. Nec me angoribus dedi quib⁹ eſſem cōfectus niſi reſtitiſſem: nec rurſum indignis docto homine voluptatibus. Idem Cornifi. Sed ꝓxime ſcripſi de optimo genere dicendi. in quo ſæpe ſuſpicatus ſum te a iudicio noſtro:ſicut doctū hominē a nō indocto paulū diſſidere. Semidoctus ſimiliter & participium & nomen eſſe poteſt. Plau. in aſi. Tua iſta culpa eſt quæ diſcipulum ſemidoctū abs te amoues.

¶ Docilis penulti. correp. qui attente vult audire. inquit Cice. lib. j. ad Herē. Vel docilis qui facile docetur. Lactā. de opi. Nam ſi te in litteris nihil aliud q̄ linguam inſtruētibus auditorē ſatis ſtrennuū præbuiſti quāto magis in his veris & ad vitam pertinentibus docilior eſſe debebis. Var. lib. j. de re ruſti. Caſſi⁹ ſcribit hæc. operarios parādos eſſe qui laborem ferre poſſint ne minores annorū vigintiduorum & ad agriculturam dociles. Hinc docilitas aptitudo qua quis facile docetur. Plynius li. octauo de elephantis. Nam quod ad docilitatē attinet:regem adorāt.

¶ Docibilis qui idoneus eſt vt doceatur. vt libro tertio Reg. Dabis igitur cor docibile ſeruo tuo vt iudicare poſſit populum tuum. Hierony. Ingenium docile & ſine doctore docibile eſt. Lauren. Val. contra Priſcia. ita differit Docilis qui facile docetur:& qui natura aptus eſt doceri. Sic Cyprianus. Docibilis eſt qui eſt ad diſcēdi patientiā lenis & mitis. Auguſt. Omnes regni illius homines docibiles dei erunt:non ab hominibus audient.

¶ Doctrina dicitur vt a doctore proficiſcitur:diſciplina vt a diſcipulo comprehenditur.

¶ Documentum a pręterito docui fit:ſicut a monui monumentum. Et eſt id quod nos docet:ſiue ex quo qd docemur. Sallu. Quarum rerū ego maxime hæc documenta habeo:q in bello ſæpius vindicatum eſt in eos qui cōtra imperium in hoſtem pugnauerant.

¶ Docus:latine tignum vel trabes. Ply. libro. ij. Trabes igneæ quas docos vocant.

¶ Dodona. penulti. prod. ciuitas Epyri:iuxta quā propinquum erat nemus Ioui ſacrum vbi quęrcus vocales fuiſſe dicunt Hinc Dodonæus. a. um. Vergi. libro tertio Stipatq; carinis Ingens argentum dodonęoſq; lebetas.

⁎ Dodonides nymphæ:vt Pherecides ait:dicuntur liberi patris nutrices a Dodona Epyri ciuitate:hæ & Atlātides vocantur:quarum nomina ſunt Ambroſia. Eudora. Paſithoe. Coronis. Plexaura. Pitho. Tithe. Cc.

⁎ Dodra potionis genus quę ex nouē rebus fiebat. Auſonius. Dodra ex dodrāte eſt:ſic collige ius:aqua:vinū: Sal:oleum:panis:mel. piper:hęrba:nouem. Cc.

¶ Dodrans dicitur dempto quadrante ex vncia nouem partes aſſia.

¶ Dogma. atis. & Dogmatum. Græci dicunt δόκεω τὸ ὅιω ἐσὶ ὅθεν δόγματα ἔρχεται. noſtri modo decretum modo ſcitum:modo placitū appellant. Sūt enī dogmata vniuſcuiuſq; ſectæ decreta:quæ vt inquit Cicero prodere ſcelus eſt non minus q̄ patriam:ſine quibus nec ſectæ philoſophorum:nec religionum vires conſtare poſſunt. Vnde Laertius ait ſectam eam non appellari quæ dogmata non habet. Scribit Auguſt. libro de ciuita. dei ſe ex Varronis philoſophia collegiſſe dogmata fuiſſe ſolo habitu inter ſe diuerſa. Vnde etiam dogmata illa dicūtur quæ ſynodus ſanctorū ſciuit:& Athanaſius conſcripſit. Artes quoq; liberales habent decreta ſua non tantū præcepta ſicut Medicina. Itaq; eſt alia Hippocratis ſecta Alia Aſclepiadis. Alia Themiſonis. Præterea nulla ars contemplatiua ſine decretis ſuis eſt. Plynius frequenter placita appellat:vt illud ex libro ſecundo. Babyloniorū placita motus terræ hyatuſq; & cætera omnia vt ſyderū exiſtimant fieri. Idem magorum placita appellat.

¶ Dogmatiſtes:qui alicuius dogma ſequitur. Hierony. Nūc vero cū interꝑs magis apoſtoli fieri q̄ dogmatiſtes

¶ Dolo. as. aſcia cædo vel dolabra ſeu falce. Prope. Stipes acernus eram properanti falce dolatus. Dicitur & Dolio. is. liui. itum. Var. in Aga. Nunq̄ cælatus in manu dextra ſcyphus cœlo dolitus artem oſtentat Mentoris. Huius verbi compoſita ſunt. Dedolo & Edolo:de quibus locis ſuis.

¶ Dolabra. penulti. correp. inſtrumentum fabrorū quo ligna dolant. Columel. lib. iij. Quæ falce amputari non poſſunt aucta dolabra abradito.

¶ Dolobella:diminutiuum a dolabra. Idem lib. v. Semper circa crus dolobella dimouenda eſt terra.

¶ Dolabro. as. aſcia vel dolabra diminuo.

¶ Dolor eſt animi vel corporis cruciatus a dolādo.i.minuendo. Augētur enī corpora lętitia:dolore minuūtur.

¶ Dolentia: idem q̄d dolor: cuius cōtrariū eſt indolentia Cice. Vt qui rem expetendam vel voluptate vel indolentia metiuntur.

¶ Doloro as. dolore officio.

¶ Dolorificus. a. um. quod dolorem facit.

¶ Doleo es. dolui itū. vnde doliturus. Auguſt. lib. xx ſ. ci. dei. Queadmodū dicimus hominū corpora viua futura quæ ſemp arſura atq̃ dolitura. nec tamē aliquando ſint moritura. Hoc verbū ſi ad corpus referat neutrū acquiſitiuū eſt: vt oculi dolent viro tuo. Sin de rebus alienis: Effectiuū eſt: vt doleo tuis rebus aduerſis. Aliquando etiā cū accuſatiuo: vt doleo tuā miſeriā. Sal. quaſi dolens eius caſum. Huius cōpoſita ſunt: Cōdoleo: q̄d eſt ſimul: vel in totū doleo. Plau. in tru. Date iam ſoleas atq̃ intro me ducite actutū nam mihi de vento miſere condoluit caput. Dedoleo: de quo alibi.

¶ Dolus. a delendo. vel a dolando. i. lędendo & minuendo. Nā & græce δόλοσ læſio dicitur. & accipitur ꝑ fraude & machinatione quæ fit ad fallēdū aliquē. Veteres tñ etiā in bonā partē accipiebant pro ſolertia & calliditate q̄ aduerſus hoſtes adhibetur. Vnde nunc dolū malum dicimus. quoniā & bonus dolus dicebatur. Hinc Doloſus ꝑ inuidioſo. Subdolus occult⁹ deceptor a ſub: id eſt ſubt⁹ Dolus etiam ꝓprium nomen fuit auctoris Mēdeſij. Cuius meminit Columel. lib. octauo.

¶ Dolon nomē proprium viri Troiani egregia pedum pernicitate prediti.

¶ Dolones a fallendo dicti ſunt ingentes cōti ferro breuiſſimo q̄ decipiant cū ſpeciē præferant ligni: intus aūt ferrū acutum habeant. Vergi. lib. vij. Sæuoſq̃ gerunt in bella dolones. Vbi Ser. ait dolonem flagellum eſſe intra cuius virgam lateat pugio. Apud Liuiū accipi videntur dolones ꝑ armamētis naualibus vbi ſcribitur. Sublatis captim doloribus epheſum petit fuga. Suidas tamē δόλωνεσ τὰ μικρὰ ἱστία. χαλάσαντεσ τὰ μεγάλα ἄρμενα τοῖσ μικροῖσ ἄλλ δόλωνεσ καλοῦσιν ἔπεσθαι: καὶ αὖθισ δόλωνεσ προβαλόμενοσ τοῦ παντὸσ στόλου ναῦσ ὀλίγασ. ταύταισ τοὺσ δόλωνασ ἐπαράμενοσ ἔπλει. οἱ δὲ ῥωμαῖοι πλησίον γενόμενοι καθεῖλον τοὺσ δόλωνασ. ⁎ i. Dolones parua vela deprimētes magna carbaſa paruis quę nūc dolones vocant ſequi: & rurſus dolones proijciens totius claſſis nauis paucos dolones impēcans Romani autē propinqui deſtruxerunt dolones. Cc.

¶ Dolia ſunt vaſa grandia quibus vinū reconditur. Terē. Releui omnia dolia: omnes ſerias. Veteres dolia fictilia in cellis vinarijs ſeruabāt. Quæ ſi duas aures habuiſſent diotæ dicebantur. Iuriſconſulti ſcribunt. vino legato cū vaſis dolia legata non ſunt: quia. ſ. ea mente vinū in dolia cōdimus: vt ex his poſtea in amphoras vel cados diffundam⁹. Et hoc eſt vinum quod diffuſum nominatur. Iuue. Ille capillato diffuſum conſule potat.

¶ Doliola. diminutiuū a dolijs. Vnde & locus in vrbe fuit ſic vocatus: quia inuadentibus gallis Senonibus ſacra Romanorum in eodem loco doliolis cōdita illic defoſſa fuerunt a flamine Quirinali ſicut Liui. lib. v. ſcribit.

¶ Doliaris & hoc doliare quod ad dolia pertinet. Vnde Plau. in pſeu. feſtiuiter appellat anum vētroſam doliarē

⁎ Dolichie inſula: quæ prius Icaros dicebatur: & nōnulli nomen mari inditū eſſe perhibent ex hoc nomine & non ex Icaro Dędali filio. Cc.

⁎ Dolobelliana pyra dicebātur longiſſimi pendiculi ab inſatore Dolobella. Cc.

¶ Dolopes penul. correp. populi Theſſaliæ: vt oſtendit Luca. Ply. vero ſcribit eſſe populos Aetoliæ.

¶ Doma tis. tectum ἑλληνισὶ γὰρ τοιαῦτα λέγεται: καὶ δόμοσ: καὶ τὸ δῶμα τοσ. ⁎ . i. græce enim talia dici & δόμοσ. i. domus. & δῶμα. τοσ. Nā vt inquit Hierony. in Aegypto & i Palæſtina vbi vel ſcripti Diuini libri vel interpretati ſunt: nō habent in tectis culmina ſed domata: quæ Romæ vel ſolaria: vel mediana vocantur. i. plana tecta quæ tranſuerſis trabibus ſuſtentātur. Deniq̃ & Petrus in actibus apoſtolorū quādo aſcendit in doma: in tectū ædificij aſcendiſſe credendus eſt. Et quando pręcipitur nobis: vt faciamus domati noſtro coronam: hoc præcipitur vt in tecto faciamus per circuitum quaſdam eminentias: ne facilis in præceps ſit lapſus: & in euangelio. Quæ audiſtis in aure: dicite ſuper domata.

¶ Domus ꝓprie ędificiū ad habitandū factum quod ex tecto & parietibus conſtat. ὁ δόμοσ ἑλληνικὴ λέξισ ἐστί. ⁎ id eſt domus græca vox eſt. Improprie ꝑ quocūq̃ habitaculo. Vnde & templa & auium nidi domus dicuntur. Vergi. lib. vj. Oſtia iamq̃ domus patuere ingentia centū Sponte ſua. Idem. Antiquaſq̃ domos auiū cū ſtirpibus imis: eruit. Aliquādo domus dicitur familia. Idē. lib. v. Sergeſtuſq̃ domus tenet a quo Sergia nomen. Aliquādo ſumitur pro vna tota gente. Idem. Cū domus Aſſaraci. volens intelligi Romanos: qui de Aſſaraco ꝑ Troianos originē ducunt. Et in ſacris litteris. Domus iacob dicitur iam ingens Hebręorū populus. Aliquādo ꝑ patria vt Da propriam Tymbręe domum: da moenia feſſis. Et ſciendū q̄ domus facit genitiuū domus: & domi. datiuū domui. accuſatiuū domū. vocatiuū domus. ablatiuum domo. Sed cū dicimus domi locū ſignificamus in quo quis manet. Cum vero domus: tunc ædificium quod ex tecto & parietibus conſtat: vt domi maneo: non domus Et partem domus demolitus ſum nō domi. Et ſuperiora domus aſcendi non domi. Domi & in domo idē ſignificat. Quintili. In domo furtum factum ab eo qui domi fuit. Dicimus etiā reuertor domū & ad domū. Exeo domo: vel e domo. Et quoniā frequenter iungitur cum his pronominibus mea tua ſua noſtra & veſtra: & vni nomini aliena. Nō eſt dicendū q̄ domus ſit aduerbiū: vt eram domi meæ. Tu eras domi tuæ: & ſic de cęteris. Cice. Qui cū iſta ætate & forma alienæ domi nolo dicere. Q; ſi non ponātur hæc pronomina ſubintelliguntur: vt domi ero: id eſt meæ. Huius nominis diminutiua ſunt: Domuſcula: Domuncula: & Domuncio. Apul. Iam deniq̃ nec larem requiro: nec domuncionē paro.

¶ Domeſticus. a. um. quod ad domū pertinet: vt domeſtica negocia. Aliquando domeſticus dicitur manſuet⁹ ac mitis. Ply. Mite animal atq̃ domeſticum. Et domeſtici dicuntur qui ex eadem domo ſunt: & nobiſcū habitāt.

¶ Domeſticatim aduerbiū ſignificat per varias domos. ſiue per domeſticos. Suet. in Cæſare. Quorū vt q̄ maxime expectatio eſſet ea quæ ad epulum pertinerent q̄uis macellarijs oblocata eſſet domeſticatim apparabat.

⁎ Domicoenium coena quæ fit domi. Cc.

¶ Domiciliū: habitatio lōgi tēporis. Vnde mutare domiciliū dicūtur qui migrāt vt aliā vrbē habitent tanq̄ illius ciues futuri. Nā qui ad tēpus habitat mox inde diſceſſurus: domum quidem pōt habere quā cōduxit. domiciliū aūt nō habet. Gel. Qui domicilium in Italia nō haberet.

⁎ Domitius & domitian⁹ a domo deriuari vidētur. Cc.

⁎ Domiporta: a ferenda domo quem Græci φερέοικον vocant. Cc.

¶ Domo. as. ui. itū. vel aui. atū. Vide Domitor & domator. Ouid. de triſ. Quid tibi de tetrico referam domitore chymæræ. Tibul. Te duce non alias conuerſus terga domator. Nā vt docet Priſ. verba primæ cōiugationis formātia ꝓteritū in ui. diuiſas antiqui tertia declinatione declinare ſolebant. Ex quo patet: q̄ a prima coniugatione præteritum terminatur in aui. ſupinum in atum. deriuatiua in ator. atio. Quę aūt i ui. diuiſas. a tertia ſomptū eſt q̄uis vt plurimū in prima cōiugatione declinētur. Eſt au

tem domare quaſi ſub domo & poteſtate vel mea vel alicuius facere ſiue manſuefacere: & domeſticũ reddere. Vnde equorum domitores dicũtur: & domiti atq; indomiti equi. Indomitæ gentes feroces. Per trãſlationẽ domare ſignificat vincere: a quo domitos hoſtes dicim⁹. i. victos & domitos populos in poteſtatẽ redactos. Hic cõponiẽ perdomo penul. correp. qđ eſt valde domo vel ad finem domo. Iuſti. lib. j. Terminos vſq; Libyę perdomuit.

¶ Domitura æ. domandi actus. Ply. Domitura boum in trimatu optima. Col. lib. vij. Curandũ ne in domitura bos calce aut cornu quẽq̃ contingat.

¶ Domitalis aptus ad domandum.

¶ Dominus: a domo fit: & is ꝓprie diciẽ qui domui præeſt & qui domus imperium habet. Itẽ domini appellatio ad eos extẽditur qui rei alicuius ꝓprietatẽ habent: etiam ſi vſuſfructus alienus ſit. Abuſiue tamen & filijfamilias & cęteri liberi qui in poteſtate ſunt & vſufructuarij: domini dicũtur. Itẽ dominus vocatur cui ſeruitur: & cui populi ſubſunt. Vergil. Romanos rerũ dominos. Hinc dominium pro imperio & principatu. Rurſus dominus dicitur maritus. Idem lib. iiij. Cõnubia noſtra Reppulit ac dominũ Aeneam in regna recepit. Itẽ mulierũ amator: & domina pro amica ſeu amante dicitur. Ouidi. Hæc tibi ſub domino eſt Pyrrhe puella ſuo. Et iterum. Nã furor in dominã temeraria brachia mouit. Item poniẽ pro cõuiuij exhibitore. Var. Aut dominũ aut vinũ aut aliud quid laudato. Dominus quoq; ac domina ſumi ſolent ꝓ deo ac dea. Ouidi. Et domino ſoluere vota Ioui. A dominus fiũt deriuatiua. Dñicus Domitius & Domitian⁹

¶ Dominor aris. imperiũ gero. Et modo genitiuũ regit Hiero. in eccleſiaſtico. Et dominatus eſt beſtiarũ. Modo datiuum. Vergil. Victis dominabitur argis. Modo accuſatiuũ cum in. Ouidi. lib. j. meta. Et quod dominari in cętera poſſet: Factus homo. Cic. Fœlix ſenectus ſi vſq; ad vltimũ ſpiritũ dominabitur in ſuos. Modo ablatiuũ ſimiliter cũ in. Ser. Sulp. Ciceroni. Quũ caſus & natura in bonis dominatur. Vergi. lib. ſecũdo. Incenſa Danai dominantur in vrbe. Inde fit Dominatio. imperium. & Dominatus principatus.

⁎ Domis a poetis dominus aliquãdo dictus eſt. Lucre. At cũ mẽbra domis præſentit frigida ſeruus. Cc.

¶ Dona ſunt quæ aut ꝓpiciandis dijs dantur: aut hominibus ꝓ benefactis q̃ nulla neceſſitate iuris ſed ſpõte præſtãtur. Ouid. Munera crede mihi placãt homineſq; deoſq;. Placatur donis Iuppiter ipſe datis. Aliquãdo donum dicitur de rebus pernicioſis. Verg. Quas illi Philomela dapes: quę dona pararit. Donũ honorariũ. i. quod datur patrono. λέγεται καὶ Δῶρον ὑπὸ ι. Dorium.

¶ Dono as. vnde donatio: quã Vlpia. dici ꝓprie exiſtimat: cũ quis ea mente dat vt ſtatim velit accipientis fieri nec vllo caſu ad ſe reuerti: & ꝓpter nullã aliã cauſã facit q̃ vt liberalitatẽ & munificentiã exerceat. Q; ſi ſub cõditione fiat: nõ eſt vera donatio. Et dicimus. Dono tibi mun⁹ & Dono te munere. Donare ciuitate ẽ efficere ciues. & iura ciuium dare. Huius verbi cõpoſita ſunt. Condono qđ quãdoq; ꝓ ſimplici poniẽ. quãdoq; ſignificat quicq̃ ad aliorũ petitionem do. & quãdoq; ignoſco. Terẽ. in phor. Argẽtũ qđ habes cõdonamus tibi. Sallu. Haud facile alterius libidini male facta cõdonabã. Redono ponitur ꝓ ſimplici. Aug. Redona qđ rogamus: excuſa quod timemus. Et habent. penult. prod.

¶ Donat⁹ diciẽ cui aliqđ dono datũ eſt. Cui⁹ cõtrariũ eſt indonatus. Vergil. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.

¶ Donaria: loca vbi reponũẽ dona q̃ deo offerunẽ. Abuſiue ipſa tẽpla. Verg. lib. iij. Geor. Tẽpore nõ alio dicũt regionibus illis Quęſitas ad ſacra boues Iunonis: & vris Imparibus ductos alta ad donaria currus. Gel. li. ij. Vbi reponi ſolerent vetera quæ ex eo tẽplo collapſa eſſent: & alia quędã religioſe donarijs cõſecrata. Apul. Ibi donarium deæ perq̃ opulẽtũ plurima auri & argẽti ratio in lãcibus ſpectaculis poculis & huiuſmodi vtenſilibus. Qđ eſt cõtra Laurẽ. Vallã qui Seruiũ culpat. Aliquãdo Donaria dicũtur ipſa dona. Vnde Spartianus ſcribit: Antoninum dediſſe populo congiariũ & militibus donarium. Hierony. ſuper Ioel. Veſpaſianus & Titus Romæ templo pacis ædificato vaſa templi hieroſolymitani & vniuerſa donaria in delubro illius conſecrarunt.

¶ Donatiuus: qui donare poteſt. Paulus iuriſcõ. Si duobus debitoribus mortis cauſa donatiuus creditor vni acceptum tulit & conualuerit: eligere poteſt vtri condicat.

¶ Donatiuum: munus quod a principe vel imperatore donatur. Augu. Magnũ quippe donatiuum ſuis militibus attulit: quo eos nõ ſolum copioſe ditauit ſed etiã ad certandum inuictiſſime confortauit.

¶ Donaticæ coronæ dicebantur quibus veteres in ludis vtebantur.

⁎ Donax eſt calamus craſſiore ligno & tenui foramine quẽ totũ fungoſa replet medulla fruticoſiſſimus & non niſi in aquaticis natus: ſagittarijs aptiſſimus. longiſſima internodia habet & dum calefactus eſt facile flectiẽ. Cr.

¶ Donec aduerbiũ modo tẽpus finitũ deſignat: vt dormiam donec exciter ab aliquo. Modo infinitũ: vt apud apoſtolum. Oportet illũ regnare donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Nunquid tam diu regnaturus donec incipiãt eſſe ſub pedibus eius inimici/ & poſtq̃ fuerint ſub pedibus tunc regnare deſiſtet/ cum vtiq; tũc magis regnare incipiet cũ inimici cœperint eſſe pedibus ei⁹/ Et in pſalmo. Sicut oculi ancillæ in manib⁹ dominæ ſuę ita oculi noſtri ad dominũ deũ noſtrũ donec miſereaẽ noſtri. Ergo tãdiu oculos habebit ad deũ donec miſericordiam impetret: & poſtq̃ impetrauerit: oculos torquebit ad terras/ cum alibi dicat. Oculi mei defecerunt in ſalutare tuũ/ Iungitur autẽ donec tam indicatiuo q̃ ſubiũctiuo cũ ſignificat tẽp⁹ finitũ: vt ſeruiã tibi donec viuo. i. q̃diu viuo. Seruiam tibi donec moriar: id eſt vſq; ad mortem.

¶ Donyſa. inſula eſt in mari ægęo.

¶ Dorcas adis: animal dama: ſeu caprea. ab eo q; acute videat. hoc eſt ἀπὸ τοῦ ὀξέως δέρκειν.

¶ Dormio is. verbũ abſolutũ q̃uis accuſatiuũ quãdoq; habeat. Amb. lib. offi. Soporẽ quietis habere nõ poſſunt quẽ ille dormiuit qui reſurrexit. Hui⁹ cõpoſita ſunt. Addormio a quo Addormiſco. qđ eſt cõtrarium verbi Expergiſcor. Sue. de Claud. Et quoties poſt cibum addormiſceret qđ et fere accidebat: olearũ ac palmularũ oſſib⁹ inceſſebatur. Obdormio qđ modo dormio: modo ſoporor ſignificat. Prædormio: ante dormio. Redormio euigilo. Ply. In redormitione varia fuiſſe ſomnia apparet.

¶ Dormito as. penul. prod. frequẽtatiuũ eſt: q̃uis diminutionẽ ſignificati q̃nq; habeat. Hora. Q ñq; bonus dormitat Homer⁹. Et i ꝓo. Ecce nõ dormitabit neq; dormiet

¶ Dorſum: & Dorſus us. ſcđm Probum dicitur tota poſterior ps: q; ea pars corporis deuexa ſit deorſum. Hier. in Ezechi. inter veſtibulũ & altare quaſi. xxxv. viri dorſa habentes cõtra templũ dei de & faciem ad orientẽ. Eſt em̃ tergũ. Qđ nõ ſolũ diciẽ de hoĩbus: cęteriſq; aĩalibus: ſed etiã de inanimatis: vt de littoribus aquis mõtibus & huiuſmodi. Verg. Dorſũ immane mari ſũmo. Idẽ. Nãq; inflicta vadis dorſo dũ pendet iniquo. Significat em̃ duriorem arenã: vt inquit Ser. quæ remeantibus fluctibus & euntibus denſatur quod a nautis puluinus vocatur.

¶ Dorſualia tegumẽta: q̃bus equi & boues tegunẽ. Iul. capitolinus. Proceſſerũt cęteri albi boues cornib⁹ auro iugatis & dorſualibus apricis diſcoloribus præfulgẽtes.

℃ Dorſuarius a.um.qđ dorſo aliquid fert. Var. Greges ſunt fere mercatorum & eorũ qui e Brũduſio aut Apulia aſellis dorſuarijs cõportant ad mare oleum aut vinũ.

℃ Doris nympha quædã maris Oceani & Tethyos filia quã Nereo fratri vxorem dedit. Et interpretatur amaritudo. Vnde & a poetis ponitur pro mari. Vergi. in Gallo Doris amara ſuam non intermiſceat vndam.

℃ Doriſcus. vrbs littoralis Thraciæ fere ex oppoſito ad Samothraciã & a Dori nympha: hoc eſt dea marium nominatur. Iuxta hãc Herodoto teſte campus eſt magnus eiuſdem nominis per quẽ Hebrus amnis defluit.

⁎ Dorij & doriẽſes ſiue dories populi ſunt ſic dicti a dori regione græciæ iuxta Maliacũ ſinum cu⁹ a tergo mõs eſt Aeta: eſt & Doris vrbs regionis illius. Cc.

℃ Doria & Dorica noĩa ſunt partis Achaiæ: q̃ ꝓpinqua eſt Athenis dicẽte Platone lib. iij. legum. Dori ꝑ achiuus mutato nomine appellati ꝑpter Doricũ a quo exules reſtituti fuerũt. Ser. vero ſup. ij. Aene. Dorica inquit a doro Neptuni filio dicit̃. Dores ſũt ꝑpłi doricę iuxta æoliã.

⁎ Dorion Achaiæ oppidũ a donde ſic nuncupatũ. Cc.

℃ Dory. cum y. nomen oppidi Pontici: quod apud nos lanceam ſignificat.

℃ Dorycles nomen filij Priami: & interpretari poteſt lanceæ gloria Δορὺ lancea vel haſta κλέος gloria.

℃ Doryphorus. penul. correp. latine ſpiculator vel ſatelles dicitur portans lanceam. Et eſt nomen viri ꝓpriũ. de quo Quintilia. lib. v. Curtius cognatorum Darij Regis turbã. xv. M. hoĩm fuiſſe muliebriter ꝑpemodũ cultã: luxu magis q̃ decoria armis cõſpicuã: doryphori vocabãt

⁎ Dorylus vnus ex Centauris. Cc.

⁎ Dorypetron hęrba ẽ quã aliter Leoncopodion & Lęchoron & Toropetron vocãt: Caulibus veluti roſæ capita ſuſtinens: naſcitur in campeſtri & gracili ſolo. Cc.

℃ Dorophorus: latine dona ferens dicitur.

℃ Dorylaus: nomen fluuij in Phrygia.

℃ Dorciũ nomen fœminæ diminutionis ſiue adulationis cã ſic ꝑlatũ ab Δόρκος quaſi dulce & amabile nomen.

℃ Dorodoche: nomen ꝓprium vxoris Icari.

℃ Dos: dicitur cũ datur & accipitur. Niſi eñ acciperetur dos nõ eſſet. Et datione & acceptione firmatur. Nec põt videri datũ id qđ nõ ſit acceptũ. Et nõ ſolum ea q̃ marito ab vxore dãtur: ſed etiã quicquid alicui datũ eſt vel a natura vel ab hominibus. Vnde dotes animi dicuntur. prudentia. iuſtitia. fortitudo. & huiuſmodi. Et dotes corporis. pulchritudo. robur. incolumitas. & his ſimilia.

⁎ Doſis: datio a verbo græco Δίδωμι: id eſt do. Cc.

℃ Dotale: qđ ad dotem pertinet: ſiue qđ vulgo dicitur ꝑ dotẽ. Vnde dotalia bona: dotales fundi. Plau. in aſi. Dotalem ſeruũ Sauream vxor tua adduxit cui plus in manu ſit q̃ tibi. Idem in mili. Haſce ꝓdis dicas dotales tuas. Liuii. Hæc tibi a me dotalia dona accedent.

℃ Doto as. dotẽ do. Hiero. in exo. Dotabit eã: & homo habebit eam in vxorẽ. Vnde dotatũ hominẽ dicimus q̃ dotem habet: & indotatũ qui dotẽ nõ habet. Plau. in aſi. Hæ ſunt atq; aliæ multæ in magnis dotibus incõmoditates ſumptuſq; intolerabiles. Nam quæ indotata eſt ea in poteſtate eſt viri. Dotatæ mactãt & dãno & malo viros.

℃ Doxa latine maieſtas & opinio dicitur. Vnde & paradoxa: quæ admiratione digna ſunt & opinionem hominum ſuperant. Interdũ dicitur gloria. Vnde Eudoxa vera gloria. vel potius præter opinionem.

D. ante R.

℃ Drachma: genus ponderis ex. xviij. ſiliquis: id eſt tribus ſcrupulis conſtans. Eſt & genus numiſmatis. Vnde Iul. pollux. Drachmon athenis numiſma qđ etiam bos dicebatur: quia boue ſignatum erat.

℃ Dragma tis. Δράω τὸ ποιέω ὅθεν τὸ Δρᾶγμα ὅτι γενέσθαι ⁎. i. facio: vnde Δρᾶγμα. qm̃ fiat. apud gręcos dicitur: quod nos rapinam ſiue manipulum dicimus.

℃ Drama: atis. ſine. c. & ſine. g. dicitur vt in ſcænis agi fabula ſolet. vbi diuerſæ perſonę introducũtur & alijs accedentibus alijs autẽ diſcedentibus a diuerſis & ad diuerſos textus narrationis expletur. ſicut in comœdijs: qđ gen⁹ carminis inquit Hiero. cãtari ſolebat. Vnde etiam apud cantica ſcribitur. Ante thorũ huius virginis frequentate nobis dulcia cãtica dramatis. Hinc Dramaticus ſtilus dicitur qui miſtus non eſt vbi poeta nuſq̃ loquitur: vt ſunt Comœdiæ & Tragœdiæ exegymaticus in quo ſol⁹ poeta. Miſtus vbi promiſcue & poeta & perſona.

℃ Draco genus animalis venenoſi. Ply. lib. viij. ſcribit veris draconibus ora parua eſſe & admodũ non dehiſcẽtia: ſed arctas fiſtulas per quas trahũt ſpiritus & linguas exerunt. Apud indos & æthiopas dracones ſunt. xx. cubitorũ. Dictus draco a Δέρκω. Nam habet aciem peracutam. Dracones etiã dicũtur a Ply. li. viij. ex tortuoſitatũ ſimilitudine palmites emeriti pluribuſq; annis indurati.

⁎ Etiã Draco herbæ genus quã aliter Pyretrũ vocant adurens linguã & mordicans tam folio q̃ radice. Gratiſſima in acetarijs. verũtamẽ nec ſalem nec acetum exigens cum vtriuſq; naturam in ſe habeat. Cc.

⁎ Draconites ſiue Dracontia gẽma eſt quæ fit ex cerebro draconũ: ſed nõ niſi viuentibus abſciſſo gemmeſcit inuidia animalis mori ſe ſentientis. quapropter mos eſt amputare caput dormientibus. Eſt eñ colore tranſlucido nec poliri poteſt: aut artem admittere. Cc.

⁎ Draconigera a poetis dicebatur Bœotia: quia a Cadmo cum quinq; viris ex dracone ab ipſo interfecto natis conſtructa fuit. dicitur & Thebę. Cc.

℃ Dracunculus diminutiuũ: ſignificat paruũ draconẽ.

℃ Dracæna cum diphthongo: draconis fœmina: quę & draca quoq; dici poteſt.

℃ Dracontium hęrba.

℃ Drangiana ꝓuincia in Aſia maiori. Quã Ptole. ab occaſu & ſeptentrione Aria & Bagao monte terminari ait: ab oriente Arachoſia.

℃ Draucus. Vide in dictiõne Pathicus.

℃ Drepanũ. penul. cor. ꝓmõtoriũ: ſiue vrbs: a curuo ſitu inſtar falcis Δρέπανος eñ falx dicit̃. Non longe abeſt ab Eryce mõte trãs lilybœũ. Vel ab eo ꝙ Saturnus amputatis virilibus paternis illuc falcẽ ꝓiecerit. Ouid. lib. de faſ. Quiq; locus curuæ nomina falcis habet.

℃ Dryades. nymphæ ſyluarũ ab arboribus. Nam apud gręcos Δρῦς omnis arbor dicebatur q̃uis poſtea ꝓ quercu vſurpata ſit. Hæ eñ ſyluas habitare dicũtur.

℃ Dryas: nomen ꝓprium viri Theſſali amici Neſtoris.

℃ Dryopes: populi Epyrotici. De quibus Vergi. lib. iiij. Creteſq; dryopeſq; fremunt pictiq; Agathyrſi.

℃ Dryidæ: dicti ſunt quidã gallorũ religioſi & ſapiẽtes a quęrcubus. Ply. lib. xvj. Nihil habẽt dryidæ. Ita eñ galli ſuos appellãt magos. Sue. Dryidarũ religionẽ apud gallos diræ immanitatis tãtũ ciuib⁹ ſub Auguſto interdictã Claudius imperator quintus penitus aboleuit. Suidas Δρυΐδαι· παρὰ γαλάταις οἱ φιλόσοφοι καὶ σεμνόθεοι. i.

⁎ Dryidæ apud gallos philoſophi & religioſi: id eſt deorum cultores.

⁎ Drymodis quæ nunc Arcadia prius dicebatur deinde Pelaſgus. Cc.

⁎ Drypetæ genera olearum ſunt. Cc.

⁎ Dryoſhyphear gen⁹ viſci copiociſſimũ in q̃rcu. Cc.

⁎ Drumus gręci dicunt quemadmodum nos latini dumum dicimus. Cc.

℃ Drylon. fluuius Dalmatiæ: qui per mediam Myſiam

pergens in Danubium influit.

¶ Dromos latine Curſus. Et accipit̃: nõ ſolũ p actu currendi: ſed etiam p loco vbi curritur. Sueto. in Nero. Elephanto ſuperſedens peragratum dromorum decurrit.

¶ Dromedarius: animal a currendi velocitate dictum.

D. ante V.

✱ Dubenus: p domino veteres dixerunt. Pacu. Tũ dubenus ſeruos ligatos peſſime verberat. Cc.

¶ Dubius: dicit̃ qui duas vias habet & vtrã eligat neſciens. ſicut ambiguũ: qđ in ambas agi partes poſſit. Cice. lib. j. ad Heren. Dubium genus eſt cũ habet in ſe cauſa & honeſtatis & turpitudinis partem.

¶ Dubio as. in dubio ſum. Plau. Dubiat quid agat.

¶ Dubito as. idẽ qđ dubio. Cuius cõpoſita ſunt Addubito: qđ eſt etiã vel ad aliquid dubito. Liui. lib. ij. Proditoribus extẽplo in vincula cõiectis de legatis paululũ addubitatũ eſt. Cice. Cecinæ. Habes augurium meũ quo ſi quid addubitarẽ nõ potius vterer q̃ illa cõſolatiõe. Subdubito parũ dubito. Idẽ Cælio. Hæc eo pluribus ſcripſi ꝙ mihi ſignificabãt litterę tuę ſubdubitare quã eſſem erga illũ volũtate. A dubito fiũt Dubitatio & dubietas. aduerbia dubitãter: qđ ẽ a dubitãs. & dubitatim: a dubitat⁹ Cæcil. imꝑator clamat de medio vt Velites a ſiniſtro cornu remoueant: & Gallis nõ dubitãter immittant. Siſen. Qꝫ hoſtem non dubitatim: cum pluteis & ſcalis iter facere cernebat.

✱ Dubitades fictor egregius qui vaſa ex rubra creta effinxit. Cc.

¶ Duco is. xi. ctũ. ꝓprie ducimus volẽtes. trahimus inuitos. Sene. Fata volentẽ ducunt: nolentẽ trahũt. Q̃nq; ducere ſignificat reſpicere: iudicare: exiſtimare. Ci. Ego ſi mei cõmodi rationẽ ducerẽ: te mecũ eſſe maxime vellẽ. Vergi. lib. x. Tanton me crimine dignũ duxiſti. Q̃nq; inueſcare allicere: & delectatione quadã demulcere. Cice. in ver. ac. ij. Si quis honore aut gloria ducit̃. Q̃nq; Voluere ꝑtractare. Ver. lib. vj. Sic equidẽ ducebã animo: rebarq; futurũ. Q̃nq; nudare educere. Idẽ lib. xij. Ille tñ clypeo obiecto cõuerſus in hoſtẽ Ibat: & auxiliũ ducto mucrõe petebat. q̃nq; cõtrahere. Idẽ. Aſtrũ quo ſegetes gauderẽt frugibus & quo Duceret apricis in collibus vua colorẽ. Q̃nq; agere ſeu pati. Idem. Nate dea potes hoc ſub caſu ducere ſõnos? Q̃nq; ſtruere erigere. Idẽ. Para ducere muros: moliriq; arcem. Q̃nq; auertere ſiue cõtrahere. Mar. Qui ducis vultus & nõ legis iſta libẽter. Q̃nq; in longũ ꝑtrahere. Cice. ad Cæſarẽ iuniorẽ. lib. j. Ne res duceret fecimus vt Hercules antian⁹ in aliũ locũ trãſferret̃. Q̃nq; dimittere deſcẽdere. Plau. in aul. Vbi ille abit ego me duco ab arbore. Q̃nq; gerere. Vergi. li. viij. Hi bellũ aſſidue ducũt cũ gente latina. Q̃nq; ad ſepulturã efferre. Perſius Nerio iam tertia ducitur vxor. Q̃nq; ad ſupplicium ducere: vt apud Curtiũ ait Hermolaus ad Alexandrũ. Nos duci iube. Dicit̃ & de re obſcœna. Plau. ſi tenetis ducite ne diſrumpamini. Hinc etiã ductor pro vibratore & lumborũ ad cõcinniorẽ venerem pręſtandã quaſſore. Huius verbi cõpoſita ſunt Abduco: quæ ſunt cõtraria Cõduco Circũduco. Deduco. Diduco. Educo. Induco: Introduco: Obduco: perduco: Produco: Reduco: Seduco: Subduco: Superduco: & Traduco.

¶ Ducto as. ſæpe duco: aut huc illucq; duco guberno. Sallu. Huc accedebat ꝙ L. Silla exercitum quẽ in Aſia ductauerat quo ſibi fidẽ faceret cõtra morẽ maiorũ luxurioſe nimiſq; liberaliter habuerat. Plau. in cap. me vt libitum eſt ductauit dolis. Ductare etiã apud Plau. eſt ſcortum conducere qui pudẽdam eſſe vocẽ oſtendit dicens. Errabo potius q̃ quis me ductet. Et Quintili. ait Ductare exercitum non ſine rubore dici.

¶ Ductito as. ſæpe circũduco. Teren. in Adel. Tu inter eas reſtim ductitans ſaltabis.

¶ Duco as. guberno. Var. Ab eo ꝙ ſit ducare q eſt dux: aut ductor qui ita inducit vt doceat penult. correp.

¶ Ducatus us. ipſa ducandi actio: vt eſt illud. Si cæcus cæco ducatũ præſtet: ambo in foueam cadunt. Et ducatus dicitur regio cui dux dominatur: vel etiam ipſa ducis dignitas præfectura & imperium. Iul. Cap. Peteti ſignũ prima die tribuno dedit militi munus exprobrans vtiq; ſegnitiem temporũ ſuperiorum: quod quidem etiã ante in omnibus ducatibus dederat. Scribit Lamprid. Heliogabalum præpoſituras & ducatus & officia palatina vendidiſſe. Hoc nomẽ peculiariter datum eſt Spoletanę vrbi. cuius regio Vmbria dicitur ab auctoribus. Cuius fines a fonte Tyberis vſq; ad Anienis fluuij ſiniſtrã ripã. Vbi videlicet Anio tyberim illabitur. Ducatus. cati. eſt aureus nummus ducalis.

¶ Ductus us. ipſa ductio. Vnde aquæductus aquarum deductio.

¶ Duces dicti ſunt qui alios ducunt. Vnde & ducem belli dicimus: & ducẽ gregis. Ductor & ductrix nomina verbalia. Vergilius. Ductores danaum.

¶ Ductarius a. um. Vnde ductarius funis dictus eſt qui per orbiculos trocleæ traijcitur.

¶ Ductile penul. correp. qđ facile ducitur attenuaturq; Vnde ęs ductile quod malleis obſequitur attenuaturq; in laminas. Ductilis ſcœna dicebatur cum tractis tabulatis hac atq; illac ſpecies picturæ interior videbatur.

¶ Ductim aduerbium ſignificat cum mora.

¶ Dudum quaſi diu dum. eandẽ vim habet quã iamdudum: ita vt quãdoq; diem nõ tranſcendat: vt dudũ intraui: dudum te expecto: id eſt hora eſt vel duæ vel tres: ex quo intraui: & ex quo te expecto. Quãdoq; etiã tranſcẽdit diem. Ply. lib. iiij. Fabri qui dudum aſſueti apud pœnos. Et lib. xviij. Nam dudũ ex eadem hiſpania zoeliten venit in Italiam plagis vtiliſſimum.

¶ Duellum: bellũ quod duabus partibus de victoria cõtendentibus dimicatur: non tantũ duorũ: vt quidã exiſtimauerunt ſed multorũ & ipſorũ exercituũ. Alioqui non diceretur a Plauto duellũ inter Thebanos & Theleboos Et ab Horatio. Gratia barbarie lẽto colliſa duello. Hinc perduellis & perduellio.

¶ Duello. as. bello. Vnde duellator qui duellum peragit Plau. in cap. Domi belliq; duellatores optimi.

✱ Duellonam: bellonam antiqui appellabant. Cc.

✱ Duidens: hoſtia bidens. Cc.

✱ Duicenſus cum altero cenſus. Cc.

✱ Duis: pro dederis antiqui ſcripſere. Cc.

¶ Duillus: nomen ciuis Romani qui primus Romæ naualí certamine triumphauit. Is iam ſenex & tremẽti corporem quodam iurgio audiuit exprobrari ſibi os fœtidum: & triſtis ſe domum contulit. Cumq; vxori queſtus eſſet: quare nunq̃ ſe monuiſſet: vt huic vitio mederetur. Feciſſẽ inquit illa niſi putaſſem omnibus viris ſic os olere

¶ Dulce ſuaue: quod quidam a delitio deducunt: ꝙ dulcia maxime alliciãt. Eius compoſita ſunt Prædulce valde dulce. Subdulce aliquãtulum dulce. Dulciloquus penul. correp. dulciter loquens. Dulcifluus dulciter fluens. Dulciſonus penul. cor. dulciter ſonans.

¶ Dulcidulus. a. um. diminutiuum eſt.

¶ Dulcedo. Dulcitas: Dulcitudo: & Dulcor in eodẽ ſenſu accipiuntur. Plynius. Contracta dulcorẽ amittit. Neuius. O ſuauis linguæ ſonit⁹. O dulcitas alę. Actius. Tãta hinc in corda dulcitudo inuaſit.

¶ Dulciari⁹ panis q cõficit̃ ex ſaccharo & nucib⁹ pineis vel amygdalis ad ientacula: vt eſt q vulgo dicit̃ Marzá

panus. Piſtor dulciari⁹ qui panes & mellita cõcinnat edulia. de quo Marti. Mille tibi dulces operũ manus iſta figuras Extruit. huic vni pca laborat apis. Lãprid. de Heliogabalo. Dulciarios habuit qui de dulcibus exhiberent q̃cũq; coqui de diuerſis edulib⁹ exhibuiſſent. Vbi dulciarius ſignificat ſimpliciter concinnatorẽ edulium mellitorum: & operis piſtorij dulcedine conditi.

❡ Dulceo es. cui. a quo Dulceſco is. dulcis fio. Cice. i Cato. Primo vua eſt pacerba guſtatu: deinde maturata dulceſcit. Huius cõpoſitũ eſt Obdulceſco. qđ eſt in totũ dulcis fio. Augu. lib. vij. cõ. Nam ſi primo ſanctis tuis litteris informatus eſſem: & in earũ familiaritate obdulcuiſſes mihi: & poſt in illa volumina incidiſſem fortaſſe abripuiſſent me a ſolidamento pietatis.

⁎ Dulcifluus: dulciter fluens. Cc.

⁎ Dulciloquus: dulciter loquens. Cc.

⁎ Dulciſonus: dulciter ſonans. Cc.

❡ Dulco as. dulce facio. Sidonius Apol. ad Agricolã: Parco libẽs: laudaturus vitę tã dolcatę ſolicitius ingenuitatẽ. Hinc Edulco as. qđ ẽ valde dulco. Cn. Marti⁹. Quapropter edulcare cõuenit tutam: curaſq; acerbas ſenſim gubernare.

❡ Dulcacidõ. pe. cor. dicit̃ id qđ dulciſſimis reb⁹ eſt illitũ

❡ Dulia cũ accentu in penulti. latine hominis ſeruitus dicitur δοῦλοσ. ſeruitus. δούλη ancilla. δουλικόσ ſeruilis. Hinc ſit compoſitum. hyperdulia.

❡ Dulichiũ inſula in Maliacho mari: ſeu vt quidam aiũt Ionio vna Echinadum corintho ꝓxima: ante Leucada in qua regnauit Vlyſſes. Inde fit Dulichius. a. um. Prop. Aut cum dulichias Pallas ſpatiatur ad aras.

❡ Dũ aduerbiũ tpale eſt: & modo ꝓ q̃n ponit̃: vt dũ dormis fures domũ intrãt. Modo ꝓ donec. Sallu. Poſtremo neq; ſumptui: neq; modeſtię ſuę pcere dũ illos obnoxios fidoſq; ſibi faceret. i. donec: vel vt. Modo ꝓ poſtq̃ cũ cõiũgit̃ pterito ſubiũctiui. Mar. Audieris dũ grãde ſophos. i. poſtq̃ audieris. Et poſita poſt nec: vł nõ: vł haud ſemper aduerbiũ tpis eſt: vt necdũ nõdũ: hauddũ ꝓ nõ adhuc Eſt etiã cõiunctio: & ſignificat mõ: pourche. Sal. Neq; id qb⁹ modis aſſequeret̃ dũ ſibi regnũ pararet qcq̃ pẽſi habebat. Aliquãdo dũmodo. domẽte che. Hiero. Dũ perſecutionis finem praeſtolatur: neceſſitatẽ in voluptatẽ vertit. Ponitur nõnunq̃ pro expletiua. Teren. Adeſdũ paucis te volo. Cõponitur cũ qui: vt quidũ. Cũ age: vt Agedum. Cum modo: vt dũmodo: & Taxat: vt dũtaxat.

❡ Dũtaxat: cõponit̃ ex dũ aduerbio & taxo as. ꝑſtimo Et nõ recipit ſed etiã. Ci. ꝓ deiotaro. Qđ ipm etiã iniquũ eſt i tuo dũtaxat piculo. Solũ vero & tãtũ: & mõ recipiũt.

❡ Dumus gene. maſ. dicit̃ oĩs ſpina. A quo dumoſus. a. um. frõdoſus ſpinoſus vepribus plenus. Verg. Dumoſa pẽdere ꝓcul de rupe videbo. Dumetũ locus vbi ſunt dumi. Antiqui dumetoſum locũ dicebant ꝓ dumoſo. Et q̃ nos dumeta: appellabant Dumetica.

❡ Duo. is dui dutum ſignificat do. Plau. in cap. At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis.

❡ Duo: & ambo. ſicuti docet Priſ. gtõs & actõs ſcđm ſecũdã declinationẽ ꝓfert duorũ amborũ duos ãbos: q̃uis in neutro differẽtiæ cã duũ ſoleat dici: vt duũ mihũ ãphorarũ. Nec nõ & actũs maſculinorũ eſt q̃nq; ſimilis ntõ ꝓferturq; in o more graeco. Hora. Duo ſi diſcordia vexet inertis. Verg. Si duo p̃terea tales idaea tuliſſet terra viros id eſt duos. A duo fit duodecim: a quo duodecimus. & Duodenus: duodenarius: doodeuiginti & huiuſmodi. Ducenti: ducentenus. Duodecies: duodeuities: ducẽties duodeuigeſimus ducenteſimus.

⁎ Duonũ veteres pro bonum dixerunt. Cc.

❡ Duplaris numerus dicit̃ in quo minor bis numeratur Duplares ſiue duplarij torquati dicebãtur milites qui in legione Romana ob virtutẽ duplas cõſequebant̃ annonas: ſicut ſimplares: quibus vna & ſemis annona dabat̃.

⁎ Duplo verbum a duo. Inde duplus. Cc.

❡ Duplex quãdoq; ſignificat duo. Vergi. Duplices tendens ad ſydera palmas. Cice. lib. iiij. ad Heren. Duplices ſimilitudines eſſe debẽt. Quãdoq; latum. Verg. Duplici aptantur dentalia dorſo. Duplices tantũ numero pluralis gene. maſcu. tabellarũ genus eſt in quibus litterę ſcribi ſolebãt. Quæ quidẽ aliquando etiam Triplices erant in quibus res amatoriæ ſcribebãtur. Mar. Tũc triplices noſtros nõ vilia dona putabis. Cũ ſe venturã ſcribet amica tibi. Sic duplices triplices quadruplices & quinduplices porticus dicuntur in quibus ordines colũnarũ duplicati triplicati quadruplicati & quincuplicati ſunt. Vit. lib. v. In duplici palæſtrarum porticu collocanda eſſe cõplura membra ſcribit.

⁎ Duplonẽ veteres pro duplo vſurpabant. Cc.

❡ Duplico. as. duplicẽ facio: gemino. Hier. Duplicauit annonã. Interdũ Augere. Sallu. Et Maurus victas duplicauerat bellum. Verg. Et ſol creſcẽtes decedens duplicat vmbras. Hinc Conduplico & Reduplico.

❡ Durã quidã putãt eſſe nomẽ fluuij iuxta quẽ Gigãtes turrẽ babel fecerũt. Alij volũt eſſe cãpũ. Vnde apud Danielem. In cãpo durã ſtatuit Nabuchodonoſor ſtatuam.

❡ Duria: ſiue Durias. nomẽ fluuij Valẽtiæ ꝓximi: vt ſcribit Pompo. Hunc Sallu. vocat Turiã lib. iij. hiſto. Inter leua moeniũ dextrũ flumẽ Turia qđ Valẽtiã paruo interuallo pręterfluit. Clau. Floribus & roſeis formoſus turia ripis. Grãmatici formoſum legerẽt: ꝙ vnum amniũ Turia neutro genere ꝓferri putẽt. Augu. Priſcianoq; auctorib⁹. Ptol. hac pte Turulim vocat amnẽ. Eſt in luſitania quoq; Duri⁹. Quẽ Stra. duriã: multi Doriã appellãt. Syri⁹ Duriũ. Ait ei. Hic certãt pactole tibi duriuſq; taguſq;.

❡ Duro: as. durũ facio: firmo: ſolido. Colu. lib. vij. Annicula mula recte a matre repellitur: & amota mõtib⁹ aut feris locis paſcitur vt vngulas duret: ſitq; poſtea longis itineribus habilis. Per tranſlationẽ. Quintilia. lib. j. Multa linguæ vitia niſi primis annis inemendabili in poſterum prauitate durantur. Et durare eſt tolerare. Vergilius Durate & voſmet rebus ſeruate ſecundis. In qua ſignificatiõe quãdoq; cõtra naturã iungitur accuſatiuus maxime apud poetas. Hora. lib. j. car. Vix durare carinæ poſſunt imperioſus æquor. Nam ſicut dicimus clamare hominẽ. i. cũ clamore vocare. ſic durare æquor: id eſt ꝑ duriciem ferre. Item Durare perſiſtere. perſeuerare. Plau. in am. Durare nequeo in ædibus ita me probri dedecoris a viro argutã meo. Huius cõpoſita ſunt Eduro valde durum facio. & quaſi ad laborem aſſuefacio. Colu. Quare docendus & a poeritia ruſticis operibus edurandus futurus villicus. Induro: vt indurabo cor Pharaonis. Obduro: vt eſt apud Deutero. Non obdurabis cor tuũ. Quę ſere idem cum ſimplici ſignificãt. Præduro cito duro. Columel. Verũ eſt inopere difficilior: ꝙ neq; humentem fodere poſſis: ꝙ ſi glutinoſiſſima nec nimium ſicca quia nimium præduratur. Perduro: valde vel ad finẽ duro. Idẽ: libro octauo. Eſt etiam nõ ingrati ſaporis muria perduratus. Teren. in hecy. Sancte adiurat nõ poſſe apud nos pamphilo ſe abſente perdurare. Rediuro quod eſt aperio contra id quod dicitur Obduro vt inquit No. Et omnia habent penul. prod.

❡ Dureo es. durui durus ſum. A quo Dureſco dur⁹ fio. Col. lib. ix. Plumulæ ſub cauda clunibus detrahẽdæ ne ſtercore coinquinatæ dureſcant. Luca. tñ. Totoſq; induruit artus. ab indureo: in eadẽ ſignificatione qua induro ꝓtuliſſe videtur. Sed huiuſmodi prꝫterita raro a dureo cõpoſitis reperiunt̃: ſæpe autem ab his q̃ a dureſco ſunt. Indureſco. Vergi. li. iij. Geor. Styriaq; impexis induruit

horrida barbis.i.valde dura:ſiue i ſe dura facta eſt. Col. lib.ij. Iuſta enim fieri nequeũt cũ induruerit ager. Obdureſco vndiq durus fio. Cicero M.Cælio. Magno dolore me affeciſſent litteræ tuæ niſi & ratio ipſa depuliſſet oẽs moleſtias:& diuturna deſperatione rerũ obduruiſſet animus. Prędureſco valde durus fio. Col.lib.vij. Verũ neq ante tertiũ:neq poſt quintũ annum iuuẽcos domare placet.cum illa ætas adhuc tenera eſt.hæc iam præduruit:id eſt nimis dura facta eſt.

¶ Durus.a.um.quod eſt ſolidũ ac firmũ.& firmitate naturæ corruptionẽ ſui nõ facile admittit. Cuius cõtrarium eſt molle in quo eſt natura luxurioſior:nec ad cõtraria repellẽda ſufficiẽs:Vergi. Sed duris genuit te cautib⁹ horrens Caucaſus.per trãſlationẽ capit modo p patiẽte ac tolerante laborũ.Idẽ. Scipiadas duros bello. Et gens dura & aſpera cultu. Modo pro aſpero & nocente. Idẽ. Aut durum tinere genus. Modo pro crudeli:quoniã nulla humanitate molleſcit:vt apud eundem. Quid iuuenis magnum cui verſat in oſſibus ignem Durus amor.

¶ Dure & duriter:aduerbia ſic inter ſe differũt.ſcd̃m Donã.q duriter ſit ſine ſenſu laboris. Dure crudeliter. Illud ad laborẽ. Hoc ad ſæuitiã refertur.ſed dure in alterũ.duriter in nos aliquid facimus. Terẽ.in an. Primũ hęc pudice vitã parce ac duriter agebat lana & tela victũ quæritans.

¶ Duricia & Duricies æque dicuntur de firmitate aſperitate crudelitateq. Cice.in Cato. Quanta in altero comitas:in altero duricies.

¶ Durabile:quod durare poteſt. Ouidi⁹. Quod caret alterna requie durabile non eſt.

¶ Duramen.& duramẽtũ:brachũ vitis. Col.lib.v. Sed vt caput trunci pedali fere ſpacio ſit inferius iugo:quaterniſq brachijs quę duramẽta quidã vocãt:diuidatur i totidem partis.alio nomine duramina nuncupãtur. Idẽ. Cõſiderandũ erit cuius longitudinis ſint duramina quæ excedant prędictam menſuram.

¶ Duracinæ vuæ dicuntur quæ duram & firmam corticem habent a duricie:vel a duris acinis. Auguſtus in epiſtolis. Dum lectica ex regia redeo:panis vnciam cum paucis acinis vuæ duracinæ comedi.

¶ Duracina perſica dicuntur:quorũ corpus ligno adhęret:auelliq neqt. Ply.li.v. Sed pſicorũ palma duracinis.

⁎ Dureta vas Hiſpani vocãt.quo vel in balneis vel domi vel quouis alio loco ſedentes lauantur:in quo ſignificato etiam ſolium accipitur. Cc.

⁎ Duricors a nõnullis dicitur p eo q eſt duri cordis. Cc.

⁎ Duſmoſum pro dumoſo dixere veteres:quẽadmodum coſmitto pro committo. Cc.

¶ Duricoria:dicũtur quæ ſunt duri corij:Vnde ficus duricoriæ:quæ habent duram corticem.

D ante Y.

¶ Dyas:latine dualitas δὺο duo.

¶ Dynaſtia:vis potẽtatus. Dynaſtes dñs regni:potens optimas. ἀπὸ τοῦ δύνασθαι. vt hi qui magiſtrat⁹ gerũt:& iudicijs pręſunt. Scribit Strabo:reges dynaſtas vocari pptera q plurimũ poſſunt pollentq:& populos quo velint aut vi:aut perſuaſione perducãt. Cice.ad Atticũ. Erit nebulo iſte cum iſtis dynaſtis in gratia.

¶ Dyrrachium:fuit ciuitas in Epyro:quæ prius Epidãnos vocabatur. De qua Luca.in principio. Dyrrachij rapiendas tẽdit ad arces. Dicta Dyrrachiũ a noie Dyrrhachij qui portũ vrbi adiecit. Vide in dictione Epidamnum

¶ Dys præpoſitio græca quæ in compoſitione malum vel difficile aut impoſſibile ſignificat.

¶ Dyſcolus penul.correp.difficilis maluſve ſiue pernicioſus.ex δὺς καὶ κέλομαι iubeo. Ita vt dyſcol⁹ dicatur cui difficulter iubetur. Dyoſcolia difficultas.

¶ Dyſẽteria:dici poteſt iteſtinorũ exhulceratio ex δὺς quod malũ denotat.& ἔντερον. inteſtinũ. Et latine Tormina auctore Celſo dicũtur. Vide in dictione Tormina.

¶ Dyſuria:& ſtranguria difficultas vrinæ dicitur. Quæ vt Galenus inquit fit ex veſicę paſſionibus vrinam ſupprimens. Qd quidẽ ſine calculis et inflãmatione põt accidere. Hoc Cato ſignificat cũ ait. Quibus ægre lotiũ it.

¶ Dyſphilus pe.cor.quaſi malus amicus. Iuue. Non eſt Romano cuiq locus hic vbi regnat protogenes aliquis vel dyſphilus.

¶ Dyſpepſia:difficilis concoctio.

¶ Dyſpnea:ſpirãdi difficultas. Docet Hippo. in aphoriſmis i ſenectute ſtrãgurias dyſpneas dyſurias cacchias eſſe frequentes. δὺς ἐστὶ μόριον κακῶσ καὶ πνέω καὶ πνόη. ⁎.i.dys eſt pticula ſignificãs difficult & ſpiro & ſpũs.

Et Ex p̄poſitiones ſunt q & ſepant & cõponũtur. Separatæ modo tpales ſunt vt Ex illo celebrat⁹ honos Modo locales:vt E cœlo. Modo ponũtur p a.vl ab vt Audiui e pre meo:modo ſignificant p vel ad.vt Ex dignitate:ex vſu:ex vtilitate:hoc eſt p dignitate:vel ad dignitatẽ. E rep. p rep. Modo ſcd̃m:vt ex Platonis ſentẽtia.i.ſcd̃m Platonis ſentẽtiã.ſiue p Platonis ſentẽtia. Modo in. Cic. E renibus laborabat.i.morbũ patiebat in renib⁹. Cõpoſitæ qñq priuationẽ indicãt:vt Eliguis. Exãguis. Qñq vehemẽtiã vel perfectionẽ:vt Eludo. Exoro. Qñq Extra:vt Educo. Excludo. Cõponit aũt.c.cũ.b.vt Ebibo. d.vt Educo. G.vt egredior. I.vt eijcio. L.vt eludo. M.vt.emitto. N.vt enitor. R.vt erigo. V.vt eueho. Ex vero cõponit cũ. A.vt exaudio. C.vt excurro. E vt exeo. F.vt efficio. O.vt exoleo. P.vt expello. Q.vt exquiro. S.vt exequor. T.vt extendo. V.vt exuro. Verũ qñ poſt ex ſequit.f.mutat.x.in.f.vt effundo. Cũ vero ſequit.x. abijcitur.ſ.vt exequor:& exicco.in alijs integra manet.

¶ Eantes:nomẽ propriũ hyſtorici Cizyceni qui fuit ætate qua Pygmalion in oriente regnabat.

¶ Ear:latine ver.a quo Earinus:vernus.

¶ Eatenus:pe.cor.ſignificat vſq eo:vel ad eũ modum Cui reſpõdet Quaten⁹ vſq quo. Hier. Quia etſi i ſanctis prib⁹ & pphetis gra fuiſſe credit:nõ tñ eaten⁹ plẽa. Suc.i Tyber. Ac primo eaten⁹ interueniebat neqd pperã fieret

E ante B.

⁎ Ebeati dicũtur qui fœlicitate aliqua reciderunt. Cc.

⁎ Ebeo beatitudine priuo cuius paſſiuũ eſt ebeor. Cc.

¶ Ebenus vel Ebenũ pe.cor.nomẽ grecũ:& Arabicã⁹ dicit. Lignũ nigrũ eſt ſolidũ pulchrũ aptũq ocularibus medicinis. Hęc arbor naſcit in India q cæſa dureſcit in lapidẽ.vriturq odore iucundo. Vergi.libro ſecũdo Geor. Sola India nigrũ fert ebenũ. Aetius Amelin⁹ ita ſcribit ἔβενος ξύλον ἐστὶ τῶν ἰσχυρῶν ... καὶ λεπτομερὲς ἐστὶ δυνάμεως ... ἐπισκοτοῦντα ... ὀφθαλμοῖς ... δ.ι.. ⁎.i. Eben⁹ lignũ ẽ tenuis ſubſtãtię & abſtergẽtis virtutis:vñ oculorũ caligi nẽ diſcutere credit & alijs oculorũ medicamẽtis miſcet.

⁎ Ebosus inſula eſt inter Ophiuſam & pythiuſam inſulas cu⁹ terra ſerpẽtes fugat oim venenoſorũ aialiũ exps eadẽ cuniculos gignit populãtes meſſes duarũ ppinquarum inſularum quas noſtri baleares vocant. vocatur & hæc inſula Ebuſus de qua infra. Cc.

¶ Ebrius:& Ebria a bria quod eſt vas vinariũ. Eſt enim ebrius qui nimio potu alienatus eſt mente. Cuius cõtrariũ eſt ſobrius. quaſi ſine ebrietate. qui in cibo & potu tẽperãs eſt:& q nõ eſt actu ebrius. Vnde nõ ſobrius ꝑ ebrio ſumit̃. Mar. Et nõ ſobria verba ſubnotaſti. Hinc Ebrietas: quã Cato dicebat nihil aliud eſſe q̃ inſaniã voluntariã. Interdũ ebrius ponit̃ pro pleno & abundanti. Plau. Facite mihi coena vt ebria ſit. i. abundans & opipare parata. Ebrioſus qui ſępe fit ebri⁹: a quo Ebrioſitas. Huius contrariũ eſt ſobrioſus. ſobrietatis affectator. quo vſus eſt Cyprianus. Inter ebriũ & ebrioſum hoc intereſt. Nam poteſt qui ebrius eſt tũ primũ eſſe. nec habere hoc vitiũ: & qui ebrioſus eſt ſæpe extra ebrietatẽ eſſe. Sic ebrietas ab ebrioſitate ſeiũgit̃ ꝙ alterũ affectiõis ſit: alterũ habit⁹.

¶ Ebrio. as. ebrium facio. Vnde & inebrio verba actiua. Hiero. lib. ij. Re. Et inebriauit eum. Plau. in aul. Homo ebriatus ſomno ſanari ſolet. Aliquãdo Ebriari ſeu inebriari ſumitur pro impleri ſeu quaſi ſatiari: vt apud apoſtolum. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria.

¶ Ebriulo. as. pe. correp. ebrium facio. Sunt tamen qui hæc aſpirent ab hauriendo potu illa deducentes.

¶ Ebron. mons palæſtinorum: haud longe a Gaza Syriæ ciuitate.

¶ Ebur & Ebor vtroq; modo dicitur pro elephanti dente: quaſi e barrho: id eſt elephanto. Hora. Quid tibi vis mulier nigris digniſſima barrhis.

¶ Eburne⁹. a. um. quod eſt ex ebore aut quod inſtar eboris album eſt: vt Eburnea facies. Ouidi. lib. iij. me. Impubeſq; genas & eburnea colla decuſq;. grꝗce ἐλεφάντινος.

¶ Eburnus. a. um. idem quod eburneus. Tibul. Hãc primum veniẽs plectro modulatus eburno. Luca. libro. ij. Legitumq; faces gradibuſq; accliuis eburnis.

¶ Eboreus. a. um. ab Ebor fit: ſicut a marmor marmoreus. Eburne⁹ vero & eburnus ab Ebur. Et ſignificat qđ eſt ex ſolido ebore. Quintilia. lib. vj. Cũ in triumpho Cęſaris Eborea oppida eſſent tranſlata.

¶ Eboratus. a. um. qđ extrinſecus ex ebore eſt. Quod & eburatũ dicit̃. Plau. in. Perſa. Lectos eburatos auratos.

¶ Ebudes: inſulæ ſunt quinq; numero: in oceano britannico anguſto freto diuiſę. cuius incolæ: vt ſcribit Solin⁹ lacte ſolum & piſcibus vitam agunt.

¶ Ebulum: hęrba eſt faciens baccas in ſimilitudinẽ ſambuci. Colu. lib. ij. Sed citra hoc experimentũ multa ſunt quæ & dulcẽ terrã & frumentis habilem ſignificẽt: vt iuncus & calamus gramen & trifolium: ebulum: rubi: pruni ſylueſtres & alia cõplura. Idem. Et rutilas ebuli creat vuida baccas. Legitur & ebulus.

¶ Ebullio as. erumpo. crepo. Tractum a bulla q̃ æſtiuo tempore ex aqua pluuia fingitur in ſpeciem pilæ & facilę rumpitur. Perſius. O ſi ebullet patrui præclarum funus.

¶ Eburones populi galliæ qui per fraudẽ multos ex Cęſaris exercitu trucidarunt.

¶ Ebuſus inſula quæ cuniculos nõ habet. Pompo. Ebuſus animaliũ quæ nocẽt adeo expers: vt ne ea quidẽ q̃ de agreſtibus mitia ſunt generet: aut inuecta ſuſtineat.

E. ante C.

⁎ Ecardina ſiue ecardiſte gẽma: quę nigri cordis ſpeciẽ oſtẽdit. q̃q̃ aliud genus eius viridi colore ſimilitudinem cordis præſeferat. Cc.

¶ Ecbatana numero plurali. penul. correp. Metropolis eſt Mediæ: vel vt quidã exiſtimant regionis magnæ nomen. Eſt & Ecbatana vrbs in Syria quæ Epiphania quãdoq; vocata fuit: ac per. g. etiam ſcribi poſſe quidam teſtantur Egbatana.

¶ Ecbaſis. penul. correp. latine dici poteſt excurſus. Nã cõponitur ab ἐκβαλῶσμα καὶ ἄλλα ἐκ τοῦ βαίνω quod eſt egreſſus: vt Vergi. lib. j. geor. deſcribẽs tempeſtatem præcauendam a ruſticis.

¶ Ecce. aduerbium demonſtrandi quod apud Vergi. aliquid repentinũ inſperatũq; ſignificat: vt ecce autem gemini a Tenedo trãquilla per alta Horreſco referens. Scribit Aſconius etiã hoc propriũ eſſe Ciceronis vt in rebus improuiſis hac particula vtatur cũ apud alios interdum in reb⁹ lętis vſurpetur. Ouid. Ecce Corinna venit. & modo accuſatiuo: modo nominatiuo iungitur.

¶ Echemythia ab ἐχεμυθέω latine taciturnitas.

¶ Eccum. eccam. eccos. eccas. quaſi ecce eum: ecce eam ecce eos: ecce eas. Sic Ellũ ecce illũ. Ellam ecce illam. Ita exponit Do. Terẽ. in an. Eccum video. Alij exponunt. Eccum ecce hic ſubintellige virũ de quo agebamus: Eccam ecce hic ſubintellige foeminam de qua agebamus. Ellum ecce illic. ſ. virum reſoluendo per aduerbia non per nomina: vt apud eundem. Eccũ me. quod non licet exponi ecce eum me.

¶ Eccubi. per duplex. cc. & penul. correp. Componitur ex ecce & vbi.

¶ Ecquis ex en. pro ecce. & quis. vbi n. ratione. q. ſequẽtis mutatur in. c. Ex quo oſtenditur eandẽ vim habere. c. & q. Et ſignificat nunquis. Nam particula. en. iuncta dictionibus incipientibus a. q. interrogatiue poſitis ſignificat an: vel ne. vel nũ. vt Ecquid nonne? nunquid. Terẽ. in eunu. Ecquid nos amas de fidicina hac: id eſt aliquantulũ ne amas propter fidicinã? Ouidi. lib. ij. faſt. Ecquid in officio torus eſt ſocialis: & ecquid Coniugibus noſtris mutua cura ſumus?

¶ Ecquando: id eſt nunquando: vel an aliquando: & aliquo tempore.

¶ Ecclesia. latine Cœtus cõcilium: concio: congregatio. Eccleſiaſtes: concionator.

⁎ Echemythia taciturnitas. Cc.

⁎ Echinemeno echinorũ genus quorum ſpinæ lõgiſſimę calices minimi: nec oĩb⁹ idẽ ruffus & vitre⁹ color. Cc.

¶ Echinades. penul. correp. Inſulę ſunt Herodoto teſte in Malea co mari ex oppoſito ad oſtiũ Acheloi. De quibus Luc. Craſſis oblimat echinades vndis. Sene. ĩ Troade. declinat Echina. næ. penul. prod. Quolibet vento faciles echinæ.

¶ Echinus. penul. prod. Tegmen ſpinoſum quo ſeruãtur caſtaneæ. vulgo Riciũ vocãt. Vnde caſtaneæ echinatę. Ply. nuces vocamus & caſtaneas q̃q̃ accõmodatiores glandiũ generi: armatũ his echinato cortice vallum eſt. Ab hui⁹ tegminis ſimilitudine dictus eſt Echinus piſcis quidã quẽ Ply. ſcribit eſſe cancrorũ genus in quibus ſpinæ pro pedibus ſunt: ingredi huic eſt in orbẽ volui. Græci ἐχῖνον hirtum vocant. Mar. Iſte licet digitos teſtudine pũgat acuta: Cortice depoſito mollis echinus erit. Saxa petit inter q̃ ſe locat ne a fluctibus iactetur. De hoc Ambro. lib. hexa. ſic ſcribit. Echinus animal exiguũ vile ac deſpicabile maritimũ loquor. plęrũq; index futuræ tempeſtatis aut tranquillitatis annuncius ſolet eſſe t nauigantibus. Deniq; cum procellam vẽtorum ꝑſenſerit calculũ validum arripit: eumq; velut ſuburram vehit: & tanq̃ anchoram trahit ne excutiatur fluctibus. Itaq; ſuis ſe librat viribus: ſed alieno ſtabilitur & regitur pondere. Quo indicio nautæ velut ſignũ futuræ perturbationis capeſſunt. & ſibi ꝑcauẽt ne eos impatos turbo improuiſus inueniat. Hic alio nomine a Latinis Erinace⁹ dictus ẽ. Eſt & Echinus apud græcos terreſtre animal: cui eſt apud noſtros Hæricio nomen quod ipſum ab hærendo deductum eſt & æque ſpinis hirſutus eſt atq; maritimus echinus. De quo Ambr. eodem libro. Echinus iſte terrenus quẽ vulgo hæricium vocant ſi quid inſidiarũ præſenſerit ſpinis

ſuis clauditur: atq; in ſua arma ſe colligit. Praeterea Echin⁹ genus vaſis aenei eſt in quo calices lauãtur: quã alij Ampullam dicunt eſſe vitream. Hora. in Ser. Pocula cũ cyatho duo ſuſtinet: aſtat Echin⁹. Et Echinus echini & echinuntis ciuitas fuit de qua Ci. in Arato. Dicitur excelſis errans in collibus amens Quos tenet aegaeo defixa in gurgite Echinus. Hoc etiam nomine dicta eſt alia ciuitas in phthiotidei faucibus Sperchij amnis: vt inquit Ply. vna cum Ptolemaeo.

⁎Echites lapilli ſpecies viperae ſimilis colori viridi ſubobſcuro. Cc.

¶ Echeneis: genus piſciculi quem ferunt per aquã ſiſtere nauem quãuis immẽſam & velo & remis cõcitatã ne poſſit iter iſtitutũ peragere ἀπὸ τοῦ ἔχω habeo teneo & ναῦσ nauis ſiue ab ἔχομαι hereo ναῦσ nauis q̃ nauem teneat vel naualibus tabulamẽtis adhaerens remorari cõpellat. Ply. li. ix. Eſt paruus admodũ piſcis aſſuetus petris echeneis appellatus. Hoc carinis adherente naues tardius ire creduntur. Inde nomine impoſito Remora a morãdo dicitur latine. Ob quã rem a graecis ita dicitur a noſtris Remora. Remiligoq; nominatur. Luc. lib. vj. Non puppim retinens euro tẽdẽte rudẽtes In medijs echeneis aquis. Ambro. Alios in exiguo corpore tãtũ validitatis aſſumere: vt maximas nauium plenis currẽtes velis in medijs fluctibus ſiſtant: ſicut breuis piſciculus echeneis tãta facilitate memoratur nauem ingentẽ ſtatuere: vt quaſi radicatã mari haerere videas nec moueri. Aliquãdiu enim immobilem ſeruat. Ferũt hunc piſcem fluxum grauidarũ vtero ſiſtere: partuſq; ad puerperium continere.

¶ Echidna: latine hydra ea potiſſimũ quae ab hercule interfecta eſt. Ouid. lib. iij. faſ. Sanguine cẽtauri lernęę ſanguis echidnę Miſtus ad auxilium tempora nulla dabat. Vide in dictione Excetra.

⁎Echnephitas procella eſt cum nubes rupta & in pronũ ſoluta fuerit. Cc.

¶ Echo ſoni vel vocis repercuſſio. Graece ἠχώ ſonus: & ἠχέω reſono. Ouid. lib. iij. me. Planxerũt dryades plangẽtibus aſſonat echo. Fit enim in cõuallibus & locis cõcameratis: vbi ſcinditur reſultans aer: in quibus acceptae voces numeroſiore repercuſſu multiplicantur: nomẽq; echo eiuſmodi voci a graecis datũ eſt: vt Ply. lib. xxx. ſcribit: quoniam nõ eſt vagãdi liberrimus cãpus: ſed obiectu reflectitur. Quae cauſa etiã multas voces multis in locis reciprocas facit. ſicut in vrbe Cyzico turres ſeptẽ acceptas voces multiplicãt. Et olympię porticus fuit: quã heptaphonõ appellant: quoniã ſepties eadẽ vox redditur. In hãc ſententiã ait Lucre. Sex etiam ac ſeptẽ loca vidi reddere voces: Vnã cũ iaceres: ita colles collib⁹ ipſi Verba repulſantes iterabãt verba refert. hęc echo a latinis dicitur imago. Val. Flaccus lib. iij. argo. Rurſus hylan & rurſus hylan per longa reclamat Auia reſpõſant ſyluae & vaga certat imago. Hor. Quẽ deum cuius recinit iocoſa nomen imago. vbi Porphyrio expoſuit q̃ imago dicitur quaſi imitago.

¶ Echos ἠχοῦσ etiam Graeci vocant argutas valles ab ἠχέω vt inquit Col. lib. x.

⁎Eclephron vnus ex Neſtoris filijs. Cc.

¶ Eclegma: atis. latine linctũ dicimus frequẽtiſſimũ medicis omnibus. Sunt enim Eclegmata quae fiunt lingendi gratia: nõ edendi neq; deuorãdi: hoc eſt cũ aliquid in ore tenẽtes paulatim diſtillãdo ſorbemus ἀπὸ τοῦ ἐκ καὶ λείχω γίνεται ἐκλέγματα. ⁎. i. ab ex & λείχω qđ eſt lingo fiunt eclegmata.

¶ Econas: vocant imagines ex membris aliquorũ ſimilitudine expreſſas: inquit Ply. li. xxiiij. Vnde & Econcula diminutiuũ. Sue. in Nero. Pro ſummo iquit numine: tribuſq; in die ſacrificijs colere perſeuerauit econculam puellarem. Dicitur etiam Icona & Iconcula.

¶ Eclipſis latine defectio. Eclipticus defectiu⁹ ἐκλείπω deficio.

⁎Econtrario ſignificat ẽ diuerſo contra. Cc.

¶ Ecthlipſis: latine Eliſio: Caeſura eſt qua. m. cum vocali elidit. Ab aliquibus Elepſis. A quintil. Detractio trãſfertur. ὑπὸ ἐκ καὶ θλίβω.

¶ Ectaſis dici poteſt productio. Figura eſt qua ſyllaba naturaliter correpta producitur. Ab ἐκτείνω produco. Dicitur a nonnullis Extaſis: vt Italiam fato profugus.

¶ Ectaſis latine ſtupor: gręc. ἔκστασισ Au. in pſal. interpretatione. Ectaſis exceſſum mẽtis ſignificat. Quę fit vel pauore vel aliqua reuelatione in qua omnes ſancti fuerunt quibus arcana dei mũdũ iſtum excedentia reuelata ſunt ita vt de eorum memoria laberentur interna.

¶ Ecloga: electio explanatio ab ἐκλέγω qđ eſt eligo. Vñ & exceptus dicitur ſicut teſtatur Euſebi⁹ lib. de eccle. hiſtoria. neq; ſermonẽ de capris ſignificat. Tũc enim aegloga dicitur.

¶ Ectrapeli. quaſi horrentes & auerſati cõmunem & vſitatum naturae modum.

¶ Ectropiũ dicitur cũ inferior palpebra parũ ſurſum attollitur: ſed pẽdẽs hyat: nec cũ ſuperiore cõmittitur. Lagophtalmos vero cum ſuperior palpebra nõ deſcendit.

⁎Ectypa dicuntur opera q̃ ex ipſis typis formata ſunt. C.

¶ Ecyra penul. cor. ſocrus latine dicitur. Vnde Terentij fabula. Similiter ἑκυρὸσ ſocer: pater viri. Sũt tamen qui hoc nomen aſpirent.

¶ Eculeus vide in dictione Equuleus.

E. ante D.

¶ Edo. es. eſt. edi. eſum. vel eſtũ. Dicitur & Edo. dis. correpta prima ſyllaba ab ἔδω qđ ſignificat Veſcor. Virgi. Eſt mollis flamma medullas. Infinito Eſſe. in paſſiuo Edor eris: eſtur. p̃teritũ Eſus. Ply. li. xx. Et in aegypto propter eius amaritudinẽ nõ eſtur. Quandoq; Edo ſignificat cõſumo. Virg. Nam ſępe fauos ignotus adedit ſtellio. Ambedo circũedo. Idẽ. Ambeſas malis abſumere menſas. Comedo: a quo Excomedo. Exedo. Obedo. Peredo & ſuperedo: quae habent pe. cor. Ab Edo deducuntur. Eſito. as. & Eſurio. & quae ſequuntur.

¶ Edax: accipitur pro vorace conſumptore. a quo Edacitas: pro Ingluuie.

¶ Edo. onis. idem qđ Edax qui & Manduco dicitur.

¶ Edeatrę dicti ſunt qui pręſunt regijs epulis.

⁎Ede naſturtium prouerbium ad excitãdum torporem quod perinde eſt ac ſi diceremus expergiſcere. Cc.

⁎Edentulum dicunt eum qui ſine dẽtibus eſt. Cc.

⁎Ederam ab edendo dictam volunt q̃ parietes edat: q̃uis alij ab hęrendo potius dictam velint: licet primã correptam habeat q̃ haereat ſemper & ſequatur qđ proximũ eſt. eſt enim arbor omnibus inimica ſatis: ſepulcra ac muros rumpẽs ſerpẽtium frigori gratiſſima. Cc.

¶ Edilia dicũtur omnia quae ad eſum pertinẽt. Gel. Qđ ex ſalutis vſu foret: vt edilia quidem omnia defenderet ab arteria depelleretq; in ſtomachum & pulmonem.

¶ Edones. penu. cor. ſunt populi Thracię maritimi q̃q̃ apud Graecos per ω. ſcribatur.

¶ Edonij etiam thracię populi mediterranei. Virgil. Ac veluti Edoni boreae.

¶ Edonus mons eſt apud eoſdem populos: a quo edoni populi.

¶ Edonides mulieres bacchãtes quę furore diuino agitatę myſteria bacchi celebrabant: varijs autẽ nominibus appellabantur huiuſmodi bacchantes. Nam & Euanſes & Thyades: & Mimallonides: & Maenades & Baſſarides. De his Ouid. Protinus in ſyluis matres edonidas omnis.

¶ Edeſſa: nomen ciuitatis quo ſignificat aquarum impetus. Hinc Edeſſenſes populi. Stra. Transeuphratē eſt bambyce quā Edeſſam & hierapolē vocāt: in qua Atergatim ſyriam deam colunt.

¶ Edico. edicis. pe. pro. ſignificat Iubeo / pronuncio / decerno / & eſt proprie magiſtratuū. Vñ edicta quę ſunt Cōſulum prētorū & ędiliū litterę quibus aliquid imperatur. Mādare eſt gerendū aliquid alloquēdumq; cōmittere. Precipere magiſtrorū ſeu magiſtratuū & ſuperiorū. Iubere frequēter pro impare. Edicere etiā eſt oſtendere & declarare quaſi extra dicere. Vñ legim⁹ de Apoſtolo Ioanne q̄ cōpulſus fuerit diuinam natiuitatem edicere.

⁎ Edira nympha ē ſic dicta ἀπὸ τοῦ ὄιδα ſcio. Noni. C.

¶ Ediſſero: ediſſeris. penul. cor. extra diſſero / explano / declaro. Pacu. Ediſſere fabulam hāc. Virg. lib. ij. Mihiq; ediſſere vera roganti.

¶ Edolo: edolas. pe. cor. perfecte dolo: polio. Nonius. Edolare fabrorum eſt cū materiarum complanat aſperitas. Vt. ſi ſunt eo verbo laudādi ſcriptores vetuſtatis etiā ad alias fabricas rerū. Vnum ego libellum non edolem.

⁎ Edomus mōs eſt ppe pāgęum in finibus theſſalię. Cc.

¶ Edom. Eſau dictus eſt ob coctionem rufę lētis cuius edulio primogenita perdidit. Hebręi nāq; vt Ioſephus lib. ij. ſcribit. Edom rubeum dicūt. Vnde & regio in qua regnabat Eſau Edom dicta eſt: quā gręci honeſtius Idumęam denominauerunt. Hęc nunc regio inquit Hiero. Gebalena dicit quę eſt in finibus Eleutheropoleos: vbi habitabant ante chorrei qui interpretātur liberi. Vnde & ipſa vrbs poſtea ſortita vocabulum eſt. Nūc viculus paleſtinę eſt a conditore ſic impoſito nomine. alio nomine dicitur Seir: piloſus & hiſpidus. Vnde & mōtes Idumęorum appellantur montes Seir.

⁎ Edor a veteribus dicebatur ſacrificij genus quod nunc ador vocamus. Cc.

⁎ Edria aliquando dicta eſt Rhodus inſula. Cc.

¶ Educo. is. penul. pro. extra duco. Liu. lib. j. In ſciē copias eduxit. Virgi. pro extraho poſuit lib. x. Hoc dicens eduxit corpore telū. Aliquādo Educere eſt Erigere. Idē lib. vj. Aramq; ſepulchri cōgerere arboribus: cęloq; educere certant. Aliquando Nutrire. Terentius in adel. Inde ego hunc maiorem adoptaui mihi: eduxi a paruulo: habui: amaui pro meo. Sed nos magis Educare dicimus q̄ educere. Virgi. lib. vj. Quattuor hic iuuenes totidē quos educat Vfens.

¶ Educo. cas. pe. cor. nutrio. Vnde liberorū educatio.

¶ Edurum non durum: quaſi extra durum. Ibi enī e priuationem ſignificat: vt i enode. Nam eduras corylos dicimus. Hoc eſt non duras.

¶ Edulis. pe. produ. qd̄ manducari poteſt. Hora. Vinea ſummittit capreas non ſemper edulis.

¶ Edulium dicitur quicquid ad prandium coenāq; edendi gratia apponitur: & ſumimus. pręter panem. Hier. Cuius edulio primogenita perdidit.

⁎ Eduſam ab edēdo dixerunt veteres deā quę eſui p̄erat quēadmodum potinā quę potui. Cc.

E ante E. & F.

⁎ Eę Foemininū eſt ab ea pronomine numeri multitudinis

¶ Ection: nomē patris Andromaches: qui apud Cilicię thebas imperabat. Homerus lib. iliad. xxj. κρήδεμνόν θ᾽ ὅ ῥά οἱ δῶκε χρυσῆ ἀφροδίτη ἤματι τῷ ὅτε μιν κορυθαιόλος ἠγάγεθ᾽ ἕκτωρ ἐκ δόμου ἠετίωνος. ⁎. i. vittā quā dedit aurea Veneri die cū ipſum varie galeat⁹ duxit e domo eetionis. ſed nota caſſandrā in prędam veniſſe Agamēnoni: cuiuſq; concubinā fuiſſe: vnde Euripides in Hecubę tragoedia πρὸς δ᾽ οἷσι πλευροῖς παῖς ἐμὴ κομίζεται ἡ φοιβάς, ἣν καλοῦσι κασσάνδραν Φρύγες. ⁎. i. Prope tua latera mea portat phoebas quam vocāt caſſandram phryges.

¶ Effarcio. is. effarſi. tū. maxime impleo. Cęſar lib. vij. Hęc autem quę diximus interualla grandibus in fronte ſaxis effarciuntur.

¶ Effata ſunt vltimę p̄cationes augurū quas poſt fines auſpiciorū extra vrbē ſunt effati: vt Varro & Seru⁹ aiūt. Effari enī ꝓprie eloqui eſt. Virgi. Sic effat⁹ veſtigia p̄ſſit.

⁎ Effari tēpla ab auguribus dicunt cum fines notant. C.

¶ Effaxillo. as. ab Axilla fit & ſignificat Exero: q̄ exerto brachio a xilla oſtendatur.

¶ Effero. pe. cor. ers. extra fero: ſed omnino gręcū eſt φέρω φέρεις καὶ μέλλω οἴσω ἐστὶ γὰρ ἀνώμαλον. ⁎. i. fero fers. Futurū feram. eſt enī anomalum. Virg. lib. ij. Mene efferre pedē genitor. Hic Efferri cadauer dicit cū celebrat funus vel dum ſepelitur: quaſi extra domū fert. Siquidē veteres ſolebant extra vrbē ſepelīri niſi fuiſſet magiſtratus. Honeſtiores tamen circa vias. Vñ frequēter epitaphia ad viatores dirigunt. Lu. Depugnabūt pro te ipſi & morient ac ſe vltro efferēt. Et efferri dicunt mala quę patiendo vincimus: & quaſi tumulamus. Ci. lib. iiij. tuſ. Neq; tam terribilis vlla fandi ratio eſt: neq; ſors neq; ira cęlitū inuentū malum qd̄ non natura humana patiendo hęc efferat. i. vincat ſubdita ſepeliat. Interdū Efferre eſt prouehere exaltare. Virg. Extulit hęc decios marios magnoſq; camillos. Interdū laudare q̄uis ad idē reduci poſſit. Nam cū dicimus. Effero illius facta cum euehim⁹ ab humiliori gradu ad altiorē. Sed hęc per trāſlationē. Nā proprie idē alibi. Oſtendit dextram inſurgēs entellus: & alte extulit id eſt in altum leuauit. Interdum proferre: vt apud eūdem. Vt belli ſignum laurēti Turnus ab arce extulit. Interdum eleuare: minuereq; quaſi extra ferre: hoc eſt euacuare. Cic. lib. ij. de ora. Illa autem quę aut cōciliationis cauſa leuiter aut permotionis vehementer agunt contrarijs commotionibus efferenda ſunt: vt odio beniuolentia miſericordia inuidia tollatur.

¶ Effero. as. pe. cor. efferū: hoc eſt crudelē inſtar ferę facio. Sta. lib. achi. Et raptum ſuperis mars efferat aurum. Amb. Efferauerat herodes vniuerſos. Hiero. in Daniele deponēti vſus eſt cū inquit. Cū appropinquaſſet prope arietē efferatus eſt in eū. Efferare etiā eſt qd̄ vernacula lingua dicim⁹ Inſaluatichire. Liu. li. ij. Obſita erat ſquallore veſtis foedior corporis habitus pallore ac macie perempti. Ad hęc p̄miſſa barba capilli efferauerāt ſpeciem oris. Lact. li. iij. Nam ſi homo ad aſpectū alterius hominis efferaret quod facere videmus animantes quorū natura ſolliuaga eſt: nulla eſſet hominum ſocietas.

¶ Efficio. is. pe. cor. perfectionem denotat. Terē. in an. Quid eſt qd̄ mea ars efficere hoc poſſit amplius. Inde effectus & efficientia.

¶ Efficax: dicitur qd̄ ad agēdum aliquid vim habet: ac maxime conducit. Hinc Efficacia quę eſt vis.

¶ Effingo. is. valde fingo. Ex. n. auget: vel quaſi naturalia formo: & ad alterius formā fingo: & qualem volo fingēdo formam reprę ſento. Quinti. Nam mihi videt. M. Tullius cum ſe totum ad imitationē gręcorum contuliſſet: effinxiſſe vim Demoſthenis: copiam Platonis: Iucūditatem Iſocratis.

¶ Effigies ſignū eſt ad viuā alterius ſimilitudinē: vel ad veritatis imaginē factum tam in picturis q̄ in ſculpturis Ponit & quādoq; pro aſpectu. Dicitur etiā effigia. Plau. in Ru. Veneris effigia hęc quidem eſt.

¶ Effigio. gias. ad effigiem formo. Augu. lib. vij. de ci. dei. Quid ſunt idola niſi q̄ oculos habēt: & nō videbūt: tale de materijs licet a fabro effigiatis tamen vita ſenſuq; carentibus dicendum fuit. Ineffigiatus autē qui nō ha

bet aliquam formam.

¶ Effilatum. Vide in dictione Filo.

¶ Efflagito: efflagitas cum clamore ſeu cū magna inſtā tia flagito. Virg. Ille ſimul fugiēs rutulos ſimul increpat omnes Nomine quēq; vocās noturnq; efflagitat enſem. Quintil. ad Tripho. Efflagitaſti quottidiano cōuicio: vt libros quos de inſtitutione oratoria ſcripſeram iā emitte re inciperē. tamen a flamma componitur.

¶ Efflictum aduerbium ſignificat valde. Plau. in pe. Earum hic adoleſcens ad terram efflictim petit.

¶ Efflo. as. extra flo. ſpiro. Varro libro. j. reiruſ. Preterea q ab ſole toto die illuſtratur ſalubrior eſt: q & beſtiolę ſi quę prope naſcunť aut inferūtur: aut efflantur: aut ariditudine cito pereūt. Inde efflare animā dicimus. Sue. Priuſq̄ efflaret animā pro mortuo deferri iuſſit.

¶ Effloreo es. a quo Effloreſco. Vide in dictiōe defloreo

¶ Effluo: extra fluo. effundor. Lactā. li. j. Sue igiť a Meliſeo ſicut Didymus tradidit colēdoꝝ deoꝝ rit⁹ effluxit

¶ Effodio. is. pe. pro. extra fodio. Plau. in cur. E ſterquilinio effoſſa tua illic praeda eſt.

¶ Effoemineo. as. pe. cor. in muliebrē molliciē: atq; laſciuā cōuerto. Sal. Ea quaſi venenis malis imbuta corpus animūq; virilē effoeminat. Ci. li. j. tuſ. Cogitationib⁹ moleſtiſſimis effoeminamur. Vñ & effoemiati molles & laſciui dicuntur.

¶ Effoeta cū oe diph. accipiť q̄ foetū emiſit: vt illud Col. li. viij. Prim⁹ effoetę ptus amouēdus eſt qm̄ tyrūcula: nec recte nutrit. Itē ſumiť effoetus pro foetu q emiſſus ē. Idē li. ix. Pullos oportet ſingulos: vt quiſq; natus ſit tollere: ſed vno die in cubili ſinere cū matre & aqua ciboq; abſtinere dū oēs excludāt. Poſtero die cū grex fuerit effoetus hoc modo deponať. Effoeta quoq; diciť q̄ nō ampli⁹ parit quaſi frequēti partu laſſata. Ply. Eſt aūt tanta gallinis foecūditas: vt aliquę & ſexagena pariāt oua: aliquę quotidie: aliquę bis die: aliquę intātū: vt effoetę moriānť. Hic effoetus foetu deſtitutus eneruatus exhauſtus & laſſatus A ſimilitudine mulierū: quas ptus debiles reddit. Virgi. Frigētq; effoetę i corpore vires. Siliter effoetā tellurē dicimus: vt idē li. j. geo. Effoetos cinerē immūdū iactare per agros. Vbi Ser. Cōtinua fertilitate laſſatos ſicuti etiā frequēti partu effoeta diciť mulier. Col. in praefatione. Q d exiſtimēt vbertate nimia prioris aeui defatigatū & effoetum ſolum nequire priſtina benignitate prębere mortalibus alimēta. Cic. in Cato. Libidinoſa & intēperans adoleſcentia effoetū corpus tradit ſenectuti. i. debile & infirmum: quia vacuum viribus & eneruatum.

¶ Effrenus. Vide in dictione Frenum.

¶ Effugio. is. pe. cor. extra fugio euado. Vnde Effugiū & Effugia. ae. Vide in dictione Fugio.

¶ Effundo. is. extra ſpargo. Lact. li. j. Nā pręter verboꝝ licētiam quibus obſcoenitas omnis effundiť. Plau. Totāq; effudit fideliā. i. ſparſit quicq d i fidelia erat. Per trāſlationē Effundere poniť pro cōſumere. Ci. li. ij. offi. Multi patrimonia effuderūt incōſulte largiendo. Quandoq; pro emittere. Virg. Ruuntq; effuſi carcere currus. Quandoq; pro Proſternere profligare. Sal. Effuſo ac profligato peditatu paulatim retrocedere coeperunt.

¶ Effutio. is. pe. pro. inepte & incōſulte eloquor euacuo. Tranſlatio a vaſe futili: qd patulo ore fundo acuto inſtabile nihil in ſe cōtineat. Et ipſe futilis dicitur qui nihil intra ſe cōtinet: & ſemp inanis ē. Hor. Effutire leues idigna tragoedia verſus. Var. Eua x verbum nihil ſignificat: ſed effutitū naturaliter eſt Nonius. Effutire exponit pro dicere cū mēdacio adducitq; Ciceronē li. v. tuſ. vbi ſic ait. Nec hoc ſic agit: vt ex tēpore quaſi effutire videatur.

E. ante G. I. & L.

¶ Egelidor. penu. cor. regelor: geluq; diſſoluor. Sidoni. Egelidarentur fibrae glaciales.

¶ Egeo. es. egui. alicui⁹ rei neceſſitatē habeo: & tā genitiuo q̄ datio iūgiť. Plau. i aſi. Quia tui abeūtis egeo. Lact. li. v. Tātā eē inocētię vi: vt nō egeat nec armis nec virib⁹ Hic cōponiť Indigeo. Deriuanť vero Egeſtas pauptas. Egēs: egentior: tiſſim⁹. Aug. li. j. cō. Opib⁹ egētiſſimo.

¶ Egenus pe. produ. qui aliquid habet & aliquo indiget Pauper qui nihil habet. Inops ſine ope.

¶ Egeſtoſus: ab egeſtate formať ſicut a ſobrio ſobrioſ⁹ Cyprian⁹. Cū nulla fuerit opportunitas ſcādali vbi trāſeunter qd peius eſt egeſtoſam habuerit manſionem.

¶ Egeria: nympha cui ſacrificabant prȩgnantes: q eam putabant facile foetum aluo egerere.

¶ Egero. is. pe. cor. ſſi. ſtū. Vide in dictione Gero.

¶ Egregius. a. um. excellens: qd ex toto grege eligiť. Et egregi⁹ eminēs & pſtās. Terē. i An. Forma egregia & ętate itegra. Hic cōtra grāmaticorū regulas Iuue. formauit cōpatiuū. Egregi⁹ coenat meliuſq; miſerrim⁹. Sic Lucr. Nā nihil egregi⁹ q̄ res ſecernere aptas a dubijs. Egregie aduerbiū Excelleter q̄uis etiā vſurpeť p valde nimis: vt apd Ter. i an. Horū ille nihil egregie pter cętera ſtudebat

⁎ Egothelę aues ſunt grādiores merulę aſpectu fures nocturni. aliter caprimulgi. Interdiu em̄ viſu carent: ſed cū diphthōgo pingi debet: qm̄ ex αἰξ αἰγὸς cōponiť qd caprā dicit & θηλὴ thele mamma. Cc.

¶ Egredior: extra gradior exeo. Lact. lib. ij. Ille vero cū egreſſus eēt ex arca. Dicimuſq; egredior tēplo & e tēplo: & tēplū. i. extra gradior tēplū. Inde Egreſſus & Egreſſio

¶ Egurgito. as. pe. cor. ſignificat exhaurio. Plautus in Epi. Atq; egurgitem domo prorſus.

¶ Eho. Interiectio eſt ad ſe vocantis: vel nutus eſt i intentionē depoſcētis eius cū quo vult loqui. Ter. in an. Ehodum ad me. Alias interiectio admirantis: vt apud eūdē. Eho. an tute intellexti hoc aſſimularier.

¶ Ei: datiuus ab is. ea: id. aliqñ habet qualitatis vi. Ter. i an. Ei ne ego vt aduerſer? hoc eſt tali tā bono. In metro plerūq; monoſyllaba dictio eſt ſicut cui & huic licet qñq; etiā duarū ſyllabarū repiať: vbi e mō corripiť: mō pduciť Iuue. Iuuenes hortanť: vt illā Ire viā pgāt: & eidē incūbere ſectę. Lucre. li. vj. Scilicet & fluui⁹ q viſ⁹ maxim⁹ ei.

¶ Eia modo adhortātis eſt: mō corripiētis: ἑλληνιςὶ εἶα καὶ ῥῆμα ὑπὸ τοῦ ἐάω ἐῶ. ⁎. i. grȩce eia & verbū a ſino.

¶ Eijcio. is. extra iacio excludo. Virg. Nec non Tarquinū eiectum Porſenna videbar accipere. Quandoq; Extēdo. Idē. Eiectoq; incumbit cernuus armo. Eiectū quoq; pro naufrago idē poſuit. Eiectum littore egentē excepi. Hinc Eiectitius. a. um. Plyni⁹. Vulua eiecto partu melior q̄ edito. Eiectitia vocatur illa: hęc porcaria.

⁎ Eiulare eſt voce in altū ſublata plorare a quo Eiulatio & Eiulatus dicitur ploratus ratiōis expers eſtq; verbum factitium. Cc.

⁎ Eiuſmodi & eiuſcemodi pronomia ſiue nomina ex ſe inuicē cōpoſita genitiui caſus: oib⁹ alijs figuratę adiūcti.

¶ Elabor: pe. p. extra labor: effugio eo mō quo lubricus anguis aut anguilla manu prēſa lapſu fugit. Virgi. Ecce aūt lapſus pyrrhus de cęde polites. Plaut⁹ in cap. Ea ſpes elapſa eſt. i. effugit. Hier. in plogo Iob. Vt ſi velis anguillā aut murenulā ſtrictis tenere manibus quāto forti⁹ pſſeris: tāto citius elabiť. Cic. per tranſlationē. Hic fratre ſuo cēſore qui proximus ante me fuerat elapſus eſt. hoc eſt accuſatorum veluti preſſantium manus effugit.

¶ Elaboro as. Vide in dictione laboro.

¶ Elamitę pe. prod. dicti ſunt Perſarū principes. ab Elā filio Sem. vt ait Ioſephus.

¶ Elaphos pe. cor. latine ceruus. Vñ Tragelaphus Hircinus ceruus.

¶ Elatus pe.pro.ſublimis:excelſus:eminens:ſuperbus
ab Effero.fers.

⁎Elaphoboſcos herba ē ferulacea geniculata digiti craſ
ſitudine ſemine corymbis depēdētibus folijs olyſatri cō
mēdata ī cib'ſ cōtra ſerpētū oīmq; aculeatorū ictus. Cc.

¶ Electra teſte Heſiodo nympha oceani & Tethyos filia
vxorq; Atlātis cui' filia q̄dā etiā Electra dicta fuit:q̄ Io-
ui Dardanū peperit dicēte Virg.li.viij. Dardanus iliacę
primus pater vrbis & auctor: Electra:vt graij perhibent
atlātide cret'. Et ſubdit. Electrā maxim' atlas edidit ęthe
reos hūero q̄ ſuſtiet orbes.alia fuit electra horeſtis ſoror.

¶ Electryon: Amphitryonis frater & filius Alcęi.

¶ Electrū gūmi ſiue lachryma ſuccuſve ex arborib' pi-
nei generis ꝓfluēs:qđ a latinis Succinū dicit̄:naſcit̄:vt i-
quit Ply.ī exoticis īſulis ſub metalli ſpecie & gleſſū dicūt
barbari. Hic electriferas īſulas gleſſarias. Cui' coloris ſi-
militudine puto eā miſturā electrū dici q̄ ex parte quadā
auri & argēti conficitur dicēte Plynio libr.xxxiiij. Aurū
in quo quinta argēti portio eſt electrum vocatur.

⁎Electridas nōnulli dicūt eſſe in Britannia arbores Ele-
ctrum emittētes. Alij dicunt inſulas eſſe in mari Adriati
co ad quas padus dilaberet̄ qđ falſū eē manifeſtū eſt. Cc.

¶ Eleemoſyna munus qđ inopi dat̄ ab ἔλεος qđ miſera
tionē ſignificat. Qđ nomē apud gētiles raro legit̄ cū apđ
xp̄ianos frequētiſſimū inueniat̄. Spartianus de Caracal
la. Non tenax in largitionem non lentus in eleemoſynā.

¶ Elegās pe.cor.nomē eſt nō participiū ab eligo:vt Ci.
lib.de opti.dicēdi genere innuere videt̄ cū inquit. Nam ſi
vt i epularū apparatu magnificētia recedēs nō ſe ꝑcū ſo-
lū:ſed etiā elegātē videri volet:eliget quibus vtat̄. Sunt
eñ pleraq; aptæ huiuſ ipſius oratoris de quo loquor par
ſimoniæ. Eſt igit̄ elegās idem qđ cultus ornatus politus
quaſi qui eligere ſciat:aut qui ipſe ſibi ſit eligēdus. Terē.
Regē elegantē narras. Hinc elegantia.

¶ Elegātia dicta eſt q̄ ſit electa & ſeparata a vulgari opi
nione:& accipit̄ ꝓ cultu & ornatu q̄ tñ apud veteres nō ad
īgenij opa:ſed dūtaxat ad nimis amoenū lętūq; cultū ac
victū applicabat̄. Nec ſine vitio erat.nūc elegās ſolū lau
dādo dicit̄:vt elegās oratio. Eſt & Elegantia elocutionis
pars q̄ facit vnūquodq; verbū pure aptæq; dici videat̄.
Huius duę ſunt partes latinitas & explanatio. Latinitas
quę ſermonē purū ſeruat ab omni vitio. Explanatio eſt
quę reddit apertā & dilucidā orationē. Ea duabus rebus
cōparat̄.ſ.vt vſitatis verbis vtamur & proprijs. Vſitata
ſunt q̄ verſant̄ in cōſuetudine quotidiana. Propria ſunt
quæ ei' rei de qua loquimur verba ſunt aut eſſe poſſunt.

¶ Elegia pe.pro.ſiue Elegeia miſerabilis vel miſera ab
ἐλεέω miſereor ἔλεος miſeria. Vñ Elegi verſus dicti ſunt
q̄ ad fiſtulā luctus cātari ſoliti erāt:aut q̄ his miſerabiles
hominū ęrūnę:& amoris q̄rimonię decātant̄. Romani id
genus carminis qđ cū lamētatiōe adcanit̄ mortuis næni
am nuncuparūt. Vnde tractū vt epitaphia quoq; defun-
ctorū elegis verſib' ſcribant̄. Ouid. Flebilis indignos ele
geia ſolue capillos. Ah nimis ex vero nūc tibi nomē erit
Dicit̄ Elegiū metrū & Elegia & ꝑ diminutionē Elegidiō.
Perſius. Nō ſi qua elegidia crudi Dictarūt ꝓceres. Penul
tima hui' nois Elegia a poetis lōga ꝓfert̄. Mar. Detineat
cultis aut elegia comis. Ouid.li.de reme. Blāda pharetra
tos elegeia cātet amores. Statius vero li.j.ſyluaꝝ. Quas
inter multū petulās elegia ꝓpinquat. Hui' metri pricceps
fuit Callimachus. Secundus Philetas. Ab elegus fit ele
giacus.a.um. Elegiographus qui elegiam ſcribit.

⁎Eleteus dictus eſt ſol. ἀπὸ τοῦ ἐλλειπεῖν περὶ τὴν γῆν
hoc eſt q̄ eterno circa terrā meatu volui videatur. Cc.

¶ Elementa ſunt principia oīm rerū a quibus ſumit̄ in-
crementū & in q̄ reſoluunt̄. Vnde notas litterarū ſcripto-
res elemēta vocāt eo q̄ ſint principia orationis. Nam ex
dictionibus ſyllabæ:ex ſyllabis litteræ fiunt ad ſimilitu-
dinē mundi elementorum. Sicut enim illa coeuntia om-
ne corpus efficiunt:ſic hę cōiunctæ litteralē vocem quaſi
corpus aliquod cōponūt. Inde elementariæ litteræ dictę
ſunt primitiuæ. Iulius Capitolinus. Puer inquit litteris
elementarijs:& calculo imbutus. Sic lex moyſi & omne
vetus teſtamentū elementū dicitur ab apoſtolo quibus
quaſi ab elemētis & religionis exordijs deum diſcimus.
Quomodo eñ elemēta inquit Hiero. appellant̄ litterę ꝑ
quas ſyllabas ac verba cōiūgimus: & ad texendā oratio
nem longa meditatiōe ꝓcedimus. Ars quoq; muſica ha
bet elemēta ſua. Et geometria ab elementis incipit linea
rum. Et dialectica atq; medicina habēt εἰσαγωγάς ſuas
ſic elementis veteris teſtamenti vt ad euangelicam pleni
tudinem veniat ſancti viri erudit̄ infantia. A Seneca ſe-
nex elemētarius dicit̄ cū ait li.v.ep̄laꝝ. Turpis & ridicu-
la res eſt elementarius ſenex. Sunt aūt quattuor elemen-
ta rerum pricipia. Aer: Ignis:terra:aqua:& oīa ex his gi-
gnuntur aluntur q;:ab alendo dicta vel potius vt Hiero.
ſcribit in cōmentario epiſtolę ad hebręos eleuamēta qua
ſi elementa:eo q̄ ex ipſis cętera originē ſumant:initia vi
delicet & fundamenta creaturarū. A q̄buſdā etiā dn̄r Eli
mēta ꝑ i.litterā quaſi fabricamēta:ab eo qđ eſt Elimo as.
q̄ ex eis fabricata ſint omnia. De his quattuor elemētis
ſic ſcribit Amb.lib.hexa. Eſt autē terra arida & frigida.
Aqua frigida & humida. Aer calidus & humidus. Ignis
calidus & ſiccus. Et ſic ſibi per has iugales qualitates ſin
gula miſcētur elemēta. Nam terra cum ſit aridæ & frigi-
gidæ qualitatis connectit̄ aquæ per cognationē qualita-
tis frigidę. Et per aquā aeri:quia humidus eſt aer. Aqua
ergo tāq̄ brachijs q̄buſdā duob' rigoris & hūoris:altero
terrā:altero aerē videtur amplecti. Frigido terrā:aerē hu
mido. Aer quoq; medius inter duo cōpugnantia per na
turā:hoc eſt inter aquam & ignē vtrūq; illud elementum
conciliat ſibi:quia & aquis humore & igni calore coniun
gitur. Ignis quoq; cū ſit calid' & ſiccus natura calore ae-
ri connectitur. Siccitate autē in communionē terrę ac ſo
cietatē refunditur:atq; ita ſibi per hunc & chorū quēdam
concordię ſocietatiſq; cōueniūt. Vnde & græci στοιχεῖα
dicunt̄:quę latine elemēta dicimus q̄ ſibi conueniant &
cōcinūt. Pythagoras cęteriq; phyſici principia quatuor
elemēta propoſuerunt ex quibus animalia conſtant quę
in corporib' noſtris euidēter apparēt carnes & oſſa terre
na ſunt:humor & ſudor aquatici: reſpiratio ex aere. Ca-
lor ex igne. Ab elemētis habemus corpus:a deo animū.

¶ Elenchos grece reprehēſio argumētum & idē fere qđ
ſyllabos quaſi comprēſio ſicut Cic. ad Atticum ſcribit.
Sed latini indicē dicunt. Etenim quo modo libroꝝ indi
ces & pulchritudine & varietate colorū & magnitudie lit
terarū libros exornant:& res alias ſui indices:ita hi geſtā
tium habitum illuſtrare & quaſi indices eorū vidētur eſſe
ἀπὸ τοῦ ἐλέγχειν qđ ſignificat arguere ac patefacere:id
qđ ſolent indices ab indicando nominati. Sunt eñ Elē-
chi margaritæ proceriores faſtigiata longitudine. Ply.
Elēchos appellant faſtigiata longitudine alabaſtrorū fi-
gura in pleno deſinētes orbe. Iuue. Auribus extēſis ma-
gnos cōmiſit elēchos. Et hi quidē bini aut terni foemina
rum auribus ſuſpēdebant̄. Itē cauſſatorum dictum elē-
chos appellatur. Vnde & pro quodam argumēti genere
ſumitur. Vñ ſophiſtici elēchi apparētes redargutiui.

⁎Ἔλαιον eleum greci oleum vocāt:ex quo componitur
Eleomeli:oleum eſt in ſyria ſponte ex ipſis oleis manās
ſapore melleo:aluum mollit:bilem detrahit. Cc.

⁎Eleos grece ἔλεος vide eleemoſyna.

¶ Elephas tis. & Elephantus ti. animal notum q̄ uis pro
Ebore:hoc eſt elephanti dēte quandoq; ponatur. Virgi.
lib.geo. In foribus pugnam ex auro ſolidoq; elephāto.

Elephanti biennio vtero graueſcunt: nec amplius q̃ ſemel gignunt: nec plures q̃ ſingulos. Viuũt annos trecẽtos. Hos primũ vidit Italia pyrrhi regis bello i lucanis: & boues lucas nominauit. Boues a magnitudine. Quoniã noſtri maximã quadrupedẽ quã haberent vocarent bouem. Lucas a lucanis. Alij lucam quaſi libycam dictam voluit ꝙ ex Aphrica huiuſmodi beluæ primo fuerint in Italiam ductæ. Var. a luce lucas appellatas exiſtimat ꝙ elephanti relucebant propter inauratos regios clypeos qui in turribus his erectis conſpiciebantur. Neuius. Atq; prius locuſta pariet lucam bouem. Auſo. Vt lucas boues olim reſumpto præferoces prælio fugit iuuentus romula.

¶ Elephantinus. a. um. pe. cor. nomen poſſeſſiuum: vt pellis elephantina.

¶ Elephantia ſiue elephantiaſis: & Elephas: eſt ceu lepræ quoddam genus elephantorum ſicuti mille crebris ſumma corporis parte maculis: ac tumoribus rubore paulatim ſe in atrum vertente. His non ora tantum: atq; manus ſed ſuræ ac pedes inflantur: vt hinc recentiorum plęriq; non alios putent eſſe elephantiacos: q̃ quibus crura ſic intumeſcunt: vt pedes elephantorum habere videantur. Origo morbi ex atra bile: non quidem omni: ſed retorrida. morbus inexpugnabilis: atq; vt cancer vni⁹ partis: ſic elephas totius corporis quaſi cancer exiſtimatur. Caſſiodor⁹. Cutis animalis elephanti hulceroſis vallib⁹ exaratur aqua trãſportaneorum nefanda inquit paſſio nomẽ accepit. Ply. li. xxvj. Elephantiaſis non fuit in Italia ante Cn. Pompei tempora.

¶ Elephantiacus: qui morbum elephantiæ habet.

¶ Elephantina vrbs quæ diſtat a thebis ægyptijs viginti & octingentis ſtadijs.

¶ Elephantis idis. nomẽ viri qui libellos ſcripſit quibus varia genera cõcubitus varioſq; coeundi modos cõplexus eſt. Mar. Nec molles elephantidis libelli.

¶ Elephantini libri apud priſcos fuerũt: in quibus ſenatuſconſulta ſcribebantur quę ad principes pertinebant.

¶ Eleo es. maculo. Lucil. Si hic veſtimẽta eleuit luto ab eo riſum magnum ad cachinnũ imprudẽs ſubijcit.

¶ Eleuies purgatio. Idem. Vt eleuiem facere per vẽtum velis.

¶ Elea ciuitas lucaniæ quã quidam Helã a fonte nominauerunt. Alij a palude dictam opinanť q̃ gręce τὸ ἕλος dicit̃. Ab elea dicti ſunt eleatę Parmenides philoſophus & Zeno Pythagorici ambo: per quos eleam inſtitutis legibuſq; bene formatam fuiſſe autumat Stra. li. vj.

¶ Eleus dictus bacchus: quaſi pius pater: ꝙ libertatẽ hominibus preſtet: gręci ἔλεον miſericordiam dicunt.

⁎ Eleuſa inſula eſt ex oppoſito Cypri. Cc.

¶ Eleuſis: & eleuſin ciuitas in Attica prouincia non longe ab athenis i qua regnauit Eleuſius: quẽ Ceres docuit omnem agriculturam: & in ea myſtica cereris celebrabãtur: a qua tota prouincia Eleuſina dicta eſt. Oui. Crecyonis letum vidit cerealis eleuſis. In hac Triptolemus natus eſt. Stephanus bizantius. πόλις ἐστὶ ὠνομάσθη δὲ ὑπὸ τοῦ υἱοῦ ἑρμοῦ καὶ πολλὰ περὶ τῆς δημήτρος ⁎. i. ciuitas eſt nominata autẽ eſt a filio epi & multa de cerere.

¶ Eleotheſium latine vnctuariũ: & ſumitur pro loco in quo vnctores vngere ſolebãt corpora poſt lauationem.

¶ Eleutherius nomen viri quo ſignificatur apud nos liberalis igenuus ſeruator liberatorq;. Eleutheria libertas.

¶ Eleutheros flumen. Ply. li. ix. Teſtudines Phoenicio mari vltro veniunt ſtatuto tempore anni in amnẽ Eleutherum effuſa multitudine.

¶ Eleuo as. pe. cor. ſurſum leuo: i altũ tollo. Plau. Capedum lapidem hunc atq; eleua. Item ſignificat aufero. vnde Eleuatum pro ablato ponitur. Itẽ extra leuo minuo extenuo & res geſtas verbis deprimo. Tractum a re ponderoſa: quæ vt par ſit eleuatur. i. imminuitur. Liu. lib. iij. Maior inquit ſi vana noſtra. P. C. auctoritas ad plębem eſt: vos eleuatis eam quippe quia plębs ſenatuſconſultũ in continuandis magiſtratibus ſoluit. Idem lib. xxviij. Q. Fabius res geſtas in hiſpania eleuauit id eſt depreſſit. Quinti. lib. v. Gentium ſimul vniuerſarum eleuata teſtimonia ab oratoribus ſcimus.

¶ Eleucus fluuius qui mediæ magnam partem irrigat.

⁎ Elicen nonnulli ſcribunt oppidum fuiſſe Peloponnẽſi in quo nata ſit Caliſto lycaonis filia & ab eo ſidus elicẽ vocitatum. De quo Sidere Aratus in phęnomenis. Hic Iouis altrices Elice cynoſuraq; fulgent: Dat grai js Elice curſus maioribus aſtris. Cc.

⁎ Elicius Iuppiter i auẽtino colebatur. Cuius cauſas poſuit Perottus in Cornuco.

¶ Elicio is. pe. cor. cui. citum. vľ xi. ctum. ſignificat educo extraho. vnde illecebræ argentariæ dictæ ſunt meretrices ab eliciendo argento.

¶ Electo as. frequentatiuum formatum ab electum ſupino. Plautus in aſi. Ibo aduerſum atq; electabo quicquid illud ſit. Hoc ẽ mulcebo: & bono modo ſæpe foras exire faciam.

¶ Elicito as. pe. cor. frequentatiuum formatum a ſupino elicitum. Syllabarum tempora notamus cum etiam in ſimplici medicina de qua Galenus facit opuſculũ laudat orthographiã cui⁹ titulus eſt ἰς πόσα καὶ τινὰ χρήσιμον ἐγένετο τὸ διαστέλλεσθαι τὰ σημαινόμενα τῶν ὀνομάτων. ⁎. i. in quot & quę vtile eſt diſtinguere ſignificata nominum.

¶ Elices penul. cor. ſulci aquarij per quos aqua collecta educitur.

¶ Elico ac. pe. cor. inuerto.

¶ Elico onis. pe. cor. Inuerſor: & inuolutor rerum.

¶ Elido. is. pe. pro. ſi. ſum. effringo: exprimo: excludo: præfoco: diſſipo: occido. Ci. lib. ij. tuſ. Hæ ſunt illæ fibrę ſtirpium quas initio dixi perſequendæ & omnes elidẽdę ne vlla vnq̃ poſſit exiſtere. Plau. in ru. Iubeo oculos elidere. Suc. i Cęſa. Ac ſępe prę turba eliſi exanimatiq; ſũt. Virgi. Geminoſq; pręmens eliſerit angues. Item elidere eſt colligere. Idem lib. iij. Ter ſpumam eliſam & rorantia vidimus aſtra.

¶ Eligo. is. pe. cor. Vide in dictione Deligo.

¶ Elimino as. pe. cor. extra limẽ eijcio: excludo. Acti⁹. Egredere exi. effer te: elimina vrbe.

¶ Elis ciuitas arcadiæ. iuxta quam Alpheus fluuius oritur. Hinc eleus. a. um. Virg. lib. iij. geo. Hic vel ad elei metas & maxima campi Sudabit ſpatia.

¶ Elinguis qui ſine lingua eſt. Itẽ qui mutus eſt & loqui non poteſt: etiam ſi linguã habeat. Amb. Mutus es: elinguem te feci.

¶ Elinguo as. linguam extraho: ſeu ligua priuo. Plau. in aul. Si hercle ego te non elinguandam dedero vſq; ab radicibus: impero: auctorq; ſum: vt me cuiuis caſtrãdũ loces.

⁎ Eliotropium gẽma eſt: porracei coloris & ſanguineis venis diſtincta ex eo trahẽs nomẽ qd̃ decocta in vas aq̃ fulgorem ſolis accedẽtem percuſſu ſanguineo mutat. Extra aquam vero ſpeculi modo ſolem accipit depręhẽditq; eclypſim ſubeuntem lunam oſtẽdẽs. Tradunt magi hãc gẽmam ſi quis gerat admiſta hęrba eliotropio inuiſibilem eſſe. Sed credo dictionem aſpirandum eſſe: nã ἥλιος. i. ſol. vnde deduci putant δασεῖαν. i. aſpirationem habet. Cc.

¶ Eliquo as. pe. cor. Vide in dictione Liquo as.

¶ Eliſſa fuit nomen proprium Didonis. Nam Dido lingua phoenicia latine virago dicitur.

¶ Elimo.as.pe.pro.Vide in dictione Delimo.
✱Eliſei ſceptrum ſpina eſt quam alij aſpatum alij dipſa-
con ſiue diacheron vocant. Ce.
¶ Elixum dicit̃ aqua coctum q̃ lix ignis cinis appellat̃.
Nā cinere ollę ſuppoſito coqui ſolēt carnes nō aſſandę.
Var. aūt per trāſlationem calceos elixos ſcribit quaſi ma
defactos: vt eſt caro quę elixatur.
¶ Elixo as. aqua coquo. Lau. Valla. Q; in prādio carnes
quaſdam parum elixaſſet.
¶ Elogium teſtificatio de aliquo honoris vel vitupera-
tionis cauſa. Et aliquando ſimplex teſtificatio ſentētię:
vt Ci. Solonis quidē ſapiētis elogiū eſt quo ſe negat vel
le ſuā mortē dolore amicoꝝ & lachrymis vacare vitupe-
rationis. Quinti. Non eſt iudices q̃ putetis ideo nullum
adiectū ad exhęredationē iuuenis elogium quia de ſcele
re cōſtaret. Honoris. Ci. in Ca. Quanta in Attilio Calati
no: in quem illud elogium vni cū plurimę cōſentiūt gen-
tes populi primariū fuiſſe virū. Sene. Deceſſit negocia-
tor teſtamento omniū bonoꝝ ſuorū reliquit formoſam
vxorē heredē & adiecit elogiū. Quia pudicā cōperi. Dici
tur etiam elogius: ſicut Epitaphium & epitaphius.
¶ Elychnium: dicit̃ funiculus ille papyraceus ſiue ſpar-
teus canabinuſve aut ſtupeus qui ſtans in oleo peruritur
quē & thryallida & phlomon quoq; gręci appellant. Ply.
Et e medulla eius elegantium lucernarū ellychnia fiunt.
✱Elops piſcis apud antiquos nobiliſſimus habitus vnꝰ
ſquāmis ad os verſis a nonnullis accipenſer dictus. Eſt
& centauri proprium. Ce.
¶ Eloquor pe. cor. ſignificat ſicut ſuū ſimplex. Quinti.
Eloquor cū omnia quę mēte cōceperim promo. atq; ad
audientes profero. Virgil. Eloquar an ſileā? Plau. in am.
Reſq; vt facta eſt eloquar. Quaſi aperte loquar. Aliquā
do Eloqui eſt dicere qđ ꝓpriū eſt oratoris: a quo eloquen
tes dicunt̃ qui in dicēdi ratione perfecti ſunt.
¶ Eloquentia dictio ex omni parte perfecta totū rheto-
ricę corpus continet. Ab eloquens: elocutio quę ab elo-
cutum ſupino fit: eſt idoneorum verborum ac ſententia
rum ad inuētionem accommodatio.
¶ Eloquiū modo ſermonē: modo facundiā: modo Elo
gium ſignificat. Plautus. Dulci ac blando eloquio ami-
cam ſolatus. Apul. Platonis eloquio monitus nō nobis
ſolis nos natos eſſe.
¶ Elpes nomen propriū Boetij vxoris. De qua epitha-
phium eſt. Elpes dicta fui ſiculę regionis alumna. Quā
procul a patria cōiugis egit amor. Quo ſine mœſta dies
nox anxia: flebilis hora. Nō ſolumq; viro ſpiritus vnus
erat. Lux mea non clauſa eſt tali remanēte marito. Maio
riſq; animę parte ſuperſtes ero. Porticibus ſacris iā nunc
peregrina quieſco Iudicis ęterni teſtificata thronum. Ne
ue manus buſtum violet: ne forte iugalis Hęc iterum cu
piat iungere membra cinis.
¶ Elongo as. lōge facio: remoueo: vt elōgaſti a me ami
cū & proximū. Aliquando protraho: differo. Ply. Quo
maxime tempore dies elongantur.
¶ Elonginquo as. idem qđ elongo. Augu. Domine ne
elonginquaris miſericordias tuas a me.
¶ Elorus pe. prod. Sicilię vrbs ab eloro amne qui cāpis
ſuperfundit̃ ſicut nilus dicta: proxime Pachynū in quo
piſces cibū manu capiunt: vt teſtatur Ply. lib. xxxij. De
hoc Sitius. Sidonios Drepane atq; vnda clamoſus elo-
rus. Virgi. lib. iij. Exupero pręp̄ingue ſolum ſtagnantis
elori. Sunt tamen qui hoc nomen aſpirent.
¶ Elpenor penul. pro. nomen comitis vlyſſis quia Cir-
ce cum alijs ſocijs in porcum conuerſus fuit. Iuue. Et cū
remigibus gruniſſe elpenora porcis. Homerus facit lib.
xj. odyſſ. per necromātiam interfecti elpenoris Vlyſſem
ire ad inferos ἐλπήνωρ δέ τισ ἔσκε νεώτατοσ οὔτέ τι λί
ην ἄλκιμοσ ἐν πολέμω. κ.τ.λ. Elpenor vero q̄ſpiā erat val-
de iuuenis: nec adhuc fortis i bello. & ſubdit ἀλλά κατὰ
τικρὺ τέγεοσ πέσον ἐκ δὲ οἱ αὐχὴν ἀστραγάλων ἐάγη
ψυχὴ δ᾽ ἄϊδόσδε κατῆλθε. κ.τ.λ. Sed ecōtrario e tecto ca
dens collum fregit: anima vero ad infernum deſcendit.
¶ Elucum pe. pro. languidum vel hallucinatorē: aut nu
garum amatorem ſiue halonē: hoc eſt heſterno vino lan
guentem ſignificat.
¶ Elucifico as. luce priuo.
¶ Eluceſcere ſignificat valde lucidum fieri. Hiero. Qđ
vt clarius eluceſcat: ſumamus exemplum ab his corpo-
ralibus ſenſibus.
¶ Eludo. is. pe. pro. manifeſte ſeu perfecte derideo: deci
pio. Ci. Sed vos ab illo irridemini & ipſi illū viciſſim elu
ditis. Eſt & eludere: vt Do. ſcribit ludo finem dare. Ter.
in eu. Eludet vbi te victum ſenſerit.
¶ Elumbus & elumbis: qui euulſum habet lumbum: vl̄
qui prę lumbi debilitate ſeſe erigere non poteſt.
¶ Elugeo es. pe. pro. Vide in dictione lugeo.
¶ Eluo is. elui. elutum ſignificat lauo ſeu lauādo exhau
rio extra purgo. Col. libr. j. Qđ etiam venenati liquoris
eluit perniciem. Idem. villica debet curam adhibere: vt ſi
quę fæces aut amurcę in fundis vaſorum ſubſederint ſe
mel: ſtatim emundent̃: & non calidiſſima lixiuia ne vaſa
ceram remittant ſemel atq; iterū eluentur. Lactā. lib. v.
Quāto ſatius eſt mētem potius eluere q̃ malis cupiditati
bus ſordidatur. At eluare eſt gulę inſeruire ſeu luxurio-
ſe effundere. Cice. pro Sex. Quid tu me periculo gurgis
ac vorago patrimonij eluabare.
¶ Elluuies. Vide in dictione Alluo is.
¶ Eluto as. pe. pro. exprimo: extramitto: foras aquā co
lo. ſeu quid ſimile ex luto aut alia re fœda. Virg. li. ij. geo.
Aqua elutabitur omnis. i. exprimetur.
¶ Elutrio as. de vaſe in vas transfero. Qđ quidē & tranſ
uerſo dicitur: ſed rarius. Forte a lura: quę os culei eſt. Vn-
de Lurcones capacis gulę homines.
¶ Elurus pe. prod. animal a gręcis: dictus apud latinos
felis. Gel. lib. xix. Elurorum quoq; oculi ad eaſdē vices
lunę maiores fiunt: aut minores. ſcribitur cū diph. Ælu
rus de quo ſupra.
¶ Eluſco as. Vide in dictione Luſcus.
¶ Elyſium cum y. locus quē alij inferorum ſuis fœlici-
tatibus plenū. alij fortunatas inſulas: alij circa lunarē cę
culum dicunt: vbi iam aer purior eſt.

E ante M.

¶ Emancipo as. pe. cor. manumitto: libero. Vñ emāci-
pati qui duobus modis intelligunt̃. Aut hi qui ex patris
iure exceſſerūt: aut hi qui aliorū fiunt dominij. Aliquan
do emancipatus idē eſt qđ deditus: & veluti in mancipiū
adſcriptus. Ci. in Cato. Ita ſenectus nimis honeſta eſt ſi
ſeipſam defendit ſi ius ſuum retinet ſi nemini emancipa
ta eſt: ſi vſq; ad vltimū ſpiritum dominatur i ſuos. Qui
emancipat dicitur emancipator.
¶ Emāſor dicit̃ q̄ diu vagatꝰ ad caſtra regredit̃: ſicut De
ſertor qui per tēpus longum vagatus reducit̃. Erroneus
qui non quidē fugit: ſed frequēter ſine cauſa vagat̃: & tē
poribꝰ in res nugatorias cōſumptis ſerius ad d̃ñm redit.
¶ Emano as. pe. pro. extra mano exeo. Col. li. vij. Et ſa-
le cū adipe defricatur dū ſaniei vis emanat.
¶ Emargino as. pe. cor. ſignificat cruſtas & puſullos &
oras hulcerum adimo.
¶ Emaus cuius lucas in euangelio meminit eſt quę nūc
Nicopolis inſignis ciuitas paleſtinę: apud quā in fractio
ne panis cognitus dominus eſt.
¶ Emaſculo as. caſtro: eunuchiro.

¶ Emath. ciuitas q̃ nũc Antiochia nominaẽ: & duę ſunt vt iquit Hier. Magna. ſ. & minor. Magna Antiochia: minor appellatur Epiphania. Vnde vſq; hodie pergẽtibus meſopotamiã prima mãſio Emas corrupto quidẽ vocabulo: ſed priſtini nominis veſtigia retinẽte. Cuius regio appellaẽ Reblata: in qua praeſente Nabuchodonoſor regis iudęae Sedechię interfecti ſunt filij: & oculi eiꝰ excęcati. Hemath vero i pricipio aſpiratũ: regio allophilorũ eſt.

¶ Emaciatus ta. tum. ab emacio as. qđ eſt macrũ facio. Col. lib. ij. de medica herba. Deinde quater interdũ etiam ſexies demetiẽ: ꝙ agrũ ſtercorat: ꝙ omẽ emaciatũ ex ea pingueſcit: ęgrotanti pecori remediũ eſt: ꝙ iugerũ eiꝰ toto anno tribus equis abunde ſufficit.

¶ Emathia regio in Macedonia: q̃ alio noie pharſalia dicta eſt ſeu cãpi philippici. Dicta emathia ab Emathione rege fratre Mẽnonis qui fuit filius Aurorae & Tithoni.

¶ Embãma atis. cõdimentũ qđ ad cõdienda opſonia fit ἐμβάμμα καὶ ἐμβαπτίζω λέγεται. ✱. i. intingo. Col. Hoc ſinapi ab ẽbãmata nõ ſolũ idoneo: ſed etiã ſpecioſo vteris. Quidã embãmata intelligũt immerſiones qñ intingimus vel panẽ vel opſoniũ in vaſculis repletis re liquida: a graeco ἐμβάπτειν fieri videẽ: qđ eſt immergere intingere. Vnde & latine intinctus.

¶ Emblemata ſunt opa q̃ ex teſſerulis ſtructa ſunt quale eſt muſeatũ in parietibus ſeu pauimentis & tarſeatũ in lignis ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλω: qđ eſt interſero. Emblematum quędã dicunẽ vermiculata ſiue muſeata: vt q̃ in parietibus fiunt: quędã ſegmẽtata q̃ in lignis: & q̃dã teſſelata q̃ in pauimẽtis. Sed ſępe cõfundunt. Vnde a quibuſdã accipiunẽ emblemata pro ſigillis ex auro vel argẽto vaſis impreſſis illigatiſq;. Ci. de ſignis taxat verrẽ ꝙ vim emblematũ coacervauerit q̃ oia vaſis ſiculorũ caelatis impudẽter abſtulerat. Virg. Cratera impreſſum ſignis: a gręco ἐμβλέω imprimo: vel infigo. Ply. libr. xxxiij. Vlyſſes & Diomedes erãt i phialę emblemate palladiũ ſurripiẽtes.

¶ Emboliũ ἀπὸ ἐν καὶ βάλλω. ✱. i. ab in & iacio. vñ emboliaria multipliciter diciẽ quaſi argumentũ & ingreſſus quidã ſcęnicus quale ſub Domitiano repręſentatũ eſt ſi Martiali credimus. Victam Paſiphaen dictęo credite tauro. Vidimus accepit fabula priſca fidẽ. Cic. ad Atticum. Emboliũ nouũ cogito. Idẽ pro Sex. Ille iquit ipẽ maxime ludijs non ſolũ ſpectator: ſed actor & Acroma q oia ſororis embolia nouit. Qui ibidẽ mulier pro pſaltria inq adduciẽ: vt ridiculi ſint q emboliariã ex artis gñe accipiũt. Vnde etiã emblemata quaſi ab iterſerẽdo: vt q̃ phrygioniũ opus aut plumatile cõficiat. Diciẽ & ſtabilitas ipſa embolon & roſtra quoq; nauiũ appellanẽ embola. Sed & acies in rumbi modo inſtructa nominaẽ embole: ſicut & pars arietis extrema machinae muralis qua ingruit. Ipſa quoq; fibula rotarũ axibus firmandis immitti ſolita quã ruſtici clauiculam appellant graece nomen habet embolium. Nam & dies intercalares embolimęi: & ipſa intercalatio emboliſmus appellatur.

¶ Embryo gręce ἔμβρυον. ἐμβρύωνος τὸ παιδάριον ἐν τῇ μήτρᾳ neutro genere diciũt pro intus germinante ac ſcaturiente: & accipiẽ pro eo qđ in vtero matris viuit ante q̃ liniamenta ſuę ſpeciei accipiat ex ἐν qđ ſignificat intus: & βρύω germino emano. ✱ Fallitur. Diciẽ enim ἔμβρυον. ου. τὸ infans in vtero: foetus: partus: imperfectus: qđ & teſtaẽ Suidas. ἔμβρυον νεογνὸν βρέφος ἀπὸ ὠμὸν καὶ ἄπεπτον. i. Embryon diciẽ nuper genitus infans vel crudus & indigeſtus.

¶ Emereor: manifeſte ſeu perfecte mereor: aut ſolutus liberve ſum. Vnde Emeriti ſtipendia qui militia perfuncti ſunt & vacationem habentes. Lact. lib. iiij. Etenim cũ conſtet homo ex carne ac ſpiritu: & oporteat ſpiritum iuſtitię operibus emereri: vt fiat aeternus. Claud. lib. ij. Ducunt emeritos ad paſcua nota iugales.

¶ Emerita Auguſta: hiſpaniae oppidũ eſt: ad Luſitaniã ſpectans.

¶ Emedullo as. per duplex ll. Vide in dictione Medulla.

¶ Emendo as. corrigo: aufero. & ab emenda deducitur. Plynius lib. xxiiij. Succus hederę tedia narium graueolentiamq; emendat pręcipue albae ſatiuae. Hiero. ad Augu. Et vel noſtrum emendemus errorem vel alium fruſtra reprę hendiſſe doceamus.

¶ Emendico as. pe. pro. ſignificat more mendicantium expeto. Suet. in Caeſa. In hiſpania a procõſule & a ſocijs pecunias accepit emẽdicatas in auxilium aeris alieni.

¶ Emergo is. ſi. ſum. Vide in dictione Mergo.

¶ Emitto is. extra mitto. Hora. Neſcit vox emiſſa reuerti. Vnde & emittere ponitur pro manifeſtare: publicare. Item emittere eſt a ſeruitute liberare. Plautꝰ in cap. Non erit tã auarus quin te gratis emittat manu. Terẽ. in adel. Haud dubium eſt quin emitti ęquum ſiet. i. liberum fieri ✱ Aſcen. Hora. habet vox miſſa &c.

¶ Emiſſarius qui ante exercitum emittitur: vł ad explorandum: vel ad pręlium laceſſendum: vel qui dominum circunſtat: vt eius iuſſu obtemperet: & pręſto eſt vt emitti poſſit. Hier. in lib. reg. Et ait rex emiſſarijs qui circunſtabant eum. Item qui paratus eſt inuehi in aliquem emiſſarius dicitur. Cic. Mario. Perſuaſeratq; nonnullis inuidis meis in me emiſſarium ſemper fore. Item emiſſarius ſicut Aſco. docet: eſt furtorum conciliator atq; internuncius q̃ a magiſtratibus vel a dominis committuntur. Cice. in Ver. acti. v. Dubitaturum quenq̃ exiſtimas quin illis emiſſarijs haec tibi omnis pecunia quaeſita ſit? Et emiſſarius vocatur equus aries & huiuſmodi qui emiſſus ſit in ſolitudine: vł qui ad gerendam ſobolem emittiẽ. Sed videtur ratio velle: vt dicatur admiſſariꝰ. ꝙ ad ſobolem procreandam foeminae adiungaẽ. Vnde admiſſura quando mares brutorum admittũtur ad foeminas. Sed vſus magis emiſſarius habet. Hier. in Leu. Cuius exierit fors domino offeret illum pro peccato. Cuius autem i caprã emiſſarium ſtatuet eum viuum coram domino. Plyniꝰ. Emiſſarium appellat palmitẽ: qui emiſſus ex deputatione infertur imis ſcãnis ac per ſingulos annos ad ſuperiora ſcandat. Sic enim lib. xvij. ſcribit. Relicto ſemper duramento in ſingulis tabulis & emiſſario vno qui ſubeat vſq; quo placuerit.

¶ Emiſſariũ locus per quẽ aqua e lacu aut ſtagno emittitur. Sue. Fecit & emiſſarium Fucini lacus: portumq; hoſtienſem.

¶ Emaneo: extra maneo a quo Emanſor: de quo ſupra habitum eſt.

¶ Emineo es. pe. cor. eminui quaſi extra alios: vł p̃ alijs & ſupra alios maneo. Is eñ eminere dicitur qui cęteris altior eſt. Aug. lib. viij. de ciui. dei. Thales philoſophus vt ſucceſſores etiam propagaret rerum naturam ſcrutatus ſuaſq; diſputationes litteris mandans eminuit. Interdũ eminere eſt reſpirare. Plau. in ca. Ita me miſerum reſcitãdo retinendoq; laſſum reddiderũt: vix ex gratulãdo miſeriam eminebã: tandem alij ad pręturem: ibi vix requieui. Huius verbi compoſita ſunt. Pręemineo vel Praemineo: qđ eſt ante ſto pręſum quaſi ante alios maneo. Hier. Non quęrat obſecro filia regis filiã militis pręminere põpis terrenis in chriſti & apoſtolorum conſortio. Promineo porrigor ſupereminco.

¶ Eminus pe. cor. ſignificat a longinquo loco: quaſi ab extra manẽte. Et differt a longe ꝙ nõ recte dixeris. Eminus habito: vt lõge habito. Sed eminus iacula mittebat Similiter cominus a loco propinquo nõ in loco propinquo neq; prope: vt Cominus te percutiam: nõ cominus ſedeo.

¶ Eminulus pe.cor.paruin eminēs:ſeu parum a longe. Var. Vt habeant inferiorem partē frequentibus pilis ſub criſpis cruribus potius minoribus rectis genibus eminulis diſtantibus inter ſe. Idem de canibus. Spina neqꝫ eminula neqꝫ curua:cauda craſſa.

¶ Emmanuel per duplex mm.interpretaꝛ nobiſcū deꝰ. Grece ἐμμανουὴλ λέγεται.

¶ Emolumētum vtilitas quā ex opera & labore aſſequimur. Et a molimine deſcendit. Cice.lib.iij.offi. Si ſic erimus affecti:vt propter ſuum quiſqꝫ emolumentum ſpoliet aut violet alterum:dirumpi neceſſe eſt eam quę maxime ſecūdum naturā humani generis eſt ſocietatem.

¶ Emo is.emi emptum:comparo. Cōſtruiturqꝫ cū ablatiuo vel genitiuo horum nominum : tanti q̄ti pluris minoris & huiuſmodi. Cic.lib.iij.offi. Emit homo cupidus tāti q̄ti pythius voluit. Gellius. libros plurimos ære pauco emi. Eius compoſita ſunt Abemo:adimo:coemo:ſimul emo:vel ex omnibus locis emo. Eximo. Interimo. Perimo.& redimo:quæ habent pe.cor.

¶ Empanda veterū dea erat q̄ rebus patentibꝰ prǽeſſet.

¶ Emptito as.pe.cor.frequēter emo vel frequēter mercandi ſeu acquirēdi vſum habeo. Ply.lib.xxxiij. Alios corijs:alios ferro captiuiſqꝫ rebus emptitaſſe tradit.

¶ Emptitius:qui eſt de numero coꝝ qui empti ſunt ſiue emi ſolent. Hier.in gñſi. Omne maſculinū in generationibus veſtris tam vernaculus q̄ emptitius circūcidetur. Var.lib.iij.de re ruſ. Hic aprū glans cum paſcit emptitia facit pinguem:illic gratuita exilem.

¶ Emax generis com.qui vel quę facile inclinaꝛ ad emēdū. Hinc Emacitas facilitas & inclinatio voluntaria emēdi. Col.lib.v. Quoſdam emacitas in armētis:quoſdam exercet in comparandis mancipijs cura. De tuendis nullos cura tangit.

¶ Emproſthotonus. Vide in dictione Tetanici.

¶ Emporium locus mercatus & Nundinarū latine diciꝛ Emptorium vbi res venales exponunꝛ ἀπὸ γρίζω qđ eſt mercor vel acquiro ab ex ἐμπορέω lucror negocior:emporos mercator:ēporeuma atis. negociatio ἐμπόριον ἐν καὶ πορεύω ago duco.

¶ Emporetica charta dicta eſt qua merces inuoluuntur a mercatoribus inutilis in ſcribendo.

¶ Empedocles pe.cor.nomē philoſophi : qui vt auctor eſt Hier. Omne qđ viuit & mouetur non putauit edendū ſicut & Pythagoras.& ex lite amicitiaqꝫ inter ſe diſſidentibꝰ cuncta cōſtare dixit. Ferunt hunc Agrigentinū fuiſſe qui cū lacum æthnæ montis inueſtigare contenderet: decidit in foueam igneā & incendio cōſumptus eſt. Hic ſapientię præcepta verſibꝰ complexus eſt:de quo Lucr. Carmina quin etiam diuini pectoris eius Vociferātur:& exponunt pręclara reperta. Vt vix humana videaꝛ ſtirpe creatus. Quid de dijs ſentiret ita ſcribit Suidas. θεῶν τὰ εἴδη καὶ τὰ ὀνόματα οὔπω τοὺς ἀνθρώπους γινώσκειν δηλοῖ τό χαίρετ' ἐγὼ δ' ὕμμιν θεὸς ἄμβροτος οὐκ ἔτι θνητός καὶ ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρος καὶ ὁ ἐν ὀλυμπίᾳ βοῦς ὅν λέγεται πέμμα ποιησάμενος θῦσαι. .i.deorum ſpecies & nomina nondū homines cognoſcere declarat. hoc ſaluete. Ego vobis deus immortalis non mortalis & iam aliquando fui puella & puer & olympia bos quē fertur factum placentam ſacrificaſſe.

¶ Emphaſis pe.cor.expreſſio:ſignificatio:demonſtratio. Figura eſt qua latens aliquid ex aliquo dicto eruitur Cuius duo ſunt genera. Alterum qđ plus ſignificat q̄ dicit:ſub quo etiam minus volumus intelligere. Virg.li.j. geo. Cum iam ſacrę deficerent ſyluę:hoc eſt nō ſolū aliꝫ: ſed etiam ſacrę.

¶ Emphaſis penultima correpta figura cum ex aliquo dicto aliquid latens eruitur. Duo eius genera ſunt. Alterum qđ plus ſignificat q̄ dicit. Alterum qđ etiam id qđ non dicit.

¶ Empyreum latine Igneum a πῦρ:qđ eſt ignis. Vnde cœlum empyreum.

¶ Empirici : penultima correpta dicuntur medici in arte experti. Empiricus experimētator ab ἐμπειρία quod eſt experimentum ἔμπειρος expertus. ἐμπειρικὴ pars medicinæ eſt quæ per experientiam curat. Sunt enim qui medicinam diuidant in empiricen:logicen:& methodicen. Apollinaris ad Remigium. Ad hoc opportunitas in exemplis:fides in teſtimonijs:proprietas in empiricis vrbanitas in figuris:virtus in argumētis:pondus in ſenſibus:flumen in verbis:fulmen in clauſulis.

¶ Emphonos penultima producta:latine canorus vocalis.

¶ Emplaſtrum latine fictum vel informatum ex ἐν prępoſitiōe q̄ ſignificat in & πλάσσω fingo ſeu formo. Vnde ex diuerſis rebus confingi & formari conſueuit qđ nunc vulgo vnguentum dicitur. Id vero qđ vulgo emplaſtrū dicitur a doctis vocatur cataplaſma. Imponūtur emplaſtra vulneribus. Malagmata ſuper integram cutem inijciuntur. Paſtilli aut illinūtur aut alicui molliori ceratonę miſcenꝛ. Sunt & alia horū inter ſe diſcrimina.

¶ Emplaſtratio in arboribus dicitur cum cortex eximitur inoculationis gratia:vt aptari queat cortex par ex altera arbore. Col.lib.iij. Tertium cum gemmas non exiguo cortice in partem ſui delibratam recipit quā vocant agricolæ emplaſtrationem. Idem lib.vj. Tertium genus quo ipſas gemmas cum exiguo cortice in partem ſui delibratam recipit quā vocāt agricolæ emplaſtrationē:vel vt quidam inoculationem. Idem vſurpauit Emplaſtraturus cum ait. Delibratio item alteram arborem quā emplaſtraturus es.

¶ Emproſthoton. Vide in dictione Opiſthoton.

¶ Emungo emungis emunxi ctum.nares purgo:qđ fit cum pus ex eis detrahitur. Mungo enim eſt quaſi mucum ago e naribus. Mucus vero eſt narium humiditas. Hora.per tranſlationem de Lucilio. Emunctæ naris inquit pro eleganti & faceto. Emūgere lucernam dicimus lychnum proferre. Quandoqꝫ etiam de pecunijs dicitur Ter. Emunxi argento ſenem.i.exhauſi.

¶ Emunctoriū inſtrumētum ad emungēdum. Hiero.in Exo. Emunctoria quoqꝫ & vbi ea quæ emuncta ſunt extinguntꝛ fiant de auro puriſſimo.

¶ Emuſicata quid ſignificēt Vide in dictione amuſſis.

E ante N.

¶ En ſignificat ecce:& nominatiuo pariter & accuſatiuo iungiꝛ vel indicando:vt En priamus:vel exprobrando vt En agros & quā bello troiane petiſti Heſperiā metire iacens. Oratores per nominatiuum frequentius. Ci. En crimē. Eſt etiā en prępoſitio grꝫca quę ſignificat in.

¶ Enanthropeſis. Incarnatio hominis.

¶ Encænia cum æ diph.innouatio ab ἐν & καινίζω nouo Aug. Encænia feſtiuitas erat dedicationis tēpli. Græce cnī καινὸν diciꝛ nouū. Quādocūqꝫ enī nouū aliquid fuerit dedicatū Encænia vocaꝛ. Iam & vſus habet hoc verbū:ſi quis noua tunica induatur:En cænare dicitur.

¶ Encauſtes q igni adhibito aliquid fingit ἀπὸ τὸ καίω μ.καυσῶ λέγεται καὶ ἐγγίνεται. .i.a vero vro futurum vrā dicitur & innaſcitur.

¶ Encauſtum opus igni pictum. Ply. Figulinum opus encauſto pinxit:latine dicitur Inuſtum. hoc genus picturæ primus Nicia in vſum habuit. Hinc ortum vt vulgus

atramentum librariũ appellare cœperit encauſtum.
¶Encauthus: morbus oculorũ cũ in ipſorum angulo tuberculum eſt qđ palpebras parum diduci patitur.
¶Enchiridion diminutiuũ a manu dictũ quaſi promptuarium: & qđ ad manũ ſemper haberi debeat ceu in enſe capulus: gen⁹ libelli parui qđ manuale latini dicũt ꝙ ἐν χειρὶ.i. in manu contineri poſſit quale eſt libellus Auguſtini qui graece Enchiridion: latine Manuale dicitur. Sed & gladiolum ſeu militarem pugiunculũ ſignificat & remi partem illã quã nautę manu comprendũt enchiridion vocari. Iul. pol. tradit.
⁎ Enchuſa hęrbæ ſpecies lanuginoſior q̃ Anchuſa & minus pinguis tenuioribus folijs & languidioribus cõtra ſerpentes efficax potu foliorũ vel ſeminis.
⁎Enchryſon: ſpẽs ẽ Anchuſę hęrbę vt Galen⁹ ſcribit.
⁎Encimibomata veſtes ſunt puellares. Cato vt puellę habent potius in veſtitu Chlamydas Encimibomata et Pernacidas q̃ togas.
⁎Encimoides hærbę ſpecies ſerpillo ſimilis ſurculoſa palmi altitudine orbiculato foliorũ ambito. ſpeciẽ lecti pedũ p̃bens dicitur et Lectipes. a græcia κλινοπόδιον.
¶Encliſis inclinatio & vnum de accentibus verbi qđ latini modũ dicunt. Hinc encliticum inclinatiuũ. Vnde Encliticę coniunctiones. q; ve. ne. quoniam inclinant ad ſe accentum.
¶Encyclopędian: alij poeſim heroicã appellant. Alij muſicen ꝙ muſica oẽs cõplectat̃ diſciplinas. Qđ oſtẽdit Pla. li. i. de legib⁹ dicẽs: muſicã ſine vniuerſa diſciplina tractari nõ poſſe. Alij omnẽ artẽ atq; ſciẽtiam in vnũ quaſi corpus bene cõpactũ: & mẽbris pluribus cõſtans cõfluentẽ encyclopędian dici volũt: quaſi doctrinarũ orbẽ: vt apud Plutar. vbi de muſica ſcribẽs inq̃t. Non ſolũ circa muſicã verũ & circa aliã encyclopędian ꝙ mens noſtra potentijs intelligendi circulariter circa ſcibile tanq̃ circa centrum moueatur.
¶Encyclias. Ariſtoteles in ęthicis cõmemorationes intelligit quas Gellius extrarias: hoc ẽ exoticas. Martianus Cyclicas cuiuſmodi & ꝓblematũ ſont libri & quæ populares a Cicerone ac Themiſtio q̃ſtiones appellantur ꝙ de rebus oibus tãq̃ in circulo paſſim quęreretur. Encyclias quoq; doctrinas veteres dicebãt quaſi orbiculares: qm̃ cõnexę & coagmẽtatę ſunt vti corp⁹ vnũ. Annuũ etiã ſtipendiũ Encyclium dicit̃: ꝙ in ſua terga voluatur annus. Alij exponũt encyclium pro pœnis.
¶Enchriſta apud Celſum medicamenta ſunt liquida quæ illinuntur.
¶Encryphia dicunt̃ Azima ſubcinericia. Amb. li. de Caim. Tenuerũt & patres qui coxere conſperſum: qđ extulerãt de Aegypto ſubcinericia faciẽtes azima quę græce encryphia dicunt̃ eo ꝙ abſcondantur in cinere.
¶Encolpiæ vt ait Ariſtoteles. Venti ſunt q̃ e mari veniunt per ſinus.
¶Endelechia per đ. vt Ci. lib. j. tuſ. ſignificat cõtinuationẽ & perpetem quẽdam actũ ſiue motionẽ qualis in aia cognoſcitur. Endelechiſmos cõtinuata mobilitas. Entelechia vero p̃ t. ſignificat̃ perfectio q̃dã & cõſummatio: & Enteleches perfectus.
¶Endiadis figura cũ duo diuerſa nomina in vnã conuenientiam iunguntur: vt apud Virg. Molẽq; & mõtes inſuper altos. i. molem montium.
⁎ Endoprocinctu veteres dicebant qđ ſignificat cum ex caſtris in prelium exitum eſt.
¶Endromys. idis. veſtis gallica hirſuta & villi longioris. nomẽ tamen græcũ ſortita quæ potiſſimũ arcendo frigori cõueniebat. Iuue. Endromydas tyrias & fœmineũ ceroma. Mar. Hãc tibi ſequanicę pinguẽ textricis alumnam. Quæ Lacedæmoniũ barbara nomẽ habet Sordida: ſed gelido nõ aſpernanda decẽbri Dona peregrinam mittimus endromyda. Hanc athletæ poſt curſus certamina induere ſolebant. Dicta endromis ꝙ ἐν δρόμῳ: hoc eſt in curſu eam habeant.
¶Endymion: nomen proprium eius qui primus lunę curſum inuenit. Apollonius libr. iiij. argonauticorum οὐκ ἄρ᾽ ἐγὼ μούνη μετὰ λάτμιον ἄντρον ἀλύσκω οὐδ᾽ οἴη καλῷ περιδαίομαι ἐνδυμίωνι. i. ſcribũt autẽ rem mirãdam theon Lucillus & Sophocleus interp̃res Apollonij his verbis ἐν δὲ ταῖς ἠοίαις μεγάλαις λέγεται τὸν ἐνδυμίωνα ἀνενεχθῆναι ὑπὸ διὸς εἰς οὐρανὸν ἐρασθέντα δὲ ἥρας εἰδώλῳ παραλογισθῆναι τὸν ἔρωτα νεφέλης καὶ ἐκβληθέντα κατελθεῖν εἰς ᾅδου. ⁎Ferunt endymionẽ relatũ a Ioue in cœlo adamãtẽ vero Iunonẽ ſimulacro deceptũ & electũ deſcendiſſe ad inferos.
¶Endeploro. as. pe. p. i. Imploro: qđ eſt cũ queſtione inclamo & cũ fletu rogo qđ eſt proprie vapulantis.
¶Energis pe. cum accẽtu latine efficacia ſeu operatio. Hier. Habet neſcio qd latẽtis energię viuę vocis actus. Componit̃ autẽ ἀπὸ τοῦ ἐν καὶ ἐργάζομαι καὶ τὸ ἔργον λέγεται. ⁎Ab in & operor & opus dicitur.
⁎Energificus efficax.
¶Eneruo as. q̃ſi ſine neruis facio debilito. Ci. i Cato. Non plane eneruauit ſenectus: non afflixit. Lact. li. v. Hæc præſentia terræ bona virtuti contraria ſunt: & vigorem mentis eneruant.
¶Engaddi: in tribu Iudę: vt ſcribit Hiero. vocat̃ vſq; hodie vicus pręgrandis Iudæorũ iuxta mare mortuũ: vnde opobalſamũ venit: quas vineas Engaddi Salomon in Canticis nominat. Idẽ alibi. Engaddũ ager eſt terrę Iudeæ: nõ tantũ vineis q̃tũ balſamis florens.
⁎Engonaſis Hercules dict⁹ eſt hoc eſt genu innixus.
¶Enhydris: coluber in aqua viuens.
⁎Enhydros lapillus abſolutę rotunditatis et cum candore leuitatem habens.
¶Enim cauſalis cõiunctio: vt Cole pudicitiam. Hæc enim hominẽ vindicat a ſcelere. Quãdoq; eſt copulatiua. Virg. Progeniẽ: ſed enim Troiano a ſanguine duci audierat. Quãdoq; affirmatiua. Ter. Enim non ſinã. Iuncta autẽ cum vero ponitur pro At. Ci. Hic cũ alijs ex alia parte: enimuero ferendum aiũt.
¶Enipeus. pe. pro. fluuius Theſſaliæ iuxta quem fuit prœlium inter Cæſarem & Pompeiũ. Luc. li. vij. Sanguine Romano q̃ turbidus ibit enipeus.
¶Enitor penultima producta. a quo Enixus. Vide in dictione Nitor.
¶Enna ciuitas Siciliæ edito in loco & vndiq; p̃cipiti ſita: & a Syracuſanis cõdita quę vmbilicus Sicilię dicit̃ cũ in medio inſulę cõſtituta ſit. Hęc imminet circũſtãtibus cãpis vbertate & florũ varietate cõſpicuis. In hac tẽplũ Cereris fuit vetuſtiſſimũ vbi dea p̃cipua veneratione colebat̃ ad quã ꝓpiciandã. xv. viros legatos miſere Romani. De hac vrbe Soli. ſic ſcribit. Cãpus ennenſis in floribus ſemp & omni vernus die. Strabo. In tra inſulã eſt enna modicis quidẽ poſſeſſa inquilinis ſuper collem iacens: in qua ſacra Cereri ædes eſt. Hinc raptam a Plutone Proſerpinam Cereris filiã dixit antiquitas Hanc vulgus hodie Annam appellat: vbi qui regis locum tenet ob loci commoditatem totius inſulę ſolet conuentum habere. Stephanus Byzantius ἔννα πόλις σικελίας κτίσμα συρακουσίων μετὰ .ο. ἐν τῇ συρακουσῶν ὁ πολίτης ἐνναῖος καὶ ἐνναία παράγεται. i.
⁎Enna vrbs eſt Siciliæ ędificium Syracuſanorũ cui⁹ ciuis dicitur Ennęus.
⁎Enneaphylon hęrba eſt quę lõga folia nouena habet cauſticę naturę imponitur lana circũdata ne vrat latus continuo enim puſtulas excitat lumborum doloribus

et coxendicum vtiliſſimum. Cc.

¶ Ennius poeta antiquiſſimus apud Romanos. Q. Valerio. & C. Manlio conſulibus natus fertur. Hic Tarentinus ſi Euſebio credimus fuit. At Mela Põponius ſcribit Rudias Apuliæ oppidum Ennio ciue eſſe nobiles. Cui aſtipulatur Silius cũ ait. Miſerũt Calabri Rudięq; genuere vetuſtę. periit morbo articulari.

¶ Enam ſignificat etiam ne.

¶ En vnq̃: ecquando.

¶ Ennea: latine nouem. Vnde Enneaphonos pe. p. habens nouem voces. ⁎ Enneas. ados. nouẽ cõplectens.

⁎ Enochis gemma quæ diuiſa fragmentis teſtium effigiem repręſentat. Cc.

¶ Enode p. pro. planũ ſine nodo. Virg. Enodes trũci. Per tranſlationem Amb. lib. j. offi. Satimq; ipſe quæſtionem enodem reddidit ſubiiciẽs q̃ extinguatur lucerna impiorũ Enodem dixit planã & manifeſtam quę nullum haberet nodum. i. difficultatem.

¶ Enodo. as. quaſi ſine nodo facio. Vide in dictione Nodus.

¶ Enorme dicit̃ magnũ ſine menſura nimiũ eo q̃ normam & menſuram excedat.

¶ Ennoſigęus dictus eſt Neptunus: q̃ terram quatiat Nam enno quatio. Gęa terra.

⁎ Ens & entia a ſum verbo deductat a philoſophia vſurpata.

¶ Enſis: gladius/mucro/ſpatha: idem ſignificant. Ab Enſis fit diminutiuum Enſiculus.

¶ Enteron: latine inteſtinũ. Hinc quidam Exenterare pro euiſcerare deduci putant.

¶ Enterocela dicit̃ cũ inteſtina dilabuntur in ſcrotum. Epiplocele cũ omentũ: hydrocela: cũ in alterũ e teſtib⁹ humor cõfluit. Oiſq; has ſpecies noſtri vocãt hernias inq̃t Celſus. Ramices vero q̃ ſequunt̃. Porocela cũ ex abſceſſu aliquo circa ſcrotum materia ſubduruit. Sarcocela: cũ in ipſo ſcroto cõcreuit caro. Cirſocela. cũ venæ intumuerũt tunica teſtiũ integris: vel in ipſo ſcroto: vel cũ bubonocela dicit̃ in inguine. Eſt tñ vbi Ply. Enterocelam dixerit ramicẽ: vt in medicinis cupreſſi.

¶ Entheſis pe. cor. latine interpoſitio.

¶ Entheus. a. um. diuinũ quaſi deo plenũ & furore afflatum. Vnde Enthei pythonici qui Apollinis ſpiritu repleti prębebant oracula.

¶ Enthymema. pe. pdu. & Enthymematũ ἐνθύμημα ἀπὸ τοῦ θυμοῦ παράγεται καὶ ἐμὴν τοι ἐμτὸσ καὶ ἐνθύμησισ ideo dicit̃ cõſiliũ cũ alij cõmẽtũ: alij cõmẽtationẽ: alij ratiocinationẽ imperfectã interp̃tant̃: dictũ ab ἐνθυμέομαι q̃ mẽtis actio oĩs atq; ſentẽtia enthymema nolet ſicut docet Cic. in top. Poniturq; p argumẽto ex vno aſſumpto cõcludente. Hinc imperfectus ſyllogiſmus dicit̃: vt homo eſt ſubſtãtia: ergo animal eſt ſubſtãtia. Nã vtinquit Ariſto. fit ex vocibus & ſignis. i. extra probabilibus & neceſſariis ppoſitionibus. Iuue. Aut curtum ſermone rotato Torqueat enthymema.

¶ Enucleo. as. aperio & nucleum extraho. Nucleus vero a nuce deducitur quod tenerum in nuce includitur. Per tranſlationem enucleare ſignificat declarare & explanare. Enucleate aduerbium purgate exquiſite ac ſine aſperitate: ab eo q̃ nucibus ſeparatis a teſtis nucleorum vſus vtilis ſit. Ci. lib. iiij. Tuſc. Habes ea quæ de perturbationibus enucleate diſputant.

¶ Enyo furor belli. Mar. in primo. Nec te decipiat ratibus naualis enyo.

⁎ Enyalius Bellonę filius quaſi ἐνυοῦσ υἱοσ & pro belli coſo capitur.

E ante O.

¶ Eo. is. iui. vel ij. itũ. cũ oĩbus cõpoſitis ſignificat iter capio. a græco ἰέω qd̃ eſt omitto: quia eũdo locũ omittimus in quo eramus. Virg. It triſtis arator. Interdũ Ire ſignificat venire. Terẽ. in adel. Quęſo vt vna mecũ ad matrẽ virginis eas. Interdũ Recedere. Aug. lib. ij. cõ. Hei mihi & audeo dicere tacuiſſe te deus meus cũ irem ab a te lõgius. Ire aũt in ſentẽtiã pedibus eſt alterius ſententię nõ verbo: ſed corpore accedere. Liuius. Qui hoc ſentitis in dexterã partẽ pedibus tranſite. Quæ maior para erit eo ſtabitur cõſilio: deinde frequẽtes omnes in dexterã pedibus tranſierũt. Hęc ratio inuẽta eſt: q̃ nõnunq̃ longũ eſt audire ſingulos dum plurimi ſunt: vel duo capita ſentẽtiarum ſunt: vt res expeditiores fiant. Aliqñ ne pedibus quidẽ p̃ multitudine ad ſentẽtiã ire poſſumus. Ideoq; manu ſententiã ſignificamus. Qđ Quintil. intelligit vbi ait. Manibus pedibuſq; imus in ſentẽtiã neceſſitatis. Hui⁹ verbi futurũ indicatiui modi tam in am: q̃ in bo: cũ ſuis cõpoſitis facit. licet Diome. tantũ in bo dicat. Aug. Prodiet tãq̃ ex adipe iniquitas eorũ. Sciẽdũ quoq; eſt q̃ eo cũ ſit neutrũ in cõpoſitiõe tñ plęrũq; mutat terminationẽ: vt Adeo. adeor. Obeo obeor. Intereo. intereor. Subeo. ſubeor. Iuuena. Q̃z ſi ſubeũtur pſpera caſtra. Claudius. Pugna acriter cõmiſſa: ac multus vtrinq; interitus. Virgi. lib. ix. Morte obita qualis fama eſt volitare figuras. Cõponit̃ eo cum Ab. Abeo. Ad: Adeo: Am: Ambio. in quo. b. interponit̃ euphonię cã. Ante: anteo. Con: coeo: in quo abiicit̃. n. Contra: contraeo. Circũ: circũeo. Ex: exeo. In: ineo. Inter: intereo. Intro: introeo. Ob: obeo. Per: pereo. Pro. prodeo. in quo d. interponit̃ ſonoritatis gratia. Pręː pręeo. Pręter: ptereo. Re: redeo. Se: ſeeo: quaſi ſeorſum eo. Sub: ſubeo. Super: ſuperbio. vbi interponit̃ b. & e. mutatur in i. Trans: tranſeo. Vęnũ: vęneo. A ſupino itum itu fit itus. us. & Itio. Ci. Quid noſter itus & redit⁹. Idẽ. Nam plura de obuiam itione ſimul locuti fueramus.

¶ Eo pro tãto ſicut & quo pro quãto ponit̃: vt eo magis: quo magis. Sallu. Statim res geſtas popli Romani carptim vt quęq; memoria digna videbunt̃ perſcribere eo magis q̃ mihi a ſpe metu partibus reip. anim⁹ liber erat. Qñq; ponit̃ p Ideo vel ppterea. Terẽ. in eu. Eone es ferox? Et in ead. Eo ad eam nõ admiſſa ſum. Aliquãdo ſignificat huc vel vſq; illuc. Liui. lib. j. Ipſa veſtigio quęrentem dominũ eo deductura erãt. Aliqñ id vel vſq; ad id: vt apud eũdẽ: quæ ab exiguis pfecta initiis eo creuit: vt iam magnitudine laboret ſua. Sic dicimus eo magnitudinis qđ eſt ad eã magnitudinem. Eo ſapientiæ deuenit. i. ad eam ſapientiam.

¶ Eouſq; in tantũ Val. max. li. j. Natã vitã eouſq; creuiſſe donec ætas cũctas dñatiõis ſuæ ptis inumbraret.

¶ Eous prima ſyllaba pduc. oriens dicit̃ ab ἠώσ qđ eſt mane & aurora. At eous prima cor. a lumine appellat⁹ eſt vnus ex equis ſolis: quaſi lucifer ac oriẽtalis. q̃ mane aſſurgẽs orbẽ illuminet ἠῷοσ eñ grece lucifer dr̃ p quo nos dicimus eoum. Virg. li. j. geo. Aut cũ ſole nouo terras irrorat eous. Et Oui. lib. iiij. me. Modo ſurgis eoo temporibus cœlo: modo ſerius incidis vndis.

E ante P.

⁎ Epagris inſula vna ex Cycladibus ab Ariſtotele ppter aquarũ abundantiã Hydruſſa appellata.

¶ Epaminũdas Thebanus vir fuit: honeſto genere natus: patre Polymnio: citharizare: & cãtare ad chordarũ ſonũ doctus eſt a Dionyſio. Carmina cantare tibiis ab Olympiadoro. Saltare a Calliphrone. in philoſophia pręceptorẽ habuit Lyſiã Pythagoreũ. Hic fuit modeſtus: prudens: grauis: peritus belli: fortis manu: animo

maximo: adeo veritatis diligẽs: vt ne ioco quidẽ mentiretur. Vide Plutarchũ. Hic cũ apud Leutra Lacedæmonios plaga peſtifera adeo affeciſſet: vt ex eo tẽpore Lacedæmoniorũ opes corruerint principatum græce amiſſum vltra reparare nequiuerint dicere ſolebat: orbũ ſe nõ tamẽ ſine liberis mori: & ex ſe natã relinquere pugnã Leuctricã: hic poſt facinora edita extremo tpe apud Mantineã cũ acia inſtructa & ducis optimi: & militis fortiſſimi officio fungit̃ ſparto agreſti telo percuſſus ictu mortifero: relatuſq; in caſtra ſemianimis requiſiuit a circũſtantibus ſaluus ne eſſet clypeus. Cũ ſaluũ eſſe flentes sui reſpondiſſent allatũ veluti ſociũ laborũ gloriæq; oſculatus eſt. Iterũ q̃ſiuit eſſent ne fuſi hoſtes? Cũq; id quoq; vt cupiebat audiuiſſet: euelli tũ demũ ſpiculũ iuſſit. Ita multo ſanguine pfuſo in lætitia & in victoria mortu⁹ eſt. Cuius morte Thebanorũ vires hebetatę ſunt: vt nõ tã illũ amiſiſſe q̃ cũ illo iteriſſe oẽs viderẽtur. Nam ante Epaminundã Thebani alieno imperio paruerũt: poſt interitũ euſdẽ in ſeruitutẽ priſtinã reuoluti ſunt vt manifeſtũ ſit gloriam Thebanam cũ illo natam: & cum illo extinctam fuiſſe.

Epacta ab ἐπάγω qđ eſt addo ἐπὶ & ἄγω cõpoſitũ.

Epagon.ontis. artemo a nr̃is vocat̃. Troclęq; id genus eſt q̃ in machinis tertia dicat̃: qđ & Ergeta dr̃ a Vitruuio. Idq; vernacula ſimplicitas appellat Arganũ.

Epanalepſis replicatio: vel repetitio ab ἐπὶ & ἀνὰ quæ duo ſimul re: & iterũ denotant: atq; λῆψις acceptio. Figura quę fit quãdo vna dictio in principio verſus ſumpta iterũ in fine verſus ponitur. Iuue. Creſcit amor nummi q̃tum ipſa pecunia creſcit.

Epanaphora latine repetitio.

Epanodo pe.cor. regreſſio ex ἐπὶ & ἀνὰ quæ retro indicant: & ὁδὸς via: quaſi retro poſt viã vt principatus bonus: nõ aũt bonus qui in tyrannidẽ cõmutatur.

Eparchia prouincia. Eparchiotes puincialis. Eparchus præfectus prouinciæ.

Epaphroditus pe.cor. dicitur venuſtus iucundus.

⁎ Epatria vrbs Atticę quam cum alijs duodecim ſic digeſſit Cecrops. Cc.

Epauxis dici pteſt incrementum.

Epectaſis pen.cor. dici põt porrectio. Figura qua in medio dictiõis littera vel ſyllaba interponit̃: vt indu perator pro imperator ex ἐπὶ ſuper ἐκτείνω extendo.

Epentheſis pe.cor. Interpoſitio ex ἐπὶ & ἐν quæ dicunt inter & θέσις poſitio: vt relligio pro religio.

Epeus.pe.pro. nomen proprium Endymionis filij et Pæonis fratris: a quo Epee ciuitas in Græcia ἐπειός hic equum ligneũ extruxit quo Troia perdita eſt. Vir. Et ipſe doli fabricator Epeus.

⁎ Ephebeum ephedra ampliſſima: cum ſedibus tertia parte longior: q̃ latior. Cc.

Ephebus pe.p. pubes dicit̃ q; iã ſit in pube & ad annos pubertatis puenit ex ἐπὶ & hebe pubertas. Iuue. Armeni⁹ zelotes cũctis narrat̃ ephebis. Ter. in an. Nã is poſt q̃ exceſſit ex ephebis ſoſia liberius viuendi fuit ptãs. i. poſt q̃ exceſſit ex ea ętate qua pubẽ prio emiſit.

Ephebia pubertas dicta ẽ. i. prima ætas adoleſcẽtię. Adoleſcẽtia vero extrema pueritię inqt Do. Cẽſorin⁹ ſeparat ephebos ab exephebis tãq̃ ephebi dicant̃ i. xvi ætatis anno. Exephebi vltra illud tẽp⁹ appellent̃. Inde Ephebeũ dictũ palęſtrę mẽbrũ in quo ephebi exercent̃ de quo Vict. li. v. ſic inqt. In duplici porticu collocẽtur hęc mẽbra ephebeũ in medio. Hoc aũt exedra ampliſſima. In lib. ij. Macha. Ephebia fœ. gñe dicit̃ vbi ſcriptũ eſt. Super hoc pmittebat & alia talenta centũ quinquaginta ſi poteſtatem eius concederet̃ gymnaſiũ & ephebiã ſibi cõſtitueretur. Et paulo poſt. Etenim auſus eſt ſub ipſa arce gymnaſiũ cõſtituere & optimos quoſq; epheborum in lupanaribus imponere quæ dicta ab ἐπὶ καὶ ἥβη θεᾶ τῆς ἡλικίας. ⁎ ab epi & hebe dea ætatis.

⁎ Ephedron ſecundũ quoſdã herba eſt quã Equiſetum vocant: a ſimilitudine ſetę equinę: eſt enĩ pus terrę hęc curſorum lienes extingit fictili nouo decocta. Cc.

Ephegeſis penul. prod. græce ἐφήγησις latine expoſitio prioris dicti.

Ephemeris pe.cor. liber in quo res geſtę p ſingulos dies ſcribunt̃. Latine acta diurna & diariũ dicit̃ ἐφημερίς. ἴδος quotidianus ab ἐπὶ & ἡμέρα dies. Mos fuit Romanis vt ſinguli rerũ ſuarũ tabulã cõficerẽt. Vnde Iuue accipit p libro in quo diurnales diuinatiões erãt: cũ ait. In cuius manibus ceu pinguia ſuccina tritas cernis ephemeridas. Propertius vero p libro fœneratoris in quo ſummas pecunię mutuaticę fœneratęq; perſcribit & ratiunculã per ſingulos dies expẽſi accepti q; ſubducit & lucra damnaq; cõputat. Dicit enĩ. me miſerum his aliq̃ rationẽ ſcribit auari: & ponit duras inter ephemeridas. Sene. vocat id genus librorũ Calendariũ lib. de beneficijs. Nemo beneficia in calendario ſcribit. Et alibi. Calendariũ verſat: fit ex domino procurator.

Ephemerinos febris vni⁹ diei eſt. Amphemerinos vero quotidiana eſt & ex humoribus corruptis pręſertim pituita coaleſcit.

Ephemeron animal ortum apud Hippanem fluuiũ apud Boſphorum Ariſto. lib. v. animalium.

Epheſus. pe.cor. vrbs Ioniæ ſeu Lydię celeberrimo Dianę tẽplo clara ab Amazonibus cõdita. Hoc tẽpliũ ducentis viginti annis a tota Aſia factũ fuit in ſolo paluſtri ne terræ motus ſentiret. In eo centũ viginti ſeptẽ columnę fuerũt a ſingulis regibus factę ſexaginta pedũ altitudine: inter quas triginta ſex cęlatę fuerũt miro artificio. Hæc ciuitas nauale & portũ habuit: & loci opportunitate multum creuit & maximũ citerioris Aſiæ emporium fuit. Ex Epheſo Heraclitus cognomento Scotinus fuit & Hermodorus qui pp̃ter excellentiã ingenij & doctrinã & quia frugi erat in exiliũ miſſus fuit. Hypponax poeta: & Parrhaſius pictor: & Apelles: & Alexander orator: & Theodotion Iudæus qui ſacram ſcripturam interpretatus eſt.

Epheſtius latine domeſticus familiaris dicitur.

Epheſtris. idis. a græcis dicitur veſtis quæ armatis ſuperinduitur.

Epheſtiades inſulæ quæ a latinis Vulcaniæ & æolię: q; æolus Iliacis temporibus illic regnauerit. De quib⁹ ſupra in dictione æolus.

Ephippia equorũ ornamẽta ἀπὸ τοῦ ἐπὶ καὶ ἵππου greci equũ dicũt: proprie tegmina ſeu ſtragula quibus equi ſternũtur: vel ſellæ equis ad inſidendũ impoſitæ. Cato. Mihi puero modica fuit vna tunica. i. toga ſine faſceis calciamenti: equus ſine ephippio. Hic equites Ephippiati: qui ephippia habẽt in equis. Cęſar. Nõ eorũ moribus turpius aut inertius habet̃ q̃ ephippijs vti: itaq; ad quẽuis numerũ ephippiatorũ q̃uis pauci adire audẽt. Equi ſine ephippijs deſultorij dicunt̃: q; ex his deſiliãt. Et equi ephippiarij qbus ſellæ imponunt̃ ppter molliorẽ vecturã. Generaliter aũt omnia q̃ mulis equis aſiniſve inſternunt̃ ſtrata dixere: & equos ſtratos ac inſtratos eis ornatos. Vide in dictione Strata.

Ephialtes a noſtris dicitur incubus.

Ephyra. ę. ſeu Ephyre. es. pe.cor. Vrbs Achaię quę nunc Corinthus dicitur. Luc. lib. vi. Aut Pelopis latis ephyren abrumpere regnis. Sic dicta ab ephyra Oceani filia. Hinc Ephyreus. a. um. Proper. Non ita complebãt ephyrę ę laidos ædes. Luc. lib. vi. Inſedit caſtris ephyræaq; mœnia ſeruat. Nam Virgi. Ephyreia æra p

Corinthijs dixit.lib.ij.Geor.

¶Ephyrę.arū.nomen vrbiū in Theſſalia.Epiro Theſprotia ætolis & peredis a qb⁹ Ephyri populi vocanť.

¶Ephod dictio hebræa qua ſignificatur ſuperhumerale pontificis veſtimentum.

¶Ephodius:ſiue Ephodion. Viaticū & quandoq̨ ſumitur pro apparatu quaſi ἐπὶ ἰμτῆ ὁδῶ.

¶Ephorus pe.cor. nomen propriū hiſtorici Cumani vir:& latine ſuper inſpector præſes præfectua epiſcopus ab ἐπὶ & ὁρω aſpicio. Quo vocabulo Cicero vtitur pro quodā magiſtratu Lacedæmoniorū:Erant em̄ Ephori tales apud Lacedæmonios quales apud Romanos tribuni plebis qui a Theopompo ſic oppoſiti regibus ſunt:vt apud Romanos cōſulibus tribuni. Satis cōſtat ab Ephoris reges electos alios fugiſſe: alios interemptos. Olim ꝓ miniſtris regū fuerunt.paulatim deinde omnē potentiā in ſe trāſferentes ad id licentiæ peruenerūt:vt ſenſim a rege magiſtratū propriū cōſtituerint nomine Ephoriam. Ephoria Tutela.

¶Epi prępoſitio gręca:quę quandoq̨ ad:quādoq̨ in:quandoq̨ aduerſus vel contra: quādoq̨ ſupra ſignificat.

¶Epialos gen⁹ febris eſt ex pituita frigida i ſed vitrea putrefactaq̨ nomen dedit ei placida pellacia pōti ſubdola quā græci ἀλόαλος ἠπιόντα quoniā agitatū ex tranquillo difficillimū efficitur vel ἀπὸ τοῦ ἠπιόσ ἀλεαίνειν quia blande ac modice calfaciat.

¶Epibatæ:ſunt bellatores in re nautica. Hircius in comen.belli Alexandrini. Capta eſt vna hoſtiū quadriremis depreſſa eſt altera:alteraq̨ ꝑturbata:deinde oēs epibatis nudatæ. Idē in cō. belli Aphrici. Remigū partē ex claſſe Gallorū Rhodiorū epibatarū armata ἐπιβάται tamē ꝓprie aſcenſor dicit̄ ἀπὸ τοῦ ῥήματος βαίνω.

¶Epibathra .æ.penul.pro.ſcala nautica.

⁎Epicedium carmen eſt quod in laudem defuncti ante cadauer ſepultū cani ſolet aliter nęnia vel monodia dictum. Cc.

¶Epicharida.penul.cor.genus naiculæ.

¶Epicheremata argumentationes ſunt quæ nonnulli rationes appellauerūt. Cicero ratiocinatiua. Hiero.ad Aug. Ego ſimpliciter fateor dignationi tuę licet ſtilus ἐπιχειρήματα tua mihi viderentur:tamen non temere exemplaribus litterarum credendum putaui.

⁎Epicluſis vas quo in conuiuijs veteres vti ſolebant.

¶Epicœnū latine ſubcōmune: promiſcuū ex ἐπὶ καὶ κοινὸν qd eſt cōmune intereſt autē inter genus cōmune et epicœnon:q̄ in genere cōmuni & hoies ſunt & pecora:in epicœno pecora tātū. Et in genere cōmuni ambo articuli ſunt:hic & hęc:cum noīe cōicantes: vt hic & hęc canis. Epicœnon autē cū articulo vno maſculino cōmunicat nomē fœminnū: vt hic paſſer: ſub quo intelligitur fœmina. Et ſub neutro intelligit̄ fœmina: vt hoc pecus: vt Virg. Lenta ſalix fœto pecori:id eſt grauido.

¶Epicharmus nomen philoſophi Siculi eruditione præcellēris & acumine ingenij prędi̇ti. Cuius mentionē facit Cicero libro primo Tuſ.q. Suidas ἐπιχάρμος τιτύρου ἢ χειμάρου καὶ σικελὸς ἐκ συρακούσιος ὅς εὗρε τὴν κωμῳδίαν καὶ τὰ λοιπά. ⁎ Epicharmus Tityri vel Chiman filius & Siculus Syracuſanus qui inuenit comœdiam & reliqua. Suidas σικελὸς legit: puto ſaluo meliori iudicio σικέλος legendum eſſe & Siculus dici debere.

¶Epicurus pe.pro.nomen philoſophi voluptarij. A quo dicta eſt ſecta Epicureorū qui ſummū bonū in voluptate collocāt. De quibus Sidonius. Aſt Epicurços illuminat vndiq̨ virtus. Hic fuit Athenienſis pago Gargetius hortorū magiſter. Vnde a Papinio in ſyluis dicitur. Mallet deſerto ſenior gargetius horto.

¶Epictetus pen.pro.nomen philoſophi ſtoici qui ex Hieropoli Phrygiæ vrbe originē ducens Romæ Epaphrodito cuidam Neronis familiari ſeruiuit. Atq̨ ad Marci vſq̨ Antonini tēpora peruenit. Domitiano aūt imperāte eius dominatu offenſus Roma Hieropolim migrauit ratus verū eſſe qd eſt tragicū:patriam eſſe cuiuſq̨: vbi quis recte ageret. Tāta vero apud oēs hoies eius vitę admiratio exuſit. vt Lucianus Syrus epicteti lucernā fictilē tribus drachmarum milibus ob eius auctoritatē venīſſe tradat. Hic Encheridion ſcripſit opus vtile quod Angelus Politianus nuper latinū fecit.

¶Epicroci.pe.cor.genus amiculi croco tinctum.

¶Epidamnus ciuitas Epiri. ab Epidamno rege Barbarorum. Sed Romani eo Coloniā deducētes: vt inqt Ply. dyrrhachiū dicere malurūt propter inauſpicatum nomen Epidamni: tāq̄ a damno dicat̄ Epidamnū ad quod alluſit Plau. in Meñ. cum ait. Ne mihi damnū in Epidamno duas: tanq̄ nomen inditum ſit Epidamno q̄ illuc nemo ſine damno diuertatur. De hac Luc. li. x. Ad campos Epidamne tuos. Papianus ſic habet. Epidamnus rex vrbem condidit quæ ab ipſo nomen aſſumpſit. Huius ex filia nepos Dyrrhachus portum vrbi adiecit: quod dyrrhachium appellatur.

¶Epidaphne duę dictiones: quaſi ad daphnen. Locus in Syria de quo Stra. In Seleucide Syrię quattuor inſignia ſunt oppida: ob id & tetrapolis dicta regio Antiochia. Epi daphne cognominata. Eſt autē Daphne Antiochenſibus vicinū & amœnitate inclytū nomen octoginta ſtadiorū ambitu quo loco Antiochēſiū conuētus agitabatur. dictum a Daphne Ladonis filia. Iul. Capi. Verius poſteaq̄ in Syriā venit in delitijs apud antiochiā & Daphnen vixit. Ammianus. Tūc apud daphnen amœnū illd & ambitioſū antiochię ſuburbanū.

¶Epidaurus ciuitas in Pelopōneſo: vt Ptol. inquit a Strabone Epidaura dicta. Plyn. Epidaurū oppidum Aeſculapij tēplo celeberrimū. Hoc etiā nomine dicta fuit inſula iuxta Dalmatiā in Illyrico mari ſita. De qua Luc. li. ij. Illyris Ionias vergens Epidaurus in vndas.

¶Epidromes dicunt̄ funes quibus rętia tēdūtur circa ſummā & imam partē q̄ in his rętia diſcurrant ἐπὶ eīm ſignificat ἐπιδρομῶ curro. Quidā accipiunt pro anulis quibus cortina chordæ appenditur.

⁎Epię numero multitudinis tantū oppidū eſt Achaię inde Epij populi quibuſcū bellum geſſit Neſtor adhuc iuuenis. poſtea Helij dicti ſunt. Cc.

¶Epigamia.æ. connubiū: affinitas cū alijs gentibus.

¶Epigenes nomen philoſophi Byzantini.

¶Epigoni dicti ſunt auctores ſecundi belli Thebani quaſi fœtus illorum qui primū confecerant bellū. gręce enim ἐπίγονοι fœtus appellatur: & qui poſt gignitur. Inde Euripides tragicus: tragœdiam hoc argumento compoſitam epigonos inſcripſit: quæ agi expoſcebat voce magna ſcęnicorum & ſonora. Ob hoc dixit Cic. lib. j. offi. q̄ Hiſtriones voce freti agūt Epigonos Medęamq̨. Errant qui exiſtimant Epigonos apud Strabonem eſſe populos: a quibus fabulæ nomē inditum ſit: quū Epigoni dicti ſint generali vocabulo oēs illi: qui ex diuerſis populis cōflati / ſecūdum bellum Thebanum duce Alcmeone cōfecerunt: quaſi poſtgeniti: et filij illorū: qui in primo bello ad Thebas mortē oppetierāt. Nam ex Statij lectiōe cōſtat bellum Thebanum: et noia ducum: qui in eo bello occubuerūt. Quorū filij vt mortē parentū vlciſcerent̄ cōi conſilio cōtra thebanos iterū arma mouerūt q̄ acceperāt reſponſum ab Apolline eā ſe ciuitatē expugnaturos ſi Alcmeonē Amphiarai filiū ipatorē rei bellicę feciſſēt. Igit̄ Alcmeon exercitu ex gręcis collecto cōtra thebas duxit co

piaa acerrimeq; cōmiſſa pugna potitus eſt victoria: & Thebæ captę ac dirutę ſunt. Epigoni etiā dicti ſunt ſucceſſores Macedonū veteranorū q ſub Alexandro magno ex Aſiaticis fœminis ſobolē ſuſcepeiūt. Quę ſoboles vt hiſtorici memorāt nomē habuit Epigoni: qui in caſtris nati: in armis educati a paruuls ętate pericula exercitati: laboribus durati prorſus inuicti extiterunt.

¶ Epigrāma. tis ſeu Epigrāmatū. ati. dicitur inſcriptio vel ſuperſcriptio ab ἐπὶ ſuper γράμμα littera: vel ſcriptio. Hinc epigrammatarius & epigrammatiſta pro eo qui epigrammata componit.

¶ Epigraphe. pe. cor. titulus inſcriptio: cenſus. i. dinumeratio ciuium: luſtrum.

¶ Epigryphus. pe. co. dicit̄ q habet aduncum naſum.

¶ Epiglotis: ſeu epiglottis fiſtula exterior eſt. Quo etiā vocabulo dicit̄ eius fiſtulæ ſuperior pars: qua cib⁹ potuſq; ferūtur. Totaq; Curculio vocatur.

¶ Epilepſia ἐπιληψία pe. pd. latine correptio ſeu appreſſio dicit̄. Morbus eſt ſic dictus q mēte appredens corpus pariter poſſideat ex melācholico humore. Cōtrahūtur eñ̄ nerui ex hoc morbo. Dicit̄ & morbus caducus. Vulgus appellat lunaticū. Idē Comitialis appellat̄ eo q ſi cuiq̄ in comitiis cōtigiſſe depręſum fuiſſet dimittebātur comitia. Sunt etiā huius morbi alia nomina: de quibus in dictione Comitialis.

¶ Epilepticos: qui ex Epilepſia laborat.

⁎ Epilima vnguenti genus vtiliſſimū quo paſſim vtebantur. Cc.

¶ Epilogus. pe. cor. latine concluſio. Nā quas nos cōcluſiones dicimus: græci epilogos appellāt ab ἐπὶ quę diminutionem hic denotat: & λόγος ſermo. Epilogus eſt pars nouiſſima orationis: quā quidā cumulum: quidam perorationē vocant. Rhetorici tripertitū epilogū faciunt cōſtantē ex numeratione: amplificatione: & cōmiſeratione. Per enumerationē fit rerum repetitio quæ græce dicitur anacephaleoſis. i. recapitulatio. Per amplificationem concitātur animi auditorū. Per commiſerationem flectuntur ad miſericordiam.

¶ Epilogiſmus cogitatio. Computatio.

¶ Epimachus. pe. cor. nomen proprium viri: & latine facilis expugnatu dicitur.

¶ Epimenides pen. cor. nomen philoſophi Cretenſis contemporanei Pythagorę qui multa & verſu & proſa ſcripſit: vixitq; annis. clxxix. vel ſecundum aliquos ccxciiij. Vide Laertium.

⁎ Epimelas quæ colorem nigricantem habet & in candida gemma. Cc.

¶ Epimendium: vt Plyn. ſcribit eſt tertiū bulgi genus cibis gratum anguſtius folio minuſq; aſpero.

¶ Epimone pen. cor. latine perſeuerantia. Figura quādo ad maiorem certitudinem in eadem dictione perſeueratur vt apud Virg. Sic ſic iuuat ire ſub vmbras. Hęc etiam epizeuſia vocatur.

¶ Epinicia. orū. gręci vocāt p̄miū & celebritates p parta victoria ἐπινίκιος ἐπὶ καὶ νικάω ὃ ἐστιν παράγεται καὶ νικότεος. Victorialis. Hiero. li. ij. Macha. Et cū epinicia agerēt in Hieroſolymis: id eſt ſolēnitates de victoriis. Sue. Vero accipit p carminibus ac laudationib⁹ cōpoſitis cum in Nerone ſcribit. Sequēti die lętū inter lętos cantaturū epinicia quę iam nūc ſibi cōponi oporteret.

⁎ Epipedon a latinis planū ſiue ſuperficies dicitur. Cc.

¶ Epiphania græce apparitio ſeu manifeſtatio latine dicit̄ φαίνω eñ̄ manifeſto. Hiero. Dies epiphaniorum gręco ſermone ſic vocat̄. Q d eñ̄ apud nos apparitionē vel oſtenſionē dicimus: gręci epiphaniā vocāt. Hoc aūt ideo quia dominus noſter hodie ſalus toi apparuit in tenebris. Licet eñ̄ olim natus eēt ex Maria: & triginta annorū expleſſet ætatē: tamē ignorabat̄ a mūdo: eo tempore cognitus eſt quo ad Ioannem Bap. vt in Iordane baptizaretur aduenit: et vox de cœlo patris intonantis audita eſt. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Quem pater de cœlis mōſtrauerat voce: hūc ſpiritus ſanctus verſus in columbam: & ſuper caput illius ſedens tactu quoq; ipſo voluit demonſtrare ne quis alius dei filius putaretur ex populo. Epiphanis quoq; vocatur cum latitudo menſuratur cum longitudine. Vide in dictione Grame.

¶ Epiphanes pe. prod. latine illuſtris ἐπὶ ſuper φανὸς clarus. Vnde Antiochus epiphanes. i. illuſtris qui fuit crudeliſſimus omniū tyrannorum.

⁎ Epiphonema figura diffinit̄ rei narratę vel p'atę ſumma acclamatio ex p̄poſitione ἐπὶ quod aliquando ex ſignificat: & φώνημα ſignante clamorem. Cc.

¶ Epiphora pen. cor. morbus oculorū: quē vulgo lachrymā vocāt: cū deſcēſus humoris oculos angit ἀπὸ τοῦ ἐπιφέρειν: hoc eſt ab inferēdo. Ply. Caro peponū epiphoris oculorū & doloribus pdeſt. Col. li. vij de magudari. Eadē radix cōtuſa: & cū oleo lentiſci iuncta vitiū expurgat: epiphorā ſupprimit: po'ēta cōſparſa mulſa aqua. Dicit̄ & de aliis mēbris. Plyn. Teſtiū vero epiphoris cū camis laureæ tenerę adeo peculiaris eſt.

⁎ Epiplocele dicitur omenti in ſcortum deſcenſus quē noſtri cōmuni nomine Herniam vocant. Cc.

⁎ Epiplexis ſiue Apoplexis dicitur ſubita percuſſio πλήττειν enim percutere eſt. Cc.

¶ Epirhedium rheda compoſitum nomen eſt gręco & gallico ἐπὶ & rhede gallicū latini epirhedium dixerūt. Iuue. Tritoq; trahunt epirhedia collo.

¶ Epirus. pe. p. Continens dicit̄ hoc eſt firma terra: regio quæ Moloſſa dicta eſt: & a Chaone Heleni fratre Chaonia: nunc vero Albania vocatur. Terminatur Epirus a ſeptentrione Macedonia: ab oriente Achaia: Ab occidente Ionio mari. In ea ſunt ciuitates Nicopolis: & Ambracia. Hinc Epirota: qui eſt ex Epiro.

⁎ Epirotica mala dicūtur orbiculata a figura orbis in rotunditatem circūacti. Cc.

¶ Epiodium ſeu Epicedium canticū quod dicitur cadaueri nondum ſepulto: alio nomine Nenia dicitur ex ἐπὶ ſuper: & ᾠδὴ canticum.

¶ Epiſcopus gręcū inde dictū: q ille qui p̄ficit̄ ſuperintendit: curā eorū gerēs ἐπὶ ſup σκοπὸς intētio cōſyderatio. Ergo ἐπισκοπεῖν latine ſup intēdere poſſumus dicere: vt intelligat non ſe epiſcopū qui p̄eſſe dilexerit nō pdeſſe. Et pprie dicit̄ qui p̄eſt pani cęteriſq; vænalibus rebus ciuitatibus ob quotidianū victū neceſſariis. Ep̄atus dignitas ipſa Epiſcopiū ep̄i habitatio. Ep̄aliter intēte. Aug. li. v. cō. Suſcepit me paterne ille homo dei: & peregrinationem meā ſatis epiſcopaliter dilexit.

¶ Epiſtola ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν qđ eſt mittere: quia ad abſentes mittit̄. Hinc epiſtolare qđ ad epiſtolā pertinet Hier. Neq; enim epiſtolaris anguſtia euagari longius patieba t̄ Libanius autē in libello epiſtolandi ἀρεσαδὲ αὐτὶς δυνηθείη ἐπιστεῖλαι ἐγνοίη τί ἐστι ἐπιστολὴ καὶ τὶ λέγειν ἐν αὐτῇ θέμις ἐσ πόσα προσ ἀγορίας διαιρεῖται ἐπιστολὴ μὲν οὖν ἐστιν ὁμιλία ἐγγράμματος ἀπόντος πρὸς ἀπόντα γινομένη καὶ χρείαν ὡς κόπον ἐκ πληροῦσ ἀρεῖ δὲ τις ἐν αὐτῇ ὥσπερ παρόντι πρὸς ἀπόντα διαιρεῖται δὲ εἰς συχνάς τε καὶ παμπόλους προσηγορίας. ⁎ Optime quis poſſet mittere ſi neſciat quid epiſtola eſt. Epiſtola enim literata locutio eſt abſentis ad abſentem facta intētionem explens. Loquitur quis in ea vt præſenti ad abſentem.

¶ Epiſtolium parua epiſtola. Catul. Cōſcriptum hoc lachrymis mittis epiſtolium.

¶ Epiſtilium capitellũ: qđ ſuper columnã ponitur.

¶ Epiſtrates græce dicitur qui a nobis Villicus procuratorq́: ac præpoſitus rei faciendę vocatur.

¶ Epiſtomiũ dicit̃ in fontibus manu fabrefactis in q̃bus ſunt fiſtolæ plures aquã tranſmittentes. Sene. ad Lucil. Niſi aquã argẽtea epiſtomia effuderint & adhuc plebeias fiſtulas loquor. Varro lib. iij. de re ruſ. Cum & aqua calida & frigida ex orbe ligneo menſaq́ quã dixi in primis radijs eſſe epiſtomija verſis ad vnũ queq́ factum ſic vt fluat in conuiuam.

¶ Epiſchidion apud Vict. accapitur pro cuneo.

¶ Epiſynalipha conglutinatio duarum ſyllabarum in vnam quod in diphthongo: & ſynæreſi fieri cõtingit. Nam συναλειφὴ coniunctio dicitur.

¶ Epitaphiũ latine ſupra ſepulchrũ τάφος eñ ſepulchrũ: & ſumit̃ p laude poſt ſepulturã. Eſt eñ elogiũ qđ in ſepulchris marmoreis inciſum videmus cõpleta ſepultura. Accipit̃ & pro titulo & pro oratione funebri.

¶ Epithalamiũ ſacer hymnus q in ſponſalitijs canit̃.

¶ Epitheſis pe. cor. impoſitio impoſtura aggreſſus.

¶ Epithetes moleſtus: impoſtor: fraudator.

¶ Epitheton penul. cor. ad Quint. dicitur appoſitum ab alijs adiectiuũ ab ἐπὶ qđ ſignificat in & τίθημι quaſi impoſitũ. Epitheta tribus de cauſis noibus addũtur Diſcretionis: vt Phrygiæ molimur montibus idæ. Proprietatis: vt terribili impexũ ſetaq́ & dentib⁹ atris. Ornatus: vt Alma venus.

¶ Epitoma. es. pe. p. breuiariũ vel inciſio dicit̃ & compendiũ ab ἐπὶ ſuper & τομὴ inciſio vel interſectum.

¶ Epitogium genus pallij: qđ ſupra togam ferebatur. Compoſitum nomen ex græco & latino.

¶ Epithima pe. prod. dici poteſt ſuperimpoſitũ: operculum θῆμα poſitũ dicitur quicquid alicui rei imponitur ex quo & medicamenta quæ ad refrigerandum cor imponuntur Epithimata ſeu epithemata dicuntur.

¶ Epithymia. æ. cũ accentu in pe. latine dicitur concupiſcentia Deſiderium vaporatio ſactorum.

¶ Epityrum genus edulij ſeu caſei ſiculi. Fit enim ab ἐπὶ & τυρὸς caſe⁹. Epithyrũ etiã ſiue pithyrũ dicitur a confracta oliua quoq́ grece dicit̃ πιτυρίς. Vñ apud Col. Epithyrum conditurã oliuarum legimus.

¶ Epitrapezia dicunt̃ generaliter mẽſis apta quæ ſunt vaſcula & potoria & eſcaria ab ἐπὶ & trapeza menſa.

¶ Epitritus pen. cor. pes ex quattuor ſyllabis conſtãs quarũ vna ſemper ab alijs tribus diſcrepat. Primus cõſtat ex iambo: & ſpondæo. i. ex prima breui & tribus lõgis: vt ſacerdotes. Secũdus ex trochæo & ſpõdeo: id ẽ ex ſecũda breui alijs longis: vt conditores. Tertius ex ſpondæo & iambo: id eſt ex tertia breui alijs longis: vt hęreditas. Quartus ex ſpondæo & trochæo. i. ex quarta breui: cæteris longis: vt Cæleſtinus.

✱ Epitritus numerus dicitur qui continet totũ aliquem numarum: & eius partẽ tertiã: vt quatuor ad tres. Cc.

¶ Epitrocaſmos verborũ ſuper ſe inuicem effuſio vel ſupermenſio quæ fit aduerſarij turbandi cauſa.

¶ Epizeuſis cõbinatio. Figura cũ dictio in verſu abſq́ medio aliarũ cõcubinat̃. Vir. Me me adſum qui feci.

✱ Epops auicula ſordidiſſima eſt eaq́ criſtata: quam a ſoni fictione Vpupam nominamus. Cc.

✱ Epoptidon dicitur liber ſpectaculorum.

¶ Epos carmen heroicũ diuinarũ rerũ & heroicarũ humanarũq́ cõprehẽſio. Mar. Scribam⁹ epodos cœpiſti ſcribere ceſſit æmula ne ſtarẽt carmina noſtra tuis. Cõpoſitum cum ᾠδὴ qui eſt cantus apud nos dicitur Epodus quaſi carminis cãtus. Et inde Epodion diminutiuũ. i. paruũ carmẽ qđ a lyricis clauſula breuis dicit̃ quaſi pꝛoſoa verſus integris ſubijciat: vt apud Hora. Beatus ille qui procul negocijs. Deinde ſequit̃ pꝛiſus: vt priſca gens mortaliũ. Et ſic deinceps alterni qoibus aliqua pars deeſt: & ſunt ipſis præcedentibus ſimiles.

¶ Epulę ob opulẽtia: ſiue ab edẽdo quaſi edipulę ſunt cibi miniſterio hominũ in noſtrum vſum comparati. Epulũ vero ſignificat ſolẽniores & pꝓria publicũ cõuiuiũ in pꝓpatulo ciuibus exhibitũ: ſiue in dedicatõe tẽpli ſiue in triõpho: ſiue in funera: ſiue ludorũ cã quale imperatoras apud Romanos & quale factũ eẽ cõſtat a pluribus q teſtamẽto legauerũt epulũ quotãnis ad ſepulchrũ roſis & varijs rei pſum odoribus p hęreditatũ facultatibus exhibẽdũ. Iuue. Vñ epulũ poſſis centũ dare pythagoręis. Sed cõfundũt̃ q̃nq́. Nã epulũ p priuato cõuiuio inuenit̃: & epo'ę p cõuiuio in cõmuni. Ci. p. L. Plan. Sepulchrũ. L. Catilinę floribus ornatum: hominũ audaciſſimorũ ac domeſticourm hoſtium conuentu epuliſq́ celebratum eſt.

✱ Epulam quoq́ in ſingulari veteres dixerunt. Cc.

¶ Epulari eſt in cõuiuio aſſe: ſeu cõuiuari. Liui. li. xxv. Vulgo apertis ianuis in propatulis epulati ſunt. Cõſtruitur quãdoq́ cũ actõ quaſi pro comedo. Ambro. Non ſtatim: inquit epulamur omnia neq́ potamus omnia.

¶ Epulones dicti ſunt conuiuę: vnde & coepulones q ſimul epulãtur. Itẽ epulones dicebant̃ quos pontifices propter ſacrificiorũ multitudinẽ eſſa voloerũt: vt ludorũ epulare ſacrificiũ conficerẽt: auctor eſt Cic. lib. iij. de ora. Hi epulas Ioui cæteriſq́ dijs inſtituẽdi poteſtatem habebãt. Vnde Aug. li. de ci. dei. Aſſerit epulones perpetuos fuiſſe qui ad aureã Iouis menſam ſtatuę appoſitam perpetui erant conuiuę: vt mimorũ potius & paraſitorum contubernia: q̃ dei ſacra celebrarentur.

¶ Epularа qđ ad epolas pertinet: vt epulare ſacrificiũ: epularis ſermo: qui in cõuiuio fit. Apul. Iã illatis luminibus epularis pcrebruit. Epulares aũt vocabant̃ q in ſacris epulabant̃. Var. Dũ epulares nocte epularentur.

¶ Epulatorius. a. um. qđ aptũ eſt vt i epulis comedat̃. Ambr. ad Simplic. Bona opa apulatoria dicimus quę ſunt eſui. Et paulo poſt. Epulatoria & refectoria requies in deo quæ facit animi tranquillitatem.

E ante Q.

¶ Equus aial quadrupes q & caballus ab ęqualitate dict⁹: detracta prima lr̃a q̃ diphthõgũ faciebat: qa pares eligebant̃ q bigis: qoad iugiſq́ iungerent̃. Equorũ alij gradarij q molli gradu: & ſine ſuccuſſura incedũt. Cõtra ſuccuſſores ſeſſorẽ frequẽter inquietãt. Alij dicũt̃ Veredi i curſu velociſſimi qb⁹ maiores vſi ſunt i venaiõe.

¶ Eques generis cõ. ſignificat hominẽ equo inſidẽtẽ. Vnde equites a peditibus diſtingunt̃. Virg. lib. viij. Interea pmiſſi equites ex vrbe latina. Sumit̃ q̃nq́ p ipſo equo. Idẽ. Dorſoq́ equitẽ docuere ſub armis Inſultare ſolo: & greſſus glomerare ſuperbos: & eques dicitur q equeſtrem dignitatem adeptus eſt.

¶ Equeſter ab equea fit: ſicut a pedea pedeſter. Vnde pedeſtres & equeſtres copiæ. Equeſtrem vero ordinẽt mediũ fuiſſa conſtat inter patricios & plębem. Hi olim ſub Romulo regibuſq́ celeres dicebãt̃ a Celere Remi interfectore: deinde a flectendis animis quoniã iudices erant: ſiue potius a flectendis equis Flexamines vocitati. poſtea Troſſuli a troſſulo oppido Thuſcię: q id ſine vllo peditum adiumento equitas cepiſſent.

¶ Equeſtre æs. dictum eſt quod equiti dabatur.

¶ Equeſtria loca erant in quibus ſedebant equites. Seneca lib. vij. de benefi. Equeſtria omniũ equitũ Romanorum ſunt. Et iterũ. Sed cũ in theatrũ illic quia ſedere mihi licet. Sic popularia dicebãtur vbi plębs ipſa in

theatro ſedebat. Sue. in Domi. Et quia pars maior intra popularia deciderat quinquagenas teſſeras in ſingulos cuneos equeſtris ac ſenatoris ordinis pronũtiauit.

¶ Equito. as. dr̃ de homine equo inſidente: & de equo. Lucil. de equo. Nempe hunc currere equũ nos atq; equitare videmus. Huius compoſita ſunt Adequito: qd eſt iuxta equito. Liui. Adequitauit deinde ſenſim portis. Obequito: circũequito. Idem. Obequitare iubet hoſtiũ portas. Perequito ſicut peragro vt apud eũdem. Cum perequitaſſet aciem tantum iniecit ardoris: vt nõ vltra ſuſtinuerint impetum equi.

¶ Equitatus modo equitũ turmã ſignificat: ſicut peditatus ꝓ pedeſtribus copijs: mõdo actũ equitandi. Ply. Fœmina equitatu atteri & aduri ſolẽt. modo ordinem equeſtrẽ. Idẽ. li. xxxiij. Quinetiã ipm̃ equitũ nomẽ ſępe variatũ eſt in ijs quoq; qui a dequitatu trahebantur.

⁎ Equapium. apij. herbę genus a græcis ἱπποσέλινον dictum. Cc.

¶ Equarius. a. um. qđ ad equum pertinet: vt equarius medicus qui equis medetur. Val. max. lib. viiii. Herophilus equarius medicus. C. Manum ſepties cõſulem auũ ſibi vendicando ſe excudit.

¶ Equinus. a. um. poſſeſſiuum. Hora. Humano capiti ceruicem pictor equinam Iungere ſi velit.

¶ Equio. is. de equis dicitur cũ coitũ appetũt ſicut catulio de canibus. & Subo de ſuibus. Col. li. vij. Equiẽti mulæ cruda braſſica datur.

¶ Equimentũ merces q̃ datur ꝓ admiſſura equi. Var. An ſi equã emiſſes quadrupedẽ: vt meo aſino reatino admitteres q̃tum popoſciſſes dediſſem equimenti.

¶ Equitiũ equorũ mandra. Vlpi. Equitij vſu legato vidẽdũ an & domare poſſit & ad vehendũ ſub iugo vti.

¶ Equitius nomen viri propriũ & cognomen familiæ Romanæ ab equo deductum.

⁎ Equila diminutiuũ eſt ab equa. Varro: Nemo eſt tam negligens quin ſumma diligentia eligat aſinũ: qui ſaliat equilam.

¶ Equile. pe. pro. ſtabulum equorũ ſicut ab oue ouile. Vnde Var. Suadet frẹnos in equili ſuſpendere vt oculi equuleorũ conſueſcant videre eorũ faciem: & e motu crepitus audire cũ iam ad manus accedere cõſueuerint: interdum imponere his puerum.

⁎ Equiſetum. Vide in dictione Ephedron.

¶ Equiſo equorũ domitor. Var. Nã vt equus q ad vehẽdũ eſt natus: tñ tradit̃ magiſtro vt equiſo doceat tolutim incedere. Et nõ tãtũ equorũ magiſtrũ: ſed etiam omniũ rerũ quarũ ai regimen cõcedit̃ equiſo deſignat.

¶ Equitabilis. loc⁹ in quo equi facile inambulare pñt. Liui. Opportuna explicãdis copijs regio erat equitabilis & vaſta planicies. Idẽ cõtrariũ poſuit. Imber violẽtius q̃ alias fuſus cãpos lubricos inequitabiles fecerat.

¶ Equuleus diminutiuũ: ſumitur pro pullo equino & nouello. Ci. in Hortẽ. Vt igitur domitores equorũ non verba ſolum adhibent ad domandũ: ſed cibum etiam ſæpe ſubtrahunt: vt fame debilitetur equuleorum nimis effrẹnata vis. Eſt & equuleus tormẽti gen⁹ in equi formam in quem conijciebantur rei. Ci. lib. v. Tuſcu. Hæc etiam in equuleum conijciuntur quo vita nõ aſpirat beata. Idem de fi. lib. iiij. Nec ſi ille ſapiens ad tortoris equuleũ a tyranno ire cogatur ſimilem habeat vultum vt ſi ampullam perdidiſſet.

¶ Equulus etiã diminutiuũ. Ci. de ſignis. Equulos argenteos nobiles qui maximi fuerũt aufert. Et lib. iij. de natura deorũ: Oĩa imperfecta & maturis docet eſſe meliora: vt in equo q̃ in equulo: in cane q̃ in catulo: in viro q̃ in puero. Var. ait equulũ poſt ãnũ & ſex mẽſes domari poſſe. Sic equula. Idẽ. Nemo eſt tã negligẽs quin ſumma diligẽtia eligat aſinũ qui ſuam ſaliat equulam.

¶ Equiria: ludi quos Romulus Marti inſtituit. In his enim ludis currere in Martio campo equi ſolebant.

¶ Equidem nõ ex ego & quidẽ cõpoſita cõiũctio: ſed ſimplex eſt. Saluſt. Ego equidem ſic exiſtimo. Nam ſi eſſet cõpoſita: nõ ſubiũgeret̃ ego: q̃ q̃ apud Virg. vbiq; ego quidẽ ſignificet. Equidẽ merui nec deprecor inq̃t Perſius poſuit pro quidẽ. Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo Conſentire dies.

E ante R.

⁎ Eraphiortes bacchus dictus eſt ab inducenda cõtẽtione quoniã vinũ iram atq; certamen inducit ἔρισ enĩ contentio φαίνειν oſtendere.

¶ Eraſiſtratus nomen medici eximij. ex Ariſt. familia nati ἔρωσ amorem ϛρατὸσ exercitũ ſignificat.

¶ Erate. es. penulti. cor. nympha oceani & Thetyos filia ab ἔρωσ quod eſt amor.

¶ Eratæ numero plurali: vrbs Corytanorum.

¶ Erato. pen. cor. vna muſarum ab amore dicta ἔρωσ ἔραμαι amo ꝙ prẹſit his qui amoris face rapiuntur. Virg. lib. x. Nunc age qui reges Erato quæ tẽpora rerũ qui latio antiquo fuerit ſtatus.

¶ Eratoſthenes pe. cor. nomẽ philoſophi qui orbis terrarum menſor appellatus eſt: hic vixit annis. lxxxi. ſicut & Plato: & Diogenes cynicus: & Xenocrates Platonicus ἐρατὸσ ἔραμαι καὶ τὸ σθένοσ δύναμισ καὶ κράτοσ λέγεται ἦν καὶ ἰατρὸσ περίσημοσ καὶ μαθηματικόσ.

⁎ ab Eratos qđ eſt amabilis & ſthenos potentia dicit̃ medicus fuit inſignis & mathematicus.

¶ Eraſinus. penulti. produ. fluuius in argolica. Papi. Ruit agmine facto Inachus & gelidas ſurgens Eraſinus ad arctos. Dictus eſt & Arſin⁹: & in Archadia vbi ortum habet Stymphalus. Sunt & Eraſini in Polopõneſo alij ſicut Strabo ſcribit.

¶ Ercinia multis ſyluis nomen eſt inditum. Sed apud Germanos maxime quę apud Gręcos Orcinia dicit̃. Ab Heluetijs ad Nemetũ Turiacorũq; fines ꝓtẽdit̃ & ad Dacos & Danubiũ inde ad alias gẽtes longitudine ſex dierũ multis feris abũdãs & proceris frequẽs arboribus. Sunt qui hoc nomẽ aſpirẽt: & cũ. y. ſcribant.

⁎ Ercius Iuppiter dicebatur ab arcendo qui intra conſpectum cuiuſq; domus colebatur quem etiam deum penetralem appellabant. Cc.

⁎ Erctum in libris antiquis legitur pro arctum ab arcendo. Cc.

¶ Erciſcere priſca lingua ſignificat diuidere. Inde familiæ erciſcundę. i. rei familiaris diuidendę. Quidam erciſcundum ab ercium antiqua dictione dici volunt a coercendo. Vnde & Iouem ercium puto dictum ꝙ mala crederetur arcere.

¶ Erebus. pen. cor. fluuius inferorum. Virg. Magnos erebi tranauimus amnes. Quandoq; pro obſcuriori inferni parte: vt Imas erebi deſcendit ad vmbras. Varro ex erebo natam noctem ait. Vnde & illud. Erebo creatã fuſcis crinibus noctem inuoco.

¶ Erẽbi populi in Arabia q ꝑrupta ſaxa nudi inhitãt.

¶ Eregione ex aduerſo ex oppoſito.

¶ E re mea e re tua. Vide ſupra in E. & Ex.

¶ Erepublica. i. ex vtilitate & cõmodo publico. Sue. in Cæſa. Plerięq; pecunias contulerunt ne Catone q̃dẽ abnuente eã largitionem e republica fieri. Econtrario dicimus ab re eſt. pro eo qđ eſt contra commodum.

¶ Eremus pe. pro. Nam apud gręcos per η ſcribitur ἔρημοσ. Solet tamen ab aliquibus corripi ꝑpter inopiã litterarũ gręcarũ: vt præpotens martyr eremiq; cultor.

Eſt & generis fœ. Hier. Inter multos ſæpe dubitatū eſt a quo habitari cœpta ſit eremus. Significatq; eremus ſolitudinem. Hinc eremitę & eremitani. Vnde ordo eremitanus ſub diuo Auguſt. militans non tam doctrina q̃ virtutibus inſignis.

⁎ Eretria Ceruſę genus quę terrę ſuę nomen habet. qua pręcipue vſus fuiſſe parrhaſius dicitur.

¶ Erga præpoſitio licet eandem vim habere videatur cum contra beniuolentiæ tamen plena eſt: vt pro meo ſummo erga te amore onus ſubeo.

¶ Ergaſylus nomen viri proprium.

¶ Ergo illatiua ſiue cōpletiua cōiunctio eſt quę minoribus adhibet̃ clauſulis: ſicut igit̃. Aliquādo inceptiua eſt cōueniēs maxime indignationi. Iuue. Impune ergo mihi recitauerit ille togatas Hic elegos? Aliquādo hortatiua q̃ ponit̃: vt hortemur qui tarde aliq̃d faciūt & affectū expͥmit reprehēdētis. Virgi. Ergo age chare pater. Aliqñ aduerbiū eſt: & ponit̃ pro cauſa. Circūflectiturq; vltima. Virg. li. vi. Illius ergo Venim⁹ & magnos erebi tranauimus amnes. Siſen. libr. iiij. Milites vt lex Calphurnia conceſſerat virtutis ergo ciuitate donati.

⁎ Ἐργαστὴς ergaſtes operarius dicitur a verbo græco ἐργάζομαι.

¶ Ergon latine opus a quo fiunt quę ſequuntur.

¶ Ergaſtulum pe. cor. taberna vel officina vbi lapides metella ve fodiuntur vel aliud quippiā operis a vinctis ſeruis fit: quos Ply. his verbis deſcribit. At nūc eadem illa vincti pedes: damnatę manus inſcripti vultus exercēt. Dictū ergaſtulū ab ἐργάζομαι qđ eſt operor. Iuue. Nēpe in Lucanos & Tuſca ergaſtula mittas. Sed quoniā in diuerſis locis ſerui durius operari cogerent̃: factū eſt vt ergaſtula modo ipſos damnatos: ſeruoſve operātes: modo carcerē ſignificet. Var. Miſitq; mox eo inturiū qui tota ergaſtula donaret libertate. Col. libro. i. Optime ſolutis ſeruis cellæ meridiē æquinoctialē ſpectantes fient. Vinctis q̃ ſaluberrimū ſubterraneū ergaſtulū plurimis ſitq; id anguſtis illuſtratū feneſtris.

¶ Ergaſtulus cuſtos pœnalis loci. Lucil. Non ergaſtulus vnus & alius indicē appoſuit: vt nemo ſententiam libere magis q̃ ergaſtulus dicere poſſit. Aliquādo ſumitur pro operario. Ply. Colitura ergaſtulis peſſimū eſt: vt quicquid agitur a deſperantibus.

¶ Ergaſtularius qui pręeſt ergaſtulis. Vñ Col. lib. i docet quomodo ergaſtula ab ergaſtularijs tractari debeāt. Ergaſtes & ergaſticus: latine operari⁹. Ergaſis opatio. Ergaleia ferramenta. Ergaſenon officina. Ergaſemos fabricabilis. Ergaſteriarches tabernarius opifex.

¶ Ergaſterium: officina vbi aliquid operamur: vt eſt in decretis diſt. xliiij. Nulli clerico liceat tabernam aut ergaſterium habere.

¶ Ergeteni. penul. pro. populi ſunt ab Ergeto oppido Silius Hadrianum Ergetumq; ſimul.

⁎ Erginus tyrānus fuit qui ab Hercule ex mynyis Orchomeni vrbe extruſus poſtea extinctus fuit.

¶ Ergumenus pe. cor. q a dæmone agitat̃ ab ἔργομαι: quod latine dicitur agor. i. agitor prohibeor.

¶ Eribœa dicta eſt nouerca Mercurij. i. Iuno cui⁹ monitu & precibus ipſe Mercurius Martem ex vinculis liberauit. Et dici poteſt lis buculę. nā ἔρις lis βοῦς buscula ſiue iuuenca dicitur quia Iſidem multa indignatione proſecuta fuit.

⁎ Erica frutex eſt quā & alij Siſarum nominant. Folia habet taramaci ſimilia: hæc tamen herba ſola floret in ſiluis ideoq; melli nomen prębet.

¶ Ericates nomē viri & poteſt interpretari: quaſi ira cōfractus. Nam ἔρις ira κατάγω infringo.

¶ Erichtheus nomen proprium phęacis viri. Alter fuit Athenarū rex quē Minerua e rure vbi natus erat ſuſcepit educauit & Athenienſi populo pro rege tradidit.

¶ Erichthonius rex Athenięſis Vulcani & Mineruę fili⁹ a quo popul⁹ athenieñ. erichthoni⁹ dict⁹ ē. Hic teſte Ply. quadrigas prim⁹ iūxit & ludos iſtituit in Attica regiōe.

¶ Eridanus pe. co. fluui⁹ in Italia ab eridano ſolis filio ibi ſubmerſo dictus: q̃uis ſit ita intelligēdū vt nō erremus: ſed melius eſt tacere: q̃ pauca dicere: alij viderint.

⁎ Erigone penulti. cor. nomen Icari filiæ: quæ ob fratris necem dolore percita laqueo ſe ſuſpendit: vt Higinus late tractauit.

⁎ Erigryppus vnus ex Centauris.

¶ Eriphyle. pe. prod. nomen vxoris Amphiarai & ſororis Adraſti. Hæc accepto aureo monili latentem maritum prodidit. Virg. lib. vi. His phedrā procrinq; locis mœſtāq; eryphylen. Scribitur & ſine h. Iuue. Occurrūt multæ tibi belides atq; eripylæ.

¶ Erimantus qui lites diſſeminādo diuinat quaſi ἐρις ἔριδος. i. litis μαντις diuinus. Iuue. aut diſphylus aut Erimantus. Erymanthus vero cū y & h mons Archadię quo aprū agrorū vaſtatorē Hercules domuit: viuūq; ſup humeros ad Euriſteū detulit. Quo cōſpecto Euriſteus in æreo ſe vaſe abſcōdit. Virg. Aut Erymanthi placarit ſiluā: & lernam tremefecerit arcu. Eſt & ſilus & fluuius hoc nõie in Alphæū defluēs vt oſtendit Ply. li. iiij. Ci. li. ij. tuſ. vocat Erymāthiū beluā erymanthiā vaſtificam Sophocles autem λαμπρεῖα ὄρος ἀρκαδίας ἀφ' οὗ καὶ ποταμὸς ῥεῖ ἐρύμανθος περὶ δὲ τοῦ κάπρου καὶ ἡρόδωρος φησὶν ὅτι ἐπὶ τὰς πύλας τῶν μυκηνῶν κομίσας αὐτὸν ἀπίεσεν ⁎. i. Lampria mons eſt Arcadię a quo fluuius defluit Erymanthus. &c.

¶ Erimacius animal nō maius ericio vt Hier. inqt ſimilitudinē vrſi muriſq; habēs. Vnde in paleſtina Arcon⁹ dicit̃: & magna eſt in iſtis regionibus huius gñis abūdātia: ſenſq; in cauernis petrarū: & terrę foueis habitare cōſueuerūt. Dicit̃ ab aliq̃bus Cyrogrillus: qđ nomen ab horrendo quidam deducunt: & cum h ſcribunt.

¶ Erinnys cum y furia infernalis: dicta q humanam corrumpat mentem ἀπὸ τοῦ ἔρρειν τὸν νοῦν τὶ ἔρα λέγεται ἡ γαῖα καὶ ἐννοῶ ὅτι. Huius genitiuus erinnyos & erinnys latine: & per ſynæreſim erinnys: accuſatiuus erinnys & erinnyn: in plurali erinnes.

¶ Eripio. is. pe. cor. extra rapio. & cōſtruit̃ cum datiuo fere in malam partem: vt eripuiſti mihi ſubſtantiam. Aliquando cū ablatiuo in vtrāq; partē: vt eripuiſti me a periculo: & eripuiſti a me librum.

¶ Eriphuſa inſula vna ex æolijs: quaſi ἔριν id eſt litem φυσῶσα ſufflans dicitur.

⁎ Eris eſt herba in Aegypto naſcēs: aro ſimilis: niſi q minor eſt: & minoribus folijs ac radice quę tñ grandis oliuę magnitudinē implet. Significat & contētionem ἔρις enim grece ira vel contentio. Cc.

⁎ Eriſi ſceptrum herba quā & dipſacon & aſphaltū vocant. Vide Dipſacon.

⁎ Eritheles genus herbę ſic dicta quaſi amor floreſcēs ex Ambroſię ſpecie.

¶ Erodius & Erodion auis maior omniū volatilium et aquilam vincit & comedit.

¶ Erogo. as. pe. cor. diſtribuo: & q̃ſi rogatoribus diſtribuo. Hiero. ad Iulianū. Cū multis erogaueris cēſū tuū et qdā tua gaudeāt liberalitate: tñ multo plures ſunt q̃bus nihil dediſti. Inuenit̃ etiā exrogare: qđ eſt vt Feſ. inqt ex lege vetere aliquid per nouam legem eximere.

¶ Erotema. penultima produ. græce ἐρότημα interrogatio latine dicit̃. Vt. Quo res ſumma loco panthu? quam prendimus arcem? Erotematicus interrogatiu⁹. ἐρωτάω ἐρωτῶ ἐστὶ τὸ ἔρομαι.

⁎ Eromodotion deſertio cauſę: abſentia: ſiue negligētia partiū facta. Cōtrahitur aūt triennij: aut alterius iuſti tpis lapſu Pompo. Item in Eromodotijs pupillo ſubuenitur: ſed vide diligenter: ne Eremodotiū legendum ſit: ab Eremo: quod deſertum ſignificat. Cc.

⁎ Eropia inſula vna ex cycladibus: aliter Acis. et poſtea Siphnus appellata. Cc.

⁎ Erotylos gemma ſilici ſimilis. Cc.

¶ Error inquit Auguſti. lib. enchiridij. eſt exiſtimatio vel approbatio veri ꝓ falſo: vel ecōuerſo: et certi ꝓ incerto: vel ecōuerſo. Et errare eſt putare vel approbare verū eſſe quod falſum eſt: vel falſum eſſe qd verū eſt: vel certū ꝓ incerto: ſiue falſum ſiue verum ſit. Vñ ſciēdum ꝙ licet qs abſqꝫ ignorātia errare nequeat: nō tamen q aliquid neſcit cōtinuo errat: ſed qui ſe exiſtimat ſcire qd neſcit: et falſum pro vero: ſiue incertū ꝓ certo approbat. Accipitur etiā quandoqꝫ error ꝓ peccato: et quandoqꝫ ꝓ vagatione. Et errare ꝓ vagari & diſcurrere. Vir. Vidiſtis ſi quā hic errantē forte ſororū. Sed qm̄ pecudes errando. i. vagando paſcūtur: errare ponitur pro paſcere. Virg. Mille meæ ſiculis errant in mōtibus agnæ. Item quia errando ſæpe a recta via deflectimur errare ſumitur ꝓ peccare. Sane inter errorē & errationē hoc intereſſe Donat⁹ exiſtimat: ꝙ error animi ſit: erratio pedum. Ter. in Adel. Sane ac multo ꝓpius ibis et minor eſt erratio. i. minus eſt ſpatij: ꝑ quod erretur. Cōpoſita verbi erro ſunt aberro: quod eſt valde erro: vel longe vagor. Cice. in Tuſcu. Sed redeat vnde aberrauit oratio. Deerro. Oberro. Circūerro. Lact lib. ii. Vulgus exiſtimat mortuorū animas circa tumulos et corporū ſuorū reliquias oberrare. Pererro ꝑ totum erro. Col. in pręfa. Sempqꝫ ritu volucrum lōginqui littoris peregrinus ignotum perret orbem. Exerro: valde erro. Cypria. ad Ianuarium. Ne quis exorbitans: et a via veritatis exerrans apud hæreticos iungeretur.

⁎ Erogenneton hærba eſt ſic dicta: ꝙ amatorijs cōueniat γεννάω καὶ γεννῶ gigno: et ἔρως amor dicitur. Cc.

¶ Erratus us. et erratū ti. peccatū. Cic. Tironi. Tantū mihi dolorē cruciatūqꝫ attulerūt errata meæ ætatis: vt nō ſolū animus a factis: ſed aures quoqꝫ a cōmemoratiōe abhorreant. Et in Decre. diſt. xl. ſcribitur. Q̄d aliquādo in ipſis quoqꝫ cōſpicimus erratibus electorum.

¶ Errones ſunt vagabūdi. Tibul. Atqꝫ iterū erronem ſub tua ſigna voca. Sappho. At vos erronē tellure remittite noſtrū. Vlp. errones appellantur ſerui: q non quidem fugiūt: ſed frequēter ſine cauſa vagātur: et tēporibus in res nugatorias cōſūptis ſerius ad dn̄m redeūt

¶ Errabūdus affatim: vel valde errans. Virgi. Si qua forte ferant oculis ſeſe obuia noſtris Errabūda bouis veſtigia.

¶ Erraticus a. um. quod vbiqꝫ ſerpit: ſeu vbiqꝫ naſcitur: vt vitis erratica.

¶ Erubeſco: rubens fio. Aug ꝑ tranſlationē ꝓ verecūdor in ſignificatiōe actiua poſuit: quū ait. Quiſqs me erubuerit corā hoībus: erubeſcā eum corā patre meo.

¶ Eruca pe. p. o. ſi Apuleo creditur: ab hęrendo venit qm̄ rebus: quas occupat tenaciter inhæreat. Verū alijs magis ſine h. & ſine diphthōgo ſcribi placet: et ab erodendo deduci. Eſt aūt genus vermis: Campe alio nomine: q in olerū folia repit: abroditqꝫ præſertim braſſicas. Col. lib. xii. Vbi vero apricis regionibus poſt pluuias noxia inceſſerūt aīalia quę a nobis appellātur erucæ: græce aūt campe nominatur: vel manu colligi debent: vel matutinis temporibus frutices olerū concuti Sic em̄ dū adhuc torpent nocturno frigore ſi deciderint nō amplius in ſupiorē partē ꝓrepūt. Eſt etiā eruca herba q̄dā virtutis calidę: dicta ſimiliter ꝙ erodat. Nā beſtiolas omēs corpori innaſcētes erodit: venerēqꝫ excitat. Ouid. de remed. amo. Nec minus erucas iubeo vitare ſalaces. Col. Excitet vt veneri tardos eruca maritos. Sunt qui erucā dici velint ꝙ vrat. Nā linguā pūgit et ſanguinē exurit: vt ſit eruca quaſi vruca: v. in e. verſa. Aut ꝙ fortaſſe dicta ſit ab eſu: hoc eſt ab edendo. Et quum principio eſſet eſuca: poſtea commutatione literæ facta eſt eruca: vt ex Valeſio Valerius.

¶ Eructo as. ex e et ructo: quod eſt frequētatiuū verbi. Erugo is. Iuue. poſuit exemplū de ructo. Si bene ructauit: ſi rectū minxit amicus. De eructo Hiero. Eructauit cor meū verbū bonū. Eſt et Ructor in eadem ſignificatiōe. Hor. Hic dū ſublimis verſ⁹ ructat et errat. Ructo aūt a rugo is. xi. ctū. Vnde ruct⁹. A ructo quoqꝫ fit ructito aliud frequētatiuū. Colu. lib. vii. de boue ęgrotāte ſic inquit. Gemitus exprimit: locoqꝫ ſtare nō patitur: ſæpe decūbere et ructitare cœpit: caudāqꝫ crebrius agere. Dicitur et Ructuo as. et Ructuor. Hinc a Sidonio dicta eſt ructuatio eſculenta. Ex quo eructuo Aug. Illi audiunt tanq̄ verbum eructuatum: illi tanq̄ ſcientiam annūciatā. Quod em̄ ructuatur: præſentib⁹ ructuatur. Eſt autē eructare ꝓprie extra ructū mittere et q̄uis ad alia transferatur. Col. lib. viii. Neqꝫ ipm̄ viuarium repletur congerie: quā tempeſtatibus eructat pelagi violentia. Eſt et irructo. Plautus in pſeudo. Quid tu malum ergo in os mihi ebrius irructas.

¶ Erudio is. pen. cor. ſignificat ex rudi doctum facio. Hinc eruditio pro doctrina.

¶ Erudero as. pen. cor. ab e. et rudero. Rudero vero a rudus eris. Et ſunt rudera purgamēta: puta cœmentū lapides confracti: arena: calx: et hmōi ex ruinis congeſta. Hinc Ruderatus ager: qui veterū ędificiorū materia ſcatet. Eruderare itaqꝫ ē purgare: et rud⁹ extra iacere. Amb. de obitu theo. Sed Iſaach obſtructos ab alienigenis puteos erudrauit: nec latere aquā paſſus eſt.

¶ Erugo. Vide ſupra in dictione Aerugo.

¶ Erumna. Vide in dictione Aerumna.

¶ Erunco as. Vide ſupra in dictione Aberunco.

¶ Eruo is. extraho. Lact. lib. ii. Ipſe ſibi oculos eruat: vt omēs cæci ſint. Interdum eruere eſt in totū deſtruere. Idem libro. vii. Eruentur funditus ciuitates.

¶ Eruū gen⁹ pabuli ſeu leguminis. Col. Eruū lætatur loco macro nec humido: quia luxuria plęrūqꝫ corrūpit Dictū eruū ab eruēdo. Carpitur em̄ et manu vellitur.

¶ Eruilia idē qd eruū. Col. Sarſeris putat agros ſtercoran lupino: faba: vicia: eruilia: lente: cicercula: piſo.

¶ Eryngion hęrba aculeatę mordacitatis: ſpinoſa veluti carduus: ſatiua: in cibis ꝓbatur radice tm̄: quę melle cynamomo et cariophilo condita: guſtui non iniucunda eſt. ⁎ Dicitur aliter Eryngealba.

¶ Erythace apū cibus dū operantur: quā alij Sandaracam: alij Cerinthū nominānt. Hic ſæpe fauorū inanitatibus inuenitur ſepoſit⁹ ſaporis amari. Var. Erythacem vocāt: qua fauos extremos inter ſe conglutināt. Erythace a coloris rubedine dicitur. Græce enim ἐρύθημα rubor appellatur.

¶ Erythacus auis hyeme dicitur: Phœnicurus æſtate quam vulgo pectus rubeum vocant. ἀπὸ τοῦ ἐρυθραίνομαι: hoc eſt a rubeſcendo ἐρυθακός phœnicurus vero ꝙ caudam rubeam habet: phœnix purpureum ſignificat οὐρά cauda eſt. Cc.

⁎ Erytheus rex fuit Athenarum Orithyæ pater: quā Boreas rapuit: et in Thraciam deduxit.

⁎ Erythra thalaſſa dicitur mare rubrum. Cc.

⁎ Erythranum hędere ſpecies. Cc.

⁎ Erythros hęrba eſt: de qua Xenocrates dicit nullum eſſe corporis malum: cui nō ſit ſalutaris hęc hęrba: vo-

catur et Strychnium et Neutis. Cc.

✱ Erythrotaonea ex anſerũ genere volucres: in quib⁹ nitor eximius: abſolutaq; nigritia: et in ſuperciliis coccirubor ἀπὸ τοῦ ἐρυθροῦ .i. rubro et ταῶ pauone. Cc.

✱ Erythrotum latine ruffum dicimus. Cc.

¶ Erythreon rubrum dicitur. Col. li. viii. Nec minus alia rutilos quos vocat ἐρυθραιοὺς: hoc nomine Perſei et Andromachæ filius vocatus fuit. A quo: teſte Solino non ſolum ab arenarum colore Mare id vocatum fuit: quod rubrum dicimus.

¶ Erythræ ciuitas aſię non longe a chio: ex qua Sibylla fuit: quam numine afflatam crediderũt. Antiqua ſane mulier et diuinatrix: et tempore Alexandri.

¶ Erythea inſula Geryonis regio in mari Gaditano. In ea tanta aeris benignitas fertur: vt hoīes pariat pene immortales: habuit etiã canẽ geryones: de quo fratre Cerberi ita ſcribit Iulius Pollux lib. v. γνώριμος δὲ γηρυόνου κύων ὅτ᾽ ὡς βοῦς φυλάττων ἀδελφὸς ἦν τοῦ κερβέρου ἀναιρεθεὶς δὲ ὑφ᾽ ἡρακλέους. ✱ .i. Notus geryonis canis: qui boues ſeruabat frater fuit cerberi interemptus ab Heracle.

¶ Eryx nomen montis in Sicylia: et nomẽ ciuitatis in eo ſitæ: in quo templum Veneri conſtruxit Eryx filius eius. Ouid. Sed dea nec patitur ſic ad ſua munera cogi Colle ſub vmbroſo: quẽ tenet altus eryx. Pompo. Montium eryx maxime memoratur ob delubrũ Veneris. Vnde Venus erycina dicta ẽ. Ouid. Quid geminas erycina meos ſine fine dolores?

✱ Eſalos accipitris genus: qui ſolus omni tempore apparet. Romani Buteonem appellant. Cc.

¶ Eſau nomẽ filij Iſaac: qui et edom: hoc eſt rufus: et Seir: quod piloſum ſignificat appellatus eſt.

¶ Eſca cibus: qui datur hominibus aīalibuſq;. Et eſca eſt quę dať auibus piſcibuſve ad decipiendũ: a quo Ineſcoas. et eſcarius: et eſculentus adiectiua: et eſito.

¶ Eſcarius a um. quod ad eſcam ptinet: vt eſcaria vaſa. Plynius. Ad eſcaria vaſa totum rubens vitrum nõ tranſlucens. Eſcaria menſa in qua homines epulantur

¶ Eſculentus a. um. quod ad edendũ ptinet. Ply. li. x. Accipitres totius Maſſilię humi fœtificã: nihil eſculẽti rapere vnq̃ ex ſiuterũ ferculis. Hieron ad Euſta. poſuit eſculentior pro delicatiori cum ait. Q; ſi volueris reſpondere te nobili ſtirpe generatum ſemper in delicijs: ſemper in plumis nõ poſſe a vino et eſculentioribus cibis abſtinere: nec his legibus viuere diſtrictius. Reſpondebo. Viue ergo lege tua.

¶ Eſculus arbor glandifera: q; veteres ex eius fructu eſcam ſumerent.

¶ Eſito as. pe. cor. frequentatiuum eſt a ſupino eſum formatum. Gel. Videtur autẽ de Cyamo nõ eſitato iũ erroris fuiſſe: ſcribitur per æ.

¶ Eſbon ciuitas Seon Regis Amorrheorum in terra Galaad.

¶ Eſſeda pe. cor. vehicula Gallorum Britannorũq; apud Belgas primo reperta. Et ppriẽ eſſedũ in equo: ſicut ſtaticulum in vehiculo: petontum in mula eſt. Silius de aſturcone. Aut molli pacata celer trahit eſſeda collo. Confundũtur tamẽ hęc. Sueto. in Claud. Solit⁹ in geſtatorio luderent a eſſedo alueoq; adaptatis ne luſus confunderetur. Hinc eſſedarij qui eſſeda regunt.

¶ Eſſedones ſunt aſiaticorũ Scythiarũ populi: quibus teſte Herod. lib. iiii hiſt. mos eſt parentũ funera cantu pſequi: et cõgregatis pximis cadauera ipſa: pecudũ admiſtis carnibus comedere: q oſſa capitũ ſuorũ parẽtũ auro cincta in poculorũ tradere miniſteriũ aſſeruntur.

¶ Eſſęi iudęi. Nam tria iudęorum dogmata: vt ſcribit Ioſephus: extitere Phariſæi: Saducęi: & Eſſæi. Et hi quidẽ Eſſæi ab vxoribus et vino et carnibus abſtinuerũt ſemper: et quotidianũ ieiuniũ verterunt in naturam.

¶ Eſſentia fit ab infinitiuo eſſe: & idem eſt qđ eſſe: quãdo nominaliter accipitur: quale eſt apud Perſiũ Velle ſuum cuiq; eſt. Vt eñ velle idẽ eſt qđ voluntas: et ſcire idẽ qđ ſcientia: & poſſe idẽ qđ potẽtia: & viuere idem quod vita ita eſſe idem eſt quod eſſentia. Aug. li. xii. de ciui. dei. Sicut ab eo quod eſt ſapere vocatur ſapiẽtia: ſic ab eo quod eſt eſſe vocatur eſſentia nouo quidẽ nomine: quo vſi veteres non ſunt latini ſermonis auctores: ſed iã noſtris temporib⁹ vſitato: ne deeſſet linguę noſtræ quod græci appellant οὐσίαν. Hoc eñ verbum e verbo expreſſum eſt: vt diceretur eſſẽtia. Hinc eſſentiale: qđ eſt eſſẽtiæ: et eſſentialiter ſcđm eſſentiã.

¶ Eſto futuri tpis impatiui. Interdũ cõcedentis aduerbiũ eſt. Virg. Eſto ægram nulli quondã flexere mariti.

¶ Eſuries: eſuritio: eſurigo: et fames idem ſunt: hoc ẽ edendi auiditas.

✱ Eſurigo eſuries. Varro. Quo libet ire licet ac cubitũ accedo: q; eſurigo fieret edebat coſtas.

¶ Eſurio is. pe. cor. iiii. itũ. cupio edere: abſolutum eſt q̃q̃ et cũ accuſatiuo inueniatur. Aug. Et fructũ pietatis quẽ debuerant: quẽq; in eis dñs eſuriebat ferre recuſabant. Amb. Qui verbũ in interioribus animæ receperunt: alimenti cęleſtis et fontis vbertate recreati eſurire et ſitire non poſſunt: hoc eſt famem et ſitim pati. Quintilianus. Pater filios eſurit.

¶ Et coniũctio: ſed græca eſt τε per literarũ tranſpoſitionem: etiã hoc latini ſuſceperũt: modo copulatiua: vt Cicero eloquẽs fuit et philoſophus: duplicaturq; interdum ac cõpletiua eſt in diuerſis rebus: vt te admirãtur et ciues et hoſpites. Virg. Multũ ille et terris iactatus et alto. Modo cauſalis: vt Quorum Iphitus æuo Iam grauior Pelias et vulnere tardus Vlyſſi. p etiam. Modo interrogatiua ſeu expletiua. Virg. Et quæ tanta fuit Romã tibi cauſa videndi. Modo indignatiua. Idem. Et quiſq̃ numen Iunonis adorat Præterea: aut ſupplex aris imponit honorẽ? Modo cõfirmatiua: vt Et dubitamus adhuc virtutẽ extẽdere factis. Ponitur interdũ pro id eſt. Plaut. Annos natus iam ſexaginta et ſenex. Interdũ pro etiã. Quintil. Tamẽ ſiqd aduerſus te ipſe cõmiſit ſit hoſtis et meus. Virg. Natus et ipſe dea. Interdum pro quia. Idem. Audieras et fama fuit. Quintil. Has primũ audiet puer: harũ verba effingere imitando conabitur: et natura tenaciſſimi ſumus eorũ quę mollibus annis pcipimus. Plęrunq; ſentẽtiarum initijs cõpetit. Idẽ Et finitę quidẽ ſunt ptes duæ: quas hæc pfeſſio pollicetur. Deſeruit etiã affectui & quaſi interrogãdi vim habet Ci. Et iunt q de via appia loquãtur: taceãt de curia. Interdũ ponif p aduerbio ordinandi: vt Corpuſq; lauant frigentis et vngũt. i. deinde vngunt. Item pro q̃uis. Cice. Defendi legẽ voconiã magna voce boniſq; lateribus: et videtis annos meos? .i. q̃uis ſim ita ſenex. Huius cõpoſita ſunt etſi: tametſi.

¶ Etenim ſignificat quia. Et modo primum locũ: modo ſecundum obtinet in oratione. Ply. Eteñ multa de hac magi tradiderunt: quę non ſunt a nobis cõmemoranda. Sene. Quis eteñ inter tot corporis cruciat⁹ fœlicem quenq̃ eſſe poſſe exiſtimat?

✱ Etheocles ædipodę et Iocaſtę filius ptu nefãdo editus: vtpote ex concubitu materno: licet huius rei ignarus Aedipodes fuerit. Rex hic Orchomeniorũ quondã fuit: et Gratijs templum primus dicauit. Cc.

¶ Etiã cõponiť ex et & iã: et ſigni quoq;. Plau. Tu ne etiã id reſciſti mulier? Aliqñ ſig. adhuc ſiue pterea. Ter. in au. Nihil ſuſpicãs etiã mali Idẽ in eadẽ. Nõ ſatis me pnoſti etiã qualis ſim ſimo. Aliqñ hortantis eſt p etia.

Ser. Sul. Etiã tu ab hiſce reb⁹ aĩm ad cogitationẽ tuã
aduoca. Aliquãdo cõfirmãtis eſt p̃ita. Eſt eñ affirma
tiua reſponſio: vt Vidiſtis me hodie? reſponderi debet
etiã vel ſic. Ply. ad Taciũ. Studes inquã? Reſpondit
etiã. Vbi? Mediolani. Q đ pinde valet: ac ſi dixeris ſtu-
deo. Sed cũ multa Ianni dixerit teneo ſolũ clatũ eẽ. ſ.
ab greco deducι ἔτι addẽdo am fit etiã: ideo p̃ t. ſcribit
¶ Etiãnum ponitur pro quoq;. Ply. Quod eo magis
miror ſi etiãnum Homero prodente ægyptijs nõerat.
¶ Ethalia inſula in liguſtico mari Populonię vrbi op-
poſita: ab ethalio qui ei præfuit ſic dicta. Quidam hoc
nomen cum diphthongo ſcribunt.
¶ Etearchus nomẽ propriũ regis Oaxis vrbis Cretæ
¶ Eteſię venti qui certo anni tempore flant. Hos Stra
bo lib iii. ſubſolanos vocat: hoc eſt euros. Hiero. men
ſe Auguſto flantibus eteſijs nauem ſecurus inſcendi.
Hi quotannis in vigore æſtatis perflãt. xl. diebus poſt
caniculæ exortum. Dicti eteſię. i. annui: ἔτος enĩ ann⁹:
ἐτησίος annuus: q̃ ex omnibus ventis hi maxime ſta
ti ſint: et ſingulis annis eodem tempore redeant.
¶ Ethnicus pe. cor. gentilis ab ἔθνος quod gentem ſi-
gnificat. Hiero. cõtra Iouinia. Et ſi ducẽdę eſſent vxo
res chriſtianas tñ accipi iuberet: an et ethnicas?
¶ Ethnearches gentis princeps. Ethnearchia princi-
patus vel præfectura.
¶ Ethos quũ ſignificat cauſam producit primã. Quã
do ſignificat morem corripit. Vnde Callimachus op⁹
ſuum ethia: hoc eſt de cauſis inſcripſit.
¶ Ethicus pe. cor. latine moralis dicitur: ab ἔθος ἔθεος
mos: ἀλλὰ καὶ ἐθίζω καὶ ἦθος ἤθεος ὅθεν προ τῆς ὑλ-
λαβῆ διχρόνα ἔοικε καὶ ἠθικὰ τοῦ ἀριστοτέλους. ✠ Sed
et aſſueſco et mos: vnde prima ſyllaba anceps videt:
et Ariſtotelis ethica.
¶ Ethologus pe. cor. moris expreſſor: i. qui geſtu ipſo
corporis et ſono vocis ita exprimit mores hominum:
vt geſtus et mores eorũ loqui videantur ab ἔθος mos
conſuetudo et λόγος ratio ἀπὸ τοῦ λέγειν.
✠ Ethria inſula Thracię: nunc Thaſos dicta. Ce.
¶ Etymon recta interpretatio. Etymologia latine ve
riloquium ἔτυμον verum: λόγος rationem ſignificat.
Sed quia veriloquiũ (inquit Boet.) minus in vſu lati-
ni ſermonis habet: Cicero etymologiã vocat notatio
nẽ: quia notã facit rẽ de qua prędicatur. Ariſtote. ſym-
bolon nominat. Alij vim intuiti originationẽ vocãt.
¶ Euado is. p̃ extra vado: effugio. Vir. lib. ix. Noſtras
ne euadere demẽs Sperasti te poſſe manus. Idẽ p̃ trãſ
eo: et p̃ quãcunq; difficultatẽ peruenio. Euaditq; celer
ripam irremeabilis vndę. Plau. in Aſi. Demiror qd ſit
et quo euadat ſum in metu. Et euadere eſt aſcendere.
Virg. Euado ad ſummi faſtigia culminis: vnde. Item.
apparere. Idem. Vt tandẽ ante oculos euaſit et ora pa-
rentis. Itẽ liberare. Sal. At ni Mariua ſigna inferre at-
q; euadere oppido properauiſſet: p̃fecto cũcti aut ma
gna pars fidem mutauiſſent. Itẽ fieri. Cice. Au vere-
bar ne non putaremus potuiſſe improbum euadere?
¶ Eualuo uas. extra valuas excutio: e valuis eijcio.
Ply. lib. xviii. Et ipſa autem quæ eualuantur variã pi-
cturarum rationem habent.
¶ Eualeo es. pe. cor. a quo eualeſco: valde validus fio
Ply. lib. xv. Quæ poſtq̃ eualuit flaccefcente primitia
marſico bello languida auctoritas patrum facta eſt ac
paulatim in ſterilitatem emarcuit maieſtas.
¶ Euan interiectio: et exclamãtis vox laudantiũ Bac
chũ: et interpretat̃ bone puer. Poteſt tñ declinari ſcđm
Priſc. Euan. tis. Virg. lib. vi. Euantis orgya circum.
¶ Euadne. per d. ante n. Martis filia ex Thebe vxore
Aſopi: fuitq; coniunx Capanei: quæ illum incredibili
amore dilexit: itaq; quũ audiſſet illum apud Thebas
cecidiſſe fere in mortis ſtuporem deriguit. Deinde cũ
celebraretur funus ſe in rogum proiecit.
¶ Euęnetus nomẽ regis Lacedæmoniorũ: qui ad cu-
ſtodiendũ introitũ Theſſaliæ cõtra Xerxẽ vna cũ The
miſtocle Athenienſium duce a Gręcis cõſtitutus fuit.
¶ Euander propriũ nomẽ Carmẽtis filij: et interpreta
tur bonus vir. Hic dimiſſa Arcadia ad Italiã venit: et
oſtia Tybridis intrãs: atq; pulſis Aboriginibus in pa-
latino mõte cõſedit: vbi oppidũ pallanteum fundauit
¶ Euaneo es. pe. pro. a quo euaneſco: quod eſt vanus
fio: ſeu in nihilum redigor. Lactan. libro. vii. Non eſt
animę vitium: ſi viſus euanuit.
¶ Euanidus: ſine fructu. Col. li. iii. Nã quæ in p̃ceritа-
tẽ extenduntur euanidæ fiunt: parũq; fructus ferunt.
¶ Euangelium latine bona nũtiatio. Athanaſi⁹ in ho
milia. λέγεται δὲ εὐαγγέλιον ἀξίως. ὅτι εὖ καὶ ἀγγέλ-
λω ὅθεν καὶ ἄγγελος ὀνομάζεται ὅτι τῶν ἀνθρώπων σω
τηρία ἐπαγγέλλεται ἅπασι υἱοῦ τοῦ θεοῦ. ✠. i. Dicitur
euãgelium digne: qm̃ εὖ bonũ et ἀγγέλλω nuntio: et
angelus nominatus eſt: quoniam ſalutem omniũ ho-
minum nuntiat omnibus filijs dei. Quare aũt ſit bo-
na nũtiatio Euſeb. lib. de prępatione ſic oſtendit. Euã
geliũ dicimus q̃ ęternorũ atq; incorruptibiliũ bonorũ
quę certe ſuprema & maxima ſunt: & ex antiquiſſimis
p̃dicta tp̃ibus: nup̃ vero ſplendore ſui oĩbẽ illuſtrãtia:
cũctis hoĩbus annũtiat: q̃ non cæcas caducaſq; huius
ſæculi diuitias: nec breuẽ hãc calamitoſamq; vitã: nec
inſtabilia corp̃is cõmoda: ſed animarũ: quę intellectua
les ſubſtantię ſunt: a quibus etiam corporũ bona qua-
ſi vmbram conſequentia dependent: ſummam pro-
priamq; nobis affert fœlicitatem.
¶ Euapelos. pe. pro. ſtolidos et amantes dictos refert
Photion grammaticus.
¶ Euax interiectio exultãtis. Plau. Euax iurgio vxo
rem tandem abegi. Fuit etiã nomẽ regis indiæ: qui de
virtutibus gemmarum ſcripſit ad Neronẽ: quem ha-
bet tẽpeſtare noſtra Petrus bonus Aduoganus ciuis
Ferrarienſis aſtronomus in omni ſæculo admirãdus.
¶ Eubœa nomen inſulę: et ciuitatis in ea ſitę. Hinc eu
boicum mare: quod duplex eſſe dicitur: aliud in ægęo
aliud in campano ſeu thuſco: quod in ægęo eubœę ad
iacet inſulę: a qua denominatum eſt. Q đ aũt in thuſco
Cumarũ Baiarũq; alluit oram ab euboicis aduenis et
Cumarum conditoribus nuncupatum.
¶ Eubulus pe. cor nomen hiſtorici: qui hiſtoriam Mi
trę multis voluminibus explicuit.
¶ Euchariſtia latine bona gratia: ex εὖ et χάρις gratia
gratitudo & gratiarum actio. Euchariſteo gratias ago
Euchariſticon liber in quo gratiæ redduntur.
¶ Euchion nomen Bacchi: deductum ab εὐχή: quod
votum et precem indicat: quaſi dignus ſit voto.
¶ Euchilę res dicuntur: quæ ſunt boni ſucci: vt eſt ca-
ſeus mollis. Caſeus vero vetus a Cor. Celſo numera
tur inter res cacochilas: quæ ſunt mali ſucci.
✠ Euchymon ellebori ſpẽs ſic dicta a bonitate ſaporis
¶ Euclides pe. pro. nomẽ geometrę inſignis ab oppi
do Megaris: quod Iſthmo adiacet: & Plutarcho aucto
re Socrati cõtemporanei. Sed videãt ne errẽt. Nã Pro
clus interpres faciens quatuor libros in primũ librũ eu
clidis ita ſcribit. οὐ πολὺ δὲ τούτων νεώτερος ἐστὶν εὐ-
κλείδης ὁ τὰ στοιχεῖα συναγαγὼν γέγραφε· καὶ ἄλλα
πολλὰ ἄλλος ἦν. ✠. i. non multo his iunior Euclides
qui elementa congregans ſcripſit plęraq; alia.
¶ Eudemonidas: nomen viri proprium: et latine dici
tur bene intelligens.
¶ Eudamidas pe. cor. nomen filij Archidami: et fra-

tris Agidis.

¶ Eudora penul. prod. nympha Oceani et Tethyos filia: et interpretari poteſt bonum donum.

⁎ Eudora vna ex atlantidibus: quę ſeptē numero eſſe perhibentur. Ambroſia. Eudora. Paſithoe. Coronis. Plexaurs. Pitho. Tyche. Cc.

¶ Eudoxa bona gloria. Δόξα enī latine gloria dicitur et opinio.

¶ Eudoxus bene glorioſ⁹: quaſi gloria inſignis: proprīū nomē Eſchinis filij: q patria Gnidius geometres et aſtrologus: ſumm⁹ medic⁹: Socratis auditor: q primus ānū cōpoſuit. Scripſit leges: & de geometria atq; aſtrologia libros edidit. Fuit et ali⁹ eudoxus Rhodi⁹ hiſtoricus: alius Siculus Agathoclis poeta comicus.

¶ Eueho is. extra veho. Var. lib. i. de re ruſti. Quarto eundē fructuoſiorē faciūt vecturę: ſi vię ſunt qua plauſtra agi facile poſſint: aut flumina ꝑpinqua: q̄ nauigari poſſunt: qb⁹ vtriſq; euehi atq; inuehi ad multa prædia ſcimus. Per tranſlationē ſignificat extollo. Vnde euectio. extollentia. Aug. lib. v. conf. Miſſum eſt a mulo Romā ad præfectū vrbis: vt illi ciuitati rhetoricæ magiſter traderetur imperita etiam publica euectione.

¶ Eumenes ſeu eumenus fuit vir Cardianus: qui cura: vigilātia: patria calliditate: & celebritate ingenij omnes Macedones ſuperauit: de quo multa a græcis hiſtoricis traduntur.

¶ Euenire eſt alicui quippiam per ſortem venire. Et plęrunq; de magiſtratibus ac prouincijs dicitur. Sal. in Iug. Metellus & Syllan⁹ conſules deſignati prouinciā inter ſe partiuerant: Metelloq; Numidia euenerat.

¶ Euētus ge. maſc. et quarti ordinis tā in plurali: q̄ in ſingulari dicitur quod caſu aut fortuna nobis euenit tam in bonum: q̄ in malum. Cic. lib. i. de Orato. Vt enī qs optime dicit: ita maxime dicēdi difficultatē: varioſq; euentus orōnis expectationēq; hoim ꝑtimeſcit. Similiter dicitur: euentū neu. ge. qd in plurali euēta facit Luc. lib. i. Euētū dici poterit quodcunq; erit actū. Ci. in partitionib⁹. Si cuiuſq; facti et euēti cauſa ponetur. Idē de diuina. Si euēta q̄rim⁹: quę ex quaq; ſuibus. Et ad Atticū. Semp cauſæ euētorū magis mouent: q̄ ipſa euenta. Quod eſt contra Vallam et Sipontinū. Aliqñ etiam euentus finis rei dicitur. Ouid. Careat ſucceſſibus opto: Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

¶ Euenos pe. pro. fluuius a Thracia deſcendens: & calidoniam ſecans. De quo Ouid. lib. ix. Meta. Nāq; noua repetens patrios cum coniuge muros Venerat euenī rapidas Ioue natus ad vndas. Hunc fluuium poetę quandoq; Centaurum vocant.

¶ Euerto extra verto: eruo: demolior. Vnde euerſiones dictæ ſunt.

¶ Euerro is. extra ſeu valde verro. Colu. lib. viii. Stabula frequenter euerrenda et purganda: humorq; omnis vrinæ deuerrendus eſt.

¶ Euerriator dicitur: qui iure accepta hæreditate iuſta facere defuncto debet: quæ ſi non fecerit: ſeu quid in ea re turbauerit ſuo capite luat.

¶ Eueſtigio aduerbiū dicitur: vel ꝙ ſtās aliquis in eodem veſtigio facit. Vnde ſtatim dicitur. Vel quātū tēpus eſt in vno veſtigio faciendo: quod eſt breuiſſimū Vel tractum eſt ab his: qui ſe planta mouētes nihil tardant aliquid perficere: et illi negocio: quod eis imminet nullam aliam rem anteuortunt.

¶ Euganei Venetiarū populi ab eugenea: hoc eſt nobilitate cognominati de quibus Stra. Ply. Liuius.

¶ Euganei montes ſupra Patauiū Iſtriam verſus in quibus abūdant pecudes nobiliſſimas lanas faciētes. Luc. Euganeo ſi vera fides memorātibus augur: Colle ſedens apponi terris vbi fumifer exit Atq; antenorei diſpergitur vnda Timaui. Hinc euganeus a. um. Iuue. Et euganea quantūuis mollior agna.

¶ Euge interiectio aſſentientis: quaſi ſponte ſua congratulātis. Hiero. interpretatur euge euge. bene bene vt eſt in Pſal. Euge euge viderunt oculi noſtri.

¶ Eugium caro eminula inter crura ſymplegadas. Vnde Deſcindere eugiū eſt puellā inſcendere. Neuius Sine eugio puellā inuenit. Laberius. Quænā mens: q̄ diritas vos ſuppilatores fecit cum cano eugio velitari.

⁎ Euhohe interiectio exclamatiua: quemadmodum et ohe. Cc.

¶ Euidēs. pe. cor. qd apte videtur & intelligitur: ab euideo quod eſt clare et expreſſe video. Euidenter clare.

¶ Euila regio ad orientem vergens: quam circuit de paradiſo Phiſon egrediens: quem noſtri mutato nomine Gangem vocāt. In ea aurum precioſum: quod hebraice zaab: et gemmæ precioſiſſimæ: carbunculus ſmaragduſq; naſcuntur.

¶ Euiratus modo cui amputata ſunt virilia dicitur: hoc eſt eunuchatus: modo laſciuus perditus atq; effœminatus. Plaut. Adoleſcēs euiratus ac mollis. Amb. Euiratos delicię reddunt. Varro. Euirauit omnes veneri vaga pueros.

¶ Euiſcero as. Vide in dictione Viſcus.

¶ Euito as. pe pro. vitā eripio: vita ſpolio: ſicut Letare eſt leto mactare. Eſt tamē vetus verbū planeq; poeticū. Cic. lib. iii. tuſc. Hęc omīa vidi inflāmari: Priamo vitā euitari. Euitare etiā dici pōt valde vitare cauere.

⁎ Euhyus bacchi nomen: quaſi bonus filius ἐυ bene: ὑιὸς filius dicitur: nec euchius legendum ex græca auctoritate. Cc.

¶ Eulogiū dicitur benedictū ἐυλογέω benedico ἐυλογία benedicto. Eulogos rationabilis. In decretis canonicis eulogus ꝑ benedictionibus: ſiue muneribus: quæ minutili ſacerdotes ad ſynodū conuenientes maioribus ſummatibuſq; ſacerdotibus deportant. Vnde xviii. diſ. ſcribitur. De eulogijs ad ſacra concilia deferendis nihil inuenimus a maioribus determinatum.

⁎ Eumyces balſami genus: ꝙ læui cortice cæteris ſit ꝓcerius ἐυμύκος enī gręce procerus & ꝓlixus dicit̄. Cc

¶ Eumelus Admeti regis Theſſaliæ Rex ex Alceſti vxore filius.

¶ Eumenides furiæ infernales: latine beniuolæ & mites dicūtur per contrariū quaſi non mites. ἐυμενὴς enī beniuolus.

⁎ Eumetis gemma quę capiti ſuppoſita nocturna viſa ad oraculi ſimilitudinem reddit. Cc.

¶ Eumonides nomen propriū viri thebani: ſicut ſcribit Plutarchus.

¶ Eunuchus pe. pro. caſtratus ab ἐυνὴ quod eſt cubile et ἔχω cuſtodio: quia id hominum gen⁹ adhibebatur ſeruandis cubilibus regum: quaſi euneechus: et per ſyneresim eunuchus.

¶ Eunucho as. caſtro. Varro. Quod facit pro ſua parte is qui ſe eunuchat.

¶ Eunuchizo as. eiuſdē ſignificatiōis. Hiero. cōtra Iouinia. Sunt eunuchi q de vtero matris ita nati ſunt. Et ſunt eunuchi: qui ab hominibus eunuchizati ſunt. Et ſunt eunuchi: q ſe caſtrauerunt ꝓpter regnū cęlorum.

¶ Euoco as. pe cor. extra voco. Plau. in Am. Euocate huc ſoſiam. Per tranſlationē eſt quaſi extraho. Cic. lib. i. tuſc. Nā quid aliud agimus: q̄ cū a voluptate. i. a corpe: quū a re familiari: quę eſt miniſtra & famula corporis: quū a rep. quū a negocio omni euocamus aīm.

¶ Euocati dicūtur nō qui iuſti milites ſunt: ſed qui repētina aliqua neceſſitate ex agris in bellum tumultua

rie vocantur. Hi pro militibus dicebantur. Salluſtius.
Neu quis miles: neu pro milite.

¶ Eupalia nomen vrbis in Locride: quam alij eupali-
on: alij eupolion vocant.

⁎ Eupleƈton ſtructuræ genus in ædificijs tantũmodo
frõ ƚibus politis: quaſi ευπλήκτον .i. bene cæſum. Cc.

⁎ Eupetalos gẽma igneũ imprimis colorẽ habẽs: ſed
cęruleo et minij: ac mali coloribus admiſtis. Cc.

⁎ Eupheme mulieris nomen nutricis muſarum et cro
ci matris. Cc.

¶ Euphemia nomen mulieris: et latine dicitur laus fa
uor. Euphemus boni nominis.

¶ Euphonia cum accentu in penultima bona ſonori-
tas: vel vocalitas. Euphonus concinnus.

¶ Euphranor nomen ſtatuarij laudatiſſimi iſthmij: de
quo Quintilianus libro duodecimo.

¶ Euphrates is. et euphrate es. pe. pro. fluuius Meſo-
potamiæ in Paradiſo oriens. Strabo ſcribit euphratẽ
ex Niphate monte Armeniæ magnũ profundũ et ce-
lerem naſci: exire aũt in mare rubrum: prius tamẽ Ba-
byloniam p mediũ diuidere: et tigri coniunƈtũ Meſo-
potamiã facere. Salluſtius quoq; certiſſimus auƈtor
aſſerit tam Tigris q̃ Euphratis in Armenia fontes de
monſtrari. Ex quo animaduertimus inqt Hiero. aliter de
paradiſo et fluminibus intelligendũ. Boe. Tigris & eu
phrates vno ſe fonte reſoluũt. Euphrates latine fœcũ
ditas atq; abundãtia fruƈtuũ dicitur. Amb. lib. de Pa-
radiſo. Plærīq; (inqt) euphratem diƈtum ab ευφραίνε-
σθαι: hoc eſt a lętãdo: eo q' hominum genus nullo ma-
gis: q̃ lætitia et æquitate lætetur.

¶ Euphroſina ę. et euphroſine. es. pe. cor. fuit vna ex
tribus gratijs: et nomẽ mulieris ꝓpriũ: latine lætitia di
citur. Euphroſia exultatio: euphrenin lętari eſt.

¶ Euphorbiũ et euphorbia hęrba ab euphorbo medi-
co Antonij muſæ fratre diƈta: vt inquit Ply. Naſcitur
in Atlante mõte. Hiero. cõtra Iouinia. Baſilides magi
ſter luxuriæ poſt tot annos ita in Iouinianum quaſi in
euphorbum trãſformatus eſt: vt latina quoq; lingua
haberet hęreſim ſuam.

¶ Euphorion nomẽ poetę Chalcidenſis: quem tranſ
tulit Gallus. Habebat hic quoſdã ita deditos ſibi ama
tores: vt eũ ꝑferrent Ennio: & reliqs poetis: eiuſq; poe
mata ſtudioſe cãtarẽt: poſthabitis aliorũ poematibus.

⁎ Euphraſinũ: ſiue euphroſinum hęrba eſt alio nomi-
ne Bugloſſa. Sic diƈta q' lętificet. Gręci enĩ ευφραίνειν
lætificare dicunt. Cc.

¶ Eupilus: lacus ciſalpinę gallię: in quem progreditur
Lambrus in Padum defluens.

¶ Euprepia latine decor: ex ευ bonũ et πρέπον decẽs.

⁎ Eureos gemma: quę nucleo oliuę ſimilis eſt. Cc.

¶ Euripides nomen egregij poetę: apud Grecos Tra
gœdiæ illuſtratoris: quã ſcribere natꝰ annos duodeui-
ginti adorſus eſt: et in ſpelunca quadã tetra et horrida
Salaminis inſulæ fertur tragœdias ſcriptitaſſe. Hic vi
ſermonis et ſentẽtiarũ crebritate oratoribus compan
dus fertur. Hic a canibꝰ laceratꝰ perijt: vnde interpres
Euripidis ita ſcribit. Διατρίβων οὖν ἐκεῖ πεῖ Ἀλεξάνδρου ἐλ
σει φροντίζων ἔτυχε κατεβρώθη ὡς φασὶν ὑπὸ τῶν τοῦ
ἀρχελάου κυνῶν ἐξιόντος ἐς θήραν ὑπὲρ τὰ ἑβδομή-
κοντα ἔτη γεγονὼς ἐτάφη μὲν ἐν μακεδονίᾳ. ⁎.i. Cõ
uerſans igitur illic in quodã nemore cogitabũdus: for
te fortuna (vt aiũt) deuoratꝰ eſt a canibus Archelai ex-
euntis in venationẽ: ſupra oƈtoginta annos natus: ſe-
pultus quidem in Macedonia.

¶ Euripi pe. pro. canales ſeu duƈtus aquarũ aliũde de
duƈtarũ in ſublime ſalientiũ: ſi paulo minutiores ſint:
quos intra domos romani p pratũ ducebãt. Si aũt ma
iuſculi ſint Nili dicuntur. Ci. lib. i. de legibus. Duƈtus
aquarũ quos iſti nilos euripoſq; vocãt: q̃s quĩ viderit
nõ irriſerit? Euripi quoq; ſunt foſſæ in ludis circũ datæ
p ſeptis quorũ loco temporaria prius cloſtra fuerũt au
ƈtore Ply. Spartianus in helioga. Euripis vino plenis
nauales circẽſes exhibuit. Quidã euripos interpretãt
piſcinas. Euripus etiã dicit̃ fretũ .i. mare anguſtũ: qua-
lis eſt euripus tauromintanꝰ in ſicilia: & alter in eubœa

⁎ Eurocias gẽma quæ ſitu videt̃ operire nigriciã. Cc.

¶ Europa tertia pars orbis ab europa Agenoris phœ
nicũ regis filia ſic appellata. Dicitur aũt europa q̃ eq̃d
terrarũ iacet a freto ad Tanaim: & hẽt quatuor ſinꝰ ma
gnos: quorũ primꝰ eſt a gaditano freto ad laciniũ vſq;
promontoriũ italię in locris. Secũdus a licinio ad ipſa
epiri acroceraunia. Tertius inde ad Helleſpõtũ. Quar
tus ab Helleſponto ad Męotis oſtia. Fuit & europa no
men Oceani et Tethyos filiæ.

¶ Eurotas pe. pro. nomen fluuij in Laconia: qui teſte
Liuio lib. iiij. de bel. Macedo. vrbẽ Lacedæmona præ-
terfluit. De hoc Vir. Om̃ia quę phœbo quõdã meditã
te beatus Audijt eurotas iuſſitq; ediſcere lauros.

⁎ Euronotus alio nomine vulturnus vẽtus eſt ab oriẽ
te hiberno ſpirans: q' inter notum et eurum ſit. Cc.

¶ Eurus ventus ab oriente flans: & calidus eſt. Col. li.
vi. Quũ plærunq; ſideris caniculę tempore quędã par
tes eius regionis ſic infeſtãtur euro: quẽ incolæ Vultur
num appellant: vt niſi te guminibus vites opacentur:
velut halitu flammeo fruƈtus vrãtur: Græci appellãt
Apelioten q' a ſole ſpiret: vnde et a latinis eadẽ ratio-
ne ſubſolanus vocatur.

¶ Euriale fuit regis Minois filia: quę Neptuno Orio-
nem peperit. Alia fuit Prœti Argiuorum Regis filia.
Alia ex tribus Gorgonibus vna.

¶ Eurialus nomẽ vnius ex principibus peloponeſia-
cis: q agros et ꝓpinquas vrbes incolebant: et ad troiã
cum oƈtoginta nauibus venerunt. Alium troianum
finxit Virgilius. Fuit et nomen hiſtrionis. Iuuena. No
bilis Euryalum aut Mirmillonem exprimat infans.

¶ Euribates nomen viri ithaci. Ouidius. Simul eury-
bates me talthybiuſq; vocarunt.

¶ Euribiades: teſte Herodoto fuit ex ducibus Xerxis

¶ Euribia nympha: quę ſtellas et luciferum genuit.

¶ Eurycion nomen fabri argentarij: de quo Virg. lib.
x. Quæ bonus eurycion multo cęlauerat auro.

¶ Eurycratidas vir lacedęmonius: de quo Plutarchꝰ.

¶ Eurydamas pe. cor. vir troianus: Latine dicitur late
domãs. Ouid. Vtq; vel eurydamas ter circũ buſta thra
ſylli Et lariſſęis traƈtus ab hoſte rotis. Vbi p eurydamã
ta intelligunt Heƈtorẽ: qui virtute cunƈta domitabat.

¶ Eurydame: teſte Herodoto: fuit vxor Leutichidis
Spartanorum Regis.

¶ Eurydice: vxor Orphei: pro qua recuperãda ferũt
Orpheum ad inferos deſcendiſſe. Alia fuit Neſtoris
coniunx.

⁎ Eurydomene nympha marina ἀπὸ τοῦ εὐρὺ καὶ δίδω-
μι: hoc eſt abundãter do. Perhibent hanc matrem
gratiarum fuiſſe: quã alij Eurymeduſam a verbo græ
co μέδω quod rego ſignificat.

¶ Eurylochus fuit phlegyarũ rex: q Thebas deſtru-
xit anteq̃ veniret Cadmus: q eas poſtea reædificauit.

¶ Eurymedon nomen patris Periboię: ex qua Neptu
nus genuit Nauſitheum regem Phæacum. Alter fuit
Athenienſium dux cum Demoſthene.

¶ Eurymone nympha Oceani et Tethyos filia Ma-
ter Leucothoes. Alia fuit Apollinis filia: quæ Adra-
ſtum Argiuorum Regem: et Eriphylen Amphiarai
coniugem peperit.

¶ Eurypilus pe.cor. fuit Herculis filius: qui regnauit in Coo insula: et cũctorũ Græcorũ augur peritissimus est habitus. Virgi. Suspensi Eurypilum scitatũ oracula Phœbi Mittimus. Fuere et alij hoc nomine.

✱ Hunc Eurypilum nõ Herculis filium: sed nepotẽ ex Telepho filio fuisse auctor est Homerus. Cc.

✱ Eurypidius numerus in talis quadragenarius: ab euripide inuentus. Cc.

¶ Eurystheus fuit Steneli Mycenarũ regis filius: qui Iunonis instinctu imperabat Herculi: vt varia mõstra superaret: quibus posset perire.

¶ Eurythus pe.cor. Ochaliæ rex: et pater Ioles. Hinc eurythis.idis. patronymicum fœmininũ. Ouid. Eurythidos Ioles: et insani Alcidę. Alter fuit centaurus.

✱ Eusebes gẽma ex qua Tyrii in Herculis tẽplo facta sedes: ex qua facile dij surgebant. Cc.

✱ Eusebia græce εὐσέβεια pietas religio: εὐσεβέω sum pius: pietate exerceo εὐσεβὴς pius: religiosus. Cc.

¶ Eustratius nomen philosophi: qui in ethicam Aristotelis scripsit: ab στρατὸς exercitus nomen deductũ.

¶ Eustathius nomen fuit grammatici græci.

✱ Euthale lauri genus. Vide in dictione Daphnoides.

¶ Euterpe fuit vna ex musis. εὖ bene τέρπω delecto: quasi sit bona delectatio.

¶ Eutrapelos pe.cor. quidã aiunt significare tricubitos. Mart. Eutrapelus tonsor dum circuit ora luperci. Vide Ply. lib. vii. circa principium. Alij putãt hoc nomen significare apud græcos eum: qui facilitate quadam morum præditus est: hoc est comis. lepidus. elegans et facetus. Eutrapelia comitas.

¶ Eutyces pe.cor. nomen fuit heresiarchę.

¶ Eutymedon pe.cor. nomen cuiusdam philosophi.

¶ Euthymia animi tranquillitas. Laertius in vita Democriti. Finem esse rectum quietumq; animi statum: quem euthymiam dicit: dum nullo metu: nulla superstitione: aut alia quauis perturbatione agitatur.

¶ Euxinus pe.pro. mare illud est: quod incipit a Bosphoro thracio. Cõponitur ex εὖ: quod bonũ apd nos indicat: et ξεῖνος hospitiũ vel amicus: quasi bonum sit hospitiũ: quod per contrariũ dictũ est. Nam ibi sunt loca asperrima. Ouid. lib. iii. de tristibus Euxinus falso nomine dictus habe. Sed teste Ply. lib. vi. Pontus euxinus antea ab inhospitali feritate axenus appellatus est peculiari inuidia naturæ sine vllo fine indulgentis auiditati maris. Post commercio illarum gentiũ mollitis aliquantum moribus dictum est Euxinus.

¶ Euzomum bonum ius: εὖ bonum ζωμὸς ius: quod comeditur.

¶ Euzomos strẽnuus: ζώνη cingulum. Nam qui militant cinctos dicimus: discinctos inhabiles.

¶ Exactũ præteritũ transcursum. Virgi. lib. iii. Geor. At tribus exactis vbi quarta accesserit æstas. Exacti menses dicuntur: q circa partum sunt. Idem. Exactis grauidæ cũ mensibus errãt. Itẽ exactũ diligens. Vale. Max. Quia nunq̃ remotos ab exactissimo cultu cerimoniarũ oculos. Item exhaustũ: superatũ. Senec. Vt tot ꝓcellis tẽpestatibusq; exactis aliquãdo in portum veniamus. In hũc sensum veteres exãtlatũ accipiũt. Habet et alia significata: de quibus in dictione exigo.

¶ Exactor: et exactio. Vide in dictione exigo. is.

¶ Exaduerso appellare. Vide in dictione Appellare.

¶ Exaggeratio magna coaceruatio: poniturq; pro altitudine et excellentia. Translatio sumpta a terra: quæ exaggerata & in aggerẽ erecta sustollitur in fastigium Cice. lib. ii. Tusc. Hoc tibi propone amplitudinem animi et quasi quandã exaggerationẽ q̃ altissimã animi q maximę eminet in contẽnendis et despiciendis doloribus vnã esse oĩm rem pulcherrimã. Oratores exaggerationẽ facere dicũtur: quãdo pluribus verbis vnã eãdemq; vehemẽter dicũt: quę res maxime venustat orationem. Apud Catonẽ luculenta illa exaggeratio est. Succidias humanas facis: decẽ funera facis: decẽ capita libera interficis: decem hominibus vitã eripis: indicta causa: iniudicatis: indemnatis.

¶ Exagoge penultima correp. latine eductio dicitur. ἀπὸ τοῦ ἐξ καὶ ἄγω: μέλλω ἄξω. Ab ex et ago fu. axo

¶ Exagito tas. significat vehementer vexo. Lactan. lib. vi. Poetæ tres furias esse dixerunt: quę mentes hominũ exagitẽt. Item significat exaspero: ad iram prouoco. Sal. Tamen quia in tali tempore tanta vis hominis magis lenienda q̃ exagitanda videbatur.

¶ Exalbumo as. Vide in dictione alburnum.

¶ Exalto in altum eleuo. Colu. Senum pedum latitudinis sulcos dirigunt: fodiũtq; et exaltãt in tres pedes. Per translationem significat magnifice laudo.

¶ Exaluminati dicuntur vniones: qui colore pręstant

¶ Examen noua apũ soboles: quã parentes ex suis aluearibus ad nouas sedes quęrẽdas exire cogũt: q; hæ ita vniãt vt sibi ligatæ videant. Nec solũ de apibus: sed etiã de vespis et hmõi intelligitur. Rursus examẽ stil⁹ est in lãce siue statera: q quo põdus se vergit exit. Vir. lib. x. Iuppiter ipe duas æquato examine lances. Hæc bilancis seu stateræ lingua: ab alijs ęquamẽtũ: ab alijs libramentũ: ab alijs æqlibriũ et trutina dicit. Vñ metaphorice ponit ꝑ æquamẽto: et iudicij inuestigatione. Persius. Examẽq; improbum in illa Castiges trutina.

¶ Examino as. pe.cor. scrutor et inuestigo ęquãdi cã.

¶ Examussim. Vide in dictione Amussis.

✱ Exãgue dicim⁹ qđ sine sanguie ẽ: & ꝓ pauido capit.

¶ Exanimus a.um. & exanimis: et hoc exanime: & exanimatus a.um. ambo duplicẽ eandẽq; significationẽ habent: licet Ser. velit hæc inter se differre. Exanimus siue exanimis idẽ est qđ mortuus: vt apud Liui. li. viii Vt vno ictu exanimẽ equo pręcipitaret. Virgi. Exanimũq; auro corpus vẽdebat Achilles. Interdũ idem est qđ exterritus. Idẽ li. iiii. Audijt exanimis trepidoq; exterrita cursu Vnguibus ora soror fœdãs et pectora pugnis Per medios ruit. Sic exanimatus nõ solũ ꝓ exterrito: siue ꝑturbato: vt Ter. in an. Ibi tum exanimatus Pamphilus bene dissimulatum amorẽ et celatum indicat: sed etiam pro mortuo accipitur: vt apud Liui lib. xxii. Vnam in ipso portu sospite filio repente oblato in conspectu eius expirasse ferũt. Alteram cui mors filij falso nunciata mœstam sedentem ad primum conspectum redeuntis filij gaudio nimio exanimatam.

¶ Exanimalis: et hoc exanimale: quod nõ est animal: vel quod est sine anima. Plaut. in Bac. Nam neq; Bellona mihi vnq̃: neq; mora creduat ni illum exanimalẽ faxo: siue exhęredem fecero vitæ meę.

¶ Ex animo facio: significat facio: quod in animo volo: vt sit quasi ex animi sentẽtia. Ex animi eñ sententia: locutio est quotidiana: qua vtimur quãdo significamus aliquid factum esse prout optamus et volum⁹. Vnde dicimus. Habes iam vxorem ex animi sentẽtia

¶ Ex animo est vt natura fert: hoc est vt refert naturalis ingenita actio.

¶ Exanimo as. capit sicut aĩo: de quo supra: nisi q; ex ꝓpositio significat extra: siue quũ aĩam qs emiserit: siue quũ pene aĩm pauore amiserit. Qñ ab animo fit significat ꝑterreo ꝑturbo. Plau. in aul. Nimis male timui: priusq̃ int⁹ redij exaĩat⁹ fui. Ter. in an. Oĩo hęc me miserã exaĩauit. Qñ vero ab aĩa est: signifi. anima priuo. siue neco. Curt. Multos exaĩauit rigor insolitus niuis: multorũq; adussit pedes: plurimorũq; oculis ꝓcipue per-

nſciabilis fuit. Gel. Anus repente filio viſo copia atq; turba: et quaſi ruina incidenti inopinati gaudij oppreſſa exanimataq; eſt.

¶ Exanio as. Col. lib. vlti. Vt omnem amaritudinem eius et pallorem exaniet. Et alibi. Patimur aũt nõnũq̃ tota nocte et poſtero die baccam velut exaniari.

¶ Exantlo aa. ab ex et antlo. Priſciano dicẽte Antlo: pro antlor: ſignificat effundo: exhaurio: ſupo. Plaut. in Sti. Ne iſte edepol vinum poculo exantlauit. Cice. lib. i. Tuſcu. Qꝫ quũ exanclauiſſet omĩes labores: tum incideret in mortis malõ ſempiternum. Aliq̃ñ exãtlare eſt pperti. Lucil. lib. xxx. Quantaſcũq; mõ erumnas quãtoſq; labores exantlaris. Aliqñ pficere. Pacu. Nõ poteſt Menalippe hic ſine tua opera exantlari clanus.

⁎ Exantaxenoa latine hoſpes dicitur. Cc.

¶ Exanthemata appellantur a Plinio eruptiones pituitæ: aliquando papulæ.

¶ Exarmo as. manſuefacio. Vnde exarmatæ beſtiæ pro cicuribus et mãſuefactis. Lãpri. in Helio. Habuit leonea et leopardos exarmatos in delicijs: quos edoctos p mãſuctarios ſubito ad ſecundã menſã: et tertiã mẽſam iubebat accũbere: ignorãtibus cũctis ꝙ exarmati eſſent ad pauorem & ridiculum excitandum.

¶ Exareſco perfecte areſco. Col. lib. iiii. Et ſole ac vẽto penitus ſiccari atq; exareſcere. Cice. Papirio. Dein de ipſa illa ſiqua fuit in me facultas oratiõis niſi me ad has exercitationes rettuliſſem/exaruiſſet: hoc eſt omnino arida facta fuiſſet et defeciſſet.

¶ Exarcſio idem quod exareſco: niſi ꝙ exareſco proprie extrinſecus fit: Exareſco intrinſecus: vt de fuco marino dicit plynius lib. xxvi. Sed omnibus articulis morborum impoſitus anteq̃ exarcſiat.

¶ Exaro as. pe. pro. perfecte aro: ſed per tranſlationẽ ſignificat ſcribo. Qui eñ ſtilo ſcribunt in codicillis: hi quaſi ſulcos inſtar aratorum ducere videntur. Cicero Cornificio. Hæc quum eſſem in ſenatu exaraui.

¶ Ex aſſe: duę ptes ſunt: ſignificatq; ex tota hęreditate: quę dicitur as aſſis: q̃ pluribus modis diuidebaẽ. Vnde dicim⁹. Hic ex aſſe hæres relict⁹ eſt i. ex toto. Mart. lib. vii. Hęredem Fabius Labienum ex aſſe reliquit.

¶ Exauctoro aa pe. pro. ſignificat ab auctoramento: hoc eſt obligatiõe militari atq; ſtipẽdio libero priuoq;. A quo exauctorati milites dicũtur q miſſionẽ habuerũt. Et q̃uis freq̃ẽter cum dedecore exauctorare dicatur: p ſæpe tamẽ ſignificat miſſos facere a militia milites citra vituperationẽ. Liui. lib. xxv. Volonũ exercit⁹ q viuo Gracchio ſomma fide ſtipẽdia fecerat velut exauctoratus morte ducis ab ſignia diſceſſit. Et li. xxvi. Quũ diſſeruiſſet exauctoratos dimiſit. Vlp. Exauctorare interpretatur inſignia militaria detrahere: qđ cum infamia conficitur: vt eſt apud Lampridium: q ſcribit Alexandrum tumultuantes legiones exauctorauiſſe.

¶ Exaudio perfectionẽ audiendi denotat: et hoc duobus modis. Vno: quum quod petimus impetramus. Vnde etiam dicere ſolemus. Vt nos exaudire digneris. Virgil. Et nulli exaudita deorum Vota preceſq; meæ. Alio: quum proxime ſeu vehementer audio. Liu. lib. i. Equitem clara increpans voce: vt hoſtes exaudirẽt redire in pręlium iubet. Ter. in Hecy. Vereor ſi clamorem eius hic crebro exaudiat: ne parturire intelligat.

¶ Exballiſto tas. a balliſta fit: et ſignifi. decipio. Plau. Ego hunc cõmunẽ meũ atq; noſtrę oim hoſtem exballiſtabo lepide. ἀπὸ τοῦ βάλλω λέγεται καὶ ἄλλο ἰσὶ τὸ σκόρπιος ἀπὸ τοῦ σκορπίζω τὸ ἀποσκεδάννυμι ⁎ Hoc eſt a βάλλω quod eſt mitto: aliud eñ eſt Scorpius a σκορπίζω quod eſt diſſipo: ſpargo. Ita ſcribit Michal⁹ etymologicus: et Balliſta eſt maiorum tormentorum genus: vnam Bricolam dicebant aui noſtri.

¶ Excalfacio: et excalfactorius. Vide in Calefacio.

¶ Excandeſco is. et excandefacio. Vide in Candeo.

¶ Excandeſcentia ab Apul. lib. de dog. Platonis appellatur ea animæ ps: quę irritabilis eſt: habens domiciliũ in corde: quã alio nomine iraſcentiã noĩant: q̃ iracũdia a Cicero. dicta eſt i prima Tuſc. a furore & impetu a nunc ducto vocabulo: vt inquit Plato in Critolao.

¶ Excanto as. ſignificat quod incãtatũ eſt alio incantamento libero: quod et recãto dicitur. Ply. lib. xxviij Qui fruges excantaſſet. De recanto Idem. Non pauci et ſerpentes ipſos excantari putant. Aliquando excantare capitur pro excludere. Plau. Nam crede cuius cor excantare poteſt.

¶ Excerebro as. cerebrum excipio: vt apud Eſaiam. Qui mactat pecus quaſi qui excerebret.

¶ Excetra dicta eſt hydra: ꝙ vno cæſo capite tria excreſcebant. Plau. in Perſa. Cũ excetra i cũ anthęo deluctari mauelim: q̃ cum amore: Gręco vocabulo dicitur echidna. Ouidi⁹. Para quota lernęe ſerpens eris vnus echidnæ? Scribit Diodo. Herculẽ debellaſſe hydrã nõ ſolum ferro: ſed etiã flãmis: adhibito Iolao: q inciſam ceruicem ardente face e veſtigio inureret. Cõſtat ſecũdũ hiſtoricos Hydrã in Lerna argiuorum palude extitiſſe aquas euomentẽ: quæ vaſtabãt vicinas ciuitates: in qua vno meatu clauſo multi erũpebãt. Quod Hercules videns loca ipa exuſſit: et ſic aquæ meatus clauſit. Nam hydra ἀπὸ τοῦ ὕδατος. i. ab aqua nomẽ accepit. Plato aſſerit in euthydemo hydrã fuiſſe callidiſſimam ſophiſtriam: cui preter ſapientiam pro vno ſermonis capite amputato multa repullulabant.

¶ Excedo is. pe. pro. diſcedo: egredior. Cice. In ipſa cura et meditatione obeũdi ſui muneris exceſſit e vita. Itẽ vltra cedo tranſeo. Col. lib. vii. Quũ exceſſerint annos decem fœtibus inutiles ſunt. Plautus in Aul. Iſtic adeſto ſi hercle tu ex iſtoc loco digitum tranſuerſum: aut vnguem latum exceſſeris. Item ſupero: vt Cicero facile excedit omnes eloquentia.

¶ Excido is. pe. cor. ab ex et cado: a in i mutata: pręteritum excidi: ſupinũ excaſum facit: ſignificatq; deorſum cado. Virg. lib. ii. Georgicon. Nam ſæpe incautis paſtoribus excidit ignis. Vnde p tranſlationẽ excidere animo eſt in obliuionẽ dare. Idem. Necdũ etiã cauſæ irarum ſęuiq; dolores Exciderant animo. Interdũ diſſentire. Luc. li. xxviij. Ego ab Archilocho excido.

¶ Excido is. pe. pro. excidi. exciſum. extra velde aliquo cædo: et penitus deſtruo. Cic. lib ii. offi. Nec lapides ex terra exciderenẽ ad vſum noſtrũ neceſſarij. Idẽ in Cato. Quo modo Carthagini male iam diu cogitãti bellũ inferatur multo tpe ante denuncio: de qua vereri non ante deſinam: q̃ illam exciſam cognouero.

¶ Excidiũ: et excidio ab excido deduci manifeſtum eſt pro peremptione: et quaſi nece vrbis aut prouincię vt quum cęſis hominibus mœnia ad ſolum deducuntur. Hæc etiam a cędendo dici videri poſſunt.

¶ Exciſo. as. penul. produ. lanio: verbero: et qđ vulgo dicitur ſtratio ſrapo. Plautus in Ciſt. Capillo ſciſſo at exciſatis auribus.

¶ Excello lis. exculi excelſum. et Excelleo. es. excelſui ſignificat ſupero. Lactan. lib. vii. Qui omnes licet eloquentia excelluerit. Hinc excelſus magnus. Gelſ. libro. i. Tanto fuiſſe Herculem corpore excelſiorem.

¶ Excerno is. purgamenta ventris emitto. Cęlſus li. iiij. Quomodo portę modo in inferiores ptes ea quę excreturi ſumus emittit. Hinc excremẽtũ purgamentũ et ſtercus. Vnde Ply. li. x. ſcribit: ꝙ quia coruus excremẽtis calciamenta foedauerit a Menecippe exanimatus ſit.

Proprie tamē Excernere eſt extracernere:q̄d vernacula lingua dicimus cernir fora. Col.li.ii. Itaq; in area detrita frumēta ſic aggerāda: vt oi flatu poſſint excerni.

¶ Excerpo is.pſi.ptum.ſignificat ſecernendo extraho. Vnde excerpta dicimus:quę ex libris veluti floſculos extrahimus.

¶ Excipio is.pe.cor.extra capio.Cice.in Tuſcul.Nā ſi ſolum eos diceres miſeros: qbus moriendum eſſet: neminem tu quidē eorū qui viuerent excipes. Aliquādo excipe eſt ſe ad aliquē recipe: et ꝑprie excipiuntur cadētes:aut in calamitatē collapſi. Lact.lib ii.Hunc errantem atq; inopem Ianus excepit. Virg.lib.iii. Heu quis te caſus deiectā cōiuge tanto Excipit. Aliquando aliquid recipere. Aug.lib. v.conf. Et dum cor apertam ad excipiendū q̄ diſerte diceret pariter intrabat. Aliquando ingrere. Cice.lib.ii.de orato. Quædā dari ex hac vita ad ꝑtrahēdos animos hoim:et ad excipiēdas eoꝵ voluntates. Aliquādo ſepare. Virg.lib.viii. Ipſum illum clypeū criſtaſq; rubētis Excipiam ſorti. Aliquando ꝑ dolū cape:opprimere. Idem. Excipit incautum patriaſq; obtruncat ad aras. Aliquando colligere. Martia. Vētris onus miſero nec te pudet excipis auro. Aliquando abſcondere. Plaut.in Aulu. Nec parem tibi ab eo indipiſces:neq; furem excipies.

¶ Exceptio excluſio:quę : ſicuti Vlpian⁹ docet:interponitur actioni cuiuſlibet rei: ad excludendum id:q̄d in intentionem condemnationemq; deductum eſt.

¶ Excepto as.ſæpe extra capio i vel ad me frequēter traho. Cice.in Paradox. Et videat aliquē ſummis populi beneficijs vſum barbatulos mullos exceptātē de piſcina. Virg li.iii. Georg. Ore oēs verſę in zephyrū ſtant rupibus altis Exceptātq; leuis auras et ſæpe ſine vllis Coniugijs vēto grauidę: mirabile dictu.i.frequēter ad ſe trahunt et capiunt.

¶ Excipuum:quod excipitur:ſicut pręcipuum:quod ante capitur.

¶ Excipula ab excipio:ſicut decipula a decipio:et eſt ſeptum ex arundinibus contextis ad capiēdos piſces. Ply. Hyemato lacu fluctib⁹ glomeratę voluuntur anguillę in tm̄ mirabili multitudine: vt in excipulis eius fluminis ob hoc ipſum fabricatis ſingulorum milium globi reperiantur.

¶ Excieo es.exciui.cij.excitum.extra moueo. Feſt⁹. Exciet.excutiet.

¶ Excio is.exciui. vel excij.excitum.extra voco.vel extra:ſeu valde cōmoueo. Plau.in Ciſ. Vt mihi exciuiſti lachrymas.i.cōmouiſti. Et i Epi. Quid eſt pater ꝙ me exciuiſti ante ædes. P. Vt matrē tuā videas .i. euocaſti. Excire autē expgefacere eſt. Liuius lib.j. Hercules ad primam autoram ſomno excitus.

⁎ Excillatum veteres ꝑ vulnerato et laniato dixerūt: Plau. Capillo ſciſſo atq; excillatis auribus. Cc.

¶ Excito as.pe.co.frequētatiuū. Ter.in heau. Nū vides q̄tum mali ex ea re excites. Pro expergefacio. Damaſus ad Hiero. Dormientē te et longo iam tempore legentē potius q̄ ſcribentē queſtiūculis ad te miſſis excitare diſpoſui. Pro ꝓuoco ſollicito ve. Columel.lib.i. Nam cū certamine opus excitetur: tum inceſſātis animaduerſio iuſta eſt:et ſine querela videtur adhiberi.

¶ Exclamare voce magna clamare. Plau.in Am. Ibi neſcio quis maxima voce exclamat. Item exclamare alte vocare. Idē in eadē. Dum hæc aguntur voce clara exclamat vxorem tuam. Exclamatiōes fieri ſolent ſine aliquo adminiculo:modo per nominatiuum : modo per accuſatiuum: modo per vocatiuum.

¶ Excludo is.pe.pro.extra claudo:eijcio. Plau.in aſi. Homo hercle hinc excluſus eſt foras. Hiero. Philippū regem Macedonum introeūtem ex more cubiculum vxor irata excluſit. Per tranſlationē excludere ponitur ꝑ liberare. Actiua. Qua virtute hic ſe ſeruitute excluſit. Itē ꝑ incubando pullū emittere. Colu.lib. viij. Veteranas auis ad rem eligi oportebit : quę iam ſępius id fecerit: moreſq; earū maxime prænoſci: qm̄ alię melius excludant: alię editos pullos commodius educēt. Idem. Columbæ excludunt vigeſimo die. Sic excludere eminere et apparere: quod idem fere eſt q̄d emittere. vt in Pſal. Excludantur qui ꝓbati ſunt argento. Vnde dicūtur et in arte argentaria excluſores.i.ex quadam confuſione maſſæ ad ſuæ formę expreſſores.

¶ Excolo is.pe.cor. Liui. Excultum perfecte adoro. Lactan.lib.vi. Nam ſi deorū cultores ſimulacra inſenſibilia excolūt : et quicquid pretioſi habent in ea cōferunt. Habet et reliquas ſignificationes:quas colo: ſed profectas ratione prępoſitionis ex.

¶ Excōpoſito ſecundū ordinem datum. Liuius. Tū ex cōpoſito orta vis : ſignoq; dato iuuentus Romana ad rapiendas virgines diſcurrit.

¶ Excorio as. Vide in dictione corium.

¶ Excors extra cor : quaſi ſine corde : hoc eſt alio quo ſapimus. In corde eīm: vt inqt Ply. habitat mens. Vnde ponitur ꝑ inſipiēte. Lactan.lib.iii. In quo alios non excordes tm̄ fuiſſe arbitror: ſed etiā impios: ꝙ in ſecreta cæleſtis illius prouidentię curioſos oculos voluerūt immittere.

¶ Excreare eſt quadā vi expuere. Cęlſus. Et interdū aliquid purulenti excreat.

¶ Excreſcere valde:ſiue extra creſcere. Col.lib. v. Si ſatis excreuerint iugo ſupponantur.

¶ Excretum ſupinū ab excerno ſignificat egeſtū. Vnde excreta tritici dicūtur vulgo granacia: hoc eſt: quæ ex incerniculo ꝑ immundis ſeponūtur. Colu.lib. viii. Vbi annona eſt carior excreta tritici minute cōmode dantur gallinis. Ibi excreta nomē. Participiū vero eſt: vbi paulopoſt ait. Furfures a farina excreti. Excretū vero ſupinū ab excreſco ſignificat quod valde creuit Virg.lib.iii. Georgicon. Multi iam excretos prohibēt a matribus hœdos.

¶ Excubo as.pe.cor. vigilo:cuſtodiam facio: et quaſi minime iaceo: vt milites extra caſtra: vel extra tētorium ad Impatoria cuſtodiam noctu armati conſidūt. Sal.in Iu. Neq; ſecus q̄ ſi iter faceret caſtra munire: ex cubitū in porta:cohortes ex legionibus pro caſtris equites auxiliarios mittere. Liuius. Ptolemęum ac Leonatum excubantes ad cubiculi limen excitauerunt.

¶ Excubię vigilię: licet vigilię tantum nocturnę dicātur: excubię et diurnę et nocturnæ.

¶ Excubitor qui excubat. Vnde gallus dicitur excubitor: qui peruigil horas cantu indicat.

¶ Excudo is.pe.pro.ſi. vel excudi.ſum.cudendo elicio. Virg. Vt primū ſilicis ſcintillam excudit Achates. Per tranſlationē Lact.de opifi. Profiteor nulla me neceſſitate vel rei vel tpis impediri: quo minus aliqd excudā: quo philoſophi ſectæ noſtrę quā tuemur inſtructiores doctioreſq; in poſterū fiant. Sic Vir. Vt varios vſus meditando excuderet artes .i.ſtudioſe reperiret. Excudere etiā dicūtur gallinæ oua: quando ex eis pulli naſcūtur: quod et excludere dicimus. Colu.lib. viii. Negatur anſer aliena excudere oua : niſi ſubiecta ſua quoq; habuerit.

¶ Excuſo as.pe.pro obiectum crimen purgo & a me repello. Cice Nulla eſt excuſatio peccati: ſi amici cauſa caueris. Et excuſare eſt afferre in excuſationē id q̄d pecpeccandi cauſam præbuit: q̄d potius ꝑ accuſo dici debere videtur: veluti ſi latrones aut flumina impedi-

mēto fuerūt ne ad diem adeſſe poſſem. Eo modo quo Quint. Tu tamē ſi interpellatus tēpeſtatibus ſerius veniſſes: excuſares mare & ambiguos flatus.i.mare ī excuſationem adduceres. Liui. de Torquato. Oculorum valitudinem excuſauit.

¶ Excuſabile quod excuſatione dignū eſt.

¶ Excuſatorius.a.um.qđ ad excuſationem pertinet: vt excuſatoria epiſtola.

⁎ Excurio verbū a curia quaſi extra curiam eijcio. Varro. Apolloniū ideo excuriauit q͞a nihil habebat. Cc.

¶ Excutio.is.penul.cor.ſſi.ſſum.ab ex & quatio.ſignificat quod vernacula lingua dicimus ſcoriare. Virg.li.xij. Summaſq; excuſſit vertice criſtas. Plaut. Excutedū palliū. Per tranſlationē ſignificat eijcio emitto. Plaut. in aul. Mihi miſero cerebrū excutiunt tua dicta ſoror. Lapides loquens.i.frangunt. Virg. Excuſſus ſcōteus fulminis in morē. Item deijcio. Hinc excuſſores equi dicuntur qui ſeſſorem deijciunt. Ply. excuſſo circenſibus auriga cucurriſſe excuſſores conſtat & primatū obtinuiſſe. Item eligo. Cice.lib.xij.phil. Iuuentutē omnē ex tota italia excuſſimus.

¶ Excuſſoriū cribrū. Vide in dictione Subcerniculū:

⁎ Exdecimo eligo & exdecimatū electū dicimus a verbo decimo quod eſt partē detraho. Cc.

⁎ Exdiſpoſito dicim⁹ hoc eſt de induſtria & quēadmodum a nobis conſtitutum eſt. Cc.

¶ Exdiſcutio. ab ex. & diſ. & quatio ſignificat pfecte diſcutio. Hiero. ad cteſi. Cū hęc ſe ita habeant puoco aduerſarios vt oēs retro carthulas exdiſcutiāt et ſi qđ in meo ingeniolo vitij repererint pferāt in mediū.

¶ Exdorſuo.as.dorſū cōfringo vł dorſo nudo. Plau. in aul. Tu macherio congrū murenā exdorſua quantum potes. Haec duo preter regulam cōponunł cū ex. Non enī ex.ſed e.cōponitur cū d. vt educo.

¶ Execo.as.pe.co.ab ex & ſeco.ſed.ſ.abijcił.& ſignificat excido extra ſeco. Col.li.iij. Arborē quā inſerere voles diligēter execato ea parte q̄ maxime nitida & ſine cicatrice eſt: dabiſq; operam ne librum lędas.

¶ Execro as.pen.cor.ab ex & ſacro.abiecta.ſ.& a.in e mutata. Dicitur & Execror. deponens. pro horrori & abominationi habeo.qđ eſt magis in vſu. Virgi. Et terram altricē ſæui execramur Vlyſſi.

¶ Exedo.is.pe.cor.vel exes corrodo cōſumo. Ply.li.xxvj. Naſcunł quoq; in ſanguine ipſo hominis aīalia exeſura corpus. Ci.li.iij.tuſc. Aegritudo lacerat.exeſt animā.planeq; conficit. Aliquando exedere eſt extra ſeu de aliquo vaſe edere. Terē.in phor. Tu tibi hoc intriſti tibi omne eſt exedendum.

¶ Exedra.locus ſpatioſus quaſi triclinium: quæ quaſi ad occidentē verſa eſſe ſolebat. Ci.lib.iij.de ora. Tunc deditā opera quieſcentibus alijs in eam iam exedram veniſſe in qua Craſſus poſito lectulo requieuiſſet. Hierony.ad Euſto. Si quis coeperit ægrotare: transfertur ad exedram latiorem & iaiuo ſenum miniſterio confouetur: vt nec delicias vrbiū: nec matris quęrat affectū. Michalus autē etymologic⁹. ἐξέδρα τόπος τίς ἐςὶ ἀπὸ τοῦ ἐξ καὶ ἕδρα καὶ σὺν κατὰ καθέδρα παρὰ τὸ ἕζομαι τὸ ἕζω μέλλων ἕξω. ⁎ Id eſt Exedra loc⁹ eſt ab ex et hedra ſedes & cum κατὰ fit cathedra ab ἕζομαι quod eſt Sedeo.

¶ Exemplum inquit Feſtus quod ſequamur aut vitemus. Exemplar ex quo ſimile faciam⁹. Ply. li.xxxv. Sunt qui venerem dionęam illo pictam exemplari putant. Sed ſæpe confunduntur i vt exemplū ſit ex quo ſimile faciam⁹. Sal. Litteras quas ſibi nomine Catilinæ redditas dicebat exemplū earū infra ſcriptū eſt.i.earū forma infra ſcripta eſt. Quint.li.x. Sic litterarum ductus vt ſcribendi fiat vſus pueri ſequuntur. Sic muſici vocem dicentium. Pictores opera priorum. Ruſtici probatam experimento culturā in exemplū intuentur. Cice. Apio. Ex litteris quarum ad me exemplū miſiſti. Ouid. de triſ. Pluribus exemplis ſcripta fuiſſe reor. Ponūtur nonnūq̄ pro eodē. Cice. pro Muræ. Domeſticū te habere dixiſti exemplū ad imitandū. Et iterum Ad imitādum vero tam mihi propoſitum exemplar illud eſt q̄ tibi. Dicitur & Exemplarium pro exemplari. Ply. Iuba hęc omiſit in hoc tractatu: exemplariū vitioſum eſt. Sciendū tamē ꝙ exemplū dicitur quādoq; grauis pœna quę poteſt cæteris documento eſſe. Terē. in eu. Quæ futura eſſe debēt exempla in eum indigna. Rurſus exemplū dicił illud quod adhibeł rei aut probādæ aut ornandæ cauſa. Vnde pars probationis vocał ab exemplis. Et in elocutione exemplū inter ornamenta numeratur. pro quo exemplar dici nō poteſt. Similiter exemplū vocał quod vulgo dicił monſtra. Ci. Si quis purpurā aut aliud quippiam vęndēs dicat: ſume a me ſed huius exemplū aliūde rogabo tibi quod oſtendā. aut ſi aceruos dicāt ſe tritici habere & eorū exemplum pugno non habent quod oſtendant.

¶ Exemptus. Vide in dictione Eximo.

¶ Exequor. pen.cor.ſignificat perficio.& executioni mādo. Apul. Neq; in tenebris ſed in ppatulo iuſſa domini exeq̄bar. Quādoq; declaro exprimo. Cice. Var. Habeo multa occultiora q̄ vix verbis exeq̄ poſſum.

¶ Exequię.funebre officiū.quod.ſ.in funere exequimur.ab eo dictæ ꝙ hoies pōpam poſt ſequūtur. Hinc Exequior.qđ eſt exequias facio: vł exequijs cōuiuor. Var. Ipſum ppter ius liberti ſemitracti exequianł. Hęc etiam parentalia & iuſta dicebātur.

¶ Exerceo.es.cui.exercitum.ab ex & arceo. quaſi extra arceo premo fatigo. Teren. in adel. I ſane ego te exercebo hodie vt dignus es ſilicerniū. Quandoq; Exercere eſt in operam ponere. Virg.lib.iij.geo. Exercete viri tauros. Quandoq; tractare. Col.lib.iiij. Qui vrbanas ac delicatas artes exercuerit. quādoq; habere. Sal. Iurgia diſcordias ſimultates cum hoſtibus exercebāt. quandoq; lucrari. Teren. in heau. Ancillas ſeruos niſi eos qui opere ruſtico faciundo facile ſumptum exercent ſuum omnes produxi ac vęndidi. Quādoq; probe terram colere. Virgi.li.j.ge. Exercetq; frequens atq; imperat aruis. Hierony. a ſimuli in pręfa. pſalmorū. Cogitis ergo vt veluti quiddā nouale proſciſſum iam aruum exerceā: & obliquis ſulcis renaſcentes eradicem. quandoq; inſequi. Virg. Tum vos o tyrij ſtirpē & gen⁹ omne futurum Exercete odijs.

¶ Exercito.as.frequētatiuū. Cice. pro Cluē. Homo in primis ingenioſus & in dicendo exercitatus Hinc exercitatio. de qua Idem lib.j.ad heren. Exercitatio eſt aſſiduus vſus cōſuetudoq; dicendi.

¶ Exercitiū eſt ipſe actus & vſus exercēdi operādiq;.

¶ Exercitus.a.um.participium. vt homo exercitus qui multis negocijs aſſuetus ſit & experiētia doctus & detritus. Gel. Aderat forte ibi amicus noſter homo lectione multa exercitus. cui pleraq; oīa veterū litterarū quęſita meditata euigilataq; erant. Cic.lib.v.tuſ. vſus eſt inexercitus pro nō exercitato cum ait. Aſclepiadē ferunt non ignobilē nec inexercitum philoſophū. Aliquando Exercitus ſumił pro fatigato & in laboribus aſſueto. Virg.lib.iij. Nate illacis exercite fatis. Aliquādo pro durato vt cū quis diu ſe exercendo durus hoc eſt robuſtus factus eſt corpore in laboribus perferendis. Sal. in Iug. Nabdalſa exercito corpore.i.ſolidato vt exponit Nonius.

¶ Exercitus.us. nomē. ſignificat militum copiam ab

exercendo.quia vt inquit Var. fit melior. Vege. lib.ij. Numerus militũ exercitatur: vnde ex re ipſa atq; ope exercitus nomẽ accepit: vt ei nunq̃ liceret obliuiſci q̃ vocabaẽ. Docet etiam Vegetius romanos milites tam veteranos q̃ tyrones exerceri ſolitos ad omne gen⁹ armorum. Oẽs enim artes iugibus exercitijs proficiũt: cuncta exercitatione conualeſcunt: vt merito dictũ ſit quotidiana exercitia ad ſanitatem plus ꝓdeſſe q̃ medicos. Et nõ vnã cohortem neq; vnã alam ſed numeros multos militũ exercitum eſſe Vl. ſcribit.

¶ Exercitorius. qui ſe exercet.

¶ Exercio.is.iui.itum. ab ex. & ſarcio cõponitur & ſignificat Sarcio.

¶ Exentero.as.pe.cor. perforo. Plau. in epi. Acutum cultrũ habeo qui exenterẽ marſupiũ ſenis.

¶ Exeo.is. extra eo. egredior & cõſtruitur tã cũ accuſatiuo q̃ cum ablatiuo. vt exeo domũ. & exeo domo. per tranſlationẽ exire eſt liberari. Luca. lib. xx viij. Ne hoc faciat atq; ęrũna exeatis. Itẽ vitare. Virg. li. v. Corpore tela modo atq; oculis vigilantibus exit. Itẽ erũpere: vt apud eundẽ li. ij. Nõ ſic aggerib⁹ ruptis cũ ſpume⁹ amnis exit. Exire de poteſtate ſignificat mẽtis impotẽ fieri. Cice. li. iiij. tuſ. Itaq; iratos ꝓprie dicim⁹ exiſſe de poteſtate. i. de conſilio: de ratione: de mente.

¶ Exero.is.pe.cor. exerui. exertũ. ab ex & ſero. ſignificat extraho. emitto. eleuo. nudo. Sta. Fulgentẽq; exerit enſem. Oui. li. j. faſ. Credibile eſt illos pariter vitijſq; iociſq; Alti⁹ humanis exeruiſſe caput. Idẽ. Exerit hęc humerũ veſtes trahit ille ꝑ altas. Col. li. viij. poſuit pro exeo cũ ait. Nã dũ vincula exerere conanẽ nõ quieſcũt.

✱ Exerti dẽtes dicunẽ extra os ꝓducti vt equo. Cc.

¶ Exerto.as. ab exero. Virgil. lib. iij. At ſcyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris Ora exertantem & naues in ſaxa trahentem.

¶ Exfio ſignificat purgo. a quo Exfitus.us. pro purgatione.

✱ Exfir veteres ꝓ purgamẽto poſuere. Cc.

¶ Exhæredare. vide in dictione Abdico.

¶ Exhalo.as.penul.ꝓd. extra halo ſpiro. Lact. lib. vij. Quos autẽ morbus interimit ſpiritũ diutius exhalant Vir. li. vij. ſæuãq; exhalat opaca mephitim.

¶ Exhaurio is. prſus euacuo finio. Vir. li. iiij. Heu quibus ille Iactat⁹ fatis quæ bella exhauſta canebat. Inde inexhauſtus. pro infinito. Sic dicim⁹ Gratias Deo inexhauſtas replico.

¶ Exhęrbare. eſt hęrbas extirpare. Col. lib. v. Perticalis fere ſalix eundem agrũ quẽ viminalis deſiderat. melior tamẽ riguo prouenit. atq; ea taleis cõſeritur & cum germinauit ad vnã perticã ſummittitur. crebroq; foditur atq; exhęrbatur: nec min⁹ q̃ vinea pampinatur. Et alibi. Exhęrbãdus eſt locus.

✱ Exhebeum gẽma qua aurifices aurũ poliunt. Cc.

¶ Exhibeo.es.pen.cor. profero & in publicum deduco: & videndi tangendiq; hois facultatem p̃beo. vel re oſtendo. quaſi extra ſecretum habeo. Paulus. Exhibere. eſt facere in publicũ poteſtatem: vt ei qui agit experiundi ſit copia. Exhibere negociũ eſt labore vel moleſtia afficere. Cice. lib. iij. offic. Quod cũ audiſſet adoleſcens negocium exhiberi patri.

¶ Exhorreo. a quo Exhorreſco. pro expaueſco. Plan. Ciceroni. Sed nõ poſſum non exhorreſcere ſiquid intra cutẽ ſubeſt vulneris quod prius nocere poteſt q̃ ſciri curariq; poſſit. Ibi paſſiue. Vir. actiue dixit li. vij. Aduentat: vult⁹ ne ve exhorreſcat amicos.

¶ Exibilo as.penult.cor. ſignificat cum ſono vocis & populari tumultuariaq; ſibilatiõe expello derideo. Cice. Hiſtrio ſi paulũ ſe moueat extra numerũ: aut ſi verſus pronũciatus vna ſyllaba breuior aut longior exibilatur atq; exploditur.

✱ Exiſilare aliquem dicebãt veteres dũ populari & tumultuaria ſibilatione eum expellebant. Cc.

¶ Exigo is.pen.cor. exegi. exactũ. excludo. eijcio. expello. quaſi extra ago. Plau. Itaq; omnes exegit foras Et exigere eſt debitũ repetere Ci. Caſſio. Lõgiores expectabo vel poti⁹ exigam. Hinc exigere pecuniam dicimur: quę nobis debetur. Et exactores vocantur q pecunias exigunt. Interdum eſt conuenienter poſtulare Lact. li. iiij. Sapientia ſpectat ad filios quę exigit amorem. Interdum vehementer & cum inſtantia poſtulare. Hiero. in pro. Thobiæ. Mirari non deſino exactionis veſtræ inſtantiam. Exegiſtis eñ librũ chaldęo ſermone ſcriptum ad latinũ ſtilum trahã. Interdũ agere ſeu traducere. Teren. in Hecy. Illiq; exopto vt reliquã vitam exigat. Interdum ꝑdiſcere inquirere. Virgi. Quærere conſtituit ſociiſq; exacta referre. Sueto. in Cæſare Britanniam petiſſe ſpe margaritarum quarũ amplitudinem cõferentẽ interdũ ſua manu exegiſſe põdus. Interdum facere. Virgi. Quos improba ventris exigit ęgcos rabies. Interdum definire cõſtituere. Idem lib. iiij. Decreuitq; mori ſecũ ipſa modũq; exigit. Interdũ Cõplere. Plaut. in am. Mẽſes iam tibi exactos eſſe vides. Interdum vi extorq̃re. Cice. lib. de di. Et cũ eſſet tritici modius ſeſtertijs duob⁹ pro frumẽto in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exegiſſe.

¶ Exitium ab exeo.is. Feſtus. Exitium antiqui ponebãt pro exitu: nũc exitium peſſimũ exitum dicimus. Vnde & mors dicitur. aliquando calamitas. Teren. in phor. Quod ego nũc ſubito huic exitio remediũ inueniam miſer? Colu. lib. j. Sic emunita ſola & latera horteorum ꝓhibent curculionẽ. quod genus exitij cum incidit multi opinãtur arceri poſſe ſi exeſæ fruges in horreo ventilentur & quaſi refrigerẽtur.

¶ Exitiale: mortiferum. calamitoſum. damnoſumq; Plyn. lib. viij. Ille cõtra vrinã ſpargit prudẽs hãc quoq; leoni exitialem. Virg lib. vj. Sed me facta mea & ſcelus exitiale lacænæ.

¶ Exitiabile. idem quod exitiale. Oui. li. vj. met. Dũq; manu tentat trahere exitiabile ferrum.

¶ Exilio.is.penul.cor. ab ex. & ſalio. ſignificat exeo. & quaſi ſaltando prorumpo. Cice. Tyroni. Mihi crede tuis & illius litteris perlectis exilui gaudio. Huius frequentatiuũ eſt Exulto.

✱ Exilica cauſa quæ aduerſus exules agitur. Cc.

¶ Exilium priuatio patriæ. quaſi extra ſolum. Seneca in libro de cõſolatione ad Albinam matrẽ exilium diffiniens ait. Exilium nẽpe loci cõmutatio eſt. Hãc cõmutationẽ loci aliquando ſequũtur incõmoda paupertas ignominia contẽptus quibus detractis nihil eſt qđ magnopere exiliũ ſit pertimeſcendum. nec commutatio loci oneroſa. Aſſidu⁹ enim eſt humani generis diſcurſus & naturalis quædam irritatio animis mortalium ineſſe creditur commutandi ſedes & transferendi domicilia.

¶ Exilior.aris. exul fio. Vnde ſcribitur de Ioanne apoſtolo: q Domitianus iuſſerit eum exiliari.

¶ Exilicus.a.um. quod ad exilium pertinet: vt exilica cauſa quæ aduerſus exules agitur.

¶ Eximo.is. penultima correpta. ab ex & emo. ſignificat excipio. ſeu aufero. Teren. Vbiubi inueniam pãphilum vt ęgritudinem in qua nunc eſt eximam: atq; expleam gaudio. Au. lib. viij. cõ. De vinculo deſiderij cõcubitus quo arctiſſimo tenebar: & ſæcularium negociorũ ſeruitute queãdmodũ me exemeris narrabo. Vñ Exempti dicuntur excepti. Exemptus apud iuriſcon-

ſultos dicitur qui a ſuo iudice:ſiue iuriſdictiõe ordinarij ſubductus eſt.

¶ Exẽptile.pe.cor.qđ auferri & eximi poteſt. Col.lib. viij. Quadratę perticę paxillis ſupponitur vt auem recipiãt aſſilientem. Sed idcirco ſunt exemptibiles vt cũ res exigit a paxillis deductę liberum aditum conuertẽtibus ſtabulũ prębeant.

¶ Eximium.excellẽs egregium:ab eo ꝙ in ſacrificijs optimum pecus de grege eximebať. vel ꝙ eximia ſpecie animal numini offerendũ. Et eximij porci dicebantur maiores qui ad ſacrificandũ electi erant ſignati macula:aut nota:ſicut egregię oues e grege electæ. Nam quod a vulgo exemptũ eſt:ſingulare dicitur ꝙ in aliorum ordinẽ nõ ſit redigẽdũ. Vnde Vir. eximias hoſtias dixit quę ad ſacrificiũ deſtinatę eximuntur a grege: vt Quattuor eximios pręſtãti corpore tauros. Dicitur & in malũ. Cic.in ver. Sin hãc vos in rege tam eximiam iniuriam:tam acerbã neglexiſſe.

¶ Exin.pro exinde. ꝓpter hoc quapropter. Ideo. Liui.li.j. Vt igitur pauloante animũ inter fidenatẽ romanũq; rem ancipitem geſſiſti:ita iam corp⁹ paſſim diſtrahendum dabis. Exin duab⁹ admotis quadrigis in curru earum diſtentũ illigat Metium.

¶ Exinanio.is.ab ex & manio. euacuo attenuo. & ad nihilum redigo.

¶ Exinſperato.aduerbiũ quod non ſperabatur. Liui. li.j. Tum clamore qualis exinſpirato fauentiũ ſolet iro mani adiuuant militẽ ſuum.

¶ Exis dictio gręca ἕξις qua ſignificatur habitus. Ply. in epiſtolis. Ad tantã ἕξιν ſtudio & exercitatione peruenit. ſed cũ h hexis. ἀπὸ τοῦ ἔχειν.

¶ Exiſtimo.as.penul.cor.puto iudico.& quaſi ex eſtimatione ſtatuo atq; decerno. Hinc Exiſtimatio quę fere ſemper paſſiuę ſignificationis eſt. & pro reputatione ac bona fama capiť: vt homo magnæ exiſtimationis.i.de quo oẽs bene opinantur. Pau.iurecon. Exiſtimatio eſt dignitatis illæſæ ſtatus legibus ac morib⁹ cõprobat⁹: quæ ex delicto noſtro auctoritate legum aut minuitur aut conſumiť. Minuitur quoties manente libertate citra ſtatũ dignitatis pœna plectimur. ſicut cũ relegatur quis: vel cũ ordine mouetur: vel cum ꝓhibetur honoribus publicis fungi: vel cum plębeius fuſtibus cęditur: vel in opus publicum datur: vel cũ in eam cauſam quis incidit quę edicto perpetuo infamiæ cauſa memoratur. Conſumitur vero quoties magna capitis diminutio interuenit id eſt cum libertas amittiť veluti cũ aqua & igni interdicitur.

¶ Exiſto appareo emineo prodo exurgo exalto. Cic. de diui. Sũmerſus equus voraginibus non exiſtit. Et iterum. Exiſtit hoc loco quæſtio ſubdifficilis. Et lib.ij. offic. Atqui eo tẽpore tantæ diſcordiæ ſecutæ ſunt vt & tyranni exiſterẽt & optimates exterminarẽtur. id eſt exurgerent vel exaltarentur.

✠Ex iure manũ conſerere dicitur quaſi ſimul coniungere & commiſcere manus in rem de qua erat controuerſia.Cc.

¶ Extare.eminere ſupereſſe. Virg. Torpent mole noua & ſummis vix cornibus extant. Vnde extare dicuntur libri qui demortui non ſunt. Cic.quæ: vt ſcis:extat oratio. Nam vt de hoĩe qui adhuc viuit dicim⁹ ſupereſt:quaſi nõ eſt ſub terra humatus:ita de rebus extant quaſi extra ſtant & non intra atq; in tenebris latent. Et eſt tranſlatio ſumpta a ſtatua quæ ſtat & apparet. Huius contrarium eſt Intercido:quod eſt pereo. Plyn.lib. xxxv. vtrũq; cõplexus eſt. Iam vero & oneraria nauibus: quoniã & pericula expingimus: ne quis miretur & rogos pingi exceptis operum claritatibus quæ & ipſa cõuehiet attingi ſiue extant ſiue intercidere. Interdum extare eſt manifeſte eſſe. Lactan.lib.iiij.ſi cęleſtib⁹ beneficijs extiterit ingratus.

¶ Exlex: qui ſine lege vel extra legem viuit.

¶ Exoculaſſo.is.vide in dictione Oculo as.

¶ Exoche eminentia vel excellentia latine diciť. Vnde Catexochen dicitur per excellẽtiam. ἐξοχὴ...

¶ Exodiũ genus cantus. vt inquit Iul.pol. quẽ cedentes de theatro cantare conſueuerant. ab ἐξ ὁδῶν. Sunt qui exponant exodiũ eſſe cantum. ab ἔξω extra ᾠδὴν cantum. Erant enim ſecundũ eos exodia ridicula verſibus intexta fabellis attellanis potiſſimum iſerta quę ſine cantu ſolebant iuuenes iactitare. Iuue. Tandemq; redit ad pulpita notum exodium. Et iterum. Vrbicus exodio riſum mouet attellanę. Sueto.in Tyberio. Vnde vox attellanico exordio ꝓximis ludis aſſenſu maximo excepta percrebruit lurcum capreis naturam liguriire. Exodium etiam ſignificat exitũ quaſi ἔξω τῆς ὁδοῦ.i.extra viam. vnde Var. finem vię appellat exodium. Idem. Quod cœperas modo in via narra: vt ad exodium deducas. Vnde etiam exodus liber quo iudæorum exitus ab ægypto deſcribitur. Sed ſecunda ſyllaba corripitur in exodo.tam in prima ꝙ̃ in ſecunda ſignificatione. ꝙ̃uis alterum ab ὁδοῦ quod viam ſignificat:alterum ab ᾠδῆς.i.a cantu cuius ſyllaba penultima eſt producta.

¶ Exoleſco.is.eui. ab exoleo fit. & ſignificat creſcere deſino. Vnde Exoletus maſculũ ſcortum: ſeu pathicũ concubinũ iam adultũ & fere dimiſſum ꝙ creſcere deſinit ſignificat. Olim Alexander Romanorũ impator exoletos heliogabali iuſſit deportari: aliquos etiã naufragio mergi. Scribit Ply. Hominẽ creſcere ad annos vſq; terſeptenos in longitudinem: tum deinde in plenitudinem. Aliquãdo Exoleſcere eſt vehemẽter creſcere. Vnde Exoletus.a.um. pro vehementer adultor Plau. Reliqui domi exoletam virginem. aliquando ſignificat veterem fieri:deficere. Agrętius. Adoleſcere augmenti eſt: moleſcere coagmenti. exoleſcere vaneſcentis eſt. Plyn.lib. xxxvij. Carchedonij neſcio an in totum exoleuerint poſtꝙ̃ metalla ęris ibi defecerũt. Col.libr.ij. Nam multa ſunt vt dixi quæ negligentia exoleſcant & fiant ſterilia. Vnde Exoletus:& ab vſu remotus. Quinti.lib. viij. Obſcuritas fit in verbis etiam ab vſu remotis: vt ſi commentarios quis pontificum & vetuſtiſſima fœdera: & exoletos ſcrutatos auctores idipſum petat. Liui. Arte agendum exoleto iam vetuſtate odio.

¶ Exoluo.is.quod ligatum erat perfecte ſoluo. Plau. in epi. tu vt exoluã manus. Lactan.lib.j. Religionum animos nodis exoluere pergo. Item Exoluere eſt perfecte ſoluere. Hiero. in proœ. epi. pſal. Sunt nonnulli qui votum quo deo vouerunt ſe in ſingulos dies pſalterium totum in eius laudem eſſe dicturos: vel diabolo exagitati: vel e cõtrario ieiuniorum auſteritate: vel debilitate corporis id exoluere nequeãt. Item præmio afficere. Lactã.lib.x. Imperatori omniũ deo fides ſeruanda eſt: qui nõ tantum viuẽtibus ſed etiam mortuis poteſt virtutes exoluere. Itẽ Expedire liberare. Ter. in hecy. Illas errore & te ſimul ſuſpitione exoluas.

¶ Exomides.genus veſtis ꝙ̃ alijs ſuperponiť. Sũt qui comicorũ veſtimẽtũ eſſe intelligãt exertis humeris.

¶ Exorbito.as.penul.cor.quaſi ex orbita recedo. Orbita vero veſtigium eſt rotæ decurrẽtis ſiue circuitus: Aug.lib.viij.ciui.dei. Non eis cedentes ad aliquid approbandum vel perpetrandũ quod exorbitet ab itinere ſapientiæ & lege iuſtitiæ.

✠Exorbito ex tecto decedo & ꝗſi extra orbitã eo.Cc.

¶Exorcizare inquit Augu.lib.j.de beata vita eſt per diuina immūdum ſpiritū adiurādo expellere. Exorciſmus adiuratio. Exorciſta adiurator. ſed ſpiritus ridēt barbariſmos.ideo dicēdum eſt exorgibare nam componitur ex ἐξ καὶ ὀργὴ ἐξ.θερ ῥῆμα κχὶ σουϊδασ ἐξ ὀργεῖν εἰσ ὀργὴν ἐμβαλεῖν.⁎Id eſt ex ira. hinc verbū.& Suidas ex cōcitando in iram inijcere.

¶Exordiū.initium. Vir.li.iiij.æn.Quonā reginā ambire furētē Audeat affatu quę prima exordia ſumat.Cice.lib.j. ad heren. Exordiū eſt principiū orationis per quod animus auditoris vel iudicis conſtituitur vel apparatur ad audiendum.

¶Exordior.iris.exorſus.īcipio.Plaut.in aſi.Pergam quo occœpi & ibi cōſilia exordiar.Virg.li.ij.ge.Nō hic te carmine ficto Atq; p ābages & lōga exoria tenebo.

¶Ex ordine ſine intermiſſione.Virg.lib.iiij.ge.Septē illū totos phibent ex ordine menſes fleuiſſe.

¶Exorior.naſcor emergo exurgo.Terē. Tu ſola exorere quæ perturbas hæc tua imprudentia. Et exoriri inuadere eſt.Nam vt Dona.inquit.Qui expectās aliquem inuadit exoriri dicitur.

¶Exorno.as. valde orno: ſeu magnifice apparo inſtruo.Plaut.in aul. Repudium rebus paratis: exornatis nuptijs.Teren. in eu. Ita viſus eſt dudū quia varia veſte exornatus fuit.nūc eo videť tibi fœdus quia illā nō habet.Interdū Exornare fœdare dicić.Idē in heau. Ego ne ſi viuo adeo exornatū adeo depexum dabo vt dum viuat meminerit ſemper mei.

¶Exors.tis.extra ſortem.Cui cōtrariū eſt Cōſors.

¶Exoro.pen.pdu.orando induco: ſeu orando impetro.Ter.in phor.Nequeo te exorare vt maneas triduū hoc.Idem.Orator ad vos venio ornatu prologi:ſinite exorator ſim.Interdū exorare ſignificat p magna gratia orare pſertim quando cum duobus accuſatiuis conſtruitur.Plaut.in cap. Vnū exorare vos ſinite nos. Sic dicim⁹.Hoc vnū te exoro.Hoc eſt vnū p magna gratia:ſiue vnū magnopere te oro. Quod ppoſitio ex.& oro cōmode & naturaliter expetunt.

¶Exorabula. ab Apuleio vocātur omnia artificialia argumenta quibus orator per vim eloquentiæ iudices exorat.

¶Exos.ſine oſſe.Lucil. Exos & exāguis tumidos pfluctuat artus.

¶Exoſſo.as.oſſa detraho.Terē.in adel.Cōgrū iſtum maximū in aqua ſinito ludere paulıſp. Vbi ego venero exoſſabitur. Apul. Exquāmat⁹ atq; exoſſat⁹ piſcis vix palpitat amplius.

¶Exoticus.a.um.penul.cor.peregrinus aduentitius. Plau.in muſ.Non poſſum olere vnguēta exotica hoc eſt aliunde apportata.

¶Expando.is.vide in dictione Pando.

¶Expalpo.as elicio. Plaut.in aul.Nunc ſeruus argentum a patre expalpabit.

¶Expapillo.as. vſq; ad papillam denudo. Vnde brachium expapillatū dicitur. Plau.in mili. Idē connexū in humero lęuo expapillato brachio.

¶Expato.as.pe.pro.Expatare eſt in locū patētem ſe dare.Pacu.Expatāt ſe oēs:publiceq; oſtendunt.Et ſic a pateo fit.Quidā a ſpatiū deriuāt. vt ſit. Expatare in ſpatiū ſe conferre.Sed & ſpatiū a patendo deducić.Nihil eīm aliud eſt ſpatiū q̄ locus ſiue tempus patēs.Hoc eſt interuallū vel loci vel temporis.

¶Expectoro.as.pe.cor.extra pectus eijcio.Cice. lib. iij.de ora. Tum pauor mihi ſapientiā omnē exanimato expectorat.

¶Expello.is.eijcio.Plau. Ancillā domo expulit.

¶Expulſo.as.frequentatiuū.quod ſignificat frequēti pulſu agito.Mar. Si me nobilib⁹ ſcis expulſare ſiniſtris Sum tus ſi neſcis ruſtice redde pilā. Hinc Expulſor:& expultrix verbalia.Ci.Expultrixq; vitiorum.

¶Expulſim aduerbiū. ſignificat frequēter pulſando.

¶Expeculiati.dicūtur ſerui ſine peculio.quo vocabulo vtitur Plaut.

¶Expecto.as.ab ex & ſpecto ſignificat obſeruo. Teren.in an. Expecto quid velis. Quoniam vero aſpiciētes aliquid diligenter manere diutius eodem loco ſolemus expectare: quandoq; pro manere capitur & opperiri. Terē.in phor. Senem quoad expectatis veſtrum? Item pro deſiderare. quoniam quæ deſideramus cum voluptate aſpicimus. Vir.in.ij. Expectate venis. Ter. in an. Expecto quid velis.i. deſidero ſcire quid velis. Vnde expectatus pro odioſo & moleſtæ vitæ.Nam filijs parentes aut amabiles ſunt: aut expectati. amabiles boni.expectati mali.quorum mora ī dies ſingulos expectanda & exoptāda eſt.Item pro ſperare. Vir.li.j. ge. Sed illos Expectata ſeges vanis eluſit ariſtis.

¶Expedio.is.penult.cor. libero & quaſi pedum ligamenta diſſoluo. Siſen. libro tertio hiſto. Inermes armat: impeditos expedit. Aliquando ponitur pro Explico. Seneca. Iam diu vtile ſit expedi. Aliquādo pro extra fero profero. Virg. Cereremq; caniſtris expediunt. Aliquando pro extollo. Idem. Tum vero augurium rutuli clamore ſalutāt Expediūtq; manus. Et expedire eſt vtile ſeu bonū ac neceſſarium eſſe. Sed hoc tantū in tertia perſona ſingularis vel pluralis numeri. Terē.in heau.Expedit bonas eſſe vobis. Idem ī phor. Noſtrapte culpa facimus vt malos expediat eſſe dum nimiū dici nos bonos ſtudem⁹& benignos.hoc eſt cōgruat & quaſi neceſſe ſit.

¶Expediti milites dicuntur leuioris armaturæ & ſine impedimentis.

¶Expeditio vocatur cum exeunt milites ad bellum. q; expediant rempubli.aut ſe a cæteris negocijs. Curtius. Omnem expeditionem ac militarem apparatum adduxit.

¶Expendo.is.di.ſum.pondero. Plaut. in aſi. Quot pondo te cenſes eſſe nudum? At pol ego qui te expendi ſcio.nudus vinctus cētum pondo es per pedes quādo pendes. Quandoq; ſignificat exacte examino conſydero. Cice.libro pri.offici. Quæ contemplantes expendere oportebit: quid quiſq; habeat: ſua eadēq; moderari. Ambro.libro primo offic. Expendat atq; examinet verba ſua. Quandoq; eſt perfecte ſoluere. Virgi.lib.ij.ęn. Et ſcelus expendiſſe merentem a Locoonta ferunt id eſt pſoluiſſe.Quandoq; exponere erogare Vnde Expenſæ dictę ſunt. Hierony. Qualiter fauente deo tota hæc dies expendatur in laudem & cum gaudio celebretur.

¶Expenſa.æ.ſumptus.

¶Expio.as.vide in dictione Pio.as.

¶Expergo.is.xi.ctū.quaſi exporrigo.a ſomno excito.Cice. Experge te iam.vnde Experectus excitatus. q; recentes a ſomno exporrigi & extēdi ſolemus.

⁎Experſum madefactum dicimus.Verg. Sanieq; experſa natarent limina.Cc.

¶Expergiſco.is.& Expergefacio. & Expgifico actiuam ſignificationem habent. Plynius. Vrtica lethargicos expergiſcit tactis cruribus magiſq; fronte. Gel. Ingenio expergificando ratus idoneas. Cicero. Expergere facias ſcripſit pro te expergefacias. Expergiſcor & expergefio paſſiuum. Cicero. Expergiſcimini aliquando atq; exurgite. Ab Expergiſcor fit Experrectus ſecūdum Diom. Expergitus ab expergor. Et expergefactus.ab expergefio. Expergitus dicitur

qui ſaciatus ſomno ſponte vigilat. Vñ & Luci. ait. Ego
e ſomno pueros cum mane expergitus clamo. Exper
rectus a quiete impeditus. Sal. Experrecti ſomno ar-
reptis armis tumultũ facere. Expergefact⁹ qui p alium
ſomno excitatus eſt. Feſtus aliter. Experrect⁹ qui per
ſe vigilare cœpit. Expergitus ab alio excitatus quẽ ſo
lemus dicere expergefactum.

¶ Experior. iris. expert⁹ ſignificat tẽtare. Ter. in eunu.
Oĩa prius experiri cõſilio q̃ armis ſapientem decet. Vn
de inexpertus intentatus. Virg. Nequid inexpertũ fru
ſtra moritura relinquat. Et experiri doceri. Idẽ. Vos &
cyclopea ſaxa experti reuocate animos. Vnde experti
periti dicunt. Experientia vſus doctrina.

¶ Expes. ab ex & ſpes. ſed. ſ. abijcitur & ſignificat ex-
tra ſpem: vel ſine ſpe.

¶ Expers. extra partem: vel ſine parte. & ponitur pro
ignaro rudiq;. & nullam rerum experientiam habenti.
Apul. homo rudis: omniũ bonarũ artũ expers. Quã-
doq; etiam pro eo qui nõ ſentit. Vnde expers doloris:
qui nõ ſentit dolorẽ. Expers mortis: qui nõ morit. Ex-
pers lucis qui nõ habet lucẽ. Quidam hoc nomẽ com-
poni volunt a pars quidam ab experior.

¶ Expeto. is. penultima cor. Vide in dictiõe Appeto.
⁎ Expicio cuius frequẽtatiuũ eſt expecto ex ex ꝓpoſi-
tione & ſpecio inuſitato verbo. Cc.

¶ Expilo. expilas penultima producta: Diripio deprę
dor: furtiue fraudo. dictum a pilis romanorum telis.
vel a gręco πλᾶ. q. ὁπλᾶ id eſt complano. ꝗ qui e do
mo ſupellectilem detrahũt æquare ac complanare om
nia videntur. Inde apud iuriſconſultos titulus eſt de cri
mine expilatæ hæreditatis: & qui alienam hæreditatẽ
expilauerit extraordinarie ſolet coerceri. Ci. in parad.
Si ſocios ſpolias ærarium expilas. Ouid. li. iij. me. Ex-
pilatq; genis oculos.

¶ Expiro. as. penul. ꝓduc. dictum a ſpiritu effuſo: vel
a ſpiraminibus quaſi ſpiritum emitto. Luc. lib. iij. Ex-
pirans animã pulmonibus æger agebat. Aliquãdo p
ſe plenũ eſt: vt Expirauit. i. mortuus eſt.

¶ Expiſcor. aris. diligenter quæro vbinam piſces la-
teant. Sępius tamen Expiſcari pro indagare ſumitur.
Ter. in phor. Perinde expiſcare quaſi non noris. Quã
doq; pro lucrificare. Plaut. Tandemq; neſcio quid ab
eo expiſcatur.

¶ Explano. as. pe. ꝓd. perfecte planum facio. declaro
Sal. De cuius moribus hoĩs pauca prius explananda
ſunt q̃ initium narrandi faciam.

¶ Explanto. as. Vide in dictione planto.

¶ Expleo. es. perfecte impleo ſeu ſatio. Virgil. lib. iiij.
geo. Improbus ingluuiem ranisq; loquacibus explet
Sal. Neq; prius iugulandi finis fuit q̃ Sillaões ſuos
diuitijs expleuit. Interdũ Compleo ſeu perficio. Virg.
Diſcedam explebo numerum reddarq; tenebris. Ply.
lib. xxxvj. Vlcera eorum purgant leniter: expleatq; ci-
catrices & emẽdant. Interdũ conſolor. Teren. in heau.
Hem tot mei ſoli⁹ ſolliciti ſunt cauſa vt me vnũ exple
ant. Interdũ Minuo. Nam ex. quãdoq; priuatiua eſt.
Aennius. Nauib⁹ explebant ſeſe terriſq; replebãt.
⁎ Explenũt pro explent ſcripſerũt veteres. Cc.

¶ Explico. as. pen. cor. proprie extendo: emitto. Cic.
Quæ virtus pter cęteras totam ſe ad alienas vtilitates
porrigit atq; explicat. Per trãſlationẽ ſignificat expla-
no oſtendo. Idem. lib. iij. offi. Vt quędã ſibi cõcedantur
quo facilius quę volunt explicent. Item extraho. Oui
dius. Atq; explicat enſem. Itẽ exhibeo. Marti. Expli-
cat & cœnis vnica menſa duas.

¶ Explodo. is. pe. ꝓd. ſi. ſum. ab ex & plodo ſignificat
cum ſono elido quod fit cum rem quæ non placuit cla
more & geſtu ac ſtrepitu damno. Nec proprie idem eſt
quod manib⁹ cum ſono pulſantibus eijcio ſicut Laur.
Valla docuit. Nec ſupplodo eſt pedẽ terrę incutio. Nec
complodo ſignificat aduerſas manus inuicem colli-
do. Quod non ſignificat ex ſe. alioqui Cicero fruſtra
pedem adiecisſet. lib. i. de ora. Pedem nemo in illo iudi
cio ſupploſit. Similiter Quintil. lib. xj. Pedis ſupploſi
vt loco eſt opportuna vt ait. Cice. in cõtentionib⁹ aut
incipiendis aut fouendis: ita crebra eſt inepti hominis
& deſinit iudicẽ in ſe conuertere. Aliquando per trãſla
tionem ſupploſus pro reiectus ponitur. Dama. papa.
Hieronymo. Abſciſſis opiniõibus: ambiguitatib⁹ ſup-
ploſis. Idẽ idem de Complodo dicendũ eſt: quoniam
& Hieronymus libro numerorũ manibus addidit. Ira-
tuſq; balach contra Balaam comploſis manibus ait
ad maledicendum inimicis meis vocaui te: quibus ecõ
tratio tu modo benedixiſti. Et in Ezechi. Ecce cõploſi
manus meas ſuper auaritiam tuam. Apuleius ſcribit.
Complodere vacuas manus doloris & mœſtitię ſignũ
eſſe. Quintilianus libro vndecimo. Nam etiam & Cõ-
plodere man⁹ ſcænicum eſt: pedes applodere interim
licet. Præterea ꝙ iſta verba a plodo compoſita nõ niſi
actib⁹ pedis vel manuũ accommodari poſſint minime
crediderim: q̃uis plærunq; accõmodentur. Lactantius
enim libro de opi. ho. ad linguæ actum vſus eſt cõplo-
do cum dixit. Beſtias etiam potu adiuuat. protẽta enĩ
cauataq; hauriunt aquam: eamq; comprẽſam linguæ
ſinu ne tarditate & mora effluat: ad palatum celeri mo-
bilitate complodunt. Hierony. libro Iudi. Cœperunt
buccinis clangere & cõplodere iter ſe lagenas. Cumq;
per gyrum caſtrorum in tribus perſonarent locis & hy
drias confregiſſent: tenuerũt ſiniſtris manibus lampa
des: & dextris ſonãtes tubas. Præterea: ꝙ Explodo ſi
gnificet eijcio manibus & quidẽ cum ſono pulſantib⁹:
nequaq̃ verum eſt: quoniã ſi eijcio ſignificaret: Cice. li
bro. iiij. de fi. bo. nõ dixiſſet. Quærimus autẽ non quæ
ſint iam ſed vnde ſint exploſæ eiectæq; ſententiæ Pir-
ronis Ariſtonis Heril. Et pro Cluen. Te vero illud idẽ
qđ tum exploſum & eiectũ erat nũc rei tuliſſe demiror.
Si autẽ ſignificat per pulſationẽ eijciendũ quempiam
manuũ vel pedum ſiue alio aliquo liquet explodo nõ
ſignificare eijcio: quoniã. &. copulare debet diuerſa: &
nõ temere Ciceronẽ eiectæ & eiectum ſubtexuiſſe cre-
di par eſt. Quandoq; Explodere ſignificat aliquid tam
q̃ indignũ ſeu inutile eijcere. Cice. libro ſecundo de di-
uinatiõe. Sed hoc genus diuinatiõis vita iam commu
nis exploſit. Applodo etiam Hiero. Pedibus accõmo-
dauit. Sicut ſupplodo contra Vig. ſcribens. Recorda-
re quæſo illius diei quando me de reſurrectione corpo
ris prædicante ex latere ſubſultabas & plaudebas ma-
nu & applodebas pede. Idem Damiano. Nã ſi applo-
ſiſſet pedem: intendiſſet oculos: rugaſſet frontẽ: iactaſ
ſet manus: verba tonuiſſet: tenebras ante oculos offu-
diſſet iudicibus. Igitur applodo complodo Explodo
Supplodo et ſiqua alia repertantur ſecundũ rei actum
cui applicantur: ita ſumi oportet. Et quicquid ſignifi-
cat quatio: eiuſq; compoſita idipſum plodo eiuſq; cõ-
poſita deſignãt: niſi ꝙ in ſono pulſationis diuerſa eſſe
exiſtimo: & quibuſdam actibus rerum iſta non accom
modari quibus illa.

¶ Exploro. exploras penultima producta. Exclamo:
& cum fletu quodam vocifero. Varro. Gemit explo-
rat: turbam omnem concitat. Vnde tractum eſt vt ca-
piatur pro intentius ac etiam cum voce inquirere. Vir.
Extre locoſq; Explorare nouos. Hinc Exploratores
dicti ſunt. Interdum Explorare dicitur obſeruare:
Idem libro nono. Nec non & trepidi Troes formidinẽ

portas explorant. Interdũ probare. Cice. in Catone Quis eſt tam ſtultus q̃uis adoleſcens cui ſit exploratũ ſe ad veſperũ eſſe victurũ? Interdum deliberare. Virg. Tuus o regina quod optas Explorare labor. Interdũ ſiccare. Idem libro. j. Geor. Et ſuſpẽſa focis explorat robora fumus.

¶Expono. is. pe. pd. explico declaro. oſtẽdo. Ci. lib. pri. Phil. Anteq̃ de rep. ſcribam. P. Con. exponã vobis breuiter conſiliũ profectionis & regreſſionis meæ. Vnde Expoſitio pro interp̃tatione. Idẽ. Vocat ad cœnam deinde ipſe prætorẽ: exponit copias ſuas oẽs. i. oſtẽdit. Ponitur quãdoq; p extraho: & quaſi extra pono. Virg. lib. xj. Socios de puppib⁹ altis põtibus exponit. Quãdoq; p Abiicio. Vñ infantes abiecti vt pereãt Expoſiti: ſiue Expoſitiij dicũtur. Ter. i heau. Erat hic corinthia anus haud impura: ei dedi exponẽdã. Plaut. Reuertar ad illam puellã expoſititiã. Quandoq; p expendo. Solinus. Cũ magnã his pecuniam expoſuiſſet. Quãdoq; pro Expromo. Cic. Cum tibi expoſita eſſet ad prandiũ omnis Pampbilia.

¶Expoſco. is. vide in dictione Poſco.

¶Expoſtulo. as. pe. cor. Exquiro. conqueror. ſeu querelam apud eũ ipm depono qui fecit iniuriã: & cũ q̃rela amicos inſto. & quaſi officiũ amicitiæ in alio deſydero. Et nõ ſolũ ablatiuo cũ prepoſitione iũgitur ſed etiã alij ablatiuo. Marcus Cice. filius. Lenis & facilis a te exiſtimari debeo: q nihil tecũ de ipſis rebus expoſtulẽ. Aliquãdo ſine ipſo ablatiuo vt cũ iniuria de qua q̃s rationem poſtulat in accuſatiuo ponit̃. Et tũc etiã ſignificat exquiro. Ter. in an. Sed quid agã ad cã ne & cũ eo iniuriam hãc expoſtulẽ? Iniuriã. i. rationẽ ſiue cauſam iniuriæ. Aliquãdo expoſtulare eſt vehemẽter poſtulare. i. vehemẽter velle: ratione ex quę multũ auget. Poſtulo vero pro volo ſępe ſumit̃. Ter. in an. Etiã me nunc ſeducere iſtis dictis poſtulas. De expoſtulo. Idẽ in adel. Sine in illo credidiſti eſſe hoim numero qui ita putãt ſibi fieri iniuriã vltro ſi quã fecere ipſi expoſtulãt & vltro accuſant. Do. Expoſtulatio querela aduerſus illũ ipſum qui peccauerit.

¶Exprimo. is. pe. cor. p̃mendo extraho. Ply. Exp̃ſſo vino infundit̃ aqua vinaceis. Aliquãdo Declaro manifeſto. Macro. Nihil vnq̃ locut⁹ fuit exp̃ſſius. Hiero. in prolo. Tobiæ. Quicqd mihi ille hebraicis verbis expreſſit: hoc ego accito notario ſermonib⁹ latinis expoſui id eſt elocutus eſt. Idem. Et nomen domini tetragrammaton in quibuſdam græcis voluminibus vſq; hodie antiquis expreſſum litteris inuenim⁹. i. clare vel proprie ſcriptum.

¶Exprobro. as. pe. cor. quę alijs p̃ſtiti cõmemorãs impropero. Ter. Nam iſthæc cõmemoratio quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij. Sumit̃ tamen exprobrare pro qualẽcũq; culpam obijcere. Ouid. li. xij. me. Trepidoq; fugã exprobrauit amico. Et apud euangelium. Exprobrauit incredulitatẽ illorum.

¶Expugno. Vide in dictione Pugno.

¶Expungo. is. Extrudo. atq; amoueo. Perſius. Expungam nanq; eſt ſcabioſus & acri bile tumet. Vnde etiam milites ab exercenda militia repellere adempto ſtipendio ſignificat. Seneca libr. iiij. de benefi. Pignus eſt protinus aliud inuicẽ mittere & munus munere expũgere: quod ſignificat delere ne debere videat̃. Milites eñ punctis ſcripti inſerũtur legioni & iurant vt docet Vege. lib. ij. Inde expuncti dicti deleti & a militia remoti. Indẽ Expũgi dicunt̃ iudices quãdo amouẽtur a iudicando veluti cancellati ex albo iudicũ. Diſpũgere quoq; ſimile eſt. qd̃ ſignificat Cõferre accepta & data ſicut Papinianus iureconſultus docet.

¶Expuo. is. cum faſtidio aliquid eijcio. quaſi pus extra mitto. Pus autem eſt omnis humor corpori onero ſus. Vt periculoſam cum tuſſi miſer expuo ſaliuam. Ter. per tranſlationẽ in eun. dixit. Illam vbi expueret miſeriam ex animo.

¶Exputo. as. pe. cor. ab ex. & puto. componit̃: ſignificatq; ex arbore puto & incido. Col. lib. xj. Palos vna opera cædere & exputatos acuere centum numero poteſt. Item Exputare eſt perfecte ſiue extra putare: vt apud eundem. lib. iiij. Deinde velut veteranã vitẽ totã exputare: & ad vnam materiã firmiſſimã redigere nodoſq; & cicatrices alleuare ſatis officiũ eſt. Item perfecte intelligere ſeu diſcere. Plancus Cic. Quę mens eſt: aut quorum cõſilia a tanta gloria: ſibi vero etiam neceſſaria ac ſalutaria auocarint & ad cogitationẽ cõſulatus bimeſtris ſummo cũ terrore hominũ: & inſulſa cũ efflagitatione trãſtulerint exputare non poſſum. Exputare vero cõpoſitum ab ex & ſputo habet pu ſyllabã pro. & ſignificat quaſi extra ſputare.

¶Exquiro. pe. pd. diligẽter inquiro ſecerno eligo. Vnde Exquiſita opera dicũtur opera electa quaſi diligenter quęſita. Plau. in am. Te certo heri aduenientẽ ilico & ſalutaui & valuiſſes ne vſq; exquiſiui.

¶Exquiliæ tantũ pluraliter. Romæ mõs erat ab excubijs regis: vel q excultæ fuerint a Tullo rege. Ouidi. lib. faſ. Adde q excubias vbi Rex Romanus agebat Qui nũc exq̃lias noie collis habet. Hic & exquilinus mons dicit̃. Var. Exquilinus mõs ſepticeps apud ædẽ Iunonis lucinæ vbi ęditim⁹ habitare ſolet.

¶Exta proprie iecur: cor: & pulmo dicũtur. q̃a in parte ſuperiori locant̃ ab extando. Et lien & iecur hoc nomine appellantur. quoniã ſupra inferiora inteſtina locantur. Vir. in ge. Pinguiaq; in verubus torrebim⁹ exta colurnis. Omnia ſimul cõplexus eſt. Romanorum religio ſemp extorum caput putauit iecur. Vnde Feſ. hæc omnia exta dici putauit quia dijs proſecẽt quæ extant eminentq; vt non a ſitu: ſed ab officio dicta putarit. Scribit Plyn. lib. xxx. p̃cordia vocari vno nomine exta in homine.

¶Extales: via purgandæ alui. Hiero. in li. ꝗ. Et cõputreſcebant prominetes extales eorum.

¶Extemplo aduerbiũ tota vna dictio. ſignificat ſtatim quaſi extra tempus. hoc eſt temporis cõmoditatẽ. Templũ eñ dicitur locus manu deſignat⁹ in aere poſt quem illico captãtur auguria ſeu q augures ſtatim vtſis auſpicijs: vel a templo cæli oculos auertebant: vel e templo terrę diſcedebant.

¶Extiſpices. penul. cor. dicti ſunt haruſpices ab extis inſpiciendis. Extiſpiciũ ipſa extorũ inſpectio quę alio nomine haruſpicina dicitur.

¶Ex tẽpore duæ partes ſunt: & ſignificat ex improuiſo & impremeditate. Cice. Quos credim⁹ expedire rem & conſiliũ ex tẽpore capere poſſe. Inde vocatur Extẽporalis ſiue Extẽporaria oro. Vide in dictiõe Temporalis. Aliquando ſignificat ex tempore p tẽporis conditione. Cic. lib. ij. offi. Huius gñis q̃ſtiones ſunt hæ oẽs in quibus ex tẽpore officiũ quæritur.

⁎Extẽporaneum p ſubitario accipimus. Cc.

¶Extendo. is. Vide in dictione Tendo.

¶Extenuo. as. valde tenuem facio: ſiue minuo. Cice. lib. ij. ad herẽ. Defenſor autẽ fuiſſe cauſam negabit ſi poterit: aut eam vehementer extenuabit.

¶Exterreo. es. rui. ritum. vide dictione Terreo. Hinc Exterius quod modo pauefactũ ſignificat. Vir. Plauſumq; exterrita pennis Dat tecto ingentem. Modo accenſum inflammatum. Idem. Sæuit agris aſperq; ſiti atq; exterritus æſtu.

¶ Exterebro.as.pe. cor.extra: vel valde terebro. Per traſlationē ſignificat aliq̃d extorqueo ſcrutor & curioſus q̃ro. Var.atq; oēs adeo perquirit atq; exterebrat ar

¶ Exter.a.um.pe.cor.idem quod externus. Vn (tes. de Sta. Exter honos dixit.

¶ Exterus.a.um.idem q̃d Exter. Virgi.lib.iiij Et nos fac extera quęrere regna. Fitq; ab Exter. quod ab Extra deduci certū eſt. Hinc Exterior Extimus ſicut Ab Interus interior intimus.

¶ Externus.a.um.q̃d nō eſt ex patria. Liu.li.j. Timor deinde patres inceſſit ne ciuitatē ſine imperio: exercitū ſine duce mlta circa ciuitatē irritatis animis vis aliqua externa adoriret. Proprie ſūt q̃d foris & palā eſt. At heſternus cū h.& s.fit ab heri. Ci.li j.tuſ. Dici nō poteſt q̃ ſim heſterna tua diſpoſitione delectatus.

¶ Externo.as.ab ex & ſterno dementem facio. Pacu. Sed eccā miſeram quā frequens luctus externauit.

¶ Exterraneus aduena quaſi ex alia terra. ſicut Conterraneus qui eſt ex eadem terra q̃uis id nomen parum ab eruditis vſurpetur. Exterraneus etiam vocatur qui ante tēpus natus vel potius eiectus eſt. Dictus q; eum mater exterrita eiecerit.

¶ Extero:is.penu.cor.extra tero: aut terēdo extraho Col.li.ij. Cū rurſus amplior meſſis puenerit quicquid exteret capiſterio expurgandum erit. Var.lib.j.re.ruſ. Apud alios exterit grege iumētoꝝ inacto.& ibi agitat e perticis q; vngulis e ſpica exteruntur grana. Extere te etiam dicimus aciem ferri vt exacuta ſit.

¶ Extermino.as.pe.cor.extra terminos mitto. Cic.li. ij.offi. Atq; hoc oē genꝰ peſtiferū atq; iniurium ex hominum cōmunitate exterminandū eſt. Aliquādo Exterminare ponit pro demoliri. Hiero.in Matth. Exterminātur exules qui mittūtur extra terminos. Cū ergo in euā.dicit Extermināt facies ſuas: ſemper demoliuntur debemus accipere.

¶ Extillo. as. ab ex & ſtillo. Vnde & diſtillo.extillare guttare & guttatim finiri. Ter.in phor. Hiſce ego illam dictis ita ſibi incenſam dabo vt ne reſtringuas lachrymas ſi extillauerit.i. ſi lachrymę ex corpore guttarent: aut corpus guttatim finiretur: vel totum in lachrymas conuerteretur.

¶ Extimeſco valde timeo actiuæ tantum ſignificationis repperi. Cice.in Cat. Quod igit adoleſcentes & hi quidem nō ſolum indocti ſed etiā ruſtici cōtemnūt: id docti ſenes extimeſcent?

⁎ Extimus & Extime ſuperlatiua ſunt ab interior & interius cōparatiuis q̃q̃ & latine Extremus & extreme dicitur de quo inferius. Cc.

¶ Extinguo. ab ex & Tingo. minorē in ſe vim habet q̃ opprimo. Ci.in Læ. Primū dāds opa eſt ne qua amicorū diſſidia fiāt. Sin tale aliquid euenerit vt extinctæ potius amicitię q̃ oppreſſę videant. Quaſi q̃d extiguitur poſſit redamari q̃d opprimit nō queat. Aliq̃n Extinguere eſt pfecte diſtiguere. Idē in hortē. Quā ſi ſubtraxeris qui.i. quō extigues artificē ab inſcito. Aliquādo ſignificat occidere deſtruere Lactan.li.iij. Cæleſtes animas vna cū corporibus extingunt. Idem lib.iiij. Iudæorū nomē & gentē Veſpaſianus extinxit.i. deleuit. Teren.in adel. Seni ſiam primū extinguerem ipſi qui illud produxit ſcelus.i.auferrem.

¶ Extiſpex idē q̃d haruſpex. hoc eſt q extis inſpectis futura pdicit: a quo Extiſpiciū.& Extiſpicina.

¶ Exto as. extiti. ſupinum non legi. Vide ſupra poſt Exiſto.is.

¶ Extollo.is. Vide in dictione Tollo.

¶ Extorris qui eſt extra terram.i.patriam eiectꝰ. ſicut Exul.extra ſolum. Gel. Exul extorriſq; eſto. & pprie vagabundus. Sappho ad Phaonē. At vos extorrem tellure remittite noſtrum.

¶ Extorqueo:es.ſi. ſum.vel tum. ſignificat tormēto veritatē elicio. Aliquādo etiā per vim aufero: extirpo euello. Dona. Torquemus hominē.extorquemꝰ veritatem. Cice.in Cato. Nec mihi hūc errorem dum viuo extorqueri volo. Liui.li.ij. Neq; ambigitur quin Brutꝰ qui tātū gloriæ ſupbo exacto rege meruit peſſimo publico id facturus fuerit ſi libertatis immaturæ cupidine priorū regū alicui regnum extorſiſſet.

¶ Extra prępoſitio ſeparata cui contraria eſt in ſignificatione Intra. Ab Extra deducuntur. Exter.exterus extraneus. extrarius. Extrinſecus. extro.as. extrorſum.& extremus.

⁎ Extraordinariū dicimus quod pręter ordinē fit. Cc.

¶ Extrarius.alienus q extra focū ſacramētū tuſq; eſt. Pręterea minabat ſi extrario nupſiſſet: nihil ſe filijs eiꝰ ex paternis eorū bonis teſtamēto relicturū. Hic accipitur pro eo qui nō ſit domeſticꝰ & ex eadem familia.

¶ Extraneus.qui eſt ex altera terra.quaſi exterraneꝰ.

¶ Extremus.a.um.modo initiū alicuiꝰ rei. Plaut. Ab extremo narrare incipiam.i. a principio. Modo finis. Virg. Extremū hunc arethuſa mihi. Ponitur nonnūq̃ pro ſiguo peſſimo. Idem. illam terra parens ira irritata deorum Extremā vt perhibent cœo enceladoq; ſororem progenuit. Hoc eſt peſſimā. Quod non ſine ratione eſſe videtur. quādoquidē medici affirmant deteriores eſſe qui vltimi naſcuntur.

¶ Extrinſecus. penultima correpta. Vide in dictione Intrinſecus.

¶ Extrico.as.penultima produ.ab ex & trico: quod a tricis fit. Tricæ autem ſunt impedimenta & implicationes. Et eſt Extricare.explicare. Lactan.lib.vj. Denique muta quoq; animalia cum fraude capiuntur ſi aliquo ſe modo in fuga extricauerint fiunt poſtmodū cautiora. Col.lib.iij. Sylueſtris ager præcipue eſt eligendus qui etſi frutetis aut arboribus obſeſſus eſt: facile extricatur q; ſuapte natura quęcūq; gignūtur non penitus nec in pfundum radices agunt. ſed per ſumma terræ diſpergunt atq; deducunt.

¶ Extricabile.a quo exiri poteſt. Cuius cōtrarium eſt inextricabile. Pli.lib.xxxvj. Intus labyrinthum inextricabilē: quo ſi quis improperet ſine glomere lini exitum inuenire nequeat.

¶ Extro as.exeo. Nā ſicut intrare ingredi eſt. ita extrare egredi. Afra. Simul limē intrabo: illi extrabūt illico

¶ Extrorſum.ſignificat extra verſus: ſicut introrſum intra verſus.

¶ Extruo.is.ædifico. Hiero. ad Iulianū. Extruis monaſteria.multus a te numerus ſuſtentatur.& Extruere ordinare. Cice.in Cato. Caret epulis: extructiſq; mēſis frequentibus poculis.

¶ Extrudo.is.penult.pd.extra trudo: per vim expingo expello. Ter.in Hecy. Eo amantē inuitū Pamphilum extrudit. Plaut.in aul. Nam qua nūc me cauſa extruſiſti ex his ædibus.

⁎ Extubero verbū fit a tuber & ſignificat inflor excreſco & quaſi in tuberis formā efficior. Cc.

¶ Extundo.is.extorqueo.vel inuenio: Vir.li.j. Geo. Vt varios vſus meditando extūderet artes paulatim:

¶ Exturbo.as.e loco deijcio.

¶ Exubero.as.pe.cor.quaſi ſuperabūdo. Tractū ex vberibus lactantibus. Col.in pfa. In aſia myſiaq; denſa & glutinoſa terra maxime exuberat.

¶ Exupero.as.pe.cor.ab ex & ſupo. quaſi ſup ſupero

¶ Exudo.as.pe.p. Emitto. Plyn. Eſt autē trium generum: vnū arbor ipſa exudat humi: modo alterū manat

in plaga. Vir. vero li. j. ge. Exudat inutilis humor. dixit pro exudatur. Non em̄ humor ſed terra deſudat.

¶ Exugo. is. pe. cor. xi. ctum. quod & Exugeo. es. dicitur ꝑ extra ſugo. Plaut. Iam ego me cōuertā in hirūdinem: atq; eorū exugebo ſanguinem.

¶ Exuceū. per duplex cc. dicit̄ qđ eſt ſine ſucco.

¶ Ex vinculis cauſam dicere. ſignificat vinctū reſpōdere criminibus.

¶ Exuerræ. purgatio quędā domus ex qua mortuus ad ſepulturā ferēdus eſt q̄ purgatio fit ꝑ euerriatorem certo genere ſcoparū adhibito ab extra verrēdo dictę.

¶ Exul. ab Exilio. is ſicut p̄ſul a p̄ſilio eſſe cōuenit vñ & exiliū eſt qđ analogiā verbi ſeruauit. Nec obſtat mutatio litterę. i. in u. euphoniæ cauſa. ne exil & p̄ſil dicat̄ ꝙ nimia exilis & incōcinna eēt ꝓnūciatio. aut certe ab exulto & p̄ſulto ſunt in qbus ſicut & in cęteris Inſulto reſultoq; frequentatiuis mutat̄ i. in u. Nā exulto notū eſt. At p̄ſulto apud Liu. lib. vij. Si tu pmittis volo illi bellue oſtēdere qñ adeo ferox p̄ſultat hoſtiū ſignis me ex ea familia ortū q̄ gallorū agmē ex rupe Tarpeia deiecit. Eſt igit̄ exul ab exilio & p̄ſul a p̄ſilio. Pari em̄ mō iſta ſumi oportet: vt vñ exul: inde & pręſul: & vnde pręſul inde & exul extra p̄poſitionea capiam⁹. Nā exul nō quiſq;. Aliter eñi nō recte dicit̄ niſi cū exilierit vñ exulat: facinus ab eo admiſſum in eum aiaduerteret̄: vt ſit propter aliqd morte dignū: cuius cauſa in exiliū ꝓfugit. Ci. pro Aulo Ceci. Exiliū nō eſt ſupplicium ſed ꝓfugiū portuſq; ſupplicij. Nā qui volūt pœnā aliquā ſubterſugere aut calamitatē eo ſolū vertūt hoc eſt ſedē & locum mutant. Itaq; in nulla noſtra lege reperit̄ apđ ceteras ciuitates maleficiū vllū exilio eſſe mulctatū: ſed cū oēs vincula neces ignominiaſq; vitant q̄ ſunt legibus cōſtitutæ cōfugiūt quaſi ad arma in exiliū. Qui ſi in ciuitate legis vim ſubire vellent: nō prius ciuitatē q̄ vitā amitterēt. Exul tñ etiā qs dicit̄ cū ſit innocens ob ſuſpitionē ſeditiōis aut ꝓditionis. Vñ Feſtus inqt Solum aūt quin ſignificet locū qs dubitet? cū exules quoq; dicātur loco patrię ſuę pulſi. Ci. pro domo ſus. Hūc tu etiā portētoſa peſtis exulē appellare auſus es cū tantis ſceleribus eſſes notatus? Et iterum. Quid em̄ exul: ipſum per ſe nomē calamitatis nō turpitudinis.

¶ Exulo. as. pen. cor. patria priuatus ſum. Et duob⁹ modis dicit̄. i. de loco in quo exul eſt: & de quo eiectus eſt. Ter. in eu. Nam domo exulo. Hier. ad Paulinum Eſchines cum rhodi exularet.

⁎ Exulabūdus abūde exulās & in exilio vitā agēs. Cc.

¶ Exulto. as. ab ex & ſalto. a. i u. mutata ſignificat geſtu corporis lętitiā exhibeo. Dicimuſq; Exulto reb⁹ ꝓſpere geſtis. Ci. lib. de rep. Eſt igit̄ qđdā turbulentū in hoib⁹ ſingulis: qđ vel exultat voluptate: vel moleſtia frāgit. Hiero. in ꝓuer. Lætant̄ cū malefecerint & exultant in reb⁹ peſſimis. Itē. Exultare eſt cū iactātia gloriari. Ci. in Cato. Annibalē iuueniliter exultantē patiētia ſua molliebat. Itē eſt geſtu vel dicto iniuriā facere. Vir. lib. v. Exultātia haurit corda pauor. Itē Sæuire. Cic. li. iiij. de rep. Quę ſanguine alitur: q̄ omni crudelitate ſic exultat: vt vix hoim acerbia funerib⁹ ſatiet̄. Hęc tñ ſignificata ad idem redeūt: vt Exultare ſit ſupra modū exilire atq; efferri: & quaſi geſtib⁹ ſaltibuſq; affectū animi oſtendere ſiue ira id fiat ſiue ſęuitia: ſiue voluptate aut alia ai affectiōe. Proprie vero Exultare ē extra ſaltare. Vir. li. iij. Exultātq; vada atq; æſtu miſcētur arenæ.

⁎ Exultabundus abunde exultans. Cc.

⁎ Exum extra ſum. Sic eñi lictor in qbuſdā ſacris clamitare ſolebat hoſtijs vinct⁹ Mulier virgo exeſt o hoc eſt nō itroito. q a ſcilicet igredi ea ſacra ꝓhibebant̄. Cc.

¶ Exundo. as. Vide in dictione Abundo.

¶ Extuo is. ab ex & ſuo. q̄ſi diſſuo & exoluo. Vir. Extulit exutas tendēs ad ſydera palmas. Qñq; ſpolio. Cui contrariū eſt Amicio. Liu. li. j. Primo ſe agro paterno auitoq; exuiſſe deinde fortunia alija. Lactā. li. j. Extuūtur etiā veſtib⁹ flagitante populo. Qñq; Detraho. Vir. li. ix. Sic ait illachrymās hūero ſimul exuit enſem. Qñq; Denudo. Idē. magna oſſa lacertoſq; Exuit. Qñq; Depono. Ci. ꝓ Liga. Nōne hūanitatē oēm exuiſſes?

⁎ Ex vtilitate pro vtilitate. Cc.

¶ Exuuiæ. ab exuēdo. ſicut Induuiæ ab Induēdo. Et nō ſolum hoim tegmina aut veſtes dicuntur: ſed etiā aialium. Virg. lib. ij. ge. Cū poſitis nouus exuuija.

F LITEra a Priſciano īter mutas numerat̄ ab alijs inter ſemiuocales eo ꝙ a Vocali incipiat & in ſeipſam terminet̄. Hęc alio nomine digamma dicta eſt: quia duplicis gāma Figurā detineat. Ea in latinis tantum vtimur. in græcis vero ph.

F. ante A

¶ Faba. gen⁹ leguminis noti⁹ q̄ vt a me declaret̄. Cuius diminutiuum eſt Fabula.

¶ Fabarius. a. um. quod ad fabam pertinet. vt inſulæ fabariæ. De quibus Plyn. Inſulis quas ob id fabarias appellant: quia. ſ. ſponte fabas generent.

⁎ Faba gręca. aliter lotos dicit̄. Plyni⁹. faba gręca quā romę a ſuauitate fruct⁹ ſilueſtria quidem: ſed ceraſorū pene natura loton appellant: &c. Cc.

⁎ Faba porcina a græcis ὑοσκύαμος dicit̄. Faba Freſa dicitur mola leniter fracta. Cc.

¶ Fabalia. Ply. Sed maior pars malunt fabalia maturæ ſationis q̄ trimeſtrem fructum eius. Nā ſiliquę cauleſq; gratiſſimi ſunt pabulo pecori. Col. lib. ij. Veteres ruſticos plærūq; dicentis audio malle ſe matura fabalia q̄ fructum trimeſtrem.

⁎ Fabariæ calēdę Iunię dicebant̄ quia hoc menſe adultę Fabę diuinis rebus adhibebantur. Cc.

¶ Fabius a faba cognomē eius qui fabam optime ſerebat. Sic Cicerones Lentuli piſones & huiuſmodi. Fuerūt autē Fabij nobiles romani ex quibus idib⁹ februarijs vna die trecēti & ſex ad vnū occiſi ſunt per inſidias a Veientibus iuxta Cremerā fluuium. Quorū cędē Ouid. lib. ij. faſ. ſic deplorat. Vna dies fabios ad bellū miſerat oēs: Ad bellū miſſos ꝑdidit vna dies. Sed qui primus Fabius dict⁹ eſt Allobrox ꝙ apud flumen Iſaram Allobrogum regem cęciderit.

¶ Fabianus. nomē viri ꝓpriū. Fabianus. a. um. a Fabius fit. Vnde dicitur Arcus Fabianus qui cōſtructus eſt iuxta regiam in ſacra via.

¶ Fabatia. a veteribus dicebatur gen⁹ libi. Ply. Quin & priſco ritu fabatia ſuę religionis dija in ſacra eſt.

¶ Fabula diminutiuū a faba. Plau. in Sti. Pro operibus noſtris ſatis cōmodule nucib⁹: fabulis: ficulis. Eſt & fabula res paſſim diuulgata etiam ſi vera ſit a fando dicta. Iuue. It noua nec triſtis per cunctas fabula cœnas. Et fabula quæ ad delectationem & vtilitatem inuenta eſt rerum nec verarum nec veriſimilium: vt ꝙ daphne verſa ſit in laurum. Apologus non differt a fabula: ſed tantum addit: vt præter id ꝙ ſit res ficta & nō veriſimilis vt fabula: allegorice tamen aliquid contineat qđ ad vitā & mores ꝑtineat. vt ſunt ęſopi fabulæ.

Argumentum eſt res non vera: ſed tamen veriſimilis:
vt ſunt argumenta comœdiarum. Fabulæ ſecundum
ritus & habitus hominum noiabanẽ. Romanę enĩ to-
gatę dicebantur: quia toga romana eſt. Sic græcas fa-
bulas ab habitu æque palliata a Var. ſcribit noiari. To-
gatarũ genera quattuor. Sunt enĩ togatę quæ p̃texta-
tæ dicunẽ in quibus imperatoris negocia agebãt & pu
blica & reges romani vel duces inducunẽ perſonarum
dignitate & ſublimitate tragœdijs ſimiles. Prætextatę
autem dicuntur: quia fere regũ vel magiſtratuũ in hu
iuſmodi fabulis acta comprenduntur. Secundum ge
nus togatarum tabernarię dicuntur humilitate perſo-
narum & argumentorum ſimilitudine comœdijs pa-
res in quibus non magiſtrat⁹: ſed humiles homines &
priuatæ domus inducuntur: quæ ꝙ oliuæ tabulis tege
renẽ cõmuniter Tabernariæ vocabantur. Tertiũ gen⁹
attellanæ. Quartũ planipedes: de quibus alibi. Sciẽdũ
eſt ꝙ fabulę nomẽ ab auctorib⁹ fœm. gñe ꝓferri ſolet.
Ter. in eunuchũ ſuã. Iuue. vero maſculino ꝓtulit. Nec
dum finitus Horeſtes.

❡Fabella diminutiuum eſt a fabula.

⁎Fabitorem veteres dixerunt quem nunc fautorem
dicimus. Ce.

❡Fabuloſus ſa. ſum. celeberrimum de quo omnes
fantur. Vel fabuloſum dicitur de quo multa fingun-
tur. Horat. lib. j. car. Vel quæ loca fabuloſus lambit e-
daſpes.

❡Fabolinus putabaẽ deus qui pueris primo fari inci
pientibus pręeſt.

❡Fabulor aris. loquor. Hiero. Solæ cum ſolo ſponſo
aut lectionibus ſacris: aut ſanctis meditationibus ſe-
cum fabulamini: vt ipſe vobiſcum. Et⁹ compoſitum
eſt confabulor. Ter. Si quando ad eum acceſſerat cõ-
fabulatum.

❡Fabulator qui fabulas edit: vt Aeſopus.

❡Faber a faciẽdo nomẽ eſt: ad ſignificãs ſpãle cui ad-
hæret adiectiuũ. Nã eſt ois artifex qui labore corporis
aliquod artificiũ facit: vt faber lignari⁹ faber ferrarius:
faber murarius & hmõi.

❡Faber a. um. ad fabrum pertinens. Vnde Fabre ad-
uerbium.

❡Fabre artificioſe. Plau. Vt apologiam fecit? Quan-
doq; fabre. Hierony. in exo. Quicquid fabre adinueni
ri poteſt dedit in corde eius. Et paulopoſt. Vt ſcirent
fabre operari quæ in vſus ſanctuarij neceſſaria erant.
Veteres affabre pro eo quod eſt pulchre dixerũt: ſicut
Infabre fœde turpiter. Pacu. Barbariẽ peſtem noſtris
nauibus obtulit noua figura factam commiſſam infa-
bre.

❡Fabrefacio ędifico: artificioſe compono. Plau. I ca
ſi. Nec fabulam aſtutiorẽ vllus fecit: atq; vt hęc fabre-
facta a nobis. Vnde fabrefactum opus. i. artificioſe fa
ctum ſiue manu artificis.

❡Fabrico as. & Fabricor deponens pe. cor. in eadem
ſignificatione ꝓ compono. Oui. li. xiij. me. Crateræ ę-
neæ quem iã fabricauerat alcon. Ci. li. iij. de ora. Capi-
tolij faſtigiũ illud & cæterar ũ ædiũ nõ venuſtas ſed ne
ceſſitas ipſa fabricata eſt. Trãſferẽ etiã ad aim. Curtius
Multa interea fabricatus ingenio quõ auertere ide ho
ſtem poſſet.

❡Fabrica proprie fabri lignarij officia q̃uis & de alijs
officinis dicatur. Ponitur etiam pro arte & fabricatiõe
alicuius rei. Vnde & ædificium fabricam dicim⁹ & ma-
chinationẽ Plau. Nunc hoc conſiliũ capio & hãc fabri
cam apparo vt filias dicas tuas.

❡Fabrile pe. ꝓ. qđ eſt fabri: ſiue quod ad fabrum pti-
net: vt opus fabrile. Hora. Quod medicoꝝ eſt tractãt
medici tractãt fabrilia fabri.

❡Fabricius nomen Romani ciuis frugaliſſimi: qui in
tenuiſſimo cẽſu pſamnitũ mũera forti aĩo ſpreuit. Hic
nor ma paupiatis & exemplum apud Romanos q pa
tellam & ſalinum ex argento tantum colendoꝝ deoꝝ
cauſa domi habuit: ita tamen vt patella corneo pedi-
culo ſuſtineretur. Cuius filiæ ob paupertatẽ de publi-
co dotibus donatæ ad maritos ierunt portantes glori
am domeſticam: pecuniam publicam. Hunc Pyrrhus
epirenſis nullo auro: nullis pollicitationibus expugna
re potuit vt ſecum eſſe vellet ac ꝓximum a rege princi-
cipatum obtineret. Qui dixit Pyrrho: non hoc illi con
ducibile eſſe: nam ſi epirotæ inquit ambos nos norint a
me regi q̃ abs te mallent. Higi. in li. de viris illuſtri. ſcri
bit legatos pſãnitũ obtuliſſe dono Caio fabricio grã
dem pecuniam. Tum Fabricium planas manus p om
nia fere corporis membra deduxiſſe: & legatis ita re-
ſpondiſſe. Dum illis omnibus membris quæ attigiſſet
imperare poſſet nunq̃ quicq̃ defuturum: & ita pecuni
am repudiauit.

❡Fabrateria oppidum campaniæ a quo fit Fabrater
nus.

❡Facio facis feci. factum. Cuius paſſiuũ facior apud
veteres in vſu erat. vnde etiam compoſitum cum ad.
cõ. de. ex. in. ob. pro. præ. per. re. & ſub. Plerũq; fit acti
uum: vt afficio or. Conficio or. Deficio ꝓ derelinquo
deficior. Efficio or. Inficio or. Vñ res ĩfecta dr̃. i. nõ fa-
cta. Officio or. Perficio pficior. Proficio or. nõ inueni:
ſed proficitur imperſonali vſus eſt Sta. lib. iij. the. ꝓ-
ficitur bello. Pręficio or. Reficio or. Sufficio or. Scien
dum eſt ꝙ facio in compoſitione cum retinet a tamen
ſecunda & tertia perſona q̃ in prima accentum ſup fa.
ſyllabam ſeruat quia a breuis ſit: vt benefacio is. Ma-
lefacio is. Fabrefacio is. Madefacio is. Pinguefacio is.
Aſſuefacio. Calefacio. Cãdefacio. Excandefacio. Con
docefacio. Commonefacio. Frigefacio. Feruefacio.
Conſuefacio. Tepefacio. Diſſuefacio. Mãſuefacio. Or
befacio. Stupefacio. Satiſfacio. Vacuefacio. Patefa-
cio. Ignefacio. Vmbrefacio. Cõgelefacio. Putrefacio.
Pudefacio. Labefacio. Expgefacio. Torrefacio. Ro
refacio. Nigrefacio. & ſi qua alia reperiantur. Quæ tñ
habent e ante f. indifferentem: pręſertim quando ver
ba cum quibus componitur facio: ſunt ſecundę cõiu
gationis. Hor. in Ser. In noſtris iugulo ferrum tepefe
cit acutum. Catul. Alta tepefaciet permiſta fulmia cæ
de. Eſt autem Facere proprie i opere eſſe. i. qui rei quã
facit faciẽ quãdã ĩpõit. vñ a faciẽdo facies dr̃. g. n. facit
vas: vaſis faciẽ illi ĩponit. Qui veſtimentũ veſtimen
ti faciem. Interdum ſumitur pro Recipere. vt facio ſti
pendia. Pro Exhibere. Ci. pro Murę. Nolite a ſacris pa
trijs iunonis hoſpitæ cui omnes conſules facere neceſ
ſe eſt domeſticum. Pro ſcribere. i. componere. Vñ Do.
in Ter. Facit qui materiam componit vt Menander.
Pro Aeſtimare Ply. li. xxix. Sed hoc i. ſum mercede
faciunt: vt fidea ijs ſit & facile diſperdãtur. Plau. i Cur.
Migrare certum iam nunc e fano foras quando ęſcula
lapij ita ſentio ſentẽtiã: vt me nihili faciat: nec me ſal
uum velit. Sic dicimus. Magni facio. parui facio. tanti
facio. quod eſt ſumme æſtimo: nullius ęſtimo: tanti æ
ſtimo. Iungitur & gtũa lucri. ſed non in hoc ſignifica-
to. verum in ſuo vt Lucrifacio. Plau. in perſa. Nõ ædę
pol nauis trecentis cara eſt. Feciſti lucri. quod exponi
poteſt Feciſti multum lucri. Similiter Sumpti facio. i.
in aliqua re emenda ſumptum facio. Idem. Si nũc me
ſuſpẽdam meam operam luſerim & præter operam re
ſtim ſumpti fecerim. Paſſiuo etiam fio Ci. vſus eſt Ti
roni ſcribens, quantam diligentiam in valitudinem tu

am contuleris: tanti me fieri a te iudicabo. Nec compoſita ſunt cum multa ex his aperte diuiſa ſint. Plaut. in cur. Reſpicio vos nihili meam gratiam facere. Idem in Ru. Minacias ego flocci nō facio tuas. Ci. Cecinæ. Vtebar familiariſſime Cæſare. Pompeium faciebam plurimi. Transfertur hoc verbum facio ad omnia. Nam & facere verba dicimus id eſt loqui. Facere iter. i. ire. Facere terrorem. i. terrere. Facere aliquem certiorē reddere alicuius rei indubium Facere gratum. Facere ludos. Facere ſolēnitatem. exhibere. Facere vrinam meiere. Facere ſordes: ſordeſcere. Facere pediculos emittere. Facere copiam. poteſtatem pbere. Facere lucrum Lucrari Facere etiam pati eſt: vt feci iacturam: damnū naufragiū. Item Facere ſacrificare. Virgil. Cum faciam vitula pro frugibus ipſe venito. i. cum ſacrificabo. Plaut. Plenam faciam tibi fideliam. Item Conuenire. Mart. Non facit ad ſæuos ceruix niſi prima leones. Item Prodeſſe. Plyn. Hoc & tuſſi facit Item rem obſcœnam facere. Plau. Mauult ancillæ facere q̄ libertæ. Item Tacere. Ter. in adel. Ah minime gentium non faciam. Q d Do. exponit. Nō tacebo quaſi tacere aliquam actionē habeat. Sed moralis ſignificatio eſt & communis omnibus. Sicut aduocatum dicimus malefeciſſe cum tacuerit. Pertinet & ad pecuniam quę fieri dicit. Sal. Quę pecunia ad hiſpanenſe bellum Metello facta erat. Facio iniuriam iniuſte facio. Ter. in Hecy. Et facis iniuriam cum fingis fabulas cauſas ad diſcordiam. Deniq; Facere vt Papinianus inquit omnem omnino faciēdi cauſam cōplectitur. dandi ſoluendi: numerandi iudicādi: ambulandi reddendi. Vnde qui ocioſus ſedet ſi rogetur quid faciat recte reſpondere poterit ſe nihil facere. quandoquidem ocioſus eſt. Recte etiam ſedere. quoniam & ſedere ipſum aliquid facere ē: vt iacere nauigare quieſcere. Faciam vt te plurimū amē. i. plurimū amabo. Faciā vt tibi pſim. i. tibi pdero. Fac te eē q ſū. i. finge te eſſe me. vel pone te loco mei. Facto opus eſt fieri opus eſt. i. factu. Dici opus eſt dicto opus eſt pro dictu. Quomodo enim infinita rem verbis ſignificant. ſic hæc participia pro infinitis verbis ponuntur & ſignificant paſſionē. Supina in. u magis ſignificanter nominatiuo iunguntur. vt nec dictu facilis: nec viſu effabilis vlli. Factum iri audio illi iniuriam ſignificat ad contumeliam faciendam operam dari quo fiat iniuria. Item factum itur mihi contumelia. Cato pro ſe contra Caſium. Atq; euenit ita quirites vt in hac contumelia quæ mihi propter huiuſmodi petulantiam factum itur rei quoq; publicę medius fidius miſerebar quirites. A facio item fiunt verba primæ coniugationis in co terminata quæ prope infinita ſunt vt Sacrifico magnifico deifico clarifico ędifico viuifico mortifico iuſtifico falſifico & huiuſmodi.

❡ Faceſſo. is. faceſſi. ſecundum. Priſ. faceſſitum. ſecūdum alios faceſſum. ſecundum alios nō habet ſupinū. Et ſignificat ad faciendum eo. vt Viſo ad vidēdum eo. Virgilius. haud mora continuo matris præcepta faceſſit. Interdum Faceſſere eſt diſcedere. Nec mirum. Altera enim ſignificatio alterā gignit. Nam & qui ad faciēdum quicq̄ it diſcedit vt id faciat. Hinc vulgo dicitur. Abeat facere facta ſua. Terentius in phor. Dic quid velis dari tibi in manum vt herus his deſiſtat litibus. Hęc hinc faceſſat. i. ſua curatum abeat. Dona. Faceſſat pro hinc ſe faciat. i. abeat. Cicero in Horten. Faceſſant igit qui docere nihil poſſunt quo melius ſapientiuſq; viuamus. Interdum ſignificat exhibere ſeu inferre. Nec tamen a ſignificatione ſua faciēdi recedit. Cic. Apio pul. Cum eſt nobis allatū de temeritate eorum qui tibi negocium faceſſerent. Hui9 paſſiuū ptulit pro Clu. Sed hoc polliceor omnib9 ſicut faceſſit negocium.

❡ Factito. as. penultima correpta ſępe facio. Cic. lib. ij. off. Hæc apud maiores noſtros factitata. Facto debet eſſe frequentatiuum a facio: ſed pro eo vtimur Factito.

❡ Facturio is. penultima correpta facere deſidero. Quod nonnulli ad rem veneream transferunt. Plaut. Facturit poſt ancillam aſpexit. hoc eſt coire cupit.

❡ Factor: nomen verbale qui aliquid facit: vt cum dicimus deum factorem cœli & terræ. Interdum dicitur qui vinum: vel oleum: vel quid ſimile facit. Similiter qui alterius manualia negocia gerit: vt qui fruges domum vehit. Cato. Lectum ſtratum vbi duo cuſtodes libere cubent & tertius ſeruus vna cum factoribus vbi cubet. Idem. Leguli volunt vti olea caduca q̄ plurima ſit quo plus legaī factores vt in tabulato diu ſit vt fracida ſit quo facilius efficiant. Inde factus.

❡ Factus. us. & Factum dicebāt qd vno tpe cōficerēt quem alij centū quadraginta modiorum. alij centum viginti.

❡ Factū res geſta. Virg. Fortia facta patrum.

❡ Factura. ę. cōpoſitio rei quā facim9.

❡ Factiti9. a. um. quod de aliqua re fit in altam. Ply. li. xij. Ergo in vtraq; gente bina laudaui genera terrenū & factitium. Factitium etiam dicitur ab alicuius ſimilitudine Factum. Vnde factitia verba quæ ab alicuius vocis ſimilitudine facta ſunt: vt balantes a balādo oues dicuntur.

❡ Facinus pe. cor. a facio deducitur & modo factum ſignificat vt apud Sal. Qui aliquo negocio intenti p̄clari facinoris: aut bonæ artis famam q̄runt. Modo ſcelus Cic. li. iij. offi. Ab hoc nulla fraus: nullum facinus aberit.

❡ Facinoroſus ſceleſtus & flagitioſus.

❡ Facilis pe. cor. dicitur ſine labore. vt hæc res facilis eſt factu. Cuius cōtrarium eſt difficilis: quæ nō ſine labore fieri poteſt. Et difficiles terræ dicuntur quæ non ſine labore fructum producūt. Vir. Difficiles primum terræ colleſq; maligni. Aliquādo facilis dicit exorabilis & ad ignoſcendum paratus: vt faciles venerare napæas.

❡ Facile aduerbium: ſine labore: vt nō facile dici pōt Eſt etiam confirmantis aduerbium & ſignificat haud dubie: liquido: certo: nullis aduerſantibus: vt Cæſar illius ciuitatis facile princeps. Cice. Quæ mea ſententia in ſenatu facile valuiſſet. Et iunctum cum nomine exigit ſuperlatiuum: vt facile doctiſſimus. Iungitur etiā nominibus quæ diuerſitatem ſignificant vt facile diſſimilis. Et verbis cum præ compoſitis: vt facile pſtat. Quandoq; ſignificat libenter: vt facile patior me a te laudari. Antiqui tamen Facultet & facul pro facile dixerunt.

❡ Facilitas habitus eſt quo quis aliqd facile facit vel facilis eſt ad faciēdū aliqd. Et facilitas exorabilitas ſeu indulgentia. Ter. in Hecy. Etſi ego meis me oib9 ſcio etiā apprime obſequentē: ſed nō adeo vt facilitas mea corrūpat illoꝝ animos.

❡ Facultas proprie facilitas agendi: vt nō eſt mihi facultas adeundi pontificem. Cuius contrarium eſt difficultas. Aliquando facultas ſumitur pro opibus qm̄ cum diues qs exiſtit facile quod vult agit. Petronius. Quiſquis habet nummos ſecura nauiget aura: Fortunamq; ſuo temperet arbitrio. Multa loquor: quoduis nummis pręſentib9 opta. Et veniet: clauſum poſſidet arca iouem. Aliquando pro poteſtate & vi. Ply. Si mihi facultas daretur vtrum mallem eligendi. Et facultas eſt vis quædam quæ facit vt id facilius fieri poſſit quod de vnaquaq; arte pręcipitur. Eſt enim gen9 oīm

artium: q̄a ſic diffiniri pōt. Dialectica eſt facultas diſſerendi. Rhetorica eſt facultas dicēdi: & ſic de alijs: quoniam p eas facile inſtruimur.

⁎ Faculter veteres dixere ſiſiter & facul p facile ſiue faciliter. Cc.

¶ Factio ab initio honeſtū vocabulū. Vnde factiones hiſtrionū & quadrigariorū dicebantur: nūc noīe factionis ſeditio & arma dr̄. Nam eſt diuiſio ciuiū in diuerſa ſtudia: cū aliq̄ ſe principes facere in ciuitate conantur: inter quos eſt æmulatio. Et q̄ eos ſequunt̄ factioſi appellant̄: quia. ſ. affecti ſunt ad factionē. i. diſcordiā & ſeditionē. Tertulian⁹ in Apologetico. Cū pbi cū bōi cōgregant̄ nō eſt factio dicēda: ſed curia. Interdū factio capit̄ p opulentia & auctoritate alicui⁹ in ciuitate. Plau. in aul. Iſtas magnas factiōes: dotes dapſiles: nihil moror. Quattuor apud antiquos fuerūt factiones. Veneta: praſina: alba: roſea: a coloribus noiatę. Caſſiodorus quattuor colores harū factionū cū partib⁹ anni quaternis aſſimilat. Praſin⁹ virēti veri dicatus erat. Roſe⁹ flāmeę æſtati. Venetus nubilę hyemi. Alb⁹ pruinoſo autūno. Sue. ſcribit. His addidiſſe Domitianū duas: alteram aurati: alterā purpurei pāni. Hæ pnicitate curſus inter ſe decertabant fauoreq̄ pp̄ľari ſiue imperatorio ex his præualebat vna.

⁎ Factionū principes ſiue capita dicunt̄ p fas & nefas factioſorum multitudinē ſibi conciliantes. Cc.

¶ Facies & vultus differunt: q vult⁹ voluntas ſit quę pro motu animi in facie oſtenditur. Vide Ser. Vultus eſt voluntatis iudicium: qui pro voluntatis varietate mutatur. Virgil. Spem vultu ſimulat: præmit altum corde dolorem. Inde etiam cęli & terræ vultū appellamus: q̄a mutari cōtingit. Facies vero ipa ſpecies. Sal. Prorſus i facie vultuq; vecordia ierat. Sumit̄ tn̄ facies p totius corporis forma vt Do. in Eu. Terē. exponit. O faciem pulchrā. Faciem mō nō partem corporis dicit. Sed totā ſpeciē quę apparet & cernitur. Vt enim ab aſpectu ſpecies: a fingendo figura: ita a faciendo vel a factura corporis dicit̄ facies. Plau. in penu. Sed earum nutrix q̄ ſit facie mihi expedi. Statura nō magna corpore aquilino: ipſe eſt. Neq; ſolū de hoib⁹ dicit̄. ſed & de litteris: vt Egregia litterarum facies: De montibus: de mari: & de cęteris quoq; rebus cum ſit ingenitus cuiuſq; rei aſpect⁹ haud facile mutabilis. Inde ſupficies non diſcrepās a facie dicit̄ facies: vt facies maris. Sal. lib. ij. hiſto. Sardiniam aphrico facie veſtigij humani i occidentem q̄ in orientē latior. Idem. Quibus rebus p mota ciuitas atq; immutata vrbis facies erat. Dicimus tamen cōfuſe facie fœdata & vultu fœdato. Quādoq; etiā facies p ſpecie dr̄. Vir. Quæ ſcelerū facies o virgo effare. Antiq vt notauit Gellius declinabāt Hęc facies huius facies vel facij p facici.

¶ Facetus a fando deduci videt̄: & is videt̄ qui verbis facit quod vult. Eſt enim elegans in dicendo nō tantū circa ridicula. Cum dicat Horatius. Facetum catoni genus natura cōceſſum eē: Virgilio decēs: ſed excultę cuiuſdam elegantię hęc appellatio eſt a quo facete aduerbiū pereleganter vrbane. Quidā a faciendo deriuant: vt is ſit qui geſtibus aut verbis ita alium imitatur vt ſe illū faciat.

¶ Facetię ſunt quaſi delitiæ quædam ſermonis & dicta vrbana ſine ſcurrilitate: quę etiam in factis itelligi poſſunt.

¶ Facundus diſertus a fando: q ea q̄ mente cōceperit ad audiētes facile atq; ornate profert. Hic facūdia quæ eſt facultas differendi cum gratia.

¶ Facula pen. cor. parua fax inciſus fuſtis. Fit autem ex piceis arboribus p̄cipue: ſiue ex arūdinibus aridis Eſt aūt diminutiuū a fax.

¶ Facularij dicunt̄ qui faculas geſtant.

¶ Fęx per ę diph. vt Apul. docet. & tā maſ. q̄ fœ. generis eſt. Et hoc vt differat in dtō a ptō verbi facio. Et eſt Excremētū cuiuſcūq; rei. Cuius diminutiuum eſt Fæcula. ⁎ Deduciturq; a facio. Cc.

⁎ Fæcē ciuitatis hoies viles & abiectos aliqn̄ vocam⁹ non q homines ſint ſordes ſed q vitam agant ſordidam & abiectam. Cc:

¶ Fæculentus. a. um. quod eſt fæcis plenū.

¶ Fęcatum vinū quod e fęcibus exp̄ſſum eſt inqt Cato. Hoc eſt quod inter vina operaria numeratur: cū ſit aquatū. Vn̄ & defęco as. fęce purgo.

¶ Fæcutinus a. um. pe. pro. ſimiliter a fęce fit. Gel. eas finitiones pręrancidas: neq; fæcutinas grāmaticas ſpectaueris: ſed aurē tuā interroga quo quid loco cōueniat dicere.

¶ Fæciniæ vuæ dictę ſunt. q̄ pluſ q̄ cęterę fęcis afferūt. Et alio noie a colore Rubellanę vocant̄.

¶ Fagus. Vide in dictione. Phagus. φηγόσ.

⁎ Fagutal fuit Romæ ſacellū Iouis in quo erat fagus arbor. q̄ Ioui ſacra habebatur. Cc.

¶ Falę. turres lignee ob altitudinē dictę a fādo qđ thuſcicęlū vocabāt. Quidā tā p ph. ſcribūt. Vn̄ & Phalarica de quo loco ſuo.

¶ Falx. a farre. littera cōmutata. Falces in cāpania ſeculæ dicuntur a ſecādo. Et aliæ fœnarię: aliæ Adorę: aliæ dumarię q̄ & Sirpulę a ſirpando. i. alligādo. quib⁹ ſecant dumeta. aliæ Dumariæ.

¶ Falcicula diminutiuū parua falx.

¶ Falco. as. Vn̄ & Defalco: amputo ſiue tollo.

¶ Falcidia. lex quę amputat legata: qn̄ ſaltem quarta pars bonorum nō ſuperſit hæredibus.

¶ Falcito as. pe. cor. falce cædo. Aug. in pſal. Adduxiſti me ad vineā vt falcitē illam & amputem.

¶ Falcarius. a. um. qđ ad falcē ptinet: vt cotes falcarię quibus falces acuūtur.

¶ Falcarij. qui falcibus vtunt̄. Cic. li. j. inuectiuarū cōtra Catil. Dico te prima nocte veniſſe inter falcarios. quē locū exponēs Priſ. ait inter falcarios. i. in locū vbi ſunt falcarij.

¶ Falcatus. a. um. qđ formam falcis habet. Ply. lib. x. de Gallo loquēs. Ipſum vero cantū plauſu laterum in ſublime quoq; caudā falcatā erigēs. Rurſus falcatum dicit̄ falcibus inſtructū. Vnde falcati currus dicti ſunt. Macro. Inducebat etiam currus cū falcibus & elephantos cū turribus.

⁎ Falcifer falcem ferens. Cc.

¶ Falco. auis: cuius digiti pollices intus ſunt curuati a ſimilitudine falcis. itaq; dicit̄ falco nō q falcatis vnguibus: ſed q roſtro: & alis & tota falcata ſit i rapinā: ſicut accipiter: qui græce dicitur ιεραξ ιερακοσ κοινοσ δε λλοι ποιητικωσ ιρηξ. ē enim auis ſacra augurio & ideo dicitur accipiter quaſi auis accepta ter. affert eī̄ & nūtiat optimum augurium rebus agendis volatu in ſiniſtrū: idcirco græci auē ſanctā & ſacram appellant vel accipiter: q acciperet Iuppiter ab illa tam bonum augurū: omnes enim ſunt fœminæ. tamen maſculinę declinant̄ & q vulgo dicūt̄ moſcardini ſunt mares: ita errorē dep̄ndit poſterior ætas vt affirmant p̄ncipum aucupantes.

¶ Fallo. is. fefelli. falſum. decipio a fando deductū verbū vt inqt Var. q contra q̄ diximus decipiam⁹. Ponit̄ & p lateo. Liu. Speculator carthaginenſis q p bienniū fefellerat Romę dep̄nſus p̄ciſis manib⁹ dimittit̄. Hui⁹ cōpoſitū eſt refello.

¶ Fallax inquit Augu. lib. ij. ſoli. is recte dicitur cuius

negocii eſt: vt quiſq; fallatur: vel qui hēt quādam fallendi appetentiam.

℄ Fallaciter. aduerbiū. ſignificat cū decipiendi.

⁎ Fallā p fallacia dixere veteres. Cc.

℄ Fallaciæ dicunẽ verba ad fallēdū cōpoſita. Inde fallacioſus. a. um: quod eſt plenū fallacijs. Gel. Veterum teſtimonia quibus huiuſmodi ambages fallacioſę confutantur.

℄ Falſarius. qui decipiendi gratia ſcripta publica falſificat.

℄ Falſidicus. pe. cor. & falſiloquus qui falſa loqui conſueuit. ſicut Veridicus qui vera fari conſueuit. Vir. li. j. ge. Solem quis dicere falſum audeat? id ē fallacē. Participiū vero paſſiue ſumitur. Ter. in an. Falſus es. i. decipetis. Falſus tamen tutor dicit qui nō eſt tutor. ſicut falſum ē teſtamentum quod non eſt teſtamentū. Falſus liber improprie dicitur mendoſus. Recte aūt falſū iudicium. falſa ſententia. falſum nomē. pro non veris nō fallendi gratia dicta ſint ſed q hoim opinionē fefellerint.

℄ Falſum habere eſt fallere. Sa. in Iug. Neq; ea res me falſum habuit.

℄ Falſo. aduerbiū: nō vere Sal. Falſo querit de natura ſua genus humanū.

℄ Falſo as. falſū facio. Au. li. v. cō. Cū dicerēt ſcripturas noui teſtamenti falſatas fuiſſe a neſcio quibus.

⁎ Falſifico verbū decipiendi gratia ſcripta publica falſo ſcribere īn falſificatio. Cc.

Falern⁹. regio Cāpanię vbi colles vitiferi ſunt. Varro. Quid in Italia vtenſile nō mō nō naſcitur ſed etiā non egregiū nō ſit? Q ď far cōparandū cāpano? Quod triticū Apulo? Quod vinū falerno? Q ď oleū Velafrano? Pro vino vero & maſ. & neu. generis eſt. Mar. Rhęſinata bibis vina falerna Tib. Nunc mihi fumoſos veteris proferte falernos.

℄ Fallonia. eſt culpa iniuria pp̄ter quā vaſall⁹ amittit feudū. nomina barbara.

℄ Faliſci. populi hetruſci fuerūt quoꝝ oppidū Falerij vocabaẽ. Ouid. Adde ſenē iunonicolaſq; faliſcos. Ibi fuit vrbs: mons faliſcoꝝ dicta: quā nūc corrupte Monteflaſconē appellāt. Eſt & faliſcus venter nō diſſimilis lucanię inuentus primo in faliſcas. Papi. li. iiij. ſyluarū. Nō lucanica nō graues faliſci.

℄ Fama. a fando dictio media. Eſt. n. qcqd de aliquo diuulgatur: ſiue in bonū: ſiue in malū. Vir. li. iiij. Neq; enī ſpecie fama ve mouet. i. īfamia vt exponit Nonī⁹. Fama etiā dicit de re inueterata firmataq; in hoim opinione q̄uis incerta. Mar. Quicqd Fama canit donat arena tibi. Quint. Fama eſt olim iouem in imbrem aureū cōuerſum puellæ in gremiū deſcendiſſe. Interdum dicit opinio. Ply. Huc eū liberalitatis tuæ fama perduxerat. Interdū Laus ac celebritas: vt fama Scipionū: Fama Camilloꝝ. Virg. Sum pius Aeneas fama ſup æthera notus. A fama Diffamo & Infamo deducūt. de quibus alibi. Famella diminutiuū.

℄ Famoſus. a. um tā in bonū q̄ in malū. In bonū. Iu. Famoſos eqtū cū dictatore magiſtros. Hier. de Iudith Hęc erat in oibus famoſiſſima qm̄ timebat deū valde: nec erat q diceret malū verbū In malū. Cic. li. ij. de ora. Me ad famoſas vetuit mater accedere. Sal. Largitionē famoſam ipudentemq;.

℄ Famiger. pe. cor. qui fert famā. Famigero. as. diuulgo. Famigerabilis diuulgandus.

℄ Famen. locutio & ſermo a fando dictū: vt illud Ne leui ſaltē maculare vitā famine poſſet.

℄ Fames edēdi cupiditas a φάγω edo. Et differt ab inedia q fames eſt ſemp cū appetitu edēdi. Inedia etiam ſine appetitu: vt i ęgrotis. Vnde meli⁹ iedia dicitur abſtinentia vel ipotētia cōedendi. nō comeſtio.

℄ Fameo es. ex quo Fameſco is.

℄ Famelicus. pe. cor. a fame & edendo dict⁹ eſt qui fame laborat.

℄ Famelicoſus: qui frequenter famelicus eſt. Vnde famelicoſam turrim paluſtrem veteres vocabant.

⁎ Famelia primo a famel deinde mutatione vni⁹ litterę familia dicta pro ipſis ſeruis. Cc.

℄ Familia in res & in perſonas deducit. In res vt in lege. xij. tabularū. Agnatus pximus familiam habeto. Ter. in heau. Decē dierū vix mihi ē familia. In pſonas autem natura aut iure ſub vni⁹ poteſtate ſubiectas vti filios nepoteſq;. & deiceps ſeruitutes quoq; appellatę ſunt familia. Var. Si ab fundo longius abſunt oppida aut vici fabros pcurent quos habeant in villa ſic cęteros neceſſarios artifices ne de fundo familia ab opere diſcedat ac profeſtis dieb⁹ ambulet feriata poti⁹ q̄ opere faciūdo agrū fructuoſiorē reddat. Vnde & paterfamilias & materfamilias. Hoc aūt nomē primo a famul deī de mutatione litterę u in i familia dicta pro ipſis ſeruis deinde paulatim inualuit vſus vt etiā liberi familiæ nomine & quicūq; in eadē domo viuerent cōprenderent. Poſthęc ad eos quoq; tranſlatū eſt qui ex eadē ſunt cognatione vt Cæſarum familia. Scipionū familia. Vnicus vero ſeruus familiæ noie non cōtinet nec duo faciunt familiam.

℄ Familiaris. quando adiectiuū eſt ſignificat qď ad familiā pertinet. Vnde familiaria negocia: res familiaris res domeſtica. Cic. & ſi negocijs familiarib⁹ &c. Quando vero eſt ſubſtātiuū ſignificat amicū nobiſcum verſantem & diuturna cōſuetudine nobis aſtrictū quaſi in eadem familia nobis coniunctū: q̄uis etiam familiaris dicatur & pprie de eo qui ex eadem familia eſt. Ci. ad Q. fratrem Aeſopi tragœdi familiaris ſeruus tibi notus aufugit.

℄ Familiaria dnt ſepulchra q̄ quis ſibi ac familiæ ſuæ cōſtituit: ſicut ſcribit iureцō. de religioſis.

℄ Familiaritas conſuetudo ipſa.

℄ Familiariter domeſtice ad ſimilitudinē familiariū. Familiariter fero. i. grauiter & moleſte. Nāq̄ ſūt nobis familiaria: ea aīo noſtro ſunt chara. Ter. i an. Hui⁹ mortē tam fert familiariter.

⁎ Faminor ſecunda perſona multitudinis imperatiui futuri a verbo faris qď veteres p dicito vſurpabāt. Co.

℄ Famulus qui & famul. originē hēt ab oſcis populis apud quos ſeruus famul dicebaẽ. Vñ & famulor aris. qď eſt ſeruio tanq̄ ſeruus. Ci. li. ij. de repub. Eſt enī genus iniuſtæ ſeruitutis cū ij ſunt alterius qui ſui eſſe poſſunt. Cū aūt hi famulantur.

℄ Famulatus us. Famulitas & Famuletiū pro ſeruitute. Ci. Qui aliquādiu propter ignorātiā ſtirpis & generis in famulatu fuerint. Var. Apud ignauum dñm duro famuletio aſtrictus. Dicitur etiā Famuletium ſeruorū copia. Macro. Vnus e famuletio cui prouicia erat admittere volentes dñm conuenire.

℄ Famulanter aduerbium a famulās ſignificat ſuppliciter.

℄ Famularius a. um. qď ad famulū pertinet. Vnde verba famularia dicta ſunt: quia infinitis famulari videantur. Quæ ſint famularia verba. Vide in dictione Incipio.

℄ Fanum templum a fatunis dijs qui ſolent diuinare: vt ait Martianus capella: vel a Fauno qui auctore Probo grammatico primus conditor fuit. Feſtus a fando q pontifex in dedicatione templi certa verba pręfari ſolet. Hinc profanus. Sunt tamen qui hoc nomen per

ph ſcribāt ἀπὸ τοῦ φανεροῦ: quod ſignificat manifeſtū ꝙ e phano rñſa dabant. Hic ꝓphanus. a. um.

¶ Fanū piceni amœniſſima ſeu Vmbrię vrbs in littore Adriatico inter Piſaurū & Senogalliā nō lōge a Metauro amne ſitum ſic dicta ꝙ in ea pulcherrimū fortūę templum fuerit.

¶ Fanatic⁹ pe. cor. inſanus dr̄: qm̄ ſacerdotes cū reſpōſa dabāt furore pleni inſanire videbantur ſe cōcutiētes Nā apud Auianū quærit̄ ſi ſeru⁹ inter fanaticos nō ſemꝑ caput iactaret & aliqua profatus eſſet an nihilominus ſanus videt̄. Dicitur & fanaticus qui fano pręeſt: aut fani cuſtos. Iuue. Et crine ſenex fanaticus albo Sacroꝝ antiſtes.

¶ Fanaticus ſinus vulgo dictus. Vide in dictione Phanates.

⁎ Fanenſes & faneſtres a fano oppido Piceni dicūtur ipſius oppidi incolæ. Cc.

¶ Faneij populi in oceano ſeptētrionali qui vt auctor eſt Ply. li. iiij. tam grandes habent aures: vt eoꝝ nuda corpora tegantur.

⁎ Fannia lex lata eſt anno poſt vrbem conditam quingenteſimooctauo q̄ ludis romanis itē ludis plębeis & ſaturnalibus & alijs quibuſdam diebus in ſingulos dies centenos æris in ſumi conceſſit: decemq; alijs dieb⁹ in ſingulis menſibus tricenos. Cęteris aūt omnibus dieb⁹ denos. Vide Gelliū li. ij. ca. xxiiij. Fanniana papyri genus a fannio quodam ſic dicta. Cc.

¶ Far farris. apud veteres de oībus frugibus dicebat̄ quia id ferret terra: vel a frangendo: ſeu a faciendo ꝙ i piſtrino fiat. Nā apud antiquos molaꝝ non erat vſus: ſed frumētū in pila miſſum frangebāt: vocabātq; Adoreū ab adolendo. i. ſacrificando. Col. li. ix. Poſt hæc cauea cum matre claudendi ſunt: & farre hordeaceo cum aqua icocto: vel adoreo farre vino aſperſo modice alēdi.

¶ Farraca pe. ꝑ. dicunt̄ cibaria a farre.

¶ Farreū gen⁹ libi ex farre factū. Plyn. Nouę nuptę farreū ꝓferebāt. Farreū quoq; veteres horreū a farre ſicut granariū a grano: & hordeū ab hordeo.

¶ Farreatio genus ſacrificij qđ fiebat farreo libo quoties nuptiæ conficerentur. Hæc etiam confarreatio dicebatur. At cum diſſoluerentur matrimonia diffarreatio dicebatur.

¶ Farrago pe. ꝑ. a farre. Et id qđ ex mixtis ſatis: vt hordeo vicia & leguminibus fit pabuli cā. Var. Inde ꝙ far ferro cæſum farrago dictum: aut ꝙ primū in farracea ſegete ſeri cœptum ſit. Vel dicit̄ a farciendo: hoc eſt ſaturando. Diuerſarū quoq; rerum commixtio farrago dici poteſt. Iuu. Quicquid agūt hoīes votū: timor: ira: voluptas: Gaudia: diſcurſus: noſtri eſt farrago libelli. Perſius. aūt farraginē ꝓ farre vel frumento poſuit cū inquit vappa lippus & in tenui farragine mendax.

¶ Farina a farre: vt li. xviij. Plyn. docet denominata ē: Ideo ꝑ duplex rr ſcribi deberet. Verū apud poetas prima corripit̄. Mart. Paſcit̄ & dulci facilis gallina farina. Ouid. de medicamine faciei. Nā puluereq; fuerint cōfuſa farinæ.

¶ Farinaceus a. um. quod factū eſt ex farina.

¶ Farinarius a. ū. qđ ad farinā ptinet. Ply. li. xviij. Farinario cribro ſuccernunt.

¶ Farinarium locus vbi ſeruat̄ farina.

¶ Farcio is. farſi. fartum ſaturo: quaſi farre impleo. & per tranſlationem ſagino: pinguefacio. Col. lib. ix. Hęc enim fere cōmunis eſt cura farcientiū. Nā illi qui volūt non ſolum opimas: ſed etiā teneras aues facere mulſea recente aqua prædicti gñis farinā conſpergūt: & ita farciunt. Huius verbi compoſita ſunt Cōfercio. Effercio. Infercio. Offercio: a quo offertiſſimum pinguiſſimum. Plau. Sine ſacris hereditatē ſum adeptus offertiſſimā. & Refercio.

¶ Farcimē pe. cor. inteſtinū varie ac minutim conciſa carne refertum.

¶ Fartores qui farcimina faciūt ex inſecta carne & adipe & hmōi. Ter. in eu. Cupedinarij oēs: cetarij: lanij: coqui: fartores.

¶ Fartilia: quibus implentur ea quæ decoquunt̄. Ply. Iecur anſerinum fartilibus creſcit mira magnitudine.

¶ Fartū eſca qua quid farcitur: vel fartum eſt. Col. lib. iij. Semꝑ ꝓderit ſimul ac folia agere cœperit ficus ſubrica amurca diluere & cū ſtercore humano ad radicem ifūdere: ea res efficit vberiorē fructū & fartū fici ſpecioſius & plenius.

¶ Fartura fartū ē ſiue actus modusve farciendi. Idem li. ix. Sed ſi faſtidiet cibū: totidem dieb⁹ minuere oportet quot iam farturæ ꝓceſſerint.

¶ Faran oppidum trans Arabiā iunctum ſarracenis q in ſolitudine vagi errant.

¶ Farfarus ſiue farfar ſyrię fluuius in radicibus libani mōtis emittitur: & per Antiochiā fluens i ſyriaco miſcetur mari. Hic tantus fertur vt tranſiri vado non poſſit. Farfarus etiam dictus eſt fluuius qui ꝑ ſabinos tranſit. De quo Ouid. Et amœnæ farfarus vmbræ. Alio noīe dicitur fabaris pe. cor. Virg. lib. vij. Qui tybrim fabarimq; bibunt.

¶ Faris vł fare fatur ſatus a fero deductū eſt. Nihil eñ aliud ē ferre q̄ fari. i. loqui. Qđ etiā ſignificationē paſſiuā habere inuenitur. Sue. Prætoꝝ faſti dies ſunt quib⁹ ius fat̄. i. dicit̄: vt nefaſti quib⁹ nō dicit̄. Huius verbi prima perſona debat eſſe for: vt inqt Priſ. Eius compoſita ſunt Effaris. Extra loqueris. Affaris ad aliquē faris. Ci. in Cato. Licet mihi hiſdem verſibus affari te attice: quibus affatur Flaminium ille vir. Præfaris ante loqueris. Col. in præfa. Quas ordine ſuo tūc demū ꝓſequar cum præfatus fuero quæ reor ad vniuerſam diſciplinā maxime pertinere. Profaris ultra faris. Vir. Tū breuiter Dido vultū demiſſa ꝓfatur.

¶ Fas genitiuum non habet: & a fando deducitur. Nā ſi faris ſeu fatis: faſſiſve dicamus aliud ſignificare poteſt. Et fas quidem pium & religioſum & fari dignū dr̄. Et ad deos refertur: ſicut iuſtum ad homines. Vir. Fas & iura ſinunt. id eſt diuina, & humana iura permittunt. Cuius contrarium eſt nefas: quod eſt impium & execrabile.

¶ Faſcia genus ligaturæ qua pueri vel aliud quid ligari ſolet. Et proprie pro tegumento crurum pedumq; faſciæ poni conſueuerūt. Ideoq; crurules peduleſq; dicuntur. Vlp. Faſcię crurules peduleſq; veſtis loco ſunt quia partem corporis veſtiunt. Scribit Plyni⁹. lib. viij. mures portēdiſſe exitium Carboni imperatori arroſis faſcijs quibus in calciatu vtebatur. Item faſcię dicūtur zonæ ſiue plagæ. Vide in faſceę. Col. li. vij. Recte genibus applicantur ac faſceis circūdantur. Martianus. Orbis terræ in quinq; zonas ſiue melius faſcias diſcernit̄. Aliqñ ponit̄ ꝓ nube in modum faſcię cęlū ꝑcurrente. Iuue. Nil faſcia nigra minat̄.

¶ Faſciola diminutiuū parua faſcia.

¶ Faſciari ē faſcia ligari. Sptia. de Antonino pio. Sed cū eſſet longus & ſenex incuruat uſq; tiliaticiis tabulis i pectore poſitis faſciabat̄: vt rectus incederet.

¶ Faſcis lignorum aut alterius cuiuſq; rei congeries q̄ ligādo fit. Per tranſlationē quādoq; ponit̄ ꝓ onere. Nā faſces lignorum ſeu aliarum rerum graues ſunt portātibus. Vir. Ego hoc te faſce leuabo. Sed quoniam lictores cum faſcibus virgarum ſecuribus alligatis ad terro

rem præire ſolebant conſules & alios magiſtrat⁹: factū eſt vt faſces numero plurali ſumantē p magiſtratib⁹ & honorib⁹ q̄ a pp̄lo præſtantē. quia aut. xij. aut ſex faſcibus vtebantē. Virg. lib. ij. geo. Non illum pp̄li faſces nō purpura regum flexit. Nōnunq̄ etiam numero ſingulari pro conſule. Idem. Iniuſto ſub faſce viam dū carpit.

¶ Faſciculus diminutiuū paruus faſcis: vt ī ſacris l̄ris. Faſcicul⁹ myrrhæ. Accipitē & p olfatoriolo. Ci. lib. iij. tuſ. Faſciculū ad nares admouebis.

¶ Faſcinus & faſcinum pe. cor. a fando quoddā incātationis gen⁹ quo hoies ita ligantē: vt liberi nō ſint: nec mētis cōpotes ſępeq; ad extremā maciē deueniāt. Hor. in Epo. Minuſve languet faſcinū. Ponitē interdū faſcinus p faſcinatione vt apud Ply.

¶ Faſcino. as. pe. cor. maleficiū infero. Vir. Neſcio qs teneros oculus mihi faſcinat agnos. Hui⁹ cōpoſitū eſt Effaſcino eiuſdem ſignificationis. Solinus. Quædam in terra aphrica hoīm familiæ ſunt voce atq; lingua effaſcinantes q̄ ſi impēſius forte laudauerit pulchras arbores: ſegetes lętiores: infantes amœniores: egregios equos: pecudes paſtu atq; cultu optimas: emoriātur repente. Pōt etiā ſignificare maleficium tollo ſicut Excāto incantationē remoueo. Ply. Eſſe eiuſdem generis in triballis & illyrijs adijcit Iſigonus qui quoq; effaſcinēt.

¶ Faſcelis dicta eſt diana a faſce lignoꝝ in quo abſcōditum dianæ ſimulachrū Oreſtes Aritiā detulit.

¶ Faſellus gn̄is maſ. vł fœ. qui & phaſellus dī genus nauigij cāpani. Virg. lib. iiij. geor. Et circūpictis vehitē ſua rura faſellis. Sal. li. iij. hiſto. Et forte in nauigando cohors vna grādi faſello vecta a cæteris deerrauit. In gn̄e maſ. gen⁹ eſt leguminis exilis & teretis qui & phaſeolus & phaſilus dicitur.

¶ Faſti dies dicti ſunt quibus ſine piaculo p̄torib⁹ licebat tria verba fari. ſ. do. dico. addico. Et nefaſti quibus non licebat fari. Ouid. Ille nefaſtus erit per quē tria verba ſilentē. Faſt⁹ erit p quē lege licebit agi. Faſtoꝝ libri ī quibus toti⁹ anni res populi romani ſcriptę continebātur & cauſę feſtiuitatū explicantē: vt in faſtis Ouidij: de quibus Idē. Sacra recognoſces annalib⁹ eruta priſcis & quo ſit merito q̄q; notata dies. Inuenies illic & feſta domeſtica nobis Sæpe tibi pater eſt: ſæpe legend⁹ au⁹. Scribit Liuius Flauium ſcribā faſtos circa forum in albo propoſuiſſe: vt qn̄ lege agi poſſet ſciretur. Et eſt faſtus ſecundæ & quartę declinationis. Luca. Nec me⁹ eudoxi vincetur faſtibus annus. Var. in Ephemeride. Cęſar faſt⁹ correxit. Col. li. x. Sequor nūc eudoxi & Metonis faſtus aſtrologorum. Et vt auctor eſt Priſ. Eadē forma dicitē faſt⁹ vł faſti: qua ſenat⁹ vel ſenati. Faſt⁹ vero p ſuperbia ſemp eſt quartę. Et eſt p̄pne indigna ſui ipſius p ſupbiā exiſtimatio.

¶ Faſtidio is. pe. p. iui. itum. a faſtu fit. Nā p̄prie faſtidire eſt cum faſtu quodā contēnere. Vir. Inuenies aliū ſi te hic faſtidit alexis. Vnde & pro ſtomachari dicitur. Conſtruitēq; mō cū actō: mō cū dtō: modo cū gtō. Hor. in Ser. Nū eſuriens faſtidis oia p̄ter Pauonē rhōbūq;. Ci. p Milo. Sed et recte factis ſæpe faſtidiūt. i. faſtidiū faciūt. Plau. in Aul. Abijt neq; me certiorē fecit: faſtidit mei. Lucil. li. vij. Difficiles ſum⁹ faſtidi⁹ bonoꝝ.

¶ Faſtidiū meū: quo ego alios faſtidio. Faſtidiū mei quo ego ab alijs faſtidior. Quint. Ceu mulier omnib⁹ expoſita mortalibus vanitatem faſtidiū mei deſpectūq; captauit.

¶ Faſtiditus faſtidio habitus. Luc. Pars magna ſenatus Faſtidita iacet.

¶ Faſtidioſus qui omnia faſtidit: vel qui alijs eſt faſtidio.

¶ Faſtigiū altitudo ac ſummitas opis. Vir. Et faſtigia ſuſpicit vrbis. Qn̄q; dī ima pars. Idē li. ij. geo. Forſitā & ſcrobibus q̄ ſint faſtigia quæras. Qn̄q; finis. Ci. lib. iij. offi. Sed quo opere inchoato prope tn̄ abſoluto tibi faſtigiū impoſuim⁹.

¶ Faſtigio as. acumino & quaſi in faſtigiū erigo. Ply. li. xviij. Frumēta hyeme in herba ſunt: verno tpe faſtigiantē in ſtipulā q̄ ſunt hiberni temporis.

¶ Fatigo as. pe. pro. quaſi fatim ago. Hoc eſt abundāter agito & ad laſſitudinē deduco. Vir. li. v. Veloces iaculo ſeruos curſuq; fatigat. Aliqn̄ percutio. Idem Verſaq; iuuencū terga fatigamus haſta. Aliqn̄ Perturbo cōmoueo: vt Quæ mare nunc terraſq; metu cęlumq; fatigat. Aliqn̄ Excito. Idē. Socioſq; fatigat Præcipites vigilate viri. Aliqn̄ colubeo. Ci. lib. iij. offi. Qui nō verbis ſunt & diſputatione phōꝝ ſed vinculis & carcere fatigādi. Hui⁹ cōpoſitū eſt Defatigo qđ eſt deorſum ſeu valde fatigo. Terē. in adel. Vtinā quidē qđ cū ſalute ei⁹ fiat ita ſe defatigari velit: vt triduo hoc p̄petuo p̄ſ⁹ e lecto nequeat ſurgere.

¶ Fateor eris. faſſus. affirmo ſpōte. Lact. Idē etiā poetę fatentur. Huius cōpoſita ſunt. Confiteor. Diffiteor. Infiteor. q̄ ſignificāt nō fateor nego. Profiteor: de quo infra.

¶ Fator aris. multū loquor. Eſt enī frequentatiuū a faris. Feſtus. fatantē multa. i. fantur.

¶ Fatum a fatus ſcđm Priſ. in paſſiua ſignificatōe. i. dictus. Vnde fatū iuſſum & dictum dei. p̄s. Semel locutus eſt deus: duo hæc audiui: qm̄ poteſtas dei eſt & tibi dn̄e miſericordia. Aug. lib. v. de ci. dei. Quod enim dictū eſt ſemel locutus eſt intelligitur immobiliter: hoc ē incōmutabiliter eſt locut⁹ ſicut nouit incōmutabiliter oia q̄ futura ſunt: & quę ipſe facturus eſt. Hac rōne poſſemus a fando fatū appellare niſi hoc nomē iam ī alia re ſoleret intelligi: quo corda hoim nolumus inclinari. Scribit Ci. fatum eſſe cōnexionē rerū per æternitatē ſe inuicē tenentē quę ſuo ordine & lege variantē ita tamē vt ipſa varietas habeat ęternitatē. Sene. in quęſtionib⁹ naturalibus. Quid intelligis fatū? Exiſtimo neceſſitates rerū oim actionūq; quas nulla vis rūpat. Sed quid de fato ſentire debeāt catholici: ſcribitur apud patrem meum Auguſtinum li. v. ci. dei capite. ix. Apud poetas fatū quādoq; capitur pro natura. Vir. Nam qa nec fato merita nec morte peribat. Quādoq; pro voluntate. Id enī Plato dicit fatum eſſe voluntatem & iuſſionē diuinam. Virg. Fatis Iunonis iniquæ. Quandoq; pro oraculo quod dij fantur. Idē oblitus fatorum. Quādoq; pro morte: quia nil tam neceſſarium impendet hoī q̄ mors. Vnde fato concedit qui moritē.

¶ Fatale qđ pernicioſum eſt: vt dies fatales. Et fatale dicitē quicqd nobis ex fato debetur ſiue bonū ſit: ſiue malum. Aug. lib. v. de ci. dei. Et fatalia dicūt quæ preter dei & hoim voluntatē cuiuſdam ordinis neceſſitate contingunt.

¶ Fatidicus pe. cor. qui futura p̄diuinādo ſolet fari: q nobis fata. i. decreta deoꝝ exponit. Vnde fatidici libri q̄ cōtinent fata pp̄loꝝ quales erāt decem ſibyllarum libri qui & ab hiſtoricis fatales appellantur. Fatidici vates: & Fatidica māto noiatur qm̄ erat fatiloqua quę vaticinabatē diuinitate prædita. ἐλλημσὶ ἴρσει λεγομται καὶ μάντεις. i. græce diuini dicuntē & vates.

¶ Fatifer fatifera. um. penultia correpta quod ē mortiferum.

¶ Fatim aduerbium Abundanter a fando: quia verboꝝ q̄ rerum maior ſit copia: vel q̄ fari facile ſit. Hinc componitē Affatim de quo ſupra.

¶ Fatiſco is. deficio. Col. lib. viij. Non debet octo ca

pitum numerum excedere: non quia ignorem fœcunditatem ſcropharum maioris eē numeri: ſed quia celerrime fatiſcit quæ pluris educat. De hoc etiam in Defetiſcor.

¶ Fatiſcere cum h eſt abūdāter aperiri: quaſi affatim hiſcere. Vir. Rimiſqȝ fatiſcūt. Ambr. li. hexa. Plerūqȝ terra meridianæ plagę torreẗ ardoribus atqȝ æſtu ſoluta fatiſcit in puluerem miſerandi agricolæ labore conſumpto.

⁎ Fatuitas ſtultitia. Cc.

¶ Fatuus inſipiens: tractum a ſapore ciboꝝ qui cū nō ſapiūt fatui dicunẗ. Mar. Vt ſapiant fatuæ fabroꝝ prandia betæ o q̄ ſępe petet vina piperqȝ coqu⁹. Ter. in eu. Fatuus eſt inſulſus tardus. Var. hoc nomen a fando deriuat. Fatuus qui fatur quod puer primo fatur: hoc eſt qui inepta loquiẗ. Fatui quoqȝ dij ſunt qui & fauni dicūtur quaſi multum fantes.

¶ Fatua dea dicta eſt terra ꝙ infantes partu editi non prius vocē edunt q̄ terrā attigerit. Eadē & bona dea vocata eſt ꝙ oim nobis ad victū bonoꝝ cauſa eſt. Et fauna ꝙ oi vſui aiantiū fauet & opa ꝙ ipſi⁹ ope vita cōſtat.

¶ Fauiſſę cellæ quædā & ciſternæ i area capitolina vbi reponi ſolebāt ſigna & alia q̄dā religioſa donarijs cōſecrata. Auctor Gellius.

¶ Faueo es. faui fautū. Fauere ꝓpria eſt bona fari: ſeu fauorē facere. Hinc fauor vox bene ꝑcās alicui ſiue alicuius commodū & laudē tuens. Fauere etiā tacere ē: vt inquit Do. Teren. in an. Fauete adeſte ęquo animo. Similiter fauere linguis ē tacere. Sene. de beata vita. Fauete linguis. In ludis vero ore fauere inquit Ser. eſt dicere bona verba: quia in illis neceſſari⁹ eſt fauor. A faueo fiunt fautor & fautrix.

⁎ Fauentia bona ominatio a faueo dicta. Cc.

⁎ Fauij populi ſunt ſic dicti ꝙ princeps eius gentis ex ea natus ſit cū qua hercules in fouea cōcubuit: q̄uis alij putēt ita vocitatū ꝙ prim⁹ oſtenderit queadmodū vrſi & lupi foueis caperenẗ. Cc.

⁎ Fauoniana pyra rubra. Cc.

¶ Fauorabilis dr̄ q gratioſ⁹ & impetrabilis ac fauoris plenus eſt apud oēs. Suet. in Cali. Sic vulgo fauorabilis vt plurimi tradant quoties aliquo aduenirat: vel ſicū de diſcederet ꝑ turba occurrentiū ꝓſequentiū vē nōnū q̄ eum diſcrimē vitæ adiſſe.

¶ Fauſt⁹ a. ū. a fauore ꝓſperū ac ꝓpiciū ſignificat cui oēs fauēt. Ter. O fauſtū & felicē. Hinc aduerbiū fauſte: quoꝝ contraria ſunt infauſtū & infauſte.

¶ Fauni agroꝝ & ſyluarū putati ſunt dij qui poſt prolixū tēpus moriunẗ ꝙ e terra geniti ſint. Hinc fana dicta exiſtimat Prob⁹. Ser. Faunū & faunā tradit dictos eſſe a vaticinādo. i. fando. Vnde & fatuos dicimus incōſyderate loquētes. Hos quidā incubos vocant. Fauni apud latinos ij ſunt: qui apud græcos ſatyri filij Saturni. Scribit Hiero. ſatyrum a diuo Antonio inuentum. Aug. docet faunos aut immortales animas non habere aut humano ſemine natos. Et Faunus dict⁹ fuit Pici filius & Latini pater qui regnauit in latio a fando dictus ꝙ oracula ſua voce redderet.

⁎ Fauna dea vide fatua.

¶ Fauilla quaſi cinis extinctus ꝙ ignem tectum foueat quaſi fouilla. Eſt enim deſerta igne. Siue potius quaſi flauilla a colore. Nā & Pacu. flauū dixit puluerē. Scintilla vero ꝓprie eſt q̄ e ſilice cū is cædiẗ exilire ſolet. Vir. Ac primū ſilicis ſcintillā excudit achates. Ouid. li. iiij. faſt. Pars quoqȝ cū ſaxis paſtores ſaxa feribant: ſcintillam ſubito ꝓſiluiſſe ferūt. Hiero. in eccleſi. Ab ſcintilla vna augetur ignis.

¶ Fauonius ventus a fouendo dictus ꝙ cūcta foueat. Eſt eni genitalis ſpūs viuēdi: eo maritātur viuiſcentia terrę: zephyrus a græcis dicitur. Spirat a duerſ⁹ Eurum.

⁎ Fauſtianū vinū dr̄ qđ in medijs collibus falerni mōtis gignitur. Cc.

⁎ Fauſtul⁹ paſtor q Remi & Romuli nutritor fuit. C.

¶ Fauus apum domus & cellulę a fouēdo ꝙ in his ſobolē foueant. Ply. Primū itaqȝ fauos conſtruūt: cęram fingunt. Virg. Prima fauis ponunt fundamina: deinde tenaces Suſpēdūt cęras. Ply. Iunior. Buccellam panis dedit & fauum mellis: hoc eſt fruſtum opis apiarij melle plenum.

¶ Fauulus diminutiuū paruus fauus. Plau. Meus dulciculus fauulus.

¶ Faux ſuperior pars gulæ mēto ꝓpinqua: ſed interior vbi os anguſtatur. Plyn. lib. xj. Sūmū gulæ fauces vocanẗ: poſtremū ſtomachus. Vir. lib. vj. Veſtibulum ante ipſm primiſqȝ in faucibus orci. Per trāſlationē fauces dr̄it ſtricti ingreſſus valliū. ſeu alterius loci. In faucibus ſunt foramina duaꝝ fiſtularū cibalis. ſ. & ſpiritalis q̄ continua humectatione indigēt. Siccę eñ exhulcerant. Oui. lib. vj. Cætero a humore loquentis & fauces arent: vix eſt via vocis in illis. A faux fiunt Offoco Pręfoco & ſuffoco.

¶ Fax fuſtis inciſus a lumine faciendo: ꝙ lumē facile faciat. Cuius diminutiuū eſt facula. Primā facē noctis principium vocitabant: ꝙ tum primum vti face incipiunt.

⁎ Facē in nuptijs præferre ſolebant ſiue ad obſeruandam antiquā conſuetudinem ꝙ ante nō niſi noctu duci nouas nuptas a ſponſis mos erat. Siue in honorem Cereris q̄ facē in q̄rēda Proſerpina geſtauerat. Siue vt noua nupta ignē & aquā quæ duo ſunt in vita maxime neceſſaria cum viro cōmunicare videreẗ. Etenī aq̄ quoqȝ aſpgi ſolebat vt caſta puraqȝ ad ſponſum duceretur. Cc.

¶ Faxo is pro faciā. Vir. li. xij. Ego ſydera faxo firma manu. Faxim fecerim. Faxint faciant. Terē. in heau. Vtinam dij ita faxint.

F. ante E.

¶ Febris a feritate morbilis mali: vel ſicuti Ser. docet a feruore.

¶ Febricula diminutiuum parua febris. Plan. Ciceroni. Qui ex labore in febriculā incidit aſſiduā & ſatis moleſta. græce πυρετὸσ καὶ πυρέττω ἀπὸ τοῦ πυρόω παραγέγνται. Gręce πυρετὸσ febris & πυρέττω febricito a πυρόω. i. ęſtuo deducuntur.

¶ Febriculoſus q habet multā febrē. Gelli⁹. Nō morbus hic febriculoſus aut nimiū grauis.

¶ Febrile. pe. pro. quaſi ad febrē pertinens. Apul. Ardore æſtuans febrili.

¶ Febrio is. iui. itū. febrē patior. Mac er. Hęc nōdū tremulo potāda dabis febrienti.

¶ Febricito as. pe. cor. & Febricitor deponēs i eadem ſignificatiōe. Col. li. vij. Febricitāti boue cōuenit abſtinere cibo vno die.

¶ Februo. as. luſtro purgo a ferueo: hoc eñ adolendo & flāmis feruēib⁹ fieri ſolebat: vel a ſabinoꝝ lingua q februū purgamētū dicūt. Hic Februari⁹ mēſis dictus ē: ꝙ tū. i. extremo āni mēſe pp̄ſus februareẗ. i. purgareẗ p. xij. n. dies cōtinuos februarij celebrabāẗ februa. His qȝ dieb⁹ pro ipetrāda mortuoꝝ aiab⁹ quiete ois pp̄ſus piaculis ſacrificijſqȝ circa ſepulchra accenſis facibus cęreiſqȝ interē⁹ erat. Et Iuno februata ſiue februalis ꝙ ei hoc mēſe ſacra fiebāt. eiuſqȝ feriæ erāt Lupcalia. Et q̄

cũq; purgamẽti cã in q̃buſcũq; ſacrificijs adhibebantur Februa appellabant. Et id qđ purgarĩ erat februatũ dicebat. Ply. Vulgata priſcis tpib⁹ opinio obtinuit februa eſſe oia quibus malefactoꝝ cõſciẽtia purgarent: delerentq; peccata: aut manes ai abus defunctoꝝ placidi redderent.

¶ Febru⁹ dictus pr: ꝙ ei mẽſe februario ſacrificaretur.

¶ Februari⁹ mẽſis. Vide paulo añ in Februo as.

✠ Febrũ ſabinoꝝ lingua purgamẽtũ dicit. Cc.

¶ Fectales dicti ſũt a ferẽdo: ꝙ belli paciſq; ferẽdę apđ eos ius erat. Neq; eñ licebat bellũ alicui inferre niſi hi & iuſta cauſa ſuſceptum declarauiſſent & prius idixiſſẽt. Var. Itaq; bella tarde nec magna luxuria ſuſcipiebant: ꝙ bellũ nullũ niſi piũ putabant geri opertere & priuſq̃ idiceretur bellum ijs a quib⁹ iniurias factas ſciebãt: fectales legatos res petitum mittebant quattuor quos oratores vocabant. Sunt etiam qui feciales a faciendo denuari exiſtimẽt ꝙ apud eos belli ac pacis faciendæ ius aſſet.

Felis aïal quadrupes quod nobiſcũ in domib⁹ tenem⁹ ad muriũ venatũ vulgo Catus quod nos cautũ a ſtutũ q; dicimus: a quo Catones primo volunt appellatos a græcis ἀίλουρος dicitur. Et ipſi quoꝝ vanitas ridet ęgyptij nullã beluã niſi ob aliquã vtilitatẽ cõſecrauerũt: velut Ibim: ꝙ vim ſerpentiũ cõficiat Crocodilũ ꝙ errore arceat latrones. Felẽ ꝙ pelle eius ſcuta contegant. Ichneumones ꝙ nõ ſinãt ſerpẽtes maximã ei⁹ regionis peſtem augeri. Ply. lib. x. Feles quo ſilentio: q̃ leuibus veſtigijs: q̃ multo ſpeculatu i muſculos exiliũt excrementa ſua obruũt terra intelligentes odorẽ illũ indicem ſui eſſe. Ait eñ Varro lib. iij. Oẽs parietes tectorio leui gantur ne feles alia ve beſtia introire ad nocẽdũ poſſit. Hos Varro & Col. accipiunt ꝑ eo genere aialis qđ vulgus fouinã ſeu marturellum appellat. Sene. li. epl'arũ moralium. io. Quid eſt quare tã pauonẽ q̃ anſerẽ gallinam nõ fugiat. At tanto minorẽ eis nec notum ſibi accipitrem: quare felem pulli timeant: canem non timeant?

¶ Fel fellis eſt purgamentũ ſanguinis peſſimũ cui tantum ineſt vir⁹ vt hoiem totũ decolorẽ reddat: & maxie oculos vt in hoie irato cernimus. Fel eñ trẽſedes eſt. Humor autem qui in folliculo fellis bilis vocatur quæ ꝓ ſui cõditiõe hoiem cõuariat. Bilis enim atra quã gręci melãcholiã vocãt facit inſaniã. Plau. in Am. Delirat vxor atra bili pcita ẽ. Sed de bili ſuo loco dictum. Aliquando fel cũ ſit peſſimus humor pro animi amaritudine ponitur.

¶ Fello as. lac exugo & ſuctu ebibo. Mar. Si fellas & aquam bibis nil leſbia peccas: Qua tibi pte op⁹ ẽ leſbia ſumis aquã. Solin⁹ in collectaneis. Nequaq̃ mater equa pullo ꝑbet vbera fellicãda. Transfert ad rem obſcęnã. Nam fellare dñr illi illęve qui q̃ve virilia intra os recipiunt: & illa perinde ac papillas exugunt. Qui vero virilia huic libidini per voluptatẽ accõmodabant: Irrumare dicebant. Inde fellator & fellatrix & fellito. as. frequẽtatiuum.

¶ Fallicones hoies mali dñr & nullius vſus.

✠ Felicata patera q̃ ad felicis herbę ſimilitudinẽ cęlata eſt. Cc.

¶ Femur qđ & femor dr ſecũdũ Phocam: a ferẽdo ꝙ his ꝓcipue ptib⁹ ſuſtinet aial atq; ferat. Hinc femoralia ꝓ verẽdoꝝ tegminib⁹. Sue. de Aug. Quare quaſſato corpe neq; frigora neq; ęſt⁹ facile tolerabat: hyeme quaternis cum pingui toga tunicis & ſubuculę thorace laneo & femoralibus & tibialib⁹ muniebat.

¶ Femen inis. capitur ſicut femur. Plau. in mili. Ecce aũt aduortis nixus leuo in femine. Proprie tamen femina ſũt iteriores ptes: femora exteriores: femina poſteriores femora anteriores. Ply. li. xj. ſic de apib⁹ ſcribit. Priorib⁹ pedibus femina onerant ꝓpter id natura ſcabia. Et li. xxviij. Femina inquit atteri adunq; equitatu notũ eſt. Femina eñ interiora equitando atterunt non exteriora. Hinc Apuleius finxit vocabulũ. Interfemineũ: pro locis muliebrib⁹ velut i poſitis inter fœmina. Col. lib. vij. Veteri a quoq; & ſub femina manũ ſubijcerẽ ne ad hmõi tactũ poſtmodum paueſcant. Exiſtimat Ser. femen in ntõ nõ reperiri. Priſ. docet eſſe i raro vſu Feſtus femẽ declinat. Femina etiã inferiores partes ſignificant. Nã a flexu dicta vident. Vbi eñ iunctura cũ flexu pedis eſt femina dñr. Plau. in aſi. Sed tñ tu nẽpe eos aſinos ꝑdicas vetulos claudos qb⁹ obtritę ad femina erant vngulæ. Col. li. vij. Femina ſecari & iterdũ iuri ſolent.

¶ Feminalia tegumẽta feminũ & ſubligacula. Hiero. in Exo. Facies & feminalia linea vt operiãt carnẽ turpitudinis ſuę a renib⁹ vſq; ad femora. Idẽ ad Fabiolam. Diſcam⁹ primũ cões ſacerdotum veſtes atq; põtificũ lineis feminalibus quæ vſq; ad genua & poplites veniunt verecũda cęlãtur & ſuperior pars ſub vmbilico vehementer aſtringitur vocaturq; lingua hebræa Machinaſſe: gręce περισκελῆ a noſtris feminalia vel brachæ vſq; ad genua ptingentes. Et vt ſcribit Ioſephus ob fortitudinẽ ex biſſo retorta fieri cõſueuerũt.

¶ Feneſtra ἀπὸ τοῦ φαίνειν qđ eſt lucere. Fit enim ad lucẽ reddẽdã. Oui. Qua lumẽ thalamis parua feneſtra dabat. Interdũ ponit pro aditu & via. Ter. Hui quantã feneſtrã ad neq̃tiã patefaceris. Plyn. Feneſtrare verbũ vſurpat pro feneſtras apire. Sic eñ ait. Media oculoꝝ cornua feneſtrauit pupilla.

¶ Feneſtrenula pua feneſtra. Hier. Sic aũt vna vl' plures feneſtrenulę iuxta diſpoſitionẽ epi. Et p detractionẽ medię ſyllabę Feſtra qđ eſt oſtiũ puũ in ſacrario: vt ait Macro.

¶ Feneſtrella ſil'r & feneſtricula diminutiua ſunt.

¶ Feneſtella ſine i nomẽ eſt propriũ hiſtorici q nouiſſimo tpe Tyberij Cæſaris claruit.

¶ Feneſtrat⁹ a. ũ. qđ eſt apertũ pforatũ. Plau. Nulla ẽ feneſtratior domus.

¶ Fero fers tuli latum & tetuli ſcđm Diom. Ter. Huc retuliſſem pedem. Proprie ſignificat porto. Vir. lib. v. Vix illam famuli phegeus ſagariſq; ferebant. φῆμα ἰλλημικόν: φέρω γάρ λέγουσι καὶ ἀνώμαλον μέλλων οἴσω οὕτω τοῖς λαττικοῖς. ✠. i. Verbum gręcum φέρω eni dicunt & anomalum futurum οἴσω. i. feram ſic & latinis. Aliquãdo tolero potior. Terẽ. in heau. Nam quẽ feret ſi parentem ſuum non feret. Aliquando duco dirigo. Liu. lib. j. Pergit ad proximam ſpeluncam ſi forte eo veſtigia ferrent. Virg. lib. vij. Hinc via tartarei quę fert Acherontis ad vndas. Aliquãdo dico noio. Idẽ. Quã Iuno fertur terris magis omnib⁹ vnam Poſthabita coluiſſe ſamo. Aliquando Do exhibeo. Idẽ. Sacra dionee matri diuiſq; ferebam. Lact. li. iij. Nõ enim deſcẽdit aliquis e cælo qui ſniam de ſingulorũ opinionibus ferat. Aliquãdo Concupiſco. Sal. Tunc Catilina polliceri tabulas nouas: proſcriptiones locupletum: magiſtratus: ſacerdotia rapinas: atq; alia oia quæ bellum & libido victorum fert. Aliquando Extollo. Idem. Conſulares omnes item ſenatus magna pars ſententiã eius laudant: virtutem animi ad cælum ferunt. Aliquando gigno produco. Virg. Si duo præterea tales idæa tuliſſet Terra viros. Aliquando habeo. Idem. Ferre ſui dederat monumentum & pignus amoris. Aliquãdo Affero. Idem. Legati reſponſa ferũt. Aliqñ Cõfero. Idẽ. Quibus acer erix in pręlia ſuetus ferre manum. Aliqñ

Diſturbo. Idem. Quippe ferant rapidi ſecum vertantq; per auras. Aliquando Oſtento. Idem libro. xj. Captiuo ſiue vt ſe ferret in auro venatrix. Aliquando Conſulo: vt Pompeius tulit ad populum. Aliquãdo Aufero. Virgilius. Poſtq̃ te fata tulerunt. Et omnia fert aetas id eſt aufert. Aliquando Refero ſeu recipio. Ter. in adel. Pro labore ab his fero odium. Aliquando Aſſequor. Idem in eu. Hoc ſi effeceris qđ vis donum a me pręmium optato id optatum feres. Et in adel. Ni faciant qđ illos aequũ eſt: haud ſic ferent id eſt obtinebunt. Quę ſi cum hoc verbo prae me: prae te: vel prae ſe addãtur ſignificat dicto vel facto vel geſtu aliquid oſtendo confiteorq; & ipſa ſtatim fronte de aliqua re aut homine: vt prae te fers iram. Quinti. Fiduciam igitur prae ſe ferat orator: ſemperq; ita dicat tanq̃ de cauſa optime ſentiat. i. ex ipſo aſpectu oratoris: ex ipſa voce: ex ipſa tota oratione eluceat fiducia quemadmodum qui pugnaturi ſunt in vultu & geſtu indicãt tacitam vel formidinem vel fiduciam: hoc eſt prae ſe ferunt fiduciam formidinem ve. Ci. Nam ille qui accipit iniuriam meminit: & prae ſe fert id eſt ſe mentem perſequẽdae iniuriae habere oſtendit. In eundem ſenſum accipi ſolent. Prae me duco: prae me gero. Compoſita ſunt Affero. Aufero. Antefero. Confero. Circũfero. Defero. Differo. Effero. Infero. Introfero. Offero. Perfero. Pręfero Profero. Refero. Suffero. Superfero. & Transfero: quae habent penultimam correptam.

❡ Ferę a ferendo dictę ſunt ꝙ toto corpore ferantur: ſiue ꝙ cum impetu & ſine ratione ferantur: aut ꝙ naturali vtuntur libertate & pro deſyderio feruntur. Propriae autem ferę dicunt̃ quae ferocitatem habent: vt Leones pardi lupi quae vbi manſuefactae ſunt Cicures appellantur. Improprie omnes quadrupedes: pecudibus exceptis.

❡ Fere aduerbium ſignificat feſtinanter & parum abeſt quin quaſi continue ferendo: ꝙ id qđ fertur in motu eſt: vt fere hominem occidiſti id eſt parum abfuit: quin hominem occideris. Priſ. docet fere ſignificare iuxta: quia celeribus omnia iuxta ſunt. Et profertur cum accentu in vltima βαρεῖα. Interdũ in oratione ita conſtituitur: vt intelligat̃ quaedam vniuerſitas. Quinti. Hę fere ſunt emendate loquendi ſcribendiq; partes id eſt fere omnes. Cice. Memini in eum ſermonem incidere qui tum fere erat in ore. i. fere ſemper.

❡ Ferinus a. um. penul. ꝓdu. qđ eſt ferarum. Apul. Ferino ac beluino ritu.

✱ Feritas naturę quędam aſperitas & a ferus deducit̃. C.

❡ Ferale adiectiuum ſignificat dirum exitiale a feralib⁹ ſacrificijs. Apul. Rogum demolirẽtur: coenam feralem a tumulo ad menſam referrẽt. Virgi. Solaq; culminibus ferali carmine bubo Viſa queri. Et feralis dies dicebatur quo feralia fiebant.

❡ Feralia ſacrificia parentalia quaedam ab inferis & ferendo ꝙ ferrent epulas ad ſepulchrum eius cui vellẽt parentare: vel a feriendis pecudibus. Ouidius in faſ. Hanc quia iuſta ferunt dixere feralia lucem. Vltima placandis manibus iſta dies.

❡ Ferus dicitur atrox ſeuerus: qui ferinum animum habet: vel qui durioris eſt vitae & animi crudelioris. Virgili⁹ Ferus omnia Iuppiter agros tranſtulit. Vnde Auguſti. in dial. Ferum manſueto oppoſuit. Hinc feritas naturae quędam aſperitas: & diri ſemper eſt animi. A ferus componitur Semiferus pe. cor. Semifera dicuntur animalia quę ex fero placidoq; naſcuntur: vt ex apro & ſue. Semifera etiam dicuntur quę nec placida nec fera ſunt: ſed mediae inter vtrunq; naturę: vt in volucribus hirundines: in campo lepores: cuniculi. In mari delphini. Perferus valde ferus. Var. lib. ij. de re ruſ. Boues perferi etiã nũc multi ſunt in Dardania & Media & Thracia.

❡ Ferox fortis inuictus. Hora. li. car. Vrbes gẽteſq; & latium ferox. Sal. Ille animo feroci negat ſe fuſam toties numidiam pertimeſcere. Item dicit̃ pręanimo ſuis ad certandum cum altero: & ad vim alteri inferendam atq; nocendum. Virgilius. Stat ſonipes & frena ferox ſpumantia mandit. Augu. in dial. Manſueto oppoſuit. Plautus pro cordato & faceto ĩ Mili. poſuit. Et quia tecum eram: propterea animo eram ferocior. Hic ferocia & ferocitas. Ci. lib. vj. de rep. Qui comperit eius vim & effrenatã illã ferociam. Ferociter. Plau. in Mil. Superbi nimis ferociter legatos noſtros increpant.

❡ Ferocio is. iui. vel ferocij: ferocitum ferox fio: qđ vernacula lingua dicit̃ ingagliardir. Gellius lib. j. Nihil adeo in congrediendis hoſtibus atq; in principijs praeliorũ ad ſalutem virtutemq; aptius rati q̃ ſi permulcti mitioribus non immodice ferocirent.

❡ Ferax dicit̃ qđ abundanter ex ſe ꝓducit. Plynius. Vt tam ferax bonarum artium ſaeculum videremus. Vnde inferax contrarium. Sic Hieronymus ad Dama. Inferaces ſyluas dixit.

❡ Fertile adiectiuum penultima cor. ſicut ferax ſumit̃. Col. lib. iiij. Vt ex his partibus trunci ſumant̃: quę & genitales ſunt & maxime fertiles. Hinc fertilitas. ſic a ferax feracitas. Idẽ. Id enĩ non accidit palmitis fertilitate.

❡ Ferentarij: leuis armaturae milites auxiliatores a ferẽdo auxilio: vt quicquid opus eſſet auxilio ferrent excurſu leues: armis grauibus non impediti: ſed enſe & telis tãtum inſtructi. Vel dicti ſunt Ferẽtarij: quia fundis lapidibuſq; pugnabãt quae tela ferunt̃ non tenent̃. Sal. Poſtq̃ eo ventũ eſt: vnde a ferẽtarijs ꝓlium cõmitti poſſet. Cato eos ferẽtarios dixit qui tela ac potiones militibus pugnantibus miniſtrabant. Hi & velati vocabant̃.

❡ Feretrius dictus eſt Iuppiter ꝙ pacẽ ferre putaret̃ qm̃ ex tẽplo eius qđ romę primũ a romulo edificatum eſt ſumebant ſceptrũ per qđ iurarẽt & lapidẽ ſilicẽ quo foedus ferirẽt: vel a feriendo vt inquit Plutar.

❡ Feretrũ a fero pe. cor. Lectus vl' aliqd aliud quo mortu⁹ ferri ſolet. Et alio noĩe Capulus dicit̃ a Capiẽdo: ſeu ĩ quo aliqd cũ põpa fert̃. Liu. Spolia ducis ſuſpẽſa fabricato ad id apte feretro gerẽs in Capitoliũ aſcendit. Ibiq; cũ ad quercũ paſtoribus ſacrã depoſuiſſet tẽplũ deſignauit. Quidã grecũ putãt φέρετρον. greci enĩ pheretra vocãt argẽtum aurũ gẽmas imagines principum ſpolia hoſtium & cętera quae in pompa ferunt̃.

❡ Ferẽtinum oppidũ qđ Plynius collocat in prima Italiae regione in qua Roma eſt a qua ferẽtinates dicti. Eſt & Ferẽtinum in Thuſcia: vnde Ferentini.

❡ Feretrus mõs a quo familia Feretria dicta a qua Vrbini dux originem habet.

❡ Ferentũ oppidũ ſabinoꝝ: ſeu pſamnitũ: a quo Ferẽtani dicunt̃. De quo Dionyſius Halicarnaſeus li. xvij.

❡ Ferculũ a ferẽdo. Vñ & Fercula pulmẽtarioꝝ: ab eo ꝙ mẽſę inferant̃. Iuue. Quis fercula ſeptẽ ſecreto coenauit auus? Aliqñ ſumit̃ pro geſtamie quo põpa deferri ſolet. Sue. ĩ Cęſa. Põtico triũpho inter põpę fercula triũ verborũ ꝓtulit titulũ. Veni vidi vici. hoc eſt iter põpę triũphalis geſtamina. Quo nomie cõtinent̃ ſimulacra oppidorũ: ſimulacra deoꝝ: ſpolia hoſtiũ: coronę: machinę: & id gen⁹ alia q̃ fieri ſolẽt in põpa triũphali: ſicut fercula ludoꝝ: fercula q̃ in ludis. Fercula ſacroꝝ q̃ in ſacris. Acron etiã docet fercula eẽ pulpita in qb⁹ deoꝝ ſimulacra ſint: q̃a ĩ põpa circẽſi: hoc eſt celebritate ludoꝝ circẽſiũ hmõi ſimulacra deoꝝ ferunt̃. Ci. li. j. off. Cauẽdũ eſt ne tarditatib⁹ vtamur ĩ ingreſſu mollioib⁹: vt ſimiles põparũ ferculis eſſe videamur. Amb. libro primo offi. Sunt qui ſenſim ambulando imitantur hiſtrionicos geſtus & quaſi quaedam fercula pomparum.

¶Ferio is. percuſſi præteritum mutuatur a percutio idē ꝙ ſignificat. Virgilius. Cornu ferit ille caueto. Et Ferire ſancire firmare. Vnde ferire ſeu percutere fœdus dicimꝰ. Idem. Haud mora Tarchon Iungit opes: fœduſq; ferit. Et apud Eſaiam. Feriam vobiſcum pactum ſempiternum. Item Ferire pulſare eſt. Plautus in Amph. Feriam fores aperite. Huius compoſitum eſt Referio: quod eſt Repercutio. Idem in Aſi. Patitor tu idem cum ego te referiam.

⁎Ferire iugulum veteres dixerunt pro eo quod eſt petere mortem vel inferre mortem & pro iugulare ſiue interficere. Cc.

¶Feriæ a feriēdis victimis dicti ſunt dies Ceſſationum ab opere: ſeu ab epulis ferendis. In his enim epulę fiebāt Feriarum autem apud antiquos multa erant genera quę polluí dicebantur ſi in his aliquod opus fieret. Feriarum publicarum erant quattuor genera. Statiuę: vniuerſi populi communes: quæ certis & conſtitutis diebus fiebant in quibus præcipue ſeruabantur Agonalia: carmentalia: lupercalia. Conceptiuæ quæ quotannis a magiſtratibus vel ſacerdotibus concipiebant certos ſiue incertos dies: vt ſunt latinæ Sementinæ paganalia cōpitalia. Imperatiuę: quas conſules vel prætores pro arbitrio indicebant. Nundinæ pannorum ac ruſticorum quibus ad negocia & merces conueniebant. Erāt præterea propriæ familię feriæ quas quæq; familia ex vſu domeſticæ celebritatis obſeruabat: vt Claudię ferię & Aemilię. Item ſingulorum: vt natalium dierum quæ Natalitiæ dicūtur: & fulgurum & funerum expiationes. Et a ferijs feſti dies dicti ſunt feriati. Hoc eſt in quibus feriæ celebrabantur.

¶Ferio as. & Ferior deponēs ſignificat vaco. Vnde Feriatus ociosus. Plynius libro. xviij. Malum patremfamilias quiſquis interdiu faceret qđ noctu poſſet niſi intempeſtate cæli. Peiorem qui profeſtis diebus ageret qđ feriatis deberet. Peſſimum qui ſereno die ſub tecto potius operaretur q̄ in agro. Augu. lib. ij. con. Interpoſito ocio ex neceſſitate domeſtica feriatus ab om̄i ſchola cum parentibus eſſe cœpi. Hiero. lib. ij. macha. Tunc feriatis iudęis arma capere ſuis pręcepit.

¶Ferula penultima correpta baculꝰ ſiue virga qua puerorum manus feriuntur a feriendo ſiue ferēdo id eſt portando. Iuue. Et nos ergo manū ferulę ſubduximus. Grę ce ναρθηξ & per diminutionem narthetium dicitur. Inde apud Platonem i Phedrone narthecophori miniſtri bacchi quaſi feruligeri nominantur. Baccho enim ferulæ aſſignantur quæ aſinis gratæ ſunt in pabulo. Ideo aſinus grata hoſtia baccho cadit. Ferula annumerata eſt iter externos frutices a Plynio. Lignum corticis loco habet: ligni autem loco fungoſam intus medullam: vt ſambuci calidis naſcitur locis: cuius eadem natura eſt quæ aneto & fructu ſimilis: nulli fruticum leuitas maior: ob id geſtata facilius baculorum vſum ſenectuti præbet. Col. li. iij. In quo ſcrobe deſtinaueris nuces ſerere terrā minutam in modum ſemipedis ponito. Ibiq; ſemen ferulę facito: cū ferula fuerit enata eam findito & in medulla eius nucem græcam vel auellanam abſcondito. Hinc Ferulaceus a. um. Plynius lib. xviij. At milium & panicum in culmen geniculatum & cōcauum: ſiſania vero in ferulaceum ſcilicet faſtigiatur.

¶Ferabites pe. pdu. dicit̄ Agreſtis. Siſen. Partim ferabitæ partim lauro ac pinu abundant.

¶Ferme aduerbium idem qđ fere. Ter. Iam ferme moriens me vocat. i. cum parum abeſſet quin moreret̄. Ponit̄ quandoq; pro facile. Idem in An. Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum.

⁎Feruabs Iuno ſiue februata ſiue februlis dicebat̄ ꝙ ei menſe februario ſacra fiebant. vide februo. Cc.

¶Feruor calor qui cum ſit ex igni: ex contrario & ꝓ frigoribus ponitur.

¶Ferbeo ferbes ferbui. bullio. Horatius libro primo. Ser. Velatumq; ſtola mea cū deferbuit ira. Vnde & Ferbeſco ferbeſcis. Amb. Quomodo intelligimꝰ ꝙ ſit torcular niſi forte quia pſalmi de torcularibus inſcribuntur eo ꝙ in his myſteria domini paſſionis modo muſti ſancto feruente ſpiritu prophetarum ardentius ferbuerunt. Huius compoſita ſunt Deferbeo: qđ eſt a bulliendo ceſſo. Hiero. in li. heſter. His itaq; geſtis poſtq̄ deferbuerat regis Aſſueri indignatio. Gel. proprie. Puer interea venerat & aula deferbuerat: tempuſq; eſſe cœperat edendi. Efferbeo extra vel valde bullio. Hiero. in Iob. Interiora mea efferbuerunt abſq; vlla requie.

¶Ferueo es. feruui per duplex uu. vno cōſonāte altero vocali: qđ & per ſyncopen dicimus ferui: in eadē ſignificatione qua nō ſolū ex incēdio calere ſignificat̄: ſed etiā ex quibuſcūq; moleſtijs pturbari. Vnde & iactus marini & ęſtuatio animi ſub hac ſignificatiōe recte poni ſentiuntur. Virg. li. iij. geo. Omnia tūc pariter vēto nimbiſq; videbis Feruere. Feruere: opus dicimus dū ſtudio & diligētia elaborat̄. Et hominem ira odio aut calore feruere: dū ira: aut odio: aut calore incēſus eſt. Cuius contrarium eſt deferuere qđ eſt miteſcere: & placidum fieri: ſeu a calore deficere. Cōpoſita a ferueo ſunt Deferueo: Efferueo valde ſeu extra ferueo. Referueo rurſus ferueo. Ply. Itē therebitinam in ſartagine referuēti. A quibus Deferueſco Efferueſco & Referueſco.

¶Feruo uis. ui. eiuſdem ſignificationis eſt cū Ferueo. Proper. Incipit & ſicco feruere terra cane. Gellius. Dn̄s quos rogauerat opperit̄: ſol feruit & fit nihil. hic Ferui ſco

¶Feruefacio is. bullire facio. Cato de re ruſ. Et potionē polentæ eodē addito & oleum: poſtea feruefacito. Hinc cōponit̄ Inferuefacio: qđ eſt intus bullire facio. Idē. Summito braſſicā conijcito i aquā feruētē coquito pauliſper vti ſubcruda ſit: poſtea aquā defundito nō oēm: eo addito oleū bn̄ & ſalē & cumini paululū: iferuefacito pauliſp.

¶Feruidus pe. co. calidus diligenſq;.

¶Fermentū dictum eſt ꝙ feruendo creſcat. Eſt enim farina: quę ſubigitur priuſq̄ addatur ſal ad pultis modum decocta & relicta donec aceſcat.

¶Fermento as. miſceo ſeu creſcere facio. Ply. Cū fieret panis hordeaceus cicerculę farinę admiſtiōe fermētabat̄ Col. lib. ij. poſuit ꝓ pinguefacio. Maxime inquit tn̄ colū binū ꝓbamus qđ modice ſparſum terrā fermētare comperimus. Hiero. Neq; panes azymi poterāt fermentari.

¶Fermenteſcere eſt creſcere. Ply. Conteratur inter digitos fermenteſcens.

¶Ferrum vel a ferēdo ꝙ in agros colēdi gratia feratur: vel a feriendo: ꝙ cætera eo feriant̄: hoc eſt doment̄.

¶Ferreus a. um. quod ex ferri materia eſt: vt maſſa ferrea: anulus ferreus.

¶Ferrarius a. um. qđ ad ferrum pertinet: vt faber ferrarius: fodina ferraria. Aliquando etiā ſignificat qđ ex ferro eſt: quaſi ferreum. Ply. li. xxxiiij. Coniū in Italia cum ferraria metalla in his locis non ſint.

¶Ferraria æ. locus i quo ferrū fodit̄. ſicut Auraria: Argētaria: Aeraria: in qbus aurū: argentū: & æs effoditur.

¶Ferramētarius ferramentorū cōfector. Iul. Firmicus ſcribit Mercurium in ſolis domo cōſtitutū facere ferramentarios & pelliones.

¶Ferramentū inſtrumentū ex ferro. Vnde ferramēta fabrilia & ferramēta tonſoria dicimus. Col. lib. iiij. Nonnūq̄ etiam cū frondere cœperint arbores cacumina fici acutiſſimo ferramento ſumma amputare prodeſt.

¶Ferro as. ferrū iduco. Vnde ferrata ſpicula & ferratas lanceas dicimꝰ. Virgi. li. iij. geo. Vndiq; iā tergo ferratos

ſuſtinet orbes. Hui⁹ cōpoſitū eſt Pręferro: qđ eſt ante vel in anteriori parte ferrū induco. Ply. lib. xviij. Quippe & hetruria ſpicam farris toſti pinſente pilo pręferrato.

¶ Ferrugo pe. pdu. rubigo ferri pprie dicit̄ ſicut ærugo æris. Ply. Sudor virgæ cornu arboris lamina candente ferrea exceptus nō cōtingente ligno illata: qđ deinde ferrugo incipiētes lichenas ſanat. Per tranſlationē ferrugo cōpreſſæ purpuræ color rufus nigrioris rubedinis quaſi violacei vulgo morellum dicūt ſimilitudine coloris ferri dū eſt rubiginoſum. Vnde Virg. li. ix. Pictus acu chlamydē & ferrugine clarus hybera. Quidā ferrugmē ſcribūt eſſe cęrulcum colorem. Erat & oppidū & lacus Ferrugo in Volſcis apud Valeriū: ſed a Liuio vocat̄ verrugo.

¶ Ferrugine⁹: a. um. qđ eſt coloris ferruginis: vulgo viridis obſcurus. Virgi. Et ferrugineus hiacynth⁹. Ply. Et ferrugineas maculas habentes. Quidam ferrugineum colorē accipiūt pro cæruleo marinis fluctibus ſimili qui & Thalaſſicus. i. marinus dicit̄. Gręci eñ Thalaſſā mare appellant. Hunc colorē Vege. li. iiij. de re mili. vocat Venetū ſcribēs nautas veſte veneta eſſe induendos: & vela nautium exploratoriarum colore veneto eſſe tingenda. Eſt autē venetus color cæruleus ſimilis marinis fluctib⁹ Vnde Plautus in Mili. Tu illico facito: vt vineas ornatu huc naucleriaco cauſeam habeas ferrugineā: hoc eſt ſub nigram cæruleiq̃ coloris a ſimilitudine ferri.

¶ Ferrumen pe. pd. quaſi gluten: iunctura ſeu ligatura. Ply. li. xxxvj. Ea maxime cauſa q̄ fluctu calcis ſine ferrumine ſuo cæmenta componuntur.

¶ Ferrumino pe. cor. iungo aut ſimul tempero proprie de metallis dicit̄ q̄uis ad alia trāſferat̄. Pompo. Iuriſcō. Si tuum ſcyphum alieno plumbo plumbaueris argēto ferruminaueris non dubitat̄ tuum ſcyphū eſſe. Ply. pro glutino poſuit li. xxxvj. Vitrum ſulphuri incoctum ferruminatur in lapides quaſi glutinat̄ in formam lapidis. Et lib. xxxv. Calcis quoq̃ bitumen prębuit ita ferruminatis babylonis muris.

¶ Feronia nemoris dea a ferēdis arboribus. Virg. Et viridi gaudēs feronia luco. Fuit & Feronia ciuitas ſub mōte Soracte: in quo eiuſdem nominis dea erat quam finitimi mira religione venerabantur.

¶ Fertum genus libi. a fero dictum: q̄ ſæpe ad ſacra ferebatur. Perſius. At tamē hic extis & opimo vincere ferto intendit. Vel dicit̄ fertum q̄ plurib⁹ varijſq̃ rebus fartum eſſet. Nam Cato de re ruſ. ſcribit ſtruem farris tritici hordei fabæ ſeminis rapacij ture ac vino additis ante meſſem parabant in porcæ pręcidaneę immolatione. Ianoq̃ ac Ioui & Iunoni ſacrificabant: quæ diuerſarum rerum congeries fartum nominabatur.

¶ Feſtino as. penul. pdu. ſignificat propero. Virg. Feſtinate viri nam quæ tam ſera morat̄ Segnicies? Amb. cū accuſatiuo iūxit. Anxia mater pro filio feſtinauit hieroſolymam. Dicimus etiam feſtina me baptizare: & feſtina ad baptizandum. Interdū feſtinare eſt trepidare & turbari. Sal. Feſtinātibus in ſumma inopia patribus. hinc componitur Pręfeſtino de quo alibi.

¶ Feſtinus celer. Feſtinantia & feſtinatio celeritas.

¶ Feſtināter aduerbium a feſtinās deductū celeriter.

¶ Feſtinato aduerbiū a Feſtinatus. Hiero. in Geñ. Itaq̃ feſtinato deponētes in terrā ſaccos aperuerunt ſinguli.

¶ Feſcenninū oppidū campaniæ iquit Ser. vbi nuptialia inuēta ſunt carmina. Hi autem populi ducūt originē ab Athenieſib⁹. Virg. Hi feſcenninas acies equoſq̃ faliſcos.

¶ Feſcennini verſus qui canebant̄ i nuptijs: ſic dicti q̄ ex vrbe feſcennio dicunt̄ allati: ſiue a faſcin: quia faſcinū putant̄ arcere veluti malorum ingruentium amuleta.

✱ Feſijs pro ferijs aliquando dixerunt antiqui. Cc.

¶ Feſſus generale eſt. Dicim⁹ eñ Feſſus animo: feſſus corpore qđ magis propriū eſt. Et Feſſus rerū a fortuna venientiū. De quo in Defetiſcor. Virg. Feſſi rerum.

¶ Feſtus a. um. ſolemniter lætum & feriatū. Vñ feſti dies in quibus vel ſacrificia dijs offerebātur: vel dies diurnis epulatiōibus celebrabat̄: vel ludi in honorē deoꝝ agebātur: vel feriæ obſeruabant̄. Virg. Feſtoſq̃ dies de nomine phœbi. Cuius cōpoſitum & cōtrariū eſt profeſtus: vt profeſti dies qui hominibus ad rem vel priuatam vel publicam adminiſtrandā conceſſi erant. Ply. Malum pater familias & cęte. Vide in dictione Ferio. Hi faſti erant quibus licebat prętori ius dicere. Quandoq̃ Feſtus dicit̄ ad feſtū diem pertinēs: vt feſtæ frondes quę feſtis adhibent̄ Eſt & Infeſtus: a quo Infeſto as. de quibus infra.

¶ Feſtiu⁹ feſtiua feſtiuum penultima producta a feſtus qđ eſt iucūdum & lepidū: vt feſtiua oratio. dictū Feſtiuū Cic. lib. j. offi. De græcis dulcem & facetum feſtiuiq̃ ſermonis. Multi etiam feſtiuum pro feſto accipiūt: ſiue ad feſtum pertinente: vt feſtiua gaudia.

¶ Feſtiuitas quaſi iucunditas & lętitia quędam in dictis Ci. li. j. ad herē. Illud genus narratiōis qđ in perſonis poſitum eſt: debet habere feſtiuitatem.

¶ Feſtiuo as. diem feſtum ago.

¶ Feſtuca pe. pdu. dicit̄ & arboris nouellę omninoq̃ infantis cuiuſq̃ ſati pullulus: vt inquit Aug. Hoc nomen ſcribit̄ a quibuſdā per œ diph. q̄ Feſtus a fœtu deducat

¶ Feſtra oſtiū minuſculum in ſacrario: ab Feneſtra per detractionem mediæ ſyllabæ.

F. ante I.

¶ Fiber aīal in pōto ſic dictū ab extremis oris amniū q̄s colit: & vbi maxime ſolet videri. Effoſſis eñ in ripa cuniculis caudā īra aquas tenet reliquo corpore i ſicco hītat. Plau. Sic me ſubes quotidie quaſi fiber ſalicē. Hoc aīal periculo vrgēte teſticulos ſibi āputat. Hos medici caſtoreū vocāt: & ipm aīal caſtora. Paruū eſt infra magnitudinē porcelli. Pedes habet breuiſſimos: vñ fit vt currere nō poſſit: vētricoſus eſt. Cū vocē dat infans eſſe credit̄. dentes habet pacutos: ſed minime mordet. Veſcit̄ pomis & arboꝝ corticib⁹. Hui⁹ pilus pluma mollior habet̄. Eſt & Fiber genus veſpæ quadrupes incitatiſſimum.

¶ Fibræ oīm extremitates rerū. vñ & iecoris & cordis & cuiuſcūq̃ viſceris extremæ ptes id eſt in quas iecur ipſū diuidit̄ fibrę dicunt̄. Virg. li. vj. Nec fibris reqes dat̄ vlla renatis. Et Pli. pulmonis fibras nominat cū inqt. A tergo ſpinæ ipſi iunct⁹ in duas fibras vngulę bubulę modo diuidit̄. Venarū quoq̃ ptenues meatus p quos ſudor it fibrę dicunt̄. Ply. Murū iecuſculis fibrę ad nūerū lunę dierū i mēſe cōgruere dicunt̄: totidēq̃ iueniri. Qui & minutę radices arborū herbarūq̃. Idē de arborū ſationib⁹ ait ſolū eligi oportere q̄ maxime rimoſū ne ſol exurat fibras. Virg. Et amaris intuba fibris. Columella de hallio. cū ternas inqt fibras emiſerint ſpicę ſarriant̄. Idē libro vltimo de rapis. Mediam rapi. Sic etiam veſtimentorum extremitates fimbrias dicimus.

¶ Fibula pe. cor. circul⁹ pprie ornamētū cinguli ad veſtē ſubligādā. Virg. Aurea purpureā ſubnectit fibula veſtē. Ponit̄ q̄nq̃ p circulo æneo. Columella de bob⁹ ſic habet Aenea fibula pars auriculæ latiſſima circumſcribitur ita vt manāte ſanguine tāq̄ o litterę ductus appareat. Hinc Suffibulum veſtimentum album prætextum quadrangulum oblongum quod in capite veſtales ſacrificantes habebant: idq̃ fibula compræhendebatur.

¶ Fibulare opponere cōiugere. Columella libro primo. Omniſq̃ parietum & ſoli iuncturę teſtarijs puluinis fibulantur: quoniā fere cum his partibus ædificia rimas egerunt caua prębēt ac latebras ſubterraneis aīalib⁹. Huius

compoſita ſunt Diffibulo:Refibulo:& Infibulo. Eſt au
tē infibulare fibulā ponere. Infibulatio fiebat: vel vocis
ſeruandę gratia quę a coitu mutaẽ:vel valitudinis. Hoc
modo perforabat vtrinq; a laterib⁹ cutē q̄ ſuper glādem
extēdit atq; ſuperaddebat fibulam.i.circulū æneū. Refi
bulare vero eſt fibulam tollere ſiue ſoluere. Mar. Cui refi
bulauit turgidū faber penē. Idem ſignificat Diffibulare
Papinius. Emicat & torto chlamydē diffibulat auro.

¶ Ficus gręce σῦκον & σύκοσισ καὶ συκών τόποσ ἐσὶ συ
κι λε λευ λ ροσ. ✱.i. fructus & ficetū locus eſt συκῆ vero
arbor: a fœcūditate. Nam maſculino quidē genere: ac ſe
cūda declinatione pro fructu ꝑtulit. Ply.li.xvj. Fici mi
rabiles ſunt & abortiui qui nunq̄ matureſcūt. Galeotus
narnienſis vir nō indoctus in eo quē de hoīe inſcripſit li
bro hæc itulit verba. Sed nuſq̄ ī līgua latina Ficus maſ.
gen. eſt: carpitq; Priſcianū vna cū Laurētio Vallēſi: cū ip
ſe potius carpēdus ſit. Ply. Iunior ad Octauiū Rufum.
Q uę nūc cū ficis & boletis certamē habet. Macro. Groſ
ſi appellanẽ fici qui nō matureſcūt. Ci. in catone. Ex tan
tulo grano fici. Hora. in Ser. Pinguibus & ficis paſtū ie
cur anſeris albi. Inuenẽ etiā genere fœ. & quartę declina
tionis. Iuue. Si vis aliā decerpere ficū. Hier. in hieremia.
Calathus itus ficus bonas habebat nimis: vt ſolēt ficus
eſſe primi tēporis. Mar. Res mira eſt ficus nō habet vn⁹
ager. Itē dicẽ ficus genere fœminino & ſecunda declina
tione: vt apud Var. li.j. de re ruſ. Fici inquit ſemē natura
le intus in ea fico quam edimus quę ſunt minuta grana e
quibus paruis ꝙ enaſci coliculi vix queūt. Et paulopoſt
Cum eñ per reſticulam ficos quas edimus maturas per
ferūt: & eas cum maturuerint cōplicāt. Hui⁹ diminutiuū
eſt Ficulus. Plau. in Sti. Nucibus fabulis ficulis. In fico
rū genere ſunt calchidicę: chiæ: purpurę: chelidonię: ma
riſcę: caliſtrutię: liuiæ: libyſſæ: flauæ: & reliquæ.

¶ Ficus pro arbore generis fœ. eſt & ſecūdę declinatiōis
Ply.li.xvj. Q uidā breuitate radicū ſeneſcere celeri⁹ arbo
res putāt qđ coarguūt fici quaꝵ radices lōgiſſimę ſunt &
ſenectus ocyſſima. Iuue. Ad q̄ diſcutienda valēt ſterilis
mala robora fici. Ci.li. de ora. ſecundū quartā declinatio
nem inflexit. Cui cū familiaris quidā quereretur ꝙ dice
ret vxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu.

✱ Ficus ægyptia fructus eſt ſiliquæ arboris: & dicẽ a gręcis xilocreata. Cc.

¶ Ficus pro morbo maſculini generis & quartę declina
tionis. Mar. Dicemus ficus cęciliane tuos. Naſcẽ hoc vi
tiū fere in capite: tum in capillo: tum in barba & locis ob
ſcœnis quæ pilis integunẽ. Cor. Cel.li.vj. Eſt etiā hulcus
qđ a fici ſimilitudine συκωσισ a gręcis a latinis etiā ma
riſca nominaẽ. Caro excreſcit: ſub quo duæ ſpecies. Nā
alterū hulcus durū & rotundū: alterū humidū inæquale.
Ex duro exiguum quiddam & glutinoſum exit. Ex hu
mido plus mali odoris. Fitq; in his partibus quę pilis cō
teguntẽ. Sed id qđ calloſum eſt & rotundū maxime eſt in
barba. Id vero qđ humidū ꝑcipue eſt in capillo: atq; ano
ex attritu quem cynedi patiuntur.

¶ Ficetum: locus vbi ficus cōſitæ ſunt. Var. Ficuſq; dē
ſa materia non eſt: ideo ſequitur calidiorem: a quo fit vt
in locis frigidis ficeta fieri non poſſint.

¶ Ficoſus ficis: hoc eſt hulceribus & tuberculis plenus:
Vnde & ficoſitas ipſa hulcerum copia.

¶ Ficitas ficorū fructuum abundantia: ſeu fertilitas.

¶ Ficarius qui libenter comedit ficos. Ply. Ficarios culi
ces caprificus generat.

¶ Ficaria ficus arbor. Palladius lib.iiij. Aliqui inter fica
rias caprifici arborē ſerunt. Et hoc eſt cōtra Vallam: qui
negat dici poſſe. Arbor fici: ſed arbor Ficus.

¶ Ficitor pe.cor. ficorum amator: ſeu ficorū collector.
Nęuius. Ficitores omnes cupiunt ficitatem.

¶ Ficedula auis q̄ vulgo Galberi⁹ dẽ a ficu fructu. Mar.
Cū me fic⁹ alat: cū paſcar dulcib⁹ vuis. Cur poti⁹ nomē n̄
dedit vua mihi: hāc auē gręci quoq; ſycelidā appellauere

¶ Ficatum iecur ſuillū maxime: qđ gręci ſycoton appel
lant a ſue fico paſta.

¶ Ficulnus a.um. qđ eſt materiatū ex ficu arbore. Hor.
Olim truncus eram ficulnus inutile lignum.

¶ Ficulne⁹ a.um. idē qđ ficulnus. Aug. De arbore ficul
nea q̄ trienniū habebat: & fructū non ferebat. Et iterū ibi
in Lucā. Prim⁹ homo poſtq̄ peccauit foliꝭ ficulneis pu
dēda velauit. Eadē autē forma ficulnus & ficulneus: qua
ſalignus & ſaligneus: ilignus & iligneus dicitur.

¶ Ficulnea æ. ipſa ficus arbor: vt eſt apud euangeliū. Vi
dete ficulneā. Ply.lib.xvj. Q uibus & ficulnea & ligna ex
hedera tradenẽ. Amb. Pleriq; ſecundū domeſticā & fru
ctiferā ficum agreſtē ficulneā ferunẽ inſerere. Hier. in cā
ticis. Et ficulnea germinauit. Idem ſuper p̄s. In vineis fi
culneiſq; ac reliquis lignis omne humanū genus oſtēdit
plagis cæleſtibus verberatum.

✱ Ficolea palus Ficulnus. Cc.

¶ Fictor a fingēdo dictus eſt qui fingit.i. qui componit
& qui ſimulat.

¶ Fictum quod factum eſt vel ſimulatum.

¶ Fictitius a.um. qđ fictum eſt hoc eſt ſimulatum: vt ra
tio fictitia quæ ficta eſt & ad tempus excogitata.

¶ Fictile: pe.cor. qđ eſt factum a figulo. Ply.lib.xxxv.
Fictilibus dolijs ad vina excogitatis. Hiero. Calix & vr
ceolus fictilis probanẽ prius & ſic emunẽ: ſola vxor non
oſtenditur ne ante diſpliceat q̄ ducatur.

¶ Fides fidei genitiuū facit nō ratiōe ſed differētię cauſa
vt īquit Ser. Q đ nomē videẽ habere cū id qđ dicẽ fit: vt
ſcribit Ci.li.iiij. de rep. Hinc dare fidē dicim⁹ aliquid ſan
cte ꝑmittere. Virg. Accipe daq; fidē. qđ eſt ꝑmitte. Diffi
niẽ aūt ſic. Fides eſt dictoꝵ & couētoꝵ cōſtātia & veritas
Vel Fides eſt cōmendatoꝵ fida executio vł obſeruātia.
Aliqn̄ fides capiẽ ꝓ credulitate. Vñ bonæ fidei poſſeſſor
dicẽ qui ignorauit rē quā emit alienā eſſe: aut putauit eū
qui vēdidit ius vendēdi habere. Itē bonę fidei homo vo
caẽ cui res tuto crediẽ: vel qui rem ſibi creditā fideliter ſer
uat. Sue. Auguſtus populo ꝑmiſſum cōgiariū repoſcē
ti: bonæ ſe fidei eſſe reſpondit. Hinc habere fidē credere
eſt. Et accipere fidē eſt credi. Ter. in eu. Si hæc fidem ha
beat ſe ire ꝓpoſitū tibi. Mar. Accepit fabula fidē.i. credi
ta eſt. Sic a theologis accipiẽ: vt eſt illud Fides tua te ſal
uum fecit. Interdum pro dei dono ſeu gratia qua ſancti
miracula factitarūt: vt eſt illud apoſtoli ad Ro. Vnicuiq;
ſicut deus diuiſit mēſuram fidei. Et illud ſi habueritis fi
dē vt granū ſinapis dicetis monti trāſi hinc. Ci. pro Len
tulo: Fidē pro ꝑmiſſiōe & quaſi ſpōſiōe poſuit. Pōpeij fi
des quā de me Cęſari dederat. Et fides probatio dicẽ: vt
facio fidē per teſtes. Item fides ponẽ pro auxilio. Iuue.
Nos hominū diuumq; fidē clamore ciemus. Sic etiā ſu
miẽ cū apud auctores dicitur pro deū atq; hominū fidē.

¶ Fidem aſtringere eſt promittere: quia vincula fidei di
cunẽ. Ter. in eu. Heus tu hac lege tibi meā aſtringo fidē.

¶ Fideiuſſorius qui fideiubet. Eſt enim ſignificationis
actiuæ.

¶ Fideicōmiſſarius habet paſſiuam ſignificationē. Nā
is dicitur qui fidei cōmiſſionem accepit.

¶ Fido is. fiſus: fidem habeo: credo: ſpem pono: & tam
cū ablatiuo q̄ cū datiuo cōſtruiẽ. Iuue. fidimus eloquio
Ciceronis. Virg. Et fidere nocti. Huius cōpoſita ſunt Cō
fido & Diffido: q̄ ſunt cōtraria. Nam diffidere eſt creduli
tatem deponere. Seneca. Nec ſecūdis rebus nimis fiden
dū nec aduerſis diffidendum eſt: & habent pe. pro.

¶ Fidus a fido is. dicitur cui fidendū eſt. Cuius cōpoſi
tū & cōtrarium eſt infidus pe. pro. Nam perfidus pe. cor.

a fides fit. Liui. Infida regni ſocietas. Similiter malefid⁹ .i. minus fidus. Male enĩ diminutionẽ ſignificat non negationem. Virg. Statio malefida carinis.

¶ Fidelis a fide & is dicit̃ cui fidere poſſumus. Teren. in hecy. Q̃ paucos repias meretricib⁹ fideles euenire amatores. Et ꝓprie vt ſcribit Do. ad ſeruũ pertinet: fidus ad amicum. Fidele enĩ officiũ eſt ſeruare aliquid. Ci. in Lael. Q̃d Tarquiniũ dixiſſe ferũt: tũ cũ exulem eſſe intellexiſſet. Quos fidos amicos habuiſſet: & quos infidos. Trãſfertur etiã ad inanimata. Ply. li. xxxvj. de infideli exemplum poſuit. Globoſus fortis cõtra iniurias: ſed ad ſtructurã infidelis niſi multa ſuffraenatiõe deuinctus: nec certior fluuiatilis ſemper veluti madens. Hinc fidelitas & infidelitas. In ſacris litteris fidelis quãdoq; accipit̃ pro veridico. Apoſtolus ad Cor. Fidelis deus per quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius.

⁎ Fidelitas a fidelis ſicut ab infideli infidelitas. Cc.

¶ Fidentia a fidens participio & ambo in laude ponuntur. Ci. lib. ij. rhe. ſcribit fidentiam partem eſſe fortitudinis per quã magnis & honeſtis in rebus multum ipſe animus in ſe fiduciae cum certa ſpe collocauit.

¶ Fiducia ſimiliter audacia: & fere ſemper in bonũ q̃uis aliquãdo in malum. Virg. Tãta ne vos generis tenuit fiducia veſtri. Et Cernis quae rutulos habeat fiducia rerũ. Aliquãdo fiducia ponitur pro ſpe. vt apud Eſaiã. Qui autem fiduciam habet mei hęreditabit terram.

¶ Fides fidis cithara dicta q; tãtum inter ſe chordę eius q̃tum inter homines fides concordet. Cice. in hortẽ. Ponẽdę ſunt fides & tibię. Aliq̃n chordae ipſę dicũtur fides.

¶ Fidicula diminutiuum parua cithara vel chordula citharę. Gel. lib. j. Sederũ acheos Homerus pugnã incipiſci ait non fidicularum tibiarumq; concentu conſpiratã. Ci. li. iij. de natura deorũ. Quid ſi platani fidiculas ferrẽt numeroſe ſonantes idem ſcilicet cenſeres in platanis ineſſe muſicam. Sue. in Tiber. pro chordulis accepit. Excogitauerat inter genera cruciatus: vt repẽte veretris deligatis fidicularũ ſimul vrinaeq; tormẽto diſtenderet &c. Eſt & Fidicula inter aſtra cõſtituta quae fides a Columella: ab Hygino lyra nominat̃. Ply. lib. xxviij. Fidicula occaſu ſuo autũnũ inchoat. Praeterea Fidiculę numero tãtum plurali ſumitur pro inſtrumento torquendi ex duobus vt putatur obliquatis lignis cõpacto ab extorquenda veritate ac fide: vł a neruicis funibus vinculis quibus ad illum modum homines torquendi alligabantur. Sed verius putatur eſſe tormẽtum quo ſontes a tortore chordis funibuſq; alligati vulgo torquentur.

¶ Fidicen pe. cor. qui fidibus canit. Cice. paeto. Socratẽ fidibus docuit nobiliſſimus fidicen.

¶ Fidius de⁹ eſt q fidei p̃eſt. Plau. per deũ fidiũ credis iurato mihi. Vñ dicimus mediuſfidius: ſicut mehercules.

¶ Fidelia ae. gen⁹ vaſis ſamij ad vſus plurimos. Perſius Diſce: nec iuideas q; multa fidelia putet In locuplete penu. Curi⁹ Ci. Nec ſolere duos parietes de eadẽ fidelia dealbare. Plau. i aul. Mulſis cõgialẽ plenã faciã tibi fideliã.

¶ Fidena ae. pe. pro. & Fidenę arũ. vrbs latinorũ mediterranea. Virg. li. vj. Hic nomẽq; tuũ gabios vrbẽq; fidenã. Iuue. Viuat Fidenis & agello cedo paterno.

¶ Figo is. xi. ctum. & xum. ſecundũ Diome. Scaurũ referẽtem qui ait. Sagitta confictus. vſus tamen eſt per x. Eſt autẽ figere qđ vernacula lingua dicimus ficare. Hiero. ad Helio. Cerne man⁹ iudaee quas fixeras cerne latus romane qđ foderas. Interdũ ponit̃ pro plantare. Virg. li. iiij. geo. Ipſe feraces figat humo plantas. Interdum pro percutere ferire. Iuue. Cũ tener vxorem ducat ſpado: menia tuſcum: Figat aprũ: & nuda teneat venabula mamma. Huius cõpoſita ſunt Affigo iuxta figo appono. Lactan. lib. iiij. At illi cõprehenſum ac pontio Pilato qui tũ legatus ſyriam regebat oblatũ cruci affigi poſtulauerũt. Aliquãdo iuxta plãto. Virg. lib. ij. Ge. Nec ſemine iacto Concretam patitur radicem affigere terrę. Aliquãdo digitis ficus facio qđ in vituperiũ fieri ſolet. Lact. lib. v. Si quis attigerit ex iſtis inepte religioſis: vt ſunt nimia ſuperſtitione impatiẽtes inſectent̃ etiam maledictis: & vix lecto fortaſſe principio affigat proijciat execret̃: ſeq; inexpiabili ſcelere contaminari atq; aſtringi putet ſi haec aut legat patienter aut audiat. Configo ſimul figo. Defigo deorſum figo planto aut mitto. Col. lib. iij. Tum in terrã bene paſtinatam & ſtercoratam rectum ſarmentum defigito. Virg. li. ij. geo. Altius & penit⁹ terrę defigit̃ arbos aeſculus i pruni s. Lact. li. ij. Oculos ſuos ab alto deijciũt ſoloq; defigunt. Perſius poſuit pro ferio vel tranſfodio. Ore teris modico pallẽtes radere mores Doctus & ingenuo culpam defigere ludo. Infigo intus figo. Col. lib. ij. Nam pecudes molli ſolo infigũt vngulas. Hier. per trãſlationem in prologo Iob. pro aſcribo poſuit. Error inquit mihi geminus infigitur. Praefigo ante figo: ſeu itus claudo. Virg. li. iij. geo. Multi iam excretos prohibent a matribus hędos: primaq; ꝓpręfigunt ferratis ora capiſtris Suffigo ſubtus ſigo: ſiue ſuper clauis figo. Lact. lib. iiij. Quid de huius crucis indignitate dicimus in qua deus a cultoribus dei ſuſpẽſus eſt atq; ſuffixus? Refigo rurſus ſiue valde figo. Col. lib. v. Nam ſiue prope truncum defigitur palus pedali tamen ſpacio refigendus eſt. Virgi. lib. iiij. geo. Aulas & cerea regna refigũt. Tranſfigo vltra ſeu ab vna parte ad aliam figo. Liui. li. j. Stricto itaq; gladio ſimul verbis increpans tranſfigit puellam.

¶ Figmentum qđ factum eſt a fingo fingis: vt eſt apud apoſtolum. Nunquid dicit figmentũ ei qui ſe finxit: quare me ſic finxiſti? Aliquando figmentum dicitur mẽdacium & ſimulatio: vt ſunt figmenta poetarum.

¶ Figulus pe. cor. fictor dicit̃ qui creta atq; argilla opera facit.

¶ Figulina: ſeu qđ magis a doctis vſurpatur per ſyncopen Figlina pe. prod. officina eſt in qua figulus opera facit. Et opera ipſa figlina & fictilia dicunt̃. Ply. li. xxxiiij. Vruntur omnia ea crudo fictili in fornacibus donec figlina percoquatur. Item figlina dicitur ars figulorũ. Idẽ li. xxxv. Figlinarum opera imbricib⁹ tabulis teguliſq; ad balneas mãmatis vł ad tecta coctilibus laterculis fundamentiſq; aut quae rota fiunt.

⁎ Figlinam primus inuenit Cherebus athenienſis. Cc.

¶ Figura a fingo dicit̃ forma aſpectus qualitas. Vnde figurę apud grammaticos: & figurę ſententiarũ Cic. li. iiij. ad heren. Sunt igitur tria genera quae nos figuras appellamus in q̄bus oĩbus ratio nõ vitioſe cõſumit̃. Vnã grauem alterã mediocrẽ tertiã attenuatam vocamus.

⁎ Figura trinacria triangularis dicitur. Cc.

¶ Figuro as. pe. pro. formo & figurã ipono. Lact. lib. ij. Hominẽ figurauit ex limo terrę. Et oratio figurata dicit̃ p figuras facta. Figurate aduerbiũ ſignificat per figurã Cõpoſita ſunt Configuro: quod eſt cõpono & ſimul formo. Idem lib. vij. Quoniam homo ex rebus diuerſis ac repugnantibus configuratus eſt anima ex corpore. Pręfiguro de quo infra.

⁎ Filiaſter filij imitator & a nonnullis pro priuigno capitur: cuius foemininum eſt filiaſtra. Cc.

⁎ Filicula hęrba eſt alias polypodion dicta ſimilis eſt filici radix piloſa coloris intus hęrbacei: craſſitudine digiti minimi acetabulis cauernoſa ſubdulcis in petris naſcẽs

⁎ Filijfamilias dicũt̃ i quos patreſfamilias iuriſditionẽ hñt.

⁎ Filius ἀπὸ τοῦ φίλου dictum volunt hoc eſt amore: q; omniũ conſtantiſſimus amor ſit parentum in filios. Appellatione filiorum (vt iuriſconſulti ſentiunt) etiam filię continentur; ſed non econtrario. Cc.

¶ Filū ꝓprie qđ ex lino lana vel trahēdo ducit: hoc eſt linamētū. Luci. Surge mulier duce filū ĩ malū. Aliqñ ponit pro linea. Var. Sūptoq; atramēto ſutorio filū duxit. Hic filo as. cui⁹ paſſiuū eſt filor: a quo Effilo. Effilatū eñ dicimus qđ extra veſtimētū filo cōtextū eſt: qđ rectū quoq; a quibuſdā dicit. Eſt autem filare filum ducere.

¶ Filiſtum regio quę nunc dicitur Aſcalon: & contra regio palęſtinorum.

¶ Filix genus hęrbę ſatis notę. Col. lib. ij. Iunci & graminis pernicies repaſtinationem filicis frequēs extirpatio. Nam cōſtat Filicem ſationibus & ſtercoratione facilius interimi. Huius diminutiuū eſt Filicula.

¶ Fimbria ois veſtiū extremitas. Antiqui Fibrum dicebāt extremū. Vñ in veſtimētis fimbrię: & in iecore extremę ptes fibrę nūcupant. Fimbriata vrticę folia eē ſcribit Ply. Ex quo colligim⁹ q̄lis ſit poſitura & flexura fimbriarū. Fibria quoq; nomē fuit rōani ciuis crudelitate iſignis

¶ Fimus letamen dicitur.

¶ Fimū qđ nos fritillū & alueolum dicimus in quo coniectę teſſerę agitatęq; miſcent. Hora. Mitteret in fimum.

¶ Fingo is. xi. ctū. cōpono formo. Vñ & figuli dicūtur: & vas fictile qđ format vt ſit & aliquā formā habeat. Sal. Quę natura vētri pna atq; obediētia finxit. Lact. li. j. Ita q; hoies eoꝝ ſimulacra finxerūt vt haberēt aliqđ ex imaginū cōtēplatiōe ſolatiū. Eſt eñ generale vocabulum ad oia q̄ ingenio manuq; artificioſe formant. Ci. lib. j. offi. Apiū examina nō fingēdoꝝ fauorū cauſa cōgregantur ſed cū cōgregabilia natura ſint: fingūt fauos. Et fingere ſimulare eſt: qm̄ ea q̄ ſimulamus ita formamus atq; componimus: vt vera eſſe videant. Ci. de fi. bo. Talib⁹ exemplis nō fictę ſolū fabulę: ſed etiā hiſtorię refertę. Hic fictio fictū & figmētū. Huius verbi cōpoſita ſunt Affingo: qđ eſt ſupra fingo vl' cōpono. Lact. li. iiij. Nihil nos affingimus: nihil nos addimus. Habeant hęc q fecerūt: legebāt in quos hæc dicta ſunt. Confingo ſimul fingo ſimulo. Ter. in phor. Omnia hęc cōfingam qđ erit mihi bonum atq; cōmodū cum tu horum nihil refelles vicam ſcilicet. Diffingo qđ fictum formatumq; fuerat remoueo. Hor. lib. ij. car. Neq; diffinget infectumq; reddet. Senc. Diſſipatum inſtaurat atq; diffingit. i. in diuerſas formas fingit. Effingo de quo ſupra.

¶ Findo is. fidi fiſſum: per duplex ſſ. ſignificat ſcindo. Co. li. iij. Curabis: vt pręacutiſſima falce ab ea parte qua bifurca eſt ſcindas eā. Huius cōpoſita ſunt. Diffindo: qđ eſt in diuerſas partes findo. Virg. Et media liquefacto tēpora plūbo diffidit: ac multa porrectū extēdit arena. Infindo: intus findo. Idē. Quę iubeant telluri infindere ſulcos. Fiſſile Fiſſura & quadrifidus deriuatiua ſunt.

¶ Finis generis tā maſ. q̄ fœ. Vir. Quē das finē rex magne laborū. Idē. Hęc finis priami. Et eſt finis termin⁹ ſiue extremitas in vnaquaq; re: hoc eſt id ĩ quo vnaquęq; terminat res. Sic dicit finis terminationis. Sicut pratū dicit finiri vbi terminat: vt apud Eſaiā. Cuius regni nō erit finis. Eſt & finis cōſūmatiōis. Vñ dicimus domus finit qñ cōſummat. Et veſtis finita eſt qñ cōſuta eſt: vt indui poſſit. p̄s. Ois cōſummationis vidi finē. Rurſus eſt finis cōſumptionis. Sic dicimus cibū eſſe finitū & candelā finitā: qñ cōſumpta eſt: vt in Geñ. Finis vniuerſę carnis venit corā me. Eſt & finis itētionis: ſic dicit: talis eſt finis huius operarij. i. itētio: vt apud Iob. Sicut mercenari⁹ p̄ſtolat finē operis ſui. Hic artifices finē vocāt id ad qđ oia referunt: & cui⁹ gratia cętera fiūt: vt finis medici eſt curare. Finis oratoris eſt bene dicere. Cōpoſita ab hoc noie ſūt. Affinis & Cōfinis pe. pro. Vñ cōfines agri dicunt q eodē loco finiūt. Hier. i prolo. li. Reg. Syroꝝ quoq; lingua & chaldęorum quę hebręę magna ex parte confinis eſt.

¶ Finio is. iui. itū. perficio. Apule⁹. fine opus finiā: qđ incœpi. Aliqñ finire ē terminū ponere metari. Vñ finitores. Hui⁹ verbi compoſita ſunt. Defınio Diffinio & Pręfinio.

¶ Finitor pe. pro. dicebat qui nunc Agrimenſor. Plau. in penu. Eius nunc regionis limites confinia determinabo eius rei ego factus ſum finitor.

¶ Finale qđ ad finem pertinet. Vnde finalis cauſa.

¶ Finitimus a. um. pe. cor. qđ prope eſt. Liui. lib. j. Iam res romana adeo erat valida: vt cuilibet finitimarum ciuitatum par eſſet.

⁎ Finitio quæ & diffinitio dicit eſt rei propoſitæ propria & dilucida & breuiter cōpręhenſa verbis enunciatio quæ cōſtat maxime genere ſpecie & differentijs ꝓprijs: vt homo eſt animal ratiōis capax: morti obnoxium. Cc.

¶ Fio is. fact⁹ ſignificationē paſſiuā habet. Hier. Equorū curſus clamore pnicior fit. i. efficit: gręce tamē eſt φύω φύσω ἐπὶ τοῦ μέλλοντος καὶ πέφυκα ἐν τῷ παρακειμένῳ. ⁎. i. φύω ſum fio produco: futurū φύσω fiam p̄teritū πέφυκα factus ſum. Et infinitiuo Fire habet ſecūdū rectam declinationē: qđ patet per eius compoſita Confire & Suffire: licet & confieri dicat. Virg. lib. iiij. Confieri poſſit paucis aduerte docebo. Quę duo & ſi a verbo paſſiuā ſignificationē habēte deſcēdāt: actionē tñ denotāt. Virg. At ſuffire thymo ceraſq; recidere manes Quis dubitet? Cōfio tñ in paſſiua ſignificatione reperit pro cōficior: vt apud Macro. Oportet diē qui ex quadrātibus cōfit intercalare. i. cōficit. Col. lib. ij. Tria ſtercoris genera ſunt p̄cipua qđ ex auib⁹: qđ ex hoibus: qđ ex pecudib⁹ cōfit. Defit: de quo alibi. Ex fio: infit icipit. Habet eñ ſignificationē actiuā. Li. lib. j. Tū ita Tullus infit. Antiqui tñ fior dixerūt. Vnde Cato cenſorinus de Lucio inquit. Gręco ritu fiebantur ſaturnalia. Cui⁹ infinitiuus eſt Firi. pro quo vt Priſ. docet interpoſita e dicimus de vſu fieri. Cōſtruitur modo cum ablatiuo: vt hoc factum eſt a te: modo cū nominatiuo: vt ille fit doctus. Ponit quandoq; pro æſtimor. Ci. in Læl. Tertius vero ille finis teterrimus: vt q̄ti quiſq; ſe ipſe faciat: tanti fiat ab amicis. Quandoq; pro appareo & innoteſco. Apoſtolus ad ro. Vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum. Et illud fiat de⁹ verax. i. appareat: innoteſcat. In tertia perſona quādoq; pro euenit: contingit. Idē li. j. offi. Fit autem interdū: vt nonnulli omiſſa imitatione maiorum ſuorū quoddā inſtitutum cōſequant. Fieri poteſt: pro poſſibile eſt ab oratoribus vſurpatur. Habet fio ea compoſita quę facio: vt Caleſio Frigeſio &c.

¶ Firmus ſtabilis: cōſtans a ferēdo dictus q; conſtanter omnia ferat. Hinc firmitas: q̄ & firmitudo dicit pro ſtabilitate & conſtantia. Plau. Si iſtam firmitudinē animi obtines ſalui ſumus. Itē firmus dicit munitus: fortificatus. Ci. Firmus ab equitatu: qđ eſt munitus ab equitibus: firmus per equites. Et eſt ornatus dicēdi modus: vt Ci. fuit clarus ab eloquētia. Hui⁹ cōtrariū eſt infirmus. i. debilis.

¶ Firmo as. ſtabilio fortifico. Liu. Firmatq; eū aphricis maxime p̄ſidijs. Lact. lib. iiij. Supeſt: vt verbis facta firment. Hui⁹ cōpoſita ſunt Affirmo. Cōfirmo pro approbo roboro. Lact. li. iiij. Debet ergo doctor ille pfectus & docere ita p̄cipiēdo & cōfirmare faciēdo. Et p Certifico. Ci. Treba. Balbus mihi cōfirmauit te diuitē futurū. Infirmo nō firmo: ſiue deficere cadere ve facio. Lact. li. v. Vbi autē religionis eius cōtra quā perorabat ifirmare voluit rationē. Refirmo rurſus firmo. Offirmo de quo infra.

¶ Firmamentū ſoliditas & ſtabilimētū. Ci. li. j. ad heren. Nam in ea nec ratio quare fecerit q̄rit nec firmamentum quęrit: quoniā non ſubeſt ratio. Vnde firmamentū dictū eſt cælū a firmitate. Aug. Hoc ſane nouerint nec nomen firmamenti cogere: vt ſtare cœlum putemus. Firmamētū eñ nō propter ſtationē: ſed propter firmitatē aut pro-

pter intranſgreſſibilem terminũ ſuperiorũ & inferiorum aquarum vocatum intelligere licet.

¶ Fiſci fiſcinę & fiſcellę ſunt vaſa ad maioris ſummę pecunias capiendas q̃ marſupia. Vnde quia maior ſumma eſt pecuniæ publicæ q̃ priuatæ: dicit̃ Fiſcus pecunia publica: proprie tñ apud idoneos auctores fiſcus principis dicit̃: erariũ vero publicũ. Ply. ad Traia. At fortaſſe non eadẽ ſeueritate fiſcũ q̃ erariũ cohibes: immo tanto maiore q̃to plus tibi licere de tuo q̃ de publico credis. Iuriſcõſulti ſcribũt res fiſcales quaſi proprię & priuatę principis ſunt. Inde confiſcari ſolet dici in publicum ius ærarij redigere. Sue. in Augu. Deuictiſq; his & confiſcatis ꝓmiſſa veteranis pręmia ſoluerentur.

¶ Fiſcale qđ ad fiſcũ ꝑtinet: vt ius fiſcale: fiſcalis cauſa.

⁎ Fiſcales calumnię dicebantur delatorum qui alios accuſabãt. & nõnunq̃ ex fiſco eis dabatur pars mulctę qua accuſati mulctabantur. Cc.

¶ Fiſcina pe. cor. a fiſcus præter regulã aliorũ a primitiuis habẽtibus c. deſcẽdentiũ: vt Mãcus mãcinus. Eſt autẽ Fiſcina genus vaſis pro capienda maioris ſummę pecunia. Vnde Aſco. Sportę ſportulę & ſportellæ nũmorũ ſunt receptacula. Et ſacci ſacculi & ſaccelli: crumenę: mãticę: & marſupia. Ita fiſci fiſcinæ fiſcellę. Fit autẽ plærũq; ex iunco qđ alij caniſtrũ: alij calathũ dicũt. Virg. Et facilis rubra texatur fiſcina virga. Dicta eſt fiſcina: vt inquit Var. a ferendo. Ea nãq; feruntur paleæ: fœnum: frondes & id genus reliqua. Ouid. Vnde data eſt ægrę fiſcina frõdis oui. Et Ply. Frõdarias fiſcinas quattuor implere frõdatorem iuſtum eſſe autumat. Fiſcina item olei factores vtuntur: vt Idẽ lib. xv. oſtendit. Huius diminutiua ſunt Fiſcella & Fiſcinula.

¶ Fiſcella vas vimineũ aut ex iũcis quo lac coagulat̃ dũ caſeus imprimit̃: vel in quo caſei ferunt̃. Hier. ad Ruſti. Vel Fiſcellam texe iunco vel caniſtrũ plecte viminibus. Tibul. Tunc fiſcella leui detexta eſt vimine iunci. Raraq; per nexus eſt via facta ſero. Fiſcella etiam e viminibus funiculiſve contexta dicit̃ qua boum ora fauceſq; iumẽtorũ capiſtrant̃. Ply. li. xviij. Fiſcellis capiſtrari boues oportet ne germinũ tenera decerpant.

¶ Fiſcellus ab atiquis dicebatur caſei mollis appetitor. Quo noie etiã dictus eſt mõs in Italia nõ lõge a Tyberi.

¶ Fiſon fluuius quem noſtri Gangen vocãt de Paradiſo exiens. Vide Phiſon.

¶ Fiſſile qđ fiſſum eſt: vt fiſſilis arbor. Ply. lib. xvj. Milleq; fiſſile rimis hoc lignũ. Quandoq; dicit̃ fiſſile pe. cor. quia funditur quaſi fiſſibile. Idem paulo ante. Hæc maxime fiſſilia alia frangi celeriora q̃ findi. Virgi. Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum.

¶ Fiſtula proprie dicit̃ per quã aqua educit̃ fuſa a fundẽdo ſiue ferendo ſicut Tubi a tumore & canales a cãna ꝙ ad earũ ſimilitudinẽ facti ſunt: ego tamen græcum puto φυσάω inflo fitum dicunt vulgo. Hiero. lib. ij. Reg. Tetigiſſet domatũ fiſtulas. A cuius ſimilitudine inſtrumentũ muſicũ quo flatu canit̃. Cuius Pan dicit̃ iuẽtor fuiſſe. Virgi. Septẽ cõpacta cicutis fiſtula. & hulcus altũ ãguſtũ & calloſum in corpore fiſtulę nomen ſortit̃ ſiue ex vulnere ſit: ſiue ex vitio ortũ: qđ ad ſuppurationẽ venerit. Et fiſtula in homine per quã ſpiratur: ſeu cibus deijcit̃. Nam duas eſſe fiſtulas ſcribit Lact. de opi. hominis. ſpiritualẽ ſ. & cibalem: illa ſpiritũ meare: hac cibũ potumq; deſcẽdere. Et hæc a faucibus incipiunt. Spiritalem Cor. aſperam arteriã nominat. Sed alia alij eſt ſuperpoſita. Nã interior gula vocat̃: quę a Celſo ſtomachus nũcupatur: quia ſtomacho cõnectitur: & per quã cibus demittitur. Exterior vero Epigloſſis dicitur. Quæ operculum habet cartilaginoſum: qđ claudit foramẽ cum cibus vorat̃. Hoc ſublinguiũ: ſiue lingua minor appellatur. Rurſus fiſtula arbor aromatica: ſed parua q̃ & caſia dicit̃: quę pro ſui breuitate a quibuſdam inter herbas odoriferas numerat̃: & ad curandas viſcerum moleſtias valet.

¶ Fiſtulator accipit̃ pro tibicine: vt eſt apud Gellium.

¶ Fiſtulo as. Fiſtulam ago & in modũ ſpongię quicq̃ facio. Ply. Et pumicis fiſtulans vice.

¶ Fiſtuloſus a. um. qđ eſt ſpongiæ modo factũ: hoc eſt foraminibꝰ plenum. Col. lib. viij. de Caſeo. Deinde quo tenerior permaneat: clauſo neq; ventis obnoxio loco ſtipatur per cõplura tabulata. Sic neq; fiſtuloſus: neq; ſalſus: neq; aridus prouenit. Quorum vitiorum primũ ſolet accidere ſi parum preſſus. Secũdum ſi nimio ſale imbutus: tertium ſi ſole exuſtus eſt.

⁎ Fixulam a fingẽdo pro fabula veteres vſurparũt. Cc.

F ante L.

¶ Flabrũ quaſi flatio a flo as. Proper. Neq; hic boreę flabra: neq; arma timet. i. flãtes vẽtos. Virg. Nec flabra nec imbres. Verũ Ser. putat tãtũ flabra numero plurali dici.

¶ Flabellum diminutiuũ a flabro: & accipitur pro inſtrumẽto quo fit ventilatio per æſtatem ad refrigerandũ corpus. Ter. Heus tu Dore cape hoc flabellum & ventulum huic ita facito dum lauamur. Ouid. de arte. Profuit & tenui ventos mouiſſe flabello.

¶ Flaces oliuarum purgamenta. Ply. In amurca & flacibus hæ ſunt carnes & illæ fæces.

¶ Flaccum dicit̃ tritũ. Et flacco habere: quaſi ad terẽdũ habere. Plau. Perij flacco habebit iã illic homo lumbos meos. Hinc fit deflacco as.

¶ Flaccidus a. um. a flaccus dicit̃ qđ eſt languidũ. Vnde flaccidi ſiue flacci dicunt̃ quorũ aures pendulę & nõ arrectę ſunt. Col. lib. viij. Caper flaccidis & prægrauantibus auribus exiguo capite habetur optimus. Hic cognomẽ familiæ romanę ductum eſt: vt flacci appellentur: qui aures deorſum pendentes habent.

¶ Flacceo es. cui. langueo. Hiero. in Eſaia. Et erunt irrigua eius flaccentia: a quo flacceſco languidus fio. Col. li. iij. Paucis deinde horis dum flacceſcat in ſole habeto. Deinde in vmbra aſſiccato & ita cõdito. Compoſitũ eſt Conflacceo quo vſus eſt Gel. li. j. pro detumeſco. Nam fluctus inquit qui flante aquilone maximi & crebriſſimi excitantur ſimulac ventus poſuit ſternuntur & conflacceſcunt: & mox fluctus eſſe deſinunt.

¶ Flagella diminutiuũ a flagris ſummæ arborũ partes virgę ſiue capita minorũ ſarmẽtorum: vbi naſcit̃ vua: ꝙ caro his percuſſa flagret: q̃uis aliqui a flando potius dici velint: ꝙ ventorũ crebros ſuſtineant flatus. Col. li. v. At certe in ordinarijs vitibꝰ vtiq; obtinendũ eſt: ne pluribus flagellis emancient̃ niſi ſi propaginibus futuris proſpiciemus. Var. li. de re ruſ. Emucidũ ſacramẽtũ propter infirmitatẽ ſterile: neq; ex ſe poteſt eijcere vitẽ quã vocant minorẽ flagellũ: maiorẽ etiam vnde vuę naſcunt̃ palmã priore littera mutata in d dalma a venti flatu dicta.

¶ Flagello as. q̃ſi flagello cędo. Sicut verbero a verbere: & fuſtigo a fuſte. Et flagellare increpare ẽ atq; pſonare.

¶ Flagro as. ardeo a flãma vł a flatu quo alit̃ incẽdium q̃ñ flatu excitat̃ ignis. Virg. Flagrãtiſq; dei vultũ. Trãſfert̃ q̃ñq; ad deſyderiũ amoris: odij: irę: virtutis: aut vitij. Lact. lib. j. Quid Apollo pater eius nõne ob amorẽ quo flagrabat turpiſſime gregem pauit alienũ? Et li. vij. Qui auaritia inopũ inexplicabili quadã ſiti flagrãt. Liui. li. ij. Ciuitas ſecũ ipſa diſcors inteſtino inter patres plębemq; flagrabat odio. Huius cõpoſita ſunt. Cõflagro: qđ eſt totũ ſimul flagro. Lact. li. iij. Capitoliũ nõ ſemel: ſed ſæpiꝰ fulmine ictũ conflagrauit. Deflagro de quo ſupra.

¶ Flagratores dicebant̃ illi: q mercede flagri cędi ſeptiſ

mebant.

¶ Flagriones dicti ſunt ſerui q̄ flagris ſubiecti ſint: vt verberones a verbere.

¶ Flagitiū eſt vitiū flagitatione.i.reprenſione dignum. Nā flagitatio ad ſtrepitū dicit̄. Flāma eñ flagella & flagitare.i.perſonare dici intelligimus: quoniā ſine ſonitu nō ſunt. Et eſt flagitiū generale ad omnia mala. Ci. in Cato. Stupra vero & adulteria & omne tale flagitiū nullis alijs illecebris excitari niſi voluptatib⁹. Aliqñ ſignificat errorē: vtpote rē vel flagris vel increpatione dignā. Ci. Tantam ne obliuionē inquit in ſcripto preſertim vt ne legēs quidē ſenſerit quantū flagitij admiſiſſet.

¶ Flagitioſus ſceleratus. Sal. In tāta tamq̄ corrupta ciuitate id qđ factu facillimū erat omniū flagitioſorū atq̄ facinoſorū circū ſe tanq̄ ſtipatorū cateruas habebat.

¶ Flagito as. a flāma deductū videt̄: vt ſit quaſi flāmas agito. Flagitare eñ proprie eſt vehemēter cū inſtātia clamore ac ſtrepitu poſcere cū flagella & flāma ſine ſonitu crepituq̄ nō ſint: vt docet Donatus in eu. Ter. Lact. lib. iiij. Succlamare cœperūt & crucē eius violentis vocibus flagitare. Hiero. in prolog. paral'. Deniq̄ cū a me nup flagitaſſetis: vt vobis paralipomenon latino ſermone trāſferē. Habet hoc verbū in ſe maiorē vim q̄ poſtulo. Et qñq̄ accuſatiuo tātū iūgit̄: vt Ci. pro Quintio: q̄q̄ hoc cauſa poſtulat: & ſi poſtulat nō tamen flagitat: qñq̄ habet accuſatiuū cū ablatiuo mediāte prepoſitiōe. Ceſar cō. j. Interim quotidie Ceſar ab heduis frumentū qđ eſſent polliciti flagitat. Quādoq̄ cōſtruit̄ cū duobus accuſatiuis: vt apud Sue. in Vitel. Tū fœneratorū & ſtipulatorū publicanorūq̄ qui vnq̄ ſe aut romæ debitū: aut in via portorū flagitaſſent vix vlli pepercit. Huius cōpoſita ſunt Conflagito. Ply. li. xxx. Tanta populi romani cōtumacia fuit: vt magnis theatri clamorib⁹ repoſti apoximenō conflagitauerit. Efflagito: de quo ſupra.

¶ Flamma a græco φλέγω φλέξω ardeo. Inde Flāmifer. Ponit̄ interdū metaphorice flāma pro periculo. Ci. li. ij. tuſ. Quid de cupiditate honorū loquar? Quæ flamma eſt per quā nō cucurrerint hi qui hec olim pūctis ſingulis colligebāt? Idē in Bruto dixit Galbā eripuiſſe ſeſe de flāma iudicij: cū ſignificare vellet eū liberatū eſſe a periculo iudicialis dānationis. Teren. in eu. Ex flamma te petere cibum poſſe arbitror. De fumo tendere ad flammam ſignificat ire in periculum.

¶ Flāmeus a. um. Col. li. vj. Quædā partes ei⁹ regionis ſic infeſtant̄ euro quē incolę vulturnum appellant. & niſi vites tegminibus opacētur velut halitu flāmeo fructu vratur.

¶ Flāmiuomus a. um. pe. cor. qđ flammas vomit.

¶ Flameū genus veli rubri ſeu crocei qđ geſtabat̄ a mulieribus nuper nuptis: ſic dictū q̄ eo aſſidue vteba⁹ flaminica.i.flaminis vxor cui nō licebat facere diuortiū. Et eodē modo tegebat̄ nupta flameo: vt perpetuo cū viro maneret. Luc. de Martia iterū nubente catoni. Lutea demiſſos velarūt flamea vultus. Huius diminutiuū eſt flameolum. Iuue. Sedet illa parato flameolo.

* Flammigena flamma genitus. Cc.

¶ Flaminiū tegumen quo matronę capita tegebant.

¶ Flaminica ſacerdotula ſiue flaminis dialis vxor.

¶ Flaminia flaminis domus. Et flaminia via romęa flaminio dicta.

¶ Flameari⁹ infector flamei coloris violę luteę q̄ flamea appellat̄: q̄ & luteola a noſtris dicit̄: ſicut violarius q violaceo tingit. Hinc flamea appellabant veſtimēta lutei coloris: quibus flaminica vtebat̄ a quo & veſtes quib⁹ amiciebant̄ nouæ nuptæ ſimiliter vocabantur flaminicæ.

¶ Flaminius ſacrorum p̄miniſter. Eſt etiam propriū nomen ciuis romani: a quo via flaminia: arcus flaminius & forum flaminium.

* Flamini⁹ lictor q flamini diali ſacrorū cā p̄ſto erat. Cc.

¶ Flamatica arbor fulmine icta.

¶ Flamē neu. ge. flatus dicit̄: ſiue voci ducta foramina muſicorū inſtrumētorū. Hor. Cur berecynthię ceſſant flamina tibię. Maſculino aūt ſacerdotē ſignificat. Et flamines cognomen accipiūt ab eo deo cui ſacra faciūt: vt flamē dialis a dio.i.ioue quaſi Iouialis Martialis a marte & Quirinalis a romulo. Aug. lib. ij. de ci. dei. ſcribit romanos tres tātū flamines inſtituiſſe trib⁹ numinib⁹ dialē Ioui. Martialē marti. Quirinalē romulo: dicti flamines ſacerdotes a filo quo cīctū caput ſi habebāt: vt docet Var. Ser. ſic habet. Flamines i capite habebāt pileū: qđ cū p æſtus ferre nō poſſent: filo tñ capita religare cœperunt. Nā nudis penitus capitib⁹ incedere nefas fuerat. Vñ a filo quo vtebantur flamines dicti ſunt quaſi filamines.

¶ Flāmo as. flāmā produco. Virg. lib. iij. geo. Exilit i ſiccū & flāmantia lumina torquēs ſęuit agris. Hinc cōponitur inflāmo qđ eſt valde vel intus flāmo. Cice. Curioni. Non feci inflāmādi tui cauſa: ſed teſtificādi amoris mei.

¶ Flāmeſcere eſt flāma fieri accēdi. Vnde in hymno dicimus: flāmeſcat igne charitas: accendat ardor proximos

¶ Flandria germaniæ regio ad littora oceani ſeptētrionalis poſita. Varios habet populos qui priſco noīe Cimbri dicti ſunt.

¶ Flator & flatus. Vide in dictione Flo. as.

* Flauij a flauo deduci dicunt̄ ob crinium candore. Erat eñ apud romanos familia ampliſſima. Flauiſſas priſci latini dixerūt quos græci θησαυροὺς nomināt qđ in eos nō rude es argētūq̄: ſed flata ſignataq̄ pecunia cōderet̄. Vñ per detractionē ſecūdę litteræ Fauiſſę dictę ſunt cellę quędam & ſpecus quibus ęditui capitolini vtebantur ad cuſtodiendas res veteres religioſas. Vnde Gel. lib. ij. ca. x. de quo etiam ſupra.

¶ Flauus color ex viridi rufo & albo cōcretus: hoc ē fuluo clarior q̄lis ē color auri. Et attribuit̄ qñq̄ melli. Mar. Flaua mella: qñq̄ capillis. Ouid. lib. ij. fa. Forma placet niueuſq̄ color flauiq̄ capilli. Qñq̄ bladis maturis. Vir. lib. j. ge. Neq̄ illū flaua ceres alto nequicq̄ ſpectat olympo. Vbi Ser. Flaua ceres dicit̄ propter ariſtarū maturitatē. Sic flauā aquā flauas frondes olearū dicimus. Virgi. lib. iiij. geo. Turbidus & torquēs flauentis hiſter arenas.

¶ Flaueo es. ui. fulgeo & auri colorē reddo a flammo q̄ ſit color nō diſſimilis flammæ: vel a flādo q̄ flata metalla eū colorem habēt. Col. lib. ij. Sed æqualiter flauētibus iam ſatis anteq̄ ex toto grana indureſcāt cum rubicūdū colorem traxerunt: meſſis facienda eſt.

¶ Flaueſcere eſt flauum fieri. Virgi. Molli paulatim flaueſcet campus ariſta.

¶ Flecto is. xi. xum. inclino voluo duco. Terē. in hecy. Iſthuc eſt ſapere vbicūq̄ opus ſit poſſis animū flectere. Virg. li. ij. ge. Et ipſa flectere luctātis iter vineta iuuēcos. Ser. Cū quadā moderatione ducere ne tenera adhuc virgulta cōcutiant̄. Huius compoſita ſunt Circūflecto. Circūplico. Circuo. Virg. Pręſtat trinacrii metas luſtrare pachini Ceſſantem longos & circū flectere curſus. Deflecto de quo ſupra. Inflecto. Augu. lib. viij. de ciui. dei. Socrates primus vniuerſam philoſophiā ad corrigendos componendoſq̄ mores inflexiſſe memorat̄. Reflecto in idē flecto. Offlecto de quo infra.

* Flemina dicūtur quaſi fluomina cū ex labore vię ſanguis effluit circa talum author Feſtus. Cc.

* Flexanima oratio dicitur quę animum flectere poſſit. Cice. ij. de oratore. Sed tantam vim habet illa quæ recte a bono poeta dicta eſt flexanima: atq̄ omnium regina rerum oratio: vt nō modo inclinantem erigere: aut ſtantem inclinare: ſed etiam aduerſantem & repugnantē (vt

imperator fortis ac bonus)capere poſſit.Cc.

⁎Flexanimus quod animum flectit.Cc.

⁎Flexibula ſatyræ nomen apud Varronē q̄ conſilium flectat βουλὴ enim conſilium ſignificat.Cc.

⁎Flexipeda hedera ab alijs poetis dicitur quā Vergilius errantem vocat.Cc.

⁎Flexipes qui flexos pedes habet.Cc.

⁎Flexumines ſiue potius flexanimes equites Romani erant prius celeres deinde flexanimes a flectēdis animis vt qdā putant ſiue potius a flectēdis equis poſtea Troſſuli a Troſſulo Tuſciæ oppido.Cc.

¶ Flexo is xi.xū. eiuſdē ſignificatiōis ē cū flecto.Priſ. A necto tamen nexui quod tamen etiam necto nexi dicentes & nexus: vt flexo flexi & flexus.

¶ Flectile penul .correp.quod flexum ē: vt vitis flexilis q̄ flexa ſit & lapſu erratico torqueatur.

⁎Flexura curuatio.Cc.

¶ Flegeton. Vide phlegeton quia græcum eſt.

¶ Flegma. Vide in phlegma. Suidas. φλέγμα. ου λέγεται πρῶτον ἀπὸ τροφῆς. πρῶτον γὰρ ἀπὸ τροφῆς τὸ αἷμα. τὸ καὶ φλέγμα πρῶτον τῶν ἀπέπτων: ἔστι δὲ καὶ ἄλλα ἄπεπτα ἀπὸ γὰρ φλέγματος. μεταβάλλεται ὀξὺς χυμὸς περὶ τὸν σόμαχον ἐστιν οὖν οὐχ ἁπλῶς πρῶτον ἀλλὰ τῶν ἀπέπτων. ⁎id eſt Phlegma nō dicit̃ primum ab alimento. primū enim ab alimēto ſanguinis ē phlegma.i.pituita primū ē crudorū ſūt etiam alia cruda a phlegmate mutatur acidus humor circa ſtomachum: non abſolute primum ſed crudorum.

¶ Flema dicitur cum ex labore viæ ſanguis defluit circa talos.

¶ Fleo es.eui.etum.cū lachrymis plango. Ideo tātum hominum eſt: ſicut rideo. Hinc fletus participiū. Virgili. Hic multū fleti ad ſuperos belloq; caduci.i.nobiles & cōſpicui quorū mortē magna lamentatio ſequitur. Fletus ſubſtantiuū. Compoſitū eſt Defleo: quod eſt valde fleo Ci.li.j.tuſ. Nō exercitu amiſſo nudus in ſeruorū ferrum & manus incidiſſet: nō liberi defleti: non fortunę omnes a victoribus poſſiderent̃. gręcū tamē eſt κλαίω.μ.κλαύσω.

¶ Flebile: quod dignum ē vt fleatur: a quo flebiliter aduerbium cum fletu.

¶ Fligo is.xi.ctū.affligo quo vſi ſunt antiqui. Vnde & flictus pafflictus. Sirius. Galea horrida flictu Aduerſæ ardeſcit galeę. Liui. Ipſe ſe in terrā fligit cadens. Cui⁹ cōpoſita ſunt. Affligo: confligo: infligo: & profligo: q̄ habent pen.pro. Eſt autem affligere proprie proſternere & in terram extendere. Ply. At canis ille horrentibus p totum corpus villis ingenti primū latratu intonuit: mox i ceruicē aſſultans contraq; belluā exurgens hinc & illinc artifici dimicatione qua maxime opus eſſet infeſtans atq; euitās donec aſſidua rotarum vertigine afflixit ad caſū eius tellure concuſſa. Cæſar. Neq; ſi quo afflictę caſu fuerint erigere ſeſe atq; eleuare poſſunt. Per tranſlationē ponitur p pturbare vexare. Sene. Vt animum varijs curis afflictum oratione lenirē. Hinc afflicto as. frequentatiuū: de quo & alijs compoſitis locis ſuis.

¶ Flo as.aui.atū.ſpiro. Hinc Flatus tus.p ſpiritu. & flatus ventus qui & ipſe ſpiritus eſt. Et flatores antiquitus tibicines dicebantur: q̄ flando tibias ſonarēt. Et flabellum. Aliquando flare ſignare eſt: q̄ æs ſiue aurū ſiue argentum flando: hoc eſt flatu calefaciendo ſignetur. Hic flatum æs: & flata pecunia dicit̃. Eius cōpoſita ſunt Afflo qd eſt ad aliquid ſpiro. Ci.in Cato. Cū admiraret̃ Lyſander & procenitates arborū & directos in quincūcem ordines & humū ſubactā atq; puram & ſuauitatē odorū qui afflarentur e floribus. Et in hymno. Impleta gaudēt viſcera afflatu ſancto ſpiritu. Per trāſlationem. Lactantius lib.vij. Non vidiſſe nec comprendiſſe philoſophos veritatem: ſed ita leuiter odoratos: vt tñ vnde eos odor ille ſapientię tam ſuauis: tā iucūdus afflauerit: nullo modo ſenſerint.i.attigerit vel aſperſerit. Virg. Nāq; ipſa decoram cęſariem nato genitrix lumenq; iuuentæ purpureum & lætos oculis afflarat honores id eſt flādo dederat Difflo: flatu diſpergo: diſtribuo. Plautus. Cuius tu legiones difflauiſti ſpiritu. Lucil.lib.xxvj. Pars difflat̃ vēto pars autē obrigeſcit frigore. Deflo deorſum vel valide flo. Var. Vas fictile eo q̄ eſt leuiſſimum ac ſummum deflatum vt traijciāt in alia vaſa. Inflo Turgefacio quales ſunt vtres vento diſtenti. Transferturq; ad animum Lactantius libro vj. Si efferatur ira: ſuperbia tumidus inflctur tractum a folle qui flatu turgeſcit. Hinc inflare p pulſare: ſiue tibia canere. Virgilius. Tu calamos inflare leues ego dicere verſus. Perflo valde flo: ſiue multum cōmoueo. Idem. Et terras turbine pflant. Reflo retro vel contra ſpiro. Ci.lib.j.tuſ. Sin autē reflantibus vētis reijciemur tū eodem paulo tardius referamur neceſſe eſt. Idem li.ij.offi. Nam cū proſpero flatu ei⁹ vtimur ad exit⁹ pvehimur optatos: & cū reflauerit affligimur. Sufflo ſubtus ſpiro: ſiue ſuperfluo & turgefacio. Noni⁹. Sufflatū dicitur tumidū & quaſi vēto quodam latius factū Et ſufflare flatum facere. Aug.lib.xij. de ci.dei. Quid ē aliud ſufflare q̄ flatum facere. Idem paulo ante. Et cum virum terreno formaſſet ex puluere eiq; animā ſufflādo indidiſſet: ſiue potius ſufflando feciſſet. Conflo & Efflo alibi. A ſufflo etiam fiunt duo compoſita inſufflo & Exufflo.

¶ Floces vini vuarū purgamenta hoc eſt vinacęę ſicut flaces oliuarum: fęx a vinaceis expreſſa. Cęcil. Aedepol ego neq; florē: neq; floces volo mihi: vinum volo. Gel. Appludam edit: & floces bibit.

¶ Floci lanarū particulæ diuiſæ a velleribꝰ inutiliter euolantes: & per diminutionē Floculi. Var. Diligentiores tegeticulis ſubiectis oues tondere ſolent ne qui floculi intereant. Ply. Naſcūtur in robore pilulæ nucibus nō abſimiles intus habentes floculos molles lucernarum luminibus aptos. Nam et ſine oleo flagrant.

¶ Flocifacio & Flocipēdo a floco pro cōtēno & in nulla æſtimatione habeo. Plau.in epi. Dum tibi ego placeam atq; obſequar meum tergum flocifacio.

¶ Flora dea quædam a Romanis in honore habita.

¶ Floralia eius deæ ludi ſeu feſta. Floralia etiā dicūtur loca in quibꝰ ſunt flores. Var.lib.j.de re ruſti. Nec minus ea diſcriminanda in conſerundo quæ ſunt fructuoſa propter voluptatē: vt quæ pomaria ac floralia appellantur

⁎ Florales ludi apud veteres celebrabant̃ cū omni laſciuia: & præter verborū licentiā nudabātur flagitāte populo meretrices: q̄ mimarū functæ officio: in cōſpectu multitudinis ad ſacietatem vſq; impudicis motibus detinebantur.Cc.

¶ Flores dicti ſunt qui ex arboribus vł herbis colligunt̃ Cuius diminutiuum floſculi.

¶ Floreus.a.um.quod eſt totum ex floribus.

¶ Floridus.a.um.quod floribus abundat. Tibul. Cum poſti florida ſerta darem.

¶ Floreo.es.rui. Florere: eſt floridū eſſe ſeu flores habere. Cice.lib.j.tuſ. Segetes largiri fruges: florere oia: fontes ſcatere. Per tranſlationē Florere eſt ſplendere: aut in aliqua pſperitate eē: ſiue excellere. Cic.in Læl. Magnāq; græciā quæ nunc quidē deleta eſt: tum florebat inſtitutis & præceptis. Lactan.lib.v. Iniuſti ac deū neſcientes & diuitijs & potentia & honoribus florent. Hierony. Aliū iuuenili ætate florentē in amœniſſimos hortulos præcepit adduci. Huius cōpoſita: Defloreo. Effloreo. de quibꝰ alibi. & Refloreo quod ē rurſus floreo. Eſt & Floro.as.vn

de & præfloro. Gel. Et expectatio te ſpei ſuſpenſum fatigabit & futuri gaudij fructũ ſpes tibi iam pręfloraueri

¶ Floreſcere eſt floridũ fieri. Colu. lib. v. Ventiq́ nebulam & rorem peſtiferum celeriter aſſiccant: multumq́ ad floreſcendũ & ad bonitatẽ vini conferunt. Var. lib. j. de re ruſt. Pratũ aqua defendi debet anteq̃ floreſcere incipiat.

¶ Floridare idem quod florere. Vnde prata floridantia dicuntur.

✱ Floriger & Florifer ferens flores. Cc.

✱ Florifertũ dicit̃ ꝙ eo die ſpicæ ad ſacrariũ ferunt̃. Cc.

✱ Florulentus floribus plenus. Cc.

✱ Flos ſalis dicitur quędã ſalis fauilla quæ leuiſſima eſt humilioriſq́ naturæ & crocei coloris aut ruffi veluti rubigo ſalis: natura eius aſpſa & excalefactoria ẽ ſudorẽ facit aluũ ſoluit in vino. φλὸξ græce flox latine flamma. Cc.

¶ Fluo. is. xi. xũ. ꝓprie decurro. Verg. lib. ij. geor. Hęc eadẽ argẽti riuos ęriſq́ metalla Oſtẽdit venis atq́ auro plurima fluxit. Quoniã vero ea quæ fluũt latius diffundi videntur: fluere quãdoq́ capitur pro latius atq́ vberius excreſcere. Idem li. ij. geor. Tum deniq́ dura Exerce imperia & ramos cõpeſce fluentes. Rurſus quia quæ decurrũt quodã modo minui vidẽtur: Fluere ꝓ deficere ſumitur. Idẽ. Ex illo fluere ac retro ſublapſa referri Spes danaũ. Hinc fluxa dicimus quę inſtabilia ac momentanea ſunt & cito peritura. Et fluere ꝓcedere naſci. Lact. libro. ij. Ab hac gẽte ꝓximi quiq́ populi multitudine increſcẽte fluxerunt. Item tranſire. Hiero. Iã altera fluxerat dies. Huius compoſita ſunt. Affluo. Confluo. Defluo de quibꝰ ſupra. Circũfluo. de quo Ci. in Læl. ꝑ trãſlationem dixit Et circũfluere omnibus copijs atq́ in omni rerum abundãtia viuere. Proprie Ply. Id oppidũ circumfluit amnis Aliquando ſignificat cõcurrere. Idem. Poſtq̃ variæ vndiq́ gẽtes circufluxere. Hinc circũfluxus ꝓ concurſu. & circũfluꝰ qui circũfluit. Diffluo varie fluo. Lact. lib. vij. Nam ſi terrenũ & fragile corpus poſt ſeceſſum animę nõ ſtatim defluit in terrã tabeſcitq́ ex qua illi origo eſt. Per tranſlationẽ luxurior prodigus ſum. Itẽ cõſumor ac deficio. Terẽ. in heau. Vt illius animũ qui nũc luxuria & laſciuia diffluit retũdã & redigã. Influo: intꝰ fluo. Colu. lib. j. Sed ampla ſtabula ſic ordinẽtur nequis humor influere poſſit. Cæſar. A lacu lemano: qui in flumẽ Rhodanũ influit. Cice. in Læl. per tranſlationẽ dixit. Quibus blandicijs. C. Papirius conſul nuper influebat in aures. i. facile introibat vł ꝑſonabat. Interfluo: in medio fluo. Perfluo & tranſfluo per mediũ fluo. ſpargo nõ contineo. Teren. Plenus rimarũ ſum huc atq́ illuc ꝑfluo. Profluo de quo alibi. Præfluo ante fluo: vnde p̄fluxus & pręfluuiũ ꝓ fluore alicuius rei ante facto. Præterfluo vltra vel ante fluo Liui. lib. j. Infima valle præterfluit tybris. Quintilia. Per trãſlationẽ lib. xj. Omnis diſciplina memoria cõſtat. fruſtraq́ docemur ſi quicquid audimus pręterfluat. Refluo retro ſiue rurſus fluo. vnde fluxꝰ & refluxus. Superfluo ſupabõdo a quo ſuperfluus. a. um. Columel. lib. iiij. Per medullam tranſmittit quicquid aquarum cœleſtium ſuperfluxit. Subterfluo inferiꝰ fluo.

¶ Fluito. as. penul. correp. frequentatiuũ ſignificat ſępe ſiue cõtinue fluo. Liui. lib. j. Tenet fama cũ fluitãtẽ alueũ in quo expoſiti erant pueri tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet. Et fluitare eſt ſupernatare. Ply. Omñes piſces cũ ſunt extincti fluitant exceptis anguillis. Aliquando Fluitare eſt ſolui ac relaxari.

¶ Fluus. a. um. quaſi fluens: ſed in cõpoſitione magis in vſu: vt mellifluus quaſi fluens melle.

¶ Fluidus. a. um. penul. correp. modo fluentem: modo humectum ſignificat.

¶ Fluor. fluxꝰ. & fluxio idẽ ſignificant: id eſt profluuiũ Augu. libro. vij. ciuita. dei. Sed ibi eſt dea Mena quæ mẽſtruis floribus præeſt.

¶ Flueſcere eſt fluidũ fieri: reſolui. Augu. lib. xxj. ciuit. dei. Agrigẽtinũ Siciliæ ſalem perhibent cum fuerit admotus igni velut in aqua flueſcere.

¶ Fluxus. a. um. quod eſt inſtabile momentaneũ & cito periturũ. Vnde Fluxę res dicuntur. Poet. Nos tibi ne fluxas Phrygiæ res vertere fũdo Conamur. Sallu. Nam diuitiarũ & formę gloria fluxa & fragilis habetur. Aliquãdo capitur pro largo & minime abſtricto. Vnde Parthorum veſtimenta fluxa fuiſſe Lucanus ſcribit. Illic & laxas veſtes & fluxa virorũ Velamẽta vides. Et fluxi dicũtur libidinoſi molles effœminati. Sue. in Tybe. Druſus animi fluxioris: remiſſioriſq́ vitæ erat. Cyprianus. Vſq́ ad hoc venimus vt in cõparatione fluxorũ de ſanctorũ virtutibus diſputemus. Idem Fluxuras libidines vocat ſcribens caſtitatẽ eſſe exarmaturã fluxurarum.

¶ Fluuius. a fluo. is. ꝙ fluat ſemper. Idẽ quod flumen.

¶ Fluuiale. quod ex fluuio eſt: vt aqua fluuialis.

¶ Fluuiatile. penulti. cor. quod in fluuio viuit: vt piſcis fluuiatilis. Fluuiatilis auis fluuiatilis arena q̃ i fluuijs eſt Ply. Arenę tria ſunt genera: foſſitia: cui quarta pars calcis addi debet. Fluuiatili aut marinæ tertia.

¶ Fluuior. aris. depo. ſumitur pro Abũdo: vt apud Ioſephum lib. xviij. Nihil intereſt inter eos an diues fluuiatur: an pauper defraudatur.

¶ Flumen ſimiliter a fluo: proprie eſt aqua fluuij decurrens: & maior eſt q̃ riuus. Et flumina dicuntur quę perennia ſunt: & continue fluunt. Torrentes qui æſtate ſiccant̃ Sed quando hoc nomen genitiuo iungitur capitur pro fluxu ſeu curſu. Ply. Ne flumini eius riui eãt impedimẽto. Hinc flumentana porta Romæ quã tyberis vrbẽ intrans i ſiniſtra ripæ parte relinquit. dicta ꝙ Tyberis quãdoq́ in eam influxerit.

¶ Fluentum: paruũ flumen: ſiue decurſus aquæ. Hiero: in Ioſue. Trans fluenta iordanis. Ambr. lib. hexa. Itaq́ cũ tanta de terris erumpant maximorũ fluenta amnium Nilus effuſo ægyptum ſtagnans flumine.

¶ Flumineus. a. um. vt aqua fluminea quæ ex flumine colligitur.

¶ Fluminoſus. a. um. quod fluminibus abundat. vt regio fluminoſa.

¶ Fluctio. Catarrhus dicitur.

¶ Fluctus a fluo: & eſt aqua mota in vnũ collecta quæ vnda dici ſolet.

¶ Fluctiuagus: qui fluctuando vagatur.

¶ Fluctuoſus: vndoſus procelloſus inquietus. Et per tranſlationẽ fluctuans anima dicitur: queadmodũ æſtuans cũ ira aut curis aut libidine alioue morbo agitatur.

¶ Fluctuare: iactari cõmoueri: in dubio eſſe: & inſtar nauis fluctibus agitari. Vergi. lib. ij. geor. Ac late fluctuat omnis ære renitenti tellus. Vnde Fluctuatus pro iactato Ply. Delos diu fluctuata vt ꝓditur ſola motũ terræ non ſenſit. Et libro. viij. Fluctuatuſq́ ſimilis exanimi. Proprie vero eſt fluctus. i. vndas facere. Plau. in ru. Ita fluctuare video vehemẽter mare. Item ſignificat ſuper vndas eſſe. Ply. lib. xxxvj. Lapidẽ e ſcyro inſula integrum fluctuare tradunt: eundem cõminutum mergi.

¶ Fluſtrum: ſtatus maris cum fluctibus non agitatur.

¶ Fluctuatim aduerbium. iactanter ſolute. Afra. Volo fluctuatim ire ad illum.

¶ Flutę anguillæ ſiue murenæ dicebantur in freto Siculo quæ gręce plotæ quaſi nauigabiles dicũtur. ꝙ in ſumma aqua mergi non poſſunt. Macro. A coercebãtur murenæ ad piſcinas abuſq́ freto ſiculo. Illę eñ optimę eſſe credũtur p̄ſertim q̃ græce plotæ: latine Flutæ dicũtur: ꝙ in ſummo ſupernatãtes ſole torrefactæ curuare ſe poſſe & in aquam mergere deſinunt.

¶ Fluonia: Iuno quã mulieres colebãt: q̃ ſanguinis fluorem in conceptu retinere putabatur.

F. ante D.

¶ Focus a fouendo: vel a flammis dicit̃ id in quo ignis ſeruat̃ vel ipſa ignis fomenta. Ouid. lib. vj. faſto. At focus a flãmis & q̃ fouet omnia dictus. Idẽ. Ture vacent aræ ſtentq; ſine igne foci. Tibul. Dũ meus aſſiduo luceat igne focus. Cat. de re ru. Folia ſubdito i foco calido: ſub teſta coquito: leniter. Ponitur etiã quãdoq; p̃ priuatis domibus ſicut ara pro templo.

¶ Foculus diminutiuũ: qui etiam circũfert̃ a teſta teſtulę triuialiter nomẽ adeptus. Gel. Tũ illa foculũ coram rege cũ igni apposuit & tres libros ex nouẽ deurit. Val. max. lib. j. Cum Carbaſum quem optimũ habebat foculo impoſuiſſet. ſubito ignis emicuit.

¶ Focula dicuntur nutrimẽta. Plau. in perſa. Nam iam intus ventris fumant focula.

¶ Foculo as. penultima cor. nutrio ſeu foueo. Nonius. Focula dicta ſunt nutrimenta. vnde & foculare dicitur vt fouere.

¶ Focillus diminu. eſt a foculus: a quo focillo.

¶ Focillo as. & Focillor deponẽs ſignificat nutrio. Var. lib. ij. de vi. pa. Sed ſuũ quiq; cõmodũ focillant̃. Hinc cõponit̃ Refocillo quod eſt recreo.

✕ Focatius panis qui in foco coquitur. Cc.

¶ Focari⁹ a. um. quod ad focũ pertinet. Hiero. li. j. Reg. Filias vr̃as faciet ſibi vnguẽtarias & focarias.

¶ Focale pe. p. genus ligaminis ad fauces velut faſcia q̃dã collũ ambiens: q̃ fauces p̃ſtringere nõ ſineret & p̃nunciationi cõduceret. Seneca. lib. iij. quæſtionũ naturalium Videbis quoſdã graciles & palliolo focaliq; circundatos pallentes & ægros. Quin. lib. xj. Palliolũ ſicut faſcias q̃bus crura veſtiunt̃. & focalia & ligamia auriũ ſola excuſare poteſt valitudo. Dictũ Focale a faucibus au in o mutata. Quidã etiã accipiũt focale p̃ ferro ignito quo criſpãtur crines. Et ſic hẽt pri. cor. cũ a foco deſcendat. Hora. in ſer. Faſciolas cubitale focalia: potus vt ille Dicitur a collo furtim carpſiſſe coronas.

¶ Focaneus palmes dicit̃: qui in fauce vitis naſcitur: vt eſt apud Colu. lib. v. Videt̃ inquit focaneus palmes q̃ ſolet in bifurco medius prepere. Et idcirco eũ prędicto vocabulo ruſtici appellant. q̃ inter duo brachia ſua ſe diuidit vitis enatus velut fauces obſidet: at vtriuſq; duramẽ trahens alimẽta p̃repit. Et lib. vj. Focane⁹ ẽ q̃ inter duo brachia velut in vena de medio naſcitur.

¶ Fodio is. fodi foſſum. cauo aro. vt Fodere non valeo mendicare erubeſco. Vir. lib. vj. Seu ſpumantis equi foderet calcarib⁹ armos. Hinc fouea. Et fodere forare. Hiero. ad helio. Cerne manus iudeę quas fixeras. cerne latus Romane qđ foderas. Huius cõpoſita ſunt Cõfodio qđ eſt Cauo ferio. ſiue in totũ foro. Plau. in aul. Hic apđ me confodere hortũ iuſſi. Sall. Inter confertiſſimos incurrit ibiq; pugnando confodit. Circũfodio circũcauo Col. li. iij. Arborẽ quã depoſueris ſæpius circũfodito. Defodio Vide loco ſuo. Effodio extra fodio Plau. in aul. Oculos ego hercle iſtos improba effodiam tibi ne me obſeruare poſſis ſiquid rerũ gerã. Infodio intus fodio aut intus plãto pono ſeu ſepelio. Col. li. iiij. Cãpeſtris locus alte duos pedes infodiendus eſt. Hiero. i gen. At ille ĩfodit eas ſubter terebynthũ. Vir. lib. ij. Ge. Ante ſupinas aquiloni oſtẽdere glebas q̃ lętũ infodias vitis genus. i. obruas. Perfodio valde cauo. rumpo ferio p̃foro. Plau. in aſi. Vbi parietes p̃foderis. Col. li. xi. Tu grauibus raſtris cũctantia p̃fode terga. Lact. lib. iiij. Sed tantummodo latus eius perfoderũt. Gel. li. ij. Quadringẽti omnes tũ vna p̃foſſi gladijs aut miſſilibus operti cadunt. Præfodio. antefodio. Ply. lib. vij. Præfodere ſcrobes ante ſi fieri poſſet tanto donec ping ui ceſpite obducãtur. Refodio rurſus fodio Pli. Mus marinus in terras ſcrobe effoſſa parit oua & rurſus obruit terra trigeſimo die refoſſa aperit: fœtumq; in aquam ducit. Suffodio ſubtercauo. Col. lib. ij. Neq; ſuẽ velimus impaſci quoniam roſtro ſuffodiat & ceſpites excitet. Transfodio trãs ſiue vltra ab vno latere ad aliud fodio. Oui. Gemino transfodi vulnere pectus. Et hæc omnia habent fo. ſyllabam correptam.

¶ Fodico as. pen. cor. idem qđ fodio. Cic. lib. iij. tuſ. Nõ eſt enim in poteſtate fodicantibus eis rebus quas malas opinamur diſſimulatio vel obliuio. Hor. Enamus q̃ fodicet latus.

¶ Fodina pen. p. locus vbi quid foditur aut aurifodina vbi foditur aurũ. Ply. Odor ex argenti fodinis inimicus omnibus animalib⁹: ſed maxime canibus.

¶ Fœcundus a. um. quod fructũ facit a faciendo ſeu ferendo q̃ ferax ſit & ſæpe fructũ faciat. Ouidi⁹. li. iiij. faſ. Fœde ferens bos eſt fœcũdaq; dicta ferendo. Hinc etiã fœtus nomẽ habere putãt. Interdũ ſumit̃ pro abũdanti & pleno. Hora. Fœcũdi calices quẽ non fecere diſertum Huius contrariũ eſt infœcũdus non ferax. Virg. li. ij. ge. Sponte ſua quæ ſe tollunt in luminis auras Infœcunda quidẽ. Inde infœcũditas pro ſterilitate. ſicut fœcũditas pro abundantia. Col. Sæpenumero ciuitatis noſtræ principes audio culpãtes modo agrorum infœcũditatẽ: modo cæli p̃ multa iã tempora noxiam frugibus intẽperiẽ.

¶ Fœcundo as. abundantẽ ſeu fructiferũ facio. Virg. libro. iiij. Ge. Et viridem ægyptũ nigra fœcũdat arena.

¶ Fœtus. us. a ferẽdo vt inquit Oui. ſeu a fouẽdo quoniam & dũ in vtero eſt: & poſtq̃ eductus fœtus eſt a matre fouetur. i. calefit. Eſt aũt fœtus generale nomẽ ad omnia animalia etiam ſi ſint oua. Etiam ad arbores. Virg. li. primo Ge. Hic ſegetes illic veniunt fœlicius vuæ: Arborei fœtus alibi. id eſt fructus vt poma.

¶ Fœtus a. um. plenus. Virg. Loca fœta furentib⁹ hauſtris. Et fœta mulier dicit̃ grauida. Idẽ. nõ inſueta graues tẽtabunt paſcua fœtas. Item dicit̃ partu liberata: hoc eſt quæ peperit: vt Fecerat & viridi fœtã mauortis in antro Enixã autẽ fuiſſe lac qđ pueris p̃bebatur oſtẽdit. Col. li. viij. Huic pecudi nocet æſtus & p̃cipue fœtæ q̃ gelicidio hyemis conceptũ fecit. Huius cõpoſita ſunt: Confœtus Feſtus. Confœtus ſus dicebatur qui cũ omni fœtu adhibebatur ad ſacrificiũ. Defœtus & effœtus de quib⁹ alibi.

¶ Fœtuoſus. a. um. quod eſt plenũ fœtu. Hiero. contra Iouinia. Lippientẽ iam deformẽ atq; fœtuoſam ſynagogę typum prætuliſſe. Retinet hoc nomẽ u quoniã fœtus eſt quartæ declinatiõis: ſic ſumptuoſus fructuoſ⁹ luctuoſus actuoſus quæſtuoſus. Quæ veniunt ab alijs declinationibus nõ tenent u. vt fabuloſus doloſus vitioſus portentoſus & huiuſmodi.

¶ Fœtura: genitura & pariẽdi tẽpus. Var. lib. ij. de re ruſ. Appello fœturam a conceptu ad partũ. hi em̃ primi prægnationis & extremi fines. Vnde & p̃ animaliũ prouentu ponitur. Vergi. Si fœtura gregẽ ſuppleuerit aureus eſto. Ply. Optima fœtura eſt poſt vernũ æquinoctiũ. Transfertur etiã ad inanimata: vt fœturã pratorũ. Idẽ ad opus ſuũ trãſtulit: cũ in principio ait. Opus natũ apud me p̃ximæ fœtura licentiore epiſtola narrare conſtitui.

¶ Fœtifico. as. fœtũ facio. pario. Pli. lib. x. Accipitres fortius maſſiliæ fœtificant. vnde & Fœtificus. ca. um.

¶ Fœto. as fœtum emitto. Colu. lib. viij. Circa paludes in quibus plærũq; fœtant. Auguſt. lib. v. ciuita. dei. Cur alios eligunt dies accõmodatos ponendis vitibus: alios pecoribus vel domandis vel admittendis maribus quibus equarum vel boum fœtentur armenta.

⁎ Fœdum pro hedo dixerunt antiqui. Cc.

⁋ Fœdꝰ eris. a ferio vt quibuſdam placet: cū œ. vt o lõga ſit. quoniam ferio. e. breuem habeat. Mos enī fuit antiquis vt in fœdere faciendo porca feriret̃. Verg. lib. viij. Stabant & cæſa firmabant fœdera porca. Quidā hoc nomen a fecialibus. i. ſacerdotibus deriuant: per quos fiunt fœdera. Alij a fide: quia in fœdera interponebatur fides. Et ꝓprie fœdus dicitur pax quæ fit inter dimicantes. Accipitur etiam quandoq; pro lege. vt apud Virgi. Regē q; dedit qui fœdere certo.

⁋ Fœdero as. pe. cor. fœdus facio. Vnde fœderati dicũtur populi qui fœdere icto cū populo Romano ſocietatem coiuerūt. Namq; inter ciuitates prouinciarū aliæ fœderatorū: aliæ ſtipendiariæ dicebantur.

⁋ Fœdifragus. pe. cor. qui fœdera frangit.

⁋ Fœdus. a. um. quod ē deforme. Ter. in eu. Nūc tibi videtur fœdus: quia illā non habet. Ponitur quandoq; pro Execrando. Virg. lib. vij. Aduerſumq; refugit fœda miniſteria. Quandoq; ꝓ crudeli. Ter. in eu. O facinꝰ fœdū. Do. Fœdū crudele. Ea enim quæ crudelia ſunt & nefaria ipſa crudelitate fœda & maculoſa dici poſſunt.

⁋ Fœdare polluere inquinare quaſi foras edere. i. manifeſtare. Nā fœda vel corporis vel animi foras edunt̃. Vñ fœdare foras dare. Vir. Impulerat ferro argolicas fœdare latebras. Lact. li. v. ꝑ metaphoram. Sed fortaſſe nõ ipſius vitium ſed poetæ fuit qui inſignē pietate virum inſigni ſcelere fœdauerit. Et Fœdare lacerare cruētare. Sũt qui hoc verbū a fœtu deriuari putēt: quoniā fœtādo mares polluuntur.

⁋ Fœlix a fœnus quidā deducũt cõuerſione n in l quaſi beatus: hoc eſt diues & fœnore plenus. Et dicit̃ qui ꝓſperitatē habet. Vir. Viuite fœlices quibus eſt fortuna pacta tam ſua. Aliquando dicit̃ qui alios facit eſſe fœlices. Idē Sis fœlix noſtrūq; leues quęcūq; laborē. i. proſpera & benigna. Aliquādo cõmodū vtile. Mar. Illa manus quõdā ſtudiorū fida meorū: Et fœlix domino notaq; Cæſaribꝰ Aliquando pingue fœcūdū. Vñ fœlices arbores quæ ſerunt̃ & fructū ferunt. Huic contrariū eſt infœlix. qđ quãdoq; ponit̃ pro aduerſo. Virg. lib. vij. Quæ potui infœlix. i. aduerſa Troianis. Quandoq; ꝓ non fœcundo. Idē Infœlix loliū ac ſteriles dominantur auenæ.

⁋ Fœlicitas. ꝓſperitas. cuius cõtrariū eſt infœlicitas. Interdū fœlicitas ponitur ꝓ dea quā Romani venerabant̃. Aug. lib. iiij. ci. dei. Quid fœlicitas? dea eſt: ęedem accepit aram meruit: ſacra ei congrua perſoluta ſunt.

⁋ Fœlicito fœlicē facio. Cuius contrariū eſt infœlicito: quod eſt deſtruo: qđ tam de diuitijs q̃ de homine dicitur. Plau. in penu. Dij illum infœlicitent omnes.

⁋ Fœmina æ. mulier a fœto. as. Hinc fœmineus. a. um & Fœmininus a. um. Diminutiua Fœmella: Fœmincla: & Fœminula. A fœmina etiam fit Effœmino.

⁋ Fœnus oris. vſura dicitur a fœtu. Nihil enim aliud eſt fœnus q̃ fœtus hoc eſt partus pecunię. Quidam tamen a fundo. quod cū o non u apud antiquos ſcribebatur: ꝙ prouētus ſit ex naturali terræ fructu. poſtea vero ad vſuram tranſlatū quaſi pecunia per ſe fructum ꝓducat ſicut terra. Hinc vſura vorax auidūq; in tempore. Plautus in Aſinaria. Nam ſi mutuo non potero: certum eſt ſumam fœnore.

⁋ Fœnuſculū diminutiuū. Plau. Ad daniſtam adderes fœnuſculum.

⁋ Fœnebre. pe. ad placitum quod ad fœnꝰ pertinet: vt lex fœnebris de credita pecunia. Siquidem crediti nummi alios pariunt.

⁋ Fœnero as pe. cor. cū accuſatiuo: & fœneror cum datiuo idem ſignificant: quæ tam pro dante q̃ accipiēte ſumũtur. Quod eſt contra Laurētium Vallam. Hier. in Eccleſiaſtico. Qui facit miſericordiā fœneratur proximo ſuo. Et poſtea. Fœnerare proximo tuo i tempore neceſſitatis illius. Ci. Vt enim benefici liberaleſq; ſimus nõ vt exigamus gratiam: neq; enim beneficiū fœneramur ſed natura ꝓpenſi ad liberalitatem ſumus. i. fœnori damus. Mar. Hæc ſapit: hæc omnis fœnerat vna deos. Augu. in ꝑs. interpretatiõe. Audi ſcripturā quomodo fœneres dominum. Fœnerat dominū qui miſeretur pauperis.

⁋ Fœneror cū ablatiuo ſignificat ad vſuram accipio vt eſt apud lib. digeſto. xxxj. Si autem aliquis eorū voluerit vendere partem ſuam vel fœnerari ſuper eā poteſtatem habeat vēdere cohæredi ſuo: & fœnerari ab eo. Res fœnerata quæ ad fœnus tradita eſt.

⁋ Fœnerator qui dat ad fœnus. gręce daniſta vocatur.

⁋ Fœneratus. tus. Idem quod fœneratio id ē mutuatio ad vſuram.

⁋ Fœneratitius a. um. quod datū ē fœnori: vel quod ad fœnus pertinet. Fœneratitia pecunia quæ ex vſuris collecta eſt.

⁋ Fœnum dictum eſt: ꝙ ſine cura fœnus prębeat: vſ ꝙ l herbæ eędem manentes quotannis nouas pariant. Hic Fœnile pro loco in quo ſeruatur fœnum.

⁋ Fœneus a. um. quod ex fœno factū eſt. Aug. lib. iiij. cõ. Popularis gloriæ ſectantes inanitatem vſq; ad theatricos plauſus & contentioſa certamina & agonem coronarum fœnearum.

⁋ Fœnarius a. um. quod ad fœnum pertinet: vt falces fœnariæ quibus fœnum ſecamus: quæ aptæ ſunt.

⁋ Fœniſex. cis. q fœnū ſecat. Ply. lib. xviij. Igit̃ cornu ꝓpter oleū ad crus ligato fœniſex incedebat. Idem. Fœniſeca. æ. penul. correp. qui fœnarijs falcibus fœnum in pratis ſecat. Colu. lib. ij. Ita necubi ferramētū fœniſecis poſſit offendere. Varro. lib. j. de re ruſt. Herba in pratis ad ſpeciē fœniſecæ nata nõ modo nõ euellenda in nutricatu ſed etiā nõ calcanda. Idē nõ multo poſt. Sicilienda prata id eſt falcibus conſectanda quæ fœniſecæ prætererunt.

⁎ Fœnilia loca in quibus fœnum aſſeruatur. Cc.

⁎ Fœnogręcum genus herbæ alias Aegoceros dictum quoniam ſemē corniculis ſimile habet. Cc.

⁋ Fœniſeciū: ipſa fœni ſectio & veluti meſſis fœni. Idē in eodē. Nec primo anno rigari nec paſci ante ſecūda fœniſecia ne herbæ vellantur: obtritæq; hebetentur.

⁋ Fœniculū a fœtiore vt quidā exiſtimant: quaſi paruū fœnus: ꝙ ſemen terræ mandatū magno fœnore reddat fructum. Græci Marathron vocant. oculorum claritati mire confert: angues per hyemē membrana corpori obducta fœniculi cibo impedimentum illud exuunt: quod Senectus & Vernatio appellatur.

⁋ Fœteo. es. male oleo. Fœtidus male olēs. Fœtor malus odor. Plau. Iaſi. Dic amabo an fœtet aia vxoris tuæ.

⁋ Folium: græci φύλλον dicunt. Sed ideo per ſimplex l ſcribitur quia antiqui nõ geminabant cõſonantes. Eſt autē foliū quod in libris ponitur a palmarū folijs in quibus olim ſcribi ſolebāt: & græca voce philura appellatur. Cuius extremitas margo dicit̃ & pagina vtraq; pars folij. Nā foliū duas paginas habet. Veteres etiam quarūdā arborū libris: hoc eſt corticibus ſcribere ſolebāt. Ex quo libri & ꝑ diminutionē libelli: & codices a codice qui & caudex vocatur ex quo cortex extrahitur. Hinc cõponũtur Trifolium. quinq; foliū. grece pentaphyllon. Latifolium quod habet lata folia. Millefolium græce Miriophyllon herba: & huiuſmodi multa.

⁋ Foliatus a. um. quod habet folia. Vnde foliatum vnguentum precioſum. dictum Vnguentum nardinum: a nardi folio: quo confectum eſt. Hoc Ply. ſcribit conſtare omphatio balanino iunco nardo amomo myrrha balſamo. Plau. in Cur. græca dictione ſignare voluit. cū dixit

Tu petalion. Petalon.n. græci vocant folium.

¶ Foliaceus a.um. quod ex folijs factum eſt. Pli.li.xix. Paucia foliacea & lata vt a triplici ſunt ſemina.

¶ Follis maſculini generis: inſtrumentum quo attrahit̃ ventus atq; emittitur ad ignem excitandum. Virgilius libro octauo. Alij ventoſis follibus auras Accipiunt: redduntq;. His vtuntur ferrariæ argentarięq; officinę: Vtuntur & coqui ſed paruulis: ne op⁹ ſit ignem inſufflare buccis. Quod qui faciũt Suffitores vocantur. Primus Anacharſis philoſoph⁹ folles ignis exuſcitatores inuenit vt refert Stra.lib.vij. Et follis ſiue folliculus dicitur vter id eſt pellis flatu plena. Liui.lib.ix. Eques folliculis i caſtra frumẽtum veheret. Ibi accipere videt̃ pro ſacculis & crumenis. Rurſus follis pilæ genus ex pelle atq; inflatione factũ. & pugno redditur. a flatu nomen habẽs: ſiue q; veteres follẽ pellem dicebant: & per diminutionem folliculum. Mar. Ite procul iuuenes mitis mihi cõuenit ætas. Folle decet pueros ludere folle ſenes. Sue. i Aug. in diminutiua forma dixit ſeparauitq; pilam a folliculo cũ pila ſit illa puſilla: folliculus ſit illa vento tumeſcens. Poſt bella ciuilia: ad pilã primo folliculũq; tranſijt. Quoniam vero follis pugno pcutitur: pugillatorius follis quandoq; vocat̃. Plau. Extemplo hercle ego te follem pugillatorium faciam: & pendentem curſabo pugnis periuriſſime.

¶ Folliculus. cũ ſit diminutiuum a follis: ponitur tamẽ pro vulua. Nam vt Ply. inquit antea vulua vocabatur. Quandoq; p theca frumenti vel lini vel cuiuſlibet alterius rei: quæ granũ cõtinet inuolutum. Vnde apud exodũ legimus. Linũ iam folliculos germinaret. Quandoq; p corpore. Lucil. lib. xxvj. Et quo folliculo nũc ſum indutus non queo.

¶ Folliculare pars remi quæ folliculo tecta ẽ. A quo vitta follicularis dicta eſt.

¶ Fomes itis. a fouendo: hoc eſt nutriendo ignem dicit̃ Eſt.n. aſſula ex arbore excuſſa dũ cæditur. Ponit̃ & pro omni materia ſicca in qua facile ignis inflammatur. Vir. Ac primũ ſilicis ſcitillã excudit achates: Suſcepitq; ignẽ folijs atq; arida circũ Nutrimẽta dedit: rapuitq; in fomite flammam. Per trãſlationẽ fomes dicitur quicquid excitat nos & accendit ad aliquid agendũ. Gel. Fomitẽ eſſe quendam dicens & incitabulũ ingenij virtutiſq; ſi mẽs & corpus hominis vino flagraret.

¶ Fomentũ ſimiliter a fouendo. i. calefaciẽdo vel nutriendo. Vnde fomenta dicũtur applicationes rerum calidarũ ſeu humidarum ad partes corporis læſas medẽdi gratia quæ & fotus appellant̃. Ply. Decoctura eorum cœliacos iuuat potione & fotu.

¶ Fons a fundendo: q; inde fundat aquam tã maſculini q̃ fœ. generis. Inter fontẽ & puteum hoc intereſſe Aug. putat q; omnis puteus fons: nõ omnis fons puteus. Vbi .n. de terra aqua manat & ſe vſui præbet haurientib⁹ fõs dicitur. Si autem in alto & in profundo ſit ita puteus vocatur: vt fontis nomen non amittat. gręce fons πηγὴ καὶ κρήνη λέγεται. vnde pagus ſimul poſitæ villę id eſt ruſticanæ domus plures nomẽ accepit: q; circa fontes hæ ponerentur.

¶ Fonticulus diminutiuũ paruus fons: a quo Fõticel⁹ Ply. Vbicũq; mouens humũ fonticuli ſcatent.

¶ Fontanus a.um. qd ex fonte eſt vt aqua fontana. Pli. Fõtanę aquæ cyathos duos. Aug. lib. ij. ci. dei. Sub hoc tot deorum præſidio quos numerare quis poteſt. Numc ra idigenas & alienigenas cæleſtes terreſtres infernos marinos fontanos fluuiales.

¶ Fontinalia: fontium ſacra. Fontinalis porta vrbis romæ ob propinquitatem ſcaturientium fontium. Eadem Capena vocabatur. Iuue. Subſtitit ad veteres arcus madidamq; capenam. Liui⁹. Aediles alteram porticum ad portam fontinalem ad Martis aram qua in campos iter eſſet perduxere.

¶ Forago pe. pro. a ferẽdo filum quod a textricibus fertur: vt diurnum opus diſtinguant. Quis & a forando etiam dici poſſe videatur.

¶ Foro as. penetro quaſi foras do. Col. lib. v. Amygdala ſi parũ ferax erit: forata arbore lapidem adijcito: & ita librum arboris induleſcere ſinito. Hinc componitur Perforo penultima correpta quod eſt multum foro. Idem libro. v. Sed aliud eſt ferramẽtum quo priores vitem perforabant. Liui. Vna tamẽ perforata naui. Inforo. de quo alibi.

¶ Foramen penultima producta: quaſi diminutiuum a foribus. Siſen. lib. iiij. hiſt. Neq; porta neq; foramen erat quo poſſet eruptio fieri.

¶ Foratus us. idem quod foramen. Lactanti lib. de opi. Oculorum orbes concauis foraminibus cõcluſit: a quo foratu frontem nominatam Varro exiſtimauit.

¶ Forum neu. generis. a ferendo dicitur q; controuerſię & res vęnales illuc ferantur. Et quattuor modis dicit̃. Primo negociationis locus quo vęnalia feruntur: vt forum Iulium: forum Flaminium: forum Sempronium ab eorum nominibus qui ea fora cuſtodiẽda curarunt. Quod etiã in vijs & locis priuatis & in agris fieri ſolet: & vbi res multæ variæq; vændũtur. Vnde forum boarium in quo boues vænduntur: forum holitorium in quo hærbæ: qd erat antiquum macellum: quaproter nunc quoq; holerũ locum Lacedæmonii macellum vocant. Forum piſcarium in quo piſces. Cupedinis forum in quo vęndunt̃ cupedia ſic enim antiqui lautiores cibos nominabant. Altero in quo iudicia fieri: cum populo agi: & cõciones haberi ſolent. q; ibi iudicia feruntur. Vnde cauſæ forenſes. Tertio cum is qui prouinciæ præeſt forum agere dicit̃: cum ciuitates vocat: & de controuerſijs cognoſcit ac ſententiam fert. Quarto cum id forum veteres appellabãt: quod nunc veſtibulum ſepulchri dici ſolet.

✠ Forbea gen⁹ cibi a veteribus dicebatur quo calido veſci ſolebant a furno dicta. Ce.

¶ Forum vinarium de quo Var. lib. j. rei ruſ. Itaq; lectius defertur in forum vinarium: vnde in dolium iane veniat electa in ſecretã corbulam inde in ollulas addatur. & in dolia plena vinaceorum. Col. lib. xij. ait. Torcularia & fori diligenter emundata lotaq;.

¶ Forulum diminutiuum quod & foriculum apud Varronem lib. de re ruſ. dicitur.

¶ Forumiulium: regio Italiæ quæ quondam Iapidia dicebatur. Virg. lib. iij. geo. Caſtella in tumulis & iapidis arua Timaui. In ea ſũt Aquileia. Vtinum. Ciuidale. & Tergeſtum.

¶ Forumliuium. ciuitas in Aemilia nobilis Galli poetę ortu.

¶ Forum Cornelij. ſimiliter vrbs Aemilię quę nunc Imola vocatur.

¶ Forenſia veſtes quibus in foro vtuntur: ſicut Cœnatoria quibus domi vtebãtur in cœna. Suetoni. de Aug. Forenſia autem & Calceos nunq̃ non intra cubiculũ habuit. Alio nomine dicuntur togę forenſes.

¶ Forana a foro dicitur mulier villatica quę fructus villæ venales: hoc eſt pullaſtros pipiões poma nuces & huiuſmodi in forum defert.

¶ Foras & Foris: aduerbia. primum ad locum. ſecũdũ in loco & de loco ſignificat. vt egredior foras tu moraris foris. Ponitur quandoq; foras loco præpoſitionis. Hiero. Foras ſepelierunt corpora martyrum. A foris fiunt compoſita. A foris & Deforis penultima correpta vt eſt apud Geñ. Et incluſit eum dominus deforis.

✠ Fora tria iudiciaria antiquitus Romæ fuiſſe manifeſt.

ſtum eſt. Forum latium ſiue Romanum antiquiſſimum Forum Cæſaris dictatoris in quo loricatam ſibi fieri ſtatuam paſſus ē. Et forum Auguſti qđ in ęde Martis vltoris extruxit. Cc.

¶ Forēſis duobus modis intelligi poteſt. Vno cum a foro deſcendit in quo iura redduntur. vt cauſæ forenſes & forenſes qui in foro verſantur: quos gręci pragmaticos dicunt. Alio cum a foris aduerbio fit. Amb. li. j. offi. Nō ſecundum forenſem abundantiam æſtimandam beatitudinem ſingulorum: ſed ſecundum interiorem conſciētiam. Idem lib. hexa. Quæ ſignis forenſibus internā exprimat voluntatem. Sic veſtimenta forenſia dicuntur a Col. quæ foris non in domo geruntur. Et Forenſia neutro genere veſtis quam ad forum proficiſcētes ſumebāt Apul. Forēſi toga indutus accumbebat. Sue. de Aug. Forenſia & calceos nunq̄ non intra cubiculum habuit.

¶ Fori numero plur. ſunt tabulata nauium vel locus in naui apertior: qui iter nauem perambulantibus præbet: ab eo q̄ per eos ferant̄ inceſſus. Cice. in Cato. Cum alij malos ſcandant alij per foros curſitent: alij ſentinam exhauriant. Item fori dicuntur Circenſia ſpectacula id ē loca erecta vt ex his ſpectet̄. Liuius lib. j. Tum primum circo qui maximus dicit̄ deſignatus eſt locus: diuiſa loca a patribus equitib⁹: vbiq; ſibi ſpectacula quiſq; faceret fori appellati. Ex his minores forulos dicimus qui armariola quandoq; ſignificant ſiue capſulas in quibus reponuntur libri. Suetonius in Aug. Hos quoq; delectu habito cōdidit duobus forulis auratis ſub latini Apollinis baſi. Iuue. Hic libros dabit & forulos mediamq; Mineruam. Apud Vir. pro oppidanis accipimus forulos. cum lib. vij. ait. Caſperiāq; colunt forulos & flumen hymellæ. Fori etiam in agris ſunt veluti parui ſulci & oblōgi. Col. Anguſtoſq; foros aduerſo limite ducens.

¶ Foruli diminutiuum a fori de quo modo.

¶ Fores proprie inquit Seruius. quæ foris aperiunt̄. Vnde Plutar. memorat primū Valerio publicolę fratri cū de Sabinis triumphaſſet domū publice poſitam: cuius fores extra aperirent̄ cum antea cæterarum ædium intro reſerando impellerentur vt ex hac conceſſione honoris appareret quotidie eam domum aliquid publice admiſſuram. Valuæ quę intus reuoluunt̄: & ſe velant: hæ p diminutionem forulæ appellant̄. Ianua primus domi ingreſſus. Cætera intra ianuam oſtia: ſiue valuæ: ſiue fores generaliter vocantur: q̄uis vſus iſta corruperit. Hoc nomē etiam ſingulariter declinat̄. Oui. lib. j. de amo. Difficilem moto cardine pande forem. Cice. p Corne. Aperuit forē ſcalarū. Te. Quidnā fores crepuit? Vbi Dona. fores ſingularis numeri nominatiui caſus.

⁎ Forulę per diminutionem paruę fores. Cc.

¶ Forculus deus putabat̄ qui foribus p̄erat ſicut Cardinea dea quæ cardinibus præerat: & Limentinus deus qui præerat Limini.

¶ Foriculæ diminutiuum a fores. Var. lib. j. de re ruſ. Et ideo oporothecas qui faciūt ad aquilonem vt feneſtras habeant atq; vt perflentur curant: neq; tamen ſine foriculis: ne cū humorem amiſerint ptinaci vento vineta fiant.

¶ Forinſecus pe. cor. ſignificat qđ a foris eſt: ſicut intrinſecus: quod eſt intus. Aug. lib. xxi. ci. dei. De pomis terræ Sodomoꝝ forinſecus quaſi maturis: itrinſec⁹ fumeis

¶ Foria: ſtercora liquidiora: ſic dicta q̄ facile ferāt foras.

¶ Forio is. iui. ventrem deonero: foras eijcio. Cuius cōpoſitum eſt. Conforio. Pompo. in Mago. Cōforiſti me Diomedes.

¶ Foriolus cum accentu in antepe. qui vētrem ſolutum habet: & foria facile emittit. Labericus. Foriolus eſſe videris in coleos cacas.

¶ Forica. penultima cor. locus in quem alui ſtercora deijcimus. Iuue. Inde reuerſi conducunt foricas. Et pprie de publicis dicit̄: latrina de priuatis a latendo.

¶ Forem es. et. p eo quod eſt eſſem es. et. Cætera declinatione deficit inquit Diom. Sall. i Iug. Nam ego quidem vellem & hæc quæ ſcribo & ea quę antea in ſenatu queſt⁹ ſum: vana forent. Fore vero habet ſignificationem pticipij futuri vna cū infinito eſſe. Idem eſt. n. fore quod futurum eſſe. Ideo iūgit̄ cū nomine non cū pticipio: vt ſpero te amicum fore. non amatuꝝ fore. Ci. Treba. Scribit ad me Cæſar ſe tibi nundū familiarē cē ſatis ppter occupationes ſuas ſed cito fore. Quādoq; etiā cum pticipio p̄ſentis: quod eſt cōtra Vallā. Cæſar. Nonnulli etiam cæſari nunciabant cū caſtra moueri aut ſigna ferri iuſſiſſet: non fore dicto audientes milites. Cōpoſita vero ſine nomine & ſine participio. Vir. Eſſe quoq; in fatis reminiſcit̄ affore tempus. Eſt aūt Affore affutuꝝ eſſe: afforem adeſſem. Vir. Atq; vtinā rex ipſe noto cōpulſus eodem afforet Aeneas. Cic. Serui. Sulpitio. Maior mihi ratio affore nulla poteſt q̄ cōiunctio conſuetudinis ſermonumq; noſtroꝝ. Abfore de quo ſupra. Confore Cōuenire & cōcordes eſſe. Ter. in an. Reſtat chremes: qui mihi exorandus eſt & ſpero confore. i. cōuenturos eſſe. Defore deeſſe. Ci. contra Rul. Veꝝ arbitrabant̄ non defore qui illā reſtituerent. Profore pfutuꝝ eſſe. Hor. Quæ nocuere ſequar: fugiam quæ pfore credam. Perfore valde futurū eſſe. Cicero Appio pul. Tunc nihil ille dixit q̄ claſſe tu velles decedere pfore accōmodatum tibi ſi ad illā maritimam partem puincię nauibus acceſſiſſem.

¶ Forcipes pe. cor. a forio & capio quaſi forucapes dictæ ſunt quibus forua. i. calida capiunt̄. Vir. lib. viij. Verſantq; tenaci forcipe maſſam. Et eſt ſecundum Priſ. tam maſ. q̄ fœmi. generis.

⁎ Forctum p bono vſurparunt veteres: fordeum ſimiliter pro hordeum. Cc.

¶ Forfices pe. cor. quibus telā ſeu fila incidimus a ferro & filo dicti. Huius diminutiuum eſt Forficulæ. Ply. libro xxxv. Præterea nuꝝ eſt q̄ icīſum forficulis vt diximus ſcribant.

¶ Forpices. penulti. cor. quibus incidimus pilos. a ferro & pilo.

¶ Forcus nomē viri pprium qui tres filias habuit Gorgonas. Stēnio. ſ. Furyalē: & Meduſam quæ nimis locupletes fuerunt. & Gorgones dicunt̄. i. terrę cultrices.

¶ Forda: bos p̄gnans a ferēdo. Ouid. Forda ferēs bos eſt fœcūdaq; dicta ferendo. Priſci horda dicebant. Vñ & ſacra Fordicalia: quibus p̄gnantes boues. vt inquit Var. immolabantur.

⁎ Fordicidia dies appellati quibus p̄gnantes boues vt ait. Var. immolabant̄ neq; fordicalia legit̄ ex Varro. Sed ſic habet Var. lib. de lingua latina ſecundo. Complures a fordis cædendis fordicidia dicta. hæc ille. Similiter cōuenit compoſitio quæ plurimum roboris habet. Cc.

¶ Forma facies cuiuſq; rei quæ immobilis eſt & naturalis. Vultus & mouet̄ & fingit̄. Teren. in an. Forma & vultu Soſia adeo modeſto. Quandoq; tñ ſpecialiter p pulchritudine ſumit̄. Hora. lib. j. car. Forma captiuæ dominum tegmeſſæ. Iñ Formoſus. Transfert̄ ad architectos p deſignatione. Ci. lib. j. offi. Formam qdē ipſam Marce fili & tanq̄ faciē honeſtatis vides. Hinc cōpoſita fiūt. Cōformis. Deformis. Informis. Vniformis. Multiformis Semiformis. & huiuſmodi adiectiua. Col. lib. viij. Quæ cuncta remedia credunt̄ eſſe aduerſus tonitrua quib⁹ vitiant̄ oua: pulliq; ſemiformes interimunt̄ anteq̄ toti partibus ſuis conſummentur.

⁎ Formalis cauſa per quam aliquid fit Cc.

¶ Formula parua forma diminutiuum eſt: & capitur nōnūq̄ pro lege & inſtitutione. Cicero. lib. iij. offi. Nondum

Aquilius protulerat de dolo malo formulas. Et formulæ dicunt̃ quæ nos inſtrumenta vocamus.

¶ Formella diminutiuum a formula. Hier. lib. Re. Accipe fratribus tuis decem formellas caſei.

¶ Formoſus pulcher a foruo calido: ꝙ ſanguine calidiore forma acquirit̃. Contra langueſcente corpore forma perit. Hinc diminutiuũ formoſulus. quo vſus eſt Hiero. contra Iouinianum.

¶ Formo as. formã impono. Lactã. lib. ij. Nam ſolis lunæq; ſimulachra humanũ in modũ format. Huius compoſita ſunt. Conformo. Simul formo. Configuro. Gellius lib. ij. Hippocrates in eo libro de quo ſupra ſcripſi. Cũ & numero dierũ quibus cõceptũ in vtero coagulum conformat̃. Ci. lib. iij. ad herẽ. In primo loco rei totius imaginem cõformabimus. i. in formã componemus. Aliquãdo Conformari eſt quaſi aſſimulari. Idem Lẽtulo. Verũtamen me ipſe cõformo ad eius voluntatẽ. Et apud apoſtolũ. Nolite conformari huic ſęculo. Hinc conformatio quæ ꝓ figuratione ponit̃. Ci. lib. j. tuſ. Quaſi vero intelligant qualis ſit in ipſo corpore: quæ cõformatio: quæ magnitudo: qui locus. Aliquando ꝓ exornatione rethorica quę fit cũ pſona fingitur: aut cũ res muta ſiue informis fit eloquens & formata. Græco vocabulo dicit̃ ꝓſopopeia Deformo deſtruo & quaſi de forma deiicio. Cic. Qui ſũt qui in Italiã deformauerunt Carthaginenſes. Quando q; maculo & turpẽ facio. Hiero. Licet lõga macerent ieiunia: abiecta & nigra veſtis deformet: longa officiorum & operum texat̃ ſeries. &c. Lact. lib. de opifi. Quã mirabili q̃ diuina ratiõe molitꝰ ẽ vt tñ hiatꝰ ipſe naſi oris ſpẽm nõ deformaret. Interdũ deformare ẽ pfecte formare. figurare: defigurare Hie. li. nũeri. Turgẽtibꝰ gẽmis eruperãt flores q̃ folijs dilatatis in amygdalis deformati ſunt. Vitru. Architectus graphidis peritus vt deformare poſſit lineis imitationem quã velit ędificiorum. Var. lib. iij. de reruſ. Inter quas locus deformatus ad tabulæ litterariæ ſpeciem. Informo formã do: & inſtruo. Ambro. li. offi. Et ſicut Tullius ad erudiendũ filiũ ita ego quoq; ad vos informãdos filios meos. Lact. Chriſtus inſtructus venit in terram vt eam doceret: hominẽq; informaret. Reformo i priorem formã pono. Lact. lib. j. Pedes quoq; claudorũ ad officiũ gradiẽdi reformauit. Trãſformo. in alterã formã formo Idem lib. vij. Et tranſformabit deus homines in ſimilitudinem angelorum.

¶ Formiæ latina vrbs maritima iuxta Caietã quam Lacones cõdidere. Stra. lib. v. ſcribit oppidũ Formias eſſe maritimũ vltra Taracinã quas prius hormias ab ὅρμου i. ſtationis bonitate appellabant.

¶ Formica a ferendis micis dicit̃. Mica vero ꝓprie ẽ puluiſculꝰ ille qui in arena quaſi argentũ fulget. A quo & panis & omniũ rerũ minimæ partes micæ dicunt̃: quaſi minutim cadẽtes. Vel dicit̃ ſimpliciter a ferẽdo: ꝙ nullũ animal frequẽtius pondera conuehat: neq; ſi menſuram corporis reſpicias maiora. Inde fit diminutiuũ Formicula.

⁎ Formicæ Indicę cornua habent. Egerũt aurũ ex cauernis terrę in regione ſeptentrionaliũ Indorum: qui Dardę vocant̃: colorem feliũ habent: magnitudinẽ Aegypti luporum: aurũ ab his hiberno tpe erutũ æſtate Indi furant̃ illis ꝓpter calorẽ ſolis in cuniculis latentibus. Cc.

¶ Formicinus a. um. pe. pro. quod eſt formicæ. Plautꝰ. Homo formicinus.

¶ Formicatio: vitiũ corporis cum parua tubercula rotũda & pinguia corpus infeſtant. Ply. Cinis muliebriũ crinium cũ fuerint cõbuſti addito melle ſanguinem ſiſtit ilico & formicationem corporũ. Dicta formicatio ꝙ veluti exeſſe carnem formicæ videantur. Et deformicatũ dicitur a formicis ſubmerſum quibus cõfoueri ſolitũ erat

¶ Formido pe. pro. pauor a ferendo vt quidam ſentiũt ꝙ vehementius in mouẽdo vt ab ſe abeat foras fert̃. Ci. Formidinem metum permanentem diffiniunt.

¶ Formido as. magnũ timorẽ habeo. Plautus in ca. Nimiſq; hercle illum male formidabam. Huius compoſita ſunt. Deformido & Reformido quæ ſignificant valde formido. Col. lib. j. Si vexationem vię non reformidet.

¶ Formidoloſus & actiue & paſſiue ſumitur pro eo q̃ timet. Terenti. Egon formidoloſus? id eſt egone qui timeam. Et pro eo qui alijs timorem infert. Sall. Regibus boni q̃ mali ſuſpectiores ſũt: ſemperq; his aliena virtus formidoloſa eſt. id eſt quæ formidatur.

¶ Formidabile quod eſt formidandum.

¶ Fornax a foruo calido: vel a furuo atro: Caminus vbi coquuntur lapides. Cuius diminutiuum eſt. Fornacula.

¶ Fornacalia: ferię farris terẽdi gratia inſtitutę ꝙ ad fornacem quæ in piſtrinis erat ſacrificiũ fieri ſolebat. Oui. libro. ij. faſ. Facta dea fornax lęti fornace coloni. Et paulo poſt. Curio legitimis tunc fornacalia verbis Maximꝰ indicit nec ſtata ſacra facit.

¶ Fornix icis. pe. cor. generis maſ. Arcus in ædificijs & quodcunq; opus cõcameratum: a furuo atro. Loca autẽ in arcum ædificata ſubobſcura ſunt. Cicero. Videt ad ipſum fornicem Famanũ. Quoniam vero meretrices in in huiuſmodi locis id eſt ſub fornicibus habitare conſueuerunt: ponitur fornix pro lupanari ſeu meretricia cella. Seneca lib. ij. controuerſiarum. Redoles adhuc fuliginẽ fornicis. Et in priap. Nigri fornicis oblitus fauilla. Hinc fornicor & fornicarius. Vnde Fornicariæ mulieres. Iuuenalis. Lenonum pueri quocunq; in fornice nati.

¶ Fornico as. pe. cor. fornices facio: vel ſpeciem fornicũ aſſumo. Ply. lib. xj. Ruentes cęras fulciũt pilarũ inſtar interius a ſolo fornicatis: vt ſit aditus ad ſarciendum.

¶ Fornicor idem eſt quod meretricor. Eſt autem meretricari cum meretricibus coire. Eſt etiam paſſiuum a fornico: ſignificans incuruari. Ply. lib. xvj. Populus contra omnia inferiora panditur: palma econtrario fornicatur. Dictum fornicari a fornicibus in quibus meretrices eſſe conſueuerunt.

⁎ Fornicator qui fornicat̃ id ẽ meretricator Fornicatio ipſe congreſſus: meretricatio. Theologi diffiniunt fornicationem eſſe ſoluti & ſolutæ præter legem conſuetudinem. Cc.

¶ Fornicarius a. um. quod fornicatur vt mulier fornicaria: quę vt Hiero. inquit ea dicitur quæ copulatur cũ pluribus. Adultera quæ vnum virum deſerens alteri iungit̃.

⁎ Fornucalis quaſi foruucalis forceps dicebatur. Cc.

¶ Fortis a ferendo dicitur. ꝙ æquo animo fert aduerſa. Vnde Fortitudo quæ eſt conſyderata periculorum ſuſceptio & laborum perpeſſio. Vel vt alibi Idem Cicero diffinit. Eſt ſcientia rerum perferendarum: vel affectio animi in patiendo ac perferendo ſummæ legi patens ſine timore. Aug. lib. j. de libero arbi. Fortitudo eſt illa animę affectio qua omnia incommoda & damna rerum non in noſtra poteſtate conſtitutarum contẽnimus. Macro. Fortitudinis eſt animum ſupra periculi metum agere: nihilq; niſi turpia timere: tolerare fortiter vel aduerſa vel proſpera. Fortitudo præſtat magnanimitatem. fiduciam. ſecuritatem. magnificentiam. conſtantiam. tolerãtiam. firmitatem. Fortis igitur dicitur qui infractum habet animũ. Quandoq; qui validis viribus præditus eſt. quãdoq; celer. Vir. Si fœmina forti fidis equo. Quãdoq; formoſus Plau. Ecquid fortis viſa ẽ. quandoq; diues. Idem. Eam ſororem ſpondiſſe ſuam in tam fortem familiam.

¶ Fortifico as. fortem facio. Plautus. Fortifica animũ.

¶ Forteſco is. fortis fio. Neuius. Creſcit amnis & forteſcunt vires.

¶ Forticulꝰ dimi. a fortis. Cic. Quis idẽ. Epicurus for-

ticulum ſe in torminibus & in ſtranguria ſua præbeat.

¶ Fortuna a ferēdo dicta eſt: q̄ temere & ſine ratione fe-
ratur. Eſt enim fortuna accidentium rerum ſubitus atq̄
inopinatus euētus. Hæc dea credita eſt. Iuuenalis. Te fa
cimus Fortuna deam cœloq̄ locamus. Fortunę vocabu
lum medium eſt. Sed cum fortunam ſolam dicimus in-
telligim⁹ fœlicitatem. Vnde Fortunatos fœlices nomi-
nam⁹: infortunatos infœlices: & infortunium malā for-
tunam. Fortunæ numero plurali dicuntur diuitię.

¶ Fors fortuna eſt euētus bonus. Vir. Forte ſua libycis
tempeſtas appulit oris. Teren. O Fortuna o Fors fortu
na. Do. Aliud Fortuna ē. aliud. Fors fortuna. Fortuna
dicta eſt incerta res. Fors fortuna euentus fortunæ bon⁹
Nam fors fortuna eſt cuius diem feſtum colunt qui in ar
te aliqua viuunt. Aliquando fors pro forſitan.

¶ Forſſeat fors fuerit. Sido. Remigio.

¶ Fortuno as. eſt proſpero: in bonis augeo. Cic. Curio-
ni. Tibi patrimonium dij fortunent.

¶ Fortunatus a. um. quod eſt proſperum. Quandoq̄
propiciū. Afra. Deos ego omnes vt fortunati ſint p̄cor.

¶ Fortunatæ inſulæ a fructuū vbertate dictæ ſunt. De
quibus Strabo lib. j. ſic inquit. Fortunatæ inſulæ contra
Mauritaniæ finem ad occidentem ſunt. Quam quidem
ad partem & Hiſpaniæ terminus concurrit. Ex ipſo autē
nomine manifeſtum eſt: quoniam & has ipſas fœlices ex
iſtimabant: quia huiuſmodi locis propinquæ forēt. Fu-
erūt autem ſex numero: quarum prima Ombrion. ſecū-
da Iunonia. tertia eodem nomie. quarta Capraria. quin-
ta Niuaria. a perpetua niue nebuloſa. ſexta Canaria ple-
na canibus ingentibus.

¶ Fortunatim aduerbium ſignificat proſpere. Plau. Si
dederit Iuppiter vt fortunatim omnia ſuccedant.

¶ Forte & nomē eſt ablatiui caſus a fors. qd̄ capit̄ p̄ for-
tuna. Hor. li. j. ſer. Qui fit mœcenas vt nemo quā ſibi ſor
tem ſeu ratio dederit ſeu fors obiecerit illa Contentus vi
uat. Nec habet alios caſus niſi ablatiuum ſingularē. Vir.
Forte ſua libycis tempeſtas appulit oris. Et aduerbium
dubitandi. Vt forte ſub arguta cōſederat ilice Daphnis
In qua ſignificatione accipiunt̄ Fortaſſis. Fortaſſe. For
ſan. Forſitan. & Forſit: quę aliquando accipiunt̄ p̄ teme
re: aliqñ ſunt aduerbia dubitādi. Hora. li. j. ſer. Diſſimile
hoc illo ē: q̄a nō vt forſit honorē Iure mihi inuideat quis.

¶ Fortuitus a. um. pe. p. quod caſu accidit. a forte & eū-
do vt quidam aiūt. Aug. lib. v. ci. dei. Fortuita dicunt eſ
ſe quæ vel nullas cauſas habent: vel non ex aliquo ratio
nabili ordine veniunt. Hinc fit aduerbium Fortuito. Eſt
& fortuitus nomen quarti ordinis: vt apud eundem lib.
xj. Et ſicut nō ē cōſequēs vt fortuitu potius q̄ ratiōe diui
na deus nō alio ſed iſto in quo ē loco mundū cōſtituerit.

¶ Foſſa locus vnde terram fodiſſent ab effoſſa terra di
cta. Col. li. iij. Priuſq̄ pomarium conſtituas q̄ magnum
habere voles circummunito macerie aut foſſa ita vt non
ſolum pecori ſed nec homini tranſitus ſit niſi p̄ aditū dū
adoleſcāt ſemina. Vlp. ſcribit foſſam eſſe receptaculum
aquæ manu factū: vt ad caſtra ſeu vrbes oppida ve aut
alia huiuſmodi munienda. Poteſt etiam Foſſa eſſe parti
cipium: vt Foſſa terra.

* Foſſa marina vic⁹ eſt prope Rhodanum fluuium cui
aſſidet campus lapideus. Cc.

* Foſſæ ſunt vna ex inſulis quæ cuniculariæ appellātur
inter Sardiniam & Corſicam. Cc.

¶ Foſſor qui fodit. Virg. li. ij. geor. Et labefacta mouēs
robuſtus iugera foſſor.

¶ Foſſio ip̄a fodiendi actio. Col. li. v. Deinde malleolo
iter ordies poſito crebris foſſionib⁹ paſtinatū reſoluere.

¶ Foſſura: foſſio. Idem in eodem. Hāc planam foſſurā
maxime nos p̄bamus: numerus aūt foſſionis aut idē de
bet eſſe qui primi anni aut vna minus.

¶ Foſſula pe. cor. dimi. p̄ua foſſa. Cato. deinde foſſulas
facito qua radices aſp̄gi dimittas.

¶ Foſſarius clericus mortuos ſepeliens. Scribit Hiero
primū in clericis gradum foſſarioꝝ ordinē eſſe: qui in ſi-
militudine Tobiæ ſancti ſepelire mortuos admonentur
vt exhibētes viſibiliū reꝝ curam ad inuiſibiliū feſtinent:
& reſurrectionē carnis credentes in domino totū qd̄ faci
unt deo ſe p̄ſtare non mortuis cognoſcant.

¶ Foſſitius a. um. quod fodit̄. Ply. lib. xxxvj. Arenæ
tria gñ̄a foſſitia: cui quarta pars calcis addi debet. Fluui
atili aut marinæ tertia.

¶ Foſſile pe. cor. qd̄ fodit̄ ſeu qd̄ fodi pōt. Pli. li. xxxvj.
Theophraſt⁹ auctor ē: & ebur foſſile cādido & nigro colo
re inueniri & oſſa e terra naſci. Et lib. xxxiij. Tū ſalē foſſi-
lem adijciunt. i. qui fodiat̄.

* Foſtiam veteres hoſtiam dixerunt & foſtem hoſtē p̄-
pter f digamma ęolicum. Cc.

¶ Fotus a. um. participiū a foueo: vt apud Eſaiam. Vul
nus & liuor & plaga tumens nō eſt circūligata: nec curata
medicamine neq̄ fota oleo. i. aſp̄ſa. Fotus. us. ſubſtan-
tiuū. Ambro. lib. j. offi. Radices arborum aut vrātur fri-
gore: aut fotu ſolis vireſcant.

¶ Foueo. es. foui. fotum. ſignificat nutrio ſuſtineo p̄te
ho. Vergi. lib. iij. geo. Progenē nidoſq̄ fouēt. Interdum
Aſp̄go madefacio. Idē lib. xij. Fouit ea vulnus lympha
lōgęuus iapix. Interdū cōſtituo. Idē. lib. iiij. geo. Sub ter
ra fouere larē. Interdū Tueri: vt apud eūdē. li. ix. Nō ob-
uia ferre Arma viros ſed caſtra fouere. Interdū amplecti
ſeu in delicijs habere. Idē infœlix o ſemp̄ oues pecus ip̄e
neæra Dū fouet ac ne me ſibi p̄ferat illa veret̄. Huius cō-
poſita ſunt: Cōfoueo ſimul nutrio. Circūfoueo. Ambr.
Mater eū Maria ſinu circūfouet. Refoueo rurſus foueo.
Col. in p̄fa. li. ij. Sed ſi frequēti & tēpeſtiua & modica ſter-
coratione terra refoueat̄. Et hæc habēt fo. ſyllabam cor.

* Fouere a fodiendo dicunt̄ ſcrobes ſiue ſpeluncæ. Cc.

¶ Frenū cū æ. dipht. a frangēdo. Inſtrumētū quo equus
coercet̄. dictū q̄ equorū ora frāgat. Sunt etiā q a ferēdo
deducāt: q̄ equos vertat feratq̄ quo velit. Seneca. Hip-
polytus arctis cōtinet frenis equos. Frena Peletronij in-
uenere q & ſtrata equorū primi mōſtrauerūt. Et in ſingu-
lari quidē neu. gene. eſt. in pl̄i tam maſ. q̄ neu. Aug. li. x.
cō. Itaq̄ freni gutturis tēperata relaxatione & cōſtrictiōe
tenēdi ſunt. Hinc cōponunt̄. Effrenus. na. um. Et Effre-
nis & hoc effrene: qd̄ eſt ſine freno. Vergi. lib. iij. geo. Gēs
effrena virū ripheo tūdit̄ euro. Ser. i. ſæua rectorē recuſās
Hier. Nequaq̄ effreni lingua repiaris. Infrenus. ſiue infre
nis. eiuſdē ſignificatiōis: vt illd̄. Hic Numidę ifreni cigūt

¶ Frænum mordere: ſignificat cōtendere. Trāſlatio ab
ab equo: qui cū ceſſorem contēnit frænum mordet. Cic.
Cornifi. Si frænum momorderis peream.

¶ Freno. as. cōtineo cohibeo. Verg. lib. iij. geo. Et glacie
curſus frænaret aquarū. Huius cōpoſita. Defræno qd̄ eſt
frænū depono: ſiue abſq̄ fræno rectoreve duco. Ouidi.
lib. j. me. Et defrænato voluuntur in æquora curſu. Ef-
fræno idē ſignificat. Cice. lib. iiij. tuſ. Vt ægritudo quaſi
morſū aliquē doloris efficiat: met⁹ receſſum quēdā animi
& fugā lætitia p̄fuſam hilaritatē: libido effrænatā appetē
tiā. Nā effrenatus dicit̄ q cohiberi & p̄ arbitrio nr̄o agi nō
pōt. Refræno: quaſi retraho. Lact. lib. vj. Virtus eſt irā co
hibere. cupiditatē cōpeſcere: libidinem refrænare. Suffre
no. Ply. lib. xxxvj. Sed ad ſtructuram infidelis niſi mul-
ta ſuffrænatione deuinctus.

¶ Frætus. a. um. idē qd̄ ſuſtētatus cōfiſuſq̄. Et eſt incer-
tæ originis. Licet a fruor quidā participiū eſſe velint. Et
ſcribit̄ cū diphth. vt differat a fretum qd̄ mare ſignificat.
Plau. in am. Magnanimi viri fræti virtute & viribus.

¶ Frango is. fregi. ctū. rumpo. Plau. in aſi. Quis noſtras ſic frangit fores? Dicim⁹ etiā. Fregit nauim: fregit brachiū: quaſi ipſe fregerit: et non potius paſſus ſit. Ter. in An. Is fregit nauē apud Andrū. Cice. Gregaleſq; eū in campū quū nō veniſſet requirerent excuſauit Veſpa. Terentius: q eum brachiū fregiſſe diceret. Hoc eſt q ei brachiū eſſet fractū. Frāgi vero in fœminā: eſt rē habere cū fœmina. Cypria. ad Euagriū. Docet quēadmodū maſculus frangatur in fœminā: et ſexus arte mutetur. Huius cōpoſita ſunt Cōfringo ſimſ ſeu in totū frāgo. Lact. lib. iii. Vt videaſ iampridē ſuia armis eſſe cōfracta. Defringo de quo alibi. Diffringo diuerſis modis: ſiue in varia fruſta rūpo. Plau. in Aſi. Crura hercle diffringētur. Effringo valde frango. Idē in Cap. Nequiciuioſiorē: neq; magis effractū fame vidi. Terent. in Adel. Fores effregit. Et effringere dicit: vt auctor eſt Var. quū glebę grandes prima aratiōe ſolent excitari. Infringo valde frāgo. Vide alibi. Offringo. Perfringo valde ſiue in totū frāgo. Cic. lib. iii. off. Ego etiā cū Catone meo diſſenſi: nimia pfracte videbatur ærarium vectigaliaq; defendere. Præfringo. Vide alibi. Refringo. Suffringo aliquantulum: ſeu p medium frango. Lact. lib. iiii. Carnifices non putauerunt oſſa eius ſuffringere: ſicut mos eorum ferebat. Plaut⁹ in Truc. Vt ego hiſce ſuffringam taloa.

* Aſcen. Frangi in fœminam longe aliud ſignificat.

¶ Fragmen et fragmentū accipi ſolēt pp̄ter rei fractę.

¶ Fragor ſonus: qui ex arbore: aut alia re fracta redditur. Virg. lib. i. Geor. Et horridus aliis Mōtibus audiri fragor. Ser. Horrid⁹ fragor ſonitus: qualis fieri ſolet ex aridis cū frangūt arboribus. Li. li. i. Iā fragor tectorū: q̄ diruebātur vltimis vrbis ptibus audiebatur.

¶ Fragoſus a. um. a frango aſp: atq; præruptus. Col. lib. ii. Incultū igitur locū cōſideremus ſiccus an humidus: nemoroſus arboribus: an lapidibus cōfragoſus.

¶ Fraxo aa. vigilias circūeo: q eo labore hō frangat.

¶ Frageo es. a quo frageſco is. quod eſt frangor. Pacu. Frageſcit animus miſeria.

¶ Fragile pe. cor. caducū: debile: et quod facile frangi poteſt. A quo fragilitas. debilitas. inconſtantia.

¶ Fragiliter inconſtanter.

¶ Fracidus a. um. pe. cor. a frāgo dicitur: qđ eſt plus q̄ maturum et iam putreſcens. Cato. Fractores volūt vt olius in tabulato diu ſit: vt fracida ſit: quo facili⁹ efficiant. Quidam fracidum a fraceo deducunt.

¶ Fraceo es. a quo fraceſco: quod eſt quaſi frāgor: reſoluor: et quaſi vetuſtate putreſio. Col. lib. i. Oleū qđ nimis puenit ſi congelatur fraceſcet. i. putreſcet. Var. Hęc de qua fit oleum congeri ſolet aceruatim: dies ſingulos in tabulata vti ibi mediocriter fraceſcat.

¶ Fragitides pe. cor. auctore Cælſo: dicūtur venę grādes: quæ tumidæ ab vtroq; latere colli apparent.

¶ Fragra mora: quę in terra naſcuntur. Virg. Qui legitis flores et humi naſcentia fragra.

¶ Fragrare odorē emittere: a frāgēdo: quia res fractæ vehementius olent. Aug. lib. i. ciui. dei. Nam pari motu exagitatū et exhalat horribibiter cœnum: et ſuauiter fragrat vnguētum. Hinc fragrantia. Hiero. in Ge. Vt ſenſit veſtimentorum eius fragrantiam.

¶ Fragor aris. non eſt in vſu: quū tamē cōpoſita Refragor et Suffragor habeātur: quoꝝ pmū pro Repugno: ſecundum p adiuuo: quaſi ſubfragor accipitur.

¶ Framea ę pe. cor. ab aliq̄bus exponitur p lancea ſiue haſta. Tacitus de Germania. Ne ferrū quidē ſupeſt ſicut ex genere teloꝝ colligitur: rari gladijs aut maioribus lāceis vtūtur: haſtas vel ipſoꝝ vocabulo frameas gerūt anguſto et breui ferro: ſed ita acri: et ad vſum habili: vt eodē pro vt ratio poſcit vel cōminus vel emin⁹ pugnēt: et eques quidem ſcuto frameaq; contētus eſt. Auguſti. vero in octauum pſal. pro gladio accipit ſic ſcribens. Gladiū dei bis acutum: hoc eſt frameā. Iuue. Et Martis frameam et Tyrrhei ſpicula vatis.

¶ Franoſus qui fraudem commiſit.

¶ Frater dicitur: q ſit fere alter: vel a greco. Greci enī φρατρὰς cōiūctos appellāt. et φρατρίαν vocāt cōtuberniū. Et quatuor modis in ſacris dicit. Natura. ſ. gēte cognatione et affectu. Natura: ſicut xii. patriarchæ filij Iacob. Gēte: quia oēs iudæi inter ſe fratres vocant ſicut habetur in Deutero. Nō poteris cōſtituere ſup te alienigenā: quia nō eſt frater tuus. Cognatiōe fratres vocātur: q ſunt de vna familia. i. patria: quas latini paternitates interpretanſ: quū ex vna radice multa generis turba diffūditur: vt in Gen. Dixit Habraā ad Loth Nō ſit rixa inter te et me: et inter paſtores meos et paſtores tuos: quia fratres ſumus. Affectu: q in duo diuiditur: in ſpeciale et cōe. In ſpeciale: quia oēs Chriſtiani fratres dicūtur: vt Ecce q̄ bonū et q̄ iocundū habitare fratres in vnū. In cōe: quia oēs hoies ex vno patre nati pari germanitate cōiungimur: ſicut Apl'us ad Corint. Si quis frater nominatur fornicator aut auarus.

¶ Fraterculus diminutiuum. i. paruus frater. Iuuena. Vnde fit: vt malim fraterculus eſſe gigantum.

¶ Fratria vxor fratris. Nam fratrię dicuntur quaſi fratrum inter ſe vxores.

¶ Fratrueles ſiue fraterni appellantur duorum fratrū filij: qui et fratres patrueles dicuntur.

¶ Frater patruelis: filius patrui. Fratres patrueles: ſororeſq; patrueles dicūſ: q queve duobus ex fratribus pgeneranſ: vt apud Iuriſcō. traditū eſt. Suet. in Cæſa. Qui fratri patrueli ſuo Marco in cōſulatu ſucceſſerat.

¶ Fraternus ſubſtantiuum appellatur fratris filius: inquit Hiero. quo vocabulo vſus eſt in lib. Canticorum

¶ Fraternus. a. um. poſſeſſiuum: vt fraternus amor. A quo fraterne aduerbium: quod eſt ad ſimilitudinē fratris. Aug. Quū eū a teneris annis ardentiſſimo illo puerili amore mihi cōiunctū pluſq̄ fraterne amarem.

¶ Fratraræ puerorū mammæ: q velut fratres pares oriantur: quod etiam in frumento ſpica facere videtur

¶ Fratilli villi ſordidi in tapetia: q per terram ferātur.

¶ Fraus a ferendo deceptio: q̄ alicui infertur: ſicut impoſtura ab imponēdo. Accipitur qñq; p piculo. Vir. lib. x. Quis deus in fraudē: q̄ dura potēna noſtra Egit Et in iure lectū eſt. Erat illa res fraudi. i. piculo: quādo q p pœna. Cice. libro de Orato. Idcirco nabo et fraude capitali eſſe. Virgi. lib. xi. Iā noſces vētoſa ferat cui glona fraudē. Differūt tñ ſcđm Vlpia. Pœna et fraus: q fraus ſine pœna eſſe poteſt. Pœna ſine fraude eſſe non poteſt. Pœna eſt noxę vindicta: fraus & ipſa noxa dicitur: et quaſi pœna quædā præpatio. ἀπὸ τοῦ φράζω τὸ λέγω καὶ φράσις ὁ λόγος ἐκ μικροῦ ἐν τῷ λόγῳ: δόλος δὲ ἐν πράγματι. *. i. qm̄ φράζω dico et φράσις locutio ex re parua. Dolus autem in re.

¶ Frauduloſus: qui fraudem facit: quod magis a diminutiuo fraudula: q̄ a fraude videtur deſcendere.

¶ Fraudulentus fraudis plenus: a quo fraudulenter: hoc eſt cum fraude.

¶ Frauſus erit: q fraudē cōmiſerit. Plau i aſi. Nō placet. metuo in commune: ne quā fraudem frauſus ſit.

¶ Fraudo as. i. decipio. Et dicimus fraudo te: et fraudo te hac re. Vir. Quē regno heſperiæ fraudo et fatalibus aruis. Fraudare geniū eſt nō ſatiſfacere neceſſitati naturę et voluptati. Cuius cōtrariū eſt Curare geniū. i. laute viuere. Fraudare deſideriū eſt nō facere qđ cupit et non eſſe voti compotem. Vnde legimus. Non ſunt

frau dati a deſiderio ſuo. Hinc componitur Defraudo

¶ Fraxinus pen.cor.genus arboris: q in fragoſis locis naſcatur.

¶ Fregellę olim ciuitas: nunc vicus non longe a Velitris.

¶ Fremo is.ui.itũ.tumultũ facio: vt fit ab vndis maris. Virg. Talibus Ilioneus cuncti ſimul ore fremebãt. Ser. Fremebãt hoc eſt conſentiebãt. Et bene ore: quia etiam armis poſſumus fremere. Vnde Lactan.lib.vii. Frement vbiq bella: om̃es gentes in armis erunt. Huius cõpoſitum eſt Infremo pe.cor.quod eſt valde fremo. Idem lib.ii. Si belli terror infremuit.

¶ Fremitus us.pe.cor ꝓprie ſonus fluctuũ: et in populo murmur indignãte: et præ iracũdia inhumanam vocem imitante. Virg Fluctibus et fremitu exurgens benace marino. Feſt. vult fremitũ dictũ ferimentum.

¶ Frendeo es.dui.freſum.ſignifi.frango. Vnde faba freſa dicitur mola leuiter fracta. Col. Cicera bub⁹ erui loco freſa dantur in hiſpania Bethyca. Et frendere eſt cum gemitu ſiue iracundia vocem emittere: vt apud Eſaiam. Rugiet vt catuli leonum et frendet et tenebit prædam. Hiero.in Paulo Eremita. At ille barbarũ neſcio qd frendens & frangens potius verba q̃ ꝓloquẽs inter horrẽtia ora ſatis blandũ q̃ſiuit alloquiũ. Hinc cõponit Infrendeo.i.valde frendeo. Virgi.lib.iii. Dentibus infrendens gemitu graditurq ꝑ æquor Iã mediũ.

✱ Freneſis. Vide Phrenitis.

¶ Frequens. Vide in dictione Celebris.

¶ Frequẽto as.ſępe vel cũ multis adeo. Sal. Iuuentutẽ: quę domũ Catilinę frequẽtabat. Inde frequẽtatio & frequẽtia ꝓ cõuentione et concurſu i ſeu multitudine. Idem. Reliquos cum cuſtodibus in ædẽ Cõcordiæ venire iubet. Eo ſenatũ aduocat: magna frequentia eius ordinis erat. Aliquãdo frequẽtare eſt frequẽter facere Augu.lib.ii.ci.dei. Extruantur ampliſſimę atq ornatiſſimæ domus: vbi opipara conuiuia frequententur.

¶ Frequentarius a.um. veteres dixerunt ꝓ frequẽte.

¶ Frequẽtatiuũ qd frequenter fieri aliquid ſignificat.

¶ Fretũ ab vndarũ fremitu dictũ: vt Var.ingt a ſimilitudine feruentis aquæ: q in fretũ ſępe cõcurrat ęſtuat atq feruefcat. Et ſignificat mare naturaliter mobile. Anguſtias enĩ: quibus atlanticum mare irrumpit terras Gręci πορθμον: Latini fretum appellãt. Abuſiue ꝑ ipſo mari. Hinc Tranſfreto.as.pe.cor.quod eſt trãs fretum nauigo.

¶ Fribolus.pe.cor.quaſi fere obolo dignus.

¶ Frico as.fricui.frictũ. Vnde frictus ſcdm Priſc. Iuue. Si prurit frictus ocelli angulus. Grego.tamẽ dixit Cõfricatus. Macer. Vrticę folijs reuocatur vulua fricata. Eſt aũt fricare: ſicut ſonat. Virg.lib.iii. Geor. Fricat arbore coſtas. Huius cõpoſita ſunt Affrico: iuxta frico. Col.lib.viii. Pecudes aũt morſu ſcalpũt aut cornu aut vngula tundũt: aut arbori affricãt parietibuſve detergent. Ply. Marathro hærbę ſeſe affricat. Cõfrico ſimul frico. Plau.in Aſi. Atq Pol hodie nõ feres ni genua confricent. Col.lib.ii. Boues quũ ab ope dimiſerit ſubſtrictos confricet: manibuſq cõprimat: dorſum et pellẽ reuellat. Defrico deorſum frico. Ci.lib.iiii.ad Heren Nã vt forte hic in balneas venit: cœpit poſtq̃ defuſus eſt defricari. Col. lib.ii. Solida in ſole ſicceturq et radice ſilphi trita cũ aceto aſꝑgatur defricet Infrico intus frico. Idẽ lib. vii. Maxime ꝓderit fuligo ex aheno vlceri infricata. Col.lib. vii. Deinde nares ꝑfricato: vt hoĩes diſcãt odorari. Ply in ꝓlo. Perfricui faciẽ: nec tñ ꝑfeci. Mos eſt eoꝝ: q cũ pudore aliqd agũt vt faciẽ ꝑfricẽt: natura ipſa ad id impellẽte: quaſi ad abigẽdũ ſanguinẽ q ex ꝑcordijs ad faciei ſupficiẽ cõfluit: ꝓpter qd ſcribit Ariſtote. Cur pudore facies hoĩs erubeſcat: metu palleſcat? quũ pudor nihil aliud ſit: q̃ timor futuræ repræhenſionis. Hinc ergo ortum eſt prouerbiũ: vt quoties dicere volumus nos pudorẽ deponere: dicamus: Perfricui faciem: hoc eſt pudorem expuli. Refrico rurſus frico. Cice. Sex. Publij filio. Sin autẽ omnia: quæ ſentio perſcripſerim: ne refricem meis literis deſideriũ ac dolorem tuum. Et omnia habent penulti.correpť.

¶ Frigus oris.pe.cor.et frigor.oris.pe.pro.ꝓ horrore q eſt cõtrarius calori. Virg.lib.i. Geor. Friguſq calorẽq inter. Macer. Pellet frigorẽ: reuocabit et ipſa calorẽ Aliqñ ſumitur ꝓ metu ab eo qd præcedit ad id qd ſeqtur. Vir. Extẽplo Aeneæ ſoluũtur frigore mẽbra. Ser. Frigore.i.timore. Reciproca trãſlatio: et timor pro frigore: et frigus ꝓ timore ponitur: vt in Ter. Vxorẽ tuã pauitare aiũt: nõ timere: ſed laborare frigorib⁹. Vtrũq enĩ in vnũ exitum cadunt: ſicut et de calore et frigore vtere dicimus: vt eſt Aut boreæ penetrabile frigus adurat. Rurſus frigus dicitur ipſa aeris natura. Virg.lib.ii. Geor. At ſceleratum exquirere frigus Difficile eſt.

¶ Frigeo es.frigui.et frixi ſcdm Diome.frigid⁹ ſum Priſc. Syllaba vero naturaliter longa ante geo. mutãt geo.in xi.vt lugeo luxi.frigeo frixi. Virgi.lib.xi. Corpuſq lauant frigentis et vngũt. Fit aũt frigeo: vt quibuſdã placet: a frango: q tã calor: q̃ horror nimi⁹ corpora frangat. Alij a gręco deducũt ἀπὸ τοῦ φρύττω: quod eſt horreo. Vnde φρικὴ horror ſiue frigus dicit. Interdũ frigere eſt ſegnem eſſe. Plaut⁹. Frigent om̃es nemo ſe vomet. Huius compoſitum eſt Refrigeo.

¶ Frigeſco is.frigid⁹ fio. Lact.lib.xii. Quos aũt morbus interimit: iſpñ diutius exhalant: vt paulatim frigeſcẽtibus mẽbris aĩa effletur: quæ cũ materia ſanguinis cõtineatur: ſicut lumẽ oleo: ea materia febrium calore cõſumpta neceſſe eſt mẽbrorũ ſumma quæq frigeſcere: qm̃ venæ exiliores in extrema corpis porriguntur: et extremi et tenuiores riui deficiente vena fontis areſcunt. Hinc Refrigeſco compoſitum. Columel.li.vii. Si bos aut ex languore aliquo ad maciem perductus eſt: aut ſudans in opere faciundo refrixit.

¶ Frigidus a.um.quod habet frigus. Ouid. Frigidi⁹ glacie pectus amantis erat. Quãdoq frigidus dicit ſegnis. Virg. Largus opum & lingua melior: ſed frigida bello Dextera Quãdoq ꝑniciosus et nocẽs: eo q frigida naturæ mortalium pernicioſa ſunt. Idem. Frigidus o pueri fugite hinc latet anguis in hęrba.

¶ Frigidulus diminutiuũ eſt: qui eſt parum frigidus.

¶ Frigorificus a.um.quod frigus inducit: ſicut a Calore Calorificus.

¶ Frigefacio: a quo frigefio notę ſignificationis.

¶ Frigero as.pe.cor.frigefacio. a quo Refrigero: qd ẽ rẽ aliquã calidã frigidã facio. Perfrigero valde frigero. Ply. Oim earum vis eadẽ ꝑfrigerare eſt aſtringere.

¶ Frigutio.is.iui.frigutire furſum ſaltare: vt eſt ex frigore tremere: vel calore frigere: et quod nos vulgo dicimus ſgriſolos habere. Plau.in Caſ. Nam quid frigutis? quid iſtuc tam cupide cupis?

¶ Frigilla auis dicta: q frigore cantet & vigeat.

¶ Frigo is xi.xũ.et gui.ctõ ſignificat torreo: qd vulgo dicit frizere ἀπὸ τοῦ φρύττειν ὅθεν λέγεται φρυκτός Feſt. Frigere et Frictum a gręco. Inde frictoriũ et frixoriũ in quo qd frigitur. Hiero.in Eſaia. Cõfrixa ſunt oſſa mea tanq̃ in frixorio. Cor. Cæl. Tum res eadẽ magis alit iurulenta q̃ aſſa: magis aſſa q̃ frixa. Hieron.ad Furiã. Pueri erant necdũ ad ſartaginẽ venerãt: in qua Rex Babylonis ſenes iudices frixit. Hinc fiunt cõpoſita Defrigo & perfrigo. Iuue. Et ſi ꝑfrixit cantat bene

¶ Frixorium a ſono frixationis dicitur ſartago: in qua

quid frigitur: quæ et frictorſum appellatur.

¶ Frixilla cibus ex pulte factus qui frigitur.

¶ Frit dicitur illud in ſumma ſpica iã matura: qđ eſt minus q̃ granum.

¶ Fritillus dicitur apud nos tabula luſoria: q apđ græcos Pyrgus: in quo teſſeræ cõiectæ agitatæq; mittũtur inquit Porphirio. Ex quo demõſtratur teſſeras conijci fritillo tanq̃ vaſculo: quo agitatę deinde mittuntur in alueolum. Iuuena. Paruoq; eadem mouet arma fritillo. Dictus fritillus: vt quidam putãt: a crepitu ipſo teſſerarum. Vel q; ſuper eo teſſeræ ferantur. Hinc etiam Alueolus dicitur et Pyrgus. Mart. Dum blanda vag⁹ alea december incertis ſonat hinc et hinc fritillis. Var. Quales ſunt teſſerę: quibus in alueolo luditur. Horat. Mitteret in pyrgum. Alij in ſinum.

¶ Frio as. ſignificat tero. Ply. In ipſa quidem æthiopia friatur. Hæc tanta eſt ſiccitas et farinæ ſpiſſatur in panẽ. Hui⁹ cõpoſita ſunt Affrio. Infrio: qđ eſt terẽdo aliquid digitis leuiter inſpgo. Suffrio paululũ cõtero.

¶ Friabile qđ facile friatur: et quaſi manib⁹ minutim teritur. Ply. lib. xxviij. Optimaq; eſt q̃ cãdidiſſima et friabilis minimeq; ponderoſa cũ teratur inter digitos.

¶ Friuolus a. um. pe. cor. a frio. as. dicitur qđ eſt inane leue nulliuſq; momenti: ſicut friuola dicũtur verba: q̃ minus fide ſunt ſubnixa. Vnde friuola ꝓ nugatorijs quiq; poni conſueuerũt. Et vaſa friuola: quę vix attrectando aliquid cõfringuntur: et in puluerẽ vertuntur.

¶ Frons. frontis. ab oculorũ foratu: vel a ferendo: q; iudicia animi pręſe ferat. A dextra et ſiniſtra temporibus: a ſupiori capillorũ radice: ab inferiori vero parte ſupcilijs terminata: corrugatur in triſtitiã: et in letitiã dilatatur. Eſt enĩ triſtitię: hilaritatis: clementię: ſeueritatis indiciũ. Et pudorẽ ſignificat. Perſi. Exclamet Melicerta periſſe Frõtẽ de rebus. Et ob hanc cauſam frontem Genio priſci conſecrarũt. Dicitur frons etiã de reb⁹ inanimatis. Virg. Fronte ſub aduerſa ſcopulis pendẽtibus antrum. Et licet a Grammaticis genere fœminino ꝓferatur: tamen a Cecilio genere maſculino ponitur. Hi ſunt (inquit) inimici pe ſſuni fronte hilaro: triſti corde. Hinc componitur Bifrons.

¶ Frontale: quod ad frõtem ponitur. Ply. lib. xxxvii. Quondã tantæ magnitudinis fecere: vt equis regũ in oriente frontalia atq; ꝓ phaleris penſilia facerent.

¶ Frontati. vt eſt apud Victru. id genus laterũ dicũtur quos græci Diatonos appellant: quia ꝑ latitudinẽ totam porrecti: vtranq; parietis frontem conficiant.

¶ Frontoſus pro impudente capitur.

¶ Frons. dis. ge. foe. a fero: q; frondes arborũ huc atq; illuc a vẽto ferantur. Proprie aũt frondes arborũ dicuntur: folia vero tam arborum q̃ hærbarum et florũ. Hinc frondifer. Lucre. Frondiferaſq; domos auium.

¶ Frondeus a. um. quod totum ex frondibus eſt: vt torus frondeus.

¶ Frondoſus a. um. quod frondibus abundat: vt Lucus frondoſus.

¶ Frondarius a. um. quod ad frondes ptinet: ſiue qđ ex frondibus eſt Ply. lib. xviii. Vnus frondator quattuor frondarias piſcinas complere in diem iuſtũ habet

¶ Frondeo. des. dui. frondes habeo. Virg. Nũc frondent ſyluę. Hinc frondeſcere Col. lib. v. Nihilominus enĩ paucis frondeſcet pampinis.

¶ Frondo as. frondes emitto. A quo frundator: frondatio: et Defrondo: quod eſt frondes deijcio.

¶ Frõdator i qui arbores amputat: et qui e frondibus manipulos facit hyemis tempore animalibus ad paſtum efferẽdos. Et qui manibus vitiũ folia vellit: quo ardor ſolis vuam maturiorem reddat.

¶ Frondatio. Col. lib. vi. Atq; in frondatione cauendum: ne aut prolixiores pollices fiant: qui ex amputatis virgis relinquuntur.

¶ Fruor eris. fructum in ſupi. ſcđm Priſ. ſicut Struo ſtructũ. Cic. in Horten. Et amœnitate ſumma ꝑfructurus eſt. Vlpia. tamẽ ad Sabinũ. fruitũ: fruiturus nõ fructurus: quomodo ortũ oriturus. Fruitũ fruiturus: mortuũ moriturus dicit. q; quũ i in ꝑtento nõ habeãt: id in futuro habent. Hiero. vero ad Principiã fruitũ dixit. Sæpe et multũ flagitas virgo chriſti Principia: vt memoriã ſanctæ fœminę Marcellæ literis recolã: et bonũ quo fruiti ſumus etiã cęteris noſcendũ imitandũq; deſcribã. Cic. lib. iii. Tuſc. Zeno ſtoicorũ acutiſſimus cõtendere et magna voce dicere ſolebat: eũ eſſe beatũ: q pręſentibus voluptatibus frueretur: cõſideretq; ſeſe fruiturũ. Vtra aũt ſit verior ſnia: q; fruor fructũ: an q; fruitũ faciat nõ ſatis dignoſci põt q; raro hmõi exẽpla repeꝛiãtur: et nõnũq̃ vitiata: puto tñ q; fructus et fruitus: a quo fruitio nõ fretus faciat: quũ nõ ſit eiuſdẽ ſignifi. Neq; aſtipulor illis: qui dicunt Frui de diuinis: Vti de humanis dici: quũ et in bonã & in malam partẽ accipiatur. Aug. lib. xv. ci. dei. Boni adhoc vtũtur mũdo: vt fruãtur deo. Mali aũt cõtra: vt fruantur mũdo vti volunt deo. Hiero, ad Iulia. Difficile immo impoſſibile ẽ vt et pręſentibus & futuris qs fruatur bonis: & ventrẽ hic: & ibi mentẽ impleat Iuue. Exul ab octaua Marius bibit: & fruitur dijs iratis. Eſt itaq; frui quaſi delectatione et fructũ cape. Ter. in adel. Eſt hic paululũ quod locitas foris huic demus qui fruatur. Cõpoſita hui⁹ verbi ſunt Defruor et Perfruor: quæ ſignificant in totum fruor: ſeu omnem fructum percipio.

¶ Fruiſcor a fruor deducitur: ſicut a fatear fatiſcor. Metellus ad Domitios. Illi vero oĩui iure atq; honeſtate interdicti: ego neq; aqua: neq; igni careo: ſed ſũma gloria fruiſcor. Cælius lib. ii. cum actõ iunxit. Domos ſuas (inquit) quandoq; iubet ire: et ſua omnia fruiſci.

¶ Fruniſcor ꝓ fruor Cato poſuit: et frunitum dixit. prudẽtẽ: hoc eſt quo ꝑfrui liceret: ſicut ecõtrario infrunitũ inſipiẽtẽ ac ſtolidũ: q nulli vſui eſſet: q̃uis alii fronitũ ꝑo a gręco. φρονιμον enĩ græci prudentem dicũt ἄφρονα vero dementẽ. Vnde eſt illud in ſacris literis. Et animo irreuerenti et imphronito ne tradas me.

¶ Fructus tus. et fructi. et fructuis. Ter in adel. Nunc exacta ætate hoc fructi ꝓ labore illis fero. Var. Quæro vtrũ fructuis: an delectationis cauſa vẽdatis. Antiqui etiã hęc fructa dicebant: cuius loco dicitur hęc fruges. Et a fruendo dicitur fructus: vt inqt Var. quia his fruimur. Quidã etiã a ferẽdo fructus deriuãt et dicũtur illæ res: quas fundus fert: & quæ in fundo feruntur.

¶ Fructifer. a. um. quod fert fructum: hoc eſt pingue fertile. Et fructiferæ arbores: quæ ferunt fructum.

¶ Fructuarius dicitur cui⁹ eſt fructus. Fructuari⁹. a. um qđ fert fructũ: ſeu qđ ad fructũ ptinet. Colu. lib. i. Pars aũt fructuaria diuiditur in cellam oleariã: torculariam et cellam vinariam. Idẽ lib. iii. Quũ vitẽ inſerere voles optimi gñis ſarmẽta fructuaria quũ gẽmas agere incipiẽt vẽto hauſtro a matre ꝑcidito. Palla. Deciſis male natis oĩbus et veterib⁹: nouellos et fructuarios ſeruas

¶ Fructificus a. um. idem qđ fructuoſus: qui fert fructum: hoc eſt vtilitatem pręſtat.

¶ Fruges. gis. vel hęc frux. gis. ſcđm Priſ. & vt notat Var. de ana. Frux legumẽ triticũ: a quo frugi indeclinabile deriuatur. Sũt autẽ frugi hoĩes q in oĩ re moribus animi moderantur: vñ eſt Piſonis illi⁹ cognomẽ. Auſo. Ante eu dem cãpis q̃ ſpicea ſuppeteret frux. Feſtus. Pãtices frux vẽtris. i. pinguitudo. Et a fructu ſeu fruẽdo dicitur. Nã id eſt qđ ſegetes ferũt. Et generaliter fru

ges dicũtur: quicquid ex fructu terrę in alimoniã verti
mus. Vnde frugiferæ arbores dictę ſunt: quęcunq; fru
ctũ ferũt: quod redditum dicimus: ſicut docet Vlpia.
Nõ ſolũ quod ex frumentis et leguminibus: verũ etiã
quod ex vino: vel ex ſyluis cæduis: cretifodinis: lapi-
cidinis capitur. Feſt. Ser. et Dona. Frugia vocabulũ
a frumine emmente ſub mento gutturis ſeu gurgulio
nis pte: qua cibus in aluũ demittitur a ferendo cibo ap
pellatũ dicũt. Et alio nomine dicitur rumẽ. Errant igiť
qui diſcernũt frumẽta a frugibus. Nã Cice. ait. Olei et
frugum minutarũ: quum de leguminibus diceret: vt
oſtenderet etiã frumenta fruges vocari. Liui. Eam gẽ-
tem traditur fama dulcedine frugũ maxime vini no-
ua tũ voluptate captã. Hic Defrugo as. de quo ſupra.

¶ Frugi nomen a fruge denominatum oĩs ge. et in
declinabile eſt: ſicut nihili a nihilo: et ſcdm Priſc. li. vi.
cũ oibus caſibus iungitur. Hinc Mart. Ientacula frugi
dixit. Et Tam frugi Iuno vellet habere Iouẽ. Quinti.
taxat eos a qbus dicitur frugalis: et nõ frugi: tanq̃ fru
galis ſit dictio parũ pba. Quũ tamẽ qđ mirũ videri po
teſt frugalior: et frugaliſſimus vſurpẽtur. Dicitur autẽ
Frugi homines. Ter. in Eu. Frugi es. Vbi Dona. Frugi
vtilis et neceſſarius: a frugibus: quæ ꝙ his fruamur di
ctæ ſunt. Inde fructus et frumenta. Græci frugi hoies
Χρήσιμους dicũt. i. vtiles. vnde antiqui ſeruum laudare
volentes frugi dicebãt: tanq̃ ſobriũ: vtilem: et neceſſa
rium. Plau. in Am. Ita ſeruũ par videtur frugi ſeſe in-
ſtituere. Cic. lib. iii. Tuſ. Sed quia nec q ppter metum
præſidiũ relinquit: qđ eſt ignauię: nec qui ppter auari-
tiã clam depoſitũ nõ reddit: qđ eſt iniuſtitiæ: nec q pro
pter temeritatẽ male rem iuſſit: qđ eſt ſtultitię: frugi ap
pellari ſolet. Eas tres virtutes: fortitudinẽ: iuſtitiam: et
prudentiã frugalitas cõplexa eſt. Ergo frugi hominẽ
bonũ et virtute preditũ intelligimus. Cuius contrariũ
eſt neq̃: cuiꝰ ſignificatio vna eſt: ꝙ ſit libidinis intem-
perãs: altera ꝙ ad nihil bonus ſit: ſed plane malus. Vñ
Piſo frugi appellatus eſt. Col. li. i. Eiuſdẽ agilitatis ho-
mo frugi melius q̃ neq̃ faciet. Accipiť etiã frugi pro eo
q in victu: veſtitu ſĩilibuſq; temperans eſt: ſicut ecõtra
rio Luxurioſus apud Sene. Quintilianũq; de duobꝰ
filijs frugi luxurioſoq;. Hor. Parcius hic viuit frugi di
catur. Vnde frugalitas auctore Cice. ea virtus dici põt
quã Gręci ſophroſynẽ: Latini rum temperãtiã: tũ mo-
derationẽ appellare cõſueuerũt. Sene. Luxurioſo fru-
galitas pœna eſt. Au. lib. i. de beata vita. Merito virtu
tũ oim matrẽ multi frugalitatẽ eſſe dixerũt. Quibꝰ cõ-
ſentiens Tuľ. etiã in populari oratione ait. Vt volet qſq;
accipiat: ego tamẽ frugalitatẽ. i. modeſtiã et temperan
tiã virtutẽ maximã eſſe iudico. Vt eñ nequitia eſt ma-
ter vitiorũ oim: ita frugalitas mater cũctarũ virtutum
et ſicut illa a nihilo. i. ſterilitate: ſic hæc a fruge. i. a fru-
ctu ppter quandã aiorũ fœcũditatẽ eſt noiata. Sic fru-
galior ptẽperantior. Ter. in Heau. Dedo me patri nũc
iam: vt frugalior ſim q̃ vult. Et frugaliſſimꝰ: quaſi ex
pertus et prudẽs. Col. lib. i. Magiſtros pecoribus opor
tet pręponere ſedulos ac frugaliſſimos. Vnde et fruga
litas pro ſufficientia. Idem. Minus in hoc officio: q̃ in
ceteris agricolatio frugalitatem requirit.

⁎ Frugiferę arbores dictę ſunt: quę fructũ ferunt. Fru-
giperda ſalix dicitur: quę omnino amittit ſemen ante-
q̃ omnino maturitatem ſentiat. Cc.

¶ Frumen ſumma pars gulæ interior: per quam cibũ
lingua demittit in ventrem. Et a qua fruges dici a qui
buſdam putantur.

¶ Frumentum dictũ eſt velut fermentum: vel a fruẽ
do. i. veſcẽdo: vel quaſi frugamẽrum a frugibus. Fru-
menti genera: vt ſcribit Ply. hęc vulgatiſſima ſunt: far
quod Adoreũ dixerũt. Siligo. Triticũ. Hordeũ. Fru-
menta dici putãt quęcunq; emittũt ariſtas. inquit Ser.

¶ Frumẽtaceus. a. um. qđ ex frumẽto eſt. Hier. Maior
turba hordeaccia panibus: minor frumẽtaceis paſciť.

¶ Frumentarius. a. um. quod ad frumentum pertinet
vt frumentarius ager: frumentarius negocyator: fru-
mentaria lex: quæ tractat de frumentis.

¶ Frumentor aris. frumentum colligo. Et frumenta-
tio frumenti collectio. Et frumentator: qui frumenta-
tum profectus eſt.

¶ Fruſus genusruborũ tenue: ſpinis minoribus: et
non aduncis.

¶ Frutex dicitur: qui ad iuſtam magnitudinem arbo-
ris non aſſurgit: et ſtatura ſimilis eſt multis hærbis: ſed
non demoritur: neq; areſcit vt hærba. Nã tertiũ eſt qđ
nec arborem: nec fruticem pprie dixeris: vt eſt Vitis.
Aliquãdo frutex ponitur pro ſtirpe. Sueto. de Veſpa
ſiano. Singulos repente ramos a frutice dedit.

¶ Frutetum ſeu fruticetum: vbi multi frutices ſunt.

¶ Frutetoſus locus fruticibus abundans. Ply. li. xix.
Siccis hęc et ſabuloſis locis frutetoſiſq; naſcuntur.

¶ Frutico as. pe. cor. pullulo: et quaſi frutices emitto
Ply. lib. xvij. Quod ſupra terram eſt e matre radi iube
tur: vt fruticet. Eſt et fruticor deponẽs. Cice. ad Atti.
Exciſa eſt eñ arbor: nõ euulſa: itaq; q̃ fruticeť vides.

¶ Fruticeſcere eſt fruticem fieri. Plyn. Punicez oleæ
quia celeriter fruticeſcunt.

¶ Fruſtũ rei cuiuſcunq; particula: ſic dictum ꝙ facile
feratur. Vir. Pars in fruſta ſecant. Cat. Fruſto panis cõ
duci poteſt vel vti taceat: vel vti loquatur. Huius di-
minutiuum eſt fruſtulum: a quo fruſtillum.

¶ Fruſtatim aduerbium ſignificat per fruſta. Fruſtil-
latim per fruſtilla. Plaut. in Cur. Iam ego te faciam: vt
hic formicæ tuę fruſtillatim differant.

¶ Fruſtro as. decipio. Cæſar. Non fruſtrabo vos mi-
lites. Inuenitur et fruſtror verbũ cõmune ſcdm Priſc.
Plaut. in Am. Neſcio quis pręſtigiator hanc fruſtatur
mulierẽ. Paſſiue. Feneſtella. Fruſtratus igitur a ſpe de
uictus in caſtra ſe recepit. Et fruſtra agere. Col. in p̄fa.
Sępe magnam dominis afferũt iacturam: quũ impru
denter facta opera fruſtrantur expenſas. i. proijciũt: ſi
ue fruſtra agunt. Idem ibi. Siderum ortus et occaſus
memoria repetat: ne in imbribus ventiſq; imminenti-
bus opera inchoet: laboremq; fruſtretur.

¶ Frutinal dictum eſt templum Veneris frutę.

F ante V.

¶ Fucinꝰ pe. cor. lacus in quarta regione Italiæ prope
Albenſes Marſorum populos. Quo etiã noie dictus
eſt lacus Volſcorum. Martia. Fucinus et pigri taceãn-
tur ſtagna Neronis. Vir. lib. vij. Te nemus angitiæ vi-
trea te fucinus vnda: Te liquidi fleuere lacus.

¶ Fucꝰ genꝰ apis ſine aculeo: ſed maior ape: q̃ nõ mel
lificat: neq; opam aliquã p̄bet i faciũdo ope: niſi ꝙ ad
fouẽdos fœtꝰ cõcalefaciẽdo adiuuat: & cõſumit alimẽ
ta: q̃ apes cõgeſſerũt. Vir. Ignauũ fucos pecꝰ. Hęc alio
noie dr̃ fur: vt inqt Var. Col. li. x. Fucꝰ genꝰ amplioris
incremẽti ſimillimũ apis et immune ſine doctri a fauis
aſſidẽs. De hoc Ply. li. xi. Fuci ſunt ſine aculeo impfe
ctę apes nouiſſimę a feſſis & iã emeritis inchoatę ſeroti
nus fœtꝰ: et q̃ſi ſeruitia verarũ apũ: quãobrẽ imperãt
his primoſq; i opa expellũt: tardãtes ſine clemẽtia pu
niũt. Dictꝰ fucꝰ: vt inqt Ply. quia furti mella deuorat.
Hoc ẽt noie dicta ẽ herba ſcdm Ser. qua tingũť veſtes
Et fucꝰ color ipe cęruleꝰ q vtrore cõmendať: et purpu
riſſa ſeu ceruſatus dicitur. Siue medicamentũ. Plautꝰ.

Vitia corpis fuco occulunt. Sene. Vnguentum quale
Myrrhabolanũ et myrrha: qb⁹ odoꝛ ſmẽtis mulieres
capillos pungebant. Tibul. Quid fuco ſplendente co
mas ornare quid vngues Artificis docta ſubſecuiſſe
manu? Per tranſlationẽ ſumitur ꝓ fraude: aſtutia: ſiue
inſidijs: in qbus veritas occultatur. Terent. in Eu. Per
impluuiũ fucũ factũ mulieri. Quidã tamẽ hoc nomen
per ph ſcribũt tam ꝓ animali: ꝙ a φαγῶ deducant: eo
ꝙ apũ labores comedat: ꝗ̃ pro herba: quę gręce σύκοσ
dicitur. Sed alij non a φαγῶ: ſed a φυκίῳ deducunt.
⁎Fucus marinus herba eſt a græcis φυκὸσ θαλάσσιον,
cuius tria genera ſunt Latũ: et alterũ longius quadãte
nus rubens: tertium criſpis folijs: quo in Creta veſtes
tinguntur.

Fuco as. coloro. Vnde fucatę mulieres dicũtur quæ
vel medicamẽtis qbuſdã colorantur: vel vitia corpis
inductis coloribus tegũt. Virg. lib. ii. Geor. Alba neq;
aſſyrio fucatur lana veneno. Transfertur etiã ad alia.
Lact. lib. ii. Sic veritas fucata mendacio eſt. Ambro.
in Lucam. Plebem domin⁹ ſimplicem requiſiuit: quæ
phalerare audita et fucare neſciret.

Fucilis. pe. cor. falſus: vt res fucilis: hoc eſt falſa: et
quaſi fucata ⁎ Pro eodem fere futilis dicitur.

Fugo as. expello: et in fugam conuerto. Lactan. li.
i. Saturnus quum fugatus eſſet a filio.

Fugio. is. gi itũ. cõtrariũ eſt fugo. Fugere eñ eſt cũ
curſu et celeritate diſcedere. Vir. Nos patriã fugimus.
Dicitur etiã de nauigationibus. Vir. Tendũt vela noti
fugimus ſpumantibus vndis. Plaut. Remigio veloq;
quantũ potes feſtina & fuge. Aliquãdo capit̃ ꝓ facere
Plau. in Cap. At fugam fugitis ſcio quãrẽ agatis. Ali
quando ꝓ decipe: vel fruſtra facere. Ter. in Heau. Vi-
de ne in mea vita tu tibi laudẽ is quæſitũ ſcelus: vbi ſi
paululũ modo qd te fugerit ego perierim. Aliquãdo
ꝓ neſcire ſeu nõ recordari. Lact. lib. i. Qđ illũ ipm̃ poe
tam minime fugit. Cic. lib. i. Tuſ. Niſi quę me forte fu
giũt: hæ ſunt fere oim de animo ſentẽtię. Aliquãdo ꝓ
cedere. Ply. lib. xxxvii. Fictitiæ ſacrificationis cãdicã
tiam fugiũt: hoc eſt fictitias ad impreſſionẽ ſacrifican
tis cedere: quod gẽmarij hodieq; appellãt fugere. Hic
ortũ vt vina quę annis cedũt: hoc eſt ętatẽ ferre nõ poſ
ſunt: fugere dicãtur: vt Cic. in offi. Huius cõpoſita ſũt
Aufugio alio fugio: qđ ex ab et fugio cõponitur: b in
u. mutata: vt fieret vox ꝓnũciatu audituq; lenior. Hie
ro. ad Helio. Dñs ne a turbis rex cõſtitueretur aufugit
Cõfugio ſimul fugio: cõcurro: aut totũ ſimul reduco.
Lact. lib. ii. Cõſtituit aſylum: eo paſſim cõfugerunt ex
finitimis locis peſſimi. Liu. Inde Turnus Rutuliq; dif
fiſi rebus ſuis ad florentes Etruſcorũ opes: Mezentiũ
q; regẽ eorũ cõfugiũt. Hiero. Ad ſanctarũ grauitatem
ſcripturarũ cõfugimus. Hinc cõfugiũ & cõfugela. De-
fugio. Diffugio. De qbus alibi. Effugio extra fugio:
diſcedo: deuito. Lact. lib. iii. Neq; cultores deoꝝ poe-
nã ſempiternæ mortis effugiẽt. Interdũ celeriter tranſ
eo. Vir. li. iii. Effugimus ſcopulos itachę Laertia regna
Interdũ nõ bene ſcio. Aug. ad Hier. Satis nequeo ad-
mirari: ſi aliqd adhuc in hebraicis literis inueniat̃: qđ
tot interpretes illius linguæ peritiſſimos effugerit. In-
terdũ effugere eſt in totũ fugere. Ter. in And. Nullon
ego Chremetis pacto affinitatẽ effugere potero. Hinc
effugiũ: et effugia æ: ſicut lana et lanitiũ. Perfugio qđ
eſt auxilij gratia ad aliquẽ fugio. Vnde pfugiõ. Et pfu
gere eſt pfecte fugere. Vñ pfuga: q ad hoſtes tranſit &
pfugit. Refugio retro fugio. Ply. lib. ix. Venãtes refu
gere. ſ. piſces ipos venãtes i ſuas cauernas. Gel. Poſt-
ea cũ prælio victus in vltima regione confugiſſet. Et
Refugere confugere. Vnde refugiũ. Per tranſlationẽ
ponit̃ ꝓ deuitare: recuſare et odio habere. Lact. lib. vi.
Illos q ad voluptates aut diuitias nõ refugiũt: ab hac
publica & celebri via modice ſegregat. Aug. lib. ciui.
dei. i. Sed aliud eſt qđ carnis ſenſus infirmiter pauid⁹
refugit: aliud quod mẽtis ratio diligẽter enucleata cõ-
uincit. Col. lib. iiij. Idq; adeo plurimi dubitent: vt mul
ti refugiãt: et reformidẽt talem poſitionẽ ruris. Profu-
gio longe fugio: a quo ꝓfugus. Subterfugio: ſecreto:
aut aſtute fugio vel veto. Cice. ꝓ Cecilio. Qui volunt
pœnã ſubterfugere aut calamitatẽ eo ſolõ vertũt. Suf
fugio latẽter fugio. Sueto. vero ꝓ retro fugio in Tibe.
poſuit. Adulationes adeo auerſatus eſt: vt neminẽ ſe-
natorũ ad lecticã ſuã admiſerit: conſularem vero ſatiſ
facientem ſibi: ac p genua orare conantẽ ita ſuffugerit
vt caderet ſupinus. Tranſfugio tranſeundo fugio ab
vno ad aliũ locũ. Vñ tranſfuga q ad hoſtes fugit. Liu.
lib. i. Sext⁹ filius eius q minimus ex tribus erat trãſfu
git ex cõpoſito Gabios. Sal. Mõ harũ: mõ illarũ leuiſſi
me traſfuga. Et oia hñt fu ſyllabã in pñti correptam.

Fugito tas. pe. cor. ſæpe fugio: ſiue fugiendi cõſue
tudinẽ habeo. Plau. i aſi. Herũ noſmet fugitare cẽſes?
Ter. in Eu. Fugitando fugi: ne quis me cognoſceret.

Fuga ipſe fugiendi actus. Virg. ꝓ curſu poſuit. Vel
qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice: volucremq;
fuga præuertitur Hebrum. Et Quintilia. nauigatio-
nem dixit fugam: ſiue naues fugientes: quę velocem
faciunt curſum. Aliquãdo fuga dicitur impetus. Vir.
Ille volat ſimul arua fuga: ſimul ęquora verrit. Fuga
vero maſcu. gñe cõponitur varijs modis: vt Perfuga:
Tranſfuga. Lucifuga. Noctifuga. Solifuga. Lucrifu
ga. Plau. Cũ hos adhuc adij lucrifugas dãni cupidos.

Fugia lætitiæ dea: a fugatis hoſtibus dicta.

Fugax qui facile fugit. Significat eñ habitum et
abundantiam rei: cuius eſt habitus: vt Edax. Bibax.
Aug. Terrena gaudia conſectantes rebuſq; fugacib⁹
inhiantes. Quandoq; tamẽ ponitur pro celeri et velo-
ci. Vnde fugacem equũ dicimus velocem. Hinc fuga
cior fugaciſſimus: fugacitas: & diminutiuõ fugaculus

Fugitiuus ſeruus dicitur: qui a dño ea mẽte recedit
ne ad eũ redeat: etiam ſi mutato cõſilio ad eum reuerti
tur. Et fugitiuus eſt qui extra domini domũ fogę cau-
ſa: vt ſe a dño celaret manſit. Item fugitiuus eſt qui eo
ſe confert: vnde eũ dñs recuperare nõ poſſit: aut abdu
ci. Qui aũt incendiũ: ruinã: hoſtẽ: aut præceptorẽ: cui
in diſciplinam traditus erat: quia immoderate eo vte-
batur/aufugit: non fugitiuus dicendus eſt.

Fugitiuarius a. um. qđ libẽter ſeu facile fugit. Var.
Idoneus ſub dio ſumendus eſt locus cochlearijs: quẽ
totũ circum aqua claudas: ne quas ibi poſueris ad par
tum non liberos earum: ſed ipſas quæras: aquã inquã
fundendam: ne fugitiuarijs ſit parãdus locus.

Fugitiuæ aquæ dicuntur: quibus ex publico riuo
fluentibus furtim quis ac non ſuo iure vtitur.

Fugalia feſta ſiue ludi. Aug. li. ii. ci. dei. Sed demõ-
ſtrentur loca talib⁹ aliqñ cõuẽticulis cõſecrata: nõ vbi
ludi agerent̃ obſcœnis vocibus et morib⁹ hiſtrionum
nec vbi fugalia celebrarentur: effuſa oĩm licentia turpi
tudinum: et vere fugalia: ſed pudoris et honeſtatis.

Fulcio is. ſi. tum. munio: ſuſtẽto: fortifico. Iuuena.
Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam. Huius cõ-
poſitum eſt Suffulcio. Var. Vt maioribus perticis ſuf
fultæ vites: auras non pertimeſcant.

Fultura ſuſtentatio. Plyn. Vt eximantur trabes ſine
fulturis ac reponantur.

⁎Fulcimen ſuſtentaculum eſt a fulciẽdo dictum. Co.

Fulcra a fulciendo. i. ſuſtinendo dicta ſunt. Sũt eñ
tabulæ compactæ: ſeu ſpondæ: in quibus lecti impo-

nuntur: ꝙ toros fulciant. Virg. Fulgent genialibus altis aurea fulcra toris. Gel. Neq; apud eius lecti fulcrũ capſam eſſe cum ſtrue aut ferto oportet. Sue. in Clau. Adhibebant omni cœnæ et liberos ſuos cum pueris et puelliſq; nobilibus: qui more veteri ad fulcra lectorũ ſedentes veſcerẽtur. Sunt q lecti pedes interpretẽtur. Alij ſummas lectorum partes. Nec ſolum de lectis dicitur: ſed etiam de alijs. Ambro. libro Hexame. Non ergo fundamẽtis ſuis nixa ſubſiſtit nec fulcris ſuis ſtabilis perſeuerat: ſed dominus ſtatuit eam: et firmamẽto voluntatis ſuæ continet.

℄ Fulica. pe. cor. auis quæ et fulix dicitur marina vel ſtagnenſis: vt inquit Aug. paulo ſupra magnitudinẽ columbę: a furuo .i. nigro dicta. Vir. lib. ii. Geor. In ſicco ludũt fulicę. Q: aũt quidã liber impreſſus dictionarius appellet φήνην male interpretatꝰ ex auctoritate Aeliani in libris de aialibus: et Euſtachij: et Homeri quaſi in fine lib. iii. Odyſ. ipſa φήνη auis egypti magna. Homerus ὡς ἄρα φωνήσασ' ἀπέβη γλαυκῶπις ἀθήνη. φήνη δ' ἔιδομένη. θάμβος δ' ἕλε πάντας ἰδόντας Sed Suidas φήνη ἴδος ὀρνέου ἴσον ἀετοῦ. Inepta eñ eſſet Homeri comparatio pro fulica. ⁎ .i. Sic vtiq; locuta abiuit cæſia Minerua viſa fulica: pauor omnes occupat. Suidas fulica auis genus æqualis aquilæ.

℄ Fuligo pe. pro. ſimiliter a furuo. nigrũ e fumo.

℄ Fulgur ſplendor.

℄ Fulgidus a. um. pe. cor. clarus: ſplendidus.

℄ Fulgeo es. ſi. ſum. a φλὸξ deducitur: qđ apud Græcos flammã ſignificat. Vnde et ꝑlucere et ſplendorem emittere ſumitur. Luca. lib. x. Fulget gẽmis toris & iaſpide fulua ſupellex. Et fulgere: vt inquit Feſt. ꝓ ferire priſci dicebant. Vnde fulgur dictũ eſt. Huius cõpoſita ſunt Affulgeo ad aliquid fulgeo. Liu. Et nauiũ ſpeciẽ de cęlo affulſiſſe. Cõfulgeo ſimul totus fulgeo. Plaut. in Am. Ardere cenſui ędes: ita tum cõfulgebãt. Effulgeo ſplendorem emitto: prefulgeo. Vide loco ſuo. Refulgeo ſplendorem reddo. Perſius. Q: ſi doloſi ſpes refulſerit nummi Coruos poetas. &c.

℄ Fulgo is. ſi. ſum. tertiæ cõiuga. in eadẽ ſignificatiõe Virgi. lib. vi. Ille aũt paribus quas fulgere cernis in armis. Idem libro. ix. Auroq; effulgere fluctus.

⁎ Fulginia vrbs eſt Vmbrię patentibus ſita campis inter Spoletum Menianã Iſpellum & Nucerĩã. Sic dicta propter continuum ſolis fulgorem. Inde Fulginiates populi dicti.

⁎ Fulgentius propriũ viri nomen in omni diſciplinarum genere eruditi: qui rerum ſacrarum volumen eleganti carmine ſcripſit. Cc.

℄ Fulgur. uris. et. Fulgus. uris. vel oris. pe. cor. ſicut tergus. oris. vel Fulgus. eris. ſicut Munus. eris. Et eſt lux illa: et quaſi vibratio luminis: quæ ante cernitur: q̃ tonitruũ audiatur. Conſtat aũt fulmẽ et fulgur æque ignẽ eſſe. Sed fulguratio (vt ait Seneca) nihil aliud eſt q̃ flãma: futura fulmen ſi plus viriũ habuiſſet: ſiue fulmẽ nõ latũ vſq; in terras. Fulmen eſt fulguratio ꝑducta in terras: et ipm (vt ita dicã) telũ. Ply. Fulmẽ eſt cũ flatus in nube aut vapor erũpit ardens cũ longiore tractu nititur fulgetra. Hinc aũt naturaliũ cauſarũ ſcrutatores: ꝙ fulgura ex nubiũ colliſiõe generentur in morem ſilicum duriorum: quos quũ comploſeris ſibi medius ex his ignis extritus elabitur: atq; ita cum fulgore pariter & tonitrua mugire: tonitrua ſcilicet ſonitu iudicante et fulgura excuſſi luminis claritate.

℄ Fulguritas ſplendor. Lucil. Luporum aciem clarũ et fulguritatem arborum.

℄ Fulgetrum idem quod fulgur et fulguratio.

℄ Fulguro as. pe. cor. fulgur emitto vel fulgure afflo: vnde fulguratum fulgure tactum vel exuſtum.

℄ Fulgurator fulgurum inſpector.

℄ Fulgurio. is. pen. cor. fulgur iacio. Neuius. Sane a ſuo ſonitu claro fulgurriuit Iuppiter .i. fulgure afflauit Feſt. Fulguratũ .i. fulmine ictũ. Qui locꝰ ſtati fieri religioſus putabatur: ꝙ cum deus ſibi dicaſſe videretur.

℄ Fulmẽ vapor ignitus cõpactꝰ et ſolidus impetuoſe cadẽs: q e nubibus excitatꝰ. Vir. lib. i. Geor. Ipſe pr̃ media nymborũ in nocte coruſca Fulmina molitꝰ dextra

⁎ Fulminũ multa genera tradũtur. Quędã terebrant: quędã diſcutiũt: quędã vrũt. De qbus diffuſe Perottꝰ.

℄ Fulminare eſt fulmen iacere. Seneca. Minore enim igne ad fulgurandum: q̃ ad fulminandum opus eſt. Et fulminatum fulmine ictum.

℄ Fullones q curãda poliẽda ve veſtimẽta accipiũt a fouẽdis aqua calida veſtibus. Inde ars fullonia dicitur

℄ Fuluus color dicitꝰ q ex rufo et viridi videtꝰ eſſe miſtus: in alijs plus viridis: in alijs plus rufi hñs ſicut poeta diligẽtiſſimꝰ fuluã aquilã dicit et iaſpidẽ: fuluos galeros: fuluũ aurũ: arenã fuluã: leonẽ fuluũ: et æs fuluũ.

⁎ Fuluaſter fuluij imitator. In aſter eñ nomina ferme omnia imitationem ſignificant: duobus exceptis: Surdaſter ſcilicet et Recaluaſter. Cc.

℄ Fumus a furuo: a quo fumoſus: fumo abundans. Fumeus: ex fumo exiſtens. Infumibulum: per quod fumus erumpit. ⁎ Nam caminus ipſe ignis eſt.

℄ Fumariũ locus vbi vina fumo cõdiebantꝰ. Mar. Improba Maſſilię quicquid fumaria cogũt Accipit ętatẽ quiſquis ab igne cadus. Nã vina fumo precocẽ trahũt maturitatem et celerius vetuſceſcunt: vt docet Colu.

℄ Fumo as. fumum educo. Virg. Et iam ſumma procul villarum culmina fumant. Huius compoſitum eſt Infumo. penul. prod. quod eſt ad fumum ſicco.

℄ Fumigo as. pe. cor. ponitur pro Suffio: et fumigatio pro ſuffitu.

℄ Fumifico as. idem quod fumigo. Plautus. Eiq; vt arabico fumificem odore.

℄ Fundi orum. vrbs Latinorum mediterranea. Dicitꝰ et fundanus ager.

℄ Fundus ager: ꝙ fundat quotãnis multa. Vel ꝙ ſit rei familiaris fundamentũ. Nã pecuniarũ ratio labilis eſt. Vel ideo fundus dicitꝰ ꝙ planus ſit ad ſimilitudinẽ fundi vaſorũ. Et fundi appellatiõe inquit florentinus iuriſconſul. oẽ ædificiũ et omnis ager continetur. Sed in vſu vrbana ædificia: ędes: ruſticę villæ dicuntur.

℄ Funda qua lapides rotantur. Vir. li. i. Geor. Stupea torquentẽ balearis verbera fundæ. Eſt etiã funda ręti genus: qđ in orbẽ ſpargitur: quod et ręticulum dici ſolet. Idem in eodẽ. Funda iam verberat amnẽ. Accipitꝰ quãdoq; ꝓ ſacculo ſeu marſupio in modũ rætis factos in quo pecunię et alia gerũtur. Macro. Cũq; acceſſiſſet ad ſellam demiſſa in fundã pauperẽ manu: paucos denarios protulit: quos principi daret. Q đ ſacculi genꝰ etiã ręticulũ vocatꝰ. Hor. Ræticulũ panis vęnales inter honuſto Forte vehas humero. Aliquando pro circulo ex auro: ſiue alio metallo: quo gemmæ ita nectũtur vt aurũ non niſi margines amplectatur. Ply. Funda includũtur perſpicue cæteris ſubijcitur aurichalcum.

℄ Funditores qui funda dimicãt. Sallu. Ipſe cum expeditis cohortibus adhuc funditorum et ſagittariorũ delecta manu.

℄ Fundibularij ſimiliter qui funda dimicant.

℄ Fundum ima pars cuiuſq; rei: quæ aliquid liquoris in ſe contineat: vel ad continendum facta eſt: vt dolij nauis. aluei. fluminis. lacus. maris. Hinc fundamentũ et profundum: quod proprie imum ſignificat: vt profundum mare dictum ꝙ procul habeat fundum.

¶ Funditus pe.cor. aduerbium ſignificat a fundo: ſicut Cœlinus a Cœlo.

¶ Fundamen et fundamentū vtroq; modo dicitur ꝓ eo ſup qđ qđ fundatur. Au.lib xviii.ciui.dei. A quibus tm̄ prima cœpta fundamina & altare cōſtructū eſt

¶ Fundo as. firmo: et quaſi fundamentū facio: ſtabilio. Pro quo etiā dicere ſolemus: feci fundamētū. Trāſfertur & ad corpalia. Quint. Fundatā paternis auitiſq; opibus domū exhauit. Cic. Quantū in me fuit ieci fūdamēta pacis. Huius cōpoſita ſunt Effundo.as. quod eſt a fundo euerto. Cæcil. Reſpublica amiſſo et effundato pulcherrimo nō paruā fecerat iacturā. Suffundo ſubiicio. Var. Qui in domib⁹ lateritiis paululū modo lapidibus ſuffundans vt humorē fugerēt / habitabāt.

¶ Fundo is. fudi. fuſum liquefacio. Vnde metalla dicūtur fuſa. i. liquefacta. Ply. Fuſo aut ſupintecto plūbo. Hinc fuſile: fuſor: et fuſorius. Qñ vero quæ fuſa ac liq da ſunt ſpargi ſolent: fundere ꝓ ſpargere ponit. Clau. Et peſſima fudit Vina cadis. Lact. lib. vi. Fundēdus ad vltimō cruor: oia deniq; amara et grauiora patientur ferēda. Aliqñ ꝓ pſternere. Virg. Nec prius abſiſtit: q̄ ſeptē ingētia victor Corpora fundat humo. Aliquādo ꝓ pfligare: qđ vernacula lingua dicimus mettere in rotta. Liui. lib. i. Exercitū fundit: fuſum pſeqtur. Aliqñ ꝓ abundāter præbere. Vir. Ipſa tibi blādos fundēt cunabula flores. Aliqñ ꝓ large loq. Idē lib. iii. Talia fundebat lachrymans. Aliqñ ꝓ demittere: vt apud eundē. Criſtiſq; a vertice flammā Fundit. Huius cōpoſita ſunt Affūdo ad aliqd fundo. Ply. Exprimitur foliis ſuccus molliſſimis in pila tuſia: affuſo paulatim vino auſtero. Cōfundo pturbo: opprimo: ſiue omnia in vnū miſceo cōiungo. Liui. li. i. Alterius vrbis duo populi in vnū cōfuſi ſunt. Virg. lib. iii. Qui nunc ore Arethuſa tuo ſiculis cōfunditur vndis. i. cōiongit̃. Ply. Et ſi miſceātur facile confundūt colorē. i. pturbāt. Circūfundo circūcirca ſpargo. Apul. Atq; eo liquore ſtabulum, oīne circūfundit. Virg. Vndiq; viſendi ſtudio troiana iuuētus Circūfuſa ruit. Defundo deorſum fundo Cic. lib. iiii. ad Heren. Nā vt forte hic in balneas venit cœpit poſtq̄ defuſus eſt defricari. Diffundo. Effundo de q bus ſupra. Infundo intus fūdo. Col. li. ii. Merūq; faucibus ſi æſtuauerint boues infundet. Hiero. Cœleſtis plane imber virgineū in vell⁹ placido ſe infudit elapſu. Hinc infundibulū. Qñq; infundere eſt ſupra fundere. Virg. lib. i. Geor. Certatim largos humeris infundere rores Qñq; abundāter fundere. Hiero. lib. Reg. Feſtina et veni: qrīt infuderūt Philiſtijm ſup terrā. Interfūdo in medio fundo. Amb. de filio pdigo. Et quaſi interfuſo luxuriæ æſtu ſæcularis diuortia habere ſanctorū. Offūdo. Perfūdo: valde ſiue p oēs ptes fundo: ſpargo. Ouid. Perfuditq; genas lachrymis. Hiero. Vere plena pq̄ largo ſancti ſpiritus imbre pfuſa eſt oīs creatura. Profundo. Refūdo repēdo. Sene. Id erat nō tā accipe beneficiū: q̄ refundere. Interdū reſtituo qđ ſparſum erat. Idē. Quicqd deerit ex meo refundā. Interdū reiicio. vt Oēm culpā in te refundā Interdum retrofundo: euomo. Ply. Quod heſterna crapula ingurgitauerat palam refudit. Suffūdo eſt ſupra fundo: aut deorſum inijcio. Col. li. vii. Laſſę et æſtuāti mulę ad os in fauces dimittitur: verūq; in oa ſuffunditur. Plaut. in Cur. Mane ſuffundā aqulā. Interdū forinſecus ſpargo: quū infundo potius de interiori pte dicatur. Virg. lib. i. Georg. At ſi virgineū ſuffuderit ore ruborē Ventus erit. Ser. Suffuderit forinſecus habuerit. Hinc ſuffuſio qui morbus eſt oculorū: vulgo Cataractā vocāt hæc pacenteſi curatur. Eſt aūt παρακεντησισ quæ manu fit a chirurgis: dū curari aliter morbi nō poſſunt. In ungitur prius locus: deide vel acus vel hamulus infigitur: idq; paceteſis dicitur. Interdū ſuffūdere eſt ſubiicere: a quo ſuffundatū ſubiectū dicimus. Tractū a fundamēto. Var. Qui in domibus lateritiis paululum modo lapidibus ſuffundatia: vt humorē fugerent: habitabāt. Interdū cōfundo: ſiue rubore pfundo. Hier. Hæc et hmōi Theophraſtus differēs: quē nō ſuffundat chriſtianorū: quoꝝ cōuerſatio eſt in cælis? Cic. p inſpergo poſuit ad Lentu. ſcribens. Noui aim cū mihi amiciſſimū: tū nulla in cæteros maliuolentia ſuffuſum. Superfundo. Lact. lib. vi. Extinguit̃ ptinus tanq̄ igni aquā ſupfuderis. Transfundo de vno ad aliud fundo: ſpargo: mitto ve. Cic. Dolobellæ. Libentiua omnes meas laudes: ſi modo ſunt aliquę meæ laudes: ad te tranſfuderim: q̄ aliquā ptē exhauſerim ex tuis. Cato de re ru. Vbi dies. xxx. pręterierint tranſfundito: ita relinquito

¶ Fundito aa. penult. cor. ſæpe fundo. Plaut. in Am. Dum cruciatu tuo iſtæc hodie verna verba funditas.

¶ Funis tā maſ. q̄ fœ. ge. eſt: a fundo deduci videtur: ꝙ dum trahitur atq; attenuatur linum fundi videatur

⁎ Funes anchorarij q bus anchorę demittūt̃ ac leuant̃

¶ Funalia cerei: ꝙ ante vſum papiri funes cęra circūdatos habere ſolebant. Funales vero equi ſunt: qui fune: hoc eſt reſte iuncti currum præcedunt. Suetonius in Tiberio. Dehinc pubeſcens actiaco triumpho currum Auguſti comitatus eſt ſiniſteriore funali equo.

¶ Funus eris. pompa quę fit in exequijs mortuorum Nemo me lachrymis decoret: nec funera fletu faxit. A funalibus dictō funus: ꝙ incēſi funes mortuis præferebātur: qm̄ noctu efferebātur cadauera: vel potius qm̄ φόνοσ λέγεται καὶ φοῦνοσ ἰωνικῶσ φένω. γὰρ καὶ φονεύω ἐστὶ τὸ ἀναιρέω. ⁎. i. φόνοσ dicitur et φοῦνοσ ionice. et cædes φένω et φονεύω eſt interficio. Interdū ſignificat mortē. Virg. Nec moritura tenet crudeli funere Dido. Interdū ponit̃ ꝓ cadauere. Ter. Efferē fun⁹. Qñq; ꝓ ſepulchro. Virg. Ergo inſtauram⁹ Polydoro funus.

¶ Funereus a.um. qđ ad funes ptinet: vt funereę mulieres: ad quas pertinet funus: vtputa ſoror et mater.

¶ Funerale dicitur quicquid ad exequias pertinet.

¶ Funebre pe.cor. ſimiliter quod ad funus pertinet: vt funebris pompa. Quintilia. Quid ſibi velit ille funebrium longus ordo pomparum. Et funebres tibiæ quibus in funere canebatur. Aliquādo dicitur cædib⁹ plenum vel mortale. Hor. in Ser. funebre bellū dixit.

¶ Funero as. penul. cor. ſepelio. Plynius libro. xxxiii Qui funerari ſe iuſſit ſeſtertiis vndecim milibus.

¶ Funeſtus a.um quod eſt funere inquinatum. Vnde Funeſto. ſtas. Et funeſtum mortiferum: cruentum. Seneca. Vox illis funeſta Reip. Item funeſtū quod funeribus adhibet̃ vt funeſta tibia: qua ad funera canebant

⁎ Funeſta arbor dicitur a poetis cupreſſus: cui⁹ ramus poni ante domum funereā ſolitus ſit: ne quis p ignorantiam ingrediens pollueretur. Funeſtata domus dicitur: quæ aliquo funere: hoc eſt morte affecta ſit. Cc.

¶ Funeſto. ſtas: funere inquino. Vnde domus funeſtata: quæ aliquo funere affecta eſt. Plautus. Paternā domum funeſtauit. Aliquādo funeſtare eſt cruentare.

¶ Funābulus pe.cor. q graditur p funes. Hunc Gręci Schœnobata dicūt. Funambulus vero ꝓ fune poſuit Hier. de morte paulę. Iactēt alij pecunias: et i corbonā æra congeſta: funambuliſq; aureis dona pendentia.

¶ Funepeus: idē qđ funābulus. Apul. Comœd⁹ ſermocinatur: tragœdus vociferat̃: funepe⁹ periclitatur.

⁎ Funetum dicitur in arcus ſpeciem formatum. Et dicitur de vineis: quum breuiores palmites ſunt ſarmētis ipſis inter ſe iuncti funium modo. Cc.

¶ Funiculus: quū ſit diminutiuum a fune: vt Funicu

lus duplex difficile rumpitur. Ponitur tamē quandoq; ꝓ menſura certi itineris: vt apud Pſal. Semitā meā et funiculū meū inueſtigaſti. Iuxta eñ ægyptios in ripis fluminū ſolent naues funibus trahere certa habentes ſpatia: quę appellāt funiculos: vt labori defeſſorū recētia trahentiū colla ſuccedāt. Nec mirū ſi vnaquęq; gēs certa viarū ſpatia ſuis appellet nominibus: quū et latini mille paſſus vocent: et Galli Leucas et Raſtas vniuerſa Germania: atq; in ſingulis nominibus diuerſa menſura ſit.

¶ Fungus a funere (vt quidā aiunt) deſcendit: ꝙ veſcentibus periculoſiſſimis ſit: quū vel caligaris clauus vel calybis rubigo: aut pāni marcor affuerit: aut ſi ſerpens primo pateſcentē adhalauerit. Fungorū diuerſa ſunt genera. Nā ſunt boleti: pratenſes albi: q in pratis naſcūtur. Spongioli a ſimilitudine ſpongiæ. Digitelli a digitis. A porrigine porriginoſi. Naſcūtur et in arboribus fungi: et in ſpinarū radicibus. Hinc fungoſus a. um. qđ eſt rarū et leue ad ſimilitudinē fungi. Ply. Hūc totum fungoſa replet medulla. ⁎ Et fungoſitas a fungoſo dicitur. Ply. Tota fungoſitas deraſa.

¶ Fūgor eris. functus. Fūgi ſignificat vti ſeu officiū aliquod aut dignitatē habere: agereq;: vt fungor officio delegato: fungor prætura: fungor vita: qđ eſt fungor officio vitę et munere adminiſtrandi corpus. Inde defunctos mortuos dicimus: q munia vitę ꝑegerunt. Et cōſtruitur cū ablō. Lactā. Ita eñ delegato ſibi officio functi ſunt. Aliqñ cū acō. Ter. in adel. Aeſchinus tuus neq; boni neq; liberalis functus eſt officium viri. Plau. in Mene. Nam paraſitꝰ octo hoim munus facile fungitur. Fungi quoq; finire dicitur. Vnde vita fūctꝰ dicitur q vitā finiuit. Lactā. lib. iiii. Et quū magiſterio functus fuiſſet traderetur in manus impiorū. Huius cōpoſita ſunt Defungor: quod eſt expedio: finē facio perago: ceſſo et liberor ab aliquo officio vel munere. Virg. O tādē magnis pelagi defuncte periclis. i. q finiuiſti et euaſiſti pericula. Liui. Defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe cœpere. i. quę euaſerūt morbos. Ter. in adel. Vtinā hoc ſit modo defunctū. i. vtinā hoc malum vltimū ſit quo defungatur: in quo finiat officium ſuum. ſ æſchino talia ꝑpetrādi. Perfūgor ꝑfecte fungor. Cice. Lentulo. Quū et honoribus ampliſſimis: et laboribus maximis perfuncti eſſemus. Idem. Perfuncto hoc miſero fataliq; bello.

¶ Fuo is. fui. futum. ſignificat arguo. Plaut. in Am. Ne quis tam audax fuat homo qui obuiā obſiſtat mihi. Hinc futo as. de quo infra. Eſt etiam idem qđ ſum. vñ et ptm̄ fui. ⁎ Et in Plau. capiā fuat ꝓ ſit. A ſcen.

¶ Furuum obſcurum: a quo furnus: fornax: fumus: furiæ: fuligo: fulica.

⁎ Furuæ hoſtię dicebātur. quæ Ditis patris: et Proſerpinæ aris immolabantur. Cc.

¶ Fur gñis cōis: ſubtractor a fero: ꝙ ferat. i. auferat res alienas. Vel vt inqt Var. lib. xiiii. rerū diui. a furuo nigro: ꝙ furta clam fiāt: et plæraq; in nocte. Sabinus a fraude. Alij a gręco φωρ. a quo furtū deducitur. Differt aūt fur a latrone ſcdm Hiero. ꝙ fures inſidiētur: et occulta fraude decipiāt. Qui eñ furātur: nocte furant̃ et in tenebris. Vnde ſignificāter ait Oſee: ꝙ fur clā ingreſſus ſit: et latrūculus expoliet foris. Sed plęrūq; indifferēter ponūtur. Per tranſlationē quandoq; fur capitur pro ſeruo. Virg. Quid facient domini: audent quū talia fures? Cōpoſita ſunt Bifur et Trifur: hoc eſt ſumme fur. Aurifur: qui furatur aurum.

¶ Furculus ſcdm Priſcia. diminutiuum eſt a fur.

¶ Furūculus etiā dimi. a fur. Ci. in Piſo. Olim furūculus: nūc etiā rapax. Accipit̃ etiā qñq; ꝓ muſtela ſylueſtri: qua in cauernis cuniculi capiūt̃. Et furūculus dicit̃ tuberculū acutū cū inflāmatione ac dolore in carnoſis maxime ꝑtibus: vt ſcribit Gale. Prouenit ex humoribus craſſis: differtq; a phymate: ꝙ hoc maius eſt furūculo: rotūdius atq; planius. Fit etiā furūculꝰ ex capillamēto. Col. lib. v. Plerūq; aūt germē de cicatrice procedit: quod ſiue lōgū ꝓſiluerit in flagellum ſubmittit̃: ſiue breuius in pollicē: ſiue admodum exiguū in furūculum: is ex quolibet et minimo capillamēto fieri poteſt. Dictus furunculus: ꝙ quaſi fur furtim naſcatur.

¶ Furtum: vt Paul. iurecō. diffinit: eſt contrectatio rei fraudulosa lucri faciēdi gratia: vel ipſius rei: vel etiam vſus eius poſſeſſioniſve: qđ lege naturali ꝓhibitū eſt admittere. Veteres tamē dicebāt furtū qcqđ clam cōmitteretur. Virg. Vulcani Martiſq; dolos: et dulcia furta. Hinc furta ꝓ adulterija legūt̃. Tibul. Celari vult ſua furta Venus. Pro inſidijs. Virg. lib. xi. Furta paro belli cōnexæ in tramite ſyluę: Armato vt binas obſidā milite fauces. Sal. lib. i. hiſt. Metu gētis ad furta belli ꝑidoneę. Furta domeſtica vocātur: q̄ ſerui dñis: vel liberti patronis: vel mercenarij apđ quos degūt ſurripuerūt.

¶ Furtim aduerbium ſignificat latenter. Virgi. lib. iii. æneі. Infœlix Priamus furtim mandarat alendum.

¶ Furax acis. dicitur qui facile furatur.

¶ Furtificus. a. um. quod furtum facere ſolet. Plautꝰ in Perſa. Vbi illa altera eſt furtifica lena.

¶ Furtiuꝰ. a. ū. pe. ꝓ. qđ furto raptū ē in ſignificatione paſſiua. Plau. in pe. Quę furto raptę erāt furtiuas vēdere igenuas collibertꝰ meꝰ. Qñq; furtiuū dr̃ clādeſtinū. Vñ et furtiuę līę: et furtiua ſcripta: q̄ artificio quodā fiunt: ne legi poſſit ab alio: q̄ ab eo ad quē ſcribūt̃. Gel. Res q̄ſda occultas nūtiare regi furtiuo ſcripto volebat

¶ Furor aris. furtū facio: vt apud Apoſtolum. Qui furabatur iam non furetur.

¶ Furfur nomen auis: et purgamentum farinę. Vnde furfureus. a. um: quod eſt ex furfure. Et furfures morbus capillorum.

¶ Furca a fero inſtrumentū quo ſtramēta ferunt̃. Vnde Bifurcus et bifurcatus: et bifurcatim. Huius diminuti. eſt furcula: a quo fit aliud diminutiuum furcilla.

¶ Furcilla diminutiuū a diminutiuo furcula eſt: & ſignificat inſtrumētum: quo frumenta cillentur: hoc eſt mouentur. Nam Cillere mouere eſt: et quo fuenū: palea: et id genus reliqua iumentis miniſtrantur. Hoc ruſtici in fœno colligendo vtuntur. Var. lib. i. de re ruſti. Hęrba quum creſcere deſijt: et æſtatibus areſcit ſubſecari debet: et quod peraręſcat furcillis verſari.

¶ Furcilla pe. cor. inſtrumentum bidentatum tridentatumve: quo vtimur ad extrahendum fimum.

¶ Furciferi dicebātur ſerui: q ob leue delictū cogebātur a dominis ignominiæ magis: q̄ ſupplicij cauſa circa vicinos furcā in collo ferre: ſubligatis ad eā manibꝰ et prædicare pctm̄ ſuum: ſimulq; monere cæteros: ne quid ſimile admitterēt. Vnde Plutar. in vita Coriolani Furcifer hinc nomen eſt: ꝙ maxima pœna apud antiquos ſeruo peccāti erat vt is plauſtri lignum: cui temo affigitur ſpectante vicinia ferens circūageret. Qđ vbi factum erat infidus a domeſticis et vicinis exiſtimatꝰ furcifer appellabatur. Nam latini lignum illud furcā appellant. Hinc Trifurcifer: ſumme furcifer dicitur: ſicut Triuenefica: ſumme venefica.

¶ Furor furoris inſania: q̄uis inter ſe differāt: ſicut Cice. lib. iii. tuſcu. declarat. Itaq; nō eſt ſcriptū ſi inſanus: ſed ſi furens eſſe incipit. Inſaniā eñ eſſe cenſuerunt inconſtantiā ſanitate vacantē: quæ tamē poſſet tueri officiorū et vitæ cōem cultū atq; vſitatum. Furorē aūt rati ſunt mētis ad oīa cęcitatē. Qđ quū maius eſſe videat̃:

q̃ inſania tamē eiuſmodi eſt vt furor in ſapientē cadere poſſit: nō poſſit inſania. Fit enim furor aliquādo vitio valitudinis vt in iis qui melancholici appellātur: quos tamē Ariſtoteles cenſuit habere aliquid in animis pſagiens atq; diuinū. Aliqñ accipit̃ pro mēte vi quadā diuina concitata qualis eſt furor poetarū. Negat quippe Democritus quēptē poetarū magnū eſſe poſſe ſine furore. Ci. Ineſt igit̃ animis pſagio extrinſecus iniecta atq; incluſa diuinitus. Ea ſi exarſit acrius furor appellat̃ cū a corpore anim⁹ abſtractus diuino inſtinctu cōcitat̃. Interdū furor ſumit̃ pro nimia ira. Luc. Quis furor o ciues: quę tanta licētia? Sed inter iram & furorē. Hiero. hoc intereſſe ſcribit q̧ furor ſit vindicta irrationabilis cū fellis amaritudine. Ira vero cōmotio animę. Dictus furor q̧ huc atq; illuc temere feratur.

¶ Furiæ deæ furoris ſunt dictę: & noctis Acherōtiſq; filię fuiſſe memorātur. Alecto Tiſiphone: & Megæra. Virg. Dicūtur geminę peſtes cognomine dirę. Quas & tartareā nox intēpeſta Megęrā vno eodēq; partu tulit. Fictū eſt a poetis inferna loca furias habitare: ſed tormēta ſceleſtę mētis eſſe veteres voluerūt. Ci. p Roſcio Nolite putare quēadmodū in fabulis ſępenumero videtis eos qui aliq̃d impie ſceleratęq; cōmiſerūt agitari et perterreri tædis ardētibus: quēq; fraus & ſuus terror maxime vexat: ſuū quenq; ſcelus exagitat: amentiaq; afficit: ſuę malę cogitationes cōſciētięq; animi terrent. Hæ ſunt impiis aſſiduę domeſticęq; furiæ quę dies noctesq; parentū poenas a ſceleratiſſimis filiis repetant. Tres etiā furię ſignificāt tres animi affectus qui hoies in omnia facinora pcipites agunt. Videlicet Ira: cupiditas: libido. Ira vitionē deſyderat: cupiditas opes: libido voluptates. De iſtis Euripides in Oreſte tragœdia: ſed aliud eſt parcę Clotho Lacheſis Atropos: de q̃bus Cebetes Thebanus in pictura vitæ ὁ δὲ γέρων ὁ ἄνω ἑστικὼς ἔχων χάρτην τινὰ ἐν τῇ χειρὶ καὶ τῇ ἑτέρᾳ ὥσπερ δεικρύωντι οὗτος δαίμων καλεῖται προσάττει δὲ τοῖς ἰσπορευομένοις τί δεῖ αὐτοὺς ποεῖν ὡς ἂν ἰσέλθωσιν ἰς τὸν βίον καὶ δεικνύει ποῖαν ὁδὸν αὐτοὺς δεῖ βαδίζειν ὡς σώζεσθαι μέλλουσιν ἐν τῷ βίῳ. ⁎ Senex ſurſum ſtans chartam quandā in manu habens: & altera veluti aliquid demōſtrans. is dæmon. i. Sapiens vocatur: iubet aūt ingredientibus quid facere eos oportet vt ingrediantur in vitam: & oſtendit qua via incedēdū eſt ſi ſeruari debeant in vita.

¶ Furioſus dicitur a quo furor nunq̃ recedit.

¶ Furo. is. inſanıui. ira exagitor. Apul. Furit enſem corripit: fertur in eū pceps: nil tale timentē aggreditur. Quādoq; furere eſt inſanire. Ci. li. i. off. Verſutū & callidū factū Solonis qui quo tutior vita eius eſſet & plus aliquanto reip. prodeſſet furere ſe ſimulauit.

¶ Furio. as. cum furore concito. Hor. li. cor. Quę ſolet matres furiare equarum.

¶ Furiatus: qui ex cauſa furit. Vir. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente chorebus.

¶ Furibundus qui vehementer furit. Sal. Tum ille furibundus quandoquidem circūuentus inquit agor incendium meum ruina extingam:

¶ Furnus a furno. i. nigro colore ppter fuliginem vel propter obſcuritatē quā itus habet vt inq̃t Porphirio. Locus in quo panis coquit̃. Differtq; a clybano q̧ clybanus mobilis eſt: & quaſi paruus furnus teſtaq; aliqñ tegitur: ſed fere metallo fit. Interdū etiā ex lapide conſtat: nō tam pani q̃ aliis dapibus coquendis ſeruiens. Furnus vero ex Cæmento & calce conſtat: magnuſq; et immobilis eſt. Ply. Cortices quoq; decuſſi lini clybanis & furnis præbēt vſum. Os furni prefurniū dicitur.

¶ Furnaceus. a. um. quod ad furnus pertinet. Idem. Nam furnaceis panibus binas adiiciunt libras.

¶ Furnaria abſolute dicitur: ſicut Cœnacularia: & Sagaria. Dicit̃ aūt quia furnariā exercere qui ex furno paniſq; coctura quęſtū facit: vel q furnos locat cōductoribus. Sue. de Vitel. Cuius filius ſectionibus & futuris vbertus cōpēdiū nactus ex muliere vulgari Antiochi cuiuſdā furnariā exercētis filia equit̃ē Roma genuerit.

¶ Furnarię mulieres vulgo dicūtur furno operantes.

¶ Fuſcina pe. cor. telū tridens ſiue triſulcū piſcatoriū q̧ fundo natātia capiat: inſigne Neptuni erat: vt apud Priapeiam. Neptuni fuſcina telum. Hoc etiam Retiarii in gladiatoriis ludis vtebātur. Iuue. Vicerat hoc mōſtrum manicati fuſcina Græci. ⁎ Alii tunicati legūt.

¶ Fuſcinula diminutiuū parua fuſcina. Hie. li. i. Reg. Habebat fuſcinulā tridentē in manu: & mittebat eā in lebetē & quod leuabat fuſcinula ſibi tollebat.

¶ Fuſcus. a. um. color ſubniger. i. nō plene niger qualis eſt Indorum meridionaliū & Aethiopum color.

¶ Fuſile pen. cor. quod fundi poteſt: ſeu quod fuſum eſt: vel quod pronū eſt ad fundū. Gel. Qui ſunt leues et fuſiles & importuni locutores.

⁎ Fuſius pro furius antiqui dixerunt: vt Valeſius pro Valerius. Cc.

¶ Fuſorius. a. um. qđ ad fuſionē hoc eſt liquefactionē pertinet: ſeu qđ fundit̃ aut fundi pōt: vt nous fuſoriū. Hiero. in Exo. Formauit ope fuſorio: & fecit ex eis vitulū conflatilē. Fuſoriū vas in quo metalla liq̃fiūt. Et ars fuſoria ars fundēdi miſcēdi trāſmutādiq; metalla.

¶ Fuſores qui fundunt. i. liquefaciunt.

¶ Fuſus. a. um. participium a fundo. is. Fuſus fuſi. inſtrumentum quod mulieres nendo digitis voluunt: vt eſt illud. Et digiti eius appræhenderunt fuſum. Fuſim aduerbium ſignificat ſparſim.

¶ Fuſtigo. as. penultima prod. fuſte ſtimulo.

¶ Futo. as. redarguo a quo Cōfuto & Refuto. Vide in dictione Refuto. Cato. Futauit vſus eſt p ſępius fuit.

¶ Futio futis effluo: a quo componitur Effutio: De quo alibi.

⁎ Futis vas aquariū quo aqua in tricliniū infundebat̃.

¶ Futile. pen. cor. qđ facile fundit̃. Vnde vas futile qđ erat latiſſimi oris ex altera parte arctū qđ ſtatim poſitū effundebat̃. Vtebantur eo in ſacrificiis deæ Veſtæ: quia aqua ad ſacra hauſta in terra nō ponit̃. Qđ ſi fiat piaculum eſt. Vnde excogitatum vas eſt qđ ſtare nō poſſet: ſed poſitū ſtatim effunderet̃. A quo Futiles dicti ſunt qui continere tacenda non poſſunt: ſed ea effundunt. Apul. Leuis homo & futilis ac rimarum plenus.

⁎ Futile eſt etiam aduerbiū ſimiliter & futiliter. Cc.

¶ Futuo futuis futui fututum obſcœnum verbum: quod a futio deduci videtur. Cum nihil aliud ſit futuere q̃ ſemen effundere.

G Littera muta eſt: quę in verborū præteritis mutatur in. ct. vt lego lect⁹ Ago r actus. Aliquādo in ſ. vt ſpgo ſparſi: mergo merſi. Aliquādo in x vt rego rexi. pingo pinxi. Apud gręcos: qđ illi per κ. ſcribūt: quandoq; nos per g. ſcribimus: vt κυκνος: nos cygnus. illi κοβιος: nos Gobius vel gobio.

¶ Gaba per ſimplex b. teſte Ioſepho lib. v. antiquitatum Iudaicarum Galileæ oppidum eſt.

¶ Gabba per duplex bb. Syriæ vrbs eſt.

¶ Gabaon olim metropolis & regalis ciuitas Eueho: et nunc: vt refert Hieronymus: oſtenditur villa eodem nomine in quarto miliario Betelis contra occidẽtalem plagam iuxta Rhama: vbi Salomon oblatis victimis diuinũ meruit oraculum.

¶ Gabaonitę p.p. ſunt populi in Gabaon habitãtes.

¶ Gabatæ. p. cor. vaſa concaua edulijs pulmẽtarijſq; aptiſſima. Mar. Tranſcurrũt Gabatæ: volãtq; lances. Et alibi. Sic implet Gabatas paropſideſq;.

¶ Gabalus. penultima producta: apud veteres crux ſiue patibulum dicebatur. Varro. Nos barbari q; innocentes in Gabalum ſuffigimus homines: vos nõ barbari q; noxios abſoluitis.

¶ Gabalum penultima cõmuni oppidum Auernorũ in Gallis Aquitana Narbonenſi terræ proximũ. Hinc Gabalici populi apd̃ quos olim fiebat optim⁹ caſeus.

¶ Gabij. orũ. Volſcorum vrbs fuit. lxx. milibus paſſuũ ab vrbe diſtans a Galacto & Bio fratribus ſiculis condita: ſicut ſcribit Solinus: vbi Latomiæ pluſq̃ reliquę lapides Romæ ſuppeditantes. Hinc Gabini dicti ſunt homines Gabijs habitantes.

¶ Gabinus. penultima ꝓducta. toga quæ ſicut docet Seruius ſic in tergum reiecta eſt: vt vna eius lacinia a tergo reuocata hominem cingat. Quo veſtimenti genere vtebatur conſul bella indicturus.

¶ Gabriel hebraice latine fortitudo dei dicitur.

¶ Gaderea ciuitas Syriæ non longe ab Aſcalone. Ex qua Theodorus rhetoricę ꝓceptor qui Strabonis ætate floruit Gadareus dictus eſt.

¶ Gades duæ inſulæ ſunt: & vtrãq; tam ſingulari numero Gaddẽ q̃ plurali Gaddes appellam⁹. Et ſunt in fine Bethicę prouinciæ: & in extremo noſtri orbis verſus occidentẽ vbi Europa ab Aphrica dirimitur. Vocabulũ pœnũ eſt qd̃ ſeptum indicat: eo q; in morẽ ſepis circũderetur. Gadis maior inſula quã alij Erythream quoniã tyrij ab origine eorũ orti ab Erythreo mari ferebãt. Alij aphrodiſiã: quidã Iunonis inſulã vocauere. Diſtat a Calpe ſeptingentorũ quinquaginta ſtad. interuallo: parua quidẽ inſula: ſed virorũ dignitate excellẽs in qua equeſtris ordinis Gaditanos quingẽtos in vno cẽſu numeratos aliquãdo fuiſſe cõpertũ eſt in vno atq; perexiguo oppido qd̃ Gaddũ vocabat. In hac inſula Geryones habitauerũt. Gadis minor inſula habet oppidũ ciuiũ Romanorũ qd̃ Iulia appellatur. In Gadeo erat tẽplũ Herculis honoratũ in quo quidã columnas illas eſſe exiſtimãt quę Herculis columnę nũcupantur. Sũt aũt ex ære cubitorũ octo. Inde Gaditanus. a. um. penul. ꝓducta vt mare Gaditanũ. Et Gaditanę puellæ dicuntur libidinoſæ procaces. Mar. Tã tremulũ criſſat tam blandum prurit vt ipſum Maſturbatorem fecerit Hippolytum. Gaditani oriundi ſunt a Tyrijs. Vnde Luc. Tyrijſq; a gadibus hoſpes.

¶ Gadir neutri generis vrbs opulenta in Gadibus. de qua Priſ. lib. v. ait. Vt alij tradiderũt Tarteſſum Hiſpaniæ ciuitatẽ quã nũc Tyrij mutato nomine Gadir habent. Rufus Feſtus in deſcriptione orbis Gadir prima fretũ ſolida ſupereminet arce Attollitq; caput geminis inſerta columnis. Hæc Cotinuſſa prius fuerat ſub nomine priſco. Tarteſſumq; de hinc tyrij dixere coloni. Barbara quinetiã gades hanc lingua frequentat. Pœnus quippe locũ Gadir vocat vndiq; ſeptum. Suidas γάδειρα τόπος κατὰ τὴν ἑσπερίαν μοῖραν μέχρι τούτων ἐλθὼν ὁ ἡρακλῆς καὶ μὴ δυνάμενος διελθεῖν στήλας παρὰ τῶν ἐν χωρίον λαβὼν ἱδρύσατο ✱ Gadir locus iuxta Hiſpaniã extremã ad quẽ profectus Hercules & pertranſire non potens columnas ab incolis ſumptas infixit.

¶ Gętulia pars Aphricę quę proximos habet garamãtas. Inde Gætulus penultima producta. Virgil. lib. iiij. Deſtruat vt captã ducatur gætulus hiarbas. Iuue. Cũ gætula ducem portaret bellua luſtum. Ouid. Quid dubitas vinctã gætulo tradere hiarbæ. Gætuli Aphricæ populi ſunt. Aphricã initio Libyes habuerũt: deinde Aphri: poſtea Gætuli: poſtremo Numidæ.

¶ Gagates nomẽ fluuij in Sicilia: & nomẽ lapidis ꝓtioſi in eo primũ reperti: q̃uis etiã in Anglia abundet. Hic lapis q̃uis rudis & ruſticus videat: diuini tñ neſcio qd̃ in ſe habet. Ignẽ eñ alit in laticibus quẽ ſolo oleo licet extingui. Si qs aũt aquã & eius lapidis fruſtula biberit ſi carnis ſenſerit maculas extẽplo emingit: neq; cohibere vrinam poteſt. At ſi virgo: non cogitur meiere.

✱ Gagites lapis eſt in aquilarum nidis repertus ad multa remedia vtilis: nihil vero igne deperdens. Eſt aũt lapis iſte intus pręgnãs quẽ ſe quaſi alius quaſi in vtero ſonat. Fuluus eſt & tereti figura: hunc Zoroaſtres Magus oibus lapidibus ꝓtulit: maximã illi tribuit poteſtatẽ: vocaturq; aliter aetites ab aquilarum nomine ἀετὸς enim græce aquilam ſignificat. Cc.

¶ Galaad mons eſt: a quo ciuitas in eo condita ſortita eſt vocabulum: quã & accepit de Amorreorum manu Galaad filius Machir filij Manaſſæ.

¶ Galactopotæ. pe. ꝓ. lac potantes. Columel. lib. vij. Quibuſdam nationibus frumenti expertibus victum commodat ex quo Nomadum Getarũq; plurimi γαλακτοπόται dicuntur.

✱ Galactophagi populi Scythię dicunt & Lactiphagi.

✱ Galathea nympha marina a lactis candore ſic dicta: quaſi lactis dea γάλα enim lac ſignificat. Cc.

✱ Galaxia & Galatites gemmę ſunt colore lacteo intercurrentibus candidis venis. Cc.

✱ Galaxęra græce γαλαξαίρη nympha marina a lactis candore dicta. Cc.

¶ Galba vermiculus mirę exilitatis: qui naſcit in æſculis a quo qui primus Sulpitiorũ cognomen galbæ tulit ab exilitate ita vocitatus eſt: quem alij e contrario: q; prævpinguis fuerit nominatum ſcribũt. Talẽ eñ Galli vocant Galbam. Alij q; oppidũ Hiſpaniæ fruſtra diu oppugnatũ illatis demũ e Galbano facib⁹ ſuccẽderit. Nonnulli q; in diuturna valitudine galbeo: hoc eſt remedijs lana inuolutis vteretur.

✱ Galanthis (vt ẽ in fabulis) Alcmene ancilla fuit quę cum domina ſua partus doloribus laborans a Iunone ne pareret impediret: mira aſtutia dicit deã eluſiſſe veniſſe quippe ad eã riſu ac lętitia geſtientẽ & ſolutã iam partu reginã mẽtiendo cõfinxiſſe. Qua re intellecta admiratione ſimul ac dolore concitã deã reſolutis manibus ſurrexiſſe. Tũc ſubito Alcmenã ſine vllo cruciatu Herculem enixã. Iunonẽ vero indignatã mox Galantidem in animal ſui nominis mutaſſe. ac addita pœna vt ore quo pręcipue peccauerat pareret. Cc.

¶ Galanthis. idis. muſtella a qua piſcis quidam dictus eſt. hæc & Gale dicitur & Galeus.

¶ Galbanus pe. cor. fœ. gñis. & Galbanũ neutri. ſuccus eſt ſiue lachryma cuiuſdã herbæ ſimilis ferulæ quę in ipſo frutice in æſtate prorũpit: & multis eſt apta medicaminibus. græci χαλβάνην dicũt per ch. noſtri vero ch. in g. cõuertũt. Hiero. in eccl'aſtico. Et quaſi Styrax & galbanus & vngula & gutta. Luc. lib. ix. Hic ebuli ſtridet: peregrinaq; galbana ſudãt. Galbanũ in Syria gygni teſtis eſt Pli. lib. xij. Qd̃ ſincerũ ſi vratur fugat nidore ſerpẽtes. Eſt etiã hoc noie genus veſtimẽti delicatorum a colore albo ac ſublucido qd̃ nullos habet pilos. Iuue. Cærulea indutus ſcutulata & galbana

raſa. Inde Galbanatus nomen ſimile participio formauit. Mar. quod eſt galbano indutus. Accipiturq; pho-mine molli & effœminato.

¶ Galbinus. a. um. penul. pro. mollis & laſciuus. Mar. Galbinos habet mores. Tunica quoq; galbina a colore dicta eſt. Flauius Vopiſcus in Aureliano. Inter hæc fuit tetricus chlamyde crocea: tunica galbina.

¶ Galbuli pilæ cupreſſi. Var. lib. j. de re ruſ. Quædam ad oriendum ſunt vſq; adeo parua: vt ſint obſcura vt cupreſſi. Non enim galbuli qui naſcuntur. i. tanq̃ pilæ paruæ corticæ id ſemen: ſed his intus primigenia ſemina dedit natura.

¶ Galbeum ornamenti muliebris genus. Galbaneus mali odoris.

¶ Galemuſtella. Ariſtoteles libro de animalibus. Galle quotiens dimicatura cum ſerpente eſt. Ply. Muſtellę cum anguibus viſę ſunt pugnare quotiens victæ ſunt rutæ folium morſu apprehendentes.

¶ Galeus piſcis q a noſtris etiã muſtella dicit. Plyni⁹. Paſtinacam piſcem venenatũ perſequitur Galeus.

¶ Galea caſſis a Galero quo multi veteres vſi ſunt.

⁎ Galena dicitur plumbi & argenti vena cõmunis quæ et Molibdena vocatur: & latine dicitur plumbago. Cc.

¶ Galeola cum accentu in antepenul. vas ſinuoſum a galeæ ſimilitudine dictum.

¶ Galeotę non modo ſtelliones appellantur: ſed & vates quidam in *Sicilia* & Attica a Geleote Apollinis filio qui frater Telmeſſi eius traditur qui Telmeſſum vrbem in Caria condiderit oraculo ex Dodone accepto. Vnde Aelianus ſcribit Dionyſium tyrannũ Galeotas ſolitum conſulere in *Sicilia*.

¶ Galerus & Galerũ pe. pro. pileus rotũdus q; in modũ galeæ eſſet factus: vt inquit Var. *Sta*. Et temperat aſtra galero. Accipitur interdũ pro coma aliena quã ad Galeri effigiẽ formatã capiti ita aptare ſolemus: vt internoſci nõ queat. Hoc apud Sue. in cali. capillamentũ nominatur. Huius diminutiuũ eſt galericulus.

¶ Galerita penultima producta auis quæ nũc alauda dicitur a galeri ſimilitudine. Var. Galericum appellat quia plumam elatam in capite habet.

¶ Galeſus penul. pro. fluuius iuxta Tarentũ. Vir. ii. v. Qui niger humectat flauentia culta galeſus.

⁎ Galgulus auis eſt quæ ſi ſpectetur a quopiã morbo regio laborante ſanatur morbus ille & auis emorit. Cc.

¶ Gallus Cybelis ſacerdos a Gallo Phrygię fluuio cuius aquã q guſtaſſent reddebant inſani. Et gallus gallinaceus auis: nocturnus vigil: quẽ excitãdis in opera mortalibus: rũpẽdoq; ſomno genuiſſe prouidẽtia diuina videtur. Eſt & nomẽ gẽtis: & nomen viri proprñ: & fortunã corporis ſignificat vt inquit Quin. i. caſtratũ. Nam tales erant Galli ſacerdotes Cybeles. de quibus Aug. lib. vij. de ci. dei refert: q ideo abſciſſi matri deũ ſeruirent: vt ſignificaretur eos qui ſemine indigeãt terram ſequi oportere quæ mater deum nominatur.

¶ Gallus. a. um. qđ ex gallia eſt. Vnde Galli dicti ſunt qui ex gallia originem habent.

¶ Gallia regio Europæ a candore populi dicta. Gala enĩ lac latine dicit. Nã montes & rigor cœli ab ea parte ſolis ardorẽ excludũt: vt non eorũ corpora colorentur quę triplex eſt: tõſa. ſ. ſiue togata. Comata & bracata. Gallia togata dicitur Ciſalpina: vt Plyn. lib. iij. ſcribit. Mar. Gallia Romanę noie dicta togę. Comata cognominatur omnis Tranſalpina gallia: quã in tria populorum genera hiſtorici diuiſerũt. Belgicam: Celticam: & Aquitanicam: quæ Remorica ante dicta eſt. Nam a Scalde ad ſequanam belgica. Ab eo ad garumnã Celtica eadẽq; Lugdunenſis. Inde ad Pyrenei montis excurſum. Aquitania. Auguſtus quadrifariã diuiſit addita Lugdunẽſi prouincia. Ammianus in multi iugas prouincias diuiſit vtpote qui & ſecundã Lugdunẽſem et primã & ſecundã Aquitanicam faciat Gallos celtas noie regis dictos: & ab eius matris vocabulo Galatas ſermo gręcus appellat. Narbonẽſis vero prouincia appellatur pars Galliarũ. Bracata autẽ dicta eſt a genere veſtium. A gallia fit gallus. a. um. de quo ante.

⁎ Gallicum acer albũ & pręcipui candoris dicitur. Cc.

¶ Gallicus. a. um. penultima correpta. quod ex gallia eſt: vt arma gallica.

¶ Gallicanus. a. um. idem quod gallicus: vt gallicanæ veſtes.

¶ Gallius. a. um. ſicut gallicus & gallicanus. Sal. li. iiij. hiſto. Duæ gallicæ mulieres conuentũ vitantes ad menſtrua ſoluenda montem aſcendunt.

¶ Gallogręcia Galatia dicta eſt: a qua Gallogręci. Nã cum galli multidine abundantes relicto natali ſolo Italiam inuaſiſſent Græciam impleuerunt Macedoniam occuparunt: in Aſiam tranſierunt duce Leonorio qui Gallogræciam miſto ex gallis græciſq; vocabulo cognominauerunt.

¶ Gallicia regio Hiſpanię quę vt Iuſti. refert a Teucro Thelamonis filio condita eſt.

¶ Galatia gręce γαλατια per ſimplex l. regio minoris Aſię. Hęc ab oriente Cappadociã & Helym fluuiũ: ab occidente Bithyniã & Aſiã: a meridie Pamphiliã: a ſeptẽtrione Pontum Euxinũ: habet quã olim Galli ex Europa venientes habitarũt: & gallogręcia dicta eſt.

¶ Galatæ penult. cor. populi qui galatiam habitant. Hi primo Gomoritæ ſunt a Gomor Iapheth filio: vt Ioſephus libro primo refert: & fratre Aiacis qui ad ea loca veniens ibi ſedes poſuit nuncupata eſt.

¶ Gallina auis nota a quo nomine deducũtur hæc adiectiua.

¶ Gallinaceus. a. um. quod ex gallinis eſt: vt pullus gallinaceus. Varro. Gallinaceis enĩ pullis bis deni dies opus ſunt: Pauoninis ter noueni.

¶ Gallinaceus ſubſtantiuũ ipſe gallus. Poſcennius niger ob vnius gallinacei direptionẽ decẽ cõmanipulares qui raptũ ab vno comederãt: ſecuri percuti iuſſit. Sic Gallinacia gallina. Varro. Si oua gallinis pauonina ſubijcies cũ iam decem dies fouere cœpit gallinacia tum deniq; ſubijce: vt vna excludant.

¶ Gallinarius & gallinaria qui & quæ gallinas curat. Plynius libr. x. Traditur quædã ars gallinarij cuiuſdã dicentis quid ex quoq; eſſet. Varro. Inter duas oſtiũ ſit qua gallinarius curator earum ire poſſit.

⁎ Gallipes pedes galli gallinacei habens. Sue. Trãquillus. ad extremũ vota pro itu & reditu ſuo ſuſcipit paſſus eſt vt vulgo iam per iocum gallipes vocaretur. Cc.

¶ Gallinaria inſula eſt in mari Thuſco ſecundũ Italiã cõtra mõtes Liguſticos: vigintimilliũ Albumingauiũ. Alijs ab his villaticis inuectis a nautis ibi feris factis inuſitatis: vt inqt Var. lib. iij. de re ruſ. a gallinis ruſticis appellata. Eſt & ſylua gallinaria Cumis vicina: de qua Cicero ad Pætũ. Q. Ceparius obuiã mihi fuit in ſylua gallinaria. De hac Stra. item ſcribit. Hoc quoq; in ſinu fruticoſis virgultis frequẽs & arboribus ſylua eſt multis portis recta ſtadijs aquatum indiga.

¶ Gallinarium locus in quo morant gallinę. Col. li. ix. Gallinaria conſtitui debent parte villæ quę Hibernum ſpectat orientem.

⁎ Gallus gallinaceus notus vulgo eſt nocturnus vigil quẽ excitãdis in opera mortalibus: rũpendoq; ſomno genuiſſe prouidentia diuina videtur. Cc.

¶ Gallicinium pars noctis appellata eſt qua galli can-

tant: quæ eſt quarta caſtrenſis vigilia.

¶ Gallo.as. inſanio. Var. Et deam gallantes vario reti nebant ſtudio.

¶ Gallulo.as.pe.cor. pubeo: a quo gallulaſco: pubeſco: q pubeſcentes vocē grandiorē ad galli gallinacei ſimilitudinē faciant. Neuius. Cuius vox gallulaſcit.

¶ Galla fructus quercuū. Græci quoq; gallam lac nominant. Vnde & galli ſecūdum aliquos dicti ſunt quaſi Lactei. Gallā bibere ac rugas cōducere vētri ait Lucil. quaſi.d. parſimonia eſſe vtendum: neq; gulę indulgendum: ventremq; coarctandum.

¶ Gallaici ſiue gallęci Hiſpaniæ populi ſunt gallis finitimi. Mar. Neq; gallaico liniuntur auro.

¶ Galilęa penultima producta nomen duarum regionum: ex quibus vna galilęa gentium vocatur vicina Tyriorū finibus vbi & Solomon viginti ciuitates donauit Hyram regi Tyri in ſorte tribus neptalim. Altera galilæa dicit̃ erga Tyberiadem & ſtagnū geneſareth in tribu Zabulon. Galilæa teſte Plynio Syriæ Arabię atq; Aegypto coniungitur. Terra ferax.

¶ Galenus.pe. pro. nomen medici excellentiſſimi ex pergamo Aſię vrbe qui vulgo Galienus dici ſolet barbare & inepte: nam ἑλληνισὶ γαληνὸς λέγεται ἀπὸ τοῦ γάλακτος ὡς ἐγὼ οἴομαι τουτέστι λευκότητος. Quo nomine etiam dictus eſt imperator Romanus. ✱ gręce galenus dicitur a lacte vt ego arbitror.i. candore.

¶ Gallumbri populi qui nunc Romandioli vocātur:

¶ Gamma græce: latine littera γ quæ apud nos ſignificat.g.

¶ Gamale pen.cor. vrbs in Iudęa. Ioſephus. Syrię habitatio quædam fuit Gamale. Sue. in Tito Gamales appellat. Tarichiam inquit & Gamalem vrbes validiſſimas Iudæę in poteſtatem redegit.

¶ Gammarus pe.cor. aquaticū animal ſimile Cancri vel vt quidā putāt ipſe Cancer cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porrigūtur concoctū fit rubeus. Mar. Concolor in noſtra gammare lance rubes.

¶ Gamos græce latine nuptię. Hinc compoſita fiunt Agamus: Monogamus: Bigamus: Digamus: Trigamus: Quadrigamus: Octogamus. Hiero. cōtra Ioui. Non damno digamos: imo nec trigamos: & ſi dici poteſt octogamos.

¶ Gamphaſantes populi in Libya ſine vllis veſtibus viuentes: q ſicuti ſcribit Pōpo. A prœlijs abſtinēt: cū nec tela iacere aut vitare noſcāt. Ideoq; obuios fugiſit.

¶ Ganea.æ. & Ganeum Lupanar meretricū: guloſorum diuerſorium & popina q.ſ. ſit in terra non vt cœnacula ſuperius. Eſt enim locus abditus & velut ſubterraneus vinolentiæ & libidini aptus. Teren. in Adel. Vbi ego illum quęram? Credo abductum in Ganeam. Col. in prolo. Mox deinde vt apti veniam⁹ ad ganeas quotidianū Laconicis cruditatem excoquimus. Plynius tamen videtur innuere popinas eſſe in quibus vinctoria edulia conficiebantur & pro ipſo ingluuie cibariiſq; Ait enim de porco libro octauo. Neq; alio ex animali numeroſior materia ganeæ.

¶ Ganeones Eluones qui ganeas frequentant. Iuue. Sed laudem ſiliquas occultus ganeo pulſes.

¶ Ganges.is. & gangetis Indię fluuius maxim⁹. Alio noie Phyſon a græcis dictus: de paradiſo exiens: quē alij incertis fontibus vt nilum: rigātemq; vicina eodē modo ferūt. Alij in Scythicis naſci: ipſamq; indiam ſecare dixerunt: fluereq; in eum triginta amnes. Minima gangis latitudo per octo millia paſſuum: maxima per viginti patet Altitudo vbi vadoſiſſimus eſt menſurā centum pedum implet. Dictus Ganges a Gange Aethiopum rege vt ait Suidas. Ouidius libro.iiij. Meta. Decolor extremo qua cingitur india gange. Hinc Gāgeticus.a.um. Columella lib.ix. Iam nunc gangeticas et ægyptias aues temulenter eructant. Arrianus lib.v. de geſtis Alexādri mag. ἐς τάξιλα ὁ ἀλέξανδρος ἀφίκετο πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα τὴν μεγίστην τῶν μεταξὺ ἰνδοῦ τε ποταμοῦ καὶ ὑδάσπου καὶ ἐκεῖ ὁ πῶρος βασιλεὺς ὡς ὁρῶν ἀλέξανδρον ✱ .i. In taxila Alexander peruenit ciuitatē magnam & fęlicem. Inter Indum & Hydaſpū fluuios: & illic Porus rex qui vidit Alexandrum.

¶ Gange.es. eſt vrbis Indiæ regia.

¶ Gangaridæ: vt inqt Curtius populi inter Aſſyrios et Indos iuxta Gangem qui nouem oſtijs effluit.

¶ Gangræna cū æ. diphth. Caro eſt emortua ex vlcere vel inflammatione ac tubore. Subalbeſcit autē primo: demū atra fit ſenſu amiſſo in prominētibus membris. i. inter vngues & alas & inguina. Et in ſenibus fere atq; his quorum corpus male habitus eſt. Lucil. li.j. Saty. Serpere vti gangræna malo.

¶ Gangliou: ſiue ganglion genus morbi in capite cū humor quidam includitur. De quo Columella. lib. vij. Eſt & ganglion vt docet Paulus nerui alicuius vel ex ictu: vel ex laſſitudine contortio. Multis quidem omnino partibus corporis: ſed præcipue mollibus: vt in extremitate manuū atq; pedibus.

¶ Gannio.is. niui. vel ganni.itū. Gannire ppriæ canes dicunt̃ cū murmure vel quaſi plorādo cōqueri vident̃. Inde gānitio & gānitus. Lucre. Lōge alio pacto gānitu vocis adulāt: aut cū deſerti baubāt in ædibus aut cum Plorantes fugiunt ſummiſſo corpore plagas. Inde ad hoīes trāſlatū. Ter. in Adel. Quid ille gannit: qd vult? Huius compoſitum eſt Oggannio: de quo infra.

✱ Ganymedes Trois filius fuit formoſiſſim⁹ puer quē cum Iupiter deperiret iuſſit in cœlū ab aquila portari: et ſibi a calculis eē Hebe nympha delecta: in cœlū tralatus Aquarius dicitur. Cc.

✱ Ganze anſeres ſunt Germanico vocabulo.

¶ Garamantes populi Libyę pſyllis finitimi a Garamante Apollinis filio cognominati qui ibi garamantam oppidum ex ſuo nomine condidit. A quo garamantius.a.um. & Garamantis.idis. Fuit & alius Garamantes rex: cuius filiam Garamantida Iuppiter apud Bragadam fluuiū cōpreſſit: & ex ea genuit Hiarbam. & Garamantius adiectiuum.

¶ Garganus.pen.prod. mons in Apulia. Luc. lib.iiij. Apulus adriacas exit garganus in vndas.

¶ Gargara.pen.cor. mutatione litterę a καρα καρας.i. caput capitis.i. altitudinis καρκαρα capita. Vn⁹ eſt ex collibus mōtis Idæ. Eſt & oppidū huius nois poſitū in imis radicibus Idę mōtis. Et defluētibus inde humoribus Gargara irrigant̃: fiūtq; feraciſſima. Apud hanc ciuitatē tāta erat frugū copia: vt q magnū cuiuſuis rei numerū vellet exprimere p multitudine immēſa noiaret. Vñ & Ouid. Gargara quot ſegetes quot habet methymna racemos. Dicit̃ & gargarus numero ſingulari. Stra. li.xij. Gargarus in ſuperioribus Idæ partib⁹ loc⁹ oſtēdit̃ a quo Gargara dicūt̃ Aeolica ciuitas: greci γαργαρον neutro gñe dicūt. Sūt & Gargara in Myſia. Sūt qui Gargar⁹ dici velint ἀπὸ τοῦ γαργαρίζειν τὰς πηγάς .i. ab emittēdis fontib⁹. Oui. Creberrima fontibus ida.

¶ Gargariſſo.as. ſicut ſonat Plynius libro.xx. Sedat anginas cum melle ac hyſopo ex aceto gargariſſatū. Apud græcos γαργαρίζω. Fit autem gargarizatio in ſummo gutture. Et gargarizare ſępe ad gurgulionem id eſt guttur reuocare. Et duplici modo cōſtruitur. Nā res qua ſæpe guttur alluitur in nominatiuo plerūq; in ablatiuo ponit̃. Ply. lib.xx. Voci ſuccus ſub certamine

vtilis: & qui gargarizatur vna tumente adiecta menta. Cor.li.iiij. In vetuſto capitis dolore cõmunia ſunt ſternutamenta excitare inferiora vehementer refricare gargarizare his quæ ſaliuam mouent.

✱ Gargus vnus ex collibus Tauri montis. Cc.

℄ Garrio.is.garriui.vel garrij.itũ.inepte loquor. Cic. lib.ij.de ora. Nam & ſæculis multis ante gymnaſia inuenta ſunt q̃ in his philoſophi garrire cœperunt.

℄ Garophylum flos: garofolus nomen nec grçce nec latine habetur.

℄ Garruli.pe.cor.ꝓprie dicunt̃ vt inqt Aug. q vulgo verboſi appellant̃ accedẽte lętitia nec valẽtes: nec volẽtes tacere. Et garrulæ dicuntur aues canoræ & hilares. Virg. Garrula quum tignis nidum ſuſpendit hirundo. Garrulus etiã dicitur Cordatus. Var. In hac ciuitate tũ regnabat Dionyſius homo garrulus & acer.

℄ Garritido.as.pen.cor. Idem quod Garrio. Varro. Quidnam garritidatis dicentes o fortuna. ✱ Perottus Garridito legit.

℄ Garum apud Col. liquamen eſt ex piſce factum.

℄ Garumna fluuius tribus amplificatus amnibus per Biturigas & Santones Gallicam vtrãq; gẽtem effluit. Eſt enim in Gallia Narbonenſi terminãs Aquitanos. Diſtat a Narbone ſtad. octingentis. Delabitur ex Pyreneo: & in oceanum excurrit.

✱ Gaſidanes gemma quã gręci mittũt coloris olorini.

℄ Gaſterochires dicebant̃ quaſi ventrimanus qui manuũ artificio victum quęritabant. Cc.

℄ Gaſter ſeu Gaſterium genus vaſis: cuius formam alij aliter accipiunt.

℄ Gaſtrimargia.penul. pro. nimia ingluuies vt apud Ariſtotelem in æthicis. Gaſtrimargus guloſus.

℄ Gaudium eſt affectio animi alicuius præſentis boni opinione concepta. Cuius diminutiuũ eſt Gaudiolum et cõpoſitũ Gaudiloquus penultima correpta: qui cũ gaudio loquitur: vt apud Plau. Dictum gaudiũ quaſi Gaurium. Græci enim γαῦρον lætum dicunt.

℄ Gaudeo.es.gauiſus: gaudiũ habeo de bono ꝓprio: quandoq; etiã de bono alterius: ſed intrinſecus. Lętari vero extrinſec⁹. Cõſtruiturq; Gaudeo diuerſis modis. Nã quãdoq; ſine appoſito: vt Gaude & Lætare. Quãdoq; cum datiuo. Cicero. Mihi gaudeo: tibi gratulor. Quãdoq; cũ ablatiuo. Vir. Numero deus impare gaudet. Quãdoq; cũ ablatiuo mediante in. Cice. Lentulo. In moleſtiis gaudeo. Quãdoq; mediante de. Hiero. ad Helio. Gaudebo de aſcenſu: ſed timebo de lapſu. Aliquãdo gaudere eſt valde ſeu cũ delectatione qd vulgo dici ſolet Godere: & cõſtruitur cũ accuſatiuo. Hiero. in prolo. Iob. Beatũ Iob qui adhuc apud latinos iacebat in ſtercore & vermibus ſcatebat errorũ: integrũ: immaculatũq; gaudete.i.cũ gaudio perguſtate. Ter. in adel. Hũc ſcio mea ſolide ſolũ gauiſurũ gaudia: id eſt perguſtaturũ. Cic. Pæto. In theatrum Curionis. Hortenſius introijt puto vt ſuũ gaudiũ gauderemus. Aug. li. viij. conf. impersonaliter vſus eſt tantus auctor. Quando inquit cum multis gaudetur & in ſingulis vberius gaudiũ eſt. quia feruefaciũt ſe: & flammantur in alterutro. Et alibi. Multũ inter ſe hęc duo gaudia differũt: ſuntq; omnino cõtraria. Quãdoq; gaudetur in ſęculo nõ gaudetur in domino. Huius verbi cõpoſita ſunt Congaudeo qd eſt ſimul gaudeo. Amb. Congaudete mecũ & congratulamini. Adgaudeo. Lact. lib. iiij. Ego etiã cui adgaudebat: hoc eſt quaſi applaudebat.

℄ Gaudere in ſinu. prouerbialis locutio quã & poetæ vſurpãt. Qd ſignificat ſecũ & cũ ſuis lętari. Cic. iij. tuſ. Quoniã plauſibilia nõ hęc ſunt: vt in ſinu gaudeãt glorioſe loqui deſinãt. Tibul. Qui ſapit in tacito gaudeat ille ſinu. Proper. In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu.

℄ Gauleon teſte Solino ora Libyę obiacens in qua ſerpẽs neq; naſcitur: neq; inuectus viuit: puluiſq; ei⁹ quocũq; gentium iactus angues & ſcorpiones perimit.

℄ Gaulus nauis genus paruæ & rotundæ.

℄ Gaurus mons Campaniæ.

✱ Gauranum vinum dicitur quod in ſummis montiũ gignitur a gauro Campaniæ monte. Cc.

℄ Gauſape. pen. cor. militare ſtramentũ vtrinq; villos habẽs: vel vna tantũ e parte: qd pro lecto in caſtris ſternebatur. Ply. lib. viij. Antiquis torus e ſtramento erat qualia nũc in caſtris gauſape. Nũc ponit̃ ꝓ panno quo mẽſa ſternitur. Declinat̃ ſũt hac gauſape. Antiquiſſimi hic Gauſapes: & hæc gauſapia: & hoc gauſapum. Vnde in plurali gauſapa. Perſi⁹. Iam chlamydes pictis iam lutea gauſapa captas. Caſſius ad Mœcenatẽ. Gauſapo purppureo ſalutatur. Inde Gauſapina.

℄ Gauſpina penultima correpta. genus veſtis. Mar. Menſe vel auguſto ſumere gauſapinas.

℄ Gaza dictio Perſica: & numero ſingulari ſignificat omne qd poſſidemus. Pompo. mela. Gazã Perſę ærarium vocãt. Curtius. Igitur quaſi parũ munimẽtis oppidi fidens ante ſolis ortũ pecuniã regiã: gazam Perſę vocãt: cũ pretioſiſſimis rerũ efferri iubet ſimulãs fugã. Inde nomẽ eſt gazę ciuitati eo q; Cambyſes illuc belli et opes & pecuniã intulerat. Hęc eſt Euchorũ ciuitas in qua habitauere Cappadoces priſtinis cultoribus interfectis. Apud veteres termin⁹ erat Cananeorum iuxta Aegyptũ: ceciditq; in ſortẽ tribus Iudæ. & eſt vſq; hodie inſignis ciuitas Paleſtinæ vt ſcribit Hiero. A qua Gazęus.a.um. qd eſt ex gaba vrbe. Et Gazeticus. tica ticũ. ex Gaza vrbe Perſica: vbi nobiliſſima vina: vel vt Põpo. ait. mella. Sidonius ad Fauſtũ. Vina mihi nõ ſunt gazetica chia falerna. Suidas. γάζα γὰρ θησαυρὸς λέξις ἰνδικὴ καὶ πόλις ἐλλὴν ἐςὶ φοινίκης ὁ πολίτης γαζαῖος. ✱ Gaza enĩ theſaurus dictio medica & ciuitas alia phęnicię cuius ciuis Gazęus

℄ Gazophylacium cum.c.nomen cõpoſitũ ex dictione perſica & græca φυλάττω καὶ φυλάσσω λέγεται: qd eſt cuſtodio: quaſi locus ille dicat̃ eſſe: in quo opes recondũtur. Aug. in pſa. Gazophilactũ archa vbi colligebãtur ea quę ad indigentiã ſeruorũ dei mittebantur. Ambro. ad Studium. Quid eſt Gazophilaciũ? Collatio fideliũ: ſumptus pauperũ: requies egenorũ: iuxta qd ſedens Chriſtus vt habes ſecundũ Lucam duo æra mulieris viduę diuitũ muneribus cẽſuit ꝓferẽda. Significat & capſam qua res precioſiores & ſecretę in ſcrinijs ſcripturę ſeruantur. Vnde ſcrinarij ſecretarij: quos etiã a ſecretis dicimus: vt ſcribas ab epiſtolis.

G ante E.

✱ Gęographia dicitur terrę deſcriptio γαῖα enim terra eſt: & γραφία ſcriptura. nam γράφω ſcribo ſignificat.

℄ Gęomantia penultima producta. diuinatio ex terra γαῖα καὶ μαντεία ✱ Inde Gęomantes.

℄ Gæometer & geometra penulti. correpta terrę menſurator. Græci γεωμέτρης μέτρον menſura. Gęometria terræ menſuratio dicitur. Et gæometria quidẽ ſciẽtia eſt mathematica ſicut aſtrologia: muſica: & arithmetica quę in numeros ac formas diuiſa ſũt: quam oratori neceſſariam eſſe autumant eruditi.

✱ Gęon fluuius. Vide Gion.

℄ Gęorgius nomen viri propriũ quo apud nos Colonus ſignificatur. Gæorgia agricultura. Gæorgica quę ad agrorum cultum pertinẽt ἔργον opus γαίας terrę. Gæorgi populi Scythici agros incolentes.

¶ Gebalena regio in finibus Eleutheropoleos.

⁎ Gebbanitę ſiue gelbanitę populi ſunt maris rubri accole in Arabia deſerta quorum caput Thoma eſt. Cc.

¶ Gebuſeus filius Canaan: a quo Gebuſei dicti ſunt: qui Hieruſalem habitauerunt.

¶ Gebenna mons qui hodie dicitur mons Geneuerę. Luc. caua pendentes rupe gebennas.

¶ Gedeon nomen proprium iudicis Iſrael qui occidit Oreb: Zeb: Zebee: & Salmana.

¶ Gedroſia regio maioris Aſiæ.

¶ Geenna hoc nomen proprium inquit Hier. a Saluatore noſtro ponitur. Quæramus quæ ſit ſermonis hui⁹ occaſio. Erat idolum Bahal iuxta Hieruſalem ad radicem montis Mora: in quibus Siloa fluit. (Sed notãdũ eſt q idolum producit penultimã cõtra cõſuetudinem ignari vulgi. nam græce ſcribitur per ω & ει diphthõgum in principio. Si quis autẽ corripiat vt ille idola dicta dei: barbare loquitur & fatue pronũtiat.) Hęc vallis et parua campi planities irrigua erat & nemoroſa plena q deliti[j]s & lucus in ea idolo cõſecratus. In tantã autẽ populus Iſrael venerat dementiã vt deſerto tẽplo vicinia ibi hoſtias immolaret: vt rigorem religionis delitię vincerẽt: filioſq ſuos incẽderẽt dæmonibus vel initiarent. Et appellabat locus ipſe Geennon. i. vallis filiorũ Ennon. Hoc regũ volumen & Paralipomenon: & Hieremias pleniſſime ſcribũt. Et cõminatur deus ſe locum ipſum impleturũ cadaueribus mortuorum vt nequaq̃ Tophet & Bahal: ſed vocetur Polyandriũ .i. tumulus mortuorum. Futura ergo ſupplicia & poenę perpetuę quibus peccatores cruciãdi ſunt huius loci vocabulo denotantur. Duplicem autẽ eſſe geennam nimi[ru]m ignis et frigoris in Iob pleniſſime legitur.

¶ Gela fluuius in Sicilia a quo & gela vrbs nomen habet. Virg. libr. iij. Immaniſq gela fluuij cognomine dicta. Sylius. Venit ab amne trahens ſibi nomen venit & heſa. Suidas γελα πόλισ σικελίασ καλεῖται δὲ ἀπὸ ποταμοῦ γέλα ἧ ὧ παράκειται ἡ πόλισ ὁ δὲ ποταμὸσ ὀνομάζεται οὕτωσ ὅτι πολλὴν πάχνην γεννᾷ. ταύτην γὰρ τῇ ὀπικῶν φωνῇ καὶ σικελῶν γέλαν λέγεσθαι ἢ ἀπὸ γέλωνοσ τοῦ ἐτνικοῦ καὶ ὑδάρου τὸ ἐθνικὸν γελαῖοσ οὐ γελῶοσ. ⁎ Gela ciuitas Siciliæ. vocatur autem ab amne gela cui adiacet ciuitas. Fluuius autem nominatur ita quoniam multam gignit pruinam quã Opicorũ et Siculorũ Voce Gelan dicit: vel a gelone gẽtili nomẽ et Hymaro inde gentile gelęus non gelous.

¶ Gelaſini penulti. producta. dentes anteriores quos ridendo oſtẽdimus γελάω γελῶ eſt rideo. Et gelaſini lineæ quæ ridendo efficiũtur. Mar. Nec grata eſt facies cui gelaſinus abeſt. Et gelaſini dicunt mimmi qui geſticulatione faceta populum oblectant. Vnde gelaſin⁹ ille Plautinus riſionibus & ſalſis dicteri[j]s populum delectat. Et dum facit: vt ab omnibus rideatur: irridetur. Vnde ẽ Plautinũ illud caue ex Gelaſino fias Catagelaſinus. Hoc eſt deridiculus.

⁎ Gelenites gemma quæ candido tranſlulet melbeo fulgore: luę imaginem cotinea. Cc.

¶ Geloi campi in Sicilia apud Gelam fluuiũ. Virgili. Campiq geloi. ⁎ Suidas gelęi non geloi legit.

¶ Geloni vel gelones: populi Scythici interius habitãtes & Agathyrſis proximi. a Gelono Herculis filio. Hi ſolebant ſe pingere. Virgi. Pictoſq gelonos. Luca. lib. iiij. Maſſagetes quo fugit equo forteſq geloni. Hi nunc Getæ dicuntur ſiue Tartari corrupto vocabulo vocantur. Sanguinem equinũ cum lacte miſtũ bibũt. Vergilius. Biſaltæ quo more ſolent: acerq gelonus cũ fugit in Rhodopen atq in diſerta getarum & lac concretum cum ſanguine potat equino.

¶ Gelboe mõtes alienigenarũ in ſexto lapide a Sintopoli: in qbus etiã eſt vicus grandis q vocatur Gelbos.

⁎ Gellius viri propriũ ἀπὸ τοῦ γελᾶν id eſt ridere. Cc.

¶ Gelu ꝓprie glacies dictũ ἀπὸ τοῦ λύειν: hoc eſt ſoluendo terram. Nam glacie proſciſſa terra reſoluitur. Aliquãdo tamẽ ponit ꝑ frigore. Vnde gelidũ frigidũ dicimus. Dicitur etiã hoc gelũ & hic gelus. Lucr. lib. v. Aſſiduoſq geli caſus mortalibus aufert. Et libro. vi. Demittit quaſi ſæpe gelum quod continet in ſe.

¶ Gelicidium ipſum gelu. Columella. Vt prius conualeſcant radices frumẽtorum q̃ Hibernis imbribus aut gelicidi[j]s pruiniſve infeſtentur.

¶ Gelo. as. Ply. li. xvij. Si protin⁹ editis fructibus gelatio magna cõſecuta eſt etiã paucis dieb⁹ necat. Iuue. Pauidoq gelãtur pectore. Hinc cõponũtur Cõgelo & Regelo penultima correpta. Columella libro primo. Oleum qđ minus prouenit ſi congelatur fraceſcet.

¶ Gelaſcere eſt in gelu aſtringi. Gellius. Vina rarenter congelaſcunt.

¶ Gelabile qđ gelu durari põt. Gellius. Cur fluuiorũ et fontiũ aquæ gelu durent mare omne ingelabile ſit.

¶ Gelidus gelida gelidũ. pen. cor. frigidus. Hinc componuntur Prægelidus: & Egelidus qđ ſignificat id qđ nõ eſt calidũ neq frigidũ. Nam e quãdoq priuationẽ denotat q̃uis Ser. pro valde frigido expoſuerit. Sue. de Auguſto. Vngebatur ſæpius: ſudabat ad flammã. deinde perfundebatur egelida aqua vel ſole multo tepefacta. Ouidi⁹. Sed gelidum boream egelidũq notũ. Vbi gelido egelidum oppoſuit.

¶ Gelima gelimæ. pen. cor. faſciculus manibus gentibus ligatis. Gelimarium vero multitudo meta dicitur.

¶ Hic locus mẽdoſus ab impreſſore additus eſt: vt parentheſis illa ſuperflua in vocabulo geenna de idolo.

¶ Gemma oculus vitis quem primo emittit. Virgil⁹. Turgent in palmite gemmæ. Ab huius gemmæ ſimilitudine gemma lapillus vocatur: q̃uis generale nomẽ ſit comprehendens proprie quæcũq nec oblonga nec perforata. Auguſtinus in dialec. Similiter ornamẽtorũ diuerſos lapides cõpendioſe vocauit gemmas. Huius diminutiuũ eſt gemmula. Bigemmis Trigemmis: deriuatiua ſunt. De quibus alibi.

¶ Gemmare eſt gemmas in arboribus emittere. Col. Cum primum vites incipiunt gemmare.

¶ Gemmaſcere in gemmas efferri. Ply. Atq vt gemmaſcere incipient ligetur calamus.

¶ Gemmatus gemmata gemmatum: quod eſt gẽmis ornatum.

¶ Gemo gemis gemui gemitum. Vnde gemitus qui eſt pectoris cum præ anguſtia in ſonũ prorũpit. Vnde iumenta & inanimata cũ nimis onuſta ſunt gemere dicũtur. Virg. Gemuit ſub pondere cimba. Græcũ tamẽ eſt γέμω. i. plenus ſum forſan ab eo quod ſequitur: vt videmus alternari ab ſcriptoribus: ſed in alia etiã ſignificatione γεμίζω ſignificat enim impleo imples. Quãdoq tamen Gemere ponitur pro flere: & quãdoq pro canere: de [h]is ſolum auibus quæ flebilem cantũ habẽt vt Turtur & columba. Virgilius. Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo. Hinc fit Ingemo: De quo infra: ſed talia proficiſcuntur ab metaphoris quibuſdam: quibus græci pleni ſunt.

¶ Gemurſa turberculum ſub minimo pedis digito q gemere faciat eum qui id gerit inquit Feſtus. Plynius oblitteratum id eſſe nomen & malum ait.

¶ Gemini proprie dicũtur duo. Virgilius libro ſexto. Sunt geminæ ſomni portæ. Nam ſi tres ſunt trigemini dicuntur: ſi quattuor: quatergemini. Columella lib. quarto. Albanas equitiæ familiæ trigeminorũ matres.

Quandoq; gemini dicuntur qui vno partu naſcuntur etiã ſi tres vel quattuor vel plures naſcerẽtur. Quãdoq; geminus pro ſimili ponit̃. Pacu. Par fortitudo: gemina cõfidentia. Et gemini cœleſte ſignũ quod Caſtor & Pollux conſtituũt. Varro. libr. ij. de re ruſ. geminos intelligit Apollinẽ & Herculem. De quibus Seneca. In magna tempeſtate: apparent quaſi ſtellę cœlo inſidentes adiuuariq; ſe tunc periclitaotes exiſtimant Pollucis et Caſtoris numine. A Columella dicitur Geminum aſtrum quod. xiiij. kalendas Iunij ſol ingreditur. A geminus ſit compoſitum Congeminus qui cum aliquo natus eſt. Aug. in p̃s. Phares cõgemino ſuo p̃latus eſt. ❡ Sed poſtea q̃ de conſtellatione geminorũ tetigimus dicimus totũ zodiacũ in. ccclx. gradus diuidi: rurſuſq; ſubdiuidi in. xij. ſigna: quæ ab aſtronomis etiã domus dicũtur. Eſt Aries/taurus/gemini/cancer/leo/virgo/libra/ſcorpius/ ſagittari⁹/ capricornus/aquari⁹/& piſces: quæ regiones cœlorũ habẽt denominationẽ ab aliquo animali propter proportionẽ & quandã conuenientiã Aries eſt domus Martis: nati ſub tali ſigno aſcendente ſunt inclinati ad militiã & rixoſi: diuiteſq;: & de lanificio ſe intromittentes: facit etiam capillos criſpos: & in negocijs ſuis agiles: & expeditos. Loquor autẽ q̃tũ de natura eſt ipſius ſigni: nam aliud eſſet ſecũdũ ſitum & aſpectũ planetarũ. Taurus autẽ facit nato collũ groſſum: & quia eſt ſignũ vel domus Veneris: ideo erit natus mulieribus deditus: & agriculturę: ſed tardus in negociorũ & rerum ſuarũ expeditione. Geminorũ ſignũ eſt Mercurij: natus ſub tali aſcendẽte erit deditus litteris & viris illuſtribus vel principibus: & totus affabilis: et ſemper cũ ſocietate alicuius: erit pulcher. Cancer facit natũ longũ corpus habẽtem: & breuibus cruribus: linguã non ſatis expeditã: & qui aliquãdo in ſtatu ſuo augeatur: aliquãdo vero deprimatur: modo ante proficiet: modo retrocedat: & labrum ei alterũ altero maius: erit tamen fortunę cito mutabilis & agilis in rebus peragẽdis. Leo facit hominẽ natũ ſub tali ſigno crura retorta habentem vel ſignatũ in crure: & qui tardus ſit ad proſperitatẽ habendã tamẽ inclinabitur eſſe curialis: & habebit amicitiam dominorum: erit iuſtus/pius: & habebit nobilem animũ: ſed inuidi eum ſemp̃ agitabũt. Virgo facit hominẽ ſterilẽ qui naſcetur oriẽte tali ſigno erit tamẽ pulcher: & human⁹: & doctus: & qui amicitiã habebit principũ. Libra facit natũ/iuſtũ/& humanũ: & qui a proditoribus patietur multa pericula. Scorpius ſignũ Martis: qui habuerit tale aſcendẽs erit proditor: niſi alicuius planetarũ vel Iouis/ vel Veneris benignitate minuatur talis malitia: vel faciet homines in iudicio damnari: ſed ſi Mars fuerit in eo ſigno aſcendente dabit diuitias multas: vel hęreditatẽ: vel militiã: vel accuſator erit. Sagittarius facit natũ pugnacẽ/ humanũ: tenuẽ: & affabilẽ: & qui equis delectetur. Capricornus facit natũ ſub tali ſigno eſſe doctũ. Quis non miraret̃? Præſertim in mathematicis: facit etiam effœminatum. Aquarius vero facit earum benignum: & clementem. Piſcium ſignũ facit natũ mercatorẽ per maria: vel rerũ liquidarũ olei vel vini & taliũ rerũ: & qui linguã expeditam nõ habeat: ſed balbus ſit. Sed vnũ admonemus: vt quilibet habitet vrbes ædificatas ſub ſuo aſcendẽte vt diues ſit: & plurimũ gratus: quicũq; enĩ ſignũ oppoſitũ habitauerit: id eſt vrbẽ ædificatã ſub ſigno oppoſito: ſemper anxius erit. pauper odio omnibus: & infortunatus: ideo prouerbiũ eſt vulgarũ: qui mutat locũ mutat fortunã: quoniã quãdoq; vadit ad loca ſui aſcẽdentis: vbi bene agit & proſperatur. ❡ A SCen. Totũ hoc ab eo loco. ❡ Sed poſtea q̃ &c. & illud in gemo. Sed talia proficiſcũtur: ridiculũ eſt: ſed turpiter inſertũ ab eo qui nõ ſatis verborũ habuerat ad cõplendas pagellas: quę oĩa ſuſtuliſſem: niſi tã ſtultos ſcirem: vt ſi ea ſublata norint: imperfectũ opus calumniẽtur. Subdit author Home. aũt in hymnis. κάστορα καὶ πολυδεύκεα ἀείσεο μοῦσα λίγεια τυνδαρίδας οἳ ζηνὸς ὀλυμπίου ἐξεγένοντο. τοὺς ὑπὸ ταϋγέτου κορυφῆς τέκε πότνια λήδη λάθρη ὑποδμηθεῖσα κελαινεφεῖ κρονίωνι.

⁎ Caſtora & Pollucem cantabis muſa ſonora Tyndaridas: quæ Iouis olympij geniti ſunt: quos in Taygeti crepidine peperit veneranda Leda latenter commixta nebulatro Saturnio. i. Ioui.

❡ Gemellus diminutiuũ. Virgilius. Modo nanq; gemellos ſpem gregis ah ſilice in nuda connixa reliquit. Gemellę vites a Columella dictæ ſunt ab vuis ſemper geminis. Nam duplices vuas: vt inquit Col. exigunt.

⁎ Gemibundus abunde gemens.

❡ Gemino geminas penultima cor. duplico. Cuius cõpoſita ſunt Congemino. Plau in am. Nũc ſi patera pateram peperit: omnes cõgeminauimus. Ingemino itidem duplico. Virg. lib. j. geo. Tum liquidas corui preſſo ter gutture voces: Aut quater ingeminant.

⁎ Geminus deus Ianus dicitur quaſi vtriuſq; ianuæ cœleſtis potens q; ſol ſit & oriens aperiat diẽ & occidẽs claudat. Cc.

⁎ Gemites gemma quæ veluti candidas manus inter ſe complexas habet. Cc.

❡ Gemoniæ ſcalæ dicebãtur ad quas corpora damnatorũ tracta p̃cipitabãtur. Cor. Tacitus. Tũc cõfoſſum collaceratũq; & abſciſſo capite trũcũ corpus Sabini in gemonias trahũt. Ply. lib. viij. ſcribit canem a corpore ſerui non receſſiſſe abiecto in gradibus gemonijs.

❡ Gena genæ vulgo palpebra dicitur: hoc eſt mẽbrana quę ſuperius inferiuſq; tegit oculũ. Terẽ. Hodie nõ compreſſi genam. Plynius. Aquſtilia dormire exiſtimant nõ oculorũ argumẽto: quia nõ habent genas: ſed ipſa quiete placita ſeu ſoporata. Extremus ambitus Cilium dicit̃. Vnde ſupercilia in quibus eſt animi pars. Nam ex his negamus & annuimus. Hæ genæ pilos habent in modũ valli: quos a palpitãdo palpebras appellarũt. Genę etiã dicunt̃ partes illę a Cilio ad vniuerſam partẽ illã oculis ſubiectã q̃ barba veſtitur: quas radi in fœminis. xij. tabularũ interdicto antiqui vetuerũt pudoris ſedes eſſe arbitrati: q; ibi maxime oſtẽdat̃ rubor. Dictæ genę q; in his pili gignãtur. Vir. Tũ mihi prima genas veſtibat flore iuuentus. Apul. in magia. Purpuris infectas genas: & oculos illiſos illices. Hę quoniã in mali ſpeciẽ factę ſunt rotundę: dictę ſunt etiam malæ.

❡ Genauios. uia. uium. idem quod guloſus. ſa. ſum. Varro. Hæ nouiſſimę in tricliniũ genauũ introierunt e culina propter faſtidium.

ℭ Grac⁹ nomẽ auis cornici ſilis niſi q̃ minor eſt a voce quã facit vel a gerẽdo dicta q̃ iacta ſegetũ ſemia gerat: vel q a ex oliuetis cubitũ ſe recipiens duas pedibus baccas: tertiã ore ferat. Seu etiã q̃ gregatim volitet: ſiue a gracilitate ,ppter paruitatẽ. Eſt huic furandi natura ex quo nõnulli Monedulã eam appellauere a furandis monetis. Exprimit ſermonẽ humanũ & cauea emiſſus reuertitur. Huius diminutiuũ eſt Gracul⁹. Harũ auium tria ſunt gñra. Maiuſculę ſimiliores ſunt cornicibus niſi q̃ nigriores. Minimę & inter eas medię quibus roſtra & pedes rubent.

ℭ Gracch⁹ per duplex cc. & cũ aſpiratiõe cognomẽ fuit familię romanę. Duo aũt fuerũt Gracchi fratres Tiberi⁹ & Caius ambo eloquentes quorũ eloquentiæ mater Cornelia multũ contulit: verũ & doctior & eloquentior fuit Caius q erat minor natu: quo nemo plenior nemo vberior fuiſſe ferẽ. Grandis erat verbis: ſapiẽs ſentẽtijs gñe toto grauis.

ℭ Gracile adiectiuũ pen. cor. ſignificat qd̃ eſt tenue ac corpore macilẽtũ. Turpil. Noſti q̃ ſit gracili corpe. Q d & gracilẽtus dr̃ & gracilẽtũ. Næuius. Vide gracilẽtis colorẽ. Interdũ gracile ponif ,p molli. Hor. Quis multa gracilis te puer i roſa. A gracilis fit gracilitas & gracilitudo.

✱ Gracchuris vrbs hiberię q̃ antea Illurcis noiabaf. Cc.

ℭ Gradus ſunt ex q̃bus ſcalæ conſtant: & q̃bus ad ędificiorũ altiora conſcedit̃ a Gradiendo dicti: q̃ p eos eatur. Virg. Aerea cui gradibus ſurgebant limina. Grad⁹ etiam gradientiũ pedum viciſſitudo eſt: vt apud eundẽ Gradibuſq; ſonare cõpoſitis. Interdũ gradus ſumitur pro ſtandi firmitate. Ci. li. j. offi. Nec tumultuantes de gradu deijciunf. Hinc gradum facere & gradum iacere dicimus vt ſi in arborem tectum ve ſcãdere velim ex ſaxo aut ſcãno: aliqua ve alia re gradũ facio. Cice. contra Rul. Hũc quaſi gradũ quẽdam atq; aditũ ad cętera factũ intelligetis. Grad⁹ quoq; cognatiõis dicti ſũt ad ſiſtudinẽ ſcalarũ locorũ va decliuium quos ita ĩgredimur vt a ,pximo in ,pximũ. i. in illum q̃ quaſi ex illa naſcitur veniamus. Quapropter graduũ huiuſmodi alios ſuperioris ordinis eſſe Caius ſcribit: vt ſunt Pater & mater qui ſunt in primo gradu. In ſecũdo Auus & Auia. In tertio proauus & ,pauia. Alios inferioris: vt liberi. Alios ex trãuerſo ſiue latere vt fratres & ſorores liberiq; eorũ. A gradus fiunt Tardigradus a. ũ. pen. cor. qui tarde gradit̃. Vnde teſtitudinẽ tardigradã dicimus. Spiſſigradus pro frequenti graduum motu incedẽte. Plau. Spiſſigradiſſimos tardiores q̃ corbitæ ſint in tranquillo mari.

ℭ Grador aris. quaſi per gradus eo: a quo regrador de quo alibi.

ℭ Gradator a magno gradu. Plau. in pe. Vinceretis cur ſu ceruas: & gradatorem gradu.

ℭ Gradarij equi qui ſine ſuccuſſatiõe molliter incedũt. Lucil. lib. xiiij ipſe equus non formoſus gradari⁹ optimus.

ℭ Gradatio apud rhetores dr̃ cũ ex prima ſentẽtia orif tur ſecunda: & ex ſecunda tertia: atq; ita deinceps.

ℭ Gradatim aduerbiũ ſignificat p grad⁹ & ordinate lẽteq;. Var. li. j. de re ruſ. Cato qdẽ inq̃t gradatim aliũ præponens alio agrũ meliorẽ dicit eſſe in nouem diſcriminibus.

ℭ Gradiuus pe. p. a gradiendo: vel quia gradatim & p̃ ordines in bellum itur. Vnde Mars gradiuus dictus eſt. Sunt enĩ qui gradiuũ a gramine dictum putent: quia gramineũ ortus. Vnde & graminea corona in re militari maxime eſt honoratiorũ. Alij a vibratiõe ,ppter haſtas credo in bello vibratas: qm̃ κραδαίνειν vibrare dicunt. Alij gradiuũ nõ latinum nec græcũ: ſed thrax vocabulũ eſſe & ſignificare bellicoſum & fortem dicunt.

ℭ Gradior eris greſſus ſignificat vado. Lact. libro. iiij. Claudis vero ac pedum vitio afflictis non modo gradiendi: ſed etiam currendi dabat facultatem. Huius compoſita ſunt. Aggredior. Antegredior. Congredior. Digredior. Egredior. de quibus alibi. Ingredior. Introgredior. Dicimuſq; ingredior forum & in forum. Aliquando ponitur ,p ſimplici gradior incedo. Virg. lib. iij. Ge. Continuo pecoris generoſi pullus in aruis Altius ingreditur. Ci. ad Atticũ. Si dormis expgiſcere: ſi ſtas ingredere: ſi ingrederis curre: ſi curris aduola. Interdum ingredi eſt prouenire & ſe oſtendere. Plau. Nihil te pudet ſceleſtem in conſpectu ingredi. Ingredi in mulierẽ eſt mulieris perſonam aſſumere. Hierony. in pſal. interpretatione. Solet in theatris vnus homo frequenter diuerſas habere perſonas: nũc ingreditur in mulierem: nũc in virum: nunc in regem. Et qui in regem proceſſerat rurſum in ſeruum procedit. Interdum eſt quaſi incipere. Lactan. lib. vj. Iuſtus ergo quoniam durum aſperũ q; iter ingreſſus eſt. Introgredior. Vir. libro. j. Ae. Poſt q̃ introgreſſi & coram data copia fandi. Progredior vltra ,p cedo. Cicero. in Lælio. Id primum videamus ſi placet: quatenus amor in amicitia progredi debeat

Hinc ꝓgreſſus & ꝓgreſſio. Idem lib. j. Tuſ. Qui errantium ſtellarum motus progreſſiones inſtitutioneſq; notauit. Hinc progreſſus & progreſſio pro proceſſu. Aliquando antegradior. Plaut. extremum intra carcerem ipſum ꝓgreditur parthenopeum. Pretergradior vltra tráſeo. Cic. Appio pul. Curiês Lepta venit: mihiq; nũciauit te iam caſtra prætergreſſum eſſe. Apul. Cũq; ſtabulum pretergreſſus fuiſſem recognita cœpi retrocedere. Hier. Ponã & aliã expoſitionem ne quid videar prætergreſſus. Regredior retro gradior reuertor. Plau. in Aul. Illuc regredere ab oſtio. Lactan. lib. vj. Cum ventum fuerit ad extremũ viuũ iam regredi non licet. Supgredior ſuperambulo ſupero vt eſt illud. Sed tu ſupergreſſa es vniuerſas. Subtergradior tranſgredior vltra gradior. D. Brutus. Cic. Vt alpes tranſgrederer. Lact. lib. ij. Nemo tũc milleſimũ annũ tráſgreſſus ẽ. Tráſgreſſio apud rhetores dicitur cum ab ea ſententia quã propoſuimus conuertimus ſermonem ad aliquam pſonam aut rem aut fortunam & tanq̃ preſentem appellam⁹. Vt hæc mulier nuper fuit locuples & potens in amore atq; delicijs neceſſariorum: ornatus opib⁹ abũdabat: magnus ancillarum quę ſequebantur comitat⁹ appellabatur. Nunc contra ſubito & graui caſu afflicta vix mediocris ancillulę dignitatem retinet. O fortũa q̃ vehementer te rerum varietas oblectat: & q̃ magno odio eſt tibi beatæ vitæ perpetuua & conſtans fructus.

Graſſor aris. quaſi a gradior frequẽtatiuũ eſt. Feſt⁹. Graſſari proprie dicũtur latrones vias obſidẽtes. Gradi ſiquidẽ ambulare eſt. Vnde tractum graſſari ab ĩpetu gradiendi. Sed cum quis graſſatur. i. cum impetu ſiue frequenti gradu vadit ĩ aliquem & bono & malo animo graſſari põt. Ideo & in bonã & in malã partẽ accipi põt. In bonam. Sal. in Iug. Sed dux atq; imperator vitæ mortalium animus eſt qui vbiq; ad gloriam vi graſſatur. i. cum frequenti gradu vadit abunde potens polleſq; & clarus eſt. Sin⁹. Graſſandum ad clara periclis. In malam. Lactan. lib. ij. Suis enim vitijs perditi ſæuiunt & graſſantur: vt perdant. n. cũ frequenti gradu vadunt. Ab hoc malo animo in hoc verbo Graſſor ſequ[illegible] ſignificatio naſcitur. eo ꝙ cum quis graſſatur. i. frequẽti gradu ſiue cum impetu properat in aliquem vt ipſũ telo ſeu quouis alio modo feriat: vel malo animo rapiat: hoc ſæuire dicitur. Lactan. lib. iij. Archipirata quiſpiam vel latronũ ductor ſi ſuos ad graſſandum cohortetur. Cæſar. Graſſari in hoſtes vetat. Aliquando ĩ hac ſignificatione ita accipitur: vt etiam in propriam ſignificationem redigatur. Liui. lib. ij. Trecenti coniurauimus pricipes iuuẽtutis Romanę vt in te hac via graſſaremur. Huius compoſitum Oggraſſor quod eſt obuiam ſeu contra cum impetu aut frequenter gradior. Plau. in Per. Niſi cum pedicis condidiciſtis oggraſſari gradu.

Graſſator: qui p vim & inſidiaa latrocinatur. Iuu. Interdũ & ferro ſubit⁹ graſſator agit rẽ. Calliſtratus. Graſſatores: qui prędę cauſa id faciunt proximi latronibus habentur.

Gręcus cũ æ diph. nomẽ viri propriũ: a quo græcia regio europę dicta eſt. e qua gręcus. a. um. qđ ex gręcia eſt. Hęc ab iſthmi anguſtijs incipit & a ſeptẽtrione ĩ meridiẽ vecta: qua ſol orit̃ ægeis: qua occidit Ionija fluctib⁹ obiacet. In ea athenæ & Marathonij campi Cithærõ & Parnaſus a mõtes.

Gręcoſtaſis pe. cor. quaſi gręcoꝝ ſtatio. Loc⁹ de quo Varro ſic hẽt. Añ curiã hoſtiliam roſtra ſub dextra a comitio loc⁹ ſubſtruct⁹ vbi nationũ ſubſiſterẽt legati: grecoſtaſis appellat⁹ a pte: vt mſta ſenatum ſupra græcoſtaſim vbi ædis cõcordię baſilica opima.

Graiugenę. pe. cor. græci dicti ſunt.

Græcari. pe. cor. eſt cõuiuijs & libidinibus opã dare ab eo ꝙ gręci liberi⁹ ſe haberẽt in cõuiuijs Nã q̃nq; verba traſiunt a morib⁹ nationũ.

⁎ Gręca ſalix dicit̃ ſalix rubra. Cc.

⁎ Grecıſſo græcos imitor. Cc.

⁎ Græcula mala a patria ſic dicta. Cc.

⁎ Grecula roſa quæ non niſi in humidis ꝓuenit̃ nec vltra q̃ excedẽs q̃nq; folia violę magnitudie colore nĩſlo. C.

Gralæ fuſtes furculas hñtes ſunt qb⁹ nitunt̃. Hinc grallatores dicunt̃ q in perticis abirgnis paſſus ingentes faciũt. Grallatorũ gradũ Plau. vocat maximũ. ſicut ecõtrario minutulũ formicinũ & teſtudineũ. Plaut. vinceretis ceruas curſu & grallatorem gradu.

Grãma aris. & grãmatũ ati. latine littera dicit̃. Vnde Epigrãma & epigrãmatũ cũ alijs a grãma compoſitis.

Grãmatica litteraria dicit̃. Eſt. n. vt litterę ſuaa cuſtodiãt voces: & quaſi depoſitũ reddãt. Eſt. n. grãmatica rectæ loquelę: rectæq; ſcripturæ ſciẽtia q̃ vſu ratiõe auctoritateq; conſtat.

Grãmaticus: litteratori⁹ ſeu litterator qui grãmaticã docet q & grãmatiſta dici poteſt & triuialis. Sed & poetarũ interpretes grãmatici dicunt̃ verſant̃q; non ſolũ circa ſermonẽ ſed etiã circa hiſtorias & carmina euagãtur. Mar. de Epigrãmatis ſuis. Grãmaticis placent & ſine grãmaticis. Grãmatici pri⁹ critici dicti ſunt auctore Dione Chryſoſtomo. Corn. nepos ait litteratos ꝓprie appellandos eſſe poetarũ interpretes qui a græcis grãmatici nominant̃. eoſdẽ litteratores vocitatos Meſſala Coruinus auctor eſt. Sũt q grãmaticũ a grãmatiſta diſtingunt: vt litteratũ a litteratore tanq̃ grãmaticus abſolute & pfecte doctus ſit: ſicut litteratus. Grammatiſta ſicut litterator mediocriter erudit⁹. in malam enim partem accipitur.

⁎ Grãmanæ gẽmæ q̃ per trãſuerſum alba linea pręcingantur. Cc.

Grãmatic⁹ a. um. quod ad grãmaticã pertinet.

Grãmatei dicunt̃ ſcribæ qui rationes publicas in tabulis ſcribũt. Apul. lib. vndecimo. Tũ ex his vn⁹ quẽ cuncti grãmatea dicebant. Hi etiã ab epiſtolis & cãcellarij dicunt̃. Hinc archigrãmate⁹ princeps ſcribarũ.

Grãmatophilaciũ loc⁹ vbi ſcripta publica ſeruant̃.

⁎ Grãmatocyphon q capite ſũmiſſimo: & in genib⁹ papyrum tenens ſcribit. Cc.

Grãme longitudo ſine latitudine mẽſuræ ſubiecta. Aug. Si omiſſa latitudine ſolã qs lõgitudinẽ voluerit emetiri: lõgitudo ſine latitudine mẽſuræ ſubiecta grãme dr̃: nõ ꝙ ſit lõgitudo aliqua q̃ careat latitudine: ſed ꝙ ſolã qs metiẽs longitudinẽ grãmẽ metiri dĩ. Et hæc Linea a nr̃is dicit̃. Ea ita diffinit Euclides. Linea ẽ longitudo illatabilis. Emenſa vero cũ longitudine latitudo dicitur epiphania.

Gramię ſũt oculoꝝ pituitę. Vñ gramioſi ocĩi. a quo q triſtes ſũt hodiernũ q̃q; diẽ gramioſi vulgo noiant̃.

Gramẽ hęrba vulgatiſſima ſic dicta ꝙ geniculatis internodijs mirifice ſerpat. a gradiẽdo: vl' a gignẽdi fęcũditate. Crebro. n. nouas ſpgit radices. Refert Ply. eam hęrbã naſci vbi hũan⁹ ſanguis ceciderit. Gramẽ capiti circũdatũ ſanguinis fluxiones e naribus ſiſtit. Quãdoq; tamen gramen ponit̃ gñaliter ꝓ oĩ hęrba. Vñ graminea corõa dicta ẽ q̃ ab vniuerſo exercitu ſeruato ſeruatori dabat̃ vbi obſeſſos aliqs ſeruaſſet quodcũq; id genus hęrbæ foret decerpto viridi gramine. Graminoſ⁹ plen⁹ gramiẽ. Col. li. j. Quid ſylueſter ager: Quid hũidus & graminoſus: quid ſiccus & ſpurcus recuſaret.

Grando gutta aquæ in aere congelata. ſic dicta ꝙ ſolito grandior ſit. Vel quia granis continetur. Hinc

grandinoſus a.um. vt Grandinoſa loca in quibus fre-
quentes ſunt grandines. Grando etiam quã græci Χα-
λαζαι & Χαλαζιον vocant collectio eſt ſub cute bubo
ni & ęgyptię fabę ſimilis vt inquit Pollux dolorẽ ſi tan
gatur afferens. Dicunt & in oculo Grandinea cum ſe-
gnis humor circa palpebras coit ſed ita vt id tubercu-
lum digito huc & illuc impelli poſſit.

❡ Grandinoſus.a.um. quod abundat grandine. Col.
lib.iiij. Poſt hęc nõ ignorabit domin⁹ loci plus eſſe poſ
ſe qualitatem cœli frigidam vel calidam ſiccam vl' ro
ſidam grandinoſam ventoſamq; vel placidã ſerenam
vel nebuloſam.i.quæ ſæpe grandinem infert. Roſida
quę ſiccitatibus laborant.

❡ Grandinatus a.um. participium quod eſt grandine
ſauciũ. Aug. in Pſal. Grandinata eſt vinea.

❡ Grandebalę pili ſubalares quos volſellis tolli ſæpe
molliores iubebant.

❡ Grandis & hoc grande apud veteres nõ ad corpus
ſed ad ætatem tãtum referebaꝰ iam adultã. Ter. An ſe
dere oportuit domi virginem tam grandem. Q; ſi na
tu addatur prouectiorem ætatem ſignificat: & iam pe
ne ſenilem. Ply. Iunior. Mulier natu grandior & tot li-
berorum partus. Nunc vero grandis ſumitur pro ma-
gno & nõnunq̃ ad inanimata refertur. Hiero. Grandes
materias ingenia parua nõ ſufferunt.

❡ Grandiuſculus. a. um. diminutiuũ. Ter. in An. Iam
fere grandiuſcula profecta eſt.

❡ Granditer aduerbium. Cypria. ad Corneliũ. Docui
ſtis granditer deũ timere: Chriſto firmiter adhęrere.

❡ Granditas dicta eſt maior ætas. Siſen. lib. iij. hiſto.
Neq; ætatis granditatẽ: neq; ea merita: neq; ordinis ho
neſtatem aut dignitatẽ ſibi eſſe excuſationi.

❡ Grandęuus.a.um. qđ eſt prouectioris ętatis hoc eſt
grandis æui id eſt ſenex.

❡ Grandiloquus pe.cor. eloquẽs & qui cũ quadã ver
borũ magnificẽtia loquiꝰ. Cic. Nam & grandiloqui vt
ita dicam fuerũt cũ ampla ſentẽtia tũ grauitate & ma-
ieſtate verborũ. Hinc grandiloquẽtia.

❡ Grandio is.iui. grandẽ facio. Plaut. in aul. Si hodie
hercle fuſtem cepero aut ſtimulũ in manu teſtudineũ
iſtum tibi ego grandibo gradum.

❡ Grandeſco creſco grãdis fio ſeu granũ fio. Ply. lib.
xviij. Creſcente luna frumẽta grãdeſcũt. Hinc ingran-
deſco quod eſt valde vel intus grandis fio. Col. Q uæ
lens vt celeriter ꝓdeat & ingrandeſcat anteq̃ feritur fi-
mo arido permiſceri debet. Idem lib. ij. Omne aũt fru
mentũ ſpicã a tertio ad quartũ nodũ emittit & cũ totã
edididit. viij. dieb⁹ defloreſcit ac deinde grandeſcit die
bus. xl. quib⁹ poſt florẽ ad maturitatem peruenit.

❡ Granum fere frugũ dicitur vt tritici hordei farris &
huiuſmodi quod eſt intimum ſolidũ: a quo granariũ.
Acini ſunt cęterorũ fructuũ: vt vuę baccharũ & huiuſ-
modi. Granũ etiã generaliter dicitur pro oĩ eo qđ græ
ci vocãt coccũ. Vñ coccũ Ilicis granum vocamus.

❡ Granariũ locus in horreis ſeruandis ſeminũ granis
paratus: vel in quo grana frugũ reponũtur. Var. At triti
cũ cõdi oportet in granaria ſublimia quę perflentur vẽ
tis ab exortu & ſeptẽtrionũ regione ad quæ nulla aura
humida e ꝓpinquis locis aſpiret. Granaria quidam ha
bent ſub terris ſpelũcas quas vocãt ſiros. Alij puteos.
Perſi. Iã nũc aſtringas: iã nũc granaria laxes. Nõnulli
horreũ ab hordeo: Feſtus a farre farreũ vocat.

❡ Granoſua a.um. diciꝰ oẽ quod intus habet grana.

❡ Graphis idis. ars pingendi quę maxime lineis con-
ſtat: & linearis vocaꝰ: quam Plyn. lib. xxxv. ſcribit eſ-
ſe inuentãa Sophocle. Dicta graphis a ſtilo quem grę
ci graphion & graphida quoq; nominãt. Ply. li. v. Gra
phidis veſtigia extant in tabulis ac mẽbranis ex qbus
proficere dicunꝰ artifices. In quo ſciendum ꝑ graphi-
dis veſtigia picturę genus accipiendũ eſſe: qđ gręci vo
cant Ichnographiã. Ea eſt circini regulęq; modicę cõti
nens vſus: ex qua capiunꝰ formarũ in ſolis arearũ de-
ſcriptiones vt inquit Victru. li. j. Q ui & orthographiã
& ſciographiam nominat.

❡ Graphium ſtilus ferreus ſeu penna argentea qua ſi-
gnanꝰ in tabellis litterę vt olim in cæra ſeu figurę. Am
bro. lib. Hexa. Neq; vero ſi ipſe nõ cõprendas idcirco
non cœpit: aut nequaq̃ deſinet ſi ipſe circuitũ vel atra-
mẽto vel graphio ducas. Ouid. Q uid digitos opus eſt
graphium laſſare tenẽdo. Stilus autem ſicut docet Hie
rony. in expoſitione pſalmorum ſcribit in cæra. Cala-
mus in cartha mẽbrana aut in quacunq; materia quæ
apta ſit ad ſcribendum. Graphus ſcriptus vel pictus.
Agraphus non ſcriptus vel non pictus. Graphia ſcri-
ptura vel pictura. Vnde ſcribo pro pingo etiam apud
nos: & picturas legere dicimus.

❡ Graphiariũ theca in qua ſtili reponũtur quib⁹ & ſcri
bere ſimul & pingere ſolebant anteq̃ penicilli & colo-
res inuenirenꝰ. Dicitur & theca graphiaria.

❡ Gratia inquit Aug. dicta eſt quia gratis datur. Q ua
re gratis datur? quia merita non pręceſſerunt: ſed bene
ficia dei te pręuenerũt. Vnde recte gratia ſumiꝰ pro be
neficio. Cice. Cum ꝓſertim cõſiderem nullam eſſe gra
tiam quã vel non caperet animus meus vel in accipiẽ-
do vel remunerãdo cumulãdoq; illuſtrare poſſet. Om
ne enim quod habenꝰ hoïes a deo gratia eſt. Nihil eñ
ex debito habent. Q uia eñ prior dedit: & retribueꝰ illi.
Tres autẽ ſcribunt fuiſſe gratias Aglaiam.i. lætitiam.
Thaliam.i. virentem: quia beneficium ſemp viret. Eu
phroſynen quã delectationem nominãt. Hæ a græcis
Χάριτες vocanꝰ ἀπὸ τῆς χαρᾶς quod lętitiam ſigni-
ficat. Merito enim lætari videnꝰ & qui dant & qui acci-
piũt beneficium. Treis autem ideo eſſe ꝓdiderunt qa
& benefici eſſe in alios debem⁹: & alioꝝ beneficia ſuſci
pere & ijs qui in nos liberales fuerunt retribuere. Dare
autem & accipere & referre tres actus ſunt iter ſe diſtin
cti. Hinc gratioſus. Aliquãdo capiꝰ pro pœna ſiue dã-
no. Idem. Vt pro iniuria parem ei gratiam referret. Ali
quãdo pro mercede. Idem in Læl. Vt eñ benefici libe
raleſq; ſumus nõ vt exigamus gr̃am.i. mercedem vel
vtilitatem: neq; beneficium fœneramur: ſed natura ꝓ-
pẽſi ad liberalitatẽ ſumus. Aliquãdo ꝓ pace ſeu amo-
re. Teren. in Hecy. Neq; alio pacto componi poteſt in-
ter eas gratia. Et in Eu. Adibo atq; ab eo gr̃am quã vi
deo velle iubo. Aliquãdo ꝓ benignitate. Tibul. Gra-
tia magna Ioui vetuit pater ipſe valere. Aliquãdo pro
cauſa ſeu reſpectu. Sallu. Rem omnẽ aperit cuius gra
tia mittebãtur. Aliquãdo ꝓ virtute ſeu efficacia vt fre
quenter apud Ambroſiũ. Habere autem gr̃as vel age
re vel referre. Vide in dictione Ago.

❡ Gratus qui gratiam pro beneficio refert: vel ſaltem
memor eſt accepti beneficij. Cuius cõtrarium eſt ingra
tus a quibus gratitudo & ingratitudo. Grate & ingrate
aduerbia: & gratis & ingratis. Accipitur etiam Gratus
pro læto & ingratus ꝓ triſti. Virgi. lib. vij. Et Cineri in-
grato ſuprema ferebant. Et gratus pro ſpontaneo. Et
ingratus ꝑ inuito & coacto legitur.

❡ Gratioſua valde gratus. Nam plenum gratia ſigni
ficat: & is eſt qui habet gr̃am.i. qui in populo acceptus
eſt. Ci. li. iij. offic. Tũ Pithius vt argẽtari⁹ qui eẽt apud
oẽs ordines gratioſus.i. habens multã gr̃am. Idẽ Lẽtu
lo. Vehementer cõfidit his nr̃a lr̃is apud te gratioſum
fore.i. valde gratũ. Gellius accipit gratioſum tam ꝓ
eo qui gratias adhibet q̃ qui admittit.

⁎Gratidia ꝓprium nomen mulieris Neapolitanæ vnguentariæ ac maleficę quam Horatius in epodo caniniam nominauit. Cc.

¶ Gratis aduerbiũ ſignificat ſine præmio: ſine merito quod vulgo dicit̃ per grãm. Hieron. in Geñ. Quia frater me⁹ es: nõ ſeruies mihi gratis. Amb. In diuinis ſcripturis reus ſcribit̃ qui nõ ſtuduerit dare gratis qđ ipſe gratis acceperit. Alias ſignificat ſpõte. Augu. lib. iiij. con. Quorum exempli grã quędã gratis poſui: vel in ipſo ſubſtãtię genere innumerabilia reperiunt̃. Sic ingratis inuite nõ vltro quia vltronea grata ſunt. Ingrata quæ ab inuitis & recuſantibus fiunt. Plaut. in Am. Hæc herimmodeſtia coegit me qui hoc noctis ingratis excitauit. Teren. in Eu. Opus faciam vt defatiger vſq; ingratis vt dormiam.

¶ Gratuitus. a. um. pen. ꝓdu. quod datur gratia. i. ſine præmio quod non eſt mercenarium. Cice. lib. j. de legibus. Quid liberalitas gratuita ne eſt: an mercenaria: ſi ſine p̃mio benigna eſt & gratuita: ſi cũ mercede conducta. Aug. Gratuitam nobis impendit deus dilectionẽ quibus gratis vnigeniti ſui miſit redemptionem. Hinc fit aduerbium gratuito. Sueto. in Cæſare. Omnib⁹ vero circa eum atq; etiam parte magna ſenatus gratuito aut leui fœnore obſtrictis.

¶ Grates numero tantũ plurali & ĩ hac tantũ terminatione ꝑ gratijs q̃ referri debẽt ꝑ accepto bñficio. Virgi. Grates ꝑſoluere dignas Nõ opis eſt noſtræ Dido.

¶ Gratificor rem gratã facio conſentio cõplaceo. Cic. Lentulo. Q; Pompeio ſe gratificari putant. Differunt tamẽ Gratificari & gratũ facere ꝙ gratificari in ſe cõtineat quiddã maius. Eſt enĩ beneficũ eſſe. Vnde dicim⁹ Deum gratificari hoĩbus. quaſi ſit bñficia cõferre. Gratum vero facere ſit obſequi & inſeruire. Cice. Si hũc iuueris gratiſſimũ mihi feceris. Hinc Gratificus.

¶ Grator aris. dijs grãs ago: & quaſi ſupplico. Ouidi. lib. iij. faſ. Quiſquis ades: caſtæq; colis penetralia Veſtæ. Gratare iliaci: turaq; pone focis. Interdum Gratari eſt gaudere de bono ꝓprio apud eundẽ. lib. viij. meta. O ſupl totoq; libẽs mihi pectore grator. Quãdoq; etiã eſt lętari de bono alteri⁹. Virg. Inueni germana viã gratare ſorori. Liui. li. vij. Tuum ſequẽtes currũ Iouis optimi maximi tẽplum gratãtes ouãteſq; adire.

¶ Gratulari cum datiuo ꝓprie eſt dijs ſiue hoĩbus qui nobis benefici fuerunt in ſucceſſu aut noſtro aut aliorum cum laudibus feſtiuitatẽ oſtendere. Oritur enĩ ex lætitia gratulatio vt ex dolore q̃rimonia. Lactã. lib. vj. Nihil eſt ꝙ ſibi aliquis gratulet̃ ſi has inanes virtutes adept⁹ eſt. Aenni⁹ in Hecuba. Iuppiter tibi ſumme tãdem male re geſta gratulor. Interdum p̃termittitur datiuus cũ fuerit ꝓnomen. Ouid. Priſca iuuent alios ego me nũc deniq; natum Gratulor. vbi intelligitur mihi. Quintil. Gratulemur tam ꝙ nulla ciuitas laborati ſub intelligit̃ nobis. Gratulari etiã eſt grãs agere ſiue ſupplicare. Liui. Triumphantes in capitoliũ aſcendebant Ioui optimo maximo cęteriſq; dijs gratulaturi. Nec mirum ſi gratulari dijs dicim⁹ quaſi oſtẽdere nos illis aggaudere cũ ſalutare etiã eos dicamus quaſi ſalutẽ illis optare quod nõ dijs ſed hoĩbus conuenit. Vnde dicim⁹ ſalue ſancta parẽs. Gratulari cũ accuſatiuo eſt gratũ habere. Teren. in Eu. Salutant: ad cœnam vocãt: aduentum gratulant̃. Plaut. in Cap. Vbi quiſq; videt eunt obuiam gratulanturq; eam rem. i. grãm habent. Hui⁹ cõpoſitum eſt congratulor.

⁎Graucaſum caucaſum nominarũt ꝙ Scytharum lingua ſignificat niuę candidum. Cc.

¶ Graue ſuapte natura ſignificat põderoſum: vt graue ſaxum quod nos cũ moleſtia grauat in ferẽdo. Vir. Vomis & inflexi primũ graue robur aratri. Et ꝑ tranſlationem dicit̃ morbus grauis: ſenectus grauis. i. moleſta: quoniã qui moleſtiam ex ſenectute morbo cęteriſq; huiuſmodi ſentiũt quaſi onere intolerabili p̃muntur quod cupide velut grauę onus a ſe vellent deponere. Cicero in Cato. Q; nunq̃ ſenectutẽ tibi grauẽ eſſe ſenſerim. Itaq; vn⁹ modus eſt quæ corpori aut animo moleſta ſunt: ea grauia appellare eo ꝙ moleſtia a mole. id eſt a re magna vocata eſt. Alter modus eſt: ꝙ quẽadmodum grauia & grandia ſaxa nõ facile loco mouentur ſed ad omnẽ temporum mutabilitatem hærent: ita hoĩes conſtantes ac ſapientia p̃diti merito graues dicũtur: qui nec precibus: nec minis ab æquo dimouent̃: vt hi faciunt quos leues vocamus: qui in ſimilitudinẽ paleæ ad omnẽ auram ventilantur. Hinc grauitas pro firmitate ac conſtantia animi: ac in vultu moribus verbis rebus agẽdis quędã ſeueritas. Aliquãdo pro moleſtia & magnitudine: vt grauitas odoris: grauitas doloris: grauitas ſomni. Varijs alijs modis dicit̃ graue ſed ad hos reduci poſſunt. Nam ponitur pro pnicioſo acerbo nocente. Cice. lib. iij. offi. Magnum illud bellum & grauem aduerſariũ imperij ſuſtuliſſent. Idẽ. facili⁹ & in morbos incidũt adoleſcentes: & grauius ægrotãt. Pro forti & robuſto. Vir. li. v. Prima pares incũt grauib⁹ certamina remis. Pro grandæuo. Idẽ. Hic grauis entellus dictis caſtigat aceſtẽ. Pro vtili ſolido firmo conſtante. Cice. lib. j. offi. Vt tam ſint alia grauiora atq; meliora tamen nos ſtudia nr̃a naturæ regula metimur. Pro triſti. Virg. li. viij. Grauior ne fluctus aurea Vulneret. Pro ſapienti cum auctoritate. Cic. in Horten. Quid enĩ aut Herodoto dulcius aut Thucydidẽ grauı⁹. Pro põderoſo. Vnde graue æs dicit̃: quia deni aſſes ſinguli pondo efficiebant. Pro neceſſario. Lucil. lib. xxix. Habeaſq; animo mihi admodum cauſam grauẽ fore q̃ me ab vllo cõmodo abducat tuo. Pro pleno. Vir. Tũ pietate grauem ac meritis ſi forte virũ quẽ Cõſpexere ſilent. Pro fœcundo & frugifero. Idem. Quid labor aut benefacta iuuãt: quid vomere terras Inuertiſſe grauis? Pro multo. Var. Vbi graues paſcantur atq; alantur pauonũ greges. Sal. lib. iij. hiſto. Cœpit per oẽm ꝓuinciam grauę p̃tium fructibus eſſe. Pro amaro. Var. in quinquatribus. Abſynthiũ vt bibam graue & caſtoreũ. A grauis fit aduerbium grauiter & graue.

¶ Grauiter ſignificat multũ. Cæcili. Place hoc cœpit grauiter. Cice. Nec vero audiẽdi grauiter qui inimicis iraſcendũ putant. Virg. Grauiter ſpirantis copia thymbræ. Aliquando ſignificat aſpere male. Idem. Graueolentis auerni. Aliquãdo moleſte. Cice. Grauiter & iniquo animo tuli. Aliquãdo ſapienter. Idẽ. Si quid prudenter ſi quid grauiter factum eſt. hoc eſt nõ leuiter ac inſipienter: ſed mature ſapienterq;.

¶ Grauedo ponderoſitas. quãdoq; ſumit̃ pro morbo ſeu humore qui ex capite diſtillat: nares claudit: vocẽ obtundit tuſſim ſiccam mouet. ſicuti docet Celſus lib. iiij. Catul. Sensite ceſſo ꝙ grauedinem & tuſſim. Plau. in Aſi. Quod illa haud ſimulet quaſi grauedo ꝓfluat. Hoc ne ſic faciat tu labellum abſtergas. Græci coryza vocant. Hippocrates diſtillationes omnes & grauedinem nominat coryzas.

¶ Grauedinoſus nõ ſolum qui grauedine infeſtatur: ſed etiam qui ad eum morbũ eſt ꝓcliuior. Cice. lib. iiij. tuſc. Itaq; dicimus quoſdam grauedinoſos: quoſdam torminoſos: non quia iam ſint ſed quia ſæpe ſint. Plynius appellat Eruum grauedinoſum ꝙ bobus in pabulo grauedinem facit.

¶ Graueolentia malus odor. Plyn. Et oris graueolentiam tollit.

✱Graticors grauis cordia. Cc.

✱Grauiloquus grauia loquēs inde grauiloquētia. Cc.

¶ Grauo as. pt. mo onero moleſto. Vir. Nec me labor iſte grauabit. Huius cōpoſita: Aggrauo quod eſt ſup ſeu plus grauo. Col. lib. ij. Tum etiā ratio ruſtici aggrauatur exiguo profectu operis. Degrauo deorſum grauo. Idē. lib. j. Et quod prius extructū imminebit cedenti paulatim degrauatū pondere ſuo præceps attrahet. tur. Virg. lib. iij. Degrauat ætna caput Cypri. Quo modo cœlū petunt & ad ſublimia & alta cōſcendūt qui terrenis cupiditatibus degrauant. Ingrauo intua ſeu valde grauo. Hier. in Exo. Ingrauatū eſt cor Pharaonis. Pręgrauo valde grauo. Idē ad Marcellā. Quapropter moneo vt dū mundi huius viam currimus nō duabus tunicis: nō calciamentorū pellibus ꝑgrauemur. Et hęc omnia habent penul. cor.

¶ Grauate aduerbium ſignificat cum labore ſiue cum moleſtia.

¶ Graueſco ſa. grauis & oneratus fio. Virg. lib. ij. Gæ. Nec minus interea fœtu nemus omne graueſcit. id eſt oneratur. Hinc aggraueſco magis grauis fio. Ter. in Hecy. Male metuo ne philomenæ magis morbus aggraueſcat. Ingraueſco eiuſdē ſignificatiōis eſt. Aug. lib. ij. ci. dei. Nam ingraueſcēte peſtilētia ludi ſcænici Romæ primitus inſtituti ſunt.

¶ Grauida mulier: quæ iam concepto fœtu grauatur. Prægnans: quæ iam occupata eſt in generando quod cōceperit. Auguſt. Quomodo fiet iſtud vt vtero grauida ſim pudico & immunis ſim a marito? Aliquādo ponitur ꝓ plena. Inde grauido as. pro impleo veteres poſuerūt. Cæcil. Tite ꝑ myſteria hic honeſte grauidauit ꝓbo. Leo papa. Virgo regia Dauidicę ſtirpis eligitur: quæ ſacro grauidanda fœtu diuinam humanāq; prolem prius conciperet mēte q̃ corpore. Et inciens ꝓpinqua partui incitatus ſit fœtus eius.

¶ Grauaſtellus: ſenior. Plau. Quis eſt grauaſtellꝰ iſte qui aduenit? Vt puto a grauitate dictus.

¶ Grex differt ab armento ꝙ grex minorū animaliū ſit cōgregatio: vt ouium: porcorū: caprarū. Armētum maiorū: vt Camelorū: boum: equorum. Hier. in deutero. Habuentq; armēta boum & ouium greges. Ouid. Mille greges illi totidemq; armenta per herbas paſcebant. Vir. Hæc ſatis armentis ſuperat pars altera curæ Lanigeros agitare greges hirtaſq; capellas. Inuenitur tamē quādoq; grex de maioribus dici. ſ. bobus. Virgi. Aut aliquā in magno ſequitur grege. Tamē ad diſtinctionem addidit magno. ſicut Hor. adiecit mugiētiū. Aut in reducta valle mugiētium proſpectat errantes greges. Quaſi Grex generalius nomē ſit: armentum ſpecialius. Et illud ſine appoſito de pecoribus minutis intelligatur: cū appoſito poſſit etiā ad maiora transferri. Cice. Fudit apothecas: cecidit greges armētorū. Col. li. j. Nec abſint greges armentorū cæterorūq; quadrupedum culta & dumeta paſcentiū. Dicitur & grex de auibus. Auguſt. lib. xij. ciui. dei. Alias vero greges inſtituerit quæ congregatæ atq; in gregibus malint viuere: vt ſunt columbæ: ſturni: cerui: damulæ: & cætera huiuſmodi. Etiā bonorū vel malorū hoim dicitur Grex. Cic. In his bonis gregibꝰ oēs aleatores oēs impuri impudiciq; verſantur. Et eſt tam fœ. quā maſ. generis.

¶ Gregarius. ex grege vulgaris. Vnde Gregarius miles dicitur nō electus ſed tumultuarie vndecūq; collectꝰ. Salu. Deinde multi memores Syllanæ victorię ꝙ ex gregarijs militibꝰ alios ſænatores videbāt alios ita diuites vt regio victu atq; cultu vitā agerēt. Col. lib. vij. Gregariorūq; paſtorū velut minutā ꝓfeſſiōis ſuę diſciplinā conſtantiſſime repudiaſſe.

¶ Grego. as. de quo Priſ. Sunt & aliæ deriuationes diuerſas terminatiōes habētes tam a nominibus q̃ a verbis naſcentium verborū. vt a Græco Græciſſo & græcor. a Grege Grego. a Philoſopho philoſophor. Huius tamē compoſita magis in vſu ſunt vt abgrego qđ eſt deduco. Aggrego. aſſocio. adiungo. Lactā. lib. iiij. ſi nobis credendū eſſe nō putant. credant homero qui ſummū illum iouē dęmonibus aggregauit. Cōgrego. Idem in eodē. Aliūq; ſibi populū fideliorē ex alienigenis congregaret. Segrego ſeorſum pono diuido. Feſtus. ſegregare eſt ex pluribus gregibus partes ſeducere. Et hæc omnia habent penul. cor.

¶ Gregalis. & hoc gregale qđ in grege viuit. Var. li. ij. de re ruſ. Equi boni futuri ſigna ſunt ſi cū gregalibꝰ in pabulo cōtēdit in currēdo alia ve qua re quo potior ſit.

¶ Gregatim ꝑ diuerſos greges. Varr. Merula ꝙ mera id eſt ſola volitet. Cōtra ab eo graculi ꝙ gregatim.

¶ Greſſus a. um. participiū a gradior. Greſſus us. inceſſus ambulatio: vt greſſus meos dirige.

¶ Greſſibile quod eſt aptum ad gradiendum: vt homo eſt greſſibilis.

¶ Greſſutus a. um. pe. p. idem qđ greſſibile nō qđ magnos habet pedes: vt quidā autumāt. Nā Aug. in dialec. ſic ſcribit. Socrates & homo eſt & greſſutum.

¶ Greſſus. a. um. nomē eſt quantitatē ſignificans. Cuius diminutiuum eſt greſſulus.

¶ Groſſi tantum pluraliter dicūtur ficus anteq̃ matureſcāt. Alij dicūt groſſos eſſe ficus qui nō matureſcūt. Primitiuę ficus quę pręcoces ſeu pręcoques & a neoterncia Flores appellantur: apud gręcos ꝓdromos vocant. Col. libr. iij. Si voles ficū q̃uis natura ſeram facere cū groſſuli minuti erunt fructum decutito.

¶ Groſſipion ſiue xylon ſeu groſſapinꝰ frutex eſt ex ſuperiori parte ægypti quæ in arabiam vergitur allatꝰ: nunc etiā in quibuſdā locis italiæ naſcens. ex quo lina fiunt quæ goſſipina ſiue xylina ſeu goſſapina dicuntur: paruulus eſt: ſimileq; barbaræ nuci defert fructum plenum lanugine nec vllum genus lini in candore mollitia ve ꝑfertur huic. iuriſconſulti inter lanas potius cōnumerant: dicūtq; lanam lineam a gręcis appellari. Ex his fiunt veſtes candidiſſimæ ac ſubtiliſſimæ quę vulgo bōbicinæ dicuntur: cum xylinæ ſeu groſſipinæ groſſirupinæ ve appellari debeant. Quidam huiuſmodi linum cotonū vocāt. frutices id ferētes quibuſdā in locis folia habēt vitiō ſimilia niſi ꝙ minora ſunt ferūtq; cotonei mali ſimilitudinē & cucurbitas quę maturitate ruptę lanuginis pilas emittunt.

¶ Grues aues minime ſoliuagę quæ non ſe ſegregant ſiue cū volant: ſiue paſcuntur. Et a ſono vocis dictæ. Excubias nocte diuidunt: capite ſubter alam condito dormiunt alternis pedibus inſiſtētes. Volātes autem ordine quodā y literam faciunt id quod Palamedem depreendiſſe legimus. Hiero. ad Ruſticū. Grues vnam ſequuntur ordine litterato. Mar. Turbabis verſus nec littera tota manebit. Vnam ꝑdideris ſi Palamedis auem. De natura huius auis Amb. lib. Hexa. ſic habet. Grues iniuſſi & volūtario vſu in nocte ſollicitam exercent cuſtodiam diſpoſitos vigiles ſeruant & cæteris conſortibus generis quieſcentibus alię circumeunt & explorant ne qua ex parte inſidiæ tententur: atq; deferunt impigrā ſuo vigore tutelam: poſt vbi vigiliarum fuerit tempus impletū ꝑfuncta munere in ſomnū ſe ꝑmiſſo clangore cōponit vt excitet dormiētē cui vicē muneris traditura eſt. At illa volās ſuſcipit ſortē nec vſu noſtro inuita & pigrior ſomno renunciat ſed impigre ſuis excutitur e ſtratis: vicē exequitur & quā accepit grām pari cuſtodia atq; officio repręſentat. Ideo nulla diſcretio quia

deuotio naturalis id ē tuta cuſtodia qa volūtas libera. Hūc etiā volātes ordinē ſeruāt. Hac moderatiōe oēm laborē alleuiāt vt p vices fungant̄ ductus ſui munere. Pręcedit eñ vna & ꝑcurrit cęteris: deinde cōuertit̄ & ſe quēti ſortem ducendi agminis cedit.

¶ Gruo is. grui. Feſt⁹. Gruere dicunt̄ grues vt Sues grūnire. Hinc cōgruo ꝓ cōuenio cōcordo. Ter. i heau. Cōcede hinc domū ne nos cōgruere ſentiant. i. concordare. Hinc congruū: & Ingruo is. de quo alibi.

¶ Grumus terrę collectio: minor tumulo. Apud Col. dicit̄ cliuulus. Vnde lib. ij. ait. Grumos quos ad verſuram plerū〈que〉 tractę crates faciunt: deſpicim⁹ ita necubi ferramentū fœniſecis poſſit offendere. Cuius diminutiuum eſt grumulus. Ply. lib. xix. Quidam & aliū vlpicum in plano ſeri vetant: caſtellatim〈que〉 grumulis imponi diſtātibus inter ſe pedes ternos.

¶ Grūma mæ. mēſura quędā qua fixa viæ ad lineā dirigunt̄: vt ē agrimēſorū & ſimiliū Hinc degrumor aris. ꝓ dirigo. Luci. Viā〈que〉 degrumabis vt in caſtris mēſor facis olim. Et Exgrumor Vnde exgrumantes apud Varronem legit̄ li. iij. de re ruſ. qđ eſt de mēſura & recta via excedentes vel grumos eruentes.

¶ Grumę dicunt̄ loca media inter q̄ directe quattuor conueniunt viæ.

¶ Grūnio is. grūniui & grūnij itum. ꝓprium eſt vocis porcorum. Cice. lib. v. Tuſc. Aut grūnit cum mactat̄ ſus. Iuue. Et cum remigibus grūniſſe elpenora porcis Hinc grunnitus tua.

¶ Grundire veteres dicebant qđ nos grūnire dicimus Claud. lib. annaliū. xv. Grundibat grauiter pecus ſuillum. Hinc grūdules lares dictos accepimus quos Romulus conſtituiſſe dicit̄ in honorem ſcrophæ q̄. xxx. pepererat porcos. Caſſius hemina. Sus parit porcos triginta cuius rei fanū fecerūt. Laribus grundulibus.

¶ Gryllus animal eſt magnitudine cicadæ corpore longiore gen⁹ eſt locuſtæ. vndi〈que〉 per orbem terrarum pernicies agris ꝑter q̄ in parthia. Parthi gryllos comedunt: vt teſtat̄ Hier. contra Ioui Dictus gryllus a ſono vocis. Suidas γρύλλοσ ξενοφῶντοσ τοῦ σωκρατικοῦ υἱόσ γρύλλοσ καὶ Διόδωροσ καὶ γρύλλοσ ὁ χοῖροσ. ⁎ Id ē gryllus Xenophontis Socratici filius & gryllus Diodorus & gryllus porcus. Huic magnam auctoritatem phibent Nigidius magi〈que〉. ꝙ retro ambulet: terrā terebret: noctibus ſtridat.

⁎ Gryneus nomen vnius ex centauris. Cc.

⁎ Grynea vrbs ætolię in confinib⁹ Ionię inde grynęus a um vt grynęus Apollo & grynęum nemus. Cc.

¶ Grypes qui & gryphones aialia pennata & quadrupedia: omni ex parte leones ſunt: alis & facie aquilis ſimiles equis vehemēter infeſtę. Naſcūtur in hypboreis montib⁹. Et poteſt declinari grypes is. Et grypa & grypus. Hiero. in Leui. Aquilam & grypum. Gryphi verò vt Gellius inquit ænigmata ſunt Gryphon eñ græci inſolubile dicunt.

¶ Gryphis græcis dicunt̄ nare curui. Quo noīe dict⁹ eſt filius Demetrij vt auctor eſt Iuſtinus.

¶ Gryppos dicit̄ ſermo iplicitus. Gel. Alios〈que〉 id genus gryppos neminē poſſe dicēs niſi ſe diſſoluere.

¶ Grypus p ſimplex p naſus adūcus gibbus ſeu aquilinus a gryphis ſimilitudine deductum nomē. Græci γρύπεσ. nos gryphes dicimus.

G. ante V.

¶ Gula anterior pars colli qua cibus at〈que〉 potus deuoratur. Nam collū tam ceruicē poſteriorē: q̄ gulam anteriorē habet. Et gula cū oſſib⁹ intelligit̄. Sal. Laqueo gulā fregere. Aliqñ accipit̄. Gula ꝓ gulæ vitio. Iuue. Dū gula ſæuit. Hinc fiunt guloſus a. ū. qđ eſt deditus gulę vitio. Degulo as. de quo alibi. Et ingluuies.

¶ Guliocę nucum iuglandium ſumma & viridātia putamina.

¶ Gūmi & gūmia genere fœ. Col. Noſtrorū temporū agricolæ exiſtimarūt noua dolia liquida gūmi pluere. Idem. Multi cum ſemel noua dolia vel ſerias craſſa gūmi liuerunt vna in ppetuum gūmitione contenti ſunt. Vnde gūmitio. Col. li. vltimo. Quam gręci κομμῶσιν. Eſt autem gūmi lachryma arborū quę eſt quaſi gutta. Hinc gūmatæ arbores dicunt̄ quæ gūmi producunt. Palladius. In ceraſis hoc ſeruandū eſt & in omnib⁹ gūmatis: vt tunc inſerantur quādo his vel non eſt vel nō deſinit gūmen effluere

⁎ Gummimū oleū ex gūmi factum. Cc.

¶ Gurges itis. locus in flumine ꝓfundus in quo aqua vertitur. Et omnis aquarū congeries dicitur gurges: licet quādo〈que〉 per tapinoſim ponatur ꝓ mari. Virg. Nantes in gurgite vaſto.

¶ Gurgito as. pe. cor. deuoro impleo. Hinc fiunt cōpoſita Egurgito as. & Ingurgito as.

¶ Gurgulio proprie pars gutturis a narib⁹ ad pulmonē conſtans cartilagine & carne per quā ſpiritus meat ac remeat. Et hæc ſpiritalis fiſtula dicitur. Rurſus gurgulio vermis quidā qui in horreis naſcens frumētum abſumit: ſic dictus ꝙ totus ſit guttur. Vir. Populat ingentem farris aceruū. Gurgulum.

¶ Gurguſtiū & diminutiuū gurguſtiolū genus habitationis anguſtū a gurgulione verme ſic dictū. Seru⁹ docet Gurguſtiū eſſe obſcurā & latentē tabernā. Ci. in Piſonē. Neſcio quo e gurguſtio te prodis. Amb. lib. Hexa. Nonne quo ſplēdidior foris ſpecies loci eius effulgeat: hoc horrendis deſup cœnæ gurguſtiū eius intus obſcurius fit. Apul. Ergo breuitatē gurguſtioli noſtri ne ſpernas peto: ſis cōtentus late patuulo.

¶ Guſtus us. Vnus ex quin〈que〉 ſenſibus corporis.

¶ Guſto as. quid ſignificet declarat̄ ex pſalmo cū dicitur. Guſtate & videte qm̄ ſuauis eſt dñs. Lact. lib. ij. Id autē pręceptū fuit vt ex arbore vna q̄ fuerat in medio paradiſi nō guſtaret. Hinc. Guſtat⁹. tus. Cice. in Cato. A qua orterra vna ſe oſtēdit q̄ & ſucco terrę & calore ſolis augeſcens primo eſt peracerba guſtatu. Hui⁹ cōpoſita ſunt. Deguſto qđ eſt multū bene guſto. Sal. Inde cū poſt execrationē omnes deguſtaſſent: ſicut in ſacris ſolēnibus fieri cōſueuit aperuiſſe conſiliū ſuum. Prægusto ante guſto. Hieron. in Exo. Carnem quæ beſtijs fuerit pręguſtata non comedetis.

¶ Guttus poculi gen⁹ quo in ſacrificijs vtebant̄. Ply. lib. xvj. Curi⁹ iurauit ſe ex ꝑda nihil attigiſſe: ꝑter guttū phaginū quo ſacrificaret. Vel i qđ oleū mittit̄. dict⁹ ꝙ guttā mittat. Nā eo vſi ſunt Romani in balneis ad vngēda eo〈rum〉 corpora poſt lauationē. Gel. Puerū iubet Taurus oleū in ollā indere. Erat is puer genere atticus feſtiuiſſim⁹ ętatis & gētis argutijs ſcatens guttū ſamiū ore tenus imprudēs inanē tan〈quam〉 ineſſet oleū aff. rt: conuertit〈que〉 eū: & vt ſolutū eſt circūegit p oēm partem ollæ manu nullū inde ibat oleū. Poteſt etiā dici vas in quo odorifera vnguēta ſeruant̄: ꝙ inde guttatim ſumant̄. Serenus pro vaſe vinario ſumpſit cū ait Siue meri guttus ſeu frigoris efficit aura. Var. de origi. Vt vinū minutatim funderet a guttis guttū appellarūt. Huius dimi. eſt guttulus. Plau. Vt guttulā hauriret ex guttulo.

¶ Gutta minima pars aquę vel alterius materię liquidæ hoc eſt ſtilla. Cuius dimi. eſt guttula.

¶ Guttatim per ſingulas guttas. Plaut. Aedepol cor miſerum meum quidem guttatim cōtabeſcit quaſi in

aquam indideris ſalem.
¶ Gutturnium: vas ex quo aqua guttatim in man⁹ datur: ab eo ꝙ propter anguſtias guttatim fluat.
¶ Guttur: accipiẽ pro ea parte quæ eſt a faucibus ad iugulũ: ſiue exterior ſiue interior ſit. Vnde Plyn. Guttur hominũ tantũ & ſuibus intumeſcit aquarũ quæ potantur plerũq; vino. Virg. in Geor. Et lętę pecudes & ouãtes gutture corui. Plaut. in Aul. maſcu. genere poſuit pro ano cũ inquit. Etiam ne obturat inferiorem gutturẽ ne quid animę emittat dormiens.
¶ Gutturoſi dicunẽ quorũ guttur tanq̃ ſpongia quædam intumeſcit. ita vt hoc malum nõ morbus ſed vitium ſit. Vlp. de ędilitio edicto. Si quis natura gutturoſus ſit: aut oculoa eminentea habeat.

G. ante Y.

⁎Gygemorua mõticulus eſt nõ lõge a Theſſalia. Cc.
¶ Gyges nomen viri proprium qui coeli & terræ filius fingitur. Alius fuit Lydię rex. Quo etiam nomine dictus eſt Lydię fluuius.
¶ Gygæus cũ æ diphth. lacus lydiæ. Proper. Lydia gygęo tincta puella lacu.
¶ Gymnos latine nudus dicitur. Inde fiunt Gymneſia & Aphroſiades inſulæ in mari illyrico: quas baleares vocant.
¶ Gymnaſtes: p̃ceptor exercitiorũ pueros exercens.
¶ Gymnaſiũ exercitium. Vnde & ponitur pro loco in quo palæſtritæ exercebantur nudi & oleo vncti. Nam γυμνὸς latine nudum ſignificat. Vel dicitur gymnaſium a γυμνάζω exerceo. Vnde gymnaſtica appellatur diſciplina exercitationis. Ariſto. lib. vij. politi. monet adoleſcentes gymnaſticę tradendos eſſe vt ita fiant exercitatiores firmioreſq;. Verũ poſtea gymnaſium pro ludo litterario: & pro omni loco in quo fiat aliquod genus exercitationis ſumi cœpit: cum philoſophi gymnaſia tenuerint & in illis diſputauerint: quę & ſcholæ & diatribę vocitatæ ſunt. Vnde apud rhetores prægymnaſmata p̃exercitamenta dicunẽ id eſt exercitationes quędam in dicẽdo: anteq̃ ad veras actiones deſcẽdant Aphthoni⁹ i rhetoricis. σὺν θεῷ ἀρχὴ τοῦ ῥήτορος προγυμνάσματα. ⁎Id eſt Cum deo principium Aphthonij rhetoris pręexercitamenta.
¶ Gymnaſtica ars ſeu doctrina qua pueri exercentur. Vñ Ariſt. p̃cipit li. viij. poli. adoleſcẽtes gymnaſticę & pedotribicę eẽ tradẽdos. Pla. li. vij. de legi. Gymnaſticæ noie exercitationes oẽs bellicas cõtineri docet: eãq; diuidit in ſaltationẽ & luctationem.
¶ Gymnaſiarches: gymnaſij ſiue exercitationis princeps: & ludi magiſter.
¶ Gymnoſophiſtę nudi ſapientes philoſophi indorũ ſic dicti ꝙ nudi incederent. Nam σοφιστὴς ſapiens dicitur. Auguſt. lib. xiiij. ciui. dei. Cũ quidam nudi philoſophentur vnde gymnoſophiſtę nominãtur. Et li. xv. Indorum gymnoſophiſtę qui nudi perhibenẽ philoſophari in ſolitudinibus Indię a generando ſe cohibent. Hiero. contra Ioui. Apud gymnoſophiſtas indiæ quaſi per manus huius opinionis auctoritas tradiẽ ꝙ Buddam pricipem dogmatis eorum e latere ſuo virgo generarit. Hi ab exortu ad occaſum pẽrſtare dicũtur ſolem contuentes immobilib⁹ oculis feruentib⁹ harenis toto die alternis pedibus inſiſtentes. Hi frigora niuiũ & ęſtus flammę citra dolorẽ perferũt. Ferẽ Alexandrũ macedonẽ ad eos acceſſiſſe dixiſſeq; petite quodcũq; vultis. Qui reſpõderũt da nobis immortalitatẽ quam prę cæteris optam⁹. Quibus ille ait. Cũ ego ſim mortalis immortalitatẽ nemini præſtare poſſum. Si ergo moriũt mortalẽ te eſſe cognoſcis: cur nõ cõtẽtus patrijs ſedibus oĩbus infeſt⁹ totũ orbẽ ſubijcere conatus. Suidas. γυμνοσοφισταὶ παρὰ βαβυλωνίοις φιλόσοφοι καὶ παρὰ ἀσσυρίοις. ⁎Id eſt Gymnoſophiſtę apud Babylonios & Aſſyrios philoſophi.
¶ Gymnici ludi dicti ſunt quia in his ſe nudi atq; vncti exercebãt in athleticis & palaſtricis certaminibus. Nero edidit certamen gymnicum.
¶ Gyne γυνὴ apud græcos & mulieres & vxores ſignificat.
¶ Gynœcium: locus ſecretior in ædibus vbi ſolę mulieres habitãt: q & gręce γυναικεῖον a mulierib⁹ quas gręci γυναῖκας vocant. Plau. in Muſ. Dare vult vxorẽ filio quãtũ poteſt ad eã rem facere volt nouũ gynœciũ. Dicitur & hęc gynœcõitis ni ſyllaba pro. mulierũ vt ita dicã ſenatulus & in domo pars vt apud Victu. Probus Aemylius. Nec ſedet niſi interiore parte ædium q̃ gynœconitis diciẽ ἀπὸ τοῦ οἰκέω habito. Vñ οἶκος diciẽ dom⁹ a quo œconom⁹ adminiſtrator rei familiaris: & œconomica q̃ ad rem domeſticã pertinent. Oeconomia adminiſtratio. Oeconomo villicor. Andronitis vero loc⁹ vbi viri frequenter in domo ſunt.
⁎Gynechãtis nigra vitis quã qdã apromã vocãt. Cc.
¶ Gypſus: genus cretæ q̃ facile cõglutinatur & indureſcit quo tectoria parietib⁹ inducũtur: & facile formãtur ſigna. Vnde & pro ipõ ſigno quãdoq; poniẽ. Iuue. Qᷓ q̃ plena oĩa gypſo Chryſippi inuenias. Multis in locis ex lapide coquiẽ alibi e terra fodiẽ vt in cypro. Hinc formanẽ gypſeus a. um. qđ ex gypſo eſt. Gypſatus a. um. qđ eſt gypſo inſectũ vel gypſo tectum.
¶ Gypſo as. gypſo inficio ſeu tego. Tibul. Nota loquor regnũ ipſe tener quẽ ſæpe coegit Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Et gypſare eſt gypſo obturare. Col. Cũ deinde modicæ aruerunt in vaſa noua ſine pice operculata & gypſata ſicco loco reponito. Rurſus gypſare eſt medicamtib⁹ perfundere. Vñ Cice. Trebatio ſcribit Medeam gypſatis manibus fuiſſe.
¶ Gyrus latine circulus vel ambitus dici poteſt.
¶ Gyro as. circũdo. Vñ regyro pe. p. quod eſt retro gyro. Var. Quidã quæ nõ ſolũ a laterib⁹ per feneſtras ſed etiã ſubtus a ſolo ventus regyrare poſſit.
¶ Gyttheum: oppidũ qđ Hercules & Apollo depoſitis eo loci ſimultatibus cõmuni opere condiderũt. De hoc Liui. in Mace. bello. Gyrtheũ inquit omniũ maritimarum rerum Lacedemonijs receptaculũ. Hinc Gyttheates dicti ſunt in eo habitantes.

H NON põt eẽ finalis in ſyllaba p̃ter ah & vah interiectiones: ſed p apocopẽ dicta ſunt: cum cõpleta ſint: aha & vaha. vel q a abſcõdita voce ſolẽt premi interiectiões. Iungiẽ autẽ vocalibus omnib⁹ & quattuor conſonantibus ſcilicet C. vt Chremes. P vt Philippus. R vt Pyrrhus. T. vt Thraſo: & hoc vt valẽtius ſonet dictio.

H ante A.

¶ Habeo es. ui. itũ. in vſitationi ſignificatione. Plau. in Aul. Virginẽ habeo grãdẽ: dote caſſam atq; illocabilẽ. Et hæc eius ꝑpria ſignificatio qđ gręci dicũt ἔχειν. per tranſlationẽ poniẽ habere ꝓ tenere. Sal. Tale periculũ

reipub. haud occultũ habuit. Pro facere. Idẽ. Igitur co
mitijs habitis cõſules declarant. M. Tullius &. C. An-
tonius. Pro Tolerare. Idem. Neq; cuiq̃ mortaliũ iniu-
riæ ſuæ paruæ videntur: multi eas grauius æquo habue
re. Pro poſſidere tenere occupare. Ter. in An. At mihi
vnus ſcrupulus etiã reſtat qui me habet male. Sallu. in
Iugur. Animus incorruptus æternus rector humani
generis agit atq; habet cuncta nec ipſe habet. Vir. Ho-
ſtis habet muros. Pro Credere Exiſtimare. Ter. in An.
Semper ei⁹ dicta atq; habita eſt ſoror. Pro dicere. Sal.
Lareſum hiſpaniæ ciuitatẽ quã nunc tyrij mutato no-
mine Gradirim habent. Pro habitare. Plau. in Tri. Hæ
ſunt ædes: hic habet. Sallu. Credo falſa exiſtimans ea
quę de inferis memorantur diuerſo itinere malos a bo
nis loca tetra occulta fœda atq; formidoloſa habere.
Pro intelligere. Quod enim tenemus corpore: habe-
mus quoq; item animo. Teren. in Heau. Habet omnẽ
rem: pergã quo cœpi hoc iter. Solet in hac ſignificatio
ne in extremo materiæ eleganter poni. Cic. Hęc habui
de amicitia quę dicerem. Pro accipere. Terẽ. in Eu. Hic
pro illo tibi munere honos eſt habitus ab eo. Pro Sci-
re. Sal. Prorſus neq; dicere neq; facere quicq̃ penſi ha-
bebat. Pro Deludere decipere. Plaut. in Am. Is adue-
nientis ſeruum ac dominũ fruſtra habet. Pro tractare.
Teren. in Hecyra. Nunq̃ ſecus habui illam: ac ſi ex me
nata eſſet. Pro valere & incolumem eſſe in tertia perſo
na quãdoq; ſine ſuppoſito. vt bene ſeu male habet. i.
bene vel male ſe res habet. hoc eſt bene ſeu male res ſe
ſuſtentãt: male ſe habet hoc eſt ægrotat: aut bñ vel ma
le procedit res. Lactã. libro ſeptimo. Bene habet iacta
ſunt fundamẽta vt ait eximius orator. Liui. libro octa
uo. Bene habet inquit quirites i vicit diſciplina milita
ris. Res male habet me. i. male ſollicitat afficit. Si res
ita ſeſe haberẽt quo modo ſe & rẽpubli. habuerint id eſt
gubernauerint & geſſerint. Male vel bene a te habitus
ſum id eſt acceptus ſiue tractatus ſum. Cice. Tullia no
ſtra valet. Terentia min⁹ belle habuit: id eſt minus be-
ne valuit. Item habet per ſe poſitum ſignificat percuſ
ſus eſt: vt Donatus inquit. Et proprie de gladiatorib⁹
dicitur ꝙ prius alij videant q̃ illi ſentiant ſe pcuſſos eẽ.
Teren. in Andria. Certe captus eſt: habet. Idẽ in diuer-
ſis locis idẽ verbũ varie accepit. Vñ Orationẽ habuit
huiuſmodi. id eſt ſic elocutus eſt. Sat habeo id eſt ſuffi
cit. Nũquid habes qđ cõtemnas? id eſt nũquid inueni-
ſti. Quãdoq; habere eſt ſeruare detinere. vt eſt illđ Sal
luſtij. In cuſtodijs haberent. Quãdoq; prębere exhibe
re: vt apud eundẽ in Ciceronẽ. Ita largitionibus corru
ptus eſt: vt ſeſe ac fortunas ſuas vęnales habeat. Quã
doq; Debere: vt cum dicimus habeo tibi grãm. Habe-
re iter eſt proficiſci. Habere verba eſt loqui. Habere fi
dem verbis eſt credere. Teren. in Andria. Nam prope
modũ habeo tibi iam fidẽ. Et in Heauton. Seni noſtro
fidei nihil habeo. Habere ratiõem ſalutis: honoris: rei
familiaris: eſt habere reſpectũ. Sed ſi cum ablatiuo cõ
ſtruatur mediante cum vt habet rationẽ cum terra idẽ
eſt ac ſi diceretur habet negocium & cõmercium. Cice.
in Cato. Rem habet cum terra quæ nunq̃ recuſat impe
rium. Idem in Tuſc. Quis eſt hominũ qui modo cum
muſis id eſt cũ humanitate & doctrina habet aliqđ cõ-
mercium: qui ſe nõ hũc mathematicum malit q̃ illum
tyrãnum. Et ad Atticum. Cum oibus muſis rationem
habere cogito. Habere rem eſt coire. Habere rem cũ ad
uerſario eſt litigare. Habeo cõuenire: habeo polliceri.
Habeo audire. Pro cõueniendũ eſt mihi: pollicẽdum: &
audiẽdũ. Cicero Lentu. Tantũ habeo polliceri. Idem
in Cato. Neq; eos ſolũ cõuenire habeo quos vidi: ſed
etiã quos audiui & legi. Et libro de ora. Audire habeo
qđ hic ſentiat. Quidã tñ nõ contẽnẽdæ auctoritatis in-
terp̃tant Habeo polliceri. i. debeo ſiue poſſũ polliceri.
Habeo cõuenire audire. i. decreui ſiue credo cõuenire
audire. Aſpirat hoc verbũ vt differat ab Abeo abis cũ
ſuis cõpoſitis in quib⁹ a verſa eſt in i niſi in dehabeo: &
poſthabeo. Huius verbi cõpoſita ſunt Adhibeo Cohi
beo Dehabeo Exhibeo Inhibeo Præbeo Prohibeo
Perhibeo Poſthabeo & Redhibeo de qbus locis ſuis.
¶ Habitus qualitas & forma corporis & cuiuſcũq; rei.
Plau. Qualis habitus oris? Columel. lib. j. Vineę nõ ſic
altos & lacertoſos exigunt. Nã ia habit⁹ foſſuris magis
aptus. Virg. lib. j. Geor. Cultuſq; habituſq; locorũ. Ac
cipitur etiã pro cultu corporis & veſtimẽto. Vnde habi
tus ſcænicus: habit⁹ militaris: Habitus religioſus dicit
Plau. Quis habitus iſte tam plixus? Ply. Quid ad nos
lugubri habitu venerat & capillatior ſolito. Et habitus
eſt qui fit ex frequẽtatis actib⁹ & a philoſophis diffinit
ꝙ ſit alicuius rei ſiue in animo ſiue in corpore a natura
concepta ſed vſu corroborata & plena perfectio.
¶ Habitior apud veteres ſumitur pro pinguiori.
¶ Habitudo ipſe corporis habitus. Cice. lib. iiij. ad hę-
ren. nam vt corporis bonam habitudinẽ tumor imita-
tur ſæpe: ita grauis oratio ſæpe imperitis videatur ea
quæ turget & inflata eſt.
¶ Habentia ab habeo ſicut a ſapio ſapientia ſignificat
tp̃m habere & diuitem eſſe. Aenin. Verebat enĩ ne ani-
mos eorum inflaret habentia.
¶ Habilis. pro viribus aptus. Virgil. Nãq; humeris de
more habilem ſuſpenderat arcũ Venatrix. huius cõtra-
rium eſt inhabilis ineptus debilis infirm⁹ quaſi parum
habilis hoc eſt malę habitudinis. Habilitas aptitudo.
¶ Habena. penul. p. retinaculum equi: ꝙ ea equus ha-
beatur. i. retineatur.
¶ Habito. as. pen. cor. De quo Ser. Habitare accuſati
uo iungitur. Atq; humiles habitare caſas. quia habeo
domũ dicimus: vnde eſt habito frequentatiuũ quod
eſt etiam frequenter habeo. Varr. hoc modo antiquos
ſecundis rebus comas habitaſſe. Cuius paſſiuum i ter-
tia perſona protulit Virg. lib. iij. Effuge cũcta malis ha
bitantur mœnia Graijs. Hinc habitaculum habitatio.
Cohabito. Adhabito. Inhabito.
¶ Habraam nomen viri p̃prium apud hebręos.
¶ Habronichus nomẽ viri p̃prium: & eſt græcum.
¶ Hactenus. pe. cor. ex hac aduerbio: & tenus compo
ſitum. hac fine. ſiue hucuſq;: quaſi vſq; ad finem. ſicut
Quatenus. Aliquãdo ſignificat Intantum ſiue adeo.
Sueto. in Nero. Cœnæ quoq; tẽpore interpellatus tu-
multuoſioribus litteris hactenus excãduit: vt malũ ijs
qui deſciſſent minaretur. Cice. Domũ ſuam cum abſo
lutam dedicaret hactenus comprobauit.
⁎ Hadrobalum gummi genus in ſacris vino p̃fundi-
tur: vt ſit odoratus. Naſcitur in Media hoc quidã per-
acticum vocant. Cc.
¶ Hadrys græce. latine carens arboribus dicitur. Ha-
droa vero Huber.
¶ Hadrianus nomẽ propriũ imperatoris Romani.
¶ Hadria maſcu. generis pro ſinu maris: ſeu pro ipſo
mari hadriatico. Luc. lib. v. Sonat ionio vagus hadria
ponto. Genere fœ. pro oppido prope Ferrariam nũc
demerſo ad xxxv. lapidem: Atri dicitur vulgo: quę ha
driatico mari nomen indidit. A quo fiunt hadrianus.
a. um. hadriacus. a. um. hadriaticus. a. um. & hadrien-
ſis. Fuit hadria Romanorũ colonia arduo in colle ſita.
Ex qua Hadrianus imperator origınẽ duxit qui in om
ni doctrinæ genere præſtantiſſimus fuit. Sunt tamen
qui hoc nomen non aſpirent.
¶ Hæbudes. penulti. pd. inſulæ ſunt. Solinus. A calis

doniꝗ promontorio Thylem petentibus bidui nauigatio. inde excipiunt Hębudes quinq; numero. Et paulopoſt. Secundam a cõtinenti ſtationem Orcades præbent quæ ab hębudibus porro ſunt ſeptem dierum noctiumq; totidem curſu.

¶Hæc plurali numero in genere neutro. et fœ. dicitur. Veteribus enim mos fuit vt neutra fœmininia iungerentur. Teren. in eu. Hæc adornãt vt lauent. cum de ancillis tardis loqueretur. Et ſi componatur cum ad ſignificat pręterea. Sal. Cognoueram paruis copijs bella geſta cum opulentis regib⁹: adhęc ſcientia belli gallos ante romanos fuiſſe.

¶Hædui populi Auernis finitimi trans ararim habitãtantes inter burgũdos nominati.

¶Hædus. cum diph. vt ab edo. differat. dictus quaſi fœdus lingua ſabina vbi f in aſpirationẽ vertitur. animal ex capra genitum. Virgi. Sic canibus catulos ſimiles: ſic matribus hædos norã. vel ἀπὸ τῶν διδύμων. id eſt a teſticulis. Theocri. ideo cum æ. in pri. Alijs cum e. Manil. lib. iiij. Incipient eduli tremulũ producere mentum. Hinc fiunt diminutiua. Hædulus hædillus & hędiculus. Plau. in aſi. Hagnellum me tuum dic eſſe hædillum. Iuue. Et tyburtino veniet pinguiſſimus agro hędulus. Hędinus. a. um. nomẽ poſſeſſiuum. vt caro hędina. ſicut ab Hagno. hagninus.

¶Hędilia. ſunt hędorum ſtabula. qua ratione etiam dicuntur Caprilia ouilia porcilia equilia & his ſimilia: ꝙ in his ea animalia cõtineantur.

¶Hedera. penul. cor. ſemper virens per ſe ſtare nõ poteſt. hęret ergo arboribus hęret & muris quos ſæpicule rumpit. quã Theophraſtus omniũ maxime viuacem ſcribit. Huius tres ſunt ſpecies. nigra: cãdida: & quę helix vocatur. Dicta hedera ꝙ hęreat ſemper & ſequatur quicquid proximum eſt: q̃uis per diphthongum non ſcribatur. Virgilius. Atq; hãc ſine tempora circum Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros. Quidam ab Edo deducunt ꝙ parietes edat atq; conſumat: vel ꝙ edita id eſt alta petat & ſic ſine aſpiratio. ſcribitur. Huius racemus corymbus dicitur. Hinc hederace⁹. a. um. vt corona hederacea.

⁜Hederacius quod ex hedera eſt. Cc.

¶Hæluolę vuæ inſignes ſunt colore inter purpureas nigraſq; medio ſæpius variante. ob id Varianæ appellatæ ſeu varię.

¶Hæmatites. penultima ꝑducta. genus lapidis rubo ris ſanguinei.

⁜Hęmachates lapis ſanguinei coloris. Cc.

¶Hæmus. mons Thraciæ. ſic dictus ab hęmo Boreæ & orithyię filio. Callimachus. ὁππότε καὶ Αἵμοιο κατ' ἠπείροιο θέουσι μοσσύνοισι κορυφῇσιν ἐπὶ Θρηϊκίοις ἀκίμου. ⁜Id eſt Solũ quidẽ cõtinentis ventus alti verticis in thracio hęmo.

¶Hæmonia regio quæ poſtea dicta eſt Theſſalia.

¶Hæmorrhois latine ſanguinaria dicitur αἷμα ſanguis ῥοὸς fluor ſerpentis gen⁹ peſtiferum: a fluxu ſanguinis. Hor⁹ eñ morſu ſanguis omnis e corpore fluit: nec ſiſti poteſt. Luc. Impreſſit dẽtes hæmorrhois aſpera Tullo. Dicitur etiam hęmorrhois. Ply. Multũ ſerpẽtibus aduerſatur maxime hæmorrhoię & ſalamandrę. Hęmorrhois etiam genus morbi quod intra ſedẽ naſcitur immaturi mori ſpecie interim ſine tuberculo ſciſſuras habet vnde ſanguis effluit: interim leuis rubenſq; tumor eſt: nec ſanguinem remittens: propter quod hęmorrhois cęca dicitur.

¶Hæreo es. ſi. ſum. Vnde hæſito. as. Scribitur cum h ad differentiam huius nominis ęs æris. quod in ablatiuo facit ære ſine h. & huius nominis herus. quod in vocatiuo facit here ſine diphthõ. Eſt autẽ hærere proprie arcte rei inſidere. Virgilius. Hærent parietibus ſcalę. Et vox faucibus hæſit. Quoniam vero qui in aliqua re dubitant: non mouẽtur: ideoq; hærere ac ſuſpenſi eſſe videntur ponitur quandoq; pro dubitare & ancipitem eſſe. Teren. in Eu. Hæreo quid faciam. Quandoq; ſignificat Figere. Vnde dicimus Hærere radices altius. Teren. in adel. Caue nunc oculos a meis oculis quoq̃ dimoueas tuos ne mora ſit ſi innuero iam quin pugn⁹ in malam continuo hæreat. i. figatur vel imprimatur. Qñq; ſimpliciter ſedere vel ſtare vel eſſe vt apud eũdẽ in hecy. In te hæret omnis culpa. Virgilius. lib. iiij. Multa viri virtus animo: multuſq; recurſat Gentis honos: hærent infixi pectore vultus. Huius verbi compoſita ſunt Adhæreo adhærens ſto approximo. Lactan. lib. v. Quib⁹ poſtea eiectis omnes qui reſanati fuerint adhærent religioni cuius potentiam ſenſerunt. Cohęreo ſimul hæreo coniũgor & conuenio. Lactan. libr. ij. Ea eñ quę eſt ſolis colore flagrantior proxima eſt & cohęret orienti. Hinc cohæreſco. Boe. ſup. lib. ij. top. Hęc talia ſunt: vt ſępius quidem adiunctis ſibi cohæreſcant. Inhęreo a quo inhęreſco: de quibus alibi. Superhęreo. Vnde de diuo Anaſtaſio ſcribitur. Demum bullam accipientes quę vinculis ſuperhęſerat imperatori ſecum deuexerunt.

¶Hæreſco hęrens fio. infigor. Liui. libro. ij. Vndiq; in vnum hoſtẽ tela conijciunt: quę cũ in obiecto ſcuto hęſiſſent neq; ille minus obſtinatus ingenti pontem obtineret gradu. i. infixa fuiſſent.

¶Hæſito as. pen. cor. frequentatiuũ: Teren. in Phor. In eodem luto hęſitas: verſuram ſolues. Hieron. Aut pariter i luto hęſitabim⁹: aut pariter expediemur. Pro dubitare accipitur illud apoſtolicum. Poſtulet in fide nihil hæſitans.

¶Hæres generis cõmunis ab hęreo: ꝙ qui hęres eſt hęret. hoc eſt ꝓximus eſt illi cui⁹ eſt hęres. Quidam tamẽ hoc nomẽ ab herus deriuãt: ꝙ dñs fiat bonorũ quæ ad eum ꝑuenerit. Sunt autẽ hęredes primi: & hęredes ſecũdi. Secũdus hęres dicit̃ qui hęredi inſtituto ſubſtituitur vt inquit Boetius in cõmẽ. top. puta ſi ille hęres nõ erit ille hęres eſto. Hinc bihęres qui bis factus eſt hęres. Cohęres qui ſimul hęres inſtitutus eſt. Exhæres qui extra hęreditatem eſt. i. qui hęreditate priuatus eſt. Eſt & Hęres nomen deæ: cui veteres poſt acceptam hæreditatẽ rem diuinam faciebant.

¶Hęreditas ſucceſſio eſt in vniuerſum ius qđ defunctus habebat tempore mortis vel qđ ſupereſt deducto ęre alieno. Et apud antiquos quidẽ diuidebatur in. xij. vncias: quæ aſſis nomine continetur.

¶Hæreditarius. a. um. quod ad hęreditatem pertinet. Hierony. in deutro. Vt habet populum hæreditarium. Hic bona hęreditaria & ſucceſſio hæreditaria apđ Ambro. legitur. Et morbos hæreditarios vocamus qui parentum vitio nobis obtingunt.

¶Hæredipeta penul. cor. qui blanditijs muneribus & alijs huiuſmodi artibus ſubornant morituros vt ab illis hęredes inſtituantur.

¶Hæredium paruũ ꝑdium qđ nobis ex hęreditate ꝓuenit. qđ Var. ſcribit. Duo iugera ꝙ a Romulo primũ diuiſa viritim hęreditatẽ ſeq̃rent̃ hæredũ appellarunt

¶Hærediolum cũ accentu in antep e. ſignificat paruũ prædiũ qđ nobis ex hæreditate ꝓuenit. Colu. in pręfa: Ex qua cincinatus obſeſſi conſulis: & exercitus liberator ab aratro vocatus ad dictaturam venerit ac rurſus faſcibus depoſitis: quos feſtinãtius victor reddiderat q̃ ſumpſerat imperator: ad eoſdẽ iuuẽcos & quattuor iugerum auitum hęrediolum redierit.

⁜Herennius ꝓprium nomẽ viri ab hęrendo dictũ. Cc.

¶Hæreſis penulti.cor. græca dictio eſt qua apud nos optio vel electio & ſecta ſignificat̃ ab αἱρέω vel ἀπὸ τοῦ αἱρεῦμαι quod ſignificat eligo: capio vel volo. Vnde ſumitur pro opinione tenaci & ſententia in qua perſiſtamus electa. Cice.in paradoxa. Cato in ea eſt hæreſi quæ nullum ſequitur florem orationis. Hinc componũtur Dihereſis diuiſio. Aphæreſis ablatio. Synhereſis coniunctio. Hæreſiotes: hæreticus. hereſiarches heretícorum princeps. Theologi hæreticum vocant qui ſectam aliquam vel inſtituit: vel ſequitur aduerſus fundamenta religionis.

¶Hærba ab hærẽdo dicta eſt: q̃ terræ fixa hereat. Eſt autem ꝓprie viride pecudũ pabulum. Ver.lib.j.ge. Et ſulcis frumẽti quæreret hærbam. Apud veteres etiam hærba ponitur pro victoria. Vnde hærbam dare ſignificat victũ fateri: qđ eſt antiquę & paſtoralis vitæ indiciũ. Nam qui ꝑ prata curſu aut viribus contendebant: cum ſuperati erant ex eo ſolo in quo certamen erat decerptam hærbam aduerſario tradebant. Ab hærba fit diminutiuũ herbula. Cice.lib.iij.de natura. Ceruę pauloante partum perpurgant ſe quadam herbula quę ſeſelis dicitur.

¶Hærbiliſander a veteribus dictus eſt hærba paſtus: quaſi grauior q̃ paſtus frumento.

¶Hærboſus a.um.qđ hærbis abundat.

¶Hærbaceus.a.um.quod eſt ex hærbis: vt betaceus Maluaceus: & huiuſmodi.

¶Herbidus.a.um.idem qđ herboſus. Col.lib.ij. Montem ſublimẽ & aſperum ſed nemoroſum & hærbidum maxime probauerunt.

¶Herbarius qui vim herbarum nouit & diſcutit & medicamenta ex his componit. Plyn.lib.xxj. Scelus herbariorum aperiet̃ in hac mentione partem eius ſeruantium & quarũdam aliarum hærbarum ſicuti plantaginis ſubſtituentium.

¶Hærbarius a.um.quod ad hærbas ptinet: vt ars herbaria qua herbarum natura cognoſcitur. Plyn. Herbariam & medicamentariam artẽ a Chirone Saturni & Phyllirę filio eſſe conflare.

¶Hærbo as. hærbas producere ſignificat. Cuius compoſitum eſt exherbo: quod eſt hærbas extraho. Col.li.v. Et cum germinauit: particulis ſalix ad vnam perticam ſummittitur: crebro foditur atq; exhærbatur: nec minus q̃ vinea pampinatur.

¶Hærbeſcere eſt hærbam effici. Cic.in Cato. Et elicit hærbeſcentem ex eo viriditatem quæ nixa fibris ſtirpium ſenſim adoleſcit. Huius compoſita ſunt adhærbeſco: & obherbeſco. Ply. Quin & ouillo fimo vti quoniam adhærbeſceret. Feſtus. Obhærbeſcere. hærbam increſcere.

¶Hagnos latine purus & caſt⁹: q̃ ſit hoſtia ꝑpura & immolationi apta. Hinc deducitur Hagnes nomen mulieris proprium. Diminutiuũ hagnellus. Plaut.in.aſi. Dic igitur me tuũ paſſerculũ gallinam cothurnicẽ hagnellum: hædidum dic eſſe vel vitellum. Hagninus a.um.quod eſt hagni vt caro hagnina.

¶Hagios græce latine ſanct⁹. Vnde hagiographa ſancta ſcriptura Hagiographus ſancta ſcribens.

*Halcyones vide Alcedines. Cc.

¶Halec tam fœ.q̃ neu.generis. caretq; numero plurali. genus piſcis qui ſola aqua nutritur. Mar. Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra Halecem: ſed quã ꝓtinus illa vorat. Plau.in aul. Qui mihi holera cruda ponunt: halec aiunt. Sumitur etiam pro quodam liquamine ex inteſtinis piſcium. Plynius. Halec imperfecta Alecus fluuius tenuatur.

¶Haleſus fluuius & mons non longe ab æthna. Col. Et quæ ſicanij flores legiſtis haleſi.

*Halia marina nympha ἅλς enĩ mare dicitur. Cc.

*Haliaſmon fluuius eſt macedoniæ ad quẽ ducebant quę volebant candida naſci. Cc.

¶Halo as. ſpiro vel odorem emitto. Ver. Inuitent croceis halantes floribus horti. Et aſpiratur vt differat ab alo is. vel potius a natura: quippe cui cõueniat dẽſitas illa quã ſignificat. Eſt enĩ exhalatio vaporũ graſſiorũ: q̃ vt ſic loquar ipſiũm dẽſitudo. Cice. terrę halitũ aſpirationẽ vocat. Huius cõpoſita ſunt adhalo: exhalo: de quib⁹ ſupra. inhalo. Lact. de ira dei. Nũ etiã i aqua ignẽ eſſe credẽdũ eſt. Atqui de ſole ignis in æſtate quidem accẽdit poteſt ſi cærę inhalauens.

¶Hallium genus holeris ab halando dictum.

¶Halius genus ſcaphę.

*Halicacabum herbam vocant quã alij ſolanum alij Strychnium alij veſicariã q̃ veſicę & calculis medeat̃.

*Halicallios herba alias Doriõ alias Strychnis & Erythros & neuris: quam Xenocrates ſcribit omnib⁹ morbis corporeis ſalutarem eſſe. Cc.

¶Halicarnaſus pen.ꝓdu. vrbs cariæ principum regia circa initiũ tauri ſita maritima in minori aſia: argiuorũ colonia in qua Mauſoleũ quõdã nobiliſſimũ op⁹ extabat & Salmacis fons. hęc prius zephyra dicebatur. Ex halicarnaſo fuit Herodot⁹ hiſtoricus. Item Heraclitus poeta. Dionyſius ſcriptor antiquitatum. a qua halicarnaſeus deducitur ab ἅλος marinus.

¶Halieuticon eſt commentatio de piſcatu qualis eſt Oppiano qui op⁹ illud Antonino Cæſari dicauit. Scripſit & Apicius: ſed halieuſin appellauit.

¶Haloſis latine captiuitas dicit̃. Sue.in Nero. Hoc incendium e turre mecœnatica proſpectans lętuſq; flammę pulchritudine haloſin Ilij decantauit.

¶Haliactes nomen perſicum.

¶Halito as.pe.cor. ſępe ſpũm emitto. Aen. Sublime iter quadrupedãtes flammam halitantes.

¶Halitus us.pe.cor. nomen participiale ab halo ſicut ſpiritus a ſpiro.

¶Hala vide in dictione ala.

¶Halacomene & halacomenæ tã ſigulari q̃ plurali numero: ſiue halacomeniũ ciuitas i Bœotia. Vñ Minerua halacomeneida cognoiata ẽ: q̃ i eo loco coli ſolita ſit.

¶Hals pro mari. Vnde & nos ſalẽ dicimus & ſalum: in quibus placuit maioribus ſ ponere magis q̃ acceptam a græcis aſpirationem retinere.

*Halipheos grecis arbor quę a noſtris ſalſicortex appellat̃ cui glans amara quã ꝑter ſues nullũ aĩal attingit

¶Halophanta hoim genus nequã: qđ ob ſuenda mẽdacia miſerrima mercęde conducit̃. Feſtus. Halophanta omnia mentiens.

¶Halys fluuius ex tauri mõtis radicibus ꝓfluens per cappadociam: & a meridie ſyros ac Paphlagoniã interfluens cõtra ventũ aquilonẽ in euxinũ mare euoluit̃.

¶Halonœſos inſula ægæi.

¶Haliartus nomen vrbis.

¶Halica nomen mulieris.

¶Halizones populi Paphlagonũ. Sic dicti q̃ mari vndiq; circundantur.

¶Halizon fluuius.

¶Halyetus pe.ꝓd. a quibuſdam dicitur falco: ſiue accipiter: ſiue Niſus.

¶Hallux pollex digit⁹ ſcandẽs ꝓximũ. Nã ἅλλομαι eo dictus q̃ ſup ꝓximũ digitũ ſaliat. Nã conſtricta manu ſol⁹ ꝓximũ digitũ ſcandit: in qua voce maiores nĩl loco ſ aſpirationẽ poſuerunt. Quidam a græco ἅλλω ſiue ἅλλομαι trahunt: quod latine ſcandere ſeu ſalire ſignificat.

✻Halmas herba quā alij polygonō: alij calligonō nōnulli carminothū vocāt. folia rutę habet parū a terra attollit similis gramini. Cc.

℄Hallucinor. Col. li. viij. Cuſtodis officiū ſublimem celſiſſimāq; oculorū veluti ſpeculam deſyderat: vt neq; tardiores grauidas dū cūctant: neq; agiles & foetas dū procurrūt ſeparari a cæteris ſinat: ne fur aut beſtia hallucinātē paſtorē decipiat. Aſpiratur vt iquit Gel. quoniā aſpiratione intenditur exprobratio.

✻Halū Galli vocāt hærbā quā Veneti cotoneā dicūt: ſimilem culmę bubulæ cacuminibus thymo dulcē & ſitim ſedantē. Cc.

℄Hamadryades p. cor. nymphę ſyluarū ſiue ſyluarum numina ἅμα em̄ aduerbiū ſignificat vna & ſimul δρῦσ q̄rc⁹ hoc eſt nympha q̄ cū arboribus naſcit & perit.

℄Hamus catena ſignificat. Verg. Hamis auroq; trilicē: hoc eſt hamis aureis. Vn̄ etiā ponit p curuo vnco ad capiēdos piſces. Cui pria pducit. Corripit aūt cū inſtrumētū ferreū ſignificat quo diuitū arcę nūmarię obſepiūt: ne res facili aptu ſurripiat. Iuue. Diſpoſitis pdiues hamis vigilare cohortē. Hami etiā dn̄r inſtrumenta ærea ſiue lignea in cubiculis qb⁹ capitis tegmina & alię res meli⁹ appēſæ q̄ iacētes ſeruāt: verbo a piſcatorio hamo trāſlato Hoc nomē qdā a græco deducūt. Nā græci ἅμματα dicūt ligamēta. Vn̄ hamētū.

℄Hamo as. curuo. a quo hamatus curuat⁹: ſiue hamis ornatus. Hiero. lib. ꝶ. Lorica hamata induebat. Hic adhamo as. pe. p. qd eſt obligo. Ci. lib. ij. acad. Qui em̄ ſeruis honores adhamauerūt: vix admittuntur ad eos.

℄Hamiotæ alias hamotę piſcatores ab hamis q hamo ad piſcādū vtunt. Plau. in ru. Saluete fures maritimi cōchitæ atq; hamotæ famelica hoim natio. Var. Cohortis coquorū atq; hamotarū aucupūq;.

℄Hamotrahones dicti ſūt q vel piſces vl' cadauera traherent hamo. Nā vt eſt apud Sue. Eorū q ſupplicio affiebant cadauera iuſſu principū vnco ſæpe trahebantur in locū quē tū gemonias dicebant.

℄Hamatilis & hoc hamatile p. cor. qd ad hamū pertinet Plaut. in ru. Piſcatū hamatilē ſaxatilēq; aggredimur.

℄Hamonū apud Col. lib. iij. coloris genus tendentis in ſubruffum.

℄Haphe inſpſio pulueris q̄ inſpgebant obluctātes vbi Cæromate illiti fuiſſent.. Mar. Et flaueſcit haphe. Nam puluere pfuſa obluctātiū corpa quodāmō flaueſcebāt lepras parietibus ſimilia. Haphe em̄ græce & tactū ſignificat & notas qb⁹ lepra corp⁹ maculat. Iuli. Pollux aphen accipit primā iſecturā quoties veſtes ibuunt coloribus.

℄Hapalon tenerum & molle græci aſpirant.

℄Hara vide in dictione ara.

℄Harena vide in dictione arena.

℄Hāmō p duplex mm a nr̄is arena dr. Nā grece ἄμμοσ ſcribit .i. arena. Vn̄ Iuppiter hāmō hoc eſt arenari⁹ dict⁹ ē Pli. Ergo ęthiopię ſubiecta Aphrica Hāmoniaci lachrymā ſtillat in arenis ſuis. In̄ etiā noie Hammonis oraculū Nā cū liber pr̄ p extrema Libyæ cū exercitu gradiēs ſiti laboraret & Ioui ſupplicaſſet: vt in hoc caſu ſe patrē oſtēderet. Cui cū ſubueniſſet. Fert em̄ et extēplo arietē apparuiſſe quē dū fugiētē ſequeret pueniſſe illo duce ad fontē amœniſſimū. Quapropter deſiderio potus exiſtimaſſe arietē illū fuiſſe Iouē eiq; tēplū ibi ſumptuoſiſſimū in arena cōſtruxit qd Iouis Hāmonis cognominauit: iquo .ſ. ſimulachrū arietis forma pſtabat: & deū vocauit Hāmonē: hoc eſt Iouē arenariū. Herodotus. Amō Iuppiter lig● Aegyptia dicebat. Vn̄ corrupto noie Hāmonē dixerūt Aphri: q apd Naſamōes Libyę pplos tēplū ei dicauere. Pauſanias aūt Hāmonē dictū inuit ab Ammōe paſtore qui primus ei illic tēplū erexit. Suidas. Ἄμμων ὄνομα θεοῦ ἑλληνικοῦ ἀριστοφάνησ ὄρνισιν ἐσ μὲν δ' ὑμῖν ἄμμων δωδώνη δελφοὶ φοῖβοσ ἀπόλλων ταῦτα μαντεῖα ἐλθόντεσ γὰρ πρῶτον ἐσ ἄρνισ οὕτω πρὸσ ἔργα τράπεσθε. ✻.i. Ammo nomē dei græci. Ariſtophāes i auib⁹ ſumus vobis Ammō dodona dephi phœb⁹ Apollo.

✻ Hammonis cornu inter ſacratiſſimas æthiopię gemmas habetur auri colore. Cc.

✻ Hāmoniacū reſinę ſpecies ex arbore quā mētopiū vocant ſtillans i arenis iuxta Hammonis templum: vnde illud nomen ſortita eſt. Cc.

✻ Hamnites gemma quæ ouis piſcium ſimilis eſt. Cc.

✻ Hanum veteres pro ſano vſurparunt & hanulum pro paruo ſano. Cc.

✻ Hanus barbatus vas paruum ſed in latitudinem porrectum & veluti pregnans quo etiam aquam & vinū ferri ad mēſam ſolet. Inuenitur & Hanū neutro genere. Cc.

℄Haringa apud priſcos ſignificat hoſtiā: quę inde dicta erat: q eius adhærentia inſpicerentur.

℄Hariolus cū accētu in antepe. q diuina mēte fat q̄ ventura ſūt. Dictus hariol⁹: quaſi fariol⁹: ſicut hanula: quaſi fanula: hoc eſt parua ſana: aſpiratione vt plærūq; fieri ſolet pro f littera poſita.

℄Harmonia pe. cor. latine cōpoſitio cōcordia cōuenientia cōcētus. Aug. Harmonia cōcētus eſt ex diſſimiliū vocū moderatiōe: ſicut ex ſūmis & medijs & infimis interiectis ordinibus vt ſonis ciuitas cōcinit moderata cōſenſu plurimorū. Hu⁹ nois pe. cor. ē. Lucre. Harmoniā graij quā dicūt. Hęc alio noie dr Siphonia. Quo noie ēt Gelonis filia Themiſtei vxor appellata ē ab ἁρμόζω coapto.

℄Harpe nomē grecū enſis falcat⁹ quo vſum fuiſſe Perſeum poetæ tradiderūt. Luc. Harpen alterius monſtri iā cæde rubentem. ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν.

℄Harpago as. pe. p. rapio. Plau. i Aulu. Hei miſero mihi: aurū mihi intus harpagatum eſt.

℄Harpago telū i ſūmitate adūcū: quo nauigia capiunt Hūc ferūt Anacharſim iueniſſe. vl' iſtrumētū cū plurib⁹ vncinis quo vaſa & alia cōplura: q̄ vl' i flūine vel i puteis ceciderit extrahim⁹. Dici pōt & harpax inter nautū vtēſilia nūeratus & ab Anacharſe ſcytha philoſopho vt dr inuēt⁹. A græcis deductæ dictiōes. Nā apd illos ἁρπάζειν rapere. Triuiales a lupo q rapax ſit lupū appellāt. Eſt & harpago ferramēti gen⁹ qd nōnulli canē vocāt: quo ferramento circi vaſis vinarijs aptantur.

℄Harpocrates pe. cor. ſimlachrū i ſacris Iſidis & Serapidis erat qd digito labijs impſſo admonere videbat vt ſilētiū fieret. qd ſignifi. vt Au. inqt vt hoies eos fuiſſe tacerent. hic dicebat ſilētij deus. Vn̄ Catullianū eſt illud. Factum me eſſe putat Harpocratem.

℄Harpalus pe. cor. nomen viri proprium.

℄Harpalice pe. cor. nomē mulieris Harpali Thracū regis filiæ quæ patrē a Gethis captū liberauit.

℄Harpaſa pe. cor. oppidū Aſię oppoſitum fluuio Harpaſo vt ſcribit Ply. lib. v. vbi cautes horrēda digito mouetur: ſed non toto corpore.

℄Harpyæ mōſtra fuerūt qualia deſcribit Verg. Triſtius haud illis mōſtrū nec ſæuior vlla Peſtis & ira deū ſtygijs ſeſe extlit vndis Virginei volucrū vult⁹ fœdiſſima vētris Ingluuies vncęq; manus & pallida ſp Ora fame. Dictę harpyię ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν hoc ē diripiēdo. Suid. ἅρπυιαι ἁρπακτικαὶ δαίμονεσ εἰσίν ✻.i. harpyię rapaces dęmōes ſūt

℄Haruſpex vt iqt Ser. ex hara & ſpecio cōponit. hara vero auis ē cui vaticināntes haruſpices intēdebāt. Do. ab haruga deriuat q̄ ē hoſtia: ab hara in qua concluditur & ſeruat. Et ſic cū aſpiratione ſcribitur. Pōt etiā dici ab ara hoc eſt a victimis in ara aſpiciendis. Vnde quidā nō aſpirādū cēſet qm̄ auſpices vt iqt Au. exta iſpiciāt vt ex eis futura pdicāt. Idē dicit extiſpex. Solēt etiā auruſpices di

ci horarū inſpectores. Nā dies & horas in agendis operibus cuſtodiūt: & qd̄ p ſingula tpa obſeruare debeat hōm tendūt. Ab haruſpex fit haruſpicina æ. pe. p. pro arte ipſa. Haruſpiciū ꝓ actu hoc eſt pro extorū inſpectione.

¶ Haſpis idis curuatura e circulis & cameræ & rotę licet & σπιὸς ſine aſpiratione dicitur ſcutum.

¶ Haſta q̄uis ab ſto dicat̃ ſcdm Var. qꝛ aſtans ferri ſolet: aſpirat̃ tn̄ ad differentiā primæ perſonę impatiui verbi a ſto. Hæc apud veteres ſubijci ſolebat rebus quas publice venūdabant. Quidā haſtā ab hauriendo deriuari exiſtimāt. Cuius diminu. ē haſtula. hic ſubhaſto: a quo ſubhaſtatio.

¶ Haſtati dicti ſunt qui primi in acie cum haſtis cōſtitui ſolebant.

¶ Haſtile pe. p. dr̄ qd̄ ad haſtilis formā factū ē. & de quacūqꝫ re dici pōt. Vn̄ p ſtipite cādelabri poſuit Hier. i Exo. Hoc erit inqt opus ſex calamorū q ducēdi ſunt de haſtili. Idē li. ꝝ. Haſtile haſtæ eius erat quaſi liciatoriū texentium. Et ibi pro ſtipite haſtæ poſuit.

¶ Haſtariū ij. vēditio auctionaria. Vn̄ Tertu. i apologe. In haſtario vectigales ſumus.

¶ Haud aduerbiū negādi: haudquaq̄ a nulla pte ſeu nullo modo. Gel. Haudquaq̄ mihi diſplicebāt.

¶ Haue verbū defectiuū quo ſalutare ſolemus aſpirationem recipit vt differat a ſexto caſu hui⁹ nominis auis.

¶ Haurio. is hauſi hauſtū. Inuenit̃ hauriui & haurij. ſcribit̃ cū h ſolo vſu nō ratiōe. Nā ſi naturalis eſſet aſpiratio verbo haurio deriuata ab eo aſpiratiōnē retinerēt: vt ſūt auris: auritus: auſter. Nō. n. in his vicit vſus vt in haurio Iccirco aūt aſpirādū qdā exiſtimāt: vt differat prima pſona pfecti a ntō pl̄i nominis auſus: & ſecūda pſona pręſentis indicatiui hauris: ab auris nomine. Et ſignificat accipio extraho. Vt vocē his aurib⁹ hauſi. Tractū ab aura q̄ humorē oēm extrahit: atqꝫ exiccat. Et haurire ē audire. Ver. li. iiij. Vocēqꝫ his auribus hauſi. Itē aſpicere vt apud eūdē. Hauſit cœlū: mētēqꝫ recepit. Itē auide ſumere. Cice. Cū inexplebili cupiditate quo fluētius voluptates vndiqꝫ exhauriret: eo grauius ardētiuſqꝫ ſitiētē texit. Itē vulnerare: vt latus haurit aptū. Itē tenere. Ver. li. iiij. Ge. Et mediū ſol igneus orbē hauſerat. Item defatigare Idē. exultātiaqꝫ haurit corda pauor pulſās. Itē vacuare Lucil. Q n̄ haurire aīs muſarū & fortia geſtit. Item luere. Verg. Spero eqdē medijs ſiqd pia numina poſſūt Supplicia hauſurū ſcopulis. Itē cōſūmare. Liui. lib. v. Tam longi temporis opus incēdiū hauſit. Huius compoſitū eſt exhaurio.

¶ Hauſto as. frequentatiuū ab haurio. Feſtus. Exhauſtant efferant.

¶ Hauſtus us. ſorbitio. Col. lib. j. Si deerit fluens vnda: putealis quærat̃ in vicino aqua q̄ nō ſit hauſtus ꝓfundi. Hauſtus. a. um. participiū. iuenit̃ apud veteres hauſtum facere: pro eo quod eſt potare.

¶ Hazome apud latinos ſignificat veneror & colo.

H. ante E.

¶ Heautōtimoruméos octo ſyllabaꝝ ſignificat ſeipm̄ cruciātē. Cōponit̃. n. ex ἑαυτόν q̄ apd̄ grecos aſpirat̃ & ſignificat ſeipm̄ & τιμωρουμένος cruciās. Quo noie dictaē Comœdia Terentij. in qua inducit̃ Menedem⁹ ſeipſum cruciās dū in fūdo fodit arat aut aliqd facit ſine laxamēto ob filiū: qui fugerat in militiam.

¶ Hebdoas adis. ſeptenarius ab ἑπτὰ ſeptē p in b. conuerſa. Hier. ad Paulin. Hoc myſterio hebdomadis & ogdoadis futur⁹ gētiū p̄dicator erat inſtruendus.

¶ Hebdomas adis. & hebdomada æ. latine ſeptimana: ſpatiū ſeptē dierū: & numer⁹ ſeptēari⁹. Nō. n. ſolū de diebus dr̄ ſed etiā de ānis: & qbuſcūqꝫ reb⁹ q̄ ſeptenario numero cōprehēdunt̃. Gel. Tū ibi addit ſe quoqꝫ iā duodecimā annoꝝ hebdomadā ingreſſum eē: & ad eū diē ſeptuaginta libroꝝ hebdomadas ſcripſiſſe. Et in Gen̄. Imple hebdomadā dierū huius copulę. Et hāc quoqꝫ dabo tibi ꝓ opere quo ſeruitur⁹ es mihi ſeptē ānis alijs. Et in Leui. Numerabas quoqꝫ tibi ſeptē hebdomadas annos .i. ſepties ſeptē q̄ ſimul faciūt quadragita nouē. hinc hebdomadarius.

¶ Hebdomecontapente ἑβδομηκονταπέντε .i. ſeptuagintaquinqꝫ.

¶ Hebes obtuſus: piger: tardus: & acumīe carēs. Ci. lib. ij. acad. Alias hebetiora: alias acutiora videātur cornua Vnde per tranſlationem Ingenium hebes dicit̃: ſicut etiam obtuſum.

¶ Hebe nomen vxoris Herculis & Iouis filiæ: q̄ pocillatrix & miniſtra poculorū Iouialiū eē tradit̃ & dea iuuētutis putabat̃. Suidas. ἥβη νεότης ἀκμαιόν μαίην δὲ καὶ ὄνομα θεᾶς ἥβητήριον τὸ ται δευτήριον καὶ ἥβη πρώτη ἐκφύσις τῶν τριχῶν .i. Hebe iuuēt⁹ flos ætatis & nomē deæ & primus pilorū exort⁹.

¶ Hebeo es. hebes ſum. Hic exhebeo: qd̄ ꝓtulit Amb. in ſignificatiōe actiua. Vigorē inqt mētis exhebuit: hoc eſt debilē fecit. Hebeſco hebes fio. Ci. li. j. tuſ. Sic mētis acies ſeipam intuēs nōnunq̄ hebeſcit .i. obtuſa fit. Sall. Poſtq̄ diuitię honori eē cœpe & eas glīa: impiū: potētia ſequebatur: hebeſcere virtus cœpit.

¶ Hebeto as. pe. co. obtūdo: obſcuro. Ply. lib. xj. Nāqꝫ & ſpeculi nitorē ex aduerſo nudati hebetāt. Amb. Qui recedit a ſapientia hebetatur.

⁎ Hebeteſco ſiue Hebetaſco: ꝓprie de viſu dicit̃ cū oculorū acies minuitur tolliturqꝫ. Cc.

¶ Hebetudo rei alicuius carētis acumine vel mentis ingenij viſus ſimiliumqꝫ obtuſitas.

¶ Hebiones a veteribus paupes dicunt̃. quæ vox indicat contemptum quendam.

¶ Hebrus fluui⁹ in Thracia q ab œagro flumie ortū habet. Vn̄ Oeagri⁹ dict⁹. Verg. Tū quoqꝫ marmorea caput a ceruice reuulſū Gurgite cū medio portās œagrius hebrus. Habet arenas ex qbus aurum colligitur.

¶ Hebræi dicti ſunt Iudęi. ab Heber q fuit abnepos Sē filij Noe. Prius Heberęi cognominati: ac deīn vna detracta littera hebræi: ſicut docet Aug. li. xvj. ciui. dei. Et qa in eius familia remāſit lingua quæ prius humano generi credit̃ fuiſſe cōis cū gētes linguarū diuerſitate ſunt diuiſæ: deinceps hebræa eſt nūcupata. Ab hebræus fit hebraicus a. um. vt lingua hebraica.

¶ Hecaton pe. cor. latine centum dicitur. Iñ p cōpoſitionem deducuntur.

¶ Hecatonpylos oppidū centum portarum. πύλων. n: portarum deſignat.

¶ Hecatonpolis pe. cor. habens centum ciuitates.

¶ Hecatōbe ſacrificij gen⁹ quo rit⁹ hic ſeruabat̃ vt cētenę ſui gn̄is mactarent̃ victię: cētū ſues: cētū hœdi. Iul. ca. Tn̄ ſane lętitiæ i Balbino q plus tumebat vt hecatōben facceret: qd̄ tale ſacrificiū ē. cētū aræ vno loco cōſtruūt̃ ex ceſpite: ad eas cētū ſues: cētū aues mactant̃. Iā ſi impatoris ſacrificiū fit: cētū leōes: cētū aqlę: & cætera huiuſmōi aīalia feriūt̃: qd̄ qdē greci quōdā feciſſe dr̄r cū peſtilētia laborarēt. vl̄ a nūero victiaꝝ: vl̄ q a cētū Pelopōneſi vrbes id faciebāt: & a nūero ſacrificatiū cōpoſita ē dictio.

¶ Hecatonchiros pe. cor. centimanus latine dicitur.

¶ Hecatontarchus Centurio.

¶ Hecatonpus qui centum pedes habet.

¶ Hecate p. co. triū poteſtatū nomē. Ipſa ē. n. Luna Diana Proſerpina: qd̄ ſignificatū vt eius mirabilis potētia oſtendat̃: vl̄ qꝛ centū hoſtijs placetur ſiue qꝛ cētū annos

errare facit inſepultos. Hecate etiam fuit nomẽ filiæ Per
ſes: de qua in dictione Oeta.

¶ Hecamada Arſinoi filia quæ dono Neſtori data ẽ: dũ
ab Achille diriperetur.

¶ Hecta res minimi ꝓtij: q̃ſi hieta. i. hiat⁹ hois: atq; oſci
tatio. Alij puſtulã dicũt quę in coquẽdo pane ſolet aſſur
gere. a qua accipiť res nullı⁹ ꝓtij. Pompo. Hic homo he
ctæ me facit.

¶ Hectica febris: nõ a cõſuetudine: ſed ab habitu nomẽ
habet. Hæc nõ in humore tm̃ atq; ſpũ: ſed in ipſis plane
coit oſſibus & inoleſcit. Ideo nõ Ethica appellari debet:
ſed habitualis εχωεξω.

¶ Hæmorrhoides gen⁹ morbi. Hæma enim ſanguis di
ciť recipitq; diph. In hæmorrhoeo qđ ſignificat fluxu ſã
guinis laboro: & profluuium patior.

¶ Hedone apud nos voluptatẽ ſignificat.

¶ Hedra ſedes latine dicitur: vnde fit cathedra.

¶ Hecyros latine ſocer: hecyra ſocrus. p. cor. habet. Sũt
& qui ſine h ſcribant.

¶ Hedui populi gallię poſt Heluetios & Sequanos ioc
caſum vergẽtes: iuxta quos ex alpibus fluit Araris.

¶ Hedyoſmos apud græ. ſuauitatẽ odoris ſignificat.

✳ Hedyſmata græce condimẽta: ſed proprie quæ corpo
re conſtant. Cc.

¶ Hegeſias cyrenaicus phũs fuit qui tanta fuit eloquen
tia ſicut Val. max. ſcribit vt ſic mala vitæ rep̃ſentaret: vt
eorũ miſerãda imagine audiẽtiũ pectoribus inſerta mul
tis voluntarię mortis oppetẽdæ cupiditatẽ ingeneraret.
Ideoq; a rege Ptolemæo vlteri⁹ hac de re dicere ꝓhibit⁹.

¶ Hegeſippus nomẽ hiſtorici proprium.

¶ Hei interiectio ingemiſcẽtis dtõ iungiť ꝓnominis: vt
Hei mihi qualis erat. Ci. Hei mihi nõ poſſum hoc ſine la
chrymis cõmemorare. Aſpirať natura q; is ai affectus aſ
ſpiratione melius declaretur.

¶ Heiulo as. pe. co. ab hei fit & ſignifi. ſublata voce fleo
Hier. in Iob. Propter multitudinẽ calũniatorũ clamabũt
& heiulabũt ꝓpter vim tyrãnorũ. Plau. in aul. Quinã hic
homo ante ædes noſtras heiulans cõqueriť mœrens? In
ueniť & heiulor deponens.

¶ Helei pe. p. ppři in Pelopõneſo clariſſimi ꝓpter delu
brũ Iouis olympij: ludoſq; olympicos. quorũ p̃fecturã
Helei habuerũt. Vñ Heleı eq & hele⁹ carcer ſæpe legũtur
Luc. Quantum clamore iuuatur Heleus ſonipes.

¶ Helios græce ἥλιοσ latine ſol. inde heliacus ſolaris.

¶ Heliocamin⁹ p. p. vaporariũ qđdã ſolare nõ ad ignis
vſum ſed ad ſolis velut id qđ vulgo lumina diciť: & i Pa
dana gallia Lucerio. Vlp. In ſeruitutibus vrbanis. Si ar
bor in qt in Heliocamino vel ſolario ſolẽ adimat dicẽdũ
erit quia vmbram facit in loco cui ſol fuit neceſſarius cõ
tra ſeruitutem impoſitam fieri.

¶ Heliochryſos hærba ẽ aureũ florẽ ꝓducẽs.

¶ Heliopolis pe. cor. ciuitas Aegypti inter Alexandriã
& Coptũ a grecis Thebe dicta: quaſi ciuitas ſolis. Altera
eſt in Sicilia Chryſippi ſtoici patria.

¶ Heliotropiũ hærba ſolaris dicta q; ſe cũ ſole circuma
gat etiã nubilo die & nocte. Var. Nec minus admirandũ
qđ fit in florib⁹ quos vocãt heliotropia: ab eo q; ſolis or
tũ mane ſpectãt & ei⁹ iter ita ſequunť ad occaſum: vt ad
eum ſemper ſpectent.

¶ Heliogabal⁹ Antonini Caracallę fili⁹ qui ad impiũ aſ
ſumptus fuit matris ingenio apud Antiochiam.

¶ Heliodorus nomen viri proprium.

¶ Heliocopis nomen nymphę.

¶ Heliades patronymicũ fœmininũ ab helios qui ẽ ſol.
Nam ſorores dicuntur Phaetontis.

✳ Helioſelinũ hærba genus apij quæ ſponte in humidis
naſcitur: vtpo folio eſt nec hirſuto. C.

¶ Helle es. nomẽ Athamantis Thebarũ regis filię a qua
Helleſpontus.

¶ Helleſpontus fretũ anguſtũ ab ægæo in ꝓpontida: &
vbi ſunt illæ anguſtiæ ſeptẽ tm̃ ſtadijs Aſia ab Europa
diuidẽtes. Ibi em̃ Helle in põtũ decidit. Vnde qui pri⁹ põ
tus dicebatur: Helleſpontus vocatus eſt.

¶ Hellas nomẽ fluminis & regiõis Achaiæ: vt iquit Pto
le. a nřis Græcia appellata a Grǽco qui prim⁹ in ea regna
uit. A cuius filia vocata ẽ Attis. Deĩn ab Hellene Deuca
lionis filio dicta fuit Hellas. Incipit ab Iſthmo Corithio
ſiue ſtrictura Pelopõneſi & ad littora Aegæi maris porre
cta vſq; i Macedoniã & Theſſaliã: quã cũ omni Bœotia
intra ſuũ nomen includit: extenditur.

✳ Helimus vnus ex centauris. Cc.

✳ Helioſcopiũ Dioſcorides arboroſum fruticem vocat
ſimilẽ ficui ſed minorẽ: folia ſimilia platano ſed maiora:
lenia & nigriora ex quo exprimiť oleũ cicynũ: nam cicy
ille frutex alio nomine dicitur. Cc.

¶ Helleborus & helleborũ pe. cor. dicitur hęrba purgato
ria optimũ qđ in anticyra circa helleborũ fluuiũ gignitur
atq; inde a grǽcis helleborus appellať. Hora. Expulit hel
leboro morbũ bileq; meraco. Hanc hærbã Romani alio
noie Veratrũ dicũt: ꝓeo q; ſumptũ motã mentẽ in ſani
tatẽ reducit. Duo ſunt ei⁹ genera. Albũ. ſ. & nigrũ. Albũ
qđ vomitione cauſas morborũ extrahit. Nigrũ qđ pur
gat p inferiora. Scribiť ſcđm Apul. per. h. Sed apud grę
cos nõ aſpirať. Melãpus medicus Amythaõis filius hel
leborũ inuenit qđ Melãpodiũ vocant. Alij dicunt paſto
rem eiuſdem nominis inueniſſe cũ capras paſceret. Col.
Sed negat helleboros & noxia galbana ſucco.

¶ Helice vrbs Arcadiæ quã mare abſorbuit. de cuius no
mine vrſæ ſydus fortaſſe vocatũ eſt a poetis q; Calyſto
Lycaonis regis filia quæ ex vrſa cũ filio in ſtellas verſa ẽ
Arcas fuerit.

¶ Helicõ p. co. mõs Bœotię iuxta Thebas: atq; vt Stra.
li. ix. ſcribit Phocidi vicinus eſt non ꝓcul a Parnaſo eiq;
æmulus & altitudine & circuitu: q & ipe Apollini quoq;
ſacer & muſis eſt. Vñ Heliconiades muſę ſunt appellatę.
Dict⁹ helicõ ab helicone qui ibi cũ cytherõe fratre ſingu
lari certamine pugnauit vt quidã tradunt.

¶ Helciũ dř qđ eſt añ pectus equorũ: & id gen⁹ animaliũ
ab armis. i. humeris pẽdẽs inſtrumẽtũ quo & molæ illi p
machinulã innexæ verſanť & curricula p Temonẽ trahũ
tur. Vñ & nomẽ accepit. Helco em̃ græce: traho latine di
citur. Hinc helciarius.

¶ Helciarius qui fune canabio nauẽ trahit aduerſus vn
das: vt eſt apđ Mar. De helcio meminit Apule. li. ix. me
ta. Defectũ alioqui me helcio ſparteo dimoto nexu ma
chinæ liberatũ applicãt p̃ſepio. Et paulo poſt. Helcio tã
dẽ abſolutus refectuiq; ſecure redditus.

¶ Helena æ. ſiue helene es. p. cor. Caſtoris & Pollucis ſo
ror & Menelai Lacedæmõiorũ regis vxor. a qua Helene
inſula vocata ẽ q; in ea primum Paris cũ Helena dicitur
cõcubuiſſe. Multi fuerũt qui ſcripſerũt de laudibus Hele
nę: ſed in primis mihi videť Demetrius Moſchus excelle
re qui de ipſa ita ſcribit: q; pulchritudo Helenæ non fuit
caduca: ſed ſemper florens: & q; Venus fecit nutriri Hele
nam a gratijs ſuis. Vñ ait. Καὶ μὲν τὴν δὲ θεοὶ περ ἐθάμ
βεον εἰσορέωντες τικτομένην μεγάλου κούρην διὸς ἢν δ' ἐς
φίλαν τὸ αὐτίκα δὲ χαρίτεσσι μετηύδα τοῖα δ' ἀφροδί
τη δεῦτε φίλαι τὴν μοι ἀτιταλλέμεναι ὥς ἐπέοικεν δίον ἐ
μὸν πολὺ χάρτον ἐθρέψατε ἀμβροτον υἱόν. ✳. i. Hãc aũt
dij iſpiciẽtes terruerũt pariẽtẽ magni Iouis filiã & amaue
rũt: ſtati vero gratijs talia locuta ẽ Ven⁹: venite charæ nu
trite vt decet multũ fructũ: nutrite immortalem filiam

¶ Hellenes Deucalionis fili⁹: a quo græcos Hellenes nõ
nulli credunt fuiſſe nominatos.

¶Heleniũ frutex ſeu hęrba qui ex Helenę lachrymis fingiẗ natus in Helene inſula. Fauere crediẗ formę & cutem nutrire incorruptã: Venerẽ cõciliare & hilaritatẽ inducere in vino pota.

⁎Helis Arcadię oppidum iuxta qđ fiebant certamina olympica. Cc.

¶Helius ꝓpriũ viri nomen a ſole q græce ἥλιος dr̃. Cc.

⁎Helix genus eſt ſalicis breuiſſimę. capiẗ etiã pro hederę ſpecie. Cc.

¶Helicteres inaures ſunt ſicut docet Iuli. Pol. q̃ & helicę dñr a clauiculis: quas helicas vocãt. Q đ aũt gręci vocãt helicẽ nos clauiculã & pãpinũ & Cãpolũ vt i vite dicim⁹.

¶Hellanodices latine iudex certaminis dicitur.

¶Heluo vorax inſatiabilis & immoderate ſua bona ingurgitãs quaſi omnia luens. Teren. in heau. Gerro fraus heluo iners ganeo dãnoſus. Ci. ꝑ trãſlationẽ heluo librorũ dixit quaſi guloſus. i. nimis auidus librorũ. Et aſpiraẗ vt ab eluo ſuo primitiuo differat ſiue vt auiditas illa magis exprobreẗ vt inq̃t Feſtus. Fit enim vox incitatior.

¶Helor⁹ pe. p. Sicilię fluui⁹. Fuit etiã eo noie iſtri fluminis filius q ab Aiace occiſus eſt in ea pugna quã gręci cũ Telepho rege Myſorũ habuerunt.

¶Heluacia genus ornamẽti lydij dictũ a colore boũ q eſt inter rufum & albũ appellaẗq; heluus: q̃q̃ hæc eadem vox apud veteres ſaburram ſignificaret.

¶Heluela ſũt holera minuta: vt inquit Feſt⁹: quoniam helus & heluſa veteres dicebãt pro holus & holera.

⁎Helxune hęrba ſic dicta ἀπὸ τοῦ ἕλκω. i. traho qm̃ cauliculos leuiter rubentes habet & ſemina in capitib⁹ lapaceis quæ veſtibus adhæreſcunt. Cc.

¶Heluetij populi Germaniæ iuxta lacũ Ercinię ſyluæ

¶Heluolũ apud Cato. eſt color inter rufum & albũ: vnde heluolę. Col. lib. iij. Sũt & heluolæ quas nõnulli varias appellãt: neq; purpureæ: neq; nigræ ab heluo (niſi fallor) colore vocitatæ.

¶Hem interiectio corripiẽtis ſeipſum vel indignãtis vł admirantis: vt hem nos homũculi. Apul. Hẽ hois audaciã. Q ñq; demõſtrãtis eſt. Terẽ. i and. Hẽ puer hercle puer eſt. Et aſpiratur propter maiorem ſonum.

⁎Hemeris genus eſt arboris glandẽ ferens. Cc.

¶Hemis apđ nos traduciẗ ſemis. Græ. ἡμισύς dimidi⁹.

⁎Hemiholus numerus dr̃ cũ ex duobus numeris maior habet totũ minorẽ & ꝑterea eius medietatem vt ſunt tria ad duo. Cc.

⁎Hemicadia vaſa dimidij cadi. Cc.

⁎Hemiclus ſemicirculus. Cc.

¶Hemicyclũ ſedes ſeu cathedra ſemirotũda gręc. ἡμικύκλον hemicyclus medius circulus. Nã cycl⁹ circulus. Eſt em̃ facta in medij circuli formã. Cice. in Lęlio. Tum me mini domi in hemicyclo ſedentem.

¶Hemina pe. p. mẽſurę genus quæ vinũ vel frumentũ metiebaẗ. & dimidiũ ſextarij cõtinet quaſi ſemiſextaria. Gel. lib. iij. Si ex ſextario hemina fuſa eſt: ſed dimidium tertio. Inñ heminaria quaſi mediocris.

¶Hemodes inſulæ ſeptem in oceano Germanico.

¶Hemiplexta pen. p. paralyſis: hoc eſt ſemiapoplexia: cũ in alterã tm̃ ptẽ corpis malũ id incubuit. Nã cũ totum afficiẗ Apoplexia noiaẗ: nũc vtrũq; inq̃t Celſus paralyſin appellari video.

¶Hemicranici ſunt q dimidia pte capitis laborãt quem admodũ cephalea quo totũ caput ifeſtaẗ. Dicti hemicranici ab hemicrania quæ & hemicræra dicitur.

¶Hemiolus q̃dã arithmetica ꝓportio continens aliquẽ totũ numerũ atq; eius dimidium: vt habent tres ad duo & quindecim ad decem.

¶Hemorobios ſignificat diarij victũ: quo nomie dict⁹ eſt Diogenes Cynicus phũs. Eſt & hemorobi⁹ vermiculus q vitã diei habeat. ἡμέραν. n. græ. diẽ dicũt βίον vitã.

¶Hemiſtichion dimidius verſus. Nam ςίχος verſus dicitur.

¶Hẽmitogium dimidia toga.

¶Hemitritæ⁹ ſemitertiana febris: ſic dicta q᷑ pte aliqua tertianã pñtet tertio die vt illa repetẽs nõ tamẽ vt illa diẽ vnũ ꝑſtat integrũ: ſed inter horas. xxxvj. plus vel min⁹ porrigiẗ. Hier. in diuo Hilarione. Ibi ſiue ob corruptum aerẽ ſiue ꝓpter gloriã hilariõis ſerui dei hemitritæo pariter arrepti omnes a medicis deſperati ſunt.

¶Hemiſphęriũ dimidia ſphæra hoc eſt cæli dimidium.

⁎Hepatites gemma eſt iecinori ſimilis. Cc.

¶Hepta apud nos ſeptẽ & aſpiraẗ cũ ſuis deriuatis.

¶Heptapylos pe. cor. latine diciẗ ſeptẽ portas habens.

¶Heptapachys pe. cor. mẽſura ſeptẽ cubitorum. Vnde Achilles heptapachys eſt appellatus.

¶Hendecaſyllabus verſus vndecim ſyllabarũ qualis ille Catullian⁹. Paſſer deliciæ meæ puellæ.

¶Heptemimeris cæſura eſt cũ ſyllaba naturaliter correpta ꝓduciẗ qđ fieri ſolet in pricipio quarti pedis vel ſeptimę ſyllabæ ſi tres ſpõdæi pcedãt quaſi ſeptima dicaẗ diuiſa pars: ab ἑπτὰ ſeptẽ & μερίζω diuido. Vide in dictiõe cæſura.

¶Heptaphorus nomen viri proprium.

¶Heptaporus Troiæ fluuius.

¶Hepheſtos ꝓpriũ viri & nomen Vulcani.

¶Heraclea dicebaẗ q̃ nũc Calpe in finibus & olim pith⁹ vocabaẗ. Europæ ciuitas boſphorana a qua Dionyſius phũs Zenonis diſcipulus Heracleotes a Cicerõe in Tuſculanis appellat⁹ eſt: vbi fuit amphitheatrũ vnũ e ſeptẽ ſpectaculis. Fuit & alia heraclea in radicibus Oetę montis: quã Aſaris fluui⁹ alluit. Alia i põto. Alia iuxta oſtia Rhodani. Alia in Cãpania: quæ & herculeanũ dicta eſt.

¶Heraclee oppidũ ꝓximũ Neapoli incũbẽs mari.

¶Heracleopolis nomẽ triũ ciuitatũ. Vna ẽ in ęgypto: ex qua Theophanes phyſicus. Altera nõ longe a Peluſio. Tertia ſecũdũ Nili oſtiũ quod Canopicum eſt.

¶Heracleon hærba ab Hercule inuenta: quã alij Origanũ heracleoticũ ſylueſtre dicũt: qm̃ ẽ origano ſimile: Alij Timalũ dicũt. Naſciẗ in aquoſis folijs magnis & in ſumma aqua flore lilio ſimili: & cũ defluxerint capiti papaueris. Eſt & alia hærba heracleon ſiderion caule tenui digitorũ. iiij. altitudie: flore puniceo folijs coriãdri: iuxta amnes & lacus naſcẽs & oia vulnera ferro illata efficaciſſime ſanans.

¶Heracleota nux. Quære in dictione nux.

¶Heraclit⁹ p. p. nomẽ ꝓpriũ phi epheſei gręce ἡράκλειτος ei dipht. Lucre. Heraclitini quorũ dux agmina primus. Hic eſt ille q quoties domo egrediebaẗ: flebat. ſicut Democritus ridebat: alteri oia q̃ agimus miſeriæ: alteri ineptiæ videbanẗ. Cognoiatus ẽ Scotinos: quaſi tenebricoſus. De induſtria em̃ obſcurabat ſtilũ. Ideoq; ei⁹ volumina philoſophi ſudãtes vix intelligũt. Fuerũt alij quattuor Heracliti. Primus poeta Lyric⁹. Secũdus Halicarnaſeus ſummæ elegantię. Tertius Leſbius: qui Macedonum ſcripſit hiſtoriam. Quartus vir ridiculus.

⁎Hera Iunonis nomẽ apud græcos. i. aeris nã ἀήρ apud græcos ſepius repetitũ heram faciet.

⁎Heraclius Imꝑatoris ꝓprium ab Hercule deductũ formatione græca. Cc.

¶Heraclides pen. cor. nomẽ philoſophi: q heracleotes fuit ex Ponto. Hic opulentus Athenas venit deditq; ſe in diſciplinã Pſeuſippo. Pythagoræorum auditor fuit Platonis ſtudioſus. Fuerunt ingenij illius monumenta pręclara. Nam dialogos & tragœdias ſcripſit. Fuerũt & alij multi heraclidæ ingenio & doctrina inſignes.

¶Herceus dictus eſt Iuppiter quẽ etiam penetralẽ voca

bant qui intra conſeptū domus cuiuſq; colebat. Graece enim hercos ſeptū clauſtrumq; nominatur. Oui. Cui nil Herceι profuit ara Iouis.

⁎Hercinia ſylua eſt Germaniae: cuius latitudo eſt itinere nouem dierum. Cc.

⁎Hercinij populi ſunt vetus Pelaſgorum colonia.

❡Hercules cognomen vel fortaſſe potius agnomen Iouis & Alcmenae filij qui ob fortitudinē & gloriā creditus fuit q̄ inter deos ſit relatus. Fuiſſe autem tres Hercules ſcribit Diodo. Alij ſex autumāt. Prim⁹ qui certauit cum Apolline de tripode. Alter Nilo natus aegyptius: quem aiūt Phrygias lr̄as cōſcripſiſſe. Terti⁹ ex Idaeis dactylis cui iferias afferūt. Quart⁹ Iouis fili⁹ ex aſterie Latonę ſorore qui Tyri colit. filiāq; habuit Carthaginē. Quint⁹ in India qui & Belus dicit. Sextus Thebanus ex Alcmena & Ioue tertio genitus cui aliorū geſta aſſignāt. Herodotus ſcribit Herculē vnū eē ex. xij. dijs aegyptiorū: gręcoſq; ab Aegyptijs hoc nomē mutuatos indidiſſe filio āphitryonis. Var. xlij. Hercules nomiat. Verūtamē omnes q robore p̄ſtiterūt hoc nomie ab Hercule Alcmenę filio appellatos fuiſſe affirmat. Macro. aſſerit herculē eſſe ſolem quaſi heraclē. idq; ex nomine clareſcere. Hercules eīm nihil aliud eſt q̄ heras id eſt Iunonis. i. aeris cleos. i. gloria vl' laus. Quae porro alia eſt aeris gloria q̄ ſolis illuminatio? Idē dictus ē. xij. labores cōfeciſſe: q̄a ſol ānuo curſu. xij. ſigna zodiaci luſtrat & cōficit. Ab hercules hercule & hercle Mehercules & mehercule aduerbia iurandi.

❡Herculan⁹ a. um. nomē poſſeſſiuū. Eſt & herculan⁹ nomē ꝓpriū ab hercule deriuatū. Gel. lib. j. adiectiuū poſuit Cōpraehenſa inqt mēſura herculani pedis ſecūdū debitā membrorū oīum inter ſe competentiā modificat⁹ eſt.

❡Herculanū fuit Campaniae oppidum.

❡Herculeus a. um. apud poetas dicit: qm̄ breuē inter duas lōgas heroicus verſus nō admittit vt Aeſinus herculei ſi vera eſt fama Tarēti. Et modo poſſeſſiuū eſt. mō accipit ꝓ forti vt herculea vis. Herculeus homo. Mō ꝓ immenſo. vt herculeū opus. Herculeus etiā morbus dicitur comitialis: quoniā hūc morbū paſſus ſit hercules. Vñ & ſacer eſt appellatus & maior morbus propter grauitatē.

❡Herebus pe. cor. profunditas inferoꝝ dicit. Vide in dictione Erebus.

⁎Herix hericius & Herinaceus animal eſt hyeme ſe condēs p̄parās huic tēpeſtati cibos: ſic dict⁹ q̄ horreat ſpinis

❡Hermes is. & hermetis dicit latine quaſi interp̄s. Mercurius dictus eſt ab ἑρμηνεία. i. ſermōe: Praeſtabat. n. eloquētia: quē effigiabāt alas in capite & pedibus habētē: q̄ ſermo hominum per aera volitet.

❡Herma ę. etiā Mercuri⁹ dicit: q̄uis etiā quādoq; ſumat ꝓ ſtatuis & ſigillis p̄cipueq; trūcis & quorū capita pmutari poſſunt. Ci. ad atticū lib. vj. Hermae illi tui penſelici cū capitibus aeneis de q̄bus ad me ſcripſiſti tā nūc ad modū me delectāt. Probus Aemi. i Alcibiade. Id cū appareret priuſq̄ claſſis exiret: accidit vt vna nocte oēs hermae qui in oppido erāt athenis deijcerent p̄ter vnā quę ante ianuam erat. Suidas dicit hermas ſtatuas dictas q̄ plurimū Mercurij ſtatuae deliniarent. Hae eīm hermae viriles ſtatuę ad ꝓpagādā defūcti memoriā ſepulchris erigebant. Solebant aūt Romani Mercurij ac Mineruae ſtatuas iūgere gymnaſijs dicariq;: quas hermathenas Cicero nominat Q̄d ad me de hermathena inqt ſcribis ꝑ mihi gratum eſt ornamētū academiae ꝓprium meae q̄ & hermes cōmune oium & Minerua ſingulare inſigne eius gymnaſij. Quidā hermas accipiūt ꝓ lapidibus quadratis quos Athenienſes ſolebāt ponere tū in priuataꝝ tū in ſacrarū aedium veſtibulis: vt ſignificaret rationē & veritatē p inde vt formā quadratā rectā ſp ſtare. Dicti hermę a Mercurio q eſſet deus rationis & veritatis.

⁎Hermenij ppli moſcorū ſunt ꝓpe Colchos. Cc.

⁎Herlinus vnus ex centauris. Cc.

❡Hermoglyphus marmorius & ſtatuarius.

❡Hermopoliū officia vbi officiatores ſtatuaꝝ habitāt.

❡Hermopolis pe. co. nomē vrbis quā Hermes cōdidit.

❡Hermophroditus pe. cor. Mercurij & Veneris fili⁹ cōpoſitū nomē ab hermete: & aphrodite q̄d venerē ſignificat: a quo hermophroditi dicti ſunt vtrūq; ſexū habētes Hi etiā Androgyni dn̄r qui vtrūq; ſexū habent.

❡Hermodorus pe. ꝓ. fuit philoſophus Epheſius quē i Italia exulantē Pōponius iurecōſultus tradit auctorē fuiſſe. xij. tabulaꝝ ferēdaꝝ decēviris. Ply. dicit hūc fuiſſe interp̄tē legū decēuiralīū: eiq; ob id ſtatuā publice dicatā De hoc Stra. lib. xiiij. In epheſo fuere viri memoratu digni ex antiq̄s heraclitus. Item Hermodorus. De quo hic idem iquit. Dignos eſſe omnes Epheſios ſtrāgulari qui hermodoꝝ virū inter eos frugi eiecerūt dicentes. Nemo noſtrū frugi eſto: alioqui cū alijs eijciatur.

❡Hermenia latine interp̄tatio. Vñ pi hermenias Ariſtotelis: liber de interp̄tatione.

❡Hericius aial ſic dictū: q̄ ſetis horreat. Hic & herix dicit in ſepibus dumoſis & vineis ꝑ autūnū p̄cipue diuerſatur. Cōdit i arborib⁹ hyeme: & cibis ꝑ ęſtatem paratis veſcit. Vbi ſēſerit venatores cōtractis ore & pedibus cōuoluit in formā pilę: neq̄ d cōp̄hēdi poſſit p̄ter aculeos. Sūt e genere eorū maiores hiſtrices: q̄b⁹ longiores aculei De quibus infra.

❡Heri ab haerendo quidā dici putāt: q̄ heſtern⁹ dies hodierno diei cohęreat: ſine diei alterius iterpollatione. Dr̄ etiā here ꝓpter cognationē lr̄arum i & e. vt veſpe & veſpi Ab heri fit heſtern⁹ a. ū. ſicut a cras craſtin⁹. Et accipitur heſtern⁹ ꝓ pridiāo. Terē. Iure heſterno panē atrū vorent.

❡Hermias eunuchus trapezitae cuiuſdā famulus Athenas ꝓfect⁹ Platonem Ariſtotelemq; audiuit & domum reuerſus cū domino ſuo Atarnēſes: & aſſenſus aggreſſus eos ſubegit: & illis cum domino imperauit.

⁎Hermias etiā puer fuit quē delphi i mare portabat. Cc.

⁎Hermogenes pe. cor. nomē propriū: latie dr̄ Mercurio genitus. Cōtra quē cauillat⁹ Cratillus eū hermogenē nō recte dici q̄a doctrinae. ſ. atq; eloquētiae nihil ſapiat.

⁎Hermupoa haerba quam mercurialem haerbam vocāt quaſi Mercurij pabulum. Cc.

❡Hernia cōe ē nomē tribus morbis. ſ. Enterocelae Epiplocelae: & hygrocelae. Enterocela enim dicitur cum inteſtina dilabuntur in Scrotum. Epiplocela cum omentū. Hygrocela: cum in alterū e teſtib⁹ humor cōfluit. Has ſpecies nr̄i vocāt hernias vt inqt Celſus a duricie pellis q̄ fit poſt inteſtinoꝝ deſcēſum. Herniū eīm durū & aſpum dicit. Tractū a Sabinoꝝ ligua q̄ hernia ſaxū vocāt. Mar. Deriſor Fabian⁹ herniaꝝ oēs quē mō colei timebāt dicētē tumidas i hygrocelas. Ramices vero has ſpēs ſub ſe cōtinet. Porocelā q̄ ē cū ex abſceſſu aliquo circa ſecretū materia ſubduruit. Sarcocelā cū i ip̄o ſcroto cōcreuit caro. Cirſocelā cū venę intūuerūt: tunicis teſtiū integris vl' in ipſo ſcroto: vel cū bubonocela dr̄ in inguine. Eſt tamē vbi Ply. enterocelā dixerit ramicē: vti medicis cupreſſi. Differt ab his brōchocela q̄ppe q̄ i ceruice ſit: quaſi tūor magn⁹ & rūd⁹ inter cutē & aſperā arteriā qua mō caro hebes: mō humor aliq̄s includit. Interdū etiā minutis oſſibus pili immiſti: vt in Celſo lib. vij. ꝓperā ſcribat brōcocoelae. Sūt etiā q hernīā interp̄tent ꝓ teſtiū theca vt illud Marti. Ingens iratis apparuit hernia facris.

❡Herniofus ꝓ qui herniam patit. Hier. in Leui. Si caec⁹ fuerit vel hernioſus nō accedet offerre hoſtias domino.

❡Hernici populi i Cāpania ſaxa incolentes. Hos tamē hernicos appellatos voluit Macro. qui hernum adducat a nomine hernici pelaſgi qui eorum fuit dux.

¶Herodius & Herodion auis: falco vulgo dicta: immo eſt ardea la garza.

¶Herus dñs aſpirat̃ vt differat a verbo futuri tpis ero.

¶Heros a Iunone dicit̃ inquit Aug. lib. x. ci. dei. Nã grece Iuno hera appellat̃. Et ideo neſcio quis filius eius ſecũdũ graecorũ fabulas heros fuerit appellatus. Hoc videlicet velut myſticũ ſignificante fabula q̃ aer Iunoni deputet̃: vbi volunt cũ demonibus heroas habitare. Quo nomine appellant alicuius meriti aĩas defunctorũ. Et libro vij. Inter Lunę gyrũ & nymborũ ac vẽtorũ cacumina aerias eſſe animas: ſed eas aio nõ oculis videri & vocari heroas & lares & genios. Mar. Capella in nuptijs philologiae dicit heroas ab hera quae terra dicit̃ nuncupatos. Hinc heroicus a. um. & Herois idis. Michalus aũt etymo. ἥρως ὁ ἀνὴρ θεῖος ἐστὶ ἡμίθεος γενναῖος λέγεται δὲ ἀπὸ τοῦ ἔρωτος τῆς ἀρετῆς ἧς ἀγγίας ἦν δύμους καὶ πόνους ἅμα τῶν ἀνθρώπων αἱρουμένος ἀγαθὸς ἀρεται. ⁎Heros vir diuin⁹ ẽ ſemide⁹ gl̃oſus dicit̃ ab amore virtutis cui⁹ cauſa pericula & labores ſupra mortales eleuatus eligit.

¶Herpes animal ſic dictum: q̃ eo praecipue ſanentur ea quae ſerpunt.

⁎Herpetae dicuntur hulcera quae ſerpunt. Cc.

¶Heroidas veteres foeminas clariores dixerũt: quales ſunt heroum vxores & filiae. Papin. li. iij. Syluarũ. Qua veteres latias graiaſq; heroidas aequas.

¶Herſilia nomẽ vxoris Romuli: quae in horã verſa tẽpla cũ Quirino tenuit. Eſt aũt herſe apud graecos quod apud nos eſt ros.

¶Hanula parua delubra: in qua loco f ponitur aſpiratio quaſi fanula.

¶ Horreo horres horrui: horrorem habeo proprie cum pili ſetæve in animante erigūtur. Verum quando hoc ex frigore fit dicimus horrere frigere. Iuu. Et horrenti tunicam non reddere ſeruo. Et quia frigus in corpore perſæpe a timore eſt: dicimus horrere timere. Virgili⁹ lib. iij. georg. Nec varios horret ſtrepitus. Et horrere eſt aſperum eſſe: quoniam corpora quæ horrent aſpera redduntur. Idem. Tum late ferreus haſtis horret ager. Col. li. primo Sunt quædam loca quæ ſolſtitijs minus concaleſcunt: ſed hyeme intolerabiliter horrent: ſicut Thebas ferunt Boeoticas. Similiter horrere eſt ſtupere mirari. Idem li. iij. Horrendum ac dictu video mirabile monſtrum. Conſtruitur hoc verbum modo abſolute. Teren. in Eu. Totus horreo. Modo cum datiuo. Lactan. lib. v. Cui enim talia ſacrificia non horreant. Modo cum ablatiuo mediante prępoſitione: vt apud eundem lib. vj. Nam de mortis generibus horret animus recordari cum immaniũ beſtiarum vltra ipſam mortem carnificina ſæuierit. Modo cum ablatiuo ſine pͤpoſitione. Hiero. Horrebant ſacco membra deformia. Modo cum accuſatiuo. Vir. li. iij. Geo. Nunq̄ cuſtodibus illis Nocturnum ſtabulis furem incurſuſq; luporꝫ: Aut impacatos a tergo horrebis Iberos. Huius verbi compoſita ſunt abhorreo cohorreo exhorreo inhorreo & perhorreo.

¶ Horreſco horridus fio: vt cum quis intrinſecus algorem ſeu tremorem in ſe citari & creſcere ſentit pauore ſtupore aut febri inualeſcente & huiuſmodi. Virgilius libro vj. Horreſcit viſu ſubito cauſaſq; requirit. Paſſiue ſumit̃ tur ſimiliter. Plau. in Aſi. Horreſcet faxo lena leges cum audiet. id eſt expaueſcet. Et horreſcere cōtremiſcere. Vir. lib. iij. Geor. Tum ſegetes altæ campiq; natantes Lenibus horreſcunt flabris. Aliquando actiue capitur. Idem lib. iij. Aen. Nec tu menſarum morſus horreſce futuros. i. expaueſce. Sic eius compoſita. Obhorreſco. Exhorreſco. Inhorreſco. & Perhorreſco: actiue & paſſiue ſumūtur.

¶ Horreum ab horrore quaſi horridum propter aſperitatem ariſtarum: quoniam priſci fruges in ſuis ſpicis cū ariſtis in granarijs conderēt. Vel quoniam in eminentiori parte villæ ſiue domus eſſe debet: & oppoſitum ſeptētrioni. Septentrio vero qui eſt frigidus facit horrorem. Hinc horrea quia frigida eſſe debēt & ſicca ne fruges putreſcant. Var. ab hordeum tractum exiſtimat qđ antiqui farreum a farre dicebant: q̨ in eo hordeum ſeruaretur: ſicut a grano granarium. Non ſolum autem horreum accipitur pro loco ad cuſtodiam frugum: ſed etiam rerum aliarum precioſarum ſepoſitarum a quotidiano vſu. vt apud Apul. in meta. Demonſtrat horreum vbi veſpera ſagaciter argentum copioſum recondi viderat. Et iuriſconſulti horrea frequēter vſurpant pro repoſitorijs mercīū & rerum pcioſarum. Horęum p ſimplex r. & cū diph. dicit̃ mel ęſtiuum ab hora.

⁎ Horęum mel vocat̃ ęſtiuum. nam gręci om̄es fructus ęſtiuos nominant horęos quoniā id tempus per excellentiam horam vocant. Cc.

¶ Horrearius dicit̃ qui eſt cuſtos vel exercitor horrei.

⁎ Horonaſde apud Chaldæos bonus dęmon erat qui & Iuppiter dicebat̃. Cc.

¶ Hordeum ab horrore: quoniā licet calamus altior frumento q̄ hordeo ſit: ariſta tamen eſt mordacior hordeo. vel dicit̃ hordeum ab oriendi celeritate q̨ ante om̄ia frumenta ſit aridum. Vel dicit̃ a nomine fordus. a. um. vt loco f. fuerit aſpiratio poſita. Priſci tamen illi dixerūt hordus. a. um. cum h. cuius loco poſteriores f. poſuerunt atq; inde aſpiratio mãſit: vt ſit hordeum quaſi fordeum. i. grauidum & pręgnans. Hinc hordeaceus a. um. quod ex materia hordei eſt: vt panis hordeaceus.

¶ Hordearius. a. um. quod ad hordeum ſpectat. Vnde æs hordearium veteres dicebant quod pro hordeo equiti dabatur.

¶ Hordeacia dicta ſunt ab antiquis ſacra in quib⁹ hoſtię hordę. i. pręgnantes immolabant̃.

¶ Hordeia: genus piſcis.

⁎ Horeſtes Agamēnonis & Clytemneſtræ filius fuit qui matrē (quoniam necis paternæ cōſcia fuerat) Aegyſtho patruele eiuſdem clytēneſtrę matris cōcubitore cruci affixo: trucidauit. Is poſtea in furorē verſus a Pilade ſocio in tauricam regionē perductus ad aram Dianæ ab Iphigenia ſorore cognitus liberatus eſt. Cc.

¶ Hormū: genus ſaltationis armatæ apud Lacedæmonios: qđ Lycurgū inueniſſe ſcribit Lucianus.

¶ Hornus. a. um. aſpirat̃: vt differat ab arbore orno: vel q̨ fiat ab eo qđ eſt hoc & annus. Vnde hornam frugem

dixerunt quæ hoc anno prouenit. Acron vero hornum qđ eſt vnius anni dixit: vt Res horna.i.annua vel noua. Et Hora. Hornam frugem appellat. Proper. libro quarto. Illa dies hagnis cædem denũciat hornis: id eſt annicu lis. At Porphirio hornum huius anni expoſuit. Vnde ſuper illud Horatij in Epo. Et horna dulci vina promena dolio. ait horna vina dicuntur huius anni. Nonius vero illius anni interp̃tatus eſt. Et inducit Lucilium li. xxviij. ita ſcribentem. Vtrum anno an horno te abſtuleris. Hinc hornotinus penultima correpta ſicut a diu diutinus. Cato. Hornotinæ nuces virides. Col. libro. iij. Plantas hornotinas ſcrobibus pedalibus factis ante Kalendas Mar. diſpoſitas habeas. Idem li. vj. Præcipites palmites dicũtur qui de hornotinis virgis enati in duro alligant̃. id eſt vnius anni.

¶ Horno aduerbium ſignificat hoc anno.

¶ Horſum ſurſum ſignificat infra ſurſum. Terẽ. in Hecy. Tace trepidari ſentio & curſari horſum ſurſum.

¶ Hortor quaſi ore perſuadeo: & aſpiratur ne frequentatiuũ ab Orior putetur. Et differt a moneo: ꝙ monemus auctoritate & conſilio: hortamur rationibus & precibus etiam plerunq; blandiendo. Teren. Ego propterea te ſedulo & moneo & hortor ne cuiuſq̃ te miſereat. Huius cõpoſita ſunt Adhortor. Terentius in Heau. Syrus eſt ap prehendendus atq; adhortandus mihi. Cohortor. Lact. lib. v. Et antiſtites religionum conuocent nos: ad cõtentionem cohortentur: ad ſuſcipiẽdos cultus deorum perſuadeant. Dehortor diſſuadeo. Terentius in Phor. Hic dehortatus eſt me ne illam tibi darem. Exhortor valde hortor. Lac. li. vij. Supereſt vt exhortemur ad ſuſcipiendam cum vera religione ſapientiam.

¶ Hortus. us. Vide infra in dictione Ortus.

¶ Hortenſius Roman⁹ rhetor qui in foro Romano cauſarum rex ob eloquentiam dictus eſt: licet eius ſcripta intra famam fuerint. De quo Cice. in Bruto ſic refert. Primum memoria tanta: quantã in viro cognouiſſe me arbitror: vt quæ ſecum commentatus eſſet: ea ſine ſcripto verbis eiſdem redoleret quib⁹ cogitauiſſet. De quo etiã fert̃ ꝙ ſedens olim totũ diem in actione omnes res venales & pretia & emptores ordine ſuo recenſuit argentarijs recognoſcentibus: ita vt in nullo falleretur.

⁎ Horus Iſidis filius fuit quẽ cũ Iſis amiſiſſet verita ne illi eueniret qđ Oſiri patri acciderat: multũ fleuit: ſed eo inuẽto mœrorem in lętitiam conuertit. Cc.

¶ Hoſſimi pe. cor. dicti ſunt qui ſine naribus naſcuntur habẽtes tantum foramina pro naribus. Hi etiã ſimones appellant̃: vt inquit Ply. lib. xj.

¶ Hoſpes quaſi oſtium noſtrum petens gene. com. ſecũdum Priſ. Hoſpes tamen dictus eſt ꝙ oſtium noſtrũ petat: vel ꝙ ore. i. oculo aduenieus nos petat ac mutuo petatur. Luca. Hoſpes in externis audiuit curia tectis. Alij volũt eſſe generis omnis nã neutrũ plurale habet hoſpita: cum tamen hoſpitia dici deberet: ſicut diues diuitia. Ouid. lib. xv. me. Nec inhoſpita tecta Crotonis. Dicuntur aũt hoſpites amici diuerſarum patriarũ qui ſe mutuo recipiunt cum alter in alterius patria peregrin⁹ eſt. Ouid. Non hoſpes ab hoſpite tutus. Cice. per dextram iſtam: quã hoſpes hoſpiti porrexiſti. Taliſq; amicitia hoſpitalitas dicit̃: ſiue hoſpitium. Cice. Fuit mihi cum illo vetus hoſpitium. Et eorum domus: quæ gratis liberaliterq; venienti hoſpiti patent hoſpitia dicuntur. Idem. Ex hac vita diſcedo tanq̃ ex hoſpitio non tanq̃ e domo. Quapropter & ædes quæ publicæ parant̃ ad egenos recipiendos hoſpitia & hoſpitalia appellantur. Nam illa quæ viatoribus peregriniſq; mercede patent Caupone diuerſoriaq; vocant̃. Hinc appellamus locum inhoſpitalem quo ſine periculo non venimus aut moramur. Sunt tamẽ qui nec hoſpes nec hoſtium aſpirent.

¶ Hoſpita: tæ. & hoſpita neutro genere & numero plurali quæ facile ſuſcipiunt. Hierony. in Exo. Poſtulabit mulier a vicina ſua & ab hoſpita vaſa argentea. Terenti⁹. in And. Num illi moleſtę quippiam hæ ſunt nuptiæ propter huiuſce hoſpitæ conſuetudinem? Sic hoſpita terra dicit̃ in qua facile ſuſcipimur. Et hoſpita æquora: ſeu hoſpita flumina per quę nauigari aut trãſiri poteſt. Statius lib. iij. the. Accipies feſſiſq; libens iterum hoſpita pãdas flumina. Virg. li. iij. Pauca tibi e multis quo tutior hoſpita luſtres ęquora. Seruius. Hoſpita ęquora vicina. Nihil enim nobis vicinius eſſe conſtat.

¶ Hoſpitale ſeu hoſpitium domus hoſpitum. Liuius li. ij. Ibi benigne excepti diuiſiq; in hoſpitia curatis vulnerib⁹. Significat etiam hoſpitium amicitiam & familiaritatem: quã hoſpes erga hoſpitem habet.

¶ Hoſpitalis pro liberali & facili ad ſuſcipiẽdum hoſpites hoſpitio: aptoq; ad ſeruiẽdum hoſpiti. Hoſpitale adiectiuum qđ eſt hoſpitis: ſiue qđ ad hoſpitem ptinet. Li. lib. j. Exceptus benigne ab ignaris conſilij cum poſt cœnam in hoſpitale cubiculum deductus eſſet. Et libro ſecundo. Alij profecti domos nuncij hoſpitalium beneficiorum multos Romæ hoſpitũ vrbiſq; charitas tenuit.

¶ Hoſpitalitas ipſa facilitas & in recipiẽdo benignitas.

¶ Hoſpitor hoſpitaris amice in hoſpitium recipio: vel recipior.

¶ Hoſtium inquit Var. vocant qđ ex vno facto olei reficit̃. Factum dicunt qđ vno tempore conficiunt: quẽ alij centum quadraginta aiunt eſſe modiorum.

¶ Hoſtio. is. æqualiter eo: procedo: æquo: & vicem reddo. Plautus in Aſi. Quin promitto inquam hoſtire contra: vt merueris. i. æqua reddere. Quandoq; comprimo: coerceo: dictum ab hoſtia. Pacu. Niſi coercuero proteruitatem atq; hoſtiero ferociam. Quandoq; offendo: cędo. Idem. Nunc id mihi moleſtum eſt: ꝙ hoſtit voluntatem tuam. Huius compoſitum eſt Rehoſtio quod eſt vicem refero: vt inquit Feſtus.

¶ Hoſtimẽtum ęquamẽtum: vt cum quis pro beneficio compenſationẽ accipit. Plau. in Aſi. Par pari datũ hoſtimentum eſt: opera pro pecunia.

¶ Hoſtis communis generis ab hoſtio is quod eſt ęquo: cum in hoſtium cõflictu ſoleat fieri quædam æquatio ordinum ſeu ꝙ ex æqua cauſa pugnam adeãt. Vnde apud antiquos hoſtis peregrinus dicebatur ꝙ ſuis legibus viuens nobis ęquus videret̃. Nunc dicunt eum quem tunc dicebant perduellẽ: qui nobis: aut cui nos bellum publice decreuimus. Inimicus cum quo priuatas exercemus inimicitias.

¶ Hoſtile pe. ꝓdu. qđ eſt hoſtis. Virgili. Indutoſq; iubet truncos hoſtilibus armis. Hinc hoſtiliter aduerbium ad modum hoſtium.

¶ Hoſticus. a. um. pe. cor. idẽ qđ hoſtile. Hor. I Ser. Hũc neq; dira venena nec hoſticus auferet enſis. Col. in p̃fa. Qui q̃ inter ferrũ & ignes hoſticis incurſionibus vaſtatas fruges largius tamen cõdidere q̃ nos quibus diuturna p mittente pace prolatare licuit rem ruſticam.

¶ Hoſticus ſubſtantiuum nomen poetæ fuit.

¶ Hoſticapax pe. cor. qui hoſtes capit.

¶ Hoſtia ab hoſtis deducit̃ ſignificatq; ſacrificiũ qđ ab ijs fit q in hoſtẽ pergũt ob victoriã. i. pro victis hoſtibus Vñ etiã lares hoſtiolos dixerũt ꝙ hoſtes ab eis pellerent̃: hęc & victima dicit̃. Hiero. Hoſtia dicit̃ q̃ per partes diuidit̃ & ſanguis circa altare effundit̃: & ipſa hoſtia foris cõburit̃. Sacrificium dicit̃ vinũ & oleũ & mediũ animal. Holocauſtũ totũ combuſtũ. Et victima anteq̃ occidat̃. Feſtus. Hoſtia ſacrificiũ qđ laribus immolabant: ꝙ ab illis hoſtes arceri putabant. Oui. Hoſtibus a domitis hoſtia

nomē habet. In qua ſignificatiōe etiā dicit̃ victima a deuictis hoſtib⁹: vt apud eūdē. Victima q̃ dextra cecidit victrice vocat̃. Alij Hoſtiā ab hoſtio ferio deriuāt. Placid⁹ grāmaticus ab hoſtimēto. i. ęquamento. Gel. ſcribit hoſtiam a quolibet ſacerdote: Victimā eius qui vicerit manibus debere immolari. Hoſtia etiā ciuitas: de qua in dictione Oſtia. Et Hoſtia nomen puellæ quā a ſe amatam Propertius cynthiam vocauit.

¶Hoſtium hoſtiarius. Vide infra in dictione Oſtium.

¶Hoſtoriū: lignū ęquatoriū: baculus cū quo modius & ceteræ menſurę ęquantur: & alio nomine radius dicitur.

H. ante V.

¶Huber ſcd̃m Apul. cū h. ab ὕω pluo. Alij magis ab humeo. Loca em̃ arida i fœcūda ſunt: cōtra: q̃ humecta ſūt feracia: & mulierū hubera ſi humore careāt: carebūt & lacte. Generis cōis vel oīs pro abūdāti & fœcūdo. Cato li. ij. Orig. Ita res huber fuit. Amb. lib. Hexa. Quacūq; ex cauſa ſoli huberis ſterilitate mulctat̃. Palladi⁹. Pratis recētia ſtercora ꝓficiēt ad huber hærbarū. Hui⁹ cōtrariū eſt Inhuber. Gel. Inhuberes & multæ quidē macręq; eſſent. Huber vero neutro genere māma eſt. Virg. Binos alit hubere fœtus. Ab huber pro fœcūdo fit hubertas: huberti & hubertime aduerbia pro fœcunde copioſe.

¶Hubero. as. huberem & fœcundū facio. Palla. lib. iiij. Hoc velut coitu ſteriles arbores huberant̃.

¶Hubertus. a. um. abundās. Gel. Sed ea ipſa genera dicendi antiquitus tradita ab Homero ſunt tria in tribus. Magnificum in Vlyſſe & hubertū. Subtile in Menelao & cohibitum. Miſtum moderatumq; in Neſtore.

⁎Huc aduerbium ad locum. Cc.

⁎Hudum vide Vdum.

⁎Huiuſmodi & huiuſcemodi nomina adiectiua ex ꝓnomine & nomine compoſita omnis generis vel ſecūdū aliquos obliqui caſus oībus generibus figurate adiūcti. C.

¶Hui: interiectio eſt dolentis ironiam ſignificans.

¶Huic datiuus pronominis monoſyllabū eſt: vt Huic cōiunx Sicheus erat. Q̃nq; ꝑ dihęreſim biſſyllabū efficit̃ Sta. li. j. the. Lętus huic dño videas dare nepotes.

¶Hululo. as. pe. cor. proprium eſt vocis tum luporum: tum canum. Hinc hululatus.

¶Hulula pe. cor. auis buboni ſimilis quę a cantu ſuo nomen accepit.

¶Humus terra humefacta. a quo Humeus a. um. qđ ex humo eſt. Dicta humus ꝙ humorem contineat: licet nō conueniant tempore.

¶Humor ab humus fit: quia aquæ terris incluſæ ſunt.

¶Humidus. a. ū. pe. cor. qđ extrinſecus humorē habet.

¶Humeo es. humui humectū: madid⁹ ſum. Col. li. iiij. Verū eſt opere difficilior ꝙ neq; humētē fodere poſſis ꝙ ſit glutinoſa: nec nimiū ſicca: quia vltra modū pręduratur. Augu. lib. xiij. de ciui. dei. Erat enim puluis humectus.

¶Humeſco humidus fio. Virgi. lib. iij. Geo. Humeſcūt ſpumis flatuq; ſequētū. Amb. per tranſlationē. Pulchrū eſt vt diuinarū ſcripturarū humeſcamus eloquio: & quaſi ros ſic in nos dei verba deſcendant.

¶Humecto as. frequētatiuū ſępe humidū facio. Virg. li. iiij. geo. Qua niger humectat flauētia culta galeſus. Col. li. viij. Agnus cū eſt editus erigi debet atq; huberibus admoueri: tum eius deductū os preſſis humectare papillis: vt condiſcat maternū trahere alimentum.

¶Humarium: ſacrificij genus.

¶Humo as. humo cōtego ſepelio. Ci. li. tuſ. Magoꝝ eſt mos nō humare corpora ſuoꝝ niſi a feris ſint añ laniata. Idē i eodē. In terrā ei cadētib⁹ corpib⁹ hiſq; humo tectis: a quo dictū ē humari. Humat⁹ ergo humo cōtect⁹: ſepultus quoquo mō cōdit⁹. Q̃nq; tñ humat⁹ ꝓ ſepult⁹ ponit̃ Gel. In ſui pueri ſepulchro humat⁹ eſt. Hu⁹ cōpoſita ſūt Exhumo qđ ē e terra extraho. Inhumo terræ iiſcio. Ply. li. xvij. Nō inhumare taleas aut ſiccare prius q̃ ſerant̃ vtilius compertū. q̃uis inhumatus q̃nq; inſepultus dicat̃.

¶Human⁹. a. um. ab homo: ſicut a fera ferin⁹: mutata o in u. Veteres em̃ homanus dixere: & ꝓprie dicit̃ qđ eſt hominis: vel qđ ad hominē ſpectat. Plau. in Amp. Nō minus q̃ veſtrū quis formidat malū humana matre natus hūano patre. Ter. Hō ſum: hūani nihil a me alienū puto.

¶Humanæ res dicunt̃ res hominū: vt argentum: nūmi fundus: poſtremo etiam ipſa cogitatio.

¶Hūanitas ꝓprie naturā hūanā ſignificat. Vñ apđ apoſtolū ſcriptū eſt: vt humanitas ſubijciat̃ diuinitati. Deinde ſumit̃ pro eo qđ gręci παιδείαν dicūt nos eruditionē & iſtitutionē i bonas artes: quas q̃ ſynceriter cupiūt atq; inſequunt̃: ij ſunt vel maxime humani. Huius ſciētiæ cura & diſciplina ex vniuerſis aīalib⁹ vni homini data ē: idcirco hūanitas appellata. Var. Praxiteles inquit ꝓpter artificiū egregiū nemini ē paulū hūaniori ignot⁹. Hūaniori dixit ꝓ eruditiori. Hic ſtudia hūanitatis. i. eruditiōis appellant̃: quib⁹ artes liberales itelligunt̃. Sed q̄a hō iter oīa aīalia maxime mitis eſt: idcirco human⁹ pro facili & miti ponit̃: & hūanitas ꝓ facilitate tractabilitate māſuetudine clęmētia beniuolētiaq;: quā gręci φιλανθρωπίαν vocāt q̃ſi amorē i hoīes. φίλος amor ἄνθρωπος hō. Ci. li. j. offi. Nō mō id virtutis nō eſt: ſed ē poti⁹ imanitatis oēm hūanitatē repellētis. Amb. li. iij. offi. Cōſydera hō vñ nomē ſumpſeris. Ab humo vtiq; q̃ nihil cuiq̃ eripit ſed oīa largit̃ omnibus: & diuerſos in vſus omniū animantium fructus miniſtrat. Inde appellata humanitas ſpecialis & domeſtica virtus hominis quę conſortem adiuuat.

¶Humaniter aduerbiū ſignificat cū humanitate.

¶Humanitus ſimiliter aduerbiū: ſignificat ab hominibus: ſicut diuinitus a deo & cœlitus a cœlo.

¶Humile pe. cor. dr̃ qđ eſt humi decliue. Vñ & pro puo abiecto & ſubmiſſo ponit̃. Virg. Atq; hūiles hitare caſas Col. li. iiij. Bos hūilis inqt. Hic hūilitas breuitas abiectio Ci. li. j. offi. Quoꝝ aūt pria ętas ꝓpter hūilitatē & obſcuritatē i hoim ignoranōc verſat̃. Humilio as. hūilē facio.

¶Humerus pe. cor. ab humo fieri q̄dā exiſtimāt: q̄a inſtar humi ſufferēdis oneribus apti ſunt humeri. Sūt aūt humeri a q̄bus depēdēt brachia. Quoꝝ quidē humerorū latitudo fortitudinē ac prudētiā idicat. Vir. li. ij. Hęc fatus latos humeros ſubiectaq; colla. Hi etiā armi dicunt̃: a quibus arma: vt iquit Feſtus. Hinc humeroſus. a. um. Col. lib. iiij. Itaq; cuſtodiemus: vt a prædictis locis quos humeroſos ruſtici vocant ſemina legamus.

¶Hūni populi ſunt qui quōdā in ſcythia Europę ſuper Mæotida paludē incoluere. deide mutatis ſedibus ingēti multitudine ꝓfecti i Pānoniā deuenerūt. De his Hier. ad Ocea. Ab vltia męotide iter glatialē Tanain & Maſſagetarū immanes populos vbi caucaſi rupib⁹ feras gētes Alexandri clauſtra cohibēt erupiſſe hūnorū examina: quæ pernicibus equis huc illucq; volitantia cędis pariter ac terroris cuncta complerunt.

H. ante Y.

¶Hyacinthus flos viola & gēma i qua fulgor violace⁹ dilut⁹ eſt: vt iquit Ply. Vñ hyacithin⁹ a. um. pe. cor. color aerius. Hier. i Exo. ſcribit pelles hyacithinas appellari a colore. Et velū ex hyacintho cocco byſſo purpuraq; cōtextū. In quo hyacith⁹ aeri deputabat̃: ſicut coccus ętheri: byſſus terrę: purpura mari: vt idem cū Ioſepho aſſerit. Ouid. li. x. me. Annua ꝓclara redeūt hyacinthina pōpa. Sūt aūt hyacithi albi & cęrulei & rubei ſiue purpurei. Vñ

&hyacinthina. Virg. Et ſuaue rubẽs hyacinthus. Eſt aũt
hyacinth⁹ ruber flos ex herba eiuſdẽ nois naſcẽs. A cui⁹
ſimilitudine rubrę veſtes hyacinthinę veſtes noiant̃: hoc
eſt hyacintho flori ſiles. Per. Huic aliqs cui circa hũeros
hyacinthina læna eſt. Vñ iter gẽmas q̃ berylli dicunt̃ hyaci
thizõtes vocant̃ q rubore quodã ſuffuſi ſunt. Et hyacin
thus p ſe gẽma ẽ amethyſto ſilis. Hyacithin⁹ color hiſgi
nus etiã dr̃ a gñe herbæ q̃ hiſge dr̃. De hyacitho aũt flore
duplex extat fabula. Nam & hyacithũ puerũ dilectũ ab
Apolline: quẽ iprudẽs iterfecit i hũc florẽ mutatũ tradũt
Vñ i eo duę primę lrę iſcriptę cernunt̃ αι q̃ vox dolẽtis eſt
Et Aiacẽ i eũdẽ florẽ cõuerſum aiũt: dũ ipatiẽtia p̄lati ſi-
bi Vlyſſis ſcrip[illegible]mit: cui⁹ nomẽ ſiliter in pricipio at
lras habet. O[illegible]nis medijs puerorq̃ virorq̃ In-
ſcripta eſt fol[illegible]. Sũt q hyacithos vaci
nia iterp̄tent̃ latic. [illegible] tvacinia i aucupijs ſata.
Gallię vero etiã purpurea tigẽdi cauſa ad ſeruoꝝ veſtes.
❡Hyacinthina ſubſtãtiuũ: vt auctor eſt Hiero. cõtra Io-
ui. dicebant̃ quędã ſacra nocturna. Hyacinthina vero ad
iectiuũ eſt ab hyacinthus ſicut modo oſtenſum eſt.
❡Hyades ſtellę ſeptẽ in cornib⁹ & ore tauri q̃ quoties na
ſcunt̃ vel occidũt pluuias creãt. ἀπὸ τοῦ ὕω pluo. Sui-
das. ὑάδες εἰσὶ περὶ τὸ μετὰ κεράτων τοῦ ταύρου ἀστέρες. ✶. i.
hyades ſtellę i cornib⁹ tauri. Oui. At ſimul iducẽt obſcu
ra crepuſcula noctẽ: Pars hyadũ toto de grege nulla latet
Ore micãt tauri ſeptẽ radiãtia flãmis: Nauita q̃s hyades
grai⁹ ab vrbe vocat. Vel dictę ſunt hyades q̃ i ſpeciẽ y lrę
poſitę ſint i cœlo. Alij dicũt q̃ hę Bacchi nutrices fuerũt
q̃ Dodonides nymphę vocãt a Dodona ciuitate Epyri:
& cũ Iunonis irã vererent̃: fugerẽtq̃ Lycurgi regis ſæui-
tiã: Iuppiter eas i cœlũ itulerit: & ſtellas eẽ iuſſerit. Alij tra
dũt Atlãtẽ ex Aetra vxore Hyã filiũ ſuſcepiſſe: quẽ a leo
ne deuoratũ cũ ſorores miſerabili lamẽtatione proſeque
rent̃ & mœrore vitã finirẽt: Iuppiter illas miſeratus in ſtel
las verterit: vt earũ pietatis perpetuum hoc eſſet teſtimo
niũ: quę de fratris noie hyades ab hominibus dictę ſunt.
Fuerunt autem ſeptẽ ſorores q̃ & Atlantides appellant̃.
Latini eas ſuculas vocãt: quia ſues gaudẽt luto qđ fit ex
pluuia aqua. Harũ noia Ambroſia: Eudora: Priſithoe:
Coronis: Plexaura: Pitho: Tythe.
❡Hyęna cũ dip. & pe. p. aĩal ferũ atq̃ agreſte qđ alternis
maſculũ eẽ & fœminã tradit Ply. Sermonẽ quoq̃ hũanũ
aſſimilare: i cui⁹ ſpina articul⁹ ſiue nodus eſt ad medica-
mina efficax. Hier. Fel hyęnæ oculoꝝ reſtituit claritatẽ.
De animali Ouid. lib. xv. me. Et quę modo fœmina ter
go Paſſa marẽ: nunc eſſe marẽ miramur hyænam.
❡Hyalus. pe. cor. vitrũ. Et p viridi colore ſumit̃. Vir. li.
iiij. Geo. Mileſia vellera nymphę Carpebãt hyali ſaturo
fucata colore. i. vitri q̃ ſit naturaliter coloris viridis. In-
de fit Hyalinus pro vitreo: Hyalurgus pro vitreario.
❡Hybernia: iſula iter ſeptẽtrionẽ & occidentẽ ſolẽ dimi
dio minor q̃ britãnia: cui ppĩqua eſt ab hyberno tẽpore:
vt quidã putãt ſic appellata propter hyemis magnitudi
nẽ. Hinc hybernicus. a. um. vt Mare hybernicum.
❡Hybernus. a. ũ. qđ eſt hyemis: vt Glacies hyberna. qđ
nomẽ ab hymbre deduci aſpiratio indicio eſt. Quidã tñ
magis p i latinũ ſcribũt hibernus: ſicut & hiẽs & himber.
Fit aũt hybernus ab hymber: remota m. ſicut a patre p-
ternus. Sed vt cũq̃ ſcripſeris puto culpandus non eris.
❡Hyberna nũero plurali dicunt̃ loca i quib⁹ milites hye
me ſtationẽ faciũt: ſicut Aeſtiua in qb⁹ ęſtiuo tẽpore cõ-
morant̃. Varro appellat Hybernacula. Cęſar. Poſt hęc le
gionibus in hyberna deductis in Italiam profectus eſt.
❡Hybernacula: loca ad hybernandũ parata. Liui. In eo
loco milites hybernacula ſibi conſtituerunt.
✶Hyberes populi ſunt Moſcoꝝ Colchis finitimi. Cc.
✶Hyberus fluuius cãtabrorum in Hiſpania iuxta quem
eſt Taraco. Cc.
❡Hyberno. as. hyemo: ſeu i hyeme ſtationẽ facio. Liui.
Legioneſq̃ Placentię hybernabant.
❡Hyble vel bles: ciuitas Sicilię i q̃ thymi & ſalicũ copia
ab Hyblone rege dicta. Hãc Stra. a Doriẽſib⁹ cõditã ſcri
bit. Eſt ẽt hui⁹ nois mõs pxim⁹ thymo abũdãs. vñ apes
paſtę mel optimũ cõficiũt. Hĩc hyblę⁹ a. ũ. vt apes hyblęę
& mel hyblęũ. Virg. Hyblęis apibus florẽ depaſta ſalicti.
Mar. Cũ dederis ſiculis medię de collib⁹ hyblę Cecropi-
os dicas tu licet eſſe fauos. Hic mõs etiã Megara vocat̃.
❡Hybridę pe. cor. vocant̃ canes q i parib⁹ parẽtib⁹ nati
ſunt inqt Porphirio: hoc ẽ venatico & gregario. Ply. li.
viij. ſcribit hybridas vocari ſues ex fero & domeſtico ſue
pgenitos. Quę appellatio ad hoies quoq̃ trãſlata ẽ: vt q
pre Rõano & matre pegrina nat⁹ eſt vel e cõtrario hybri-
da appellat̃: ὕβρ ι δεμ cõtumelia: ὑβρίζω cõtumelior cõui
tior. vt ſint hybridæ quaſi p cõtumeliã nati. Sue. i Aug.
Themaſim epicadi ex gẽte parthica hybridæ. Hora. li. j.
Ser. Hybrida quo pacto ſit Perſius vltus opinor.
❡Hybris auis ex accipitrũ gñe q̃ die minus apparet: qa
nõ clare videt ſed nocte venat̃ more aqlę. Pugnat etiã cũ
aquila adeo acriter: vt ſępi⁹ ambę iplexę deferant̃ i terrã.
❡Hydaſpes: fluuius indiæ: de quo Luc. li. vj. Qua rapi
dus gãges: & qua Niſcus hydaſpes. Dictus ab Hydaſpe
antiquiſſimo Medorum rege.
❡Hydor latine aqua: vnde fiunt quę ſequuntur.
❡Hydria vrna ad capiendam aquam.
❡Hydrus & hydra gen⁹ anguiũ i aqua degẽtiũ ἀπὸ τοῦ
ὕδατος. i. ab aqua: ſed hydrus mas: hydra fœmina. Hy
drã finxerũt poetę eẽ miltoꝝ capitũ i Lerna palude. quo
rũ aliquot exciſis: totidẽ cõtinuo renaſcebant̃. tãdem ab
Hercule & ſagittis & igni iterfecta eſt. Hydr⁹ ontis. vrbs
in littore hadriatici maris. Hydruntũ oppidum.
❡Hydromeli: aquæ mulſæ: ſeu aquæ mellitæ.
❡Hydromãtia pe. p. diuiatio q̃ fit i aqua. Aug. li. vij. de
ci. dei ſcribit Numã põpiliũ hydromãtiã feciſſe: vt in aq̃
videret imagines deoꝝ vel ludificatiões dæmonũ a qb⁹
audiret qđ i ſacris cõſtituere atq̃ obſeruare deberet. Qđ
gen⁹ diuinatiõis Var. a perſis dixit illatũ quo & ipm Nu-
mã & Pythagorã philoſophũ fuiſſe vſum cõmemorat.
❡Hydropotes aquæ potator. Vñ ſcribit̃ de Cyro apud
Xenophontẽ q̃ moneat ſuos: vt conſueſcant aquam bi
bere vt fiant hydropotæ. i. aquę potores.
❡Hydrochous ſignũ cœleſte. i. aquarius. Interpres Ni-
cophori. ἀπὸ τοῦ ὕδατος καὶ τὸ χέω λέγεται καὶ ἦν ὁ γα
νυμήδης τοῦ πριάμου. ✶. i. ab aqua & fundo dicitur &
erat Ganymedes filius Priami.
❡Hyderon genus morbi eſt: vt inquit Col. lib. viij. cum
diſtenditur aqua cutis.
❡Hydrocephalea: morbus capitis vbi humor cutem in
flat. Nam cephalea acutus ac peſtifer morbus eſt.
❡Hydrocele genus hernię: de quo in dictione hernia.
❡Hydragog⁹ pe. p. adaq̃tor dr̃. i. ductor riuoꝝ ἀπὸ τοῦ
ὕδατος καὶ ἄγω συντίθεται. ✶. i. ab aq̃ & duco cõponit̃.
❡Hydrargyriũ: pigmenti genus in vicẽ argenti viui: alĩ
quando dilatum: quo argentum optime inauratur.
❡Hydrolapaton lapati genus qđ in aqua naſcitur. Eſt
autem lapatum hęrba nota.
❡Hydrops ge. maſ. morbũ denotat & latine dr̃ aqua in-
tercus: ſubcutaneus morb⁹: qm̃ ſub cute aqua ſit qua vẽ
ter turgeſcit. Hor. Creſcit idulgẽs ſibi dir⁹ hydrops: nec
ſitim pellit niſi cã morbi Fugerit venis & aquoſus albo
Corpore lãguor. Hui⁹ tria ſunt gña. Tympanites ſpũ in
flãte a forma vẽtris atq̃ ſono dr̃. Vñ tympanici. Aſcites
a figura vtris qm̃ in vnũ aqua contrahit̃. Leucoplegma
tias ſiue hypoſarca tertiũ corpore inęqli tumorib⁹. Sed
hydropicũ Cato veternoſum appellauit cũ iqt. Veterno

ſus q̄ plurimū bibit. Hora. Funeſto corpus arcere veterno. Do. Veternoſus morbo vetere confectus: quales ſunt qui hydropem patiuntur. Hydrops ge. cō. qui vel que eo morbo laborat qui & hydropicus dicitur. Hora. Si nolles ſanus cures hydropicus &c.

¶Hydrophonos formido & pauor aquæ dicitur in iis quos canis in rabie pcuſſerit. Vnde hydrophobi & hydrophobici qui expauent aquam.

¶Hydruſa vna ex cycladibus ob equarū abūdantiā

¶Hydraula: dicit̄ q periti' eſt organorū hydraulicorū.

¶Hyella œnotriæ oppidū a Phocenſibus conditum.

¶Hyems ἀπὸ τοῦ ὕω pluo: q̄ id tēp' anni pluuioſum ſit. Var. ab hiando deriuat: q̄ anima q̄ a nobis flatur tūc apparet. Spiritus' em̄ noſter cū ſpiram' hyeme quaſi in nebulā cōcretus cernit̄. Dicta hiems quaſi hiās: q̄ non ſolū aia nr̄a: vt ait Var. ſed & aer ipſe hiet. Hinc himber quaſi hiember detracta e lr̄a. Hyeme em̄ exiſtūt frequētiores imbres. ab ipſo sūt himbre fit hibern'. Et ſignificat quādoq̄ quartā partē anni q̄ eſt inter autūnū & ver. Virg. Atq; hyemes optate ſerenas. Agricolę. Interdū vim venti: vt Sepe illos aſpera pōti: interclusit hyems. Hinc hyemalis & hoc hyemale: vt Hyemale tempus.

¶Hyemo. as. ſignificat hyeme ſtationē facio qđ & hiberno dicitur. Hyematio hyemis traductio.

¶Hygremplaſtra liquida amplaſtra: ſicut xeria q̄ ſunt arida ex Galeno.

¶Hyle. es. ſylua magna. Amb. lib. Hexa. Deum non tanq̄ creatorem materię: ſed tanq̄ artificē ad exemplar hoc eſt idæam intendentem feciſſe mundum da materia quam vocant hylen: quæ gignendi cauſas rebus omnibus dediſſe aſſeratur. Hylus nomen proprium.

*Hyle eſt Centauri nomen.

Hylax. ctis. nomē propriū comitis Herculis q fingitur a poetis fuiſſe raptus a nymphis Aſcanii fluuii.

*Hylax. ctis. canis nomeo. Hylas pueri. A Scen.

*Hyllenome cētaura fuit cyllari a matrix forma pſtās.

¶Hylæa cum diphth. regio eſt. A qua hyleum mare quo alitur. Hiero. Traiecto Boryſthene a mari in primis eſt Hylæa regio.

¶Hymber. Vide in dictione Imber.

¶Hymē tenuis virginalis pellis: q̄ prio coitu abrūpit̄.

¶Hymenæus. pe. p. deus nuptiarum putatus eſt ἀπὸ τοῦ ὑμένοσ .i. a mēbrana. q̄ eū ſit clauſtrū virginitatis in nuptiis rūpit̄. Hic Veneris & Liberi filius dictus eſt: vel (vt qdā aiūt) ex Vranie progenitus: q primus' certas nuptias inſtituerit. Ideo p laudem cantat̄ virginalibus nuptiis ob hmōi meritū: & ob hmōi meritū nuptialem vocē hāc factā apud grecos: ſicut apud Romanos nuptiarū deus Thalaſſio vocat̄. Alii dicūt hymenęū quēdā fuiſſe iuuenē q die nuptiarū ruina oppreſſus interiit. Vn de poſtea inſtitutū vt expiationis gratia noiaret̄ in nuptiis. Alii virū fortē Attici aſſerūt q raptas a p̄donibus virgines oppreſſis latronibus intactas patrię reſtituerit. Alii q̄ hymen dicatur membrana qua eſt munita virginitas: q̄ primo diſrūpit̄ coitu. Alii hymnū vocari noptiarū virginalium exiſtimāt: vt apud Terē. in Adel. Verū hoc mihi mora eſt tibicina & hymenæū qui cantant. Ergo ſic accipe hymenæū in nuptiis quēadmodū epitaphium in funere & in ſacris hymnū. ὑμενχίον γαμ μικῶν ὕμνων ὑμενάοισ γὰρ ἰκέ μων λυδὸσ ἄδεται τὸν Χαρίεντα ἀληιμάνα τὸν ὑμνητῆρα ὑμεναίων κύκνον τὸν μουσῶν ἄξια μελψάμενον.

*Hymenæus nuptiarum deus.

¶Hymera. pen. cor. nomen fluuii: de quo Sil. libr. iiii. Armauere ſuos: qua mergitur hymera ponto.

¶Hymeridion latine diurnale: vel quod paruū diē durat ὑμέρα enim dies eſt.

¶Hymettus per duplex tt. mons Atticæ clariſſimus ſemper florens. Cuius mel Ply. ſcribit fuiſſe p̄cioſum. Vnde hymettius. a. um. pro molli ponit̄. Mar. Hoc tibi Theſei populatrix miſit hymetti Pallas & a ſyluis nobile nectar apis. Ex hoc mōte marmora pulcherrima fodiebantur. Ply. Lucius Craſſus orator primus peregrini marmoris columnas habuit hymettiæ.

¶Hymnus: græce ὕμνοσ latine laus: canticum. Hymnetes cantor.

¶Hyoſcyamos genus herbæ eſt: quæ & hiuſquiamus dicitur faba porcina. Col. lib. vii. Eſt ὑοσκύαμοσ cuius ſemen detritum & cū vino datū p̄dicto vitio medetur. Huius multa ſunt genera.

¶Hypagogeus inſtrumentū quo lapides expoliūtur. Græce ὑπαγωγεύσ.

¶Hypallage: ſubalternatio ſiue ſubmutatio. Ab: ὑπὸ ſub ἀλλαγὴ mutatio. Figura cū verba p aduerſum intelligūtur: vt Trada rati ventos date claſſibus æquor.

¶Hypanis. pe. cor. fluuius Scythiæ ex magna palude profluens. Huic miſcetur fonticulus qui ſua amaritudine totum corrumpit hypanim. Proper. Quantum Hypanis Veneto diſſidet Eridano. Alter eſt in Iudia q intrat Indum fluuium.

¶Hypacaris ſimiliter Scythiæ fluuius.

¶Hyparchus latine primas: nomē philoſophi qui de ſyderibus & de temporibus anni ſicut Eudoxus & Meton ſcripſit.

¶Hypatus penul. cor. latine conſul: Hypaticus cōſulans: Hypatia conſulatus.

*Hypelatos herbę ſpecies quam alii daphnē. Alii Carpophyllum vocant. Cc.

*Hypenemiū ouū dicitur ex quo nihil gignitur: A latinis ouū irritum & ventoſum appellatur.

¶Hyper præpoſitio gręca: apud nos ſignificat pro ſuper ſupra vltra.

¶Hyperaſpiſtes: latine protector ab ὑπὲρ & ἀσπισ. Hiero. in p̄fa. pēta. Cū Ariſteus eiuſdē Ptolemęi hyperaſpiſtes & Ioſephus nō multo poſt nihil tale retulerint.

¶Hyperbaſis ſiue hyperbatoo. pe. cor. latine trāſgreſſio verbi ſecundū Quintil. lib. viii. quā frequēter ratio cōparationis & decor poſcit. Fit em̄ frequētiſſime aſpera & dura & diſſoluta: & hians oratio ſi ad neceſſitatem ordinis ſui verba redigātur. Lōgius ergo verbū pprie hyperbaton eſt: vt animaduerti iudices oēm accuſatonis orationē in duas diuiſam eſſe partes. Nam in duas partes diuiſam eſſe rectū erat: ſed durū & incomptum. Dictum hyperbaton ab hyperbæno qđ tranſcēdo vel tranſgredior denotat. Hyperballo extendo ſupero. Hyperbaſia vel hyperbaſis tranſgreſſio.

¶Hyperbole. pen. cor. dici poteſt eminentia: vel vt ait Cice. ſuperlatio a Quintil. ſuperiectio interp̄tat̄ a quibuſdam vero Exceſſus. Nā ὑπὲρ ſuper βολὴ iactus. Hiero. in epiſt. contra origeniſtas. Tollite amoris ὑπὲρ βολὴν & nos tollimus odii magnitudinē. Et eſt figura cū dictio excedēs fidem ponitur augendi vel minuēdi gratia. Augendi: vt Niue candidior: & fulminis ocyor alis: Minuendi: vt Volantis te folii ſonitus terret. & vix oſſibus hærent: vel tardior teſtudine. Hinc hyperbolicus. a. um. quod eſt exceſſiuum.

¶Hyperborei. pe. pro. mōtes & populi Scythię ſic dicti q̄ ſupra. i. vltra eos flat boreas. Feſt. docet hyperboreos eſſe ſupra aquilonis flatū habitātes quoniā humanę vitę modū excedāt viuēdo vltra cēteſimū annū. Ferūt magnā his de cœlo clemētiā cōceſſam eſſe auras ſpirare ſalubres: nihil noxii flatus habere: domos eſſe nemora: victū arbores miniſtrare: diſcordiam neſcire: egritudine nō inquietari ad innocentiā omnib' equale

votũ eſſe mortẽ accerſere:& volũtario interitu obeũdo tarditatẽ caſtigare. Sed hæc fabuloſa ſunt. Diod. Oppoſitã Celtis iuxta oceanũ eſſe inſulã ſcribit: haud multo Sicilia minorẽ: habitariq; ab ijs qui Hyperborei appellãtur: eo q̃ vento Boreæ ſunt oppoſiti inſulã valde fertilem in qua fructus annui bis naſcuntur.

❡Hypercatalecticum metrum dicitur cui vna ſyllaba vel duæ ſuperant. Virg. Alloquitur Venus o qui res hominũq; deorũq;. Et Hora. Syluæ laborantes geluq;. Illud dactylicum. Hypercatalecticũ eſt. Hoc vero iambicum hypercatalecticum.

❡Hyperiona: alij Solis patrẽ: alij ipſum Solem q̃ eat ſuper terras appellatũ putãt. Poetæ pro ſole vſurpãt. Ouid. libr. j. faſto. Placat equo perſia radijs hyperiona cinctũ. Diodo ſcribit Hyperiona Saturni fratrẽ fuiſſe Cœli & Titheæ filiũ: q ſolis & lunę aliorũq; aſtrorũ motus horaſq; primũ ſumma cura obſeruationeq; a ſe percepta cæteris noſcenda tradidit. Ideo horũ parens nominatur veluti ipſorum naturæ contemplator. Et declinatur hyperion. onis. pe. pro. Cice. in progno. Vt cũ luna means hyperionis officit orbi.

⁎Hyphear genus viſci in Arcadia abundans. Cc.

❡Hypermeter & Hypermetrus abundans ſyllaba: vt hominũq; locorũq;. Et debet ſequens a vocali incipere niſi fiat ſynhæreſis: vt cura peculi.

❡Hypacthę ambulationes latine dicũtur ſubdiales quę ſub dio ſunt xyſta dicunt græci paradromidas Victr.

❡Hyphen ſubunio interp̃tatur. Ex hypo & hen vnũ. Quod fit cum plures dictiones proferuntur ſub vno accentu: vt quandoquidem ſimulac.

❡Hypo p̃poſitio gręca & modo ab: mõ ſub ſignificat.

⁎Hypobarus Indiæ fluuius: iuxta quem arbores Electrum producunt. Cc.

❡Hypocauſtum locus ad ſudãdũ qui & vaporarium dicitur. Nã vaporãdis cubiculis balneiſq; p̃parat. Cic. ad. Q. Fratrẽ. Propterea q̃ ita erãt poſita vt eorũ vaporariũ ex quo ignis erũpit eẽt ſub tectũ cubiculi. Idẽ. In balnearijs hypocauſta in alterũ hypodyterij angulũ promoui. Ambr. lib. Hexa. De hyeme forſitan quereris q̃ nulla tibi hypocauſta anhelantibus ignibus vaporetur: ſed habes ſolis calorẽ qui tibi orbẽ terrarũ temperet & hyberno te defendat a frigore. Pap. in Syl. Vbi languidus ignis inerrat ædibus & tenuẽ voluũt hypocauſta vaporẽ. Plyn. ad Gallũ. Applicitũ eſt cubiculo hypocauſtum perexiguũ qd anguſta feneſtra ſuppoſitum calorẽ vt ratio exigit aut effundit aut retinet Vict. appellat. Hypocauſim cũ ſcribit facienda eſſe ænea ſupra hypocauſim tria: caldariũ: tepidarium: frigidariũ. Hodie hypocauſtis vtuntur Germani. Ipſi ſtuffas vocant ad vaporandum cubicula.

❡Hypochalcus: latine ſubæratus dicitur.

❡ Hypochiſis & Hypochymata: Vide in dictione Glaucoma.

❡Hypocriſis ſimulatio quaſi ſubtectio iudicij ab ὑπὸ et κρίσις iudiciũ. Hypocrita ſimulatus qui in ſpectaculo perſonã ſubdit alienã: vt ſeruus perſonam domini. Gręci hypocriten vocant ſimulatorẽ. Vnde & Mimus hypocrita dictus quia imitator eſt & ſimulator. Quint. lib. ij. ſcribit. Aeſchinẽ hypocriten fuiſſe oratorem.

❡Hypocoriſticos apud latinos diminutiuꝰ dicitur.

❡Hypodeſis ſiue Hypodema. atis. calceus ſeu calceamentum dicitur.

❡Hypodoche: ſuſceptio: receptaculum.

❡Hypodiaſtole ſubdiſtinctio.

❡Hypodites interior veſtis.

❡Hypodidaſcalus dici poteſt repetitor ſuppręceptor ab ὑπὸ ſub: & διδάσκαλος magiſter.

⁎Hypogeſon hęrba quę in ſubgrũdijs naſcitur. Gręci nanq; partes tecti promunẽtes γεῖσα appellant. Cc.

❡Hypogęa loca ſubterranea dicuntur a græcis quæ dictio freq̃uẽs eſt apud Ioſephum & Egeſippum.

⁎Hypophetę vaticinandi miniſtri quibus ſcilicet prophetę imperabant. Cc.

⁎Hypocondrion vocant nonnulli partẽ corporis vbi ilia dolent. alij Lagaron. Cc.

❡Hypopodon latine ſuppedaneum.

❡Hypopyrgiũ locꝰ ſub turri ex ὑπὸ & πύργος turris.

❡Hypomnema. atis. & hypomnematũ ſumit̃ p̃ interpretatione & cõmentarijs. Cic. Tironi. Multũ mihi eripitur operę in exſcribendis hypomnematis.

❡Hypoſtaſis ſubſiſtentia ſiue ſubſtantia: a theologis pro perſona capitur. Vnde Hypoſtaſes perſonę ſubſiſtentes appellantur. Nam στάσις ſtatio dicit̃. Hiero. ad Dama. Tota ſæcularium litterarum ſchola nihil aliud hypoſtaſim niſi vſiam nouit.

❡Hypotheca. pen. pro. latine pignus ſuppoſitio: documentum. Hypotheticus ſuppoſititius.

❡Hypotheſis pen. cor. argumentum ſiue materia cauſa thema propoſitum.

❡Hypotichros ſubucula: & proprie pontificum eſt: vt inquit Hieronymus.

❡Hypothyra ſiue hypothyrides apud Victru. capiũtur pro valuarum cauitate & inanitate.

❡Hypozeuſis: ſubconiunctio: figura cũ ſingulis ſenſibus datur propria clauſula: vt Ragem adit: regi memorat nomenq; decuſq;.

❡Hypotypoſeon. i. diſputationũ vel informationũ.

⁎Hypſypile filia fuit Thoantis q̃ Iaſona amauit eũtẽ in Colchon ad vellus aureum rapiendum: fuit & alia Archemori nutrix. Cc.

❡Hyrcania regio Aſiatica: magna ex parte plana & p̃clariſſimis vrbibus adornata: quarum celebrant Talebrotã: & Samariã: & Cartam: & Tapẽ. Et adeo opulẽta vt vitis vna vini Metretã efferat: & ficus ſexaginta modios ficorum. Frumentum ex ſemine naſcatur: qd extollũt. Dicta Hyrcania ab Hyrcana ſylua quæ Scythię ſubiacet. Habet ab oriente mare Caſpium. A meridie Armeniam. A ſeptẽtrione Albaniã. Ab occaſu Iberiam. In ea regione pantheræ pardi & tigres abundant cum ſyluis aſpera ſit. Hinc hyrcanus: vt mare hyrcanũ homines Hyrcani. Hiero. Hyrcani volucribus & canibus ſemiuiuos proijciunt.

⁎Hyſge genus hęrbę coccinei coloris. Cc.

❡Hyſginũ color ſimilis coccineo. Vnde græci veſtes ὑσγινόβαφεῖς appellant: hoc eſt hyſgino tinctas. Ply. lib. xxij. Hyacinthus in Gallia maxima prouenit. Hoc ibi pro cocco hyſginũ tingit.

❡Hyſopus fœminini generis & Hyſopum neutri cũ y ſecũdũ Apu. Hęrba pulmoni valde vtilis cuiꝰ penultima p̃ducit̃ cũ apud gręcos ſcribat̃ per ω mega: q̃uis Macer corripuit. Eſt hyſopũ ſiccũ calidũq;: & tertiꝰ illi Eſt in vtriſq; gradus. Hier. in pſal. interp̃tatione. Sicut enim hyſopũ terrenũ curãdis pulmonibus aptũ eſt: vt auertat inflationẽ: ita homo cœleſti q̃ a reſperſus hyſopo. i. humilitate cordis ab omni ſuperbiæ malignitate purgat̃. Sũt etiã qui Hiſſopum per duplex ſſ ſcribant.

❡Hyſteria græce: latine ſecundę folliculi ſunt continẽtes fœtum in matris vtero cum menſtruis.

❡Hyſterologia: locutio præpoſtera figura eadem cũ ea quę dicitur Hyſteron proteron.

❡Hyſteron vltimũ vel nouiſſime. Vnde Hyſteron proteron eius figure cum ſentẽtia ordine commutatur: vt Poſtq̃ altos tetigit fluctus: & ad æquora venit. Nã priꝰ ad æquora venit q̃ tangeret fluctus.

LITTERA vocalis ē quæ etiam conſonans fieri conſueuit & modo pro ſimplici modo pro duplici accipitur. Pro ſimplici tunc habetur: quādo ab ea incipit ſyllaba in principio dictionis poſita ſubſequente vocali in eadem ſyllaba vt Iuno Iupiter. Pro duplici autem quando in medio dictionis ab ea ſyllaba incipit poſt vocalem ante ſe poſitam: ſubſequente quoq; vocali in eadem ſyllaba: vt maius peius maia. Nonnunq̄ tamen reperitur i. littera pro ſimplici conſonante in medio dictionis poſita: ſed in cōpoſitis: vt Reijcere Reiectus. Notandum i. litteram pro conſonante poſitam aſpirari non poſſe cum nulla conſonās ante ſe aſpirationem accipere valeat. Vnde Hieroſolyma ſex ſyllabarū eſt: Hiulcus trium. Ac per deriuationes quidem tranſit i. in alias vocales. In a. vt genus generis generatim. Paulus pauli paulatim. In e. Fortis forte. In o. Pater patris patronus. Eſt etiā i. imperatiu⁹ modus ab eo. is. Teren. I præ ſequar.

¶ Ia. fuit nomē minoris filię Atlantis: & latine vox dicitur. Item Ia gręci vocāt violas. Vnde Ianthina veſtis id eſt violacea. Rurſus Ia exultantis interiectio eſt.

¶ Iacchus nomen bacchi ἀπὸ τοῦ ἰαχῶ clamo canto vocifero. Nā qui baccho ſacrificabāt clamare ſolebāt. Et duplici cc. ſcribi debet q̄uis in verbo ἰαχῶ ſit ſimplex c. quod ideo fit vt in iaccho ſecunda producatur quæ in verbo iacho corripitur. Virgi. Gratiſſima vitis iaccho. Ponitur quandoq; pro vino.

¶ Iaceo. es. iacui. ſecūdū notā ſignificationē. Vir. dixit Strata iacēt paſſim ſua quęq; ſub arbore poma. Plaut. in Amph. Quis hic eſt ſenex qui ante ædes noſtras ſic iacet? Dicimuſq; iaceo in ſtrato: iaceo humi. Liui⁹ li. ij. de bel. puni. Humi iacētē inter cuſtodias ſtationeſq; militū circūſpexerūt. Quādo iacere ſignificat extare eſſe. Saliu. in medio cāpus iacet aquis vndiq; ſcatens. Quādoq; plenū eſſe. Virg. lib. iij. Geo. Si iacet aggeribus niueis informis & alto terra gelu. Quādoq; per plurimū porrigi. Idem in eodem. Tantum campi iacet. Quandoq; ſqualere. Lucil. lib. xxx. Et ſua pręcipue retro relicta iacere. Quandoq; mortuū eſſe q̄ iaceant nec amplius cadauera moueantur. Luca. Ille iacet paci quem prætulit orbis. Quandoq; ſepultum eſſe. Martia. Non aliter cineres mando iacere meos. Huius verbi compoſita ſunt. Adiaceo iuxta iaceo. Interiaceo in medio iaceo. Liuius. Deſcendūt in planiciē quæ inter Capuam Tiphatāq; interiacet. Subiaceo: ſubtus iaceo: & ſubditus ſum. Lactan. lib. iij. Quoniam igitur vtriſq; ſubiacet fortitudo. Obiacet: de quo alibi. Et hæc habent penultimam correptam in triſyllabis.

¶ Iacio. cis. ieci. iactū. ſignificat emitto. Apul. Multis in eū lapidibus iactis. Vnde iacere ad certū eſt dirigere in id in qđ intēdit. Hieronymus in lib. Iudi. Sic fundis lapides ad certū iacientes vt capillū quoq; poſſent percutere. Et iacere eſt ponere. Tranſlatio ſumpta ab ædificijs: maxime a cothonibus. i. portubus manu factis quib⁹ magna iaci fundamēta neceſſe eſt. Cicero in Philippi. In quo tēplo quātū in me fuit ieci fundamēta pacis. Huius cōpoſita ſunt: Abijcio/ Adijcio/ Conijcio/ Circūijcio. Vnde circūiecta impedimēta dicimus: Deijcio/ Diſijcio/ Eijcio/ Inijcio/ Interiaceo/ Obijcio/ Proijcio/ Præiaceo/ Præijcio/ Reijcio/ Subijcio/ Traijcio & Superiacio. Hieronymus in Ezech. Et ſuperiacient puluerem capitibus ſuis & cinere conſpergentur.

¶ Iacto. as. frequēter iacio. Sene. Dū lapillos iactaret in puteum. Virg. lib. j. Ge. Deucalion vacuū lapides iactauit in orbē. Aliquādo iactare eſt ſæpe voluere. Idē. Atq; illum tales iactantē pectore curas. Aliquādo fatigare vexare concutere: vt Iactatos ęquore toto Troas relliquias. Lact. lib. v. qui patrē regno expulit: bello perſecutus eſt: exulem toto orbe iactauit. Ex quo apparet non eſſe veram differentiā quā Seruius ponit dicens. Iactamur in mari fatigamur in terra. Aliquando ſignificat plagis ſternere. Cice. in Ter. acti. ij. Iactatur domi ſuę vir primarius & homo honeſtiſſimus pro ſe quiſq; manus affert. Aliquādo temere laudare: ſiue ambitioſius gloriari. Virg. Quē iuxta ſequitur iactātior ancus. Hier. ad Iulianū. Diues ille omnia quæ in lege p̄cepta ſunt ſe impleſſe iactabat. Hinc iactantia. Aliquando inaniter loqui. Virg. Talia iactanti ſtridens aquilone procella: Velum aduerſa ferit. Aliquando frequēter emittere. Idem lib. ij. Geo. Et ſi non aliū late iactaret odorē Laurus erat. Et alibi. Ipſi lętitiā voces ad ſydera iactāt. i. crebro emittunt. Aliquando frequenter ducere: vt apud eūdem. Haud vnq̄ manibus iactata fauſcu. i. ductata. Quidam etiam iactatum pro primitiuo & pro excuſſo. Alij pro dependenti accipiunt: vt lib. iiij. Geor. Et dextro iactata recumbit in armo.

¶ Iactantia q̄ & iactatio: a Cicerone diffinit. li. iiij. tuſ. q̄ ſit voluptas geſtiens & ſe efferens inſolentius.

¶ Iactanter aduerbium a participio iactans formatur: et ſignificat cum iactantia. Hieronymus. Ne iactanter de ſe queretere videretur.

¶ Iactuoſe ſimiliter dicitur cum iactantia. Cic. Cū ſint multa iactuoſe dicta.

¶ Iactito. as. penul. cor. frequētatiuū a iacto. Hiero. ad Chreſi. Vibicū. Et hoc te iuxta ſcripturā facere iactitas. Et ad Pammachiū. Et q̄ vnus Romę amicus obiecerat: a multis in toto orbe inimicis dicerem iactitatum.

¶ Iactura. pe. pro. dicitur proprie damnū de mari quādo quis magnas in naui merces habet: & tēpeſtate cogitur eas in mare iacere ne nauis obruatur.

¶ Iaculum. penultima correpta. dicitur quicquid iaci in longum poteſt. Nam fit vt iactatur.

¶ Iaculor. pen. cor. deponēs: ſignificat in longū iacio. Iuue. Quantas iaculetur monychus ornos. Col. lib. ij. Faba quæ lōgius emittetur puta eo perueniet quo vētilator eam iaculabitur.

¶ Iaculo. as. eiuſdem ſignificationis. Claudi. Laris iaculatus in aruis. Aug. in p̄s. interpretatione per tranſlationem dixit iaculabant in ora interrogantium ſe ſagittas dei. Hinc Eiaculo quod eſt extra iaculo proijcio. Gel. Arionem cum fidibus & indumentis cum quib⁹ ſe in ſalum eiaculauerat extitiſſe.

¶ Iaculatio iaculamen & iaculamentum pro eodem.

¶ Iaculus. penul. cor. ſerpentis genus qui ſubit arborea e quibus vi maxima vibrat penetratq; quodcunq; animal obuiū fecerit fortuna. Luca. Et natrix violator aquæ iaculiq; volucres.

¶ Iacobus. pe. pd. nomē propriū quattuor ſyllabarū. Claud. Quid laceras verſus dux Iacobe meos. Nomina enim p̄pria ſicuti Priſ. docet in fine acutū accētum habent quę more latino declinata eūdē retinent & pen. producūt: vt Adam adamus. Ioſeph ioſephus.

¶ Iam aduerbium temporis qđ pene eſt idem qđ tūc. Quintil. Qđ ſi ſatis prudenter ea viderint: iam prope conſummata fuerit præcipientis opera. Interdū hortātis eſt: & veluti morā increpantis. Virg. Iam dius p̄cor.

Interdum feſtinantis. Ter. Ego iam proſpiciam mihi. Interdũ ponitur pro nũc. Virg. lib. iij. Geor. Iamq; hos curſu iam pterit illos. Interdũ ppterea & quaſi modus eſt quidã coniũgens ſentẽtias: vt apud eundẽ. Iam maris inmẽſi prolem & genus omne natantũ: iam varias pelagi volucres. Hoc idem efficit coniũctũ cum vero. Cic. Iam vero vrbibus conſtitutis.

℃ Iamiam ſignificat repente: vt Iamiam aperit. Et cũ præſenti ponitur licet ad futurum reſoluatur. Virgili⁹. Iam iamq; manu tenet & premit haſta: quaſi mox tenebit & nunc videtur tenere. Plerunq; figurate per indignationem accipitur. Idem. Iamiã nec maxima Iuno. Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis. Et per miſerationem. Sal. Iamiam animo meo chariſſime frater q̃ q̃ tibi immaturo & vnde minime decuit: vita erepta: tamen lętãdum magis q̃ dolendũ puto caſum tuũ Et per exhortationem. Quintil. Iamiam cõmilito quicunq; caſus manet etiam ſi imperator damnaturus eſt habes ſolatium: ſatius eſt: q̃ a patre occidi.

℃ Iamdiu ſignificat olim. nam diu quandoq; pro longo tempore ponitur.

℃ Iamdudum ex iam & dudum cõponitur. Et aliquãdo de paruo tempore dicit̃: vt Iamdudum te expecto. Aliquãdo de lõgiori. Ply. lib. xix. Iamdudum ex eadẽ Hiſpania Zœlion venit in Italiam plagis vtiliſſimũ. Macro. Iamdudum hęc quæſtio ab Anit. & propoſita eſt & ſoluta. Ponit̃ etiã pro continuo vel q̃ primũ. Virg. Iamdudum ſumite pœnas.

℃ Iamolim ſignificat tãdudũ. Cic. Iamolim in principio illud ſtatuerã. Sumit̃ & p aliquãdo. Virg. At iãolim feras poſuit cũ vinea frondes. Olimiam p iampridẽ. Quintil. Olimiam imperator inter fulgentes virtutes tuas liuor locum quęrit. i. a longo tempore.

℃ Iampridem ſignificat de paruo tempore. Sene. Iampridem te expectãtes ibi ſedeiamus. De longiori. Ply. Quod maiores noſtros iampridem feciſſe manifeſtũ eſt: quod genus nuper & patrum fere noſtrorum memoria inuentum eſt. Pro Continuo Luca. Tollite iampridem victricia tollite ſigna.

℃ Iamtum ſignificat ex eo tempore. Plau. Iamtum occepit virginem amare. Veteres etiam iamtum pro tantum vſi fuere. Et iam pro tam.

℃ Iambus pes conſtans ex prima breui vltima longa ab inuentore vt quidam putant dictus. Quidam iambum deducunt ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν quod eſt contumeliari inuehi. Feſt. Iambi dicebant̃ qui ſinguli ex proſcęnio loquebantur: Triiambi qui terni.

⁎ Iana prius: & deinde Diana d litterę adpoſitione vt Nigidius ait. Cc.

⁎ Ianaſſa nympha dicta eſt a ſuauiter regendo ἀπὸ τοῦ ἰαίνω dulcoro καὶ ἀνάσσω regno/impero. Cc.

℃ Ianus ab hiatu dictus eſt detracta aſpiratione quem quidã ſolem putant. Ideo geminũ quia vtriuſq; ianuæ cœleſtis potentẽ qui exoriens aperiat: occidẽs claudat. Alij Ianũ mundũ. i. cœlũ intelligũt: quaſi Eanũ ab eũdo: vt inquit Cic. li. ij. de natu. quia mũdus ſemper eat dũ in orbem voluitur: & ex ſe initiũ faciens in ſe refert̃. Hinc & bifrons pingitur: duas enim facies ante & retro habere dixerũt q annus ex ſe initiũ faciẽs fini occurrat. Vel q pterita ſciuerit & futura puiderit: ſeu q ſuperorũ & inferorũ ianitor extiterit. Huius tẽplũ erat Romæ qđ tempore belli patebat: tempore pacis claudebatur. Vnde Patulnus & Cluſius cognominabatur. Hũc etiã quadrifontẽ fecerunt: ob quatuor orbis partes & Ianũ geminũ vocitarunt. Et Iunoniũ quia calendarũ princeps. Calendæ enim ſunt Iunoni dicatæ. Et Ianus erat locus Romæ vbi fœneratores conſiſtebant in regione baſilicæ: quoniam in eo Iani ſimulacra collocata viſebãtur. Oui. Qui Puteal ianũq; timet: celereſq; calẽdas. Iani quoq; peruiæ trãſitiones foreſq; profanarũ ædiũ ianuæ vocabantur. Sue. in Domi. Ianos inquit arcuſq; cum quadrigis & inſignibus triumphorum per regiones vrbis extruxit. ⁎ Longe aliud Ianos vocat.

⁎ Ianeus a veteribus dicebatur ianitor.

℃ Ianualis porta Romæ a Iano dicta: vbi & poſitum fuit eius ſignũ. Hãc Numa inſtituit vt eſſet clauſa ſemper niſi cum bellum foret.

℃ Ianua primus ingreſſus ad interiora domus a Iano dicta q huic deo conſecratũ erat omne principium. Et proprie domus eſt ianua: oſtiũ vero partiũ vt cubiculorũ: licet cõfundantur. Nã & Ianua a quo ianitor p oſtio ponitur: & oſtium a quo oſtiarius pro ianua.

℃ Ianitor. penul. cor. cui ianuę cuſtodia eſt commiſſa.

℃ Ianuarius primus menſiũ a principe deo eſt appellatus a Numa qui primũ anni eſſe voluit tanq̃ bicipitis dei menſem reſpicientem & proſpicientẽ trãſacti anni finem futuriq; principia.

℃ Ianiculum: oppidũ non procul a Roma dictũ quia per eũ popu. Rom. tranſire cœperat in agrũ hetruſcũ: ſeu q Ianus illud condiderit. Solinus. Quis dubitat Ianiculum a Iano non fuiſſe conditum?

⁎ Ianual: libi genus qđ Iano tantũmodo delibabatur.

℃ Ianthina. pe. cor. veſtis coloris purpurei ἴον enim viola καὶ τὸ ἄνθος τοῦ ἄνθεος hic flos hui⁹ floris: flos quia violaceus flos. Mar. Coccina formoſæ donas & ianthina mœchę. Ply. Ex his violis q̃ ſponte apricis ac macris locis pueniũt purpureæ latiore folio ſtatim ab radice carnoſa exeũt ſolæq; gręco noĩe a cęteris diſcernũtur appellatæ ita vt ab iis Ianthina veſtis.

℃ Iantha fuit nympha oceani & Tethyos filia: vt author eſt Heſiodus.

℃ Ianira. penultima producta fuit Oceani & Tethyos filia. ⁎ ſic dicta a dulcorandis viris ἰαίνω dulcoro & ἀνήρ ἀνέρος vir.

℃ Iapis. idis. nomen proprium Aetholi qui cum ad regionem Venetiæ veniſſet oppidum de ſuo nomine cõdidit a quo ea pars vbi Timauus fluuius eſt Iapidia nomen ſumpſit. Vir. Caſtella in tumulis & iapidis arua Timaui. Nam dicta eſt Iapidia.

℃ Iapetus. pe. cor. cœli & terrę filius: vt inq̃t Heſiod⁹. Hunc quidam Promethei patrẽ fuiſſe aſſerũt. De quo Ouid. Siue recens tellus ſeductaq; nuper ab alto: Aethere cognati retinebat ſemina cœli. Quam ſatus Iapeto mixtam fluuialibus vndis. Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.

℃ Iapix. gis. pen. cor. ventus ex Apulia proficiſcens: qui quaſi aduerſus Eurum flare videtur. De hoc Luc. lib. vi. Excipit aduerſus zephyros & Iapyga pindus. Eſt & Iapyx nomen Dædali filij.

℃ Iapygia Apulia dicta eſt ab Iapyge Dædali filio vt Hero. & Soli. ſcripſere. Iapygiũ vero Salentinorũ promontorium eſt. Virgi. lib. xi. Victor gargani condebat Iapygis agris. Vnde Ser. Iapygiã partem eſſe Apuliæ dixit: in qua eſt mons Garganus: q vſq; in Adriaticũ pelagus tẽditur. Huius metropolis eſt Brundiſium & Tarentũ ciuitas. Hanc regionẽ Meſſapiã: & Iapygiã: & Calabriam: & Salentinam multi nominant.

℃ Iaſon nomen proprium Aeſonis filij fratris Peliæ Theſſaliæ regis: qui Colchos profectus vellus aureũ abſtulit. De hoc Iuſtinus & Diodo. ſiculus latius ſcripſerũt. Huius nominis prima vocalis eſt. Ouid. Quẽ niſi crudelem non tangit Iaſonis ætas.

℃ Iaſius vnus fuit ex primis Argiuorũ regibus a quo Argiui Iaſidę dicti ſunt.

⁎Iaſidis dicta eſt Atalantis ab iaſio patre.
⁎Iapis.idia nomē fuit Aetoli cuiuſdam qui cū ad regionem Venetiæ veniſſet oppidum de ſuo nomine cōdidit: A quo ea pars vbi Timauus fluuius eſt Iapidis nomen ſumpſit Virgili⁹. Caſtella in tumulis & Iapidia arma Timaui. Cc.
Iapidia nunc forum Iulium regio Italiæ ab Iapide Aetholi filio qui ad eas oras veniens oppidum de ſuo nomine condidit. A quo ea pars vbi fluuius eſt Timauus Iapidia cognominata fuit. Virg. libro ſecūdo Ge. Caſtella in tumulis & Iapidis arma timaui.
Iaſum inſula Cariæ: quæ continēti adiacet: cuius incolę magna ex parte victum ex mari captabant cū ſterilem regionē haberent. A qua Iaſius ſinus: cuius municeps Cærilus fuit. Ex Iaſo fuit Diodorus dialecticus cognomento Chronus.
Iaſpis lapis pretioſus: qui a Ply. de græco in latinū viridis gemma interp̄tatur ἴασ quippe viride πινάσ gemma. Eſt em̄ viridis ſicut ſmaragdus: ſed craſſi coloris. Sunt qui componant ex ἴον viola: & πᾶσ tota: quaſi totus ſit violaceus.
⁎ Iaſponix Iaſpidis gemmæ genus a niuis colore dicta. Cc.
Iatraleptæ: latine reunctores medicorum.
Iaziges methanaſtæ populi in Europa q ſicut Pto. li. iij. ſcribit ab oriente habent Daciā: ab occaſu & hauſtro Germaniæ partem: a ſeptētrione Sarmathiam.
Iaxartes fluuius qui vt Martia. docet illam terrę partem ſecat qui Tanais putabatur: quem Demodamas dux tranſcendit & alium eſſe perdocuit.

I ante B.

Iberus. pe. pro. fluuius Hiſpaniæ: q apud Cātabros oriens per. xl. paſſuū milia fluit: & in mare Balearicum exit. Euſtathius ἴβηρ δὲ ὁ ποταμὸς κατὰ δέ τινας ἀπὸ βασιλέως ὁμώνυμος ὑπὸ τὴν ἐσχάτην λοχῆμα ὅ ἐστι γωνία τῆς εὐρώπης ἀγχοῦ τῶν στηλῶν τῶν περὶ τὰ γάδειρα καὶ ἄλλα πολλὰ λέγει ὁ αὐτὸς εὐστάθιος. ⁎ id eſt Iberus fluuius ſecundū quoſdā a rege eiuſdē nominis dictus in vltima Europe prope columnas circa Gadira & multa alia dicit idē Euſtathius. Luc. libr. iiij. Qui pręſtat terris infert tibi nomen Iberus. Q d & iberū declinari poteſt p̄ſertim quādo ſequitur flumen. Et iber. eri. vel eris. pe. prod. vt Priſ. ait. Hor. Iberi Rhodaniq; potor Luca. Occurrat iberibus alter. Inde iberia dicta eſt pars Hiſpanię q̄ intra Iberū cōtinetur: q̄uis generali vocabulo pro Hiſpania capiatur. Et Iberiā quidā partem vnā exteriorē: alterā interiorē dixerūt. Hanc regionem celtę Gallorum populi relictis ſedibus ſuis habitauere. Vnde compoſito ex vtraq; gente nomine Celtiberi appellati ſunt. & regio eorū Celtiberia. Ab Iberia vero Iberi & Iberes vocati ſunt populi Hiſpani. Eſt & alia regio hoc nomine iuxta pontum intra Colchida & Armeniam venenorum ferax: quę caucaſijs mōtibus circundatur: cuius ſimiliter populi Iberi & Iberes dicti ſunt: a quibus (vt Varro ſcribit) venerunt qui in Hiſpania habitauerūt: & a quibus Hiſpania Iberia: & fluuius Hiſpanię Hiberus. Et Iberus. a. um. Virg. li. ix. Pictus acu chlamydē & ferrugine clarus ibera. Scribit Diony. Iberes populos a Pyreneis mōtibus profectos in Aſiā ſedes poſuiſſe. Vnde ea pars Aſię Iberia nuncupatur. Iberiam regionē mulier captiua ſub Conſtantino Helenæ filio conuertit ad Chriſtianā fidē in ea pudicā traducente vitam & oratione iugiter perſiſtente.
Iberia regio. Vide in dictione Iberus: de qua modo.
Ibex vel Ibix. cis. ſylueſtris capreæ genus perniciſſimū: vt Ply. libro. viij. ſcribit: De quo & apud Hiero. Iob. xxxviij. ſcribitur. Nūquid noſti tempus Ibicum partus? Quidam tamen hoc nomen aſpirant.
Ibi aduerbium loci ſignificat in eo loco: & proprie dicitur cum ſemel locus monſtrat. Ibidem cum ſępius Virg. Ter fluctus ibidem torquet agens. Ab ibi fiunt compoſita Inibi & Alibi ſeu Alicubi.
Ibis auis Aegypti: quę ſicut Hero. ſcribit duplex ē. Altera tota nigra eſt. Altera Ciconiæ non abſimilis: diuerſa tamen a Ciconia. Hęc roſtri aduncitate per ſe partem perluit qua reddi ciborum onera conſueuerunt: & ſerpentibus veſcitur. De hac Cic. lib. ij. de natu. Velut Ibes maximam vim ſerpentiū conficiunt cū ſint aues excelſę rigidis cruribus corneo proceroq; roſtro: auertūt peſtē ab Aegypto cū volucres angues ex vaſtitate Libyæ vento Aphrico inuectas interficiūt atq; cōſumūt ex quo fit vt illę viuę nec morſu noceant: nec odore mortuæ. Ab huius auis ſimilitudine. Ibis p immundo ponitur. Vnde Ouidius librū in Ibim ſcripſit.
Ibicus. penul. cor. nomen poetæ lyrici rhegini apud græcos præclari a quo genus metri dictum eſt Ibicum ſicut alterum ab Alcæo Alcaicum.
Ibernia inſula in oceano ſeptentrionali verſus occaſum proxima Britanniæ: ſed qua Britannia anguſtior ab Aphrico in Boream porrigitur: cui⁹ partes priores Iberiam proſpectant. Vnde & Ibernia dicta. In ea nullus anguis videtur: nulla apis.

I ante C.

Icarus. penul. cor. Oebali Laconum regis filius fuit pater Penelopes. Proper. lib. ij. Icare Cecropijs merito iugulate colonis. Hic etiam Icariotus dictus eſt: Vnde Icariotis forma patronymica. Ouidius lib. iij. de pon. Morte nihil opus eſt nihil icariotide tela. Icarus etiam dictus fuit Dædali filius qui vna cum patre e Creta fugiens fretus alarum fiducia cū vltra patris iuſſa altius euolaſſet: ſoliſq; ardore cæra qua pennę continebantur liquefacta eſſet: ita vt ab alis deflueret: decidit in mare quod eſt inter Myconē & Gyarū: a quo poſtea Icariū mare dictū fuit: dicente Ouid. lib. iij. de triſ. Icarus icarias nomine fecit aquas. Pręterea Icarus: vt Ply. li. iiij. auctor eſt: mons eſt in Attica regione.
Icaria inſula in Icario mari ab Icaro Dædali filio dicta: quæ trecentorum ſtadiorum ambitum habet. Et in ea Dianæ templum Tauropolium appellatum. Hęc & Icaros dicta eſt: ante Doliche vocata. Eſt inter Sardū et Siculum mare.
Icarion fuit nomen ſæuiſſimi Pyratæ.
Icos a Cic. in rhetoricis ponitur breuis complexio.
Iconium oppidum Cappadociæ: optime olim habitatum: fortunatiorem habens regionē. Alterum eſt in Aſia pontica regione apud Trogetem lacum vt inquit Strabo.
Icon ſiue econ. latine effigies imago & ſtatua ex mēbris ipſis a pictoribus ſeu ſtatuarijs expreſſa. Ply. lib. xxxiiij. Eorum vero qui ter ibi ſuperauiſſent imagines ex mēbris ipſorū ſimilitudine expreſſas quas Econas vocant. Nonnulli etiam hæc icona. æ. & hoc iconiſma aris. declinant. Cuius diminu. eſt icuncula. Eſt & icon teſte Cicerone ad Herē. figura cum. ſ. formæ ad formā cum quadam ſimilitudine fit collatio aut laudis aut vituperationis cauſa: vt ſi diceretur Ibat in prœliū corpore tauri validiſſimi impetu leonis acerrimi.
Iconicus. a. um. & Iconius. a. um. qd̄ ita eſt pictum ſiue formatum: vt ex eius membris ſit expreſſa ſimilitudo. Suet. in Cali. Simulacrū ſtabat in templo aureū

iconiū amiciebaturq; quotidie veſte quali ipſe vtereť. Ply. Adeo iam colorū vſus increbuerat: adeoq; ara pfecta erat: vt in eo prœlio iconios duces pinxiſſe tradatur Athenienſiū Melciadem Callimachum Cynegirū. Barbarorum Darium Tyſſaphernem.

¶ Ico.is.ici.ictum.percutio & paſſiuum Icor. Ply. Arborum manu ſatorum receptarūq; in domos in fulmine laurus ſola nō icitur. Liui. libro.j. Ibi in turba ictus Remus cecidit. Hinc fit ictus.us.p pcuſſione. Ci.li.iij. offi. Ictu fulminis deflagrauit. Prima huius verbi in p̄ſenti: vt inquit Priſc. corripitur: ſed produciť in p̄terito et mutat o finalē in i. Lucre. tamen produxit in p̄ſenti. Exin corpus propellit & icit.

¶ Iconiſmos. Sene. lib. xv. epiſtolarū appellat deſcriptiones aitq; id verbum eſſe publicanorom.

¶ Icthis.idis. inquit Ariſto. ſyluestris muſtelle genus eſt magnitudine militenſis catelli: ſed pilo/facie/albedine partis inferioris & morum aſtutia muſtellę ſimile eſt Manſueſcit maiorem in modum: officit aluearibus. Mellis enim auida eſt: aues etiam petit vt felis. Hanc Martē ſpāli vocabulo & Marturelū: ſeu Fouinū vocāt. Genitale ei oſſeum eſt medicamēto vrinę ſtillicidiōibus.

¶ Ichthys cū y pſilo latine piſcis dicitur: a quo fiunt.

¶ Ichthyobolis piſcator.

¶ Ichthyopolion locus vbi piſces venduntur.

¶ Ichthyophagi.pen.cor. qui ex piſcibus viuūt: quo nomine dicti ſunt quidā populi: de quibus Hiero.con. Ioui. Porro ichthyophagi gens errans in littore maris rubri ſuper petras ſolis colore feruentes aſſant piſces: et hoc ſolo alimento victitant.

¶ Ichthyotrophia apud Col. loca in quibus aluntur piſces: quę & piſcinę & viuaria latine dicuntur. Nā lib.ix. ſicatis ἰχθυοτροφία ſedula cura exercētur. Ea ſunt oia vt latine potius loquamur ſicut auiū cohortalium ſtabula: nec minus earum quę conclauibus ſeptæ ſaginātur: vel aquatilium animalium receptacula.

¶ Ichthyocolla gluten ex piſcibus. Eſt etiam nomen piſcis. Cęlſus vero quotiens vult glutinū intelligi non piſcem: adijcere ſolet gluten.

¶ Icteros.pen.cor. morbus cum per totū corpus bilis ſuffunditur: quæ interdum nigra: interdū flaua eſt. Et Ictericus qui eo morbo laborat: ab Ictero aue quā nos Galbulā vocamus auctore Plyn. qui ait. Auis icterus vocatur a colore: quę ſi ſpectetur ſanari id malū tradūt et auem mori: hāc puto latine vocari Galgulā. De hac aue ſic legimus. Galgula decipitur calamis & rętibus ales: Turget adhuc viridi cū rudis vua mero. Hęc etiā Ficedula dicitur: quæ eſt crocei coloris. Hunc morbū Ply. & Var. regium appellāt. q mulſo p̄cipue curareť. Cor. & Apul. Auriginē & auriginoſum hominē dicūt. Marcel. Arquatum a colore cœleſtis arquus.

¶ Icnuſa pen.pro. inſula Sardinia dicta eſt: quoniā ad ſimilitudinē veſtigij facta ſit qđ græce ichnos dicitur. Syli.li.xij. Inde ichnuſa pijs gratijs memorata coloris.

¶ Ichneumon: animal eſt magnitudine felis: ſpē muris vulgo: nūc murē indicū vocāt. Naſciť in Aegypto et cū aſpide pugnat. Ichneumona Aegyptij adorant: quoniā ous crocodillorū cōterat: & luto cōuolutus cū os aperiūt ita in ventres eorū inſilire ſoleat: vt exeſis inteſtinis eos interimat. Ply. etiam ſcribit Ichneumones eſſe veſpas minores q̄ aliæ quę vnū genus perimūt ex araneis phalangium appellatum.

¶ Ichnographia eſt circini regulæ modicæ continens vſus ex qua capiuntur formarum in ſolis arearū deſcriptiones. Auctor Vitru. libro primo.

⁎ Icthicuſa inſula alias Icaros dicta ſita ab ex ortu ſolſtitiali delo ad quinquaginta milia paſſuū propinqua.

I ante D.

¶ Id varijs modis vſurpatur ab auctoribus. Cū enim diciť id qđ res eſt. Idē eſt ac ſi diceremus qđ verum eſt. Teren. in Adel. Verum cogito id qđ res eſt. Id ætatis ſum.i. in ea ætate ſum. Aliquādo ornatus tantū cauſa dicitur. vt Id quod.i. qđ Idipſum.i. hoc. Cice. Lētulo. Multi rogabantur: atq; idipſum cōſulibus inuitis. Ab id fit idcirco coniunctio: & ideo.

¶ Ida idę. mons altiſſim⁹ q ad troadē ſpectat: habetq; multos pedes. Latus et⁹ ſeptētrionale ex anguſtijs abydi vſq; ad Eſapō & Cizicenū agrū ad Propontidē ptinet: occidētale ad Helleſpōtū reſpicit: auſtrale pmōtoriū facit: qđ lectū appellať: oriētalia idæ ad Myſos declinant: abundatq; mons aquis: & multa flumina ex eo deſcēdūt: in cuius ſummitate locus fuit Gargarus appellatus a quo Gargara æolica ciuitas dicta eſt. Ouid. lib.iiij. faſt. Dindymon & Cybelen & Amœnā fontib⁹ idā. Ida ēt appellata fuit Dardani Scytharū regis filia.

¶ Idæus.a.um. nomen ab ida deductum. Proper. Cedite iam diuę quas paſtor viderat olim: Idæis tunicam ponere verticibus. Eſt & nomen propriumq viri quem Troianorum pręconem dixit Homerus.

⁎ Idæi dactyli filij fuerunt ſecundū quoſdam Mineruę et Solis: vel (vt alij volunt) Saturni & Aliopes: & dicūtur alias corybantes. Sunt etiā gemmæ quæ ferreo colore humnanū pollicem exprimunt. Cc.

¶ Idalus mons eſt & nemus in Cypro quondā Veneri ſacer vbi & breoe oppidum fuiſſe traditur. Vnde & Venus Idalia appellata.

¶ Idaſpes fluuius inſignis magnitudine in quo aureæ harenę & gēmæ dep̄hēdūtur. Fluit per Parthos & Indiam & amplo profundoq; aluo crebras facit inſulas. Poſtremo quattuor ſoſceptis fluminib⁹ Indo flumini admiſcetur. Dictus Idaſpes ab Idaſpo Medorū rege.

¶ Idæa.pe.pd. ἀπὸ τοῦ εἴδεος. Idæas inqt Aug. lib. lxxx. quæſtionū latine poſſumus vel formas vel ſpecies dicere vt verbū e verbo trāſferre videamur. Idęas primus Plato appellaſſe perhibeť. Sūt aūt idæę exēplaria æterna eorū q̄ naturaliter fiūt immortales: immutabiles: inuiolabiles. Et vt res apertior fiat: opus eſt p̄ter oēs homines intelligere quēdā hominē. Et p̄ter omnes equos equū. Et p̄ter animalia: animal ingenitū. Et quēadmodū ex vno ſigillo complures fiunt impreſſiones ſic ex vno homine ſexcenta milia hominū. Et hæc eſt Platonis Idæa. A quo Ariſt. diſſentiēs nulla putat eē Idæas. Euſe.li. pręparationis. Idæam ſic diffinit. Idæa eſt perpetua ſubſtantia cauſa & principium vt ſingularia talia ſint qualis eſt ipſa: & quēadmodū ſenſibilium exemplaria ad hæc corpora pręcedunt: ſic quæ omnia in ſe ipſa cōtinet pulcherrima atq; perfectiſſima huius mundi exemplar eſt ad quā a creatore Deo ab vniuerſa ſubſtantia mundus ſimillime formatus eſt.

¶ Ideo coniunctio eſt: & ſignificat ob eam cauſam.

¶ Idcirco propter hoc: ſimiliter coniunctio eſt.

¶ Idē cōponiť ex is & demū.i. iterū is. Et tā in gñe maſ. q̄ neu. noiatiuus necnō accuſatiu⁹ maſc. & fœmi. gñis mutāt m in n arte d euphonię cauſa vt eundē eandē. Cęteri vero caſus ex integro & corrupto compoſiti inueniūtur: vt eadem: eiuſdem: eidē: eodē: Iidem: eędem eiſdē: eoſdē. Itaq; per duo i j. vel per e & i regula exigit ſcribi tam nominatiuū pluralē maſculinū: q̄ datiuū & ablatiuū plurales. Solēt tamen auctores & per ſynęreſim vnā pro duabus ponere. Et in neutro quidē geminatur cōpoſitio: & dicimus idētidē. Sed cū idē eſt gñis maſ. pducitur i. In neutro vero corripitur. Ver. lib. iiij.

Idem ambas ferro dolor atq; eadē hora tuliſſet. Iuue. Si feciſſet idē caderet ſub iudice morū. Ponit̄ interdū idē ꝓ etiā. Ci. Et huic cōiūcta beneficētia: quā eādē vel benignitatē vel liberalitatē appellare licet. i. quā etiam. Quin. Si cā in veneficij dicat adultera: nō. M. Catonis damnata iudicio videt̄ qui nullā adulterā nō eādē eſſe maleficā dixit. Ab idē fit indem: qd eſt quaſi item idē: quod ſignificat ſimiliter eodem modo.

¶ Identidē pe. cor. cōponit̄ ex idem & idem ſed m in n mutatur: & t interponit̄ euphonię cauſa. Cuius obliqui deficiūt: ſignificatq; frequēter & eodē modo ſiue illud idē per eundē modū. Liui. li. j. Vnā lōge ante alias inſignē ſpecie & pulchritudine a globo thalaſſi cuiuſdam raptā ferūt: multiſq; ſciſcitantibus cuinā eā ferrent: idē tidē ne quis violaret thalaſſo ferri clamitatū. Ply. Cētū milia nūmorū pro domo eius identidem promittens. Sue. in Cęſa. Cū M. Cato identidem nec ſine iureiurādo denuntiaret delaturū ſe nomen eius ſimulac primū exercitum dimiſiſſet. i. frequenter.

¶ Idios gręce proprius. Vnde Idiota: Idos vero latine forma a quo Idolum.

¶ Idiographum. pe. cor. latine priuata ſcriptura.

¶ Idioma. atis. ꝓprietas ſermonis. vt ſunt quinq; idiomata. i. dialecti gręcorum.

¶ Idiotes ſiue idiota indoctus & illiteratus: quo vocabulo Ci. in Piſonē & alij frequēter vtuntur. Dicitur etiā inutilis: quaſi ſibi tātum modo & non pluribus vtilis: priuatus: plębeius. Luci. Quid ni tu idem illitteratum me atq; idiotam diceres?

¶ Idolum. pe. pro. dicitur ſimulacrum. Nā apud gręcos ſcribitur εἴδωλον. Nam εἶδος forma dicitur.

¶ Idolium diminutiuum eſt.

¶ Idolatra vel idolatres ſeu Idololatra vel idololatres idolorum cultor. Idolatria ſeu idololatria ſimulacrorum cultura. Nam λατρεύω a quo latria deducit̄ apud nos colo interpretatur. Eſt enim compoſita dictio ex idolo & latria cultura. Hieron. contra Io. Nec mirum ſi omne qđ in macello venditur apoſtolus emi iubeat & comedi cum idolatris & adhuc in templis idolorū quaſi idololothyta veſcentibus pro ſumma abſtinentia fuerit cibis tantum abſtinere gentilium.

¶ Idolothytū. pe. prod. dici poteſt immolatum idolo: vt eſt apud apoſtolū. Nōne cōſciētia eius cū ſit infirma ędificabitur ad comedendum Idolothyta.

¶ Idolothyſia cū accētu in pen. immolatio q̄ fit idolis.

¶ Idothea nomen ꝓpriū filię Prœti Argiuorū regis.

¶ Idomeneus Deucalionis filius Cretenſium rex qui contra Troianos ſtrenue dimicauit: & Petiliam vrbem ſuper Salentinū montem Calabrię condidit.

¶ Idoneus. a. um. quod eſt ad omnia aptum tam mala q̄ bona. Teren. in An. Adeon videmur vobis idonei in quibus illudatis.

¶ Idas idę nomē propriū mariti Marpiſſę: qui omniū formoſiſſimus fuit.

⁎ Idula ouis quę oibus Idibus Ioui immolabatur. Cc.

⁎ Iduare lingua Ethruſcorum diuidere eſt.

¶ Idumęa cū diph. regio Syrię: quę (teſte Ply. lib. v.) a meridie Arabiā habet: a ſeptētriōe phœniciā: In qua eſt vrbs Idume. pe. pro. finitima phœnicię palmis abūdans. Luca. libr. iij. Gazaq; & arbuſto palmarū diues Idume. Inde fit Idumæus. a. um. Verg. lib. iij. Georg. Primus Idumęas referā tibi mātua palmas. Hiero. ad Darda. Idumęos quoq; a meridiana plaga vix viginti quinq; ab Hieroſolyma milibus ſeparatos.

¶ Idus fœmi. generis & tantū pluraliter dici poteſt diuiſio. Vnde ꝓprie exiſtimant̄ dies qui diuidūt mēſem. Diuidūt. n. menſes pręcipue nonas a calendis. Iduare ſiquidē Ethruſca lingua diuidere eſt. Sunt etiā q dicāt Idus quaſi vidus: v littera detracta ꝙ tunc plena luna videat̄. Alij ἀπὸ τοῦ εἴδους: hoc eſt a ſpecie deducūt ꝙ ea die luna pleniſſimam ſpeciem oſtēdat. Alij ab Ioue: quaſi Iduli: quoniā apud Thuſcos omnibus idibus Ioui immolabatur a flamine.

I ante E.

¶ Iebus ciuitas metropolis quę poſtea Salem: tertio Hieroſolyma: & nūc Hellia dicitur. A Iebus dicti ſunt Iebuſei: de quibus Hiero. ad Darda. ſcribit ꝙ a Iudæis expelli nequiuerint: ſed remanſerint cū eis in ſcandalū exemplūq; vicinorū: in tantū vt ibi templū conditum eſt areę ornę. fuerunt Iebuſei.

¶ Iecur. oris. & iecinoris. q genitiuus vt inq̄t Priſ. videtur, a noīatiuo iecinus: qd nō eſt in vſu. Ply. Sex victimarum iecinora replicata intrinſecus reperta ſunt. Dicitur & iecinus. eris. ſicut munus. neris. Et ſignificat hepar. Vnde & fibras iecinerū dicimus. In hoc irę & inſanię cauſam eſſe volūt ſicut pauoris in corde: in ſplene lętitię. Iecur connectit̄ cordi per venas: q̄ ſanguinis alimēta iecinori prębēāt. Et hęc eadē ab ipſo iecore diſtribuunt̄ in venas vnde colorē accipit. Habet enim iecur ſanguinis cōcreti colorē: & in eo amoris eſt ſedes: vt tradūt ſapiētes: diuiditurq; in quattuor fibras.

¶ Iecuſculū dimin. paruū iecur. Ply. Muriū iecuſculis fibrę ad numerū lunę dierū in mēſe cōgruere dicuntur.

¶ Ientaculū cibus q ante prandiū ſumit̄: qui prandiolū ſeu prandiculū & vulgo collatio dicit̄. Sue. in Vitel. Epulas trifariam ſemper: interdum quadrifariā diſpertiebat in ientacula: & prandia: & cœnas: comeſſationeſq;. Mar. Surgite iam vendit pueri ientacula piſtor. Criſtatęq; ſonant vndiq; lucis aues.

¶ Iento. as: aliquid ante prandium guſto. Var. in Mar. Vt eant ac rēpub. adminiſtrēt ꝙ populi ientent. Afra. Dum exeo domum ientare nulla inuitat.

¶ Ieſſen oppidū heroū vocant: quo Ioſeph in occurſu patris Iacob in Aegyptum proceſſit.

¶ Ieiuniū tempus quo a cibis abſtinemus.

¶ Ieiuno, a cibis abſtineo. Ieiunus qui a cibis abſtinet.

¶ Ieiunū. pe. ꝓd. Inteſtinū ſic dictū quia nūq̄ qđ accipit continet: ſed protinus ad inferiora tranſmittit. Hoc maiores noſtri hiram: & per diminutionē hillam dixerunt: vt inquit Feſtus & hilleum neutro genere.

⁎ Iera nympha ſic ab impetu ἵεμαι eum impetum facio. Cc.

⁎ Ierax auis eſt ex accipitrum genere quam ſacram vocant. Cc.

I ante G.

¶ Igitur collectiua vel rationalis coniunctio eſt. Colligit em̄ ſupradicta illatione: hoc eſt ratione cōfirmat. Ci. pro. Liga. Habes igitur tubero qđ accuſatori maxime optandū confitentis reum. Dicit̄ & illatiua ꝙ ꝑpoſitis alijs informatur. Ponit̄ interdū ꝓ deinde ſiue poſtea. Teren. in Eunu. Quid igit̄ faciā? Plaut. in Amph. Si aliter erunt animati neq; dent quę petant ſeſe igitur ſumma vi: armiſq; oppidū eorum oppugnaturos.

⁎ Igilium inſula: contra Coſſanum.

¶ Ignis a gignendo. i. naſcēdo dicit̄ ꝙ in eo nihil naſcatur: & omne qđ naſcit̄ eum amittit & frigeſcit: vel ꝙ ſeipſum pariat & paruis ſcintillis creſcat in immēſum. Sumit̄ quādoq; pro meretrice vel quia amator vritur: Verg. At mihi ſeſe offert vltro meus ignis Amyntas. Vel quia meretrix auida eſt: vt ignis alimentorū. Hinc igneus. a. um. vt calor igneus.

¶ Ignis ſacer morbus eſt a Ply. dictus qui a Dioſcoride vocatur Eryſipelas. Sunt & morbi quidam Eryſipelatodes vocati quotiens accenſio interna cum dolore vehemēti circum viſcera percipitur. Sed cū in cerebrū ſubit id malū refrigeranſ & impellēſcūt ora Eryſipelas et in vulneribus quoq; dicitur cū ſuper inflāmationē rubor vlcus ambitusq; cū dolore procedit: vt ait Celſus. Idem auctor ignē ſacrū ab Eryſipelate diuerſum facit lib. v. genera ignis ſacri duo reddēs. Alterū in altitudine puſtulis cōtinuis. Alterū in ſumme cutis exhulceratione latum inexęquale. Eryſipelas. Galeno proprie is tumor eſt qui ex tenui ſanguine interim & cū bilis parte incenſo ac feruente conſiſtit.

¶ Ignio. is. iui. itum inflammo. Hiero. Eloquiū domini igniuit eum. Vnde ignitus pro candente. Icē. Vox hois mulieri ſagitta ignita diaboli. Et Apuleius ignitā eſſe martia ſtellam dixit.

¶ Igneo. es. A quo igneſco. is. Et eſt igneſcere ignem fieri: quo Plynius vtitur non ignire.

¶ Ignefacio ignem accēdo: ſiue ignitum reddo: a quo ignificus lator diſcordiæ.

⁎ Ignigena: igne genitus.

¶ Ignipotēs dictus eſt Vulcanus ꝙ ignis poteſtatem habeat: habetq; accentum in antepen.

¶ Igniuomus. pen. cor. ignem vomens. Lact. Altius igniuomū ſolem cœli orbita ducit.

¶ Ignitabulum ignis receptaculum.

¶ Ignarius lapis dicitur: ex quo ignis excutitur.

¶ Ignis quædam vaſorum fictilium vitia quæ coquēdo contrahuntur.

¶ Ignauia ab ignauus & eſt cōtraria fortitudini cū qđ ratio aggredi fortiter ſuadet: id nos formido aggredi diſſuadet: & ab audēdo retinet. Cic. in Læl. Vt bonitas malitiā: temperātia libidinē: ignauiā fortitudo. Idem. Ignauiā puſillū & abiectū animū eſſe oſtēdit ad Cæliū ſcribēs. Etenim etiā hoc genere gloriari ſolitū eſſe familiarē noſtrū Hortenſiū ꝙ nunq̄ bello ciuili interfuiſſet: hęc noſtra laus erit illuſtrior ꝙ illi tribuebatur ignauiæ de nobis id exiſtimari nō poſſe arbitror. Nec me iſta terrerent quę mihi a te ad timorē fidiſſime atq; amantiſſime proponuntur. Quid autem ſit fortitudo idem. lib. iiij. ad Herē. oſtēdit. Iſta nō eſt fortitudo inquit ſed temeritas propterea ꝙ fortitudo cōtemptio eſt laboris & periculi cū ratione vtilitatis & cōpēſatione cōmodorū. Temeritas eſt cū incōſyderata dolorū perpeſſione gladiatoria periculorū ſuſceptio. Sal. de ignauo & ignauia ſic ſcribit. Cōpertū ego habeo milites verba virtutē nō reddere: neq; ex ignauo ſtrenuū: nec fortē ex timido exercitū oratione imperatoris fieri. Et paulo poſt. Scitis equidem milites ſocordia atq; ignauia Lētuli quātā ſibi nobiſq; cladē attulerit. Ex his colligi poteſt: ꝙ gnauus ſit is q induſtrius eſt & ſtrenuus ſiue fortis. Cuius contrariū eſt ignauus: q nō eſt induſtrius. i. q negligit aut formidat ſe exercere in aliqua arte ꝑpter laborē. Ver. Ignauū fucos pecus a præſepibus arcent: aut qui formidat periculū aggredi qđ fortis & ſapiens formidare nō debet: vt Ci. Hortenſio dicit tributū eſſe ignauiæ ꝙ nūq̄ bello ciuili interfuiſſet. Differt tamen q̄tū intelligo inter gnauū & induſtriū: ꝙ gnauus proprie is ſit qui ad ſubeunda pericula ac labores tolerandos ſapiens & fortis eſt. Induſtrius qui ingenio cum multū valeat vt artifex bonus aliquid ſtruere & negociari nō ociari ſtudet. Ci. pro Pōpeio inter gnauos & induſtrios diſtare oſtēdit dicens. Cæteris ordinibus homines gnaui & induſtrij partim in Aſia negociantur: quibus abſentibus vos conſulere debetis: partim eorum in ea prouincia pecunias magnas collatas habent. Componiturq; ignauus ex in & gnauus: ſiue ex in & nauis: n in g mutata. A nauis enim & gnauus dicitur ſed proprie nauus. gnauꝰ vero per aſſumptionem g. Dictus nauus celer & ſtrenuus a nauiū celeritate.

¶ Ignauit ignarum fecit. Afra. In parte inferiori hic implicabitur caput fateor: ſed ſæpe ignauit fortem in ſpe expectatio.

¶ Ignoto. as. pe. pro. neſcio & ab ignarus fit qđ ab in et gnarus cōponitur. hoc eſt neſcius. Gnarus vero idē eſt qđ ſcius ac peritus. Col in ꝓſa. Armorū ac militię gnaros. De ignarus. Ter. in Eu. Imprudēs harū rerū ignaruſq; omniū. Cic. Neq; n. tātę difficultatis erā ignarus. Verg. ꝓ immemor poſuit. O ſocij: neq; n. ignari ſumꝰ antemalorū. Et alibi. ꝓ eo qđ eſt aliter diſponens. Aut quiſnā ignarū noſtris deus appulit oris? Ab ignoro fit ignoratio & ignorātia. Sed ignoratio ad actū & rē pertinet quæ penitus dicitur: nec ſciri poteſt niſi prodatur: vt Cic. li. iij. off. Quotus. n. quiſq; reperitur q impunitate et ignoratione omniū ꝓpoſita abſtinere poſſit iniuria? Ignorantia vero ad ingenij humani vitiū pertinere poteſt quādo quis per ignorātiā nō ſatis intelligit qđ faciat vel dicat. Aliquādo etiā ſine humani ingenij vitio eſſe poteſt ignorātia: vt ſi quis neſciat ea quę ad ſe non attinent. Hic tū harū rerū ignorans erit: & ignorantiam harū rerū habere dicetur: & per ignorantiā earum dicet aut faciet interdū ea quæ ſi ſciret non diceret neq; faceret. Quo quidem modo accepiſſe puto Ciceronem in Læl. cum dixit. Vt in fabulis qui aliquādiu per ignorātiā ſtirpis generis in famulatu fuerūt. Ignorantiā non ignorationem dixiſſe reor magis propter homines qui ignorantes erant ſtirpis illorū q̄ propter ipſum genus ſtirpis qđ ignorabatur: quaſi ſi homines id reſciuiſſent non illos in famulatu eſſe permiſiſſent. Hæc autem differentia fit: quoniā ignoro varie ſumitur: vt ſic dicam hoc ignoro: & cauſa ſit: quia id nō proditur mihi. Tūc quia huiuſmodi cauſa non ex me prouenit: ſed ex re quæ non proditur mihi: recte ignoratio dicitur. Alio modo hoc ignoro & cauſa ſit quia nolo aut nequeo id apprehendere etiā ſi prodatur mihi. Aut ideo hoc ignoro ꝙ ad me id non attinet propterea nō id quęro ſcire: tūc hæc ignorantia dicenda eſt: non ignoratio: quoniā ad hominis perſonam: quæ id ignorauit hoc magis pertinet q̄ ad rem quæ ſciri penitus non poſſet. Vnde Do. Imprudens per ſe Ignarus per alios. Ita & nos dicimꝰ. Ignorans per ſe. Ignarus per alios. Et ignorantia per ſe: ignoratio per alios.

¶ Ignorabilis: qui nō cognoſcitur. Plau. Quis hic eſt qui oculis obuiam ignorabilis obijcitur?

¶ Ignobilis dicitur ignotus. Ver. lib. vij. Solus ibi & ſyluis Italis ignobilis æuum. Exiget. Aliquando dicitur ſtultus: vt ignobile vulgus.

¶ Ignomines qui laude & gloria carent quaſi inglorij illaudati.

¶ Ignominia nominis nota. Ci. lib. iiij. de rep. Itaq; cū oīs ea iudicatio verſetur tantūmodo in noīe: animaduerſio illa ignominia dicta eſt. Cōponitur eīm ex in & nomē g interpoſita quaſi cōtra nomē. Nā nomē & ignominia cōtraria ſunt: q̄uis ſit & bonū nomē & malū nomē: tamē nomē ſimpliciter ꝓ honore etiā ſumitur: vt Cic. indicare videtur ſic ſcribēs Thermo. Oſtēdi graues te ſuſcepturū inimicitias ſi adoleſcens potēs & nobilis ignominia affectus eſſet. Et hercle ſine dubio erit ignominia. Habes enim neminem gradu ſuperiorem.

¶ Ignoſco. is. ignoui. tū. valde noſco & diſco. Auget enim hic in Var. Vos qui in theatrum voluptatem auribus aucupatum concurriſtis: domo adeſte: & a me quę feram ignoſcite domū vt feratis a theatro litteras.

Aliquãdo ignoſcere eſt veniã dare:et excuſatũ habere. Vnde in priuatiua eſt quaſi non agnoſco errorẽ. Cice. ad Cęſa. Iuni. Nam et præteritis ignoſcia & conceſſa dia futura. Lact. lib v. poſuit pro nõ cognoſco & nõ intelligo. Tum quid legerint ignouerũt. Gell. lib. i. Contra patriã ingt Cicero arma ꝓ amico ſumẽda non ſunt hoc ꝑfecto nemo ignouit. i. neſciuit. Habet hoc verbũ pticipia ignotua et ignoturus. Cic. in Cato. Ignoturũ alteri ꝙ patrẽ: alteri ꝙ tutorẽ ſecutus eſſet. Cato. li. v. Origi. Quod eorũ nemo mihi ignoturus eſt. Quidã tamen contra regulam a pręſenti tempore hoc denuatum protulerũt ignoſciturum. Piſo Frugi li. ii. annal. Quocunq; deliquiſſet ignoſcitutum affirmabat.

℃ Ignotus incognitus. i. qui ignoratur. Interdum ponitur pro inſcio: hoc eſt pro eo qui ignorat. Quintilia. Nequis tamen erret ignotus: non eſt filij mei nouerca ſed mater: hoc eſt ignorans. ℃ I falſo ante h.

℃ Iheſus pe. ꝓ eſt. Sunt aũt tres ſyllabę græcæ ἰησοῦς Hebræũ nomen eſt quod apud nos ſaluator noſter dicitur: quod cõuenit regibus et ducibua: qui ſalutem ſequẽtibus ſe pplis darent. Vnde legimus in libris Moyſi ꝙ Auſes Naue filius quũ electus eẽt dux populi cõmutato nomine de Auſe Iheſua cognomiatua eſt: q adductũ de terra ęgypti populũ: et de erroribus eremi ꝓberatũ i terrã ĩrepromiſſiõis duxit. ✱ Veri⁹ Ieſ⁹ ſcribet

I ante. L

℃ Ilba vel ilua inſula in mari thuſco diſtans a continẽti decẽ milibus paſſuũ. De qua Ply. refert hoc eſſe verum: ꝙ in alijs regionibus: effoſſis metallis terræ ſunt vacuæ: apud Ilbam ſublata renaſcuntur: & rurſum de eiſdem locis effodiuntur. De qua Vir. libro. x. Inſula inexhauſtis chalybem generoſa metallis.

℃ Ille cũ emphaſi dicitur per eminentiã. Ter. in An. Hic ille eſt. Sic dicimus. Archytas ille Tarẽtinus. Aliquãdo ponitur ad maiorẽ expreſſionẽ. Vir. Ille ego q quondam gracili modulatus auena Carmen. Aliquãdo ponitur pro is: vt apud Apoſto. Non qui ſeipſum commẽdat ille ꝓbatus eſt. Aliquãdo pro aduerbio loci. Vir. Illi mea triſtia facta Degenerẽq; Neoptolemũ narrare memento. i. illic. Aliquando pro ſibi. Teren in Phormio. Dum ſedemua illi interuenit. Vide etiam in dictione is.

℃ Ile per ſimplex l. ſignificat id quod in ſumma parte colatum eſt in homine: et Colon gręce dicitur. vnde colici dolores in craſſioribua inteſtinis.

℃ Ilia. orũ. ſumuntur pro ea parte: quã Gręci ab inanitate κενεῶνα et ꝙ flaccida ſit: etiã λαγόνα vocãt. Cęlſ⁹ lib. iiii. Ipſa ilia inter coxas et pubẽ imo ventre poſita ſunt. Lactes ſunt graciliora inteſtina: quæ tria ſunt. Tenue: Ieiunũ: Piluros. Id quod ieiunũ dicitur Varro hilam: ſiue hiram vocauit. Sed hoc de ilib⁹ interiorib⁹ intelligitur: quæ ſunt arteriæ quædã. Ply. in. xi. Inter eas et aluum arteriæ ad pubẽ tendẽtes: quæ ilia appellantur. Sed exteriora ilia latius patent. Nam ea ps quę maxime reſpiratione in lateribus cõcutitur: hoc nomine comprẽditur. Perſi. Ilia ſubter Cęcũ vulnus habes: ſed lato baltheus auro Protegit. Et eſt hoc nomẽ tam ſecũdę q̃ quartę declinationis. Cælſus. lib. iiii. Deinde ſuper rectum inteſtinũ ꝓgreſſa ilijs fœminæ latera ſua cõuertit. Iuue. Vis frater ab ip̃is ilibua. Ab ilijsilioſus dicitur: qui iliorũ dolore laborat: qui a Græcis Lagononponon: qui eſt altus q̃ laterum: hoc eſt pleuritus.

℃ Ilia. æ. dicta eſt Romuli et Remi mater.

✱ Ilys græce limus latine dicitur.

✱ Ilitus pueri propriũ. Cc. ℃ Ila ab ina fit: quo nomine: vt eſt apud Feſtũ tenuiſſima pars rei: ſiue pellicula ſignificatur. Var. ſcribit hilam eſſe farciminis gen⁹ ab hilo dictã. i. re minima.

℃ Ileos græce εἰλεός morbus gracilioris inteſtini. Vnde ileoſi: qui laborant eo morbo.

℃ Ilium regia Priami fuit: quę et Troia a nomie regionis minoris aſiæ cognoiata ab Ilo trois regis filio: dicta eſt etiã Ilioa. Ouid. lib. iiii. meta. Poſtq̃ alta cremata eſt Ilios: et danaas pauerunt pergama flammaa.

✱ Ilus trois troianorũ regis filius: qui Ilium ędificauit.

℃ Ilias. adis. Homeri opus clariſſimũ. Iliadę Troiani.

℃ Iliacus. a. um. pe. cor. qd̃ eſt ex Ilio: et ꝓprie Iliacus q in Ilio natus eſt. Ilienſia: q alibi ortus in Ilio negocyatur. Et iliacus: q ex ilijs laborat: q et ilioſus vocat̃.

℃ Ilione nomen ꝓprium filiæ Priami.

℃ Ilioneus nomẽ ꝓpriũ viri troiani apud Vergilium.

℃ Illex gene. cõmu. qui ſine lege: vel extra legem viuit. Plau. in Perſa. Impure inhoneſte viuit illex.

℃ Ilex. cis. per ſimplex l. et geñ. fœmi. arboris genus Vergil. Talis erat ſpeciea auri frondentis opaca Ilice ſic leni crepitabat bractea vento.

℃ Iliceus. a. um. quod eſt materiatum ex ilice. Stat. li. vi. the. Orniq; iliceęq; trabes metuendaq; ſucco.

℃ Iligneus ſiue ilignus. a. um. idem qd̃ iliceus. Terẽ. in Adel. Lectulos ilignis pedibus faciundoa.

℃ Iliberis ciuitas prouinciæ Narbonenſis: vt Plyn. et Pompo. ſcribunt. Hãc quidã eſſe aiũt: quę nũc Granata dicitur: longe clariſſima vrbiũ occidẽtia erepta nouiter Mauritanis regibus auſpicijs regũ Hiſpanię. ✱ Imo Eliberim.

℃ Illatebro. as. pe. cor. quaſi intus abſcõdo. Cecil. Arma plęriq; abijciunt atq; inermes illatebrant ſeſe.

℃ Illætabile quod non eſt lætum. Verg. libro. iii. ænei. Et illętabilis ora.

℃ Illaudatua dicitur: qui ne nominari quidẽ dign⁹ eſt hoc eſt illaudabilis: nec vnq̃ nominãdua: quũ ſit oĩm peſſimua. Sicut quondã a cõi conſilio Aſię decretum fuit: vti nomẽ eius: q templũ Dianę Epheſi incẽderat ne qs vllo tpe nominaret: ita hoc verbũ illaudati idoneũ eſt ad exprimendã ſceleratiſſimi hominis deteſtationẽ. Vir. Quis aut Euriſthea durũ Aut illaudati neſcit Buſiridis aras? Et eſt pticipiũ ꝓ nomine vt ſit illaudabilis non q laudatua nõ ſit: ſed q laudari nõ meruit: vt eſt lib. vii. Aenei. Diues inacceſſos vbi ſolis filia lucos. pro inacceſſibiles: nõ ad quos nullus acceſſit: ſed ad quos nullua accedere debeat.

℃ Illicio. cis. pe. cor. attraho: et quaſi ineſco: ex in & lacio. Ter. in an. Tune hic holes adoleſcẽtulos imperitos rerũ eductos libere in fraudẽ illicis. Vnde illectus attractus: inuitatus. Cice. lib. iiii. Tuſc. Libido ad id qd̃ videtur bonũ illecta et inflammata rapiatur. Al's illectũ dicitur non lectum. Ouidius. Illectumq; remittat.

℃ Illecto. as. frequenter illicio. Augu. Quos ad peccata illectant.

℃ Illicium ab illiciendo dictum: pro incitamento. Varro libro iiij. Sed ſi tranſituræ ſunt apes apiaſtro perſicandum: ꝙ illicium hoc illis.

℃ Illex. cis. ge. oïs ab illicio idem quod illectiuũ: vt illex animi venus: et illices oculi apud Apuleium ꝙ incitent et attrahant.

℃ Illecebræ pe. cor. dictæ ſunt blandiciæ ab illiciendo vt ſunt diuinæ: voluptates: quæ animũ attrahũt ad ea cõplectẽda. Amb. Vitę dulcia illecebra cõſtantẽ quoq; mulcet aim. Aug. lib. ii. con. Vita hęc qua viuimus habet illecebrã ꝓpter quendã modum decoria ſui: et conuenientiã cũ his hoĩbus infimis pulchris. Hic illecebroſus a. um. quod blandimentis hominem allicit. Idem

ſbi. Arbor erat pyrus in vicinia vineę nīę pomis onuſta: nec forma: nec ſapore illecebroſis.

¶ Ilicet pe.cor. per ſyncopam dictum eſt: quaſi ire licet: veluti iam fi:i:s ret ſit: ſicut actum eſt. Plaut. Ilicet hoc curato ſmio. Quādoq; etiā ponitur ꝓſtatim. Vir. Illicet ignis edax ſumma ad faſtigia tecti Voluitur.

¶ Ilico pe.cor aduerbiū eſt: & ꝓprie ſignificat in eo loco. Aennius. Et quia quo iret neſciebāt ilico māſerūt. Ter in Adel. Ocioſe nunc iam ilico conſiſte. Donat⁹. Ilico modo locum: modo tempus ſignificat. Plærūq; ponitur ꝓ ſtatim. Plaut. Ilico hic ante oſtium eramus.

¶ Illiberaliter apud veteres dicebatur factū: ſi quis excelſiſſet omne genus maleficij. Ter. in Adel. Factum a vobis duriter: et immiſericorditer: ac etiam (ſi dicendum eſt magis aperte) illiberaliter.

¶ Illibatus participium ſignificat non tactus: q̄uis Illibo non legatur.

¶ Illido.dis.ſi.ſum.pe.pro. impello. Vale.Max. lib.j. Coactis Locrenſibus ex theſauro eius magnā illi pecuniam dare: quū onuſtus nefaria præda nauigaret vi ſubitæ tempeſtatis tota cum claſſe vicinus Idę littoribus illiſus eſt. i. intus vel valde fractus.

¶ Illudo.is.pe.pro. derideo. Et dicimus illudo tibi: Illudo te: et Illudo in te. i. inſulto. Ver. Aut quæ ſopitos ludunt inſomnia ſenſus. Idē. Certantq; illudere capto Ter. in An. Adeo videmur vobis eſſe idonei: in q̄bus ſic illudatis. Significat interdū ꝑ ludū noceo. Vir. Neu varię illudant peſtes. Interdū vitu͞po et grauē cōtumeliā infero. Lact. li. vj. Quib⁹ nō ſufficit ſexus a deo datus: niſi etiā ſuum ſexū ꝓfane ac petulanter illudant.

✱ Ilurcis Iberię vrbs: quæ poſtea a Sempronio Gracco Graccuris dicta eſt. Cc.

¶ Illinio.is. valde ſuplinio: inungo. Col. lib. vii. Prædictoq; medicamēto defricatur et illinitur: ſed ſi ex toto ꝓpter ceruicis tumorē iugū recuſet paucis diebus requies ab opere danda eſt: tū ceruix aqua frigida defricanda: et ſpuma argentea illinienda eſt. i. inungenda.

¶ Illino.is.pe.cor. illeui illitū: tertię cōiugatiōis: ſignificat intus: ſiue vehementer vngo: inſpergo: maculo. Inde fit illitus.ta.tum.pe.cor. Ver. Illita tela dolis: nec Martē cōminus vſq̄ Auſa pati virtus. Liuius. lib. ij. Ita in vadis hęſitantes frumenti aceruos sediſſe illitos limo ferunt.

¶ Illuceo.es.pe.pro. et Illuceſco. Vide infra in dictione Luceo.es.

¶ Illuſtris clarus nobilis: notitiæ em̄ nō meriti nomen eſt. Vnde illuſtres viri: & illuſtres meretrices. Col. lib. j. Balnearia occidenti ęſtiuo aduertantur: vt ſint poſtea et vſq; in veſperum illuſtria. i. clara.

¶ Illuſtro as illumino: cognitū reddo: ſeu famatū reddo. Cice. in prologo libri Tuſculanarū. Hoc mihi latinis literis illuſtrandū putaui. Idem Lētulo. Illuſtrabit mihi crede tuam amplitudinem hominum iniuria. Columel. libro. j. Vinctis q̄ ſaluberrimum ſubterraneū ergaſtulū plurimis et ijs anguſtis illuſtratum feneſtris.

¶ Iliſſus nomē amnis in attica regione Muſis dicati: quas Iliſſidas vocant. Papi. Diris et furijs conſecrauit anfractu rip arū incuru⁹ iliſſos ſęuus honos fluuio ſtygias luſtrare ſeuera Eumenides phibetur aquis.

¶ Illyrium ſiue Illyris Illyria ve regio Epyri contermina: ꝓpinqua Italię ab Illyrio: vt Appianus inquit Polyphemi filio: ſiue vt Euſtathio placet Cadmi filio denominata. Huius fines ſunt latiſſimi: hinc Italiam: illinc Germaniā: inde Macedoniā: Thraciam et Epyrū habens. Hinc adriaticū ſinum: qui Colphus ſinus Venetiæ appellatur. Inde Danubiū flumen. Propert. An tibi ſum gelida vilior Illyria. In ea ſunt ciuitates iadra Epidaurus: nunc Raguſium. Salonia et aliæ multæ. Hinc illyricus. a. um. Hora. libro Carminum. Illyricis comes obruit vndis.

I ante M.

¶ Imago proprie dicitur cu⁹ generatio eſt ꝑ imitationem. Vnde fili⁹ dicitur imago patris: quia eſt illi ꝑ oīa æqualis: ſimilis: et ab illo: quę tria requirūtur ad perfectam imaginis rationē. Ponitur tamē quādoq; ꝓ quacunq; ſimilitudine. Ver. O mihi ſola mei ſup Aſtyanactis imago. Etem̄ ſimilitudo dicit̄: quaſi imitatio. Nā vt inq̄t Var ab imitatione deducitur: et ꝑ alluſionē ad aliud dicitur. Echo imago vocis. Hor. lib. j. car. Iocoſa nomen imago. Aliquando ponitur ꝓ vagina: q; veluti imago ſit eius rei: quā claudit. Vergil. lib. viij. Curuā ſeruans ſub imagine falcem. Rhetores imaginem vocant quandā orationis figurā: cū res nō ſolū geſta indicatur: ſed vt geſta ſit oſtenditur: vt eſt illud. Ipſe inflāmatus ſcelere ac furore in forū venit: Ardebant oculi toto ex ore crudelitas emicabat.

¶ Imaguncula diminutiuum parua imago.

¶ Imaginoſus. oſa. oſum. in quo ſunt plures imagines. Vnde ſpeculum imaginoſum a Catul. dicitur ab imaginibus: quę in ſpeculo numeroſę videntur.

¶ Imaginarius. aria. arium. quod diſtinguitur a vero: et ſolum in imaginatione fit: non re. Hiero. de diuerſis leprarū generibus. Alius imaginariū legis opus quaſi ſub veritatis colore depinxit: alius corpus ipſius veritatis declarauit.

¶ Imaginarij dicti ſunt: qui ferebant ſigna militaria: in quibus imperatorum imagines erant.

¶ Imagino. nas. imagines facio: ſeu repręſento. Gel. libro quintodecimo. Vt ſpeculum in loco certo poſitū nihil imaginet: aliorſum tranſlatum facit imagines.

¶ Imaginor ſignificat rei alicuius: quæ facta ſit vel fieri poſſit: etiam quæ fieri non poſſit ſimilitudinem mēte concipio. Auguſt. lib. iiij. conf. Et imaginabar formas corporeas. Hinc imaginatio pro huiuſmodi conceptu. Imaginabile quod mente concipi poteſt.

✱ Imaus mons eſt Tauri pars in Sacarū regione: vt Ptolemæus vult libro. vj. cap. xiij. Cc.

¶ Imbellis & hoc imbelle: quod nihil bellicum ſonat. Hora. lib. Car. Imbelli carmine diuides. Proprie tamē imbelle capitur pro timido: ignauo: infirmo: quaſi bello minime apto. Ouid. lib. heroidum. Tres ſumus imbelles numero ſine viribus: vxor: Laerteſq; ſenex: thelemacuſq; puer.

¶ Imbellia imbelliæ: quaſi inertia nō habens belli ſciētiam. Macrob. libro tertio Saturnal. Tunc pœnus eludens ignauiam imbelliamq; militum eius pretioſe armatorū Plane (inquit) ſatis eſſe credo Romanis hæc: etſi auariſſimi ſint.

¶ Imbecillis & hoc imbecille: & imbecillus. la. lum: ex in et bacillum: quaſi baculo indigens: ponitur pro debili: vnde imbecillitas.

¶ Imber gn̄is maſcu. in ablātō imbre: vel imbri. Verg. Et ventis pulſatus et imbri. Eſt autē Imber: vt Apul. lib. de mundo inquit: agmē aquarū largius ex concretis effuſum nubibus. Nimbus vero repentinior et vehementior pluuia. Et quanto eſt improuiſior: tanto eſt pręcipitatior: et breuiore aſtringitur caſu. Et non ſolū cœleſtiū agmē aquarum: ſed etiā oēm humorē aqueū ſignificat. Virg. Accipiūt inimicū imbrem. Lucre. Ex igni terraq; animę naſcūtur et imbri. Sunt tamen qui hoc nomen cū h. et ypſilo ſcribant. Alij cum h. et i. latino: vt ſupra in dictione Hyems. Sed eius cōpoſita per

i.ſcribi debere facile demonſtrant: vt ſeptember: october: et cętera. Sed vt puto gręce neſciunt: ὄμβρος enim ab illis dicitur. Nomina vero gręca in ρος latine in rus: vel in er conuertūtur: vt Alexander et alexādrus. Leander et leandr⁹. Nō ergo eſt metatheſis quū vmbria dr̄.

℄Imbrifer.pe.cor.qui imbres.i.aquas fert. Vnde Nilus a poetis imbrifer dicitur.

℄Imbrex.bricis.pe.cor. canale curuum atq; obtortū quod in tecto ponitur: vt p id defluat aqua. Dictus ꝙ imbrem recipiat. Ponitur tamē quādoq; ꝓ toto tecto. Plau. Fregiſti imbrices meas: dum te dignā ſectaris ſimiam. Quidā dicūt imbrices eſſe quadras fornaces coctiles ex acerato cretaceoq; confectas ad tectū ſcandulare ſeriatim tegendum munimentoq; accōmodo imbribus arcendis: a quibus amoliendis imbrices dici videntur.

⁎Imbręus vnus ex centauris.Cc.

℄Imbricium idem quod imbrex. Martial. Quū ſint crura tibi: ſimulēt quæ cornua lunæ: Imbricio poteras Sexte leuare pedes.

℄Imbricoſus.a.um.ſcaber ad modum imbricis.

℄Imbrico pe.cor.in modū imbricis facio: et quaſi imbricibus tego. Ply. Supne tm̄ imbricatis flexibilium vertebris. Sido. Tegulis imbricarentur. Imbricatum. Victru.li.ii. videt̄ intelligere moritariū. vinculis denticulatis pectinatim deuinctum. Incerta vero cæmenta alia ſuper alia ſedentia inter ſe imbricata: nō ſpecioſā: ſed firmiorem ꝙ̄ reticulata pręſtant ſtructuram.

℄Imberbis et hoc imberbe: et imberbus a.um.quod non eſt barbatum. Vnde imberbes iuuenes dixit Cic. ꝓ domo ſua. Quæ maior calumnia eſt: ꝙ̄ inuenire imberbem iuuenem.

℄Imbibo is.pe.cor.inſumo: intus cōcipio. Ci.in Verrem. Niſi de vobis malam opinionem imbibiſſet.

⁎Imbubinare eſt menſtrui ſanguine fœdare. Lucili⁹. Hæc inquit imbubinat.Cc.

⁎ Imbulbitare eſt pueri ſtercore fœdare: tractum a fimo: quod Gręci βιβλῖτον nominant.

℄Imbuo.is.bui.butum.inficio ſeu immergo. Colu. lib.x. Quibus liquoribus mundā lanā imbuere oportebit: vt inſiſtentes apes quaſi p ſyphonē ſuccum euocent. Per tranſlationē imbuere ſumitur ꝓ initiare: inſtituere: erudire. Et plærunq; abltō poſt actm̄ cōſtruitur: ſiue quid intingatur aut inficiatur: ſiue quocunq; modo inſpergatur. Vnde imbutū literis: imbutum bonis moribus dicimus prędıtū et ornatū ac perfuſum. Imbutū vitijs: hoc eſt ingnatū. Sal. Auaritia pecunię ſtudiū habet: quā nemo ſapiens concupiuit: ea quaſi malis venenis imbuta corpus animūq; virilem effœminat. Cic.lib.j.offi. Plęrunq; aūt pentū pręceptis imbuti ad eorū conſuetudinē moreſq; deducimur. Aug.li.j.cōf. Quid aūt erat cauſæ cur græcas literas oderam: quib⁹ puerulus imbuebar: ne nūc quidē mihi ſatis exploratum eſt. Geſ. Farinā fermento imbutam.i. conditam. Aliquādo ſine abltō: Cato de re ruſt. Dolia olearia noua ſic imbuito: amurca impleto.i.inficito: vel illinito. Ver. Sepe tener nr̄is ab ouilib⁹ imbuet agn⁹.i.iſpget.

℄Immanis et hoc immane pe.pro. ſignificat crudele ac minime bonū. Et immania ſaxa aſpa ſiue horrēda dicuntur. A quo immanitas ſęuitia. Cice.lib.i.officio. Quo deteſtabilior illorū immanitas: q lacerauerūt oī ſcelere patriā. Aliquādo immanis ponitur ꝓ ingenti. Verg.lib.vj Poſuitq; immania templa. Amb.li.j.off. Aduerſus Goliam immanem mole corporis virum ſingulari certamine dimicaturus arma quibus oneraretur reſpuit.

℄Immineo.es.pe.cor.ſignificat inſto. Ouid. Imminet exitio vir coniugis: illa mariti.

℄Imitor pe.cor.per ſimplex m.ſignificat aliorū exēpla ſequor: ſed ad mores tm̄ dicta factaq; pertinet. Sequor et ad corpus et ad mores ſpectat. Neq; enī recte dixeris. Tu præcedis: ego te imitor. Dicimus tamen. Tu non ſequeris præcepta patris.

℄ Immitto is.intro mitto: vt Immiſit in os meū cāticū nouū. Aliquādo immittere eſt ad ꝓlixitatem dimittere. Ver. Reſpicio/dira illuuies immiſſaq; barba. Aliquādo cōtramittere. Lact.li.iiij. Hoc futurū eſſe dixerūt: vt poſt breue tp̄s immitteret deus regē: qui expugnaret iudæos. Sal. Alij Tarquiniū a Cicerone immiſſum aiebāt: ne Craſſus ſuſcepto malorum patrocinio Rempublicam turbaret.

℄ Immolo as.pe.cor.ſacrifico: et quaſi mola inſpergo: ex in et mola. Feſt. Immolare eſt mola: id eſt farre molito: et ſale hoſtiam fuſam ſacrificare. Verg.lib.xii. Pallas te hoc vulnere Pallas Immolat: et pœnam ſcelerato ex ſanguine ſumit.

℄Immola.pen.cor.vrbs in Aemylia: quę olim Forū Cornelium dicebatur.

℄Imus a.um.p ſimplx m.ſignificat infimū. Sed qm̄ in multis vt in pectore quæ infima ſunt etiā intima dicuntur. Imum plærunq; pro intimo poni conſueuit.

℄Immo per duplex mm.apud veteres ſignificabat: quaſi ex intimo: nūc vero ſignificat quin potius. Var. Nō humanitas: immo ſęuitia eſt lędere innocentē. Iungitur interdū quin cū Immo: vt eſt apud Euan. Quinimmo beati qui audiūt verbum dei: et cuſtodiūt illud.

℄ Immunis pe.pro. qui eſt liber ab onere publico: q nullo fungitur officio: qui vel ętate vel alio priuilegio præſtare munia nō tenetur. Vnde immunitas exēptio et vacatio munerum et onerum. Verg.lib.iiij. Georg. Immuniſq; ſedens aliena ad pabula fucus.i. piger vitioſus et ſine officio.

℄Immunitus non munitus: ꝙ̄uis immunio non legatur. Hiero.in Gene. Immunita terræ huius conſiderare veniſtis.

℄Impago impagis: et impaginis ſignificat id genus marginis ac regulę: quo tympanū.i.quadratū vel alterius figuræ ſpatiū in valuis alio ve opere inteſtino per ambitū includitur: vt fere ſint quæ vulgo quoq; ſuppages appellantur. Sunt etiā qui dicāt impages vocari: quæ a fabris in tabulis figuntur: quo firmius cohæreant a pagendo: hoc eſt figendo. Vnde agricolę page replantas dicuntur.

℄ Impancro impancras inuado: a græco quaſi παν κρεάω: hoc eſt omnem carnem conſumo.

℄Impeccabilis qui non peccat. Geſ. Is erit plærunq; impeccabilis: vitamq; viuet traquilliſſimam.

℄Impeditus pe.pro.ꝓprie dicitur qui ita pedes ligatos habet: vt ꝓgredi nequeat. Impedire enī implicare eſt et inuoluere. Verg.lib.v. Haud aliter teucrū nati veſtigia curſu Impediūt. Transfertur tamē ad negocia. Teren. Viden me tuis cōſilijs impeditū eſſe. Quādoq; impedire eſt pedamētis firmare. Col.lib.v. Poſita vinea quū menſem trigeſimū exceſſit: vehemētioribus ſtaturninibus ſtatim impedienda eſt. Eſt et impedire ſordidare et ad ꝓbrū ducere. Plau.in Amphi. Immo age hunc Thebani ciues: qui domi vxorem meam impudicitia impediunt.

℄Impedimentū dicitur quo quis impeditur: vt nō pficiat quod cupit. Cice. Quū primū impedimēta naturæ diligentia induſtriaq; ſuparit. Et in exercitu impedimēta dicuntur res: quę cōducūtur in expeditione neceſſariæ. Et nō ſolum ſarcinæ: ſed etiā iumēta impedimēta dicūtur. Frōtinus in libro ſtratagematon ſcribēs

fuiſſ: interfectis a Petreio impedimēta ī magna aquarum et pabuli inopia. Curtius. Magno cōſilio iacturā ſarcinarum impedimentorumq; contempſit.

¶ Impedo as. pe. cor. intus: ſeu probe pede aliquo firmo. Col. lib. vij. Poſtea vinea. i. tertio autumno vehementioribus ſtaminibus ſtatim impedanda eſt.

¶ Impendo dis. di. ſum. actiuū ſignificat in rē aliquā expendo. Vnde Impenſa et impendiū. Et p tranſlationē Impendere opam: Impēdere laborē dicimus quaſi exponere et in totū expendere. Dicimuſq; impendo huic rei & in hanc rem. Itē Impendere eſt cōmittere imponere ad aliqd faciendum. Sal. Poſt vbi eorū famā atq; pudorem attriuerat maiora alia impendebat: hoc eſt imponebat. Lact. lib. vj. Dedignādū eſt de iis: qui populari leuitate ducti vel magnis vrbibus ſuffecturas opes exhibendis muneribus impendunt.

¶ Impenſa dicūtur beneficia. Martial. Impenſis vitā principis annumeres. Impenſa. æ. ponitur p expenſa.

¶ Impendiū dicitur impenſa ab impendēdo ꝛc. Hie. ad Ocea. Multis medicaminū impēdiis vnū vuln' ſanare cupiebat. Et impendiū: vt inquit Var. dicitur pecunia quę in fœnore ſorti accidit: hoc eſt vſura ipa: ꝙ inter ſe iūgat vnūq; fiat quaſi compēdium. Cicero ad Atticū. Fœnus (inquit) et impendium.

¶ Impēdio aduerbiū ſignificat valde vel magis. Ter. in Eu. Quare quū ſimilem luſerit iam ille ludum impendio animus gaudebat mihi. Donat'. Impendio. i. magis. Hieronymus Tranquillino. Sanctus frater Tatianus impendio te reſalutat.

⁎ Impennatus a penna ſine pennis. Cc.

¶ Impenſe valde vel nimis. Plau. in Epi. Eſt impenſe improbus. Ter. in Adel. Sed ſi id vultis quæ vos propter adoleſcētiā minus videtis: magis impēſe cupitis: cōſulitis patū. Inde impēſius p multo magis. Col. Sed cuiuſq; diſciplinę prudentē delectāt impenſius ea quę propriis generibus diſtinguūtur: q̄ quę paſſim velut adiecta et quodam aceruo confuſa ſunt.

¶ Impēſibilis idē qđ incōſiderabilis. Gel. Oimq; rerū fidē veritatemq; miſtis confuſiſq; ſignis veri atq; falſi ita impenſibilem videri aiūt: vt quiſquis homo eſt.

¶ Impēdeo es. di. ſum. neutrū eſt: et ſignificat impendere: ſupra caput aliqd veluti caſurum pēdere: qđ vulgo dicitur ſpenzolare: vt gladius ſupra Dionyſii cōuiuę caput imminēs impēdebat. Lact. lib. vij. Seuiet ferrum: ignis: fames: morbus: et ſup oia metus ſupimpēdens. Dicimus quoq; Impēdēt te mala. Ter. in Phor. Subito tanta te impendēt mala. i. pendēt in te: hoc eſt extant cōtra te. Cice. Plancio. Agitur q; pręclare ſi noſmetipſos regere poſſumus: vt ea quæ partim iam adſunt: partim impendent moderate feramus: hoc eſt prope vel parata ſunt.

¶ Impero. as. pen. cor. ex in et paro ſignificat iubeo. Nam in intenſiuum eſt: quaſi ſtatim vel prorſus paro. Quintil. Nā q̄uis infeſtū latronibus mare iuſſus intrarem neq; diſſimulauerim magnas fuiſſe cauſas patri cur hoc mihi imperaret. Vnde imperatum iuſſum. Idem. Mihi ꝙ ſemel imperata non feci.

¶ Imperito as. pe. cor. frequentatiuum eſt.

¶ Imperitabundus idem quod Imperitans.

¶ Imperator a ſenatu appellari ſolitus eſt: vt Cicero in Philippicis indicat: qui mille aut duo milia externorum hoſtium occidiſſet. Sed Zonaras hiſtoricus græcus admirandus Imperatorem appellat αὐτοκράτορα αὐτὸσ καὶ κρατιω ... ὁ γρατιανὸσ συνκρατεῖν ... καὶ ςρατιώτασ τινὰσ ἐπισεμ .i. αὐτὸσ ipſe: et κρατέω vinco. Appianus vero ſcribit nomen Imperatoris vendicari ſolere ab his pretoribus: qui in maximis belli opibus verſati ſunt cum laude: nūc autem (inquit) ſub quo decē milia in bello cecidiſſent hac appellatione dignos fieri audio. Præterea Ductores exercituum: et Præfecti copiarum militarium Imperatores vocātur apud hiſtoricos. Item qui prouincias adminiſtrabant Imperatores dicebantur: q̄ is poſtea in tyrannidem verſus ſit hic magiſtratus: et Imperatoris mitiſſimum nomen in eum tranſlatum ſit qui Romani imperii gubernacula tenet.

¶ Imperium ſignificat iuſſum. Verg. Imperio læti parent. Aliquādo dicitur dominium aut regnū: vt apud eūdem. Imperium oceano: famam qui terminet aſtris. Aliquādo eſt poteſtas. Vlpia. Merum eſt imperiū habere gladii poteſtatem ad animaduertēdum in facinoroſos homines: quod etiam poteſtas appellatur.

¶ Imperioſus qui imperium habet. Item qui nimis ſeuere imperat: quaſi oſtētator imperii: qualis Torquatus apud Liuium: qui filiū licet victorē: quia cōtra imperium ſuum pugnauerat: ſecuri pcuſſit. Hinc aduerbium Imperioſe: quod eſt ſeuere: et cum oſtentatione imperii.

¶ Impello. lis. inſtāter pſuadeo: induco: commoueo. Sal. Aliter haud facile eos ad tantū negotium impelli poſſe. Ter. in Eunu. Me impulſore hoc nō facit. Idem Dum in dubio eſt animus paulo momēto huc atq; illuc impellitur. Item impellere eſt vrgere. Verg. Ferte citi flammas: date tela: impellite remos. Hinc Impulſor: qđ fere in mala re vſurpatur: ſicut adiutor in bona. Impulſo impulſas frequētatiuum: et impulſus impulſus pro impetu.

¶ Impeto is. pe. cor. inuado. Apul. Iurgiis me oppido impetens.

¶ Impes etis. et impetus us. idem ſignificant. Lucan' lib. i. Quamlibet in partem tradūt res ante ruūtq;. Impetibus crebris. Sta. lib. vii. Theb. Tranſiliunt cāpos: aurigamq; impete vaſto.

¶ Impetigo pe. pro. fœdatio cutis ſerpens cum prurit u: quā alii ſcabiem ſiccam aſpam et prominentem intelligūt. Alii morbū ſimilem ſcabiei ſquāmoſum corpuſq; dehoneſtantē: ab impetu nomē deductū. Serenus. Si vero vitium eſt quod ducit ab impete nomen Hoc matutina poteris cohibere ſaliua. Et apud Colu. lib. v. ſcribitur. ꝙ impetigines et ſcabies aceto et alumine defricātur in equis. Alii putāt eſſe volaticā. Verum huiuſmodi fœdationis cutis et impetiginis Celſus ſcribit eſſe quatuor genera. Ply. Vitta albæ viridis tuſę ſucco et liure impetigines tolluntur. Dicebatur et Impetis: vt ait Feſtus. Et petigo ꝙ vicina petat ſeſe late ſumma cute diffundens.

¶ Impetro tras. pe. cor. ex in et patro: ſignificat obtineo: et quaſi id quod cupio facio. Vnde et ppetro: pficio. Ter. in Hecy. Videndū eſt ne minus propter iram hanc impetrem quod poſſum: aut ne ſciam plus qđ poſt minus me feciſſe ſatius ſit.

⁎ Impetraſſo p Impetro veteres dixere. Plau. Et iſtuc cōfido a fratre me impetraſſe. Cc.

¶ Impiger pe. cor. nō piger: ſed ſtrennuus et diligens Tibul. Impiger ęnea volitantis frater amoris. Cicero Quis eſt tam impiger in ſcribendo q̄ ego?

¶ Impperſonale verbum dicitur quod non habet perſonas: cuius duę ſunt ſpecies. Nam quædam ſunt imperſonalia vocis actiuę: quædam paſſiuæ. Imperſonalium actiuæ vocis quinq; genera eſſe dicūtur: quę in t. finiūt: et a tertia perſona quorundā neutrorum formātur: vt a placeo fit placet imperſonale. Primæ ſpeciei ſunt Benefit: malefit: ſatiſfit: quæ ſemp ſunt impſonalia: et ante exigūt ablatiuū cum prępoſitiōe: et poſt da

tiuum:vt A deo benefit bonis. Secundæ ſpeciei ſunt
Intereſt et Refert:quæ ante gtm̃ et poſt infinitum ha-
bent:exceptis mei:tui:ſui:noſtri:et veſtri: loco quorũ
dicimus mea:tua:ſua:noſtra:et veſtra : et cuius a.um.
in quo tam ablatiuo q̃ genitiuo vti poſſumus:vt cuiꝰ:
vel cuia intereſt orare. Tertię ſpeciei ſunt libet:placet:
liquet:patet:accidit:euenit:contingit:ſuppetit:cõſtat:
reſtat:et vacat:quæ habent ante datiuum:et poſt infi-
nitum:vt mihi libet mori. Et licet quædam ex his per-
ſonalia ſint:tamẽ raro ſunt in vſu:niſi in tertijs pſonis
Nõ em̃ dicimus accido tibi:et tu accidis mihi : ſed hoc
accidit:contingit:euenit tibi. Quartæ ſpeciei ſunt De
cet:dedecet:iuuat:delectat:oportet : quæ habent ante
accuſatiuum:et poſt infinitum : vt Religioſum decet
caſte viuere. Quintę ſpeciei ſunt Pœnitet:tędet:miſe-
ret:piget:pudet :& ſemp ſunt impſonalia niſi apud iu
niores:et ante volunt accuſatiuum & poſt genitiuum
vel infinitiuum: vt me tædet peccatorũ:vel peccaſſe.
Pręter miſeret:quod vult poſt ſe genitiuum tm̃. Imp-
ſonale paſſiuæ vocis formatur a tertia perſona:iuncta
ur.vt legitur. Et tam ab actiuis omibus: q̃ a neutris ac
quiſitiuis:tranſitiuia et abſolutia formatur: nec aliquẽ
caſum exigit ante:vt itur iſtatur. Nam ꝓpnum imper
ſonalis eſt nullam certam perſonam ſignificare. Nec
vllum caſum habent poſt: niſi quę a neutris acquiſiti-
uis et abſolutis deſcendunt : vt itur in antiquã ſyluam
¶ Impingo.is.egi.impactũ. ex in et pango ſignificat
impello et illido. Cicero lib. iij. Tuſcu. Quid huic calix
mulſi impingendus eſt:vt plorare deſinat. Impingen
dus dixit:quaſi illidendus et nolenti ingerendus. De-
notat em̃ vim aliquã: vt apud Hiero. Impegi nouiſſi
me in Danielem. Et apud Vergi. Exanimata ſequens
impingeret agmina muris. Et in Eſaia. Impegimus
meridie quaſi in tenebris. Aliquando componitur ex
in et pingo. Plaut. in Cap. pro impono vſurpauit. Iu-
bete huc craſſas compedes impingier. Aliquando po
nitur ꝓ deſigno. Hiero. ad Euſta. Ad omnem actũ:ad
omnem inceſſum manus impingat crucem. Aliquan
do ꝓ inſcribo. Ter. in Phor. Si tu illam attigeris ſecus
q̃ dignum eſt liberam:dicam tibi impingam iam grã-
dem : dixi demipho. Lact. libro. vj. pro tranſfiguro po
ſuit. His vero qui ſapientiam quærunt philoſophiam
in oculos impigit vt ſpem lucis exercet nequis com-
prehendat ac teneat veritatem.
¶ Impinguo guas. pinguem facio. Vnde impingua-
tus legitur.
⁎ Impio contamino ex in et pio. Impius crudelis. A
quo Impietas:et Impie aduerbium. Cc.
¶ Impleo es. conſtruitur cum ablatiuo vel genitiuo.
Verg. Impleuitq; mero pateram. Idem. Implentur ve
teris bacchi pinguiſq; ferinę. Quandoq; additur præ-
poſitio:quũ dicimus Impleui nauem de omni genere
frumẽti. Lact. li. iiij. Et inſuper duodecim cophinũ de
reſiduis fragminibus impleti. Huius compoſitum eſt
Adimpleo.es.
¶ Implexus inuolutus:innexus. Ambro. Requiratũ
id verum ſit non fabula pro veris dicere : nõ obſcuris
vera inuoluere: non ſuperfluis et implexis atq; ambi-
guis occupare animum.
¶ Imploro as. pe. pro auxilium poſco. Et proprie di-
citur:quum quis in malis poſitus eſt:et cum miſeratio
ne auxilium poſtulat.
¶ Implano as. pe. cor. decipio. Cyprianus. Si qs (in-
quit) putat ſe aliquid eſſe: quum non ſit:ſeipſm impla-
nat. Hinc implanator pro ſeductore:q gręce planos.
¶ Impluuium inquit Var. locus in medio domus reli-
ctus vt recipiat lucem deorſum : quo impluere ſolet.
Aſco. Impluuiũ locus ſub cælo in medijs ædibus: vbi
pluuia accipitur. Feſtus. Impluuiũ quo aqua impluit
collecta de tecto. Ter. in Phor. Monſtra euenerũt mi-
hi:introijt in ędes ater alienus canis: anguis per implu
uium decidit de tegulis.
¶ Impluuia veſtis erat:qua ſacerdotes per vrbẽ vte-
bantur. Puuiale nũc vulgo appellat. Var. Saliũ quoq;
ſereno tẽpore impluuia amictum fuiſſe criminabant.
¶ Impluuiatus color pullus: quaſi fumato ſtillicidio
implutus.
¶ Implutus pluuia madefactus dicitur.
¶ Implico as. pe. cor. Vide in dictione Plico.
¶ Impolitia æ. quaſi incuria. Gell. libro. iiij. Si quis
equeſtrium equum habere gracilentum aut parum ni-
tidum viſus: impolitię notabatur.
¶ Impos. Vide in dictione Compos.
¶ Impono pe. pro. ſupra pono. Ver Molemq; & mon
tes inſuper altos Impoſuit. Et lib. iiij. Vidit turicremis
quũ dona imponeret aris. Interdũ imponere eſt dare.
Idem li. vij. Finẽq; imponere curis. Interdũ iniũgere:
vt Impono tibi hoc onus. Et his modis cõſtruitur cũ
accuſatiuo. Cũ datiuo vero ſignificat decipe. Quinti.
Feſellit me ingeniꝰ honeſtis cauſis gloriæ amor: ſpes
tibi ꝑpetuę laudis impoſuit. Hiero. in Gen̄. Quare (in
quit) impoſuiſti mihi? Quũ aũt dicimus impono ma-
nũ ſignificat ꝑficio. Dona. Imponitur manus rebus:
quũ ꝑficitur id qđ cœperit: Relinquitur res:cũ impfe-
cta dimittitur. Ver. Imponit regina manum. Et alibi.
Atq; opere in medio defeſſa reliquit.
¶ Impoſtores dicũtur qui alios verbis pollicentibus
decipiũt : vel qui ſupponẽdo malas merces hoies fal-
lunt. Et q ita decipiũt:impoſturã facere dicũtur. Au.
in Pſal. interpretatiõe. Nõ põt ars ſine impoſtura eſſe:
nõ põt negotiũ ſine fraude. Vlp. digeſt. de crimine ſtel
lionatus. Si quis impoſturã fecerit aut colluſionem in
necem alterius: ſtellionatus poteſt appellari.
¶ Imporco as. porcas in agro facio. Colu. lib. ij. Et ſi-
militer quum ſemen crudo ſolo ingeſſerimus inarabi-
mus: imporcatumq; occabimus. Imporcator qui por
cas facit. Eſt aũt porca quãtum ad hoc terra eminens
inter duos ſulcos.
¶ Importunus a. um. pe. pro. quod caret portu. hoc
eſt quiete: vbi nullus portus eſt. Vergil. lib. xj. Bellum
importunum ciues cum gente deorum Inuictiſq; vi-
ris gerimus. Hinc importunitas: quę vt Dona. inquit:
neq; loci neq; temporis habet commoditatem.
¶ Impotens pe. cor. qui ab appetitibus vincitur. Cic.
Lepido. Sin iſta pax perditum hominẽ in poſſeſſionẽ
impotentiſſimi dominatus reſtitutura eſt .i. ſuperbiſ-
ſimi et incontinentiſſimi.
¶ Impotẽtia plærunq; imbecillitatẽ ſignificat. Inter-
dũ validã immoderatamq; potẽtiam. Cice. li. v. Tuſ.
Qui nihil metuãt: nihil agant: nil cõcupiſcãt : nulla im
potẽtia efferãtur. Nã in quãdoq; auget. Vnde tyrãnus
impotẽtiſſimus dicitur a Quint. Decẽuiri quoq; prin
cipatus erat immoderatus: a Liuio Impotẽtes dñi nũ
cupantur. Et a Sene. inpotẽtia fortunę aſcribit. Sue.
ſcribit Cęſarem edere ſolitũ voces impotentię. Siſen.
Lętitia nimia atq; impotentia animi commotus.
¶ Imprecor pe. cor. & in bonum & in malum accipi ſo
let. De quo in dictione Precor.
⁎ Impræſentia et impſentiarũ aduerbia ſignificãt tpẽ
pñti: hoc eſt qđ pñs eſt: vel pñs fuit: vel pñs erit: vt im
pręſentia diſputandũ nõ eſt. Adde. Ego ſaluo meliori
iudicio: In pñtia duo verba eſſe autumo: nec Impſint
rum ſatis latinũ: q̃ q̃ Lauren. Val. vſurpauit: quũ nõ le
giſſe meminerim apđ ꝓbatũ ſaltẽ antiquũ auctorem:

¶ Imprimo is.pe.cor.premēdo immitto:intus calco: obſigno. Vñ impreſſæ literæ:obſignatæ dicũtur. Cic. lib.j. Tuſcu Animprimi quaſi ceră putamus aim.

¶ Improbus pe.cor.indignus. Vñ Improbitas. Cice. ad Cæſa.lib.j. Debes odiſſe improbitatē eius:qui imprudētiſſimũ nomē delegeris. Interdũ dicitur petulãs: ptinax. Ver. Et plena cornix pluuias vocat iproba voce. Interdũ turpis. Plaut⁹. Improbiorē nõ vidi faciem mulieris. Interdum laſciuus: pteruus:aſtutus. Pacu. Nemo hoc puero improbior quancũq; vult ſuſdet.

¶ Improlus et improlis.pe.pro. qui nõdum in ciuitate aſcriptus eſt.

¶ Impropero as.pe.cor. Vide in dictione Propero.

¶ Improperium crimenis exprobratio.

¶ Imprudēs nõ prudēs. Aliquãdo etiã valde prudēs. Verg. Nocuit imprudentibus imber. ✳ Al'r exponũ.

¶ Impudicus pe.prod. qui nõ eſt pudicus .i. caſtus:a quo Impudicitia. Ponitur quãdoq; etiam pro temerario:et pro eo qui nullo pudore ducitur.

¶ Impudens pe.cor qui nullo pudore ducitur.

¶ Impudēter temere:petulanter:inuerecunde.

¶ Impudoratus qui eſt ſine pudore. Hiero. ad Euſta. Facies meretricis facta eſt tibi:impudorata es tu.

¶ Impune pe.pro.aduerbiũ eſt:et ſignificat ſine pœna vel ſine damno. Aug.lib.v.conf. Impune ſe facere arbitrãtur:quũ ipſa faciendi cæcitate puniãtur. Ver. lib.ij. Georg. Et ſæpe alterius ramos impune videm⁹ Vertere in alterius mutatãq; inſita mala Ferre pyrum. Aliquãdo refertur ad oēm effectum :et ſignificat ſine vi et effectu:hoc eſt fruſtra. Apul. Impune Capitoliũ aſcendi:quum nemo eſſet. Ter.in Hecy. Impune illũ optare tibi licet. Hora Obturem patulas impune legē tibus aurea.

✳ Impuno a veteribus impudens dicebatur. Lucili⁹. Homo impuratus et impuno et rapax. Cc.

¶ Impunitas quaſi nõ punitio. Sal. Si quis indicaſſet de cõiuratione:quę cõtra Remp.facta erat præmium decreuere:ſeruo libertatem : et libero impunitatē eius rei:et ſeſtertiorum ducenta milia.

¶ Imputo as.pe.cor. Vide in dictione Puto.

¶ Imputatus a.um.quod nõ eſt putatũ: hoc eſt amputatũ:q̄uis imputo in hac ſignificatiõe nõ legat̃ Ply.li. xiiij. Eadē lege ex imputata vite liban vina dijs nefas ſtatuit:ratione excogitata vt putare cogerentur.

¶ Impurus pe.pro.gñaliter pro improbo poni ſolet. Ter.in Adel O hoiem impurũ. Et impurus q aliquo vitio notatus eſt Ci.li.iiij.de Repub. Sed iuuētuti nẽ minime audiēdus : qppe ſi ita ſenſit vt loquitur eſt hõ impurus. Itē dicit̃ ſordidus cõtaminatus. Idē. Cũ multis illũ ingenuis:q̃ m ltis matribuſfamilias in illa tetra atq; impura legatione vim attuliſſe exiſtimatis?

I ante N.

¶ In præpoſitio eſt:quæ et ſeparari et componi ſolet. Separata tam actõ q̃ abltõ deſeruit. Sed quũ actõ iungitur ſignificat ꝑ vel erga: vt bene ſentio in Rēp. Cic. Lentulo. Nã hoc ſenatuſcõſulto in meã ſniam facto. Ver. Accipit in Teucros aim mentēq; benignã. Qñq; aduerſus vel cõtra: vt in paricidã dico: et in tyrãnũ pugno. Ply Quũ mihi ſermo i adulterũ eſſet. Ver. Quid meus æneas in te cõmittere tm̃:Quid Troes potuere? Qñq; intra: vt in nauem ingreſſus es:& in domũ ꝓficiſcor. Qñq; ad. Ver. Impulit in latus. Qñq; ſicut ſicuti Aug.docet: vt Sedet in amicũ.i.ſicut amicus. Qñq; vſq; ad. Liui. Bellũ in trigeſimũ diē indixerãt.i.vſq; ad.xxx.dies. Denotat qñq; qualitatē ordinatiuam: vt Opus in dies creſcit. Vergi. Inq; dies auidũ caput alti⁹ effert. Quãdoq; indicat ſpatiũ tpale: vt a mane in noctem. Idem. In lucemq; tuliſſet. Iungitur actõ ꝓ abltõ: vt Vereor te in os laudare ꝓ in ore. Teren. in Adel. In quem exempla fient.i.in quo. Iungitur etiã actõ cauſa ornatus: et verbũ cũ quo cõponi deberet remanet ſine præpoſitione: vt inuado hoſtē: et tu ingratitudinis crimē incurriſti. Cic. vero dixit. In odia hoim incurrũt Hiero. Et immiſit in os meũ canticũ nouũ. Quũ autē iũgitur abltõ tũc habet eandē vim: quã apud Græcos ἐν. vt in vrbe:in tempore. Et aliquãdo ſignificat inter. Verg. Pentheſilæa furēs medijs in milibus ardet. Aliquãdo ſignificat ꝓ vel ad: vt hoc eſt in re tua.i.ꝓ vtilitate tua: vel ad vtilitatē tuã. Vergi. In magno munere Cyſſeus Eſſe ſui dederat monumentũ et pignus amoris.i.ꝓ magno munere. Aliqñ ſigni.ꝑ: vt apd Apl'm. In quo gratificauit nos in dilecto filio ſuo.i.ꝑ dilectũ. Et illud. Locut⁹ eſt nobis i filio. Cõpoſita quoq; varijs capit̃ modis. Nã mõ ponitur ꝓ intra vel intro: vt ingredior:induco Modo contra: vt inclamo:inſulto:impugno. Modo intentatiua eſt: vt increpuit:inſonuit. Ver. Turnus vt infractos aduerſo marte Latinos. Modo negatiua:ſeu priuatiua: vt ignarus:inutilis. Modo ſignificat ſupra: vt immineo:impendeo. Modo ſine: vt iniuſſu meo. Modo ſolennitatē quãdam importat: vt ndico is.qđ ſignificat ritu ſolēni quicq̃ ꝓmulgo : aut iubeo. Mõ ſimplicis ſui ſignificationē ſeruat:et ſignificat in loco: vt inſum impono. Modo ad locũ : vt infero importo. Aliquãdo ponitur ꝓ pticula ſupuacua: vt Noſco crines incanaq; menta. Habet nõnũq̃ qualitatē ad peius deteriuſq; pendentē. vt Cũ ſemel informes vidiſſe cyclopas. Non eñ nullius formę:ſed malæ formę ſignificat. Cõponiturq; in cũ oñibus literis: tã vocalibus q̃ cõſonãtibus. Sed qñ vocalibus iũgitur : vel c.d.f.g.h.n.q.ſ.t.ſemp remanet n. vt inauris: ineo:inijcio:inopa:inuoco:incedo:induco:infero:ingero:inhibeo:innuo:ingro:inſiſto:intueor. Quãdo vero cũ b.m.et p. mutatur n in m: vt imbibo:immunis:impono. Cum l et r. mutatur in l. vel in r. vt illudo.irruo.

✳ Inacceſſa inſula ægypti a Græcis Abatos dicta:ad quam nulli eſt acceſſus. Cc.

¶ Inach⁹ pe.cor. Ionis ſeu Ius pr̃ fuit: et prim⁹ q̃ apd Argiuos regnauit. A quo Inachius a.um. Vergi.li.ij. geor. Inachię Iuno peſtē meditata iuuencæ. Eſt et inachus nomē fluuij Achaiæ. Inachis ſpa Io Inachi filia: patronymicũ fœim. Inachia regio quę Io vocabatur.

¶ Inanis pe.pro.vacuus. Aug.lib.iiij.conf. Hæc oia nõ recedebãt de ore eorũ:ſed ſono tenus et ſtrepitu linguę:cęterũ cor inane veri. Ponitur quãdoq; inane pro aere. Lucret. Longũ ꝑ inane reſoluit. Qñq; ꝓ ocioſo. Hor.in Ser. In medio qui ſcripta foro recitēt ſunt multi q̃q; lauantes Suaue locus voci reſonat cõcluſus inanes. Sic et vacuus pro ocioſo dicitur a Vergil'. Cætera quę vacuas tenuiſſent carmina mentes.

¶ Inanitas et inanitio ꝓ vacuitate. Plaut. in Ciſt. Mihi inanitate iamdudum inteſtina murmurãt. Itē pro vanitate. Siquidem et inane pro leui quãdoq; ſumitur. Verg. Inſtabiles animos ludo prohibebis inani.

✳ Inaniloquus qui inania loquitur. Plaut⁹. Profecto inaniloquus es. Cc.

¶ Inanio is.iui.itũ. Vñ inanitus pe.pro. qđ eſt vacuo. Ply.lib.xxv. Cortex remanet hoc inanito medulla cadit. Huius compoſitum eſt Exinanio. Vnde Exinanite:exinanite vſq; ad fundamentum in ea:inq̃t Pſal'.

¶ Inaneſco is.inanis fio: quod ab inaneo es.fieri certum eſt. Aug.lib.x.cõf. Eſt aliud tentationis malum: quo inaneſcunt qui placent ſibi de ſe.

¶ Inanimus a.um. quod nō habet animam. Cice. lib. ij. offi. Quæ ergo ad vitam hominum tuēdam ptinēt: partim ſunt inanima: vt aurum et argentum.

¶ Inareſco. Vide in dictione areſco.

¶ Inauris ornamentum quod ab aure pendet. Nam in Oriēte decus exiſtimatur geſtare aurum in auribus.

¶ Inaudio is. Vide ſupra in dictione Audio.

¶ Inauro as. ex in et auro. Auro vero ab aurum fit et ſignificat auro impleo: vel dito.

¶ Inauſpicato aduerbiū vſurpatum a veteribus: quū aliquid eueniſſet aliter q̄ quis vellet. Et inauſpicato dicitur nō captatis auſpicijs. Terē. in And. Haud auſpicato huc me appuli.

¶ Inarime pe. cor. inſula eſt in mari thuſco: ab arimis ſiue populis ſiue beluis. Scribit Ply. Inarimē montem fuiſſe: q terræmotū paſſus alteram fudit inſulam: quę Prochyta ab effuſione dicta eſt. Ouidi°. Inarimē Prochytamq; legit. Silius. Non Prochyte: nō ardentē ſortita Typhoea Inarime. Et a ſtatione naui Aeneæ etiā Aenaria dicta eſt.

¶ Incæro as. aliquid cæra tego. Perſius. Genua incærare deorum.

¶ Incandeſco is. dui. Vide ſupra in dictione Candeo.

¶ Incāto as. ſignificat verbis ſolis: vel etiā rebus quibuſdam adiūctis aliquid ſupra naturam molior. Ply. Qui mala carmina incātaſſet. Hinc incātatio et incantamentū. Idem lib. xviij. Valeāt ne aliquid verba et incantamēta carminū. Poteſt etiam Incanto frequentatiuū eſſe ab Incino. Sed quo ad primam ſignificationem huic verbo incāto cōtraria ſunt Excāto et recāto.

¶ Incallidus per duplex ll. nō aſtutus. Cice. in arte veteri. Sed quū a ſummis viris maximæ res adminiſtrarentur: arbitror alios fuiſſe non incallidos homines: q ad paruas controuerſias priuatorum accederent. Et libro. iij. off. In his tribus generibus quoquo modo poſſunt non incallide tergiuerſantur.

¶ Incaleſco is. incalui. valde calidus fio. Hiero. in lib. heſter. Itaq; die ſeptimo: quum rex hilarior: et poſt nimiam potationem incaluiſſet mero.

¶ Incaſum per ſimplex ſ. ſupinum eſt verbi Incido. quū a Cado componitur. De quo paulo poſt.

¶ Incautus. Vide ſupra in dictione Cautus.

✱ Incendo inflammo. A quo incendium inflammatio et Incendiaria auis inauſpicata: propter quam luſtratā ſępenumero Vrbem legimus: et Spinturnix a quibuſdam vocatur. Cc.

¶ Incido is. pe. pro. incidi. ſum: ex in & cędo: quod eſt ferio ſeu ſeco. Verg. Atq; mala viteat incidere falce nouellas. Vnde inciſus. a. um. qđ modo ſignificat p inciſionem ſcriptū. Et dicimus inciſę ſunt leges in ære vel in æs: quod eſt cōtra Vallam: et eius ſequaces. Cice. in oratione de ſignis. Id nō modo cōſcripſerūt: verū etiā in ære inciſum nobis tradiderūt. Ply. in Panęgy. Quæ vos p̄res cōſcripti ne qua interciperet obliuio: et i publica acta mittēda et incidēda in ære cēſuiſtis. Sueto. in Cęſ. cū actō. Ac mox lege in æs inciſa. Modo inciſum ſignificat amiſſum Liui. lib. iij. Itaq; ſpe inciſa priuſq̄ prędicta dies adeſſet Appius mortem ſibi cōſciuit.

¶ Inciſio quod inciſum eſt. Colu. libro tertio. Infra inciſionem et alligaturam falce acuta leuiter vitem vulnerato ex vtraq; parte: vt his potius plagis humor defluat: q̄ ex inciſione abundet.

¶ Inciſura ipſa inciſio. Inciſurę etiam dicuntur in manibus: quę vulgo lineę vocātur. Ply. in. xi. Cōtra longæ eſſe vitæ incuruos humeris: et in manu vna duas inciſuras longas habentes.

¶ Inciſum oratores vocāt ſenſum nō expleto numero cōcluſum: quod pleriſq; pars membri eſſe videtur: vt Domus tibi deerat: at habebas: pecunia ſuperabat at egebas. Fiunt autem ſingulis verbis inciſa.

¶ Inciſim aduerbium ſignificat per inciſiōes. Cicero. Hęc quidem duo binis pedibus inciſim: deinde membratim dicere ſolebas.

¶ Inciles pe. pro. foſſæ ad deducēdam aquā de cōl riuo factæ. Sūt em̄ loca depreſſa ad latus fluminis: quæ et incilia dicūtur: eo q incidantur. Scinditur em̄ lapis vel terra: vnde primū aqua ex flumine agi poſſit: quēadmodū in piſtrinis frumētarijs fieri videmus. Quod aūt ad incile opponitur aquę deriuādæ compellēdęve ex flumine cauſa: vulgo Clauſa dicitur: ſiue id ligneū ſit: ſiue lapideū: ſiue ex qualibet alia materia ad cotinēdā tranſmittēdamq; aquā excogitatū deducat. Et latine Vlpi. teſte ſeptū dicit. Itē incile dicit locus: per quē primū deducit ex quocūq; riuo aqua irrigandi cauſa.

¶ Incilo as. pe. pro. increpo vel improbo. Plaut. Melius tamē eſt ita viuere: ne quis noſtra incilet fata.

¶ Incæduus a. um. cū diphthōgo quod nō cęditur: ex in et cæduus. Cato de re ruſt. Secūdo loco hortus irriguus: tertio ſalictum: quarto oliuetum: quinto pratū. ſexto campus frumētarius: ſeptimo ſylua cędua. Seruius. Intonſi mōtes. intōſi ſyluoſi incędui.

¶ Incido is. incidi. caſum. penultima correpta ex in et cado. Omnia em̄ a Cado compoſita proferūt ſupinū cum a. ſicut Cado. Quę vero a Cædo pro ferio mutāt æ in i: vt inciſum: reciſum. Vnde ab Incido incaſum incaſurus. Ply. libro. j. Sed ea accidiſſe non quia hæc facta ſunt arbitror: verūetiam hæc ideo facta: quia incaſura erāt illa. Eſt autem Incidere quaſi caſu venire aut de improuiſo labi: præſertim quādo conſtruitur cum accuſatiuo mediāte in: vt Incidi in latrones. Incidi in errorem. Cicero Curioni. Quod in id Reipublicæ tempora non incideris: ſed veneris. Incidere ergo a caſu venire eſt. Venire vero certo iudicio et ſententia et cōſulto. Quod ipſe Cicero ſubſequēs immediate declarat. Iudicio em̄ tuo: non caſu in ipſum diſcrimē rerum contuliſti tribunatum tuum. Iungitur quandoq; cum datiuo: vt mihi incidit ſuſpicio. Quādoq; abſolute ponitur: vt Incidūt ſæpe multæ cauſæ: obiurgatiōes etiā nōnunq̄ incidūt neceſſarię. Et incidit de vxoribus mētio. Inde incidit quæſtio. Aliud ex alio incidit. In quibus tamen intelligitur datiuus: ſimiliterq; exponuntur: ſicut ſi datiuum haberent: vt ſit Incidit mentio caſu venit: vel orta eſt. Ponitur interdum hoc verbū Incidere pro inſidere. Columella rei ruſticę ſcriptor libro ſecundo. Iugumq; melius aptum ceruicibus incidat. Liuius de ſecūdo bello punico. Sagūti ruinæ vtinam falſus vates ſim veſtris capitibus incident.

¶ Incedo. cedis. ceſſi ceſſum. penultima producta ingredior: ſubeo: vt ſcribēdi libido inceſſit me. Interdū Incedere eſt mature more grauis viri: ſiue magnifice more regum ire. Verg. j. Aeneidos. Aſt ego quæ diuū incedo regina Iouiſq; Et ſoror et cōiunx. Liuius libro ſecundo. Ipſe enim ille noſtris decoratus inſignibus magnifice incedit. Seneca. Tenero ac molli paſſu ſuſpendimus gradum: nec ambulamus: ſed incedimus. Aliquando ſignificat ſimpliciter ire. Columella libro. vj. Tranſuerſus rurſus laxiora ſpatia faciant: per quę vel foſſor: vel arator incedat. Liuius de ſecundo bello Punico. Quum ſignis prima luce motis ſegniter agmen incederet. Hinc inceſſus us. quo ad poſteriora ſignificata.

¶ Inceſſo. is. ſſi. vel iui. a ſupino verbi Incedo formatum ſignificat accuſo: moleſto: ad iram concito: quaſi laceſſo: et cōſtruitur cum actō. Lact. lib. iij. Quid ergo

te magiſtra illa vitæ docuit: an vt potentiſſimũ cõſulẽ maledictia inceſſeres: eũ q̃ hoſtẽ patriæ venenatia orationibus faceres? Hiero. Aliquo modo vel aliquãdo expugnatur quod vndiq; inceſſitur. i. impetitur. Verũ diſtinguẽdũ de inceſſit quãdo ab incedo: et quãdo ab inceſſo fit. Nam ab incedo. inceſſit me cupiditas: ſicut et mihi inceſſit cupiditas dicere licet: et tunc ſignificat ingredior ſiue inuado. Liu. lib. j. Timor deinde patres inceſſit: ne ciuitatẽ ſine imperio vis aliqua externa adorietur. Et iterũ. Perfectia p̃ria mãdatis cupido inceſſit aios iuuenũ ſciſcitãdi ad quẽ eorũ regnũ Romanũ eẽt venturum. Vale Maxi. dtõ iũxit. Nec mihi cuncta complectendi cupido inceſſit. Ter. in Adel. cũ actõ mediãte in. Noua (inquit) religio in te iſtæc inceſſit. Aliquando ponitur ſine dtõ: vel actõ expreſſo: et ſignificat ingruo. Col. lib. ij. Si vero procellæ vẽtorũ aut turbines inceſſerint: maior para ad terrã defluit. Idem cũ dtõ poſuit: quũ inq̃t. Famẽ ſi ſterilitaa annorũ inceſſit hominibus cõmode ppulſat. Interdũ ſignificat ingredior. Idem lib. iij. Et quũ autumnus inceſſerit anteq̃ frigus cacumina adurat omnia folia decerpere expediet.

¶ Incertus dubius. Plaut⁹ in Pſeu. Certa amittimus dum incerta petimus.

¶ Incerto. tas. incertum ſeu dubiũ reddo. Plautus in Epid. Lõga dies meum incertat animum. Componitur em̃ ex in et certo quod eſt in animo certo: nã quũ quia dubitat: ſecum animo certat.

¶ Incerno is. ſicut et cerno ſignificat cribro. Vnde Incerniculum.

¶ Incernicula cribra: quibus frumẽta purgãtur anteq̃ molãt. Ply. li. viij. Decretũ fecere quo caueret: ne frumẽtarij negotiatores ab incerniculis eum arcerẽt. Ca. Cribrũ vnũ: incerniculũ vnũ: ſecurim vnã: ſcãnũ vnũ

¶ Inceſtuaus. et iceſtum ſti. dicitur flagitiũ in affines admiſſum: ex in et ceſtua: quaſi ſine ceſto. i. vinculo. vt Lac. Grãmaticus ſup li. ij. The. teſtatur. Ceſtus aũt eſt cingulũ Veneris: quo vtebat̃ ad honeſtas nuptias: quaſi cui ceſtos nõ fuerit adhibita. Ideo inceſtum dicitur q̃d a ſacrato illo veneris cingulo nõ fertur Hac em̃ cinctura cõiuges deuinciri putarũt: vti cõcordes in vita viuerẽt. Mart. Sume cytheriaco medicatũ nectare ceſton: Vinxit amatorem balilheus iſte Iouem. Seru⁹ docet inceſtum eſſe quancunq; pollutionem.

¶ Inceſtus a. um. idem quod pollutus. Proper. Scilicet inceſti meretrix regina Canopi.

¶ Inceſtuoſus: qui inceſtum commiſit.

¶ Inceſto. as. pulluo. Sue. in Tibe. Triplici ſerie cõnexi inuicẽ inceſtarẽt. Ver. Totãq; inceſtat funere claſſẽ.

¶ Incino is. pe. cor. ſignificat ſup ſiue inter cano. Propert. Seu varioa incinit ore modos. Gel. Crediũ hoc eſt a plæriſq; Iſchiadici quũ maxime doleãt: tũ ſi modulis leuibus tibicen incinat minui dolores. Hinc fit frequentatiuum Incanto taa. De quo ſupra.

¶ Incẽtio oĩs cãtio ſeu cantilena. Gel. docet plurimis hoim morbis medicinã fuiſſe incentiones tibiarum.

¶ Incẽtinus a. um. vt tibia incentina apud Var. quæ a dextra canit: ſicut ſuccentina: quæ a ſiniſtra ſuccinit.

¶ Incito as. pe. cor. frequẽtatiuum eſt verbi Incio. is. Cio vero cõmoueo ſignificat. Incitare ergo eſt frequẽter ſeu valde intus ve ciiare. Vnde et pro irritare: et pro vocare ſumitur.

¶ Incitabulum incitamẽ et incitamentum idem ſignificant. Gell. Fomes atq; incitabulum virtutis.

¶ Inciens dicitur propinqua partui: q̃ fœtus eius ſit incitatus.

¶ Incitas pe. cor. quaſi pauptaa & indigitas. Plautus. Profecto ad incitatẽ lenonẽ rediget: ſi eaa adduxerit.

¶ Incitega pe. p. p machinula i qua amphora vini cõſtituebat̃: vñ vina ſubinde in cõuiuia ſubminiſtrarent

¶ Includo. dis. pe. pro. intus claudo. Vergil. Incluſos vtero Danaos.

¶ Incipio. is. pe. cor. ex in et capio: ſignificat inchoo. Vnde incœpiũ: q̃d et cœptũ dicitur: vocaturq; verbũ famulanũ: quia infinitis cũ q̃bus iũgitur famulari videatur. Seruat em̃ eorũ cõſtructione: vt Incipio timere deũ. Tu incipis eſſe probus. Ille incipit doceri a prætore. Illum incipit tædere laboris. Poteſt tamen eſſe ſine infinito. Plau. in cap. Q̃diu id factum eſt? hic ann⁹ incipit vigeſimus. Aliquãdo cũ ablatõ ponitur. Ply. li. xiij. Vnde aũt potius incipiemus q̃ a vitibus. Sunt et alia famularia. ſ. deſino. volo. poſſum. debeo. queo. ſoleo. cõſueſco. audeo: quę etiã ſine infinito eſſe poſſunt vt Audeo magnum facinus: Poſſum multa: et huiuſmodi. Iuue. Aude aliq̃d breuibus giaris: et carcere dignum Si vis eſſe aliquid.

¶ Incepto as. frequentatiuum ab incipio.

¶ Inclamo as. pe. pro. cõtra clamo. Plau. in aſi. Nimis ægre riſum cõtinui vbi hoſpitẽ inclamauit: qui ſe abſẽte mihi fidẽ habere noluiſſet. Aliquãdo inclamare eſt maledictis & cõuitijs inſectari reprehẽdere. Idẽ in Sti. Tuos inclama: tui delinquũt. Ouid. lib. ij. Faſt. Fit ſonus inclamat comites et lumina poſcit. Aliquando intro vocare. Vale. Max. lib. j. Perterritus deinde tam tetro viſo et nomine horrẽdo ſeruoa inclamauit: ſciſcitatuſq; eſt ſi quẽ talis habitua aut intrantem cubiculum aut exeuntem vidiſſent.

¶ Inclæmẽtia duritas. Verg. Verũ inclæmẽtia diuum Haa euertit opes. Huius cõtrarium eſt Clæmentia.

¶ Inclęmẽter dure aſpere. Plau. in Amph. Iterum hic tam in me inclæmẽter dicit: atq; id ſine malo. Liui⁹ lib. tertio inq̃t. Quæſo (inquit) Appi primum ignoſce patrio dolori: ſi quid inclęmẽtius in te ſum inuectus.

¶ Inclino as. pe. pro. inflecto. Iuue. Atq; ipſos etiã inclinare maritos. Vnde inclinatus pro profundo ponit̃ Ambro. Dum inclinatiſſimos aquarum gurgites ſcrutor aerios non reſpexi volatua.

¶ Inclytus pe. cor. cum ypſilo: idem eſt quod glorioſus. Componitur em̃ ex ἐυ et κλυτὸς: quod eſt clarũ: ſignificat et non glorioſum.

¶ Incoctile pe. cor. æneũ vas: in quo ſtannum liquefactum delibutũ eſt: vt eduleis saporẽ gratiorem reddit Ply. Albũ plumbũ incoquitur ęreis opibua: Galliarũ inuentio: ita vt vix diſcerni queat ab argento: eaq; incoctilia vocant.

¶ Incœnatus non cœnatus: q̃uis Incœno. as. non legatur. Cato de re ruſt. Bibat aquam mulſam: cubet incœnatus: poſtea mane bibat ſuccum. Plaut. in Pſeu. It incœnatus cubitum.

⁎ Incœnis ſine cœna. Plau. Cupiũt extrudere incœnẽ ex ædibus: vt ipſę ſolæ diſtendant ventres ſuos.

¶ Incogitãs temerarius improbus nõ cogitãs. Terẽ. in Phor. Q̃d niſi fuiſſem icogitãs ita expectarẽ: vt par fuit Et iterũ. Adeon te eſſe incogitãtem atq; imprudẽtem Phoedria: vt phaleratis dictis ſeducas me?

¶ Incogitabilia qui nõ ſolet cogitare: quũ q̃d rerũ gerit. Plaut. in mili. Te obſecro per deos atq; homines. Et infra. Nunc demum ſcio me fuiſſe excordem: cæcũ incogitabilem. Lact. lib. j. Qui deoa colunt interdum videri ſolẽt tam cæci: tam incogitabiles: tã excordes.

¶ Incognitus non cognitus. Sal. in Iugur. Ne q̃d de abſente incognita cauſa ſtatuatis.

¶ Incolo. is. pe. cor. intus habito. Cice. lib. j. Tuſcula. Vbi ſunt ergo ij: quos miſeros dicis: aut quẽ locũ incolunt? Hinc incola læ. ſicut ab accolo accola: quæ ſic ab

inuicem ſeparantur: q accola ſit: qui ad aliquem locū:
id eſt iuxta aliquem locum habitat. Liui⁹ libr. j. Paſtor
accola ei⁹ loci nomine Cacus ferox viribus. & Apule.
Et mihi coloni: q circūſec⁹ venant & accolę plurimi.
Nec refert in ſuo an in alieno: vt accola vulturni: acco-
la Padi. Vergilius lib. ſeptimo. Amniſq vadoſi Acco-
la vulturni. Incola vero q in aliena: vel vrbe: vel repu
blica habitat: quaſi ciuis aut municeps. Plyn. Q d eorū
montium incolæ facere conſueuerunt. Cicero libro. j.
officiorum. Peregrini & incolę officium eſt nihil pręter
negocium ſuum agere: nec eſſe in aliena republica cu-
rioſum. Auguſtinus in pſalte. expoſitione. Incolere
peregrinari eſt. Incolæ dicuntur qui habitant in patria
non ſua. Pomponius iureconſultus ſcribit Incolā eſſe
qui in aliqua regione domicilium contulit: quem gręci
paroecon appellant. Nec tātum qui in oppido moran
tur incolæ ſunt: ſed qui etiam in alicuius oppidi finib⁹
ita agrum habent: vt intra eum ſe: quaſi in aliquam ſe
dem recipiant. Inquilinus quaſi aduena eſt & peregri-
nus: qui in alienas ædes alienaq prædia ex cōducto ha
bitat: ſiue in vrbe ſiue ruri. Cicero i phil. At vero te in-
quilino non domino perſonabant oia vocibus ebrio-
rum. Vnde inquilinus probri vel odij cauſa quis appel
latur quaſi domū propriam nō habeat. Salluſtius. M.
Tullius inquilinus ciuis vrbis romę. Qui autem inqui
linis cœnacula locant a iuriſconſul. dicūtur facere cœ-
nacularia. Ponitur tamen quādoq pro cohabitatore.
Auguſtinus libro quinto conf. Cōgregatis inquilinis
fori tanq̄ furem manifeſtum ſe compræhendiſſe glo-
riantur. Mar. Vicinus Nouio vl inquilin⁹ ſit ſi quis No
uium videre non vult.

¶ Incoho as. a cohum quod mundum ſignificat. Vn-
de ſubtractum eſt incohare pro incipere. Ver. Te ſine
nil altum mens incohat. Quandoq perficere. Idem li-
bro ſexto. Tunc ſtygio regi nocturnas incohat aras.
Ab inchoo fit inchoatiuus inchoatiua inchoatiuū. Vn
de inchoatiua verba. vel a chaos: qđ rerum aiunt prin-
cipium. Vnde per ch ſcribatur.

¶ Inchoatiua verba vulgo dicta ſunt quæ in ſco deſi-
nunt. Sed hæc vt a Priſcia. diſſentiam augmentatiua
magis appellare libet: quoniam augmentum non in-
choationem ſignificent: vt caleſco. frigeſco: quorū al-
terum ſignificat calidus fio: alterum frigidus. Aliquā-
do tamen comparatiue. i. maiori cum augmentatio-
ne ſumuntur: Vt Qui ſordet ſordeſcat adhuc. i. ſordi-
dior fiat. Vergili⁹. Sin in pceſſu cœpit crudeſcere mor-
bus. Vbi Serui⁹ exponit crudeſcere validior fieri. Idē.
Aegreſcitq medendo. Exponitur inter medēdum fit
ægrior. Et illud Lactan. Ne ſi noſtra inualuerint. id eſt
validiora fiant. Aliquādo comparatio apponitur. Te-
rentius in heautontimorumeno. Nam mihi quottidie
augeſcit magis de filio ęgritudo. Ver. libr. ſeptimo. Q
magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ. Q autem
ſignificent incrementum: interpretum auctorum ido-
neorum auctoritate ſimul: & ratione probandum du-
xi. Nonius in priſcis dictionibus. Albicatur: candida-
tur: exalbeſcit. Purpuraſcit purpureum fit. Cicero li-
bro ſecundo Acad. Quid mare nōne cęruleum? aut ei⁹
vnda cum eſt pulſa remis purpuraſcit. Nigidius. Di-
cemus quæ vetuſtate deteriora fiunt vetuſteſcere: in-
ueteraſcere quæ meliora. Don. in hecy. prolo. Nouas
qui exactas feci: vt inueteraſcerent ait. Inueteraſcerēt
in conſuetudinem venirent ſpectarentur: amarentur.
Et in and. Vah perij: hoc malum integraſcit. exponit
Integratur quod eſt inſtauratur. Similiter apud Vergi-
lium libro ſecūdo georgicorum. Aeraq diſſiliunt vul-
go veſteſq rigeſcunt. Seruius. Rigeſcunt durantur.

Feſtus. Remorbeſcat: in morbum recidat. Et obher-
beſcere: herbam increſcere. Cicero libro quarto tuſcu-
lanarum deferueſcere pro decreſcere exponit. Aut rō
gandi inquit oi andiq ſunt: vt ſi quam habēt vlciſcen-
di vim differant in tempus dum deferueſcat ira: defer-
ueſcere autem decreſcere ſignificat ardorem animi in-
uita ratione excitatum. Ex quo illud laudatur Archy-
tę: qui cum villico factus eſſet iratior: Quo te modo in
quit accepiſſem niſi irat⁹ eſſem? Idem pro Marcello. Ni-
hil opere & manu factum quod non aliquando confi-
ciat & conſumat vetuſtas. At vero hæc tua iuſtitia &
lenitas floreſcet quotidie magis. Quis interpretetur
vt floreſcit incipiat florida fieri cum quottidie Cæſaris
lenitas magis florida fieret? Si quottidie magis id fie-
bat profecto iſta continuatio dierum dum hoc fieret iā
ab initio rem inchoatam ſemel fuiſſe non quottidie in-
cipi aperte demonſtrat. Similiter Terentius in heautō-
timorumeno. Nam mihi quottidie augeſcit magis de
filio ægritudo. Cicero etiam in Catone. Ita ſenſim ſine
ſenſu ætas ſeneſcit nec ſubito frangitū: ſed diuturnitate
extinguitur. Si ætas ſenſim ſeneſcit: an ſenſim incipit
ſemper ſeneſcere? ſi ita eſt: ergo pl⁹ millies iſta inchoa-
tio fiet. Et ſic toties deſinet fieri ſenex: quoties ſen-
ſim ſeneſcet: Sed quoniam ab initio quo cœpit ſenex
fieri nunq̄ omnino deſijt fieri ſenex: patet q ſeneſco
ſignificat ſenex fio: non incipio fieri ſenex. Simile eſt
illud Lactan. libr. vij. Quos autem morbus interimit
ſpiritum diutius exhalant vt paulatim frigeſcentibus
membris anima effletū. Ambroſi⁹ libro Hexa. de phœ-
nice aue ſic inquit. De cuius carnis humore vermis ex-
urgit paulatimq adoleſcit ac proceſſu ſtatuti tempo-
ris induit alarum remigia. Plynius libro quoq vigeſi-
moprimo de ortu roſæ paulatim inquit rubeſcens de-
hiſcit. Quo pacto rubeſcens ſignificare poteſt incipi-
ens fieri vel eſſe rubra: ſi paulatim rubeſcit? nunquid
toties incipit eſſe vel fieri rubra: quoties paulatim ru-
beſcit? Si ita eſt quod tamen non eſt toties quoq ne-
ceſſe erit eam deſinere fieri vel eſſe rubram vt poſſit in
cipere fieri vel eſſe rubra. Sed non recte dicere poſſu-
mus incipit eſſe vel fieri rubra cum iam mediocriter:
vel parum rubra facta ſit. Quapropter in buccolicis.
Sępe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus. Dicit
Seruius Nemo vnam & eandem rem ſæpe inchoat.
hoc eſt non dicitur inchoare: quando id proſequendo
ſæpe facit. Quod idem Plynius libro. xxxj. oſten-
dit. In Sicilia quidem circa Meſſanam & Mylas hye-
me in totum areſcunt fontes: æſtate exundant: Si in
totum hyeme areſcunt certe non partim ſiccantur vt
inchoatio areſcendi ex parte intelligi poſſit. Præterea
ſi iſta verba inchoationem ſignificarent quid opus eſ-
ſet poetas oratores hiſtoricoſq illis vel cœpi vel inci-
pio addere? Non enim putandum eſt tam excellentes
viros temere: ſed conſulto id effeciſſe: nulla eos pręſer
tim vrgente cauſa. Iungimus autem hæc duo verba
iſtis verbis in ſco terminatis: ſicut & alijs cum aliquid
inchoari ſignificare volumus quę ex hoc potiſſimum
inuenta eſſe intelligimus vt prædictis verbis & omni-
bus alijs iungi poſſent: cum in eis inchoationem deſi-
gnari neceſſe foret: quod non fieret ſi ex ſe inchoatio-
nem ſignificarent. Quare Vergilius dixit. Sin in pro-
ceſſu cœpit crudeſcere morbus. Columella libro ſepti-
mo. Decimo tamen anno tempora cauari incipiunt
& ſupercilia: nonnunq̄ caneſcere: & dentes prominē-
re. Et libro ſexto. Cytiſum cum aridum facere voles
circa menſem Septembrem: vbi ſemen eius grande-
ſcere incipiet: cedito: paucisq horis dum flacceſcat i ſo-
le habeto. Et libro duodecimo. Oleum fit optimum

ex varia oliua cum incipit nigreſcere. Iterum ibi. Atq; conualeſcere cœperunt adiecta humo incrementa eorum proſequenda ſunt. Et rurſus. Nõ ante legendum q̄ cũ matureſcere cœperit. Cato de re ruſtica. Et vbi primum incipiunt hiſcere tum legi oportet. Plynius libro vndecimo. Et cũ mella cœperint matureſcere abigunt eos. Idem libro ſeptimo. Samara colligenda eſt circa Martias calendas cum flaueſcere incipit. Ceſar in com. Cum matureſcere frumenta inciperent. Lactantius libro quarto. Cum primum adoleſcere cœpit. Et libro. vij. de Roma loquens. Cunq; eſſet adoleſcentia eius fine punici belli terminata: tum denique confirmatis viribus cœpiſſet iuueneſcere. Hieronymus libro. ij. Regum. Et cum de nocte ſurrexeritis: & cœperit illuceſcere: pergite. Gellius. Iam enim fama virtuſq; felicitatis romanæ apud exteras gentes eniteſcere incœptabat. Cicero de natura deorum. In his animantibus quę lacte aluntur omnis fere cibus matrum lacteſcere incipit. Et alibi dixit orationem ſuam caneſcere cœpiſſe. Salluſtius in Iugurtha. Sed vbi dies clareſcere cœpit. Idem in Catil. Poſtq̄ diuitiæ honori eſſe cœpere: & eas gloria imperiũ potentia ſequebatur: hebeſcere virtus: paupertas probro haberi: innocentia pro maliuolentia duci cœpit. Hæc extrema a me poſita ſunt propter nõnullos qui inter doctiſſimos habiti ſunt aſſerentes verba in ſco finita raro & in licentia latini ſermonis iungi cum verbo incipio cũ & alia ꝑ multa reperiantur quæ prætermittenda duxi ne in maius q̄ par ſit volumen excreſceret. Quieſcant igitur oẽs qui ea verba inchoatiua appellari volũt quãdo tot tantorũq; interpretum atq; auctorũ ſentẽtijs refragari nõ licet. Formãtur hęc verba vt plurimũ a verbis neutris ſecũdæ cõiugationis a ſecũda perſona iuncta co ſyllaba: vt albeo es. albeſco: caleo es. caleſco. Quædã tamen ab actiuis vel neutris trãſitiuis deducũtur quæ paſſiuã nihilominus ſignificationẽ innatam habẽt ſicut illa quæ a neutris ſecundæ coniugationis ſunt: vt augeſco ab augeo. Integraſco ab integro. Saneſco a ſano a in e mutata. Sicceſco. curueſco. molleſco: maceſco: matureſco: hilareſco: graueſco: grandeſco. Quæ tametſi a nominib⁹ venire poſſe videantur tamen a verbis eorum vel actiuis vel neutris tranſitiuis ferme omnia venire magis credo. Quędam vero a nominibus formari cõuenit vt miteſco: dulceſco: crudeſco: & ſterileſco: lapideſco: rareſco: crebreſco. Sunt etiã quædã ambigua & varia: quæ ſignificationẽ paſſiuã habent innatam: & a neutris veniunt. & nihilominus etiam actiuã habere repeniũtur: vt horreſco perhorreſco. Vergi. Nec tu menſarũ morſus horreſce futuros. Alia ſunt quæ primitiuorum ſignificationẽ habẽt: vt labaſco: extimeſco: pertimeſco abhorreſco: Dormiſco: præſentiſco: contimeſco: præſciſco. reſciſco. aſciſco. & conſciſco. Et ſiqua ſunt alia. Alia terminãtur in ſco. licet non ſint deriuatiua: vt poſco: diſco: gliſco: offuſco: ineſco. Sciendũ etiam ꝙ hęc verba de quibus agim⁹ habẽt ꝑteritum perfectũ: q̄uis multi negẽt. ſed falluntur: quoniã cum primitiuis eorũ: aut ea cõmunia habẽt: aut certe mutuo ab illis accipiũt qđ Priſ. in verbis aſciſco & deſciſco nõ diſſimulauit. Aſciſco inquit aſciui. itũ. Deſciſco iui. itũ. Vbi Liuij exemplũ ponit. Deſcitũ a romanis. Poſtea vero ſubdit. Et notandum ꝙ ab inchoatiuo Sciſco. aſciſco: & deſciſco cõpoſita primitiui. ſ. ſcio habuerũt ꝑteritum. Secũdum vero rectã proportionẽ debent eorum quoq; præterita a ſcio & deſcio eſſe. Ecce Priſcianus dedit præteritũ primitiui aſciſco & deſciſco. Inchoatiuum Sciſco appellans cũ tamẽ inchoatiuũ non ſit: neq; habeat ſignificationẽ verborũ in ſco deſinentium. Diomedes quoq; ꝑteritum oſtẽdit adoleſco. Adoleſco inquit adoleui facit. Vergi. Mox cum matura adoleuerit ætas. Col. lib. ij. Sed hoc idem ſemen ciliciæ ſyriæq; regionibus ipſe vidi mẽſe Iunio Iulioq; cõſeri: & per autũnum cum permaturuit colligi. A permatureſco eſt. Significat em̃ pmaturũ factũ eſt. Et li. x. At circa calẽdas Martias locis apricis licet poſtũ ſi iam ingrandiuit transferre. Ab ingrandeſco eſt nõ ab ingrandeo: quod neſcio ſi inueniat̃: nec ſi inueniret̃ ab eo eẽt: quia ingrãdiuit: grãde factũ eſt ſignificat: nõ autẽ grãde fuit: qđ ſignificaret ſi ab ingrandeo eſſet: ſed ſenſui nõ conueniret. Sallu. Hi poſtq̄ conuenerũt in vna mœnia diſpari genere diſſimili lingua alij alio more viuẽtes incredibile memoratu eſt q̄ facile coaluerũt. Hic coaluerũt non eſt præteritum coalo neq; coaleo: quod non puto reperiri. A coalo eſſe non poteſt ꝙ ſignificatio actiua repugnaret ſenſui orationis: ergo in ea eſt: qua coaleſco qđ concreſco ſignificat. Lactã. lib. v. Quinimo ſi qua illis fiducia eſt vel in philoſophia: vel in eloquẽtia: armentſe: ac refellãt hæc nr̃a ſi pñt: cõgrediãtur cõmin⁹ & ſingula quæq; diſcutiãt. Decet eos ſuſcipere defenſiõem deorũ ſuorum: ne ſi nr̃a inualuerint vti quottidie inualeſcũt cum delubris ſuis ac ludibrijs deleantur. Inualuerint validiora fiãt ab inualeſco: quoniã ſubditur: vt quottidie inualeſcũt. Quintil. lib. v. Inſti. ora. Iam illa flamma q̄ magna cõgerie cõualuerat diductis q̄bus alebatur concidet. Significat cõcreuerat ſiue valida facta erat nõ valida fuerat. a cõualeſco eſt: nõ a cõualeo. Peccauit interpres noſtri tẽporis cũ inq̄t. Surdaſter qui parum audit. Hinc obſurdeo. Ci. li. vj. de rep. Hoc ſonitu oĩs fere cõpletę aures hoĩm obſurduerũt. Hic obſurduerũt ſignificat ſurdæ factę ſunt ab obſurdeſco. Nõ autẽ ſurdę fuerũt ab obſurdeo. quaſi nõ ampli⁹ ſurdę tũc forent. Hoc modo oĩa ꝑterita perfecta eiuſmodi interꝑtanda ſunt. Et ſi ambigua videbũtur diſquirendũ erit an a primitiuis an deriuatiuis veniãt qđ ſignificatio & res de qua tractabit̃ cõmonebũt. Poſſunt nihilominus ſic diſcerni: Vt ſi dicã Canui pro canus factus ſum: tũc a caneſco erit. Si vero dixero hęc veſtis canuit: ꝓ cana fuit: quę ampli⁹ cana nõ ſit: vt ſi eã pullã feceritis tũc a caneo erit. Similiter hæc arbor floruit: ſi de tẽpore quo florida fuit loquar: tunc a floreo erit. Sin eam floridam factam eſſe itelligi voluero. a floreſco ſumet̃. Hoc em̃ florida facta eſt ſignificabit. Illud vero florida fuit. Nã ꝙ ipſa primitiua quaſi rẽ perfectam in ſe habẽt: vt floreo: qđ floridus ſum ſiue i flore ſum ſignificat: ideo in pręterito ei⁹ florui illa eiuſmodi perfectione caret: qm̃ præterita eſt: eo ꝙ tũc florui in flore fui ſignificat: & nõ eſt amplius floridus. Deriuatiua vero: vt floreſco rem impfectã demõſtrãt: q̄uis augmẽtatiuã vim habeãt. i. floridus fio. Ideo illã in ꝑterito perfecto perficiunt: vt florui id eſt floridus fact⁹ ſum: & eam tũ perfectã in ſe habere declarant. ¶ Aſcen. Satis perſuaſum mihi eſt per Laurẽtium Vallen̄. (cuius auctoritatibus ꝑſens autor plerũq; innititur: licet ei⁹ nomẽ fere ſupprimit: niſi vbi perperã pręcepiſſe putat) Verba in ſco aut ꝓ primitiuis ſuis poni aut intrinſecam ſignificare paſſionẽ: neq; præteritorum ſignificatione carere: ſed voce propria: quam a perfectis mutuantur. Verum argumentũ illud: quo vterq; cõuincere nititur: non connotare incœptionem eo ꝙ verbo incœptiuam vim habenti iungantur: nõ videtur mihi ſatis validum cum etiam verbum incipio poſſit geminari. Vt ſi quis ab hoſtibus aut alioqui interpellatus ſæpe opus aliquod incœperit: Vt verbi gratia vrbis ædificationem ſemel incœperit anno Milleſimo: atq; iterum milleſimo quinto: & rurſum milleſimo ſexto. & cæte. neq; perfecerit:

Dicam eum incœpiſſe icipere vrbis ędificationē anno milleſimo.&c. Vnde etiā fieri poteſt: vt qui ſordeſcit.i. incipit eſſe ſordidus: ſordeſcat adhuc.ideſt incipiat eſſe ſoedidior: nō ſordidua. Veritamen in Vallæ ſententiam nō pedibus modo: ſed vel verbis eam. Si quis autem mihi auſcultaee volet oia a verbis deducēda putabit. Sed quia primitiua ſæpe in vſu nō ſunt: a nominibus deducta videtur. vt igneſco: nā igneo in vſu non eſt: ab igne nomine deductū putes: ſicut saneſco ab inuſitato verbo ſaneo: quod eſſet ſanus ſum: factum cēſeam: cum ſano ſit ſanum facio.&c.

¶ Incolatus us.ipſa habitatio ſeu tēpus quo q̄s in aliquo loco habitat: vt deinde diſceſſurus ſit: vt Hei mihi quia incolatus meus prolōgatus eſt.

¶ Incolumis pen. cor. Vide in dictione Columis. Vnde incolumitas quæ eſt (vt Cicero inquit) ſalutis tuta atq; integra conſeruatio.

¶ Incomitatus participiū cōpoſitū ex in & comitat⁹: licet incomitor nō legaẜ. Amb. Eſt itaq; fortitudo velut excelſior ceteris ſed nunq̄ incomitata virtus.

¶ Incōmodo as. penul.cor. noceo ſeu dānum infero. Vide in dictione commodo.

¶ Incommune ęqualiter in ęquali. Teren. in and. Id te oro incōmune vt conſulas.

¶ Incongelabile: quod nō poteſt congelari. Gel. Cur fluuiorum & fontium aquę gelu durentur: mare omne incongelabile ſit.

¶ Incōprehenſus nō cōprehēſus. Lactā. lib. iij Intellexit nulla humano ſtudio poſſe ad ſapiētiam peruenuri: & ideo nō oportere incōprehenſę atq; imꝑfectæ rei perfectum nomen imponi.

¶ Incōcillari: accuſari: i cōcilū vocari Plautina dictio quēadmodū inforare.i.in forum vocari.

¶ Incōcuſſus qui nō cōcutitur. Lact. lib. de ira dei. Pronus eſt lapſus & facilis ad ruinam: niſi pedes inconcuſſa ſtabilitate figantur.

¶ Incōcinnus per duplex.nn. incōgruus. Cinnus enī plurimorum cōmiſtio eſt.

¶ Incōditus pe.cor. ex In & cōditus quod a condo fit. Idē eſt qđ inordinat⁹ incōpoſitus. Liui. lib. iiij. Coſſus ſpolia opima regis interfecti gerēs in eum milites carmina incōdita æquātes eum Romulo canere: ſpolia in ęde Iouis Feretrij ꝓpe Romuli ſpolia q̄ prima opima appellata ſola ea tēpeſtate erāt cum ſolēni dedicatione dono fixit. Cice. li. iij. offi. Dicā vt potero incōdite fortaſſe: ſed tamē vt res poſſit intelligi. Eius ſimplex ꝓtulit Plaut. in Am. Magis iam faxo clees poſtq̄ in cunis conditus eſt. Interdum incōditum etiam ponit̃ pro inconſcripto. Sal. in Iug. At illi quibus vires aderant ruere cuncti ad portas: incondita tenere.

¶ Inconditus pen. pro. nō cōditus: qđ a cōdio fit idem eſt quod inſipidus.

✱ Incompactum diſiunctum male cōpoſitum. Cc.

¶ Incōſultus nomē ſumitur ꝑ imprudēti & quaſi nullius cōſilij. Ci. pro Deiotaro. Homo incōſultus & temerarius hęc nō videbat. Qui. O incōſultam & muliebrē ſemper amentiā.i. imprudentem & incōſyderatā. Sal. Incōſulte ac veluti per demētiam cūcta ſimul agebāt. Quādoq; vero participiū eſt: & accipitur pro eo a quo conſiliū nō eſt petitū. Varr. Etenim inſcio atq; incōſulto dño ſerui ſæpe ex agro diſcedunt. Sic dicimus incōſultus medicus ad ęgrotū venit.i. a quo conſiliū nemo petijt. Interdū accipit̃ pro eo qui cū quæreret cōſilium nō accepit: quaſi ꝑ indigno habitus. Vergi. Inconſulti abeunt: ſedeq; odere Sibyllę. Dicit̃ & inconſultus tus. Plautus in Tri. Quia rure dum ſum ego vno ſex dies me abſente atq; inſciente inconſultu meo ædes vęnales haſce inſcribit litteris.

¶ Incōſutus pe. ꝓ. non cōſutus. Hierony. ad Euſt. Cōſuant tunicas qui incōſutam deſurſum tunicam ꝑdiderunt: quos vagitus delectat infantium.

¶ Incōſutilis pe. cor. nō cōſutilis: vt veſtis incōſutilis q̄ ſimul ſui nō pōt. Euā. Erat aūt tunica incōſutilis.&c.

¶ Incōſyderat⁹ qui nō cōſyderat. Lac. li. j. Nemo eſt tā incōſyderat⁹ qui nō intelligat fuiſſe mortales.

¶ Incoxo as. in coxam ſedeo. Pacu. Adeo incoxanti mihi pes obſtupuerat.

¶ Incredibile nō credibile. Teren. in phor. Incredibile eſt quātū herū anteeo ſapiētia. Et incredibile dicit̃ maximū: qđ vix credi poſſit. Idē in eadem. Quia prætee ſpem atq; incredibile hoc mihi obtigit.

¶ Increpo as. pui. itum. pe. cor. ſignifi. ſono. Verg. lib. viij. At tuba terribilem ſonitū procul ære canoro Increpuit. Hiero. In li. numerorū ſine accuſatiuo dixit. Cūq; increpueris tubis cōgregrabit̃ ad te ois turba. Idē ſine aliquo caſu a parte poſt. Si autē prolixior atq; cōciſus clāgor increpuerit mouebūt caſtra primi. Dicim⁹ ergo Tuba increpuit ſonū. Tuba ſiue ſon⁹ increpuit. & Ego increpui tuba. Per trāſlatiōem increpare ponit̃ pro reprēdere ſed cū crepitu & verborū pedum ve ſtrepitu. Hoc eſt cōtra aliquē crepādo & ſtrepēdo inſurgere: ſed tunc increpui & increpaui p̄teritum facit. Hiero. in ge. Et increpauit eū pater eius. Idē. Increpuerūt me renes mei. Itē ꝑ incitare. Turpil. Age tu hymenęū increpa.

¶ Increpito as. pe. cor. frequentatiuū. Verg. lib. x. Hoſtis amare quid increpitas?

¶ Increatus nō creatus. Lactā. lib. j. Vnus deus qui ſolus principat̃: iſq; ampliſſimus increatus.

¶ Increſco is. valde ſiue magis creſco. Liui. lib. j. Carcer ad terrorem increſcentis audacię media vrbe imminens foro ædificatur. Quin. lib. viij. Hoc genus increſcit ac fit manifeſtius ſi ampliora verba cum ipſis nominibus pro quibus ea poſitur ſumus cōferantur: vt Cice. in Ver. Non enī furem ſed raptorē: nō adulterū: ſed expugnatorē pudicitiæ: non ſacrilegū ſed hoſtem ſacrorū religionūq;: nō ſiccariū ſed crudeliſſimū carnificem ciuiū ſociorumq; in veſtrū iudiciū adduxim⁹. Illo enī modo vt ſit multū hoc etiā plus vt ſit efficit̃.

¶ Incremētū ab increſco. Qui. Quattuor tū maxime generib⁹ video cōſtare amplificationē: incremēto cōparatiōe ratiocinatiōe: cōgeries incrementū eſt potentiſſimum cū magna etiā videnẗ quę inferiora ſunt.

¶ Incubo as. pen. cor. & incūbo is. ambo a cubo cōponunt̃. Primū ſeruat analogiā ſui ſimplicis: vt ſit ſemp primę cōiugationis. Alterū recipit m. & trāſit ad tertiā: ambo tamē incubui & ſupinū incubitū faciūt. & ſignificatiōe cōueniūt. Eſt autē incubare inſtare/inniti/imminere/inhęrere: & datiuo ſemp iūgitur. Ver. Ponto nox incubat atra. Quint. li. x. Qui aūt ſciuerit quęq; ſint modo dicēda niſi tanq̄ in ꝓcinctu parata quidē ad oēs caſus habuerit eloquentiā velut theſauris clauſis incubabitur. Cice. in Timęū Platonis. Qui ois aīantes cōplectitur: id nō pōt eſſe cū altero. Rurſus enī ali⁹ animās q eum cōtineat ſit: neceſſe eſt. Incubamus enī terrę mari pellibus ſpongiæ cardini & ſimilibus quæ ſubiectę aut obiectę rei proportionem habent. Papi. Et feſtinantia ſiſtens Fata ſalutifero mitis deus incubat angui. Incubare etiam quęq̄ Ioui dicim⁹ pro eo quod eſt apud Iouem. Plaut. in Cur. Namq; te incubare ſatius fuerit Ioui qui tibi auxilio in iureiurando fuit. Simile huic fere verbum videtur incūbere innitiq;. Ply. Cœlum inquit cardini ſuo.i. terrę incumbit. Alıubi terrę ait omnia inniti. Quandoq; incubare ex vi præpoſitionis in ſignificat intus ſiue ſuper cubare. Cubare enim dormire ſi

ue quieſcere:ſtare cõſiſtereq; ſigni. Vnde Plau. in Caſ.
Eſt ei qdã ſeruus q in morbo ſuo immo vero in lecto
neq d mentiar incubat.& iterũ. Quãdoq; ego eũ mecũ
rus vxorem adduxero tuti incubabo vſq; in pfectura
mea. Cato de re ru. Primus cubitu ſurgat: poſtrem⁹ cu
bitum eat. Col. libr. viij. Vt ſemp q̃ aridiſſimis filicibus
vel culmis ſtabula cõſtrata: quo purius & mollius incu
bent. i. ſupcubẽt dormiãt aut quieſcant. Lactan. lib. de
o pi. Nidos aut luto ædificant aut virgultis & frondib⁹
conſtruũt & ciborũ expertes incubãt ouis. Plyn. lib. x.
Oua incubari infra. x. dies edita vtiliſſimũ: vetera aut
recentiora infœcũda. Var. Quæ velis incubet negant
plus vigintiquiq; oua incubare. Hic cũ accuſatiuo iun
xit. Ply. lib. ij. Aut ſi vna omnes incubarẽt. Vel Aut ſi
vna oẽs incubaret. Hoc eſt ſi natura vna tãtũ eſſet quæ
mũdos illos omnes incubaret. i. occuparet: poſſideret:
amplecteretur: foueret: vt gallinæ oua. Macrob. quo-
q; de Dionyſio. Siculæ inquit incubator aulæ. Ab in-
cubo fit incubitus us. & incubatio. Plynius. Quædam
autem citra incubitũ ſpõte natura gignit. Idem. Rara
incubatio ouis noxia.

¶ Incubones dicũtur q theſauris iuigilãt. cũ tamẽ me
diocritas in reb⁹ humanis ſit optima. Vnde Theognis
Megareus. μηδὲν ἄγαν σπεύδειν πάντων μέσ᾽ ἄριστα
κὼ οὕτως κύρνε ἕξεις ἀρετὴν ἥν τε λαβεῖν χαλεπόν.
⁜ Id ẽ nõ ſupra modũ ſtudere alicui rei: media eñi opti
ma: ſic habebis virtutẽ quã capere difficile eſt.

¶ Incũbo is. datiuo ſimiliter iũgit̃: & duo ſignific. ſ. ob
nixe operã do alicui rei: vt Incũbo ſtudijs. Et inhæreo.
Vergil. Incũbens tereti Damon ſic cœpit oliuę. Ply. li.
ſ. Nãq; in illo caua i ſe cõuexitas vergit: & cardini ſuo:
hoc eſt vndiq; terræ incũbit. Frequenter etiam accuſa
tiuo mediante ad. vel in. vt a Cicerone fere ſemp vſur
patur. Pergite inquit adoleſcentes & in hæc ſtudia in
quibus eſtis incũbite. Et alibi. Quare incumbamus ad
illa præclara ſtudia. Nam cum operi alicui faciundo in
cumbimus toto pectore ſignificatur diligentia & cona
tus. Similiter cum accuratius quid mente agimus in-
cumbere dicimus. Plus tamen ineſſe videtur accuſati-
uo cũ in q̃ datiuo: quaſi ſit inniti: vel inſiſtere cõtra: ſi-
ue ſuper: in quo deſignatur quid arduum vel mirabile
vel oneroſum. Et hoc ex vi præpoſitiõis in accuſatiuo
iunctæ. vt Cice. p Cor. balbo mirabile a ſe factũ fuiſſe
declarat cum ait. Hoc ſiue meũ ſiue reip. fatũ vt etiam
in me vnũ oia illa inclinatio cõmuniũ tẽporũ incumbe
ret. Oneroſum ſeu arduũ: vt idẽ Cornificio. Te tamen
hortor vt omni cura in rẽpu. incumbas. hoc eſt ſuſtẽtã
dam ſiue tuendam qđ difficillimũ erat. Quare ſi dixe-
ro. Incumbo in remos maior nixus in illos deſigna-
tur: q̃ incumbo remis. vt ſit incũbo in remos quaſi to-
tis viribus brachijs innitor cõtra ſiue ſuper remos. Vn
de Hiero. vſus eſt prępoſitione ſuper ad Dama. Papã
Incubuit ſuper collum. Aliquãdo vero in huiuſmodi
forma ſignificat irruo. Cice. pro Plancio. Potius q̃ ab
ipſis qui in te ipſum incubuerunt te depulſum puras.
Quintil. lib. v. Et fluctus eſſe cum magna vis venti in
mare incubuit. Vergi. tamen datiuo iunxit. Incubuere
mari cũm tamen irruo accuſatiuũ poſcat cum præpoſi
tione in. Terẽ. in adel. Fores effregit: atq; in ędes irruit
alienas. Incumbo autem ad ſtudia ſignificat animo &
opera intendo ſiue innitor ad ſtudia: vt Ci. p Põpeio.
Quare videte ne dubitãdum vobis ſit omni ſtudio ad
bellum incũbere. Aliquãdo poſt accuſatiuũ adhibetur
adiectiuũ vt effectus rei quæ deſignat̃ demõſtretur: vt
idem pro L. Sylla. Neminẽ eẽ ex illo honoris gradu q
nõ ſtudio virtute auctoritate incubuerit ad rempu. cõ-
ſeruãdam. Si vero nõ ponitur adiectiuũ tũc ſubintelli
gitur: vt ſit incumbere ad bellũ. ſ. ſuſcipiendũ incũbe-
re. Et ad eius pniciem incũbenti: hoc eſt exequẽdã. Si-
mile erit ſi dixero. Remiges incũbunt ad remos ſubin
telligitur emẽdos ſi emere velint: vel habẽdos ſi prohi
beant̃: aut detineant̃: vel obnixe tenendos ne ſibi ra-
piant̃: aut e manib⁹ elabant̃ & huiuſmodi. licet Valla in
remos vel ad remos incumbere dici poſſe neget: ſed re
mis tãtũ. Eſt p̃terea quãdo incũbere ſignificat ſubire:
ſiue ſupuenire. Lact. li. ij. Si morborũ peſtifera vis in-
cubuit. Amb. Veſper incubuit: populi ſequebãtur: ſta
gnũ occurrit: turbæ vrgebãt. Itẽ ſuperiacere. Ver. lib.
iiij. Incubuitq; toro: dixitq; nouiſſima verba. Et li. vij.
Pellibus incubuit ſtratis: ſomnoq; petiuit.

¶ Incubi pe. cor. dicti ſunt ſyluani & Fauni: quos ipro
bos quãdoq; fuiſſe mulieribus cõpertum eſt ac earum
appetiſſe peregiſſeq; cõcubitum.

¶ Inculco as. eadem ſępius iterando ingero: inſpiſſo.
ex in & calco.

¶ Incultus: a cultus participio cõpoſitum eſt: & in ne-
gatiue ſumitur. Liui. libr. ij. Caritas primũ annonæ ex
incultis p ſeceſſionem plębis agris. Hierony. ad Helio.
Squallida capitis horret inculta cæſaries. Et in hac tã-
tum ſignificatione reperiri puto: hoc eſt nõ cultus: nõ
exercitatus: vel non ornatus: vel nõ habitatus adiecti-
uum. Et non ab incolo eſt: vt ſit eius participium: ſed
eius foret ſi p inhabitat⁹ caperet̃ quod nuſq̃ legi. Hier.
ad Dama. papã. Non ambigo quin inculta noſtræ par
uitatis oratio videatur.

¶ Incunabula. Vide ſupra in dictione cunę.

¶ Incurro is. contra aliquẽ curro quod vernacula lin-
gua dicit̃ correr adoſſo. Liui. li. j. Eo p̃lio pręcipua equi
tum gloria fuit: vtrinq; a cornibus poſitos cũ iam pel-
leretur media peditum ſuorum acies incurriſſe a lateri
bus ferunt. Aliquãdo incurrere eſt intro currere: ſeu vl
tro ſe inijcere. Sal. Poſtq̃ Catilina fuſas copias ſeq; cũ
paucis relictã videt memor gñis atq; priſtinæ dignita
tis inter confertiſſimos hoſtes incurrit: ibiq; pugnãdo
cõfoditur. Lactã. per trãſlationem dixit. Aut oblitus
eſſe propoſiti videar: aut loquacitatis crimen incurrã.
Aliquãdo Incurſiones quas correrias vulgo dicũt fa-
cere: quæ fiunt p̃dando loca. D. Brutus Ciceroni. Aut
apẽnino alpibuſq; ſe teneat: & decurſionibus per equi
tes quos habet multos vaſtet ea loca quę incurret. Hic
incurſus us. pro incurſione. Col. Hoſticis incurſioni-
bus vaſtatas fruges.

¶ Incuria & incurioſus vide ſupra in dictiõe curioſus.

¶ Incuruus valde curuus. Terẽ. in Eu. Cõtinuo accur
rit ad me q̃ lõge qdẽ incuru⁹: tremul⁹: labijs demiſſis.

¶ Incuruo as. incuruum facio.

¶ Incurueſco is. incuruus fio. Ci. li. j. tuſ. Hic au: ẽ vbi
habitamus nõ intermittit cœlũ niteſcere: arbores frõ
deſcere: rami baccarũ hubertate incurueſcere.

¶ Incus udis. pe. pro. gñis fœ. inſtrumentum in quo
aliquid cudimus. Hora. Et male tornatos incudi red-
dere verſus.

¶ Incudo onis. qui in incude ſiue ſuper incudẽ quicq̃
fabrefacit. Hierony. contra Ioui. Et in nauibus piſca-
torum caput eius ſtat ſicut incudo inſatiabilis reputat
ferrum vt paleas.

¶ Incuſo as. pe. p. vide in dictione accuſo.

¶ Incutio is. pe. cor. ſſi. ſſum. ex in & quatio: q in e & a
in u mutatis. vt cętera compoſita. Concutio: diſcutio:
excutio: percutio. Eſt autem incutere inijcere. Vergil.
Incute vim ventis: ſubmerſaſq; obrue puppes. Aug.
li. viij. con. Quanto propius admouebatur: tanto am-
pliorem incutiebat horrorem. ⁜ A quo incuſſor & in-
cuſſio. & lapis incuſſus Vergilio mola manualis. Cc.

¶ Indago as. pe. pd. in gro. Cice. li. j. offi. Ineſt indagatio atq; inueſtiga. Et de opti. gñe dic. Aut rephēdet q inuſitatas vias indagem⁹: tritas relinquimus.

¶ Indago gīnis. & indages inis. pro inquiſitiōe. Verg. Saltuſq; indagine cingunt.

¶ Inde aduerbiū. i. ex eo loco. Liui. lib. j. Primo in Macedoniā veniſſe: inde in Siciliā quærētem ſedes delatum. Aliquādo dicit nō de loco ſed de reb⁹. Idem in eodem. Ois te exempli documēta in illuſtri poſita monumēto intueri: vnde tibi tueq; reipu. qd imiteris capias. Aliquādo ponit pro deide: vt apud eūdē. Crimini maxime dabāt in Numitoris agros ab his ipetū fieri: inde eos collecta iuuenū manu hoſtilem in modū pdas agere. Hinc fiūt cōpoſita deide: exinde: perinde: & pinde: quę habēt accētum in antepenul.

⁎ Indecorū penult. correpta turpe. Cc.

⁎ Indefinitum dicim⁹ qd nullis ratiōibus circūſcriptū eſt. Vñ grāmatici indefinite poſitum eē nomē affirmāt quādo nec relatiue nec interrogatiue poſitū eſt. Cc.

¶ Indidē pe. cor. aduerbiū cōpoſitū ab ide & idē qd eſt ex eodē loco. Plau. Indidē vñ orit facito: vti facias ſtultitiā ſepelibilē. Apud Catonē ponit p idē mox.

⁎ Indiem & indies hanc habēt differētiā q illd plerūq; cū verbo viuit cōiūgitur. Quītilianus. Non vt fere volucres præſentis modo cibi memores indiem viuunt. Aliquando etiam cum alio verbo. Salluſtius panem indiem mercari. quaſi dicat præſentis diei ratiōem habere. Indies vero quottidie ſed pprie cum quodā incremēto ideoq; plerūq; cōparatiuo iūgitur. Cice. cū id malum ſerperet indies magis. Interdum ſine cōparatiuo ſed cum verbo incremētum ſignificāte. Liui⁹. Creſcēs indies multitudine. Cc.

¶ India regio oriētalis aſiæ terminus quæ tā vaſta perhibet: vt eam tradāt eſſe tertiam partem oim terrarum Pōpon. ſcribit tātum ſpatium littoris occupare: q̄tum per. lx. dies noctesq; velificātibus curſus eſt. Tradunt in ea fuiſſe quinq; milia oppidorum: ab Indo flumine ſic appellata: in quem ab occidētali plaga deſinit: q ſolus poſt nilum crocodillos creat. Hæc a merid. mari incipiēs adusq; ſolis occaſum porrigit & a ſeptētriōibus vſq; ad Curnuſium mōtē puenit. Gēmis abūdat. Capricanes & elephātos pcreat. Arbores habet ſemp frōdētes. Tellus bis fruges in anno ad maturitatē perducit. Piper: calamū aromaticū: & cynnama ad nos mittit. Indi prope gentiū ſoli nunq̄ emigrauere finib⁹ ſuis. Illic binæ ęſtates: leues aurę: tepentes coeli: hubertas ſoli: aquarū abūdantia: quæ oia faciūt vt maiora in india q̄ in cæteris regionibus naſcant aialia. Ab India fiūt adiectiua Indus & Indic⁹. Li. v. de geſtis Alexādri Arrianus. ὁ δὲ ἰνδὸσ πόταμοσ ἐσὶ τῶν κατὰ τὴν ἀσίαν τε καὶ εὐρώπην πλὴν γάγγου καὶ τούτου τοῦ ἰνδοῦ ποταμοῦ καὶ ὅτι αἱ πηγαὶ εἰσὶν αὐτῷ ἐπιτάδε τοῦ ὄρουσ παραμίσου ἢ καυκάσου. ⁎ Id eſt Indus fluuius eſt iuxta aſiā & europā cuius fontes ſunt i iugo caucaſi mōtis.

¶ Indus fluuius: a quo India nominata eſt. quem in iugo caucaſi mōtis qd vocat Paropanyſus aduerſus ſolis ortū effuſum aiūt: in ſeq; xix. amnes recipere.

¶ Index gñis cō. pro eo vel ea q vel quę aliqd indicat & accuſat. Aſco. ſcribit indicē eſſe qui facinoris cuius ipſe eſt cōſcius latebras indicat impunitate propoſita. Sal. Plerīq; Craſſo & negocijs priuatis obnoxij cōclamabant indicē falſum eſſe. Mar. Indice nō opus eſt noſtris nec iudice libris. Inde indicium dictū qd alio noie indicina vocat p detectiōe & accuſatiōe. Apu. Ob indicinę pmiū occupaſſe dño tamē ſuo. Sal. Itaq; cōſulē te Cicerone frequens ſenatus decreuit Tarquinij indicium falſum videri. Index vero maſc. gñis accipit pro digito prope pollicem: vel pro lapide quo auri vel argenti gradus cognoſcitur.

¶ Indico as. pe. cor. ſignificat manifeſto: & palā facio. Plaut. in aſi. Ego ne hæc patiar aut taceam? Emori me malim q̄ hæc eius vxori nō indicem. Aliquādo demōſtro. Lactā. lib. vij. Ipſa ergo virtutis perpetuitas indicat humanū animū ſi virtute cœperit permanere: quia & virtus perpetua eſt & ſolus humanus animus virtutem capit. Aliquādo accuſo. Vlp. ſcribit Indicaſſe reū eſt detuliſſe: arguiſſe: accuſaſſe: cōuiciſſe. Sed hę ſignificationes in idem recidūt. Aliquādo indicare ponitur pro addicere. hoc eſt rem empta liberare. Cic. li. iij. offi. Scęuola Publij filius cū poſtulauiſſet vt ſibi fundus cuius emptor eſſet ſemel indicaretur.

¶ Indicium vide in dictione index.

¶ Indicatura æſtimatio. Ply. in pfa. Hæc fiducia operis: hæc indicatura.

¶ Indicatiuus a. um. dicit id in quo aliquid indicat. Vñ de indicatiuus modus dictus eſt quia eo indicamus. i. oſtendimus quid agatur.

¶ Indico is. penul. p. xi. ctū. multa ſignificat. Nam indicere eſt denūciare: q̄uis inter ſe differant q maiorem vim habeat indicere q̄ denūciare. Nam denūciare proprie eſt ſignificare: & ſimpliciter ſumi poteſt: vt vetus denūciat pluuiam. Et denūcio me tibi ppediem affuturum. Cice. pro Plan. Denūciaſti homo adoleſcēs quid de repu. ſentires. Indicare vero licet ſignificet denūciare nō tamen proprie: quoniam dico aliud ſignificat: q̄ nūcio: & in aliud q̄ de. In enim iuncta verbo dico maius incrementum demonſtrat & ſignificat maxime q̄uis & ſignificationem contra non omittat. Indico ergo maxime dico: hoc eſt ſolēniter dicendo denuncio: vt ſi dicam. Bellum tibi indico. non eſt ſicut bellum tibi denuncio id eſt bellum me tibi illaturum ſignifico: ſed bellum me tibi iure illaturum dico. Aut bellum tibi a me inferēdum eſſe indico. Qd Cice. lib. j. offi. aperte docuit: qui vtrūq; verbū ſic poſuit. Ac belli quidem æquitas fœciali populo Roma. iure perſcripta eſt: ex quo itelligi poteſt: nullum bellū eſſe iuſtum niſi quod aut rebus petitis geratur: aut denūciatum ante ſit & indictum. In his verbis duo genera belli gerēdi fuiſſe ſignificat. Primū rebus petitis: quæ ſi negabātur reddi: & bellum cum illis geſtum fuiſſet iuſtum habebat. Alterum honeſtius iuſtiuſq; erat: eo q petitæ rebus niſi redditæ fuiſſent bellum gerendum eſſe maturo decernebatur conſilio: tum ad fines hoſtium denūciatis belli ſuſcipiendi cauſis bellum indicebatur. Sed quo pacto indiceretur Liui. libro pri. declarat his verbis. Quādocūq; pars maior eorū qui aderant in eādem ſententiam ibat: bellum erat: conſenſu fieri ſolitum: vt fœcialis haſtam ferratā aut ſanguineam pruſtam ad fines eorum ferret & nō minus tribus pubentibus pſentibus diceret: qd populus priſcorū latinorū homineſve priſci latini populo Romano Quiritium fecerunt deliquerunt. Quod po. Ro. quiritū bellū cū priſcis latinis iuſſit eſſe ſenatuſve po. Ro. q̄ritiū cēſuit cōſenſit cōſciuit vt bellū cū priſcis latinis fieret. ob eā rē ego populuſq; Roma. populis priſcorū latinorū: hoībuſq; priſcis latinis bellū indico facioq;. Id vbi dixiſſet haſtam in fines eorum emittebat. Hoc tum mō a latinis repetitę res: ac bellum indictum: moreq; eum poſteri acceperunt. Poteſt tamē in ſignificare contra: vt ſi dicam bellū indico voluptatibus: tūc contra voluptates bellum me geſturum dico. hoc eſt ſolēniter pfiteor. Nec ſolum indicere pertinet ad bellum gerendum ſed etiā ad funus. Vnde Feſt. ait. Indictiuum fun⁹ ad quod per pręconem euocabantur. Sueto. in Cæſ. Funere indicto rogus extrus

ctus eſt. Præterea ad cõcilium tributum ſpectaculum: & huiuſmodi quę nõ niſi ritu ſolẽni fieri cõſueuerũt. Similiter ſacerdotes feſta ieiuniaq; populo indicere ſolent. Aliquãdo etiã indicere eſt quaſi p̃cipere. vt apud Liui. li. j. Lõge a domo p̃ribus excitis ipſi in q cõciliũ indixerat nõ adeſſe. Aliquãdo imponere. Idẽ lib. iiij. Nõ enim eam pecuniã confici poſſe niſi tributo populo indicto. Cic. in Ver. acti. v. Legem ſibi indicunt innocentiæ: cõtinẽtię: virtutum omniũ: qui ab altero rationẽ vitæ repoſcũt. Aliquãdo ſignificare. Liui. li. ij. Indici deinde finitimis ſpectaculum iubet.

¶ Indictũ dicit̃ qd̃ eſt ſolẽniter ꝓmulgatũ: vt indictũ bellũ denũciatũ dicit̃. Indictũ funus denũciatę exequię. Et indictũ nõ dictũ. Terẽ. in pho. Q d̃ dictũ indictũ eſt: qd̃ modo erat ratũ: id irritũ eſt. Et hoc modo nõ ab indico: ſed a participio dictus cõpoſitũ eſſe cẽſeo. Liui. lib. v. Itaq; quę tũ cecinerit diuino ſpũ inſtructus ea ſe nec vt dicta ſint reuocare poſſe. Sic etiã dicit̃ indicta cauſa i. nõ dicta & nõ defenſa. Cic. Q. Rabi. Sed idicta cauſa ciuem romanũ capitis cõdẽnari coegit.

¶ Indictiuus ua. um. qd̃ indictũ eſt: vt fun⁹ indictiuũt de quo paulo ante. Et indictiuæ feriæ quas cõſules vel prætores indicunt.

¶ Indictio ſpatiũ. xv. annorũ qd̃ indicebat̃ vt trib⁹ luſtris tributa toto orbe romanæ rei ſoluta eſſent.

¶ Indep̃cabilis apud quẽ nõ valẽt p̃ces. Gelli. Et pœna indep̃cabilis ſubeunda eſſet.

¶ Indefenſus ſine defenſiõe. Liui. lib. iiij. Suos increpãs clara voce. Hic p̃ibitis inqt vos telis hoſtiũ eſtis indefenſi multi. i. ſine defenſiõe. ſine vindicta.

¶ Indemnis indẽnatus. Vide in dictiõe damno:

¶ Indies ſignifi. quotidie ſed ꝓprie cum incremento. Ideo plerũq; iungitur cõparatiuo: Cice. Cum id malũ ſerperet indies magis. Reperitur etiam ſine cõparatiuo ſed tamẽ cum verbo ſignificante incrementũ. Liu. Creſcẽte indies multitudine. Indiem vero iũgitur plerũq; cum verbo viuo. Quintili. Non vt feræ volucres p̃ſentis modo cibi memores in diem viuũt. Aliquãdo cum alio verbo. Sal. Panẽ in diẽ mercari: quaſi præſentis diei rationẽ habere. In diem addicere eſt rem venalem ita vẽdere vt niſi alius ad certũ p̃ſtitutũq; diem maius pretium obtulerit illius ſit qui primo obtulit. In dies ſingulos. i. per quoſlibet dies. Ci. Metello. Meæ rationes atq; eius mei conſilij maiorem in dies ſingulos fructum voluptatemq; capio.

¶ Indigeo. es. pen. cor. Vide in dictione careo. Huius impcrionale Ply. lib. x. poſuit. Nunq̃ conſpectis niſi cum præſidio earum indigetur. Ab Indigens fit Indigentia. æ. pro inopia.

¶ Indigus a. um. pe. cor. qd̃ indiget. Augu. Sed ſicut cũ vidimus infirmũ iacentẽ indigũ opis alienæ.

¶ Indigena. penul. cor. dicitur inde genitus nec aliunde prouenieus.

¶ Indipiſco. is. vſurpo aſſequor adipiſcor. Q d̃ & Indipiſcor. eris. indeptus dicitur. Plaut. in Aul. Neq; partem tibi ab eo cui ſit idipiſces neq; furẽ excipies. Gel. lib. j. Si enim achæos Homerus pugnam indipiſci ait nõ fidicularum tibiarumq; concentu conſpiratã. Hinc Indepto. as. frequentatiuũ. Varr. Nec partem aliquam indeptauit hæreditatis.

¶ Indigito as. pe. cor. quaſi indicito ab Indico vel a digitis deducitur. Et ſignificat Voco nomino & quaſi p nomẽ oſtẽdo. Macro. Nãq; virgines veſtales ita Apollinem indigitant. Apollo medice. Apollo pæan. Idẽ. Nam ita ab incolis indigitãtur.

¶ Indigitamenta: libri pontificales qui & nomina deorum & rationes ipſorum nominũ continent.

¶ Indigetes pe. cor. dij ex hominibus facti. Quo nomine dictus eſt Aeneas cũ pugnãs cũ Mezentio nuſq̃ apparuiſſet. Alij Indigetes dicunt eſſe deos tutelares: quorũ nomina vulgari nõ licet.

¶ Indigeſtio: cum cibus nõ digeritur. Hierony. ad Euſto. Ad orationem tibi ſurgenti nõ indigeſtio ructum faciat: ſed inanitas.

¶ Indigeſte aduerbiũ: ſignificat inordinate.

¶ Indignus: nõ dignus. Terẽ. in Eu. Nã ſi ego digna cõtumelia hac ſum maxime: at tu idignus qui faceres tamen. Interdum ponitur pro miſerabili. Idem. Indignius cum egomet ſim acceptus modis.

¶ Indignor & Indignitas. Vide ſupra ĩ dictiõe Dignor

¶ Indiſcriminatim indifferenter.

¶ Indiſertus: nõ eloquẽs. Gel. Nõ indiſerti viri.

⁎ Indiuiduũ quod nõ põt ſeparari vel quod nõ ſeparat̃ A philoſophis diffinit̃ ſic. Indiuiduũ qd̃ de vno ſolo p̃dicat̃ vt ſocrates de ſcip̃o. Indiuidue aduerbiũ. Cc

¶ Indocilis: qui penitus nõ poteſt diſcere. Indoct⁹ qui nõdum didicit.

¶ Indo. is. indidi. itum. impono. Plau. in cap. Pecinũ vocitatus eſt: poſt vos indidiſtis Tindaro. Quandoq; ſignificat intus do: immitto. Idem in cal. Dem me & te infelicem ſi ego in os meũ vini guttam indidi. Interdũ Imprimo. Idem in Aſi. Qui ſæpe ante in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt.

¶ Indoles. pe. cor. ab indoleſco fit p interpoſitionem. Et in pueris qdẽ atq; adoleſcẽtib⁹ eſt ſignificatio quędam futurę ꝓbitatis. Cice. Vt eñ ab adoleſcẽtibus bona indole p̃ditis ſapiẽtes ſenes delectant̃. In viris vero ſignũ eſt p̃ſentis virtutis. Idẽ. Homines ĩ quib⁹ eſt virtutis indoles cõmouẽtur. Vñ & ꝓ p̃ſtãtia ſeu generoſitate quadã virtutis atq; animi ponit̃. Liui. de Lauinia iam matre inqt. Tanta in ea virtutis indoles fuit. Luc. Indole ſi dignum latia ſi ſanguine priſco Robur ineſt animis. Aliquãdo etiã in malũ dicit̃: vt apud Liuiũ de Annibale. Cum hac indole virtutum ac vitiorum ſub Aſdrubale meruit. Trãſfert̃ quoq; ad muta atq; inanimata. Idẽ. Sicut in frugibus pecudibuſq; nõ tãtum ſemina ad ſeruãdam indolem valent quãtum terrę proprietas cœliq; ſub quo aluntur.

¶ Indolẽtia quaſi nõ dolor: cũ nihil dolet. Lact. lib. iij. Nã corporis bona. i. incolumitas indolẽtia & valitudo nõ minus ſunt mutis q̃ homini neceſſaria: ac neſcio an etiã magis: qa homo ꝯ medelis & miniſterijs ſubleuari poteſt: muta nõ poſſunt. Hæc etiã Indoloria dicitur: vt Sidonius a Cicerone dictã p̃ſcribit.

¶ Indomitus. pe. cor. q domari nõ poteſt. Vñ dicimus equũ indomitũ. Aliquãdo ponit̃ ꝓ feroci. Vñ dicimus gẽtes indomitas. Aliquãdo ꝓ magno. Virgil. Nate qa indomitas tãtus dolor excitat iras?

⁎ Indomabilis indomitus qui domari nõ poteſt. Cc.

⁎ In domo & domi eiuſdẽ plane ſignificationis ſunt. Quintil. In domo furtũ factũ ab eo q domi nõ fuit. Cc.

¶ Indubitatus. nõ dubitatus. Lacta. lib. ij. Pro cõfeſſo & indubitato habitum eſt.

¶ Induco. is. ꝑ. ꝓprie intro duco. Plaut. Induc eam in domũ. Quãdoq; Inducere eſt p̃ſuadere illicere decipere inclinare. Lucil. Huius ego animum ſi induco vt ab amore meretricis deſiſtat. Idẽ. Miſerũ ſenẽ ſirenũ cãtu inductũ. Quãdoq; Adolere cãcellare. Sueto. in Cæſa. Ampliſſimis verbis collaudatum in integrũ reſtituit inducto priori decreto. Et alibi. Multa inqt & deleta & inducta & ſuperſcripta inerant. Verbũ id iuris eſt. Origo ea q inducto chartis atramẽto velut tectorio deleri quę ſcripta pri⁹ erant cõtigit. Quãdoq; Fingere. Cice. libro. iij. offic. Hinc ille Gyges inducitur a Platone.

Quādoq; ingredi facere. vt Vide quo me iducas. Quādoq; Offirmare: vt Sic animū induco meū. Quādoq; Imponere: vt Soleæ ligneę pedib⁹ inductæ ſunt. Quādoq; Infigere: vt Ita induxi in animū.

¶ Inductio genus argumēti. Eſt em̄ oratio per quā fit a particularib⁹ ad vniuerſalia progreſſus. Vel inductio eſt oratio quę rebus non dubijs captat aſſenſionē eius rei quæ inſtituta eſt.

¶ Induciæ. pax in paucos dies ſic dictę: ꝙ in diem dētur: vel ꝙ in dies otium ꝑbeant. Aurelius opili⁹ inducias dici exiſtimat ab initu & introitu quoniā tempore induciarū hoſtes iter ſeſe vtrinq; vltro citroq; alteri ad alteros impune inire ſolēt & introire. Has Lycaon primus inuenit: fœdera Theſeus.

¶ Indulgeo. es. ſi. ſum. & tum. ſecūdū Priſ. ſignificat obſequor cōſentio inſeruio & facile cōcedo. Ci. in Læl. Sed obſequiū multo moleſti⁹: ꝙ peccatis indulgēs. i. cōſentiēs ꝑcipitē amicū fieri ſinit. Idē Tyroni. Indulge valitudini tuæ. i. molliter vaca: & qđ lingua vernacula dicimus ſa carecte. Terē. in Heau. Nimiū illi indulges. Vnde Indulgētia mollis eſt ꝑmiſſio q̄ ſeueritati opponitur. Quintil. Mollis illa educatio quā indulgentiā vocamus neruos oīs & mētis & corporis frāgit. Et indulgere eſt facilem & clæmētem eſſe. Cice. lib. iij. offi. Magnus vir imprimis & qui perindulgens in patrē. idē ſeuerus in filiū. i. clæmēs ac facilis. & indulgētia clæmentia. Sta. Vultus & egregię tanta indulgentia formę. Indulgētiſſimi imperatores dicti ꝙ ſint benefici propenſiq; ad ſacrificādum. Item Indulgere eſt delicate intendere & ſpatiū maius dare. Virg. Indulge hoſpitio: cauſaſq; innecte morandi. Idem. Siu tumulis acclive ſolū colleſq; ſupini Indulge ordinib⁹. Item Indulgere parcere. Ambi. Vide q̄ bon⁹ deus & facilis indulgere peccatis. Idem. Nam dominus Ieſus Chriſtus crucifigētibus ſe non maledixit ſed potius vt eis indulgeret orauit. Hiero. cum accuſatiuo iunxit. Miſericordia inquit eſt quia idulget noſtra peccata. Item Indulgere tribuere. Ambro. Laudabūt etiam deum qui tanta nobis remedia indulſerit vitandę mortis. Item Augere. Lucil. libr. iij. Tu qui itam indulges nimis manus abſtinere a muliere melius eſt.

¶ Indulgitas pro indulgētia. Siſenna. Baſſus aſſidua indulgitate victus.

¶ Induo. is. indui indutum. ex in & duo. is. Cuius origo a græco ΔΥω quod ingredior ſignificat trahiť. Vnde ἐνΔΥω induo. Vetereſq; dixerunt ꝓ dare Duo duis & Dio. is. Plaut⁹ in Caſ. Mea præda eſt illa proinde tu te in laqueū ne duas. De verbo aūt dio. Terē. in phor. Dij tibi oēs qđ dignū eſt diuint. Conſtruitur autem induo varijs modis. Nam quādoq; habet duos accuſatiuos, ſed ī paſſiua tātum ſignificatiōe: & hoc apud poetas & hiſtoricos nō apud oratores quos imitandos imprimis cēſeo. Plau. in Epi. Quid erat induta? an rigillā induculā? an mendiculā implumatā? Virg. li. ij. Deinde comātē Androgei galeam clypeiq; inſigne decorū induitur. Curtius. Iamq; nox apparebat cum thoracē indutus ꝓcedit ad milites. Aliquādo vno tantū accuſatiuo conſtruiť: & tūc idē eſt qđ aſſumo. Quintil. li. vj. Orbum agimus & naufragū & periclitantē: quorū induere pſonas quid attinet niſi affectus aſſumim⁹? Vbi verbum difficile facile declarauit. Sic Curtius. Loricā tamen quā raro induebat amicis orātibus ſumpſit. Cice. lib. iij. offi. Deponit enim perſonam amici cum induit iudicis. Hinc ex contrario deponit Induit ſignificare oſtendit. Sueto. in Nero. Nullam bis induit. Aliquando poſtulat vt id quo quis induitur in accuſatiuo ponatur: & is qui induitur in datiuo: ſignificatq; impono immitto aſſumo. Plautus in Caſ. Ocyſſimus ſum omnium qui viuunt. Loricam induam mihi optimū eſſe arbitror. Cice. lib. ij. de fi. Ex eius ſpolijs ſibi & torquē & cognomē induit. Plyn. lib. xxxiij. Peſſimū vitæ ſcelus fecit qui anulū primus induit digitis. Suet. in Auguſt. Si mane ſibi calceus ꝑperam ac ſiniſter pro dextro indueretur. Per tranſlationem ad animū dixit Liu. lib. iij. Adeoq; nouum ſibi ingenium induerat vt plæbicola repente omniſq; auræ popularis captator euaderet. Aliquādo vltra naturalem accuſatiuū habet alium accuſatiuū cum in. Et tunc pro cōuerto ſiue trāſformo ſumitur. Virg. lib. j. ge. Contēplator item cū ſe nux plurima ſyluis Induet in florem. Cice. de diui. loquens de anhelitibus terrę. Cum autē ſe in nubem induerint. Similiter cū huiuſmodi accuſatiuo ſignificat inijcio ſeu immitto. Cice. in hortē. Et vi docuit Antiochus in id ipſum ſe induit qđ timebat. Gel. Aeſopus ille e phrygia fabulator haud immerito ſapiēs exiſtimatus eſt cū quæ vtilia monitu ſuaſuq; erant non ſeuere non imperioſe præcepit & cenſuit vt philoſophis mos eſt: ſed feſtiuos delectabileſq; apologos cōmētus res ſalubriter ac proſpiciēter animaduerſas in mentes animaſq; hominum cum audiēdi quadam illecebra induit. Deniq; cum pro veſtio capitur vltra accuſatiuū conſtruiť cum ablatiuo ſine ꝑpoſitione eius rei qua quis induiť. Curt. Depoſita veſte quam habebat arabica induitur. Cice. lib. iiij. ad Heren. Palla inaurata indutus. Quandoq; etiam in hac conſtructione pro Illino ſumitur. Plau. in Muſ. Id eis vitiū nocet: atq; etiam nūc ſatis boni ſunt ſi ſunt induti pice. Col. ad vites trāſtulit pro onero cū dixit. Nam ita ſe induunt vuis vt nequeant capere maturitatem. Sumitur etiam pro ſero cū ablatiuo inſtrumētali. Cæſar. lib. vij. Quin ordines coniuncti inter ſe atq; impliciti quo qui intrauerāt ſe ipſi acutiſſimis vallis induebant. hos cippos appellāt. Et iterum. Aut ſe ſtimulis inopinantes induebant: aut in ſcrobes delati transfodiebantur.

⁎ Induperatorem pro imperatorē poetę vſurparūt Iuuenalis. Quales tunc epulas ipm̄ glutiſſe putamus Induperatorem. Cc.

⁎ Indumēta hoc eſt veſtimēta ab Induo. Cc.

¶ Induuiæ ab induendo. indumēta quibus quis induitur: ſicut exuuiæ ab exuendo.

¶ Induſiū. genus veſtis quaſi intuſſum qđ mox ſupra ſubuculā ſumebať ſicut palliū & palla vocata & ſons ſupra Induſiū. A quo Induſiatus diciť qui huiuſmodi veſte eſt indutus. Plau. Induſiata patagiata.

¶ Induſtria eſt ingeniū ſeu ars qua aliquid ſtruēre ſumus idonei: q̄uis ꝑ ingeniū ſiue artis exercitatiōe quādoq; ſumať. Vtrūq; cōplexus eſt Cice. cū inqt. Vt induſtria noſtra tuæ morē geramus voluntati.

¶ Induſtrius non induſtrioſus diciť quod antiqui Indoſtrius dicebāt: pro ingenioſo & pro eo qui multæ induſtriæ eſt & aliqđ ſtruere ſemp nititur. Cice. ad Herē. Nimirū hęc cauſa eſt huiuſmodi: quā nec induſtri⁹: nec miſericors: nec officioſus deſerere poteſt. Hæc aūt duo nomina cōpoſita cenſeo: deriuata tamē ab inſtruo. Vnde Feſt. Induſtriū antiqui dicebant Indoſtrium: quaſi quicqđ ageret intro ſtrueret domi. Ab Induſtrius fit aduerbiū induſtrie. Col. Higinius veterū auctorū placita ſecretis diſperſa monumētis induſtrie collegit.

¶ Inebrior. aris. Vide in dictione Ebrius.

¶ Ineffigiatus. a. um. informe: quod nō eſt factum ad aliquā effigiē. Gel. Namq; vt illa beſtia fœtum ederet ineffigiatum informēq; lambēdo id poſtea qđ ita ediſſet confirmaret & fingeret.

¶ Ineo. is. inivi. vel inij. itum. penul. cor. ex in & eo: ſi-

gnificat Incipio. Sal. Quapropter vos moneo vt forti atq; parato aio ſitis & ꝑliū cū ſibitis meminetitis vos diuitias decus glīam preterea libertatem atq; patriā in dextris veſtris portare. Et Inire eſt ingredi. Plautus in Caſ. Tu modo ꝓſpicito quid intus agāti ſi tu iubes inibitur tecū.i.intrabiť. Idē. Inijt te vnq̄ febris? Itē merert aſſequi lucrari obtinere cōparare. Ter. Vt grām ineam ſine diſpēdio. Hoc autē fit cū nouis & ignotis fauorē & amicitiā alicuius adipiſcimur. Et dicimus: Ineo grām tecum: Ineo grām tuā: & Ineo grām a te. Terē. in Eu. Ab eo grām inibo. Quādoq; Tractare cōciliare: vt Ineo pacē tecū: Ineo bellum: Ineo fœdus: Ineo rationē: Ineo viā.i.inuenio. Cu⁹ participiū abſolute poſitum maioribꝰ rebus adhibetur: vt Ineūte adoleſcētia: Ineūte vere: anno: menſe: ſæculo: luſtro: bello.i.ingrediente. Rurſus Inire eſt concumbere. Plynꝰ. Sed aſini qui equas ineāt optimi legēdi ſunt. Hinc Initor pen. cor. ꝓ cōcubitore. & Initum pro coitu poni cōſueuit. Itē capere: vt Ineo fugam. Virg. Sępe leui ſomnū ſuadebit inire ſuſurro. Itē Facere. Plau. in cap. Qui conſiliū inire quo nos victu & vita ꝓhibeant. Itē Cōſiderare intelligere. Terē. in Phor. Hæc cū ratiōe ineas q̄ ſint ſuauia & q̄ chara ſint ea qui ꝓbeat. Do. Ineas: itelligas: ęſtimes. Ab Ineo fit Initū. Initio as. & Initiarius.

Inito. as. frequētatiuū ab Ineo. Diome. Ineo. is inito dicimus. vt Pacu. Loca arida initas.

Ineptus: ex in & aptus. Ci. li. ij. de Ora. Ineptus nomen habere videtur q; nō ſit aptus. Idq; ſermonis noſtri cōſuetudine perlate patet. Nam qui ad tēpus quod poſtulet nō videt: aut plura loquitur: aut ſe oſtētat: aut eorum quibuſcum eſt vel dignitatis vel cōmodi rationem nō habet: aut deniq; in aliquo genere: aut incōcinnus: aut multus eſt: is ineptus dicitur. A quo Ineptia: Ineptitudo: Ineptulus.

Ineptio: is. iui. itum. ineptias facio. Lactan. de Opi. Vereor ne huiuſmodi portenta & ridicula refutare nō minus ineptū eē videatur. Sed libet ineptire: qm̄ cum inepto agimus ne ſe ille nimis argutū putet.

✠ Inermis modo qui armatus non eſt: modo qui ſupplex erat quod ex hiſtoria tractū eſt: quia qui ſe dedūt inermes ſupplicant. Cc.

Iners: ex in & ars ſignificat eū qui ſine arte eſt. Cice. lib. iij. de fin. Sed luſtremꝰ aio has maximas artes quibus qui carebant: inertes a maioribus nominabantur. Quādoq; etiam iners capiť pro ocioſo & ignauo q nihil artis operať: vel quaſi neſciat operari. Virgil. lib. iiij. ge. In medium ſeu ſtabit iners: ſeu ꝓfluet humor. Do. in Adel. Intelligamus aliter dici nō inertem Socratē: aliter nō inertē ſeruum. Ab Iners fit diminutiuū Inertulus. Inertia inertis vitiū quæ ſic ſumi poteſt in ſua ſignificatiōe. vt de Inerte dictum eſt: licet ꝓprie ſit artis ignoratio. Col. in ꝑfa. lib. ij. Non ergo fatigatiōe quēadmodum plurimi crediderunt: nec ſenio: ſed nrā inertia nimis benigne. Cice. lib. j. ad. Q. Fratrem. Duo illa relinquamus inertiæ noſtræ.

Inerticula: genus vitis apud Col. boni vini: & innoxiæ etiam nomē habet q; iners habetur in tētandis neruis q̄uis in guſtu non ſit habilis. Sola etiā temulentiā nō facit. Vnde rectius Sobria dici deberet.

Ineſco. as. Vide in dictione Obeſco.

Inexplorato aduerbium: ſignificat ſine exploratione & inquiſitione. Liu. lib. vj. Inexplorato pabulatum cohortes miſere.

Inexputabile: quod numerari nō poteſt. Col. lib. x. Nam inexputabilis erat numerus.

✠ Inextricabilis inſolubilis. Virg. hic labor ille domus & inextricabilis error. Cc.

Infabre. penult. produ. aduerbium ſignificat fœde. ſicut Affabre pulchre.

Infamia: mala fama. Hierony. Quod illum teſtimonio martyris ab infamia vindicaretur.

Infamis & hoc infame. pe. ꝓ. qđ habet malā famā. Hiero. ad Pām. Quis p infame opus ſeipm voluit infamari? Infamis dictus eſt ab antiq̄s digitꝰ mediꝰ propter ignauiā qm̄ indigere videať aliorum defenſione. Perſ. Infami digito luſtralibus ante ſaliuis expiat. Iuue. Mediūq; oſtenderet vnguē. Nam olim qui medio tā q̄ per indicē monſtrabať: arguebať infamiæ.

Infamo. as. pe. ꝓ. infamia afficio. Hier. Si Origenē nunq̄ ſecutꝰ ſum: fruſtra infamare me cupitis. Quinl. Deinde cū ſe iactaret eodē mō dicere Senecā īfamauit.

Infans ſubſtantiuū dicitur puer: q nōdū fari cœpit. Quod etiā de brutis & auibus diciť. Plyn. Quadrupedes infantes ſuos cognoſcūt. Idem. Veſpertilio volucrum ſola lacte nutrit hubera admouēs geminos volitat amplexa infantes. Adiectiuū vero capitur quaſi ꝓ paruo. Idem de boleto. Nec tuticæ minor grā in cibo infantis boleti.i. parui & nondū adulti. Interdū dicitur Infans nō facūdus. Cice. in Bru. Ipm Scipionē accepimus nō infantē fuiſſe. Per tranſlationem ſumitur pro ſtulto & quaſi loqui neſciente. Ex quo Infantior & infantiſſimus.i. ſtultior & ſtultiſſimus.

Infantia. æ. ętas infantilis: & q̄nq; ſtultitia diciť.

Infantile adiectiuū: quod eſt infantia. Aug. lib. pri. Con. Imbecillitas membrorū infantiliū innocens eſt non animus infantium.

Infandū a fando ſumiť: qđ vix fari quis poſſit. Vir. Infandum regina iubes renouare dolorem. Poniť nōnunq̄ pro interiectione. Virg. lib. j. Geor. Infandum ſiſtunt amnes terræq; dehiſcunt.

Infarcio. is. impleo. Plyn. lib. xxxiij. Quid non in Africa Hiſpaniaq; ex terra parietes quos appellāt fornaceos qm̄ fornacum modo circūdati vtrinq; duabus tabulis verius infarciuntur q̄ inſtruūtur.

Infatuo. as. fatuū ſine ſale.i. ſapientia facio. Fit eñ a fatuus: vbi in vel auget vel ſuperflua eſt. Hier. ad Ruf. Quid Salomone ſapiētius? attamē a moribꝰ fœminarū infatuať. Infatuę mulieres dictę ſunt q̄ fatuorū ludibrijs attingant. Et ſiſr Infatuati viri quos nunc vulgus ſpiritu plenos noiat: quidā etiā dęmoniacos.

Infenſus qui ira in aliū elatus eſt & odiū gerit.

Infero. pe. cor. intro pono ſeu intro porto. Plaut. in Am. Neq; meū pedē huc intuli. Lact. lib. ij. Non placebat Perſio q; aurea vaſa templis inferanť. Interdū inferre poniť pro Inijcere. Idē li. iij. Nefandas manꝰ deo ſuo intulerūt. Liu. lib. ij. Adeo cōcitato īpetu ſe intulerāt hetruſci vt funderēt ipo in curſu Ancinos. Interdū pro Facere: vt Intuli damnū. Lact. lib. v. Patientia eſt malorū q̄ inferūtur: aut accidunt cū æquanimitate perlatio. Interdū ſubijcere ſeu apponere. Idē lib. j. Qđ clarū ſiet exēplo qđ iferemꝰ. Interdū ꝓ introducere. Liu. li. j. Lucus erat quē mediū ex opaco ſpecu fons perenne rigabat aqua: quo q̄a ſe pſæpe Numa ſine arbitris velut ad cōgreſſum deæ īferebat camœnis eū lucū ſacrauit. Interdū pro ingerere. Ci. li. j. offic. Turpe eſt & valde vinoſum in re ſeuera cōuiuio dignū aut delicatū aliquē inferre ſermonē. Interdū pro cōcludere. Sene. Cū his argumētis qđ ꝓpoſuerat intuliſſet. Interdū pro Cōtraferre. Cęſar li. j. Romani cōuerſa ſigna bipitito intulerūt. Inferre arma eſt bellū gerere. Ci. Octa. Quibꝰ cogitas arma inferre? Inferre crimē eſt imputare ſeu obijcere. Idē in Lael. Addēdum eodē eſt vt ne in criminibꝰ aut inferēdis delecteť amicus: aut credat oblatis. Stuprum inferre eſt immittere ſeu infigere.

¶ Inferiæ: ſacrificia quæ inferis ſoluuntur. Virg. Viuē
tes rapit inferias quos immolet vmbris.

¶ Infernus: pro infernorum loco. in ſingulari ge. maſ.
in plurali neutri. Hiero. in para. Deglutiam⁹ eum ſicut i
fernus viuētem. Et in Iob. Ducunt in bo īs dies ſuos
& in puncto ad inferna deſcendunt. Eſt & Infernus. a.
um quod eſt infra: ſicut Supernus. a. um quod eſt ſu-
pra. A quo Inferne aduerbium. Et Infernas. atis. ſicut
Supernas. atis. Ply. Et ideo Romæ infernas abies ſu-
pernati præfertur.

¶ Infernalis & hoc infernale ab infernus fit cum ē ſub
ſtantiuum. Vnde infernales furię.

¶ Inferus. a. um. penultima correpta ab infra dictum
eſt. Vnde inferi quibus inferius nihil eſt. Inferum mare
Tyrrhenum: ſicut ſuperū Hadriaticū: q̄ ex vrbe Ro-
ma verſus Hadriaticum euntes fere ſemper aſcendūt.
Contra ad vrbem ad mare Thuſcum venientes deſcē
dunt.

¶ Infeſtus qui alicui malum infert & pluſq̄ inimicus
Iamq; aduerſus eum fertur. Et infeſtus dicitur cui aliū
de malom impendet. Ci. Dolebam iudices & acerbe fe
rebā ſi hui⁹ ſalus ob eam ipſam cauſam eſſet īfeſtior q̄
is meam ſalutem atq; vitā ſua beniuolentia pręſidio cu
ſtodiaq; texiſſet. Nigidius Infeſtum a feſtinando dici
putat. Qui enim inſtat alicui: eumq; properans vrget
& opprimere eum ſtudet atq; feſtinat vel contra de ali-
cuius periculo & exitio feſtinatur: is vterq; infeſtus di-
citur ab inſtantia fraudis quam vel facturus alicui: vel
paſſurus eſt.

¶ Infeſta ſigna dicuntur q̄ aduerſum tendunt hoc eſt
vexilla in hoſtē euntia vt moleſtiā inferant.

¶ Infeſtū mare habere: ſignificat latrocinādo mare in-
feſtare. Cic. li. iij. de rep. Nam cū quęreret̄ ex eo quo ſce
lere impulſus mare haberet infeſtum vno myoparone
eodem inquit quo tu orbem terræ.

⁎ Infeſtum mare veteres dixerunt mare latrocinando
infeſtare. Cc.

¶ Infeſto. as. crebris curſibus moleſtiam infero. Vnde
Infeſtatio moleſtatio.

¶ Infeſtiuus: qui neſcit vel non eſt idoneus ad dicen-
das vrbanitates. Gel. Homo ſubagreſti ingenio & in-
feſtiuo.

¶ Infibulo. as. pe. cor. Vide in dictione Fibula.

¶ Inficio. is. pe. cor. ex i & facio ſignificat itingo. Hie.
Quaſi ipſa ea demq; lana cum inficitur ſanguine con-
chylij vel muricis vertitur in purpuram. Per tranſlatio
nem ſumit̄ p vitio ſeu maculo. Liu. Hoc luxu & pegri
nis infecti moribus. Et Inficere venenare. Vir. li. ij. ge-
or. Quo nō p̄ſentius vllum Pocul's ſi quando ſęuæ in
fecere nouercę. Ply. li. xj. Nimio fumo inficiunt̄ apes.
Hoc verbum Diome. a fuco componi extimat. dicit
cū Facio conficio: Fuco inficio. Sed aſpera nimis vi-
detur compoſitio: licet a ſignificatione non abhorreat.
Sed cur non a Facio quandoq dē Inficio quaſi int⁹ fa-
cio ſignificare poteſt?

¶ Infectus ab inficio: idem eſt quod intinctus macula
tus venenatus. Sue. de Cali. Inuenta & arca ingens va
riorum venenoꝝ plena: quibus mox a Claudio demer
ſis infecta maria traduntur nō ſine piſciū exitio. Sena.
Diu in iſtis vitijs iacuimus: elui difficile eſt. Non enim I
quinati ſumus: ſed infecti. Cic. li. j. tuſ. Sed nos imbris
delicijs: ocio: lāguore: deſidia: animum infecim⁹. i. pol
luimus corrupimus. Cum aūt ſignificat non fact⁹: cō-
ponitur ex in & factus: vt infecta pace: īfecto negocio
Plau. in cap. Quod male feci crucior modo: ſi infectū
fieri poſſet.

¶ Infectus us. accipitur pro tinctura. Ply. lib. viij. De
lanarum infectu ſuo loco dicemus.

¶ Infectores: qui alienum colorem in lanam conijci-
unt. Plaut. Incedunt infectores crocotarij offectores.
Offectores ſunt q̄ ꝓprio colori nouū efficiūt.

¶ Inficior. aris. deponens: ſignificat nego. Vnde Infi-
ciationes quæ ſunt debitę rei negationes cum per credi
torem a debitore depoſcitur. Ouid. libro. xj. meta. Sta
bat op⁹: pretium rex inficiatur. Et proprie Inficiari eſt
verbo quicq̄ negare factum: quaſi infectum. Vnde ad
facta non ad dicta pertinet. Nam ſi quis aliquid ſe di
xiſſe fateatur non ſic conuenire videtur: vt id aduerſa
rio inficior: vel inficias eo ita vt inquis eſſe: ſed nego.

¶ Inficias tm̄ acti caſus & pluralis numeri: & ſolum cū
eo is. iungitur: & ſine præpoſitione. vt Hic inficias itu
rus eſt: ſeu ibit. Componitur enim ex in & non & fa-
cio.

¶ Inficiator qui negat ſe vel debere qđ actor petit vel
commiſiſſe quod accuſator obijcit. Cice. lib. j. de ora.
Nonne intelligebat: vt ſi inficiator probaſſet iudici an-
te petitam eē pecuniam q̄ eſſet deberi cœpta. Vnde ſta
tus coniecturalis dicitur Inficialis in quo ſemper reus
inficiatur.

¶ Infidus a. um. penult. produ. Vide ſupra in dictione
Fidelis.

¶ Infimus. a. um. pe. cor. ab infra ſeu ab inferus ſupla
tiuum eſt.

¶ Infimates penultima producta dicti ſunt ſicut ſum-
mates quæ ſunt oppoſita. Plau. in Su. Summates viri
atq; infimates.

¶ Infinitiuus modus ſine alterius verbi adminiculo
poni ſolet vbi ſubintelligitur. Vere ne ita eſt? vt Me ne
incœpto deſiſtere victam? Plus enim poteſt infinitū tē
pus ad ſignificandum q̄ finitum. Ter. in Eu. Inuidere
omnes mihi: pro inuidebant. Ideo autem dicitur infini
tus: quia alij modi definiunt perſonas primam ſecun-
dam & tertiam. Hic aūt ſine perſonis ē: & habet pręfini
tum tempus p̄ſens p̄teritum & futurum: vt Amare p̄
ſens. Amaſſe præteritum. Amatum ire futurum. Ecce
vides deſignare tantum tempora non perſonas. Ama
re enim neſcitur perſona niſi velis iungere. Te amare
debet ille. Tunc quaſi fit finitum. Si autem non ſub
iungas ille vel iſte vel ipſe fit infinitus modus. Nam &
numero ſingulari vel plurali infinit⁹ eſt. Cum enim di
co amare nec finitum eſt vtrum de vno an de pluribus
dicam.

¶ Infirm⁹: nō firmus. Vnde Infirmitas inualiditas nō
ægrotatio ſicut pleriq; male vſurpant: cū q̄s nondum
firm⁹ vł ętate vel ęgrotatione eſt. Cic. Vt enī infirmitas
pueroꝝ & ferocitas iuuenū.

⁎ Inflammo vide Flamino. Cc.

¶ Infligo. is. pe. prod. infero incutio. Aug. lib. ij. de ci.
dei. Ita ne tandem Scipio laudas hanc poetis Roma
nis negatam eſſe licentiam vt cuiq̄ opprobrium inflige
rent Romanorum: cum videas eos nulli deorum pep
ciſſe noſtrorum?

¶ Inforo inforas. pe. cor. a forum compoſitum: ſigni
ficat dico ſeu in forū diuulgo ſeu in forū voco. Plaut.
in Cur. Licet ne inforare ſi incomittare non licet? Non
inforabis me quidem: nec mihi placēs tuum profecto
nec forum nec comitium. Aliquando componitur ex
in & foro foras quod eſt intus foro. Plyn. li. vij. Time
bant priſci truncum findere: mox inforare auſi medio
ipſiq; medullæ calamum imprimebant viuum inferen
tes.

⁎ Infortuniū malam fortunam dicimus. Cc.

¶ Infra ab in naſci videtur cuius ſignificatio nota eſt.
Et ſine caſualibus quidem aduerbium eſt: adiuncta ve

ro ꝑpoſitio: vt Ego te eſſe infra omnes infimos puto. Facitq; ex ſe Inferus.a.um.inferior infimus inferi⁹. Nam aduerbia huiuſmodi localia ꝑpoſitionum loco ponuntur: & e diuerſo: vt Intra viſcera pro in viſcera. Abſq; læſione pro extra læſionem: & in adulterium dixit: pro contra adulterium. Docet Lauren. Valla Infra ad dignitatē & locū referri: vt infra dignitatē meā eſt: infra tectum. Intra ad numerū & ſpatiū: vt intra viginti dies: & intra muros nō ſūt inſra. Sed hanc differentiam minus ſeruari video: q̄ infra etiā ad numerū pertineat. Ply.lib.xj. Oua incubari infra decē dies edita vtiliſſimū: vetera aut recentiora infœcunda. Aug. de Petri cathedra. Tamē cum infra quadrageſimę dies hæc ſolēnitas venerit facere eā nobis debet ſanctoꝝ dieꝝ reuerētia gratiorē. Habet aūt infra relatiuū ſupra: ſicut intra extra: ſup ſubter.

¶ Infringo.is. valde frango. Vñ infractus. Interdū infringere eſt illidere & infligere. Teren. in Adel. Pl⁹ qngentos colaphos infregit mihi.

¶ Infractus valde fract⁹. Vir. Turn⁹ vt ifractos aduerſo marte latinos. Et infract⁹ non fract⁹: vt Vir infracti animi.i.q nullis rebus aduerſis frangit.

¶ Infractio nō mō pro nō fractione: ſed etiā ꝑ torpore ponit. Ci. In quem cadit ęgritudo: cadere in eum timorem infractionēq; animi.

¶ Infrio as. Vide in dictione Frio.

⁂ Infrunitus vide fruniſcor.

¶ Infumo as.pe.p. ad fumū ſicco: ſicut inſolo ad ſolē ſicco. Plau. Atq; bulas infumatas & ſumen.

¶ Infumibulū ſpiraculū per quod fumus exit.

¶ Infulæ.pe.cor. faſciæ ſunt i modū diadematum vt inquit Ser. ſuper lib.x.æneī. a quibus dependēt vittæ ab vtraq; parte. Feſt. Infulas ſacerdotū filamentū vocabāt. Aliq ſcribunt Infulas filamētis alba eē qb⁹ tēpla ornabant & moris fuiſſe vt nubentes pri⁹ q̄ mariti domū ingrederent infulis poſtes ornarent. Iuxta primū ſenſum Amb.lib. offi. ſumpſiſſe videtur cum inquit. Ego raptus de tribunalibus atq; adminiſtrationis infulis ſacerdotū docere vos cœpi: quod ipſe non didici. Hinc Infulatus.a.um. quod eſt infula ornatum.

¶ Infundo is. Vide in dictione Fundo.

¶ Infundibulū inſtrumentum quo in vaſa liquores infundim⁹. Cato. In cella olearia hęc op⁹ ſunt: dolia olearia & opercula ſeſtarium olearium vnum: labellū vnū: infundibula duo. Ruſtici noſtrates luram vocitāt. Antiquiores autem os vteri luram dicebant vnde lurcones capacis gulæ homines: vt Lemargi nomen acceperunt.

¶ Infurnibulum pala qua panes in furno diſponunt.

¶ Ingenium a gignendo proprie natura dicitur cuiq; ingenita. Sal.lib.iij.hiſt. Caſtiuſq; collatis pugna tamē ingenio loco prohibebat. Ter. Nam qui cum ingenijs conflictatur eiuſmodi.i. cum hominibus eiuſdem naturæ. Eſt etiā ingenium vis quædam naturalis nobis inſita ſuis viribus prævalens ad inueniēdum quod ratione indicari poſſit. Cic.li.v. de fi. Vna ingenij appellatur docilitas & memoria: eaſq; virtutes qui habent ingenioſi vocantur. Vnde ꝑclara ingenia & obtuſa ingenia dicimus.i. acuta & rudia. Hinc ingeniolus qui naturalem vim ad aliquid agendum accommodatam habet.

¶ Ingenuus qui in libertate natus eſt: & ab ingenuoꝝ antiquitate vt Boe.in roꝑ. inquit: gēnlitas ducitur. Et eſt relatiuū libertini. Eſt enim libertinus qui iuſta ſeruitute manumiſſus eſt. Vnde interrogare hoc modo ſolemus: Ingenu⁹ ne an libertin⁹ eſt: id eſt liber natus an ſeruitute liberatus ſiue ex libertinorum genere ortus.

Hinc Ingenuitas: q̄ contraria libertinitati. Hinc de Agatha martyre ſcribitur. Sūma ingenuitas iſta eſt: in q̄ ſeruitus Chriſti comprobatur. Ingenue aduerbiū libera & ſimpliciter. Sic ingenue loqui dicim⁹ cum quis ita loquitur vt liberū hominē decet: nihil timidū: nihil habens ſeruile.

¶ Ingemo is.pe.cor. valde gemo. Virgi. Daphni tuū pœnos etiā ingemuiſſe leones Interitum.

⁂ Ingens ſecūdum quoſdam a gente deductur. ē eñ magnus & immenſus & quaſi ſupra gentem. plus eñ eſt ingens q̄ magnus. Terēti⁹. magnas vero agere gratias Thais mihi? Ingentes. &c.

¶ Ingero is.pe.cor. immiſceo immitto itro gero. Leo pap. Nouit cui adhibeat æſt⁹ cupiditatis: cui illecebras gulę ingerat: cui apponat īcitamē luxurię. Aug. Quid facio ego modo cum loquor: ſtrepitum verborum ingero auribus veſtris.

⁂ Ingitas quaſi indigitas paupertas. Plaut⁹. profecto ad ingitate lenonem rediget ſi eas adduxerit. &c.

¶ Ingloriius a.um. quod eſt ſine gloria. Cui contrarium eſt inclytū & glorioſum. Hieron. ad Mar. Sed anima habitante in corpore fiat inclytum quod ante igloriium fuit.

¶ Ingluuies vētris rapacitas. Et pro gula ſumit. Col. lib.ix. pro cibo poſuit. Nā niſi vacua eſt ingluuies cruditatem ſignificat.

¶ Ingrandeſco.is. dui. grandis fio. Col.lib.x. At circa Calendas Martias locis apricis licet porrum (ſi iam ingranduit) transferre.

¶ Ingraueſco is. valde grauis.i. moleſtus fio & quaſi opprimo. Hier. in lib. Gene. Non eſt herba gregib⁹ ſeruorū tuorū īgraueſcēte fame in terra Chanaan. Aug. lib.v. Con. Et ingraueſcentibus febribus iam ibam & peribam.

¶ Ingredior.eris.ſſus. Vide in dictione Gradior.

¶ Ingruo.is. non proprie ſed per tranſlationem ſignificat inuado immineo & impetum facio a gruum ꝓprietate duplici. Prima q̄ more agminis conuolant. Altera q̄ clamore ſimili vtuntur: vt Milites in prælio ineundo. Plau. in Am. Noſtri contra ingruunt vicini⁹ vi feroces. Lact.lib.ij. Si ſæua tempeſtas: ſi grando ingruat ad deum confugitur. Col.li.ij. Etiam ingruēte hyeme frumenta ſacimus. Dicitur enim de bello de pluuia de tempeſtate de ruina & huiuſmodi.

¶ Ingurgito as.pe.cor. cū vehemētia glutio: gulā repleo. Plau. in Cur. Vide vt ingurgitat ipura in ſe merū auariter plenis faucibus. Ci. in Anto. Idē cum ſe cibis ingurgitaſſet. Lactan.lib.iiij. alter. Sicut ſus: quæ ſe ingurgitat cœno.

¶ Inguina pen.cor. ſunt genitalia tā fœminarū q̄ virorū. Mar. Acceſſi quoties ad opus miſtiſq; mouemur Inguinibus. Sue. in Nero. Virorū ac fœminarū ad ſtipē deligatoꝝ inguina inuaderet. ſ. ore.

¶ Inhalo as.pe.p. Vide in dictione Halo.

¶ Inhæreo es. inhærēs vel fixus fio. Col.lib.iij. Cacumina deinde oliuæ ſicut matri inhęrēt vtraq; pte adradito: & ita fiſſuræ fici aptato: cuneōq; eximito.

¶ Interdictum participium & nomen eſt. Nam interdicta vt eſt nomen ſunt formę & conceptiones verborum quibus prætor aut iubebat aliquid fieri aut phibebat. qđ tunc maxime faciebat cum de poſſeſſione inter aliquos contendebatur.

¶ Interdum: ex inter & dum: qđ antiqui interduatim dicebant. Virg. lib. ij. Georg. Interdum aut hoderę pandũt veſtigia nigræ.

¶ Interdiu aduerbium tẽporis ſignificat per diẽ: cui contrarium eſt noctu. Cato de re ruſt. Canes iterdiu clauſos eſſe oportet: vt noctu acriores & vigilãtiores ſint. Ply. li. xviij. Malũ patrẽfamilias quiſquis iterdiu faceret qđ nocte poſſit niſi intẽpeſtate cœli. Dicitur & iterdius. Plautus in Muſ. Sed qđ hoc occluſa ianua eſt iterdius. Et i Aul. Neſcio pol quę nunc hominẽ intẽperiæ tenent: vel peruigilat noctes totas: tum autem iterdius quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies.

¶ Interea poteſt eſſe aduerbium tẽporis & loci compoſitum ex itegris duobus. Inter & ea. Quod cum ſit neutrũ plurale debuit corripi. Sed quia factum eſt aduerbiũ producit a: ſicut pręterea antea poſtea. Poteſt tamen & ablatiuus ſingularis intelligi qui in compoſitione ſolet huiuſmodi inueniri: vt quapropter: quocirca. Significat autẽ inter. Terẽtius in Hecy. Quid interea. Do. Exultantis & geſtiẽtis audire. Interdum ſignificat tamẽ. Vir. Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ.

¶ Interea loci duæ partes ſunt: quæ cum coniunctę vnã fecerint: mutãt accẽtum. Interea loci inquit Terẽ. in Eu. ad macellum vbi aduentamus.

¶ Intereo is. iterij. in totũ morior: deſtruor. i. aĩa & corpore. Lact. lib. vij. Sed & genus omne impiorũ radicitus interibit. Terẽ. Perij interij. Hinc interitus us. pro morte cũ ſit ſeparatio q̃dam ex eo dictus q; eat medius inter aĩam & corpus. Ci. li. j. tuſ. Eſt enĩ interitus quaſi diſceſſus & ſecretio ac direptio earũ partiũ q̃ ante interitũ iunctione aliqua tenebantur. Interitus vero participiũ reperitur in paſſiua ſignificatione: vt exẽplum Claudij demonſtrat. Pugna acriter cõmiſſa & multis vtrinq; interitis.

¶ Intereſt componitur ex in & re & eſt: vt ſit quaſi in re eſt. Vnde mea intereſt: in re mea eſt. Hoc eſt in mea vtilitate. Ideoq; conſtruitur cum his ablatiuis mea tua ſua noſtra veſtra & cuia ſiue ſit perſonale ſiue imperſonale cum i alijs nominibus genitiuo iungatur. vt Socratis intereſt. i. in re ſocratis eſt. Interdum ſeparatim iũguntur. Liui. Quid enĩ in re eſt aliud ſi plębeiam patricius duxerit? quid iuris tãdem mutat? Plau. Si tuam eſt quippiam in rẽ. i. ſi tua intereſt. Idem. Vtrum veniat nec ne: nihil in re eſt mea. Ponitur quandoq; ſine aliquo caſu. Ply. lib. ix. Seri etiam radices illita fimo intereſt. Sic dicimus. Intereſt vnde quis gaudeat. i. multum facit vel differentia eſt. Val. max. Nihil intereſt an humi an ſublime putreſcam. Cic. genitiuũ iunxit cum ait. Permagni intereſt quo tẽpore hęc epiſtola tibi reddita ſit. Similiter Liu. Si nihil intereſt regis: peto vt dum dico vinculis liberer. Nam hæc nomina magni parui tanti quãti & aduerbia facile multum plus pluimũ parum paulum pauxillulum nihil nunquid aliquid magis minus maxime minime iunguntur cum his verbis intereſt & refert: vt minime intereſt minime refert. Componitur etiam ex inter & eſt. Significatq; interdum pręſentem eſſe: & ſic conſtruitur cum datiuo. Val. max. Quo facilius laboribus & periculis intereſt. Interdum in medio eſſe. Liu. de ſecũdo bel. puni. Id morari victoriam rati q; intereſſet amnis. Col. Arbores quę intererunt ablaqueabuntur. Interdum differẽtiam importat & cõſtruitur cũ duobus accuſatiuis mediante inter. Cic. Inter hominẽ & beluam hoc maxime intereſt. Dicimus quoq; intereſt a ſtulto & ſtulto. Ter. Homini homo quid praeſtat? ſtulto intelligẽs quid intereſt? Idẽ alio modo protulit in Adel. Hoc pater hoc dominus intereſt. Interdum importat diſtantiam: & conſtruitur cum ablatiuo loci vbi incipit diſtantia: vel aduerbia localia: vt Ex foro ad prætorium interſunt viginti paſſus: & decem milia interſunt hinc illuc. Fit tamen melius per diſto.

¶ Interequito as. in medio equito. Cæſar li. vj. Ordines interequitans.

¶ Interfœmineum Apul. appellat genitalia muliebria eo q; inter fœmina ſint collocata. Fœmina vero ſunt inter partes femorum interiores.

¶ Interficio is. p. cor. ſignificat facti priuationẽ. Ci. Dolobellę ablatiuo iunxit. Eadẽ mulier virum filium eodẽ tẽpore veneneis clam datis vita iterfecerat. Q đ etiam de inanimitatis dicitur. Virg. Fer ſtabulis inimicum ignẽ atq; interfice meſſes. i. perde & crema.

¶ Interfluo per medium fluo. Ply. Flumine mediũ oppidum interfluente.

¶ Interfundo per medium fundo. Ply. lib. j. Idem oceanus interfuſus intrat per tot maria: quibus Africam: Europam: Aſiam diſpertit.

⁎ Interhęc aduerbiũ eiuſdẽ ſignificatiõis cũ Interea. Cc.

¶ Interiaceo es. pe. cor. Vide in dictione Iaceo.

¶ Interiacio is. pe. cor. inter aliquid iacio: interpono: intermitto: intermiſceo. Aug. li. viij. cõſ. Tũc iteriecto aut digito aut neſcio quo alio ſigno codicẽ clauſi. Col. lib. j. Vt ſi qua interiecta ſint ſtramẽtis aut paleis ſpinarum vel germinum ſemina intereant. Liu. li. j. Aliaſq; interiectas collibus valles. Idẽ ibi. Paucis interiectis diebus. Cæſar lib. vij. Galli inter equites raros ſagittarios expeditoſq; leuis armaturæ interiecerant qui ſuis cedentibus auxilio ſuccurrerẽt. Hinc interiectio pars orationis quæ in oratione interponitur. De qua Aug. ſic loquitur. Interiectio nõ pars orationis eſt: ſed ſignum affectionis erumpẽtis animi vocẽ. Et ſignificat aut lętitiam vt euax: aut amaritudinẽ vt heu. Ergo quot ſunt perturbati animi motus tot voces reddunt. & vocantur interiectiones q; interrumpant orationẽ vt illud. Hic inter denſas corylos: vbi in mediũ orationis interiecta eſt a littera.

⁎ Interi ab antiquis dicebantur ab intra ſicut nũc ab extra exteros dicimus. Cc.

¶ Interijcio is. pe. cor. idem qđ interiacio. Var. Et inter ſingulas a pręſepibus iterijcere longurios qui eas diſcernant.

⁎ Interiectum tẽpus hoc eſt interpoſitũ. & iteriectio pars orationis quę in oratione interponitur. Cc.

¶ Interibi pe.cor.in medio eius loci. Gel.li.ij. Conſul iteribi dum ea pugna ſe in locos tutos ſubducit.

¶ Interim pe.cor.aduerbiũ tẽporis ſignificat itra hoc tẽpus. Ponit̃ & pro aliquando. Quit. Prima barbariſmi ac ſoloeciſmi fœditas abſit. Sed quia iterim excuſant̃ haec vitia: aut cõſuetudine: aut auctoritate: aut vetuſtate: aut deniq; vicinitate virtutũ acriter ſe in illud tenue diſcrimẽ grãmaticus itendat. Aliquãdo pro repẽte. Terẽ. i Hecy. Primũ dies cõpluſculos bene coueniebat ſane iter eas: interim miris modis odiſſe coepit Soſtratam. Do. Interim diſcretio eſt rei quę ad narrationem ptinet: vt apud Ter. in An. Interim nõnunq̃ collachrymabat.

¶ Interimo pe.cor.iterficio. Plaut.i Ciſ. Accurrite ne ſe interimat. Interdum ponit̃ pro priuo. Idem ibi. Nam dudũ vt concurrimus alcheſimarchus ne ſe vita iterimeret.

¶ Interimentum. Vide in dictione Detrimentum.

¶ Interiungo ſubſiſto. Tractũ a curru cuius rota interiecto ſude iungit̃: vt quieſcat. Mar. Et cum currere debeas bouillas interiungere quęris ad camœnas.

⁎ Interior & Interius ab itero antiquo poſitiuo. Cc.

¶ Interlino is.pe.cor.i medio ſiue p mediũ maculo. Hiero. Quibus lamẽtis: quo dolore: quo gemitu ſe abeuntẽ proſecutus ſim iſtę quoq; teſtes ſunt quas cernis iterlitas Ci.pro Cluẽtio. Qui tabulas publicas municipijs vi corripuiſſe iudicatus ſit: q teſtamentum interleuerit.

¶ Interloquor pe.cor.i medio loquor: ſiue loquẽdo ipedio. Teren.i Heau. Siccine me iterloquere. Quandoq; ſignificat iter aliquid agẽdum defınio. Vnde interlocutoria ſentẽtia vocat̃ quę non definit controuerſiam: ſed aliquid obiter ad cauſam ptinens decernit.

¶ Interluceo es.pe.pro.in medio luceo.

¶ Interluco as.pe.pro.a lucus fit vbi cum cædit̃ lux ingreditur. Ply.lib.xviij. Interlucatio arboribus prodeſt: ſed omnium annorum trucidatio inutiliſſima. Eadẽ dicitur Collucatio apud Catonem.

¶ Interluo is.iterfluo. Claud.lib.j. Trinacria quondam Italiæ pars vna fuit ſed põtus & aeſtus Mutauere ſitum: rapuit confinia Nereus Victor: & abſciſſos iterluit æquore montes. Aliqñ Interluere lauare eſt. Cato de re ruſtica Manus iterluito: poſtea vinum ſumito.

¶ Interlunium dicit̃ id ſpatiũ tẽporis i quo nec amplius luna vetus apparet: nec adhuc noua videt̃: quia radijs ſolaribus operta ſit ſupra non autẽ e regione.

¶ Interlumina ſpatium qđ inter columnas relinquit̃.

¶ Intermeſtris luna dicit̃ iterluniũ & coitus lunę. Ply.li.xvj. Ideq; mox itermeſtri luna atq; dimidiata. Intermeſtriũ. Var.lib.j.de re ruſ. Qđ a noua luna creſcit ad plenã & ide rurſus ad nouã lunã decreſcit quoad veniat ad itermeſtriũ a quo die dicit̃ luna eſſe extrema & prima: a quo Athenis eam dié appellant ἕνην καὶ νέαν τριάκαδος.

¶ Interminus a.um.qd nõ habet terminũ. Sidonius ad Fonteiũ. Dominis ſimplicio & apollinari Intermina interceſſione vos comperi.

¶ Intero is.pe.cor.itus tero. Terẽ.i Phor. Tute tibi hoc intriſti: tibi omne eſt exedẽdum. Hoc autẽ inter ruſticos de alliato mortario dici ſolet: pprie eñ huiuſmodi cibus intrita dicit̃: q̃uis etiã de alijs rebus dicat̃ quę terunt̃. Ply. li.xxxvj. Ruinarũ vrbis ea maxime cauſa q; furto calcis ſine ferrumine ſuo cęmenta cõponunt̃. Intrita quoq; quo vetuſtior eo mollior. Intrita ergo videt̃ eſſe calx ſed illa maxime quę non e gleba ſtatim ad opus confert̃: ſed tẽpore maceratur atq; fermẽteſcit. Vtunt̃ hoc vocabulo Var. Col. Victr. vt intrita pprie tectorijs nobilibus calx e gleba: vulgaribus & vilibus albarijs fere dicata ſit. Legitur & intritum apud Ply. li.xxxv. pro terra ipſa vnde lateres fingunt̃. Intritum inquit ipſum eorum priuſ q̃ fingant̃ macerari oportet.

¶ Intermico as.pe.cor.in medio ſplendeo. Claud.lib.j. Rutilum ſquãmis intermicat aurum. Poteſt etiam intelligi in ſquãmis vehementer micat.

¶ Intermitto ad tempus omitto ceſſo. Ci. Etſi ego id tẽpus intermiſeram potius q̃ omiſeram. Liu. Cum iter nõ intermitteret.

¶ Interminor: penul.cor.maxime minor. Plau.in Aſi. Mihi tibiq; interminatus eſt nos futuros vlmeos ni hodie Argyrippo eſſent viginti minæ. Terẽ.in And. Interminatus ſum ne faceres.

¶ Intermorior penitus morior: ſeu intra hæc morior. Bithynicus. Peto a te vt abſentẽ me qbuſcũq; i reb⁹ opus fuerit tuearis ſi nullũ officiũ tuum apud me intermortuũ exiſtimas. Intermortuũ vero latini dicũt eũ q iter mortẽ vitãq; ex dolore pcũbit ſimilis expirãti. Ply.li.xxxij. Vituli marini adeps inſtillat̃ naribus itermortuarũ vuluę vitio. Sue.de Nero. Poſtq̃ deinde Galbam & Hiſpanias deſciuiſſe cognouit: colapſus animoq; male fracto diu & ſine voce & prope intermortuus iacuit.

¶ Internaſcor in medio naſcor.

¶ Interneco pe.cor.ſimul interficio. & multitudinẽ totã ferme complectit̃. Plau.in Am. Legiones reueniunt domũ Duello extincto maximo atq; internectis hoſtibus. Hinc internecio vitę priuatio. Liu.lib.ix. Lucerini ac Sãnites ad internecionem cæſi.

¶ Internectiuus a.um.qd ad internecionem ptinet. Vnde internectiuum teſtamẽtum dicit̃ propter qd dñs eius necatus eſt. Internectiuum bellum: qđ ad deſtructionem fit. Liu.lib.ix. Nullus modus fuit cędibus: deletaq; auſonum gens vix certo defectionis crimine perinde ac ſi internectiuo bello certaſſet. Ply. Habet deinde iternectiuũ bellum cum Ichneumone.

¶ Internodiũ: ſpatium inter nodum & nodum. Col.lib.iij. Virgam malleatẽ non amplius q̃ ſex gẽmarũ eſſe conuenit: ita tamen ſi breuia internodia habet.

¶ Internoſco inter alios ſiue alia noſco.

¶ Internũcius: q inter alios medius eſt ad aliquid tractãdũ: & modo huic: modo illi per vices nũciat. Plautus in Amp. Seu per ſcriptas litteras ſiue qui ipſe ambiſſet ſibi: ſeu per internuncium. Huius fœmininũ eſt internuncia.

⁎ Internus Interaneus & interne ab intra. Cc.

¶ Interopus ſignificat dum operatur. Tibul. Crura ſonant ferro ſed canit interopus.

¶ Interordo ſpatiũ qđ eſt inter ordines. Col.lib.vj. Vt iacens non excedat interordinis ſpatium. Idẽ. Macro ſolo quinis pedibus interordines omiſſis mediocri ſenis.

¶ Interordinium idẽ ſignificat. Idẽ. Minimum eſt quinq; pedum interordinium ſeptẽ maximum. Hinc Interordinarius.a.um. Idẽ. Conſitis pluribus interordinaria ſemina malleolis: quos poſtea q̃ conualuerint crudo ſolo qđ emiſſum eſt tranſuerſis ſcrobibus propagent.

¶ Interpellare eſt loquẽtem vel aliquid agentẽ interrumpere. Cic.lib.j.tuſ. Sed nihil te interpellabo: continẽtem orationem audire malo. Ply.in epiſtolis. Interdum laſſo mihi opportuna iterpellatione ſubueniunt. Hinc iterpellatores dicti. Ci. In litteris ſine interpellatore verſor. Aliquando interpellare eſt dicere. Lucil.lib.xxx. Verum tu quid agis? interpella me vt ſciam. Aliquando Rogare. Val.maxi.li.iij. Cato rogatus vt ſocios apud auũculum adiuuaret cõſtanti vultu nõ facturum ſe reſpondit. Iterũ deinde ac ſæpius interpellatus in propoſito perſtitit.

¶ Interpollare immittere interponere. Amb. Illi naturalia captant ſecreta & vltra orbis terrarum terminos mare norunt qd nullæ interpollant inſulæ: nec terra aliqua interiacet. Aliqñ ſignificat nouare mangonizare & quaſi nouã formã a veteri fingere quaſi iterpolire: tractũ ab arte fullonia q poliẽdo vellera quæq; i nouã ſpeciẽ mutãt.

Vnde veſtes interpollatę & mancipia interpollata in iure ciuili: quę cum ſint veterana lenocinio & arte faciem mutant pro recentibuſq; ac nouicijs licentur. Ply. At hercle Alexandriæ vbi tura interpollantur .i. rudia cum ſunt poliũtur. Conuehebatur eñ illis tus rude aſpectu ſimile cortici. Plau. in Amp. Illic me homo interpollabit: meũ q; os finget denuo.

¶ Interpolla: noua inuẽta & renouationes artium & aliarum rerũ. Ply. Mutatur ars quotidie quoties iterpollis & ingeniorum græcię flatu impellimur.

* Interpollatorem vocamus qui antiquas veſtes reſarcit ac renouat: vt facilius vendat. Cc.

¶ Interpollatrix: mulier quę antiquas veſtes renouat: vt eas facilius vendat. Põpo. Interpollatricẽ accerſire oportet quę huic veſtẽ abducat. Et mulieres vitia deformitatis arte occultantes interpollę dicunť.

¶ Interpres ex inter & pres: qđ nõ eſt i vſu: licet pręs pro fideiuſſore inueniať. Et eſt qui in aliqua re agẽda medius eſt & veluti cõciliator & auctor. Vir. li. iiij. Aene. Tuq; harũ iterpres curarum & cõſcia Iuno. Interpretes ab Aſconio dicunť per quos indiciť pactio. Quoniam vero huiuſmodi homines animos eoꝝ quibus dati ſunt iterpretes ſuſcitanť & inuicem illis exponunt: ſactum eſt vt interpres pro eo accipiať qui obſcura exponit. Vir. Troiugena iterpres diuum. Vbi Ser. Interpres vaticinator qui mentem deorum mortalibus publicat.

¶ Interpretor: pe. cor. expono. Hierony. ad Helio. Interpretare vocabulum monachi hoc eſt nomen tuum: quid facis in turba qui ſolus?

¶ Interpretamentum: iterp̃tatio. Gel. Ex quibus diuerſa latinæ linguæ interpretamenta collegimus.

¶ Interpremo pe. cor. itercludo. Plau. i Rud. Aedepol inſortunio hominẽ prædicat donabilem qui ſacerdotis ſceleſtus ſauces interpreſſerit.

¶ Interputo as. pe. cor. iter aliquid & aliqd decido. Col. li. iiij. Roſam fruticibus ac ſurculis diſponi per ſurculos pedales cõuenit per idẽ tẽpus quo & viola: ſed omnibus annis fodi ante Kalendas Martias & interputari oportet hoc modo multis annis perennat.

¶ Interrumpo: per medium ſeu in medio rumpo. Plancus Cic. Pontes quos ſeceram interrupi.

* Interaneus. Vide Internus.

¶ Interreges ꝓprie dicti ſunt cẽtũ pr̃es q̃ mortuo Romulo donec alt⁹ rex crearet rẽp. gubernabat. Ex his ei auctore Feneſtella decernebať cui⁹ ptãs quiq; dierũ ſpatio finireť: & ita per totũ annũ oẽs finiebãt iperiũ. Sic iterregnũ regni interuallum & ſpatiũ tẽporis quouſq; in loco mortui alius ordinať. Vide in dictione Reges.

* Interrogo ex inter & rogo peto: a quo interrogatio interrogatorium & interrogatiuum deducuntur. Cc.

¶ Interſcapiliũ vallecula quædam a fine colli incipiens inter ſcapulas iacet. Higy. in deſcriptione vrſę. In humero claram vnam i pede de poſterioribus nouiſſimo duas in ſummo interſcapilio vnam.

¶ Interſcindo i medio ſiue per mediũ ſcindo. Liu. Pontemq; interſcinderẽt. Lact. de opi. Labra ipſa: quæ quaſi antea cohęrebant q̃ decenter interſcindit.

¶ Interſepio. is. pe. ꝑ. itercludo vel intermedio. Lact. li. de opi. At id velut pariete per medium ducto iterſepſit.

¶ Interſero pe. cor. interſeui interſitum: i medio planto ſemino inſero ve. Gel. li. j. Eadẽ ratione qua ſecũdi quattuor interſiti ſunt. Col. lib. iiij. Deinceps paſtinať malleolus ordinarijs vitibus iterſerendus. Interſero vero pro iterpono iterſerui iterſertum facit. Hiero. in pro lo. Salo. Ea quæ minus habebanť interſerens.

¶ Interſono as. pe. cor. ſignificat in medio ſono.

¶ Interſpiro as. pe. prod. de medio ſeu per mediũ ſpiro. Cato. Manu cõprimito acina vt cõbibant aquã marinã: vbi impleuens dolium operculo operito: relinquito qua interſpiret.

¶ Interſterno is. in medio ſterno. Iuſti. li. j. Hæc Babyloniam condidit: murũq; vrbis cocto latere circũdedit: arena pice bitumine interſtrato.

¶ Interſtingo is. per interualla aliqua extinguo. Feſtus. Ignis veſtę ſi quando interſtinctus eſſet virgines verberibus afficiebantur a Pontifice.

¶ Interſto as. inter aliquid ſto: intercedo. Vnde interſtantia & interſtitium.

¶ Interſtitiũ: ſpatium & diſtãtia inter aliqua. Macro. Cũ quattuor ſint elementa ex q̃bus conſtant corpora: terra aqua aer & ignis tribus ſine dubio interſtitijs ſeparantur quorũ vnum eſt a terra vſq; ad aquam. Ab aqua vſq; ad aerem ſequens. Tertium ab aere vſq; ad ignẽ. Hygi. Qđ ab eo ſydere paruo interſtitio differt.

* Interſtitiũ lunę diciť Interluniũ. Apule. Difficultas itineris ac globoſi ſideris interſtitium. Cc.

* Interſum pręſens ſum & quaſi in re ſum. ſignificat etiã differre diſcrepare. Terẽ. Stulto itelligẽs quid intereſt. C.

¶ Intertextũ qđ i medio textũ aliqđ habet: vt chlamys intertexta auro: quę vulgo brocata ex auro diciť. Picturata vel acu picta vel phrygiata diciť recamata.

¶ Intertraho de medio traho. Plaut⁹. Ni ego illi puteo ſi occœpſo animam omnẽ intertraxero.

¶ Intertrigo pe. pro. nomẽ ab iterterẽdo deductũ. Et eſt id malũ cũ ſimul mẽbra iterteruntť: & confricanť accedente ſudore. Vulgo diciť Traſregatio. Tũc eñ fœmina atteruntť aduruntur q;. Paratrima a græcis appellať. Col. li. vij. Intertrigo bis die ſoluiť aqua calida: mox decocto agrico ſale cum adipe defricatur.

¶ Interturbo valde turbo. Dauus interturbat oia iquit Terẽ. i An. Vbi Do. Hic inter auctiua particula eſt adeo vt nõ pro media ſignificatione ſit: ſed qua maiorem habere non poteſt: vt interfectus.

* Interuallũ ſpatiũ qđ eſt inter palos vallum caſtrẽſe cõſtituẽtes a quo omne ſpatiũ iteruallũ eſt nũcupatũ. Cc.

¶ Interuello is. de medio vello: qđ fit cum malas herbas a bonis extirpam⁹. Palla. Si ſpiſſa ſunt iteruelles aliqua vt cętera roboreniť. Plau. in Am. Vt ego iſelix homo fui qui non alas interuelli.

¶ Interula: pe. cor. camiſia. Hinc illud. Quem veſtire debuit interula veſtiuit interitu.

¶ Interuaco as. pe. cor. in medio vacuus maneo. Col. li. v. Bulbus tripedaneis interiacentibus ſpatijs obrut⁹ anno celerius maturam perticam præbet.

¶ Interuenio: is. penultima correpta in medio negocio quaſi ex inſidijs ſuperuenio & opprimo in ipſo actu qui rem celatam vellent. Terẽ. in Adel. Interuenit homo de improuiſo. Et interuenire eſt intereſſe. Cicero. Qđ nõ eſſet factum ſi ipſe interueniſſem. & Intercedere. qđ ab eccleſiaſticis ſæpiſſime vſurpatur.

¶ Interuenium: quod eſt iter venas. Vict. li. viij. Sed nõ per interuenia dilabanť & decreſcant.

¶ Interuerto callide ſurripio: quod plerũq; fit cum rem commodatam aut creditam dolo ne domino reſtituatur efficimus. Cice. in Ver. Candelabrum qđ rex ægypti Ioui Capitolino dono tulerat a Verre qui illud commodato a rege acceperat interuerſum eſſe conqueritur. Plautus in Aſi. Hem iſtuc ago quo modo argentum iteruertam. Inuerto vero eſt quaſi in contrarium verto: vt veſtem aut pellem ſeu etiam verba præpoſtere pronuncio: vt lauo vola.

¶ Interuiſo is. pe. produ. quaſi interim viſo. Ci. Mario. Teq; & iſtam rationem ocij tui & laudo & vehemẽter probo: q; q; minus interuiſis hoc ſero animo æquiore.

¶Inteſtatus dicitur nõ ſolum qui mortuus eſt nullo cõfecto teſtamento: ſed etiam cuius ex teſtamento adita non eſt hæreditas: vt inquit Paulus. Item Inteſtatus eſt cuius verbis non adhibetur fides: qui ve teſtis eſſe non põt. Põpo. Ipſe cũ vno ſeruo ſenex iteſtatus proficiſcit.

¶Inteſtabilis qui iure teſtamentũ facere nõ poteſt: & cuius teſtimonium non accipitur. Caius de teſtamentis. Inteſtabilis cum lege quis eſſe iubet eo pertinet ne eiꝰ teſtimonium recipiat: & eo amplius vt quidam putant neve ipſi dicatur teſtimonium. Gel. ꝑ deteſtabili poſuit. Eos tamen qui ad Annibalem nõ rediiſſent vſqꝫ adeo iteſtabiles inuiſoſqꝫ fuiſſe: vt tedium vitæ ceperint: necemqꝫ ſibi conſciuerint.

¶Inteſtinus a. um. penultima producta qđ eſt intimum Vnde illa inteſtina dicuntur: quæ i interiori corporis parte clauduntur. Inteſtinum odium dicitur: vel occultum: vel magnum: hoc eſt cor & animam premens. Inteſtinũ opus qđ factum eſt ex ligno fabrorum. Var. libr. iij. de re ruſ. Cum villam haberes opere tectorio & iteſtino ac pauimentis nobilibus lithoſtrotis ſpectandam parum putaſſes eſſe ni tuis quoqꝫ litteris exornati parietes eſſent. Sciendum ꝙ inteſtina corporis ſex eſſe perhibent. Duo denum. ſ. qđ a longitudine. xij. digitorum nomen accepit ſicut Auicẽna teſtatur. Ieiunũ: ſic dictum quia nunq̃ qđ accipit cõtinet ſed protinus in inferiores partes trãſmittit. Vocatur & Hilla. Inde farcimina hillę dicunt. Hora. Perna magis ac magis hilla. Longum & alio nomine tenuius quod eſt in ſinus vehemẽter iplicitum. Hoc Var. Longanonem appellat quia longius eſt inteſtinũ hoc q̃ duo tenuia. Monoculũ qđ & cęcũ noiatur: quia in dexteriorem partem peruiũ nõ eſt. Colon a noſtris alius dicit: vbi magna dolorũ cauſa eſt. Nouiſſimũ eſt rectũ ita nominatũ quia in ima parte dirigitur qua excernit. Hæc autẽ inteſtina ab omento cõtegũtur. Et dicit neutro genere & inteſtinus maſculino. Ply. li. xj. Inteſtinus quibuſdam ab ore incipiẽs quadã via eodẽ inflectit: vt ſepię & polypo. In homie annexus infimo ſtomacho ſimilis canino. Differunt tamen inteſtina a viſceribus. Illa eñ inferiora ſunt hęc ſuperiora. Cęlſus lib. iiij. A viſceribus ad inteſtina veniendũ eſt. Alio noie dicuntur Interanea. Ply. Medelæ ſunt innumeræ ad interanea.

¶Intigo is. ex in & tingo. Tingere vero ificere & madefacere. Vñ intictũ qđ nos ſaporẽ i cibis dicimꝰ. Gręci embẽmata. Col. Hoc ſinapi ad embẽmata nõ ſolũ idoneo: ſed etiã ſpecioſo vteris. ἐμβάπτειν eñ tigere eſt. Ply. laudat intinctũ ex myrto. Ouid. li. ij. Faſ. Nutriat intinctos miſſa patella cibos. i. aliquo ſapore reſperſos.

¶Intorqueo es. cõtra ſeu itus torqueo iacio. Vir. Sacrũ qui cuſpide robur Læſerit & tergo ſceleratam intorſerit haſtam. Item intorqueo circũ torqueo. Col. li. iij. Cũ iam matura mala fuerint anteq̃ rumpant: pecioloa quibꝰ pẽdent intorqueto: eo modo ſeruabunt.

¶Intra ꝑpoſitio ab in deriuat. Luca. Intra caſtrorum timuit tẽtoria ductor. Intra cubiculũ: intra oppidũ ſignificat in tẽtorijs: i cubiculo: i oppido. Aliqñ ſignificat citra Ci. Sed tamẽ quoniã effugi eius occaſionẽ q fortaſſe arbitraret me hãc rẽpu. nõ putare ſi perpetuo tacerẽ: modice hoc factã: aut etiam intra modũ: vt & illius volũtati & meis ſtudijs ſeruiam. Modice. i. cũ modo. Intra modum . i. citra modum. Hoc eſt minus q̃ modice. Cuius contrarium eſt vltra modum. Sic dicimus in.

¶Intra famã. i. citra opinionem: vltra famam qđ eſt per q̃ multum. Quint. Hortenſij ſcripta tamen intra famam ſunt. Quomodo autem ad ſpatium & numerum referat Vide in dictione Infra. Ab intra fit interius a quo iterior intimus internus interaneus intrinſecus introrſum intrarius inteſtinus intro as.

¶Intrarius: qui itimus eſt. Plautus. Charos mihi atqꝫ intrarios amicos.

¶Intro aduerbium proximũ eſt voce & ſignificatione inter. Et ſicut inter & intra ab in deſcẽdunt: ſic intus & intro. Sed intus in loco & de loco intro ad locum ſignificat Et componit cum D. vt introduco. E. vt itroeo. G vt introgredior. M vt intromitto. R vt itrorumpo. V vt itrouoco. S vt introſpicio.

¶Intro as. ingredior intro vado.

¶Intrico as. pe. prod: implico. Vnde extrico eius cõtrarium. Trico vero a tricis quę ſunt implicationes. Plautꝰ Qđ argẽtum tu mihi: quas mihi tricas narras.

¶Intrinſecus & extrinſecus. pe. cor. aduerbia ſunt compoſita ab intra & extra & ſecus cum ſignificat iuxta. Hiero. ad Iulianum ea complexus eſt. Callidiſſimus inqt aduerſarius & inueteratus dierum malorum nouit alia q̃ extrinſecus ſunt & a philoſophis quoqꝫ mundi adiaphora hoc eſt indifferẽtia vocãtur: in eorumqꝫ amiſſiõe atqꝫ cõtemptu perfectam nõ eſſe virtutem; alia quæ intrĩſecus & de ſe data cogant dolere perdẽtem. Inueniũtur tamen hæc nomina apud recentiores.

¶Intritum penul. prod. nomen ab intero deductum: de quo pauloante. Cibus in mortario tritus vt eſt alleatum Mar. Circũlata diu menſis intrita ſecundis. Eſt & participium Intritus a. um.

¶Introduco is. pe. produ. ſignificat intra aliquẽ locum duco. Sal. Vulturtium cum legatis introducit. Per trãſlationẽ eſt inſtruo doceo. Vnde introductionis pricipium quã gręci εἰσαγωγὴν vocant.

¶Introeo is. notum. Cice. in Læl. Fuerat equius vt priꝰ introieram: ſic prius de vita exirem. Inde fit Introitꝰ us: pro ingreſſu.

¶Introgredior eris. ſicut ſonat. Virg. Poſtq̃ introgreſſi & coram data copia fandi.

¶Intromitto is. Ter. Vereor ne illud grauius Phoedria tulerit: neue aliorſum atqꝫ ego feci acceperit ꝙ heri intromiſſus non eſt.

¶Introrũpo is. quaſi cũ impetu itroeo. Gel. Certa emiſſa in cubiculum Sertorij introrupit Hellanicus.

¶Introſpicio is. pe. cor. Amb. li. j. offi. Introſpice hulcera & vibices aiæ eius & cordis mœſtitudinẽ.

¶Introuoco pe. cor. Liu. lib. x. Fabius nihil ꝑcatus populũ q̃ vt priuſq̃ itrouocarent ad ſuffragiũ tribꝰ: Appij Claudij pretoris allatas ex Hetruria litteras audirent.

¶Introrſus aduerbiũ quid ſignificet declarat Cęſar lib. iij. Ab eo flumine pari accliuitate collis naſcebat aduerſus huic & cõtrarius paſſibꝰ circiter ducentis iferius apertus a ſuperiore parte ſylueſtris: vt nõ facile introrſus perſpici poſſet. Quidam volunt itelligi introrſus a lęua parte: & interiorem a ſiniſtra.

¶Intybus penul. correpta generis fœmi. In plurali intyba neutri: & intybi maſculini. Vergi. Et amaris intyba fibris. Ply. lib. xx. Intybi quiqꝫ non extera remedia ſunt: ſuccus eorum cum roſaceo & aceto capitis dolores lenit Hęrba eſt capilloſa & amara: cuius tenues capilli ſegetes ambiunt & enecant. Intybum erraticum antiqui cicoreã vocant.

¶Intueor eris. Vide in dictione tueor.

¶Intutus ta. tũ. pe. produ. nõ ſecurus. Liu. lib. v. Caſtra gallorum intuta neglectaqꝫ ab omni parte nacti inadũt. ✕Intus ab in fit & ſignificat i loco. Plau. Quis itus eſt. C

¶Inuado is. pe. pro. inceſſo: & tam datiuo q̃ accuſatiuo iungitur. Var. de vi. pa. Tanta porro iuaſit cupiditas bonorum plęriſqꝫ. Et inuadere eſt repente & cum impetu aliquem ingredi. Verg. Inuadunt vrbem ſomno vinoqꝫ ſepultam. Sal. Priuſq̃ hoſtes iuaderet. Item igredi ſiue incipere. Ci. Non potui magis in arcem illius cauſę iuade-

re. Vergilius libro. vj. Nunc inuade viam: vaginaq; eripe ferrum.

¶ Inualeſco is. robur ac firmitatem acquiro. Vnde inualuiſſe conſuetudinem: inualuiſſe mores dicimus.

¶ Inualitudo imbecillitas. Ci. in Lel. Q; autem ĩ his nonis in collegio noſtro nõ affuiſſes inualitudinem reſpondeo cauſam non mœſtitiam fuiſſe.

¶ Inueho is. ſumiꝛ modo pro ſimplici. Ver. Cẽtauro inuehitur magna. Quandoq; intro veho. Liu. li. vj. Quãtũq; Romana ſe inuexit acies: tantũ hoſtes gradu demoti. Inuehor deponens ſignificat maledictis aggredior: & veluti quodam impetu ſermonis in aliquem feror. Cice. In eam itaq; Panſa vehementer inuectus.

¶ Inuectiuę orationes ſunt aduerſus aliquem ſcriptę: ꝙ in illius mores inuehamur.

¶ Inuenio is. pen. cor. comperio quaſi in aliquid venio. Ver. Inueni germana viam. Hinc inuentiones & inuẽta. Differuntq; ſecundum aliquos inuenio & reperio: ꝙ inuenire ſit rem quęſitam offendere. Reperire a caſu. Ouidi⁹. Tu non inuenta reperta es.

¶ Inuerto quaſi in contrarium verto. Vide ĩ dictione interuerto.

¶ In verſum in numerũ. Verg. Ille etiam feras ĩ verſum diſtulit hulmos.

¶ Inueſtigo penul. produ. ſignificat quęrendo inuenio. Tractum a venatoribus: qui per veſtigia feras quaerẽdo inueniunt. Terẽ. Nihil tam difficile eſt quin quęrendo inueſtigari poſſit. Cice. pro Liga. Sed quoniam diligentia amici inueſtigatum eſt qđ latebat: confitendũ eſt vt opinor. Interdum tamen ſignificat veſtigo. i. quęro. Teren. in Eu. Vbi quaeram? vbi inueſtigem? quem percuncter? qua inſiſtam via incertus ſum. Cice. lib. j. offi. Inp rimiſq; eſt hominis propria veri inquiſitio atq; inueſtigatio. Sed quoniã in quandoq; negationẽ innuit: ſumiꝛ etiam pro nõ inuenio: vt eſt illud apoſtolicũ. O altitudo diuitiarũ ſapientię & ſcientię dei q̃ incõprehẽſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles viae eius.

¶ Inueſtire eſt quaſi ornare. Ply. li. xxxv. Publicas porticus inueſtiuit pictura.

⁎ Inueſtes inermes dicimus: ſiue vt quidam volunt impuberes. Cc.

¶ Inuetereſco ex in & vetereſco. Vetereſco autem a vetero as. fit. Vetero a vetus. Vetero non repperi ſed tantum vetereſco: quorum pręterita niſi q̃ legi: ſed veteraui ambo facere oportet ſi iueniantur. Nam vetero & vetereſco eodem modo in ſignificatione ſua procedere puto quo integro & itegraſco. In formatione vero etiam ſimiliter niſi ꝙ inuetereſco mutat a in e ſicut cõſano conſaneſco. Reſano reſaneſco. Hilaro hilareſco. Incuruo icurueſco. & alia huiuſmodi. Sic inuetero & inuetereſco inueteraui. Lact. li. ij. in actiua ſignificatione poſuit. Hęc verſutia & his artib⁹ notitiam dei veri ac ſingularis apud omnes gẽtes inueterauerunt. i. in deſuetudinem poſuerunt. Inuetereſco paſſiue Teren. in hecy. prolog. dixit. Nouas qui exactas feci: vt inueterſcerent: ne cum poeta ſcriptura inuaneſceret. Do. inueterſcerent in deſuetudinẽ venirent ſpectarenꝛ: amarenꝛ. Colum. pꝛõ vſus lib. vij. in paſſiua ſignificatione: & proprie de morbo dicens. Sed ſi iam inueterauit: vehemẽtioribus eſt opus remedijs. Cic. quoq; in Cato. Iam omnis conglutinatio recens ęgre inueterata facillime diuellitur.

¶ Inueterati etiam dicuntur qui in malis iſenuerunt: vt in ſacris litteris. Inueterate dierum malorum.

¶ Inuicẽ pe. cor. Ex in & vicẽ proprie ſignificat mutuo. Quinti. Qui ſe ardẽtiſſimo amore inuicẽ dilexerũt. Aliquando ſumiꝛ pro ſecundo loco. Ply. Iunior. Habes res vrbanas: inuicem ruſticas ſcribe.

¶ Inuideo es. penul. cor. ex in & video ſignificat inuidiã habeo: hoc eſt ex alicuius rebus ſecundis dolore afficior. Tractum a nimis videndo: ꝙ oculos & animum ĩ eos quibus inuidemus continue intẽtos teneamus. Vnde etiam cum accuſatiuo conſtructum inuenitur. Ouid. Troades inuideo. Verg. Inuidet imperium. Idem poſt accuſatiuũ poſuit datiuum. Liber pampineas iuidit collibus vuas. Sic enim decenter dicimus inuideo tibi doctrinas. Fortuna mihi inuidet diuitias. Plyn. Neq; ego vt multi inuideo alijs bonum quo ipſe careo. Apule. Mihi fortuna diuitias inuidit. Ci. li. iij. tuſ. Vt nobis optimam naturam inuidiſſe videantur. Priſci. tamen ĩ negatiue exponit dicens. Inuideo tibi quaſi non videns tibi fio: hoc eſt nõ ferens te bene agentem videre. Aliquando inuidere ſignificat interius vel penitus videre. Cic. lib. de ora. Itaq; ne hoc poſſum dicere me omnino ignorare quid poſſideat: neq; plane noſſe atq; inuidiſſe. Hiero. de vera circunciſione. Quis inuidet domini verbum de corde patris eructatum? Sciendum ꝙ licet inuideo actiuum ſit tamen conſuetudine datiuo iũgiꝛ: immo vt Diome. docet vltra datiuum poteſt regere genitiuum accuſatiuum & ablatiuũ: vt inuideo tibi gloriae: gloriam: & gloria. Eius paſſiuum eſt inuideor: vt Ego inuideo tibi: & tu inuideris a me. Hora. Ego cur acquirere pauca Si poſſum inuideor. Plaut⁹ in Tru. Mauelim mihi inimicos inuidere: q̃ me inimicis meis. Nam inuidere alij bene eſſe: tibi male eſſe miſerum eſt. Qui inuident egent: illi quibus inuidetur rem habẽt. Eſt quando inuidere ponitur pro odiſſe ꝙ cõtra votum nimium videmus. Ouid. Troia iacet certe Danais inuiſa puellis. Ci. Dijs hominibuſq; inuiſus.

¶ Inuidia ab inuideo fit: & ſignificat actum ipſum inuidẽdi: qui eſt dolor alienę fœlicitatis. Aliquãdo pro odio & maleuolentia ſumitur. Eſt enim vel dicto vel facto in alterum maleuolentiae conciliatio: vt ſi quis calamitates ſuas referat: oſtendatve vt auctori calamitatum cõcitet odium cęterorum: qđ dicitur inuidiam facere vel vocare vel adducere ad inuidiam. Quintilianus. Nec ei tot ſcelerum commemoratione concitarem inuidiam. Terenti⁹. Ita vt ſine inuidia laudem inuenias: & amicos pares. Inde inuidioſa res dicitur quae facti atrocitatem augens inuiſum illud vł illius auctorem faciet. Huius diminutiuũ eſt inuidiola. Idem. Cum neſcio quid inter eos inuidiolę exortum fuiſſet.

¶ Inuidentia eſt ęgritudo animi quae propter res ſecundas alterius ſuſcipitur: quae nullam iacturam afferant inuidenti. Cicero in tertia Tuſc. Ab inuidendo inuidentia recte dici poteſt: vt effugiamus ambiguum nomen inuidiae. Cadit enim in vtrunq; & in eum qui inuidet: & in eũ cui inuidetur. Vnde potentia & opes inuidioſę dicuntur: qđ verbum ductum eſt a nimis videndo fortunam alterius. Vbi inuidentiam q̃ inuidiam dicere maluit: tanq̃ inuidentia inuidi ſit: inuidia eius cui inuidetur. Sed in frequenti vſu eſt inuidia magis q̃ inuidentia apud doctos: indoctoſq; indiſcriminatim. Inuidia diſtat ab odio ꝙ inuidemus fortunato: odimus vitioſum: ꝙ inuidiam profiteri erubeſcimus: odiſſe palam decorum eſt: ꝙ inuidia hominum tantum eſt: odium reliquarum etiam animantium: vt inquit Plutar. in lib. de inuidia & odio.

¶ Inuidus qui actu alicui inuidet. Hor. Inuidus alterius macreſcit rebus opimis.

¶ Inuidioſus q morbo iuidentiae laborat. Ouid. Tẽpus edax rerũ: tuq; iuidioſa vetuſtas Oia deſtruitis. Interdũ ſumiꝛ pro eo cui habeꝛ inuidia. Idẽ. Pactoloq; petit q̃ q̃ nõ aureus illo Tẽpore: nec charis erat inuidioſus harenis Sic potẽtia & opes inuidioſę dicuntur. Cicero Dolobellae. Contingit enim tibi qđ haud ſcio an nemini: vt ſumma ſeueritas animaduerſionis non modo non inuidio-

ſa: ſed etiam popularis. Et inuidioſus odioſus atq; inuiſus dicitur. Vnde inuidioſa res dicit̃ quae facti atrocitatẽ augens inuiſum illud vel illius auctorem facit.

¶ Inuide facere dicit̃ qui per inuidiam aliquid agit.

¶ Inuigilo as. pe. cor. ſupra ſiue intus vigilo: ſollicit⁹ ſum Lact. lib. iiij. Vel cuſtodiendis domibus inuigilat.

¶ Inuito as. pe. pro. manifeſtam habet ſignificationem quã ponit Cice. Ad quem fruendum non modo non retrahit: verũ etiam inuitat atq; allectat ſenectus. i. prouocat Et inuitare eſt delectari. Virgi. lib. j. geo. Inuitat genialis hyems: curaſq; reſoluit. Item replere. Plau. in Amp. Mira ſunt niſi inuitant ſeſe pluſculum.

¶ Inuitatus. us. inuitamentum & inuitatio pro eodẽ ſumunt̃. Cic. Ceſari. Mitto ad te Trebatium atq; ita mitto vt initio mea ſponte poſt autem inuitatu tuo mittẽdum duxerim. Idem in Hortẽ. Voluntates autem nulla ad neceſſarias inuitamenta afferunt ſenibus.

¶ Inuitus a. um. qđ non libenter fit. Teren. in And. Fecit hodie vt fierent inſpirante atq; inuito Pamphilo. Cic. lib. ij. ad herẽ. Sin eſt probus cur talem inuitam inuitum cogis relinquere. Idem comparatiuum poſuit: cum ait. Quem ego paulo ſciebam vel impudentius vel inuitius nolo enĩ dicere de tam ſuaui homine faſtidioſius.

⁎ Inumbrare eſt tegẽdo vmbram facere: & qđ dicit̃ opacare. Per metaphoram tamen ponit̃ pro tueri atq; defendere que tralatio ſumpta eſt ab arboribus. Cc.

¶ Inunco as. quaſi vnco inuado & arripio. Lucil. Aut q nũmos triſtis inuncat. Col. lib. viij. Tum etiam quotidie minuit̃ lana: quae q̃to prolixior in pectore concreſcit: tãto magis obnoxium eſt rubis quibus velut hamis inuncata a paſcentium tergoribus auellitur.

¶ Inundo as. q̃nq; abſolute ponit̃ & ſignificat creſco & extra alueũ verſor. Ply. Anteq̃ nilus inundaret. Quãdo q; actiue & pro ambulo ponit̃. Idẽ. Agros & ſata omnia inundauit. Hinc fit inundatio pro diluuio.

¶ In vnguẽ & ad vnguẽ ſignificat ad perfectionẽ. Verg. li. ij. Geo. Nec ſecius omnis in vnguem Arboribus poſitis ſecto via limite quadret. Trãſlatio a lapicidis qui vngue marmoris leuitatem experiuntur.

¶ Inuius ia. ium. quod eſt ſine via: & per quod iri nõ põt.

⁎ In vniuerſum vniuerſaliter. Quinti. In vniuerſum autem precipue. i. generaliter. Cc.

J. ante O.

⁎ Io vide Iſis.

⁎ Iobacchus bacchi cognomẽ ἀπὸ τῆς ἰῶς καὶ βάκχω .i. a voce & clamo. Cc.

⁎ Iocus verbis eſt. vnde Iocor qđ modo ludo ſignificat modo nõ ſerio loquor: ſed nugas ago. Aliquando facete & cũ venuſtate quadam loquor. Iocus i plurali Ioci & Ioca facit quae ſignificãt dicteria. Inde Iocoſus & Iocularε qđ modo luſorium ſignificat modo inane non ſeriũ modo amoenum & venuſtum. Cc.

⁎ Iolaus Iphicli fili⁹ fuit a quo Sardinij Iolẽſes dicti ſunt quia illam inſulam ad pacem reduxit. Cc.

⁎ Iole Euryti Aetoliae regis filia fuit quam amauit Hercules. Cc.

⁎ Ion violaceę gemmę ſpecies ſed raro ſaturo colore lucet. apud Indos inuenitur. Cc.

⁎ Ion Xuti fili⁹ fuit a quo Ionia dicta ẽ atheniẽſiũ ciuitas ſicut a Cecrope cõditore cecropia & a Mopſo Mopſopia

⁎ Ioppe vrbs quã ferunt ante diluuium conditam. Cc.

⁎ Iouinianos diu⁹ Maximianus voluit vocari qui ſe fortiter in illyrio geſſiſſent. Cc.

⁎ Iouis gẽma quę vltra candorem & leuis eſt & tenera. C.

⁎ Iouiſte compoſitum ex Ioue & iuſte. Cc.

¶ Ionia regio minoris aſiae media inter Cariã & Aeoliã ab Ionio athenienſium duce cognominata qui eã regionẽ ſubegit. Vel a Iano Iaphet filio vt Ioſephus inquit. In ea Miletũ ciuitas Priennis Epheſus & Clazomenę.

¶ Iordanis fluuius in iudęa eximię ſuauitatis. Orit̃ ad radices Libani: duobus fontib⁹ ſurgit: alteri nomẽ Ior: alteri Dan: qui ſimul iuncti Iordanis nomen efficiunt.

J. ante P.

Ipſe. a. um. pronomen demonſtratiuũ quãdo ſcilicet cũ alijs pronominibus iunctum coꝝ accipit ſignificationẽ vt egoipſe: tuipſe: illeipſe. Inuenit̃ tamen ſepe abſq; alijs per eclipſim prolatum & tamen eorum habens ſignificationem: que cum eo ſubaudiuntur. Verg. Queq; ipſe miſerrima vidi. Aliquando relatiuum eſt. Idẽ. Ipſe arduus altaq; pulſat Sydera. Aliq̃n Emphaſim. i. expreſſionẽ alicuius rei latentis habet: vt ſi dicam. Ipſe pater de quo minus credẽdum eſſet qui hoc fecit. Qꝫ ſi ei addat̃ particula met: vt ipſemet: diſcretio ſignat̃. Hoc eſt ipſe ſolus: & non cũ alijs: vel ipſe per ſe: & non per alios. Aliquando ſignificat ſimilẽ: vnde & cõparatiuum habet ipſior: & ſuperlatiuum ipſiſſimus. i. ſimilior ſimillimus. Apud veteres ipſus pro ipſe dicebat̃. Teren. Ipſus eſt.

¶ Ipſippe: id eſt ipſi nec alij.

¶ Ips vermiculus eſt: qui cornua viteſq; perrodit: vt cis frumenta: trips ligna: ſis veſtes: is vitra: midas fabam: Declinatio autem huius nominis nõ facilis eſt: Vñ docet ſic Suidas. ἲψ ὁ σκώληξ καὶ κλίνεται ἰπὸς καὶ τὸ πληθυντικὸν ἶπες. i. Ips vermiculus & declinat̃ ips ipis. Et pluraliter ipes.

¶ Ipſulces bracteae dicebantur in muliebrem virilemvẽ ſpeciem expreſſę.

⁎ Ipſiclus Amphitrionis & Alcmenę fili⁹ vno partu cũ Hercule editus. Cc.

⁎ Iphigenia Agamẽnonis & Clytẽneſtrę filia fuit. Cc.

⁎ Iphinous vnus ex centauris. Cc.

⁎ Iphitus filius Praxonidis ſiue Hemonis qui primus olympiada inſtituit. Cc.

⁎ Iphianaſſa Melampodis vxor fuit & Pręti filia ob pulchritudinem a Iunone in furorẽ eſt verſa: ſed a Melampode ſanata. Cc.

J. ante R.

¶ Ir neutri generis & indeclinabile ꝓprie manus concauitas: licet quandoq; pro ipſa manu ponatur.

¶ Ira dicta eſt ab eo q; eſt ire. Nam a ſe it q iraſcit̃ & furit Vnde & qui iram deponit ad ſe redire dicit̃. Terẽ. in adel. Tandẽ reprime iracundiã: & ad te redi. Eſt aũt ira libido puniendi eius: a quo iniuria offenſi ſumus.

¶ Iratus dicit̃ qui ex aliqua re laceſſitus excãduit: etiam ſi natura non ſit iracundus.

¶ Irate aduerbium per iram ſignificat.

¶ Iracũdus q ex pua vl̃ nulla cã / quiq; natura ad irã ꝓcliuis eſt: etiã ſi tũc nulla moueat̃ ira. Hic iracũdia dicta (auctore Feſto) q; irã incẽdat. Dona. Ira de cauſa ẽ: iracũdia de vitio multũ iraſcẽtis. Sene. li. de ira. Ira quo diffet ab iracũdia apparet: quo ebri⁹ ab ebrioſo: & timẽs a timido Iratus poteſt eſſe nõ iracũdus. Iracũdus poteſt aliquãdo nõ iratus eſſe. Vſurpatiue tñ iracundia ponit̃ pro ira. Ci. li. iij. tuſ. Iracundia eſt vlciſcendi libido.

¶ Iraſcor iraſceris iratus conſtruit̃ cum datiuo. Plautus Noli amabo Amphytrio iraſci Soſię cauſa mea. Huius compoſita ſunt. Subiraſcor quod eſt paulum iraſcor. Obiraſcor contra iraſcor. Liui. li. j. Fortunę vt ſit obiraſti cultum reliquerant deum.

¶ Irepedibus in ſententiam quid ſignificet. Vide ſupra in eo is.

¶ Irenarches ſiue Irenarcha dicit̃: qui ad tollẽdas diſcordias & pacãdos ciuium animos ĩ ciuitate pręficit̃. Apud iuriſconſultos tamẽ dicit̃: qui diſciplinę publicę & corrigendis moribus pręficit̃. Gręci enim εἰρήνην pacẽ vocãt & ἄρχων. p̃fectum aut principem.

¶ Iris is. vel idis arcus cœleſtis ab εἴρειν. qđ eſt nunciare. Nam poetę deoꝝ nunciam fingunt. Verg. Irim de cœlo miſit ſaturnia Iuno. Hui⁹ arcus cauſa eſt radius ſolis cauę nubi immiſſus: qui repulſa acie in ſolem refringitur. Nubes cũ formã arcus diſcoloris efficiunt: quia alię partes eaꝝ tumidiores ſunt: alię ſummiſſiores: & quędã craſſiores: q̃ vt ſolem trãſmittant: alię imbecilliores q̃ vt excludant. Hęc inęqualitas alternis lucem vmbramq; commiſcet & exprimit illã mirabilẽ arcus varietatẽ. Eſt & iris herba ſuauiſſimi odoris: vt Ply. lib. xxj. teſtis eſt: cuius radicem dixit in vnguẽtis & medicinis cõmendari. Caulem habet cubitalem & rectum: radicem raphano ſimilẽ: quæ ſternutamenta mouet. Floret diuerſorum colorum ſpecie quaſi arcus cœleſtis: a quo nomẽ habet: vulgo dicitur lilium cęruleum.

⁎ Irceus vero gen⁹ eſt farciminis. Cc.

⁎ Irinum oleum eſt qđ ex iride fit. Cc.

¶ Ironia cum accentu in penu. dici poteſt ſimulatio vel illuſio εἰρωνεία ab εἴρω dico: & inde εἰρωνεύομαι in voce paſſiui qđ eſt cauillor. Figura cum aliquid per contrariũ dicitur & illuſionem.

¶ Irretio is. a rete fit & ſignificat retineo: rete quaſi capio. Vnde irretitus dicit̃ qui aliqua fraude vł blãditijs aut dolo quaſi rete captus. Lact. li. iij. Eos autẽ qui deũ ſciũt dolis & aſtu aggredit̃: vt cupiditate aut libidine irretiat aut peccatis blandiẽtibus deprauatos impellat ad mortem.

¶ Irraucio is. irrauſi. ſum. ex in & raucio qđ a raucus deſcẽdit. Et ſignificat raucus fio. Dicit̃ & irraucco es. irraucui. Ci. li. de ora. At Aeſopũ ſi paulũ irraucuerit explodi

¶ Irpices pe. cor. genus raſtroꝝ ferreorum ſeu regule cũ pluribus dentibus quos item vt plauſtra boues trahunt: vt proruant glebas & extirpent herbas in agris.

¶ Irrepo is. pe. pro. pſi. ptum. ſignificat paſſim & latẽter more reptilium intro eo: cuius frequentatiuũ eſt irrepto. Hora. Verum opere in longo fas eſt irrepere ſomnum.

¶ Irripio is. penul. cor. intus rapio. Ci. Irripiunt in ædes ſubito.

¶ Irrigo as. pe. cor. ex in & rigo: ſignificat quaſi riuos in agrum deduco. Rigo autem a riguus.

¶ Irriguus a. um. qđ irrigat̃: vel facile irrigari poteſt. Cato. Vinea eſt prima vel ſi vino multo eſt. Secundo loco hortus irriguus. Accipit̃ & quãdoq; in ſignificatiõe actiua: vt aqua irrigua quę irrigat. Verg. li. iiij. geo. Irriguũq; bibant violaria fontem. Tibul. Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas. Amb. ſubſtantiuo vſus eſt. Magna eſt eleemoſyna quę ardẽtium criminum globos beniuolentię ſuę fonte refrigerat: & quodã irriguo largitatis obruit incendia delictoꝝ. Et lib. hexa. Q; ſi irriguis aquarũ plęrũq; & ſegetes lętiores ſunt.

¶ Irrito as. pe. cor. componit̃ ex in & rato as. quo veteres vtebant̃ pro ratum facio: approbo: & ſignificat non ratũ eſſe volo vel oſtendo vel facio. Et irritũ improbatũ nõ ratum: & per tranſlationem in nihilum redactũ. Verg. Irrita perpetua ſoluent formidine terras. Terẽ. in Phor. Quoſt dictũ indictũ eſt: qđ erat ratũ id irritum eſt.

¶ Irrito as. pe. prod. ſignificat prouoco: iramq; incẽdo. Frequentatiuum ab irruo per mutationem u in i: euphoniæ cauſa. Tractum a canibus: qui cum prouocantur irruunt: vel vt Do. ait. Qui reſtrictis dentibus hanc litterã r. imitantur. Verg. li. x. Irritatq; virum telis & voce laceſſit. Ouid. lib. ij. faſt. Tum ſicco primas irritat cortice flãmas. i. ſuſcitat. Plau. in Amp. Irritabis crabrones. Eſt & prorito as. penul. produ. Nam ſicut irrito pro laceſſo ab irruo eſt: ita prorito a proruo. Nec multum in ſignificatione differunt. Nam prorito idem eſt qđ prouoco. Col. lib. ij. Lini ſemẽ niſi magnus eſt eius in ea regione quam colis prouentus & pretium prorita: ſerendum non eſt. Agris enim pręcipue noxium eſt. Hic in bonam partem ſumitur. Irrito vero magis frequentatum eſt: q̃ prorito. Et ferme ſemp acris maloq; vehementię. Prorito nõ ſic: ſed in bonam & in malam partem vti prouoco capi poſſet. Irrito ſemper in malam.

¶ Irrogo as. pe. cor. infero: infligo. Plau. in cap. Qui cõſilium iniere quo nos victu & vita prohibeant: ijs diem dicam: irrogabo multam: vt mihi cœnas decem meo arbitratu dent cum cara annona ſit. Auguſt. li. iiij. de ci. dei. Nam iuſtis quicquid malorum ab iniquis dominis irrogatur non eſt pœna criminis ſed virtutis examen.

¶ Irruo cũ impetu feror. Sal. Cum forte in eum irruerẽt facile repulſi. Do. Irruere ꝓprie dicunt̃ qui cum furore p̃liũ ineunt. Quãdoq; ratione p̄poſitionis in ſignificat intro ruo: intromitto: ingero. Aug. Vidiſtis mulierem in ciuitate famoſam non inuitatam irruiſſe conuiuio.

¶ Irrugio is. valde rugio. Hiero. in Gen̄. Auditis Eſau ſermonibus patris irrugijt clamore.

¶ Irrumpo violenter & cum impetu ingredior. Plynius lib. xxxv. L. Hoſtilius Mancinus qui primus carthaginem irruperat. Lactan. libr. ij. Nam cum ab Alexandro capta ciuitas eſſet ac milites ad eam ſpoliandam irrupiſſent. Et ferme ſemp in hac ſignificatione hoc verbo vtũtur auctores. Lactan. proprie ſumpſit libro ſexto pro penitus frango. Summum iter ſe hominum vinculum eſt humanitas: quod qui irrupuerit nefarius & parricida exiſtimandus eſt.

¶ Irrumo as. penul. cor. a ruma mamma. Vide in dictione fello fellas.

⁎ Iruola vaſis genus in ſacris. Cc.

I. ante S.

¶ Is: ea: id: eandẽ ſignificationẽ habet quã hic & eũdem locum retinet: vt qui diuitias cupit: is vel hic: vel ille: vel idem auarus eſt. Ab is fit iſce: ſicut ab hic hicce.

¶ Is vrbs a Babylone itinere dierum octo diſtans: apud quam eſt Is fluuius e quo bitumen totius babylonis ſubminiſtrabatur.

¶ Iſæus cum æ. diph. nomen rhetoris pariter & philoſophi quem Philoſtratus in vitis ſophiſtarum aſſyriũ tradit. Cuius hoc fuit inuentum: omnem materiam in breue conijcere. Eſt & nomen fluminis.

¶ Iſagoge pe. pro. latine itroductio dicit̃ ex εἰς qđ in indicat & ἄγω duco. Vnde ἀγωγή ductio.

¶ Iſagogicon introductorium. Grammatoiſagogus litterarum introductor vel inductor ꝙ eas inducat. i. introducat quodam modo in corda diſcentium.

¶ Iſapis pe. pro. fluuius propinquus Cæſennę: vt Stra. lib. v. ſcribit.

¶ Iſara pe. cor. fluuius rhodano ſe iungẽs: vbi Cemen⁹ mõs rhodano applicat̃ vſq; huc ad Druentiam effertur in Hadriaticum ſinum.

⁎ Iſatia inſula eſt e regione Velię alio nomie Oenotris dicta. Cc.

¶ Iſaurũ ciuitas Pamphilię a qua Iſauricus Seruili⁹ romanus dictus eſt: qui Iſaurũ cepit. Ouid. Aphrica victorẽ de ſe vocat alter Iſaurum. Hic adeo pauper fuit: vt publico funere Romę elat⁹ fuerit. Ammian⁹ Iſaura plurali numero dixit. Claudiopolis: quã deduxit coloniã Clau

dius Cęſar Iſaura ante. Alij iſauriã fœmi. genere ꝓtulerũt. Sunt qui dicãt Iſauriam regionẽ minoris Aſiæ: dictã ꝙ vndiq; aurarũ flatibus pateat eiuſq; Metropolim eſſe Seleuciam.

* Iſchas hærbę genus radice cyperi aliter Leucachanta nominata. Cc.

¶ Iſchia ſcribit Iulius Pollux carnoſas poſt lũbos vtriq; eminẽtias appellari: quæ vero poſt hęc increſcũt γλουτοὶ: hoc eſt latine nates. Duo illa oſſa circa quæ verſura fit ita diſtinguunt: vt dicat cõcauũ illud ſupius κοτύλη latine acceptabulũ. Inferius vero ἰσχία qđ noſtri coxẽdicẽ dicũt. Quo etiã nomine & neru⁹ ille noiatur qui coxẽdicẽ femori cõmittit. Erit ergo coxẽdix vertebra cotylę ĩfixa quã pixidẽ appellãt neruis quibuſdã ita illigata vt facilis coxarũ motus atq; flexus fiat: vñ qui coxẽdice laborant iſchiadici vel iſchiaci dicunt. Ply. Mox aquã biberę catillo mire id prodeſſe iſchiadicis. Recẽtiores medici ſciaticam dicunt.

¶ Iſchyros cũ accentu in prima: latinè fortis dicitur ἰσχὺς enim fortitudo eſt.

¶ Iſchomache pe. cor. nomẽ compoſitũ ex ἰσχῶ habeo μάχη pugna. Quo nomie dicta eſt hippodamia quæ habuit in nuptijs ſuis pugnam Cẽtaurorũ. Hæc fuit Atracij filia quæ nupſit Perithoo.

¶ Iſis ſis. & idis. actm̃ facit iſim. Inachi filia. Io prius dicta. Quę olim pererrãs cũ ad nili fines perueniſſet Iouis amatoris ope formã vaccæ immutauit. Eſtq; ab ęgyptiis pro dea celebrata. De qua Luc. lib. vj. Nos in templa tuã Romana recipimus Iſim. Hoc etiã nomine dicta eſt inſula in ſinu Arabico. Suidas. Ἶσις αὕτη λέγεται ἰὼ ἣν ἥρπασεν ὁ ζεὺς ἐξ ἄργους καὶ τὴν ἥραν φοβούμενος αὐτὴν μετέβαλλε ποτὲ μὲν εἰς λευκὴν βοῦν ποτὲ δὲ εἰς μέλαιναν ποτὲ δὲ εἰς ἰώδους αμμεθ'ης πλανώμενος ἦλθεν εἰς αἴγυπτον. i. Iſis hæc dicitur Io. quã Iuppiter ex Argo rapuit: & Iunonẽ timẽs mutauit nũc in bouem candidã: nũc in nigrã: nũc in violaceã cum qua oberrãs in Aegyptum venit.

¶ Iſmarus pe. cor. generis maſ. in plurali neutri. Mons Thraciæ aſp & icultus ex vna parte: ex alia fertilis vinetis & oliuetis quẽ Orpheus incoluit vbi Iſmara vrbs ciconũ fuit. Ver. Nec tm̃ rhodope mirãt & Iſmar⁹ orphea.

¶ Iſmenus pe. ꝓ. fluui⁹ Bœotiæ ab Iſmeno Pelaſgi filio cognominatus. Statius. Horruit ingenti venientem Iſmenon aceruo.

* Iſocolan latine dicit cõpar & id eſſe dicunt rhetores qđ duabus aut pluribus ſententijs breuibus & inter ſe paribus exigitur. C.

¶ Iſocrates pe. cor. nomẽ maximi oratoris gręci: qui ꝑfectus magiſter: & ſcripſit multa pręclare: & docuit alios cuius domus cunctæ graeciæ quaſi ludus quidam patuit atq; officina diſcendi.

* Iſodomon vocabãt genus ſtructuræ in ædificijs quaſi æqualiter directum. Cc.

* Iſoetes Ambroſię genus aliter Chryſotheles ꝙ aureũ florem producat. Cc.

* Iſopleurus triangulus æquilaterus. Cc.

¶ Iſonymia cũ accẽtu in pe. latine Iuris æqualitas dicit

¶ Iſpellum ciuitas in vmbria ex altera montium parte: qua Camertes.

¶ Lacio. is. lacui & lexi ſcd̄m Priſcia. lacitū & lectū ſignificat in fraudē duco a lax q̄ fraus dicit̄. Huius compoſita ſunt: Allicio. Delicio. Elicio. Illicio. Oblicio. Pellicio. ex quibus fiūt frequētatiua: Allecto. delecto. electo. illecto. oblecto. pellecto. Et primitiua quidē habent duo p̄terita & duo ſupina quēadmodum lacio: q̄uis nōnulli ab elicio elicui ſolū velint formatū eſſe. Nā electo. as. a ſupino electum qd ab elexi format̄: cū alias a p̄terito elicui fiat ſupinum elicitū. a quo Elicito. as. Plau. in aſi. Ibo aduerſum atq́ȝ electabo quicquid illud ſit. Teren. in phor. Is ſenem per epiſtolas pellexit modo nō montē auri pollicēs. Liu. in Laudania. Te illo aſiatico ornatu fluens pellicuit.

¶ Lacer. & lacerus. a. um. pe. cor. dilaniatus. Lacer a veteribus dicebatur qui auribus curtat9 erat: I lacerū quodcūq́ȝ corpore imminutum.

¶ Lacero. as. dilanio. ſępius vulnero & quaſi per mēbra diſcindo. Tractū a lanijs q diſcidēdo corpora dilaniāt. Verg. Quid miſerū Aeneā laceras. Hu9 verbi cōpoſita ſunt. Dilacero: qd eſt deorſum lacero. Plau. in cap. Qui me meāq́ȝ rem quod in te vno fuit tuis ſceleſtus falcidicis fallacijs dilacerauiſti. Dilacero varie lacero. Lactā. lib. j. In quibus ipſe poſtea dilaceratus & carptus eſt.

¶ Lacerna virilis veſtis fimbriata & fere militaris q̄ graece chlamys noiat̄: dicta ꝙ capitio minor ſit a lacerando. Lacerū. n. dicimus qcqd corpe imminutū eſt. Haec vtriq́ȝ indui poterat & ex vtra pte reijci. Iuue. Criſpinus Tyrias humero reuocāte lacernas. Erāt apud veteres lacernae albae qbus vtebant̄ in ſpectaculis: erāt coccineae: erāt militares. Et a lacerna fit lacernat9. ſicut a tunica tunicat9

¶ Lacerna etiam genus veſtimenti.

¶ Lacerta ſerpētis genus cuius duo ſunt gn̄a. Altera ē maior & lacerta viridis dicit̄. Altera minor. hāc zygnida qdā: alij calcidē vocāt. In vtroq́ȝ gn̄e maſ. lacert9 dr̄ dict9 ꝙ pedes habeat ad ſimilitudinē noſtrorū lacertorū. Vir. Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos. Ply. lib. viij. Lacerti Arabiae cubitales.

¶ Lacertus ſerpentis genus de quo mō. Itē genus piſcis idoneus ad ſalſamenta. de quo Mar. Cū ſaxetani ponit̄ tibi cauda lacerti. Et i hoīe brachiū dicit̄ a cubito ad manus vertebrā. Oui. lib. j. me. Laudat digitoſq́ȝ manuſq́ȝ Brachiaq́ȝ & nudos media plus parte lacertos. Et quoniam lacerti muſculoſi ſunt & cōpacti pulpaſq́ȝ habēt duras ex ſe lacertus formauit adiectiuū Lacertoſus a. ū. p

toroſo robuſto ac valido. Colu. lib. vij. Fœminibus lacertoſis: cruribus compactis .i. dura carne et toroſa neruorumq; collecta carentis.

¶ Lacedęmon cum diph. in pe. Iouis filius: a quo hęc lacedęmon vel lacędemonia ſcdm latinos peloponeſi vrbs. Menelai regia: cuius ciues lacedæmones et lacedæmonę dicũtur. Vege. lib. iij. Athenienſes et lacedæmones ac Macedonas rerum potitos. Virgi. libro. vij. At nõ ſic phrygius penetret lacedęmona paſtor. Hæc alio nomine Sparta dicta eſt.

¶ Laconia prouincia in peloponeſo: quæ et Ocbalia: et lacedęmonia ab aliquibus dicitur. Hinc lacon maſ. gñis et lacęna fœm. Nec inuenitur lacenus ꝓ laconico habetq; lacęna diph. in pe. Virg. Nec tibi tyndaridis facies inuiſa lacænæ. Sta. lib. vj. The. Tandẽ inſpiratus Mida de plebe laconũ. Hinc et laconic⁹ a. um. vt ager laconicus. Similiter laconus a. um. Virg. lib. iiij. Virginibus bacchata lacęnis. Pauſanias aũt lib. ij. σπάρθη δὲ θυγάτηρ τοῦ εὐρώτου ἔνθεν ὄνομα πόλεως πελοποννήσου ἀμύκλας δὲ ἦν υἱὸς τοῦ λακεδαίμονος γενομένων δὲ ἀμύκλα παίδων ὑάκινθον μὲν νεώτατον τοῦ εἴδους κάλλιστον. .i. Sparta filia eurotę: inde nomẽ ciuitatis pelopõneſi: Amiclas vero fuit fili⁹ lacedęmonis.

¶ Laconicũ ſubſtãtiuũ ponitur ꝓ loco orbiculari ambitu in ſe recuruo in balneis: in q̃bus ſudor elicitur ſicco colore: vt docet Cęlſus. lib. ij. Et Vict. li. v. præcipit laconicũ ſudationeſq; cõiũgi debere tepidano. Eſteñ fornacula ex terra & tegulis mãmatis addito tomento cõcinnata: quę incluſo igne per ſpiracula pua calefit p præfurniũ. Hanc ſub nomine hypocauſti multi ſignauere. Nam hypocauſtũ vaporariũ interpretamur. Frequẽtabatur laconicũ a crudis: vt p deſudationẽ extruderetur quicquid excremẽtitij et ſudorifici humoris. Vnde Colu. in prologo. Mox deinde vt apti veniam⁹ ad ganeas quotidianam cruditatem laconicia excoqmus: et exuto ſudore ſitim quærimus. Dictum laconicum: q eo lacones peculiariter vterentur.

¶ Lacon. onis. pe. pro. q ex laconia eſt. Gręce λάκων. Quo nomine etiã ſignificatur celer. Et lacæna fœ. ge.

¶ Laydes pe. cõi. philoſophus cyreneus: qui athenas profectus nouæ academię princeps extitit: Archeſilæ q; ſucceſſor: appellatus eſt Oeconomicus: quia rei familiaris curam magnam habebat.

¶ Laceſſo. is. laceſſiui: et laceſſi per ſyncopen: et laceſſiſſe p laceſſiuiſſe: et laceſſerũt pro laceſſiuerunt. Cice. Hos ego ſermones q et multi ſunt: et tuã exiſtimationem (vt ſentio) nõ offendũt: laceſſiui nunq̃. Lact. lib. v. Omitto eos qui prioribus eã temporibus neq̃cq̃ laceſſerũt. Significat aũt laceſſere lacerare: ſiue ad lacerandũ ire. Sal. Pridie legiones in monte poſitas laceſſiuit. Generatim tamẽ ꝓuocare ad quicq̃ faciendũ: vel ad iram: vel ad certamen ſignificat: vt fit quũ quis laceratur: pulſatur: vel tãgitur: ſiue impellitur ſcripto: voce: verbo: facto. Cice. Cornifi. Sic igitur facies: meq; amabis et ſcripto aliquo laceſſes. Ego eñ reſpõdere facilius poſſem: q̃ prouocare. Virg. Efficiam poſthac ne quenq̃ voce laceſſas. Sal. Poſtremo diſſimulãdi cauſa: et ſiue expurgandi ſicut iurgio laceſſitus foret in ſenatum venit. Colu. lib. ij. Nonnũq̃ ſtimulo laceſſat iuuencum: quem reſte tractum calcitroſum etiã reddit.

¶ Lachanum pe. cor. dictio gręca λάχανον: qua omne genus holera comprehenditur. Horat. Ad porri et ciceris refero lachaniq; catinum.

¶ Lachanopoles pe. pro. holerum venditor. Lachanopolion locus vbi venduntur holera.

¶ Laganum vero per g. aliud ſignificat. Sunt eñ Lagana (vt inquit Acron) quædam quaſi membranulæ ex farina et aqua: quę iure pingui coctæ et caſeo: pipere: croco: cynnamomoq; conditę in cibis dantur.

¶ Lacheſis pe. cor. vna ex parcis eſt: quę de nobis ſortitur. Nam ſortiens latine interpretari poteſt. De hac in dictione Atropos dictum eſt. Michalua aũt grammaticus: λάχεσις δὲ λέγεται ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν φύεται γὰρ ἀνὴρ σὺν τῷ κλήρῳ ἐν χερσὶν πραξομένων. id eſt Lacheſis dicitur ab eo quod eſt ſortiri. &c.

¶ Laciniæ ſunt in veſtimento partes extremę et cæſuræ pticulatim conciſæ decoris cauſa vulgo frappæ dicuntur. Vnde laciniata veſtis: et aduerbiũ Laciniatim: quod ſignificat pticulatim et per flexuras. Apul. Nõ laciniatim diſperſo: ſed cuneatim ſtipato cõmeatu difficultates illas tranſabiremus. Col. lib. viij. iubet pec⁹ ægrotũ diſtribui in lacinias .i. in pticulas ſeparari: vt facilius conualeſcãt. Nam diſcreta animalia: et in partes diuiſa: in lacinias ſegregata dicũtur. Itẽ lacinia genus fungorũ qui ſubrufi circa caſtanearũ radices erũpunt.

¶ Lacinioſus a. um. accipitur pro flexuoſo ſinuoſoq; Hiero. ad Theophilum. Lacinioſus contra nos ſermo ꝓtractus eſt. Ab codẽ diſputatio lacinioſa dicitur: pro tortuoſa et implicata. Ab Apuleio. Cõuallis lacinioſa Et Alexandria fuit lacinioſa anguloſo procurſu.

¶ Lacinium promontorium italię inter adriaticum et Ionium a quodã latrone ibi ab Hercule interempto: qui lacinius vocabatur: quia boues fuerat prædatus.

¶ Lachryma a græco quod illi δάκρυον vocãt: d. in l. mutata: ſicut et l. in d. mutatur: vt Medius Fidius idẽ per Iouis filiũ: et meditor ꝓ melior. Sunt tamẽ qui negent hoc nomẽ græcũ eſſe: ſed latinũ tm̃: vt ſint lacrimæ dictę quaſi lacerimæ: quoniã ex animi laceratione lacrimæ citantur. Vſus tamẽ obtinuit: vt cũ h ſcribat. Cuius diminutiuũ eſt lachrymula. Ter. in Eunu. Vna me Hercule falſa lachrymula.

¶ Lachrymabile dignum lachrymis. Cuius cõtrariũ eſt Illachrymabile.

¶ Lachrymo lachrymas effundo: quod ad vites etiã transfertur. Lact. Caudice deſecto lachrymat ſua gaudia palmes. Huius cõpoſita ſunt Collachrymo. Terẽ. in An. Triſtis interim nõnũq̃ collachrymabat. Delachrymo deorſum lachrymo. Col. lib. v. Vt in terrã potius deuexa q̃ in germine delachrymet. Illachrymo. valde lachrymo. Virgi. lib. j. Georgicon. Et mœſtũ illachrymat templis ebur. Suplachrymo. Col. libro. v. Optimũ eſt igit̃ medio fere internodio ſubſidiariũ tõdere palmitẽ deuexãq; refectionẽ facere poſt gemmã ne ſuplachrymet: et germinantẽ cæcet oculũ. Eſt et lachrymor deponens ſignificationis actiuæ. Hier. Mihi narrare ante præſepium vbi plurimum lachrymata es non debueras.

¶ Lacus ſecundæ et quartæ declinationis: locus profundus cum aqua perpetuis ibidem natis: qui efficit riuos et flumina. Stagnum temporalem ibi aquã ſtagnantem habet: quę plęrunq; hyeme colligi ſolet: ęſtate ſiccari. Item lacus dicitur locus qui cõtinet muſtum pręlo ex vinaceis expreſſum et tranſmittit vt in dolia condantur. Nam pręlum proprie trabs eſt qua calcantur vuæ. Colu. Anteq̃ pręlo vinacea ſubijciãtur de lacu q̃ recentiſſimũ addito muſtũ in amphoram nouam eamq; oblinito et impicato diligenter. Ouid. in Faſtis Præmia de lacubus proxima muſta tuis. Ply. Ipſe vindemias colligo: ſi tamen colligere eſt nonnũq̃ decerpere vuam: torculum inuiſere guſtare de lacu muſtum. Græce λάκκος: Latine lacus. Vnde leneus bacchus: et lenobates vuæ calcator. Item lacus in ædificijs plana trabs vel tabulatum: quo tectorũ ac camerarũ ſuperiora ornantur. Lucillius. Reſultantq; ædeſq; lacuſq; Si

militer lacus carcer. Hiero. in Geñ. Innocens in lacum miſſus ſum. A lacus fit diminu. lacuſcul⁹. Col. Oportet habere lacuſculos tam multos: q̃ poſtulabit mod⁹

¶ Lacuna pe. pro. a lacu fit: et eſt aquæ collectio: quã alij lamã: alij luſtrã nominãt. Virg. lib. j. Georg. Pręſertim incertis ſi menſibus amnis abundãs Exit: et obducto late tenet omnia limo: Vnde cauæ tepido ſudãt humore lacunę. Vbi Ser. Lacunę ſunt foſſę: in q̃bus collecta aqua ſtare cõſueuit. Lacuna etiã dicitur foſſa ad ſiccãdos agros parata. Idem. Et totę ſolidam in glaciẽ vertere lacunæ. Item vallecula ſuperioris labri per ſimilitudinem lacuna vocatur a Lactantio. Huius diminutiuum eſt Lacunula.

¶ Lacunar pe. pro. diminutiuũ a lacus: et accipitur p̃ trabe. Suet. in Nero. Lacunana quę noctu ſup dormiẽtem laxata machina deciderent: parauit. Hoc etiam laquear et laquearũ per antiſtichon. Virg. Dependẽt lychni laquearibus aureis. ✕ Dicitur et lacunarium. Cc.

¶ Ladon fluuius arcadię. de quo Ouid. libro. j. Meta. Donec arenoſi placidũ ladonis ad amnem Venerat. Aphthonius in rhetoricis. Δάφνην δὲ θυγατέρα φησὶ τοῦ λάδωνος ποταμοῦ καὶ καλλίστην ὅτι. ✕. i. Daphnẽ filiam ait Ladonis amnis pulcherrimam.

¶ Ladanum eſt quoddam pingue ladæ hęrbę inſidẽs Hæc autem hęrba naſcitur in Cypro.

L ante ę.

¶ Lædo is. ſi. ſum. cũ ę. diph. ſignificat cõtumelia afficio: ſumptũ a Gręcis: q̃ lœdonam cõtumeliã vocant: ſed per œ. Transfertur tamen ad omne genus offẽſionis. Et cõſtruitur modo cum accuſatiuo. Virg. Ah ne te frigora lędãt. Modo cũ datiuo. Ter. Illc clęmẽs placidus: nulli lædere: arridere os omnibus. Huius cõpoſita ſunt Allido. Collido. Elido. Illido. Oblido: quę habent penultimam productã. De q̃bus ſuis locis.

¶ Laertes nomen patris Vlyſſis. Sed tamen laertius: non aũt laertes. æ. poſſem multos auctores citare. Sed ſufficiat Sophocles in tragœdia illa: quæ maſtigaphoros inſcribitur. ἀεὶ μὲν ὦ παῖ λαερτίου δὲ δόρκασε πει ραν τιν᾽ ἐχθρῶν ἁρπάσαι θηρώμενον. ✕. i. Sp o fili laerti vidi te per̃itiam quandã inimicorũ rapere venantẽ.

¶ Laerte. es. nomen vrbis Cilicię.

¶ Laertius nomen Hiſtorici: qui de philoſophorum vita ſcripſit.

¶ Læmargia cum accentu in penultima: a noſtris Ingluuies dicitur. Læmargus guloſus.

¶ Læna veſtis lanea: vt Var. ait habitus duplicis & auguralis amictus: quæ ſup cętera veſtimẽta imponebat Nonius docet eſſe veſtẽ militarem. Virg. Tyrioq̃ ardebat murice lęna. Gręci Chlęnam dicũt: vbi ch. abijcit.

¶ Lætus homo: qui hilaritatẽ quã intus habet etiam vultu oſtendit a latitudine mentis vt quidam putant. Nam qui gaudium aſpectu promunt dilatare quodãmodo faciem videntur. Virg. Imperio lęti parent. Lætas oues dicimus quæ bona ſunt corporis habitudine atq̃ pinguedine. Inanimata vero læta dicuntur: quæ aſpectu homines lętificant: vel quę pinguia ſunt. Vir. Quid faciat lætas ſegetes? Et lętum legumen: hoc eſt fertile. Idem. Vnde prius lætũ ſiliqua quaſſante legumen. Lęta vero prata: lęta domus: quę lętos nos faciũt Letum ſine diphthongo ſignificat mortem.

¶ Lætor gaudeo delectationem capio: ſed extrinſec⁹ quum Gaudere ſit intrinſecus: q̃uis ſępe confundantur. Teren. in Heau. Ego non tam meapte cauſa lętor q̃ illius quam ego ſcio honore quouis dignam. Conſtruitur modo cum ablatiuo: modo cũ genitiuo. Virg. lib. xj. Nec veterum memini: lætor ve malorum. Modo cum datiuo. vt Mihi gaudeo: tibi lętor. Modo abſolute. Ambro. Fides dominica lętabatur. Hinc fit compoſitum Collętor ſimul lętor.

¶ Læto as. lætum facio. Actius. Et tę vt triplici lætatem bono. Eſt et leto as. ſine æ in alio ſignificato.

¶ Lætifico. as. lętum facio. Plaut⁹. Ita meum cor hæc anus lętificauit modo.

¶ Lætiſco. is. lętus fio. Siſen. lib. iiij. Verum ne dij cultu erga ſe mortalium lætiſcant: an ſupernę gentes humana negligant.

¶ Lętitia eſt exultatio animi gaudio efferuentiore propter euentũ rerũ expetitarũ. Cic. Lętitia opinio recens boni prȩſentis: in quo efferri rectum videatur.

¶ Lętitudo idem quod lætitia. Actius. Quanta in venando affectus eſt lætitudine.

¶ Lętabilis idem quod lætus: a quo Illætabilis non lętus: triſtis.

¶ Lætamen fimus qui per agros iacitur: q̃ lætas: hoc eſt pingues ſegetes faciat.

¶ Læuis et hoc lęue cũ diph. ſignificat qđ tactu aſperũ non eſt: idq̃ auctores dicunt inoffenſum: lubricũ: et tenerũ: vt ſunt oua volucrũ. Perſi⁹. Troſulus exultat tibi p ſubſellia læuis. Hie. in Geñ. Noſti q̃ Eſau hõ piloſus ſit: et ego lęuis. Leuis ſine diph. aliud ſignificat.

¶ Læuitas eſt aſperitati cõtraria. Martian⁹. Lunarem circulũ ingreſſa virgo cõſpicatur globoſum q̃dẽ tenerumq̃ corpus e ſuperni erroris lęuitate compactum inſtar ſpeculi pœnitentis. Apul. de Socratis dæmonio lęuorem ſiue lęuitatem quũ dixiſſet adiecit lubricam.

¶ Lęuor idem quod lęuitas: hoc eſt cõplanatio et terſitudo. Plyn. Spectantur in chartis tenuitas: denſitas: candor: lęuor.

¶ Lęuigo as. pe. cor. complano polio: quaſi lęue ago. Ply. Sunt quidã in eo genere molliores: qui et cote læuigãtur. Idem lib. xiij. Scabricia charta lęuigatur dẽte

¶ Lęuo as. idem quod læuigo. Stat. lib. j. Theb. Pars teretes lęuare manu ac diſponere menſas.

¶ Lagari verſus dicuntur: qui medio claudicant pede ſicut Myuri qui poſtremo: et Acephali qui a breui ſyllaba incipiunt.

¶ Lagęos vua quę et leporaria dicit. Virg. lib. j. Geor. Et paſſo pſytia vtilior tenuiſq̃ lageos.

¶ Lagois pe. pro genus auis: quę leporinas habet carnes. Nam λάγωσ apud Gręcos lepus eſt. Eſt et genus piſcis. Hora. in Sermo. Nec ſcarus aut poterit peregrina iuuare lagois.

¶ Lagotrophia leporaria loca: in quibus lepores alũtur: vt eſt apud Colu.

¶ Lagœna cum œ diphthongo genus vaſis teſtacei: non tam ad aquã q̃ ad vinũ & alios vſus accommodatum. Hier. in lib. Reg. Alius portãs lagœnã vini. Col. Omnis ſpurcitia cũ ſpumis eximatur: quę decocta cũ iã craſſa fuerit q̃ defrutũ refrigeret: et bene picatis lagœnis cõdatur. Et lib. Iudicũ. Cœperũt buccinis clãgere et complodere inter ſe lagœnas. Fiebãt lagœnæ ope figulino: vt oſtẽdit Eſaias cũ ait. Et cõminuuntur ſicut cõteritur lagœna figuli cõtritiõe p ualida: et inuenietur de fragmentis. Vt iſta in qua portetur igniculus de incendio: aut hauriatur parum aquę de fouea.

¶ Laguncula diminutiuum parua lagœna. Hiero. in Eſaia. Decem iugera vinearum facient lagunculam vnam: quia triginta modij ſemẽtis faciẽt modios tres

¶ Lagophthalmos dicitur in oculis quũ ſuperior palpebra non deſcendit. Cui vitio contrarium eſt Ectropium quũ inferior palpebra parum ſurſum attollitur: nec cum ſuperiore committitur. Dictum a leporibus:

qui apertis oculis dormire conſueuerunt.

¶ Laganōponos iliorum dolor: qui ſane alius eſt qui laterum: hoc eſt Pleuritis. Ilia em̄ græci vocant λαγόνας et κενεῶνας.

⁎ Lagia vnum ex nominibus Deli inſulę. Cc.

⁎ Lagyges populi ſunt Sarmatię. Cc.

⁎ Lagyra auctore Ptolemęo vrbs eſt Tauricę Cherroneſſi. Cc.

¶ Lais. idis. nomē ꝓpriū famoſiſſimę meretricis: quæ a ſcriptorib⁹ Corinthia dicta eſt: quia Corinthi habitauit. Ad quā ꝓpter pulchritudinē ditiores hoīes ex oī Gręcia cōueniebāt: nec q̄ſpiā admittebatur niſi qui dabat quod pop oſcerat. Ouid. Multa Lais amata viris.

¶ Laicus. a. um. pe. cor. quod commune eſt et nō ſanctum. Hiero. lib. j. Reg. Nō habeo laicos panes ad manum: ſed tm̄ panem ſanctum.

¶ Lallare quidam dicunt eſſe more infantium blandiuſculis vocibus loqui. Alij. lallare proprie dicuntur infantes: qui irati matrum mammas ſugere renuunt.

⁎ Laletania Hiſpaniæ regio. Inde laletanum vinum magis copia q̄ bonitate laudatum. Cc.

⁎ Laliſiones pulli ſunt onagrorū. Mart. Dū tener eſt onager ſolaq́ laliſio matre Paſcit̄ hoc infans ſed breue nomen habet. Cc.

¶ Lamę rupium fracturę.

¶ Latmius mons Ioniæ notus fama Endymionis: a quo et ipſe Endymion latmius eſt dictus. Ouid. li. iij. de arte. Latmius Endymion nō eſt tibi luna rubori.

¶ Lamię mulieres quę ſtrigū inſtar infantium ſanguinē ſugūt: ſiue ipſę ſtriges. Hor. Neu pranſę lamię puerū viuū extrahat aluo. Apul. lib. j. de Aſi. At ille colore ſpurciſſimi humoris ꝑcuſſus: quo me lamię illę infecerāt: aſpernatur. Itē lamię dicebātur nobilis familia orię. Erat em̄ Romę quędā familia nobilis Aeliorū a Lamo Auripliatis patre et Læſtrigonū rege: q Formijs regnauit: ortū habens. A quo Lamiacus. a. um. vt bellum lamiacū. vt apud Hiero. lib. cōtra Ioui. Vnde et lamię cognomē nobilibus inditū eſt: qđ vulgo lamiū genus vocabat̄. Hor. Aeli vetuſto nobilis ab Lamo Iuue. Hoc nocuit lamiarū cęde madenti. Lamia etiā inſignis meretricis nomē fuit. Et lamia aīal eſt faciē pretēdens muliebrē: ab inferiori parte pedes equinos. Vnde apud Hiere. prophetam. Sed et lamiæ nudauerunt mammas: lactauerūt catulos ſuos. Et in Eſaia. Ibi cubauit lamia et inuenit ſibi requiem.

¶ Lamina pe. cor. Vide in dictione Bractea.

¶ Lambrus fluuius in ciſalpina Gallia: quem Padus defert in mare Adriaticū: vt ait Ply. A quo Lambrani dicti ſunt eius accolę. Sueto. in Cęſa. Per Lambranos et tranſpadanos duxit.

¶ Lambo. bis. bi. bitum. ſcđm Priſ. Lucil. lib. xiiij. Iocundaſq́ puer q lamberat ore placentas. Hiero. pręteritū lambui poſuit lib. Iudicū. In trecētis viris q lambuerunt aquas liberabo vos. Eſt autē lambere lingere hoc eſt lingua aliqđ ſuauiter tangere: ſicut canes bibētes. Hiero ad Iulia. Diuitē purpuratū gehēnæ flamma ſuſcepit: Lazarus paup et plenus hulcerib⁹: cuius carnes putridas lambebāt canes. i. lingebant. Idem li. Iudicū. Qui manu et lingua lambuerint aquas ſicut ſolent canes lambere ſepabis eos ſeorſum. i. bibere. Vir. pro tangere poſuit lib. iij. ęneі. Attollitq́ globos flammarū: et ſydera lambit. Interdū ſumitur ꝑ leuiter fluere. Hor. lib. i. car. Vel quę loca fabuloſus lābit Idaſpes

¶ Lamētor voce querula triſtiq́ orōne dānū ac dolorem teſtor. Ter. in An. Quę tū mihi lamētari pręter cæteras viſa eſt. Idem in Phor. Modo vidi quandā virginem huic vicinę miſerā ſuā matrē lamentari mortuā. Cice. lib. Tuſcu. ꝑ lamētatione dignū aliquid mōſtrare poſuit: quū inq̄t. Nā hęc quidē vita mors eſt: quam lamentari poſſem ſi liberet. Eſt et lamento as. Hier. in Eſdra. Et q̄ pręſidebant cum vxoribus lamentabāt eum. Hinc lamentatio: quę eſt vt Cice. libro. iiij. Tuſc. docet: ægritudo cum heiulatu.

¶ Lamentabile quod eſt dignum multa lamētatione. Virg. Troianas vt opes et lamentabile regnum.

⁎ Lamirus Herculis filius fuit ex Iole Euryti regis filia. Cc.

¶ Lampas græca dictio eſt: cui⁹ acc̄m ꝓtulit Vir. Princeps ardentē coniecit lampada Turnus. Ab hoc accuſatiuo formatur ntūs lampada. dæ. Hiero. in Ezechie. Quaſi aſpectus lampadarū. Eſt aūt lampas ignis aut ſolis ſplendor a λάμπω ſplendeo. Frequēter tamē ſumitur pro inſtrumento: in quo ignis in oleo lucet.

⁎ Lampetra piſcis genus a lambēdis petris nomē ſortiens. Hos piſces nōnulli Murenas vocant. Cc.

⁎ Lampetia Neeræ filia: quæ tranſeūte Vlyſſe ꝑ Siciliā Solis armenta cū ſorore Phaetuſa cuſtodiebat. Cc.

⁎ Lampheus mons eſt Arcadię. Cc.

⁎ Lampyris vermiculus noctu lucens. Nonnulli Noctilucam: alij Nitedulam vocant. Cc.

¶ Lampſacus pe. cor. nomē vrbis in littore Helleſpōti in ora aſiatica. Hinc lampſacenus. a. um. Vnde Carō Hiſtoricus: et Adimāthus: et Anaximenes: et Metrodorus Epicuri ſodalis: Lampſaceni fuere. Ipſm etiam Epicurū lampſacenū dicunt diu Lampſaci verſatum.

¶ Lana quæ de ouibus deciditur: dicitur et lanitium: vt inquit Ser. ſicut fuga et effugiū. Virg. lib. iij. Geor. Si tibi lanitium curę: primum aſpera ſylua. Hīc lane⁹. a. um. quod ex lana eſt. vt pannus laneus.

¶ Lanarius qui lanam curat. Plaut. in Aulu. Stat fullo: phrygio: aurifex: lanarius.

¶ Lanificus: qui lanæ artem exercet: et lanificium: lanę opificium.

¶ Lanaris et hoc lanare: quod habet lanam. Var. lib. ij. de re ruſti. Nos qui pecus paſcimus lanare.

¶ Lano as. intus lanā pono: ſeu lanā habeo. Vnde lanatus. a. um. Col. lib. vij. Cānabiniſq́ funibus cornua iuuēcoꝝ ligato: ſed laquei q̄bus copulant̄ lanatis pellibus inuoluti ſint: ne tenera fronte ſub cornua lędant̄ Idem lib. viij. Ideo niſi lanatas oues emi non oportet Et Lanatus dictus fuit Capitolinus magiſter equitū. Similiter lanatę vuę Amineæ dictę ſunt ꝙ caneſcunt lanugine.

⁎ Lanatus lupus ſiue laneus: piſcis ſic dictus a cādore ac mollicie carnis. Mart. Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui Aequoreo dulces cū ſale paſt⁹ aq̄s. C.

⁎ Langa genus beſtiæ: quā alij Langurā vocāt: quā dicunt circa Padum inueniri. Cc.

⁎ Lāgurū electri ſpēs ex lāgis ſiue lāgurijs factū. Cc.

⁎ Langia fons eſt: qui ab Archemoro illic a ſerpente vulnerato Archemorus dictus traditur. Cc.

¶ Lanetū veſtimēti genus ex lana ſuccida confectū.

¶ Lanugo pe. ꝓ. tenera pilatio: a lanæ ſimilitudine qualis in adoleſcentiū genis: et in pomis q̄buſdā cernitur. Col. lib. iiij. Lanatā quoq́ amineā quidā maxime probant. q̄ hoc vocabulū nō ideo vſurpat ꝙ ſola ex oib⁹ amineis: verū ꝙ præcipue caneſcit lanugine.

¶ Lanoculus: qui lana tegit oculi vitium.

¶ Lanius ſeu lanio. qui carnes in carnario vendit populo: a laniandis pecoribus: ꝙ eas concidat lanietq́. Plau. in. Cap. Dij immortales vt ego collos pertrūcabo tergoribus: quāta pernis peſtis veniet: quāta labes larido: quanta ſumini abſumēdo: quanta callo calamitas: quanta lanijs laſſitudo: quanta porcinarijs

¶ Lanium carnariũ: eſt locus vbi carnes venduntur.

¶ Laniena officina in qua fiunt ac vendunt̃ carnes: et vulgo Macellũ dicit̃. Plau. Per myropolia et lanienas circũq; argentarias rogitãdo ſum raucus factus. Accipitur etiam Laniena ꝓ ipſa laceratione: a Laniando.

¶ Lanionius. a. um. qđ ad laniũ ſpectat. Vnde Lanionię menſę: in q̃bus ſcindit̃ caro. Suet. in Clau. Carnificẽ ſtatim acciri cũ machęra mẽſaq; laniõia flagitauit.

¶ Lanio as. ſcindo. Virg. lib. iij. Georg. Ipſiq; ſuos iã morte ſub ægra Diſciſſos a nudis laniabãt dentibus artus. Per tranſlationem ſumitur pro infamo. Hiero. in prologo Eſdræ. Quid interpretem laniant. Huius cõpoſitum eſt Dilanio pro diſcindo.

¶ Laniſtę dicti ſunt q̃ laniandis præſunt gladiatorib⁹ Hi familias domi ad gladiaturã exercendã habebãt inſtituere et mox parare. Vẽdere ſolebãt Munerarijs. Iuue. Hic plaudat nitidi præconis filius inter Pinnirapi cultos iuuenes iuuenesq; laniſtæ. Hinc laniſtæ auiũ dicti ſunt a Col. qui aues certaminibus pręparabant.

¶ Lancea a latitudine ferri dicta eſt: vel quia gręce dicitur ἡ λόγχη τῆς λόγχης. teli genus longiſſimũ. Hiſpanica dictio: nõ latina: vt Gel. teſtatur. Hãc olim Luculli Lucullẽã appellarũt. Huius diminutiuũ eſt lãceola cũ accẽtu in antepe. Hie. li. iij. Reg. Prophetę lucoꝶ incidebãt ſe lanceolis: donec ſanguine ꝑfunderentur.

¶ Lanceatus. a. um. quod eſt lancea armatũ. Hier. lib. iij. Reg. Si quis tangere eas voluerit: armabitur ferro et ligno lanceato. Lanceati etiam dicũtur qui ictu lancęę necantur. Iul. Firmicus. Quicunq; habuerint horoſcopum in. xxj. parte Tauri: lanceati morientur.

¶ Laneeanus qui lanceam gerit: græce Loncophor⁹.

¶ Lancino as. pe. cor. ferro lacero. Ply. Eſt et volucra canibus peculiare malum: aures maxime lancinans: q̃ defendi non queunt.

¶ Lances vaſa lata et rotunda minus excauata q̃ patinę: et rebus diuinis apta: vt docet Auſo. illo verſu. Turibula et paterę quæ tertia vaſa deũ lanx. Iuuena. ſumpſit ꝑ vaſe eſcario: in quo caro tã toſta q̃ elixa cõditur menſæq; infertur. Aſpice q̃ magno diſtendat pectore lancẽ. Hor. in. Ser. Iligna nutritus glande rotũdas curuat aper lances. Et lances ſtateras dici nemo ignorat. Vnde Bilances dictæ ſunt quæ duas lances habent.

¶ Languor ꝓprie eſt defectio viriũ et ſucci naturalis. Hinc languere dicũt̃ hęrbæ quæ incipiũt areſcere. Sed ad aĩm quãdoq; trãſfertur: et ꝓ debilitate: defectu: torpore: inertiaq; vſurpari ſolet. Cic. lib. j. offi. Nihil autẽ magis cauendũ eſt ſenectuti: q̃ ne languori ſe deſidięq; dedat. Plaut. in Aſi. pro laſſitudine poſuit quũ ait. Vbi ſæpe ad languorem tua duritia dederis octo validos lictores vlmeis affectos lentis virgis.

¶ Langueo es. gui. deficio: infirmus ſum: diſſoluor. Hiero. Animaduertimus p̃ter omnia verba illius animę languẽtis eſſe medicinã. Vir. lib. ix. Purpureus veluti quũ flos ſucciſus aratro Langueſcit moriẽs. Interdũ languere eſt timidũ eſſe. Sal. Quanto vos attẽtius ea agetis: tãto illis infirmior erit animus. Si paulũ modo vos languere viderint: iã oẽs feroces aderunt. Interdũ ocioſum eſſe. Idem. Seq; ſi pauci adiuuarẽt: languẽtibus alijs in curiã impetũ facturũ. Huius verbi compoſita ſunt. Elangueo: a quo Elangueſco: qđ eſt valde infirmus fio. Gel. lib. ij. Negotijs ſe plęrũq; vmbraticis et vanis quęſtibus intẽtos habẽt: in q̃bus ois eorũ vigor animi corpiſq; elangueſcit: et quod Salluſtius ait effœminatur. Relangueo: a quo Relangueſco ruſus ad valitudinẽ redeo. Ouid. lib. vj. Meta. Impoſito fratri moribunda relanguit ore. Claud. lib. j. relanguere ꝓ remiſſum eẽ poſuit. Vix ille pepcit: Erubuitq; preces animuſq; relanguit atrox.

¶ Langueſco inualidus: tepidus: ſeu ocioſus fio. Cic. in Catone. Orator metuo ne langueſcat ſenectute.

¶ Languidus. a. um. qđ languet. Ouid. li. v. Faſt. Violas arere videres: Filaq; purpurei languida facta croci

¶ Laodicea vrbs celeberrima in Aſia Lyco flumini ipoſita. Primo Dioſpolis appellata: dein Rhos: poſtea Laodicea a Lyco flumine. Hanc vrbẽ loci virtus et ciues quidã fortunati valde magnificarũt. Primũ Hiero: q̃ hęreditatẽ populo diuiſit ſupra duo milia talentorum: & multis donis ciuitatẽ exornauit: poſtea Zeno orator et Polemo eius filius: qui ob res fortiter geſtas prius ab Antonio: poſtea ab Auguſto ad regię dignitatis faſtigium euectus eſt.

¶ Laodomia cũ accẽtu in pe. nomẽ propriũ Acaſti filię: et vxoris Penteſilai. De qua Hier. Laodomia quoq; poetarũ ore cantatur occiſo apud Troiam Proteſilao noluiſſe ſuperuiuere. Fuit et alia Laodomia Bellerophontis filia: mater Sarpedonis.

¶ Laomedon pe. cor. nomẽ proprium patris Priami Troię regis: a quo patronymicũ formatur Laomedõtiades: vbi additur a. vt in multis alijs: ſicut Anchiſiades Telamoniades. Aliqñ ſubtrahit̃ ſyllaba: vt Atheinides ꝑ Athemonides. Deucalides ꝑ Deucalionides A Laomedon fit poſſeſſiuũ Laomedontæus. a. um.

¶ Lapathos pe. cor. ſeu Lapathũ: hęrba eſt. Col. Lubrica iã lapathos: iam ramni ſponte vireſcũt. Ply. lib. xx. Nec lapathiũ diſſimiles effect⁹ habet. Suidas. λάπαθον ὄρυγμα ὑπὸ θηρίων ἐνέδραν καὶ λάχανον κενωτικὸν γαστρός. i. Lapathum foſſio eſt in ferarum inſidias: et holus vẽtris vacuatorium.

¶ Lapathes pe. cor. genus holeris a lapathio dictum: forte idẽ quod lapathos. Seren⁹. Sæpe Chelidoniã cũ ſucco lapathis addes. Hæc et Lapa dicitur. Cuius tria ſunt genera. Nã quędã dicit̃ Canaria: q̃ eſt exigua canibus adhærẽs. Altera maior aliquãto eſt: et Philantropos appellatur: q, veſtibus hoim adhęrens eos amare videatur. Eadem vocatur Aparine. Tertia appellatur Perſonata et maxima eſt: naſciturq; iuxta riuos et flumina: Gręci eam ἄρτιον vocant: folia habet ampliora cucurbitis: et propter foliorum amplitudinem ea vtebantur veteres ad perſonatus faciendos.

¶ Lapa ę. Vide in dictione Lapathes.

¶ Lapithę pe. cor. ppl̃i fuerũt: quoꝶ rex fuit Perithous. Hi Pindũ et Othryn Theſſaliæ mõtes habitarunt. Virgil. Fręna Pelethronij Lapithę gyroſq; dedere. A Gręcis ſcribit̃ λαπίθαι. Ideo Lapithæ nõ Lapithę dici debẽt. Vir. li. ij. ge. Et magno ileũ Lapithis cratere. &c.

¶ Lapithos vrbs in Cypro inſula.

¶ Lapis ꝓprie eſt quẽ Gręci λίθον vocãt: et mitior minorq; ac tenacior eſt: Saxũ maius aſpius duriuſq; Vñ gẽmæ lapides nõ ſaxa dicont̃. Ply. Nuſq̃ hic vtilior q̃ in Italia gignit̃: lapiſq; nõ ſaxũ eſt. Idẽ. Eſt & viridis lapis vehemẽter igni reſiſtẽs: ſed nuſq̃ copioſ⁹: & vbi inuenit̃ lapis nõ ſaxũ eſt. Et qm̃ apud veteres lapidibus miliaria ſignabant̃: ponit̃ quãdoq; lapis pro miliario. Vnde legimus Ad tertiũ: ad quartũ lapidem. A lapis fit lapideus. a. um. quod ex lapidis materia cõſtat. Lapidoſus. a. um quod lapidibus abundat.

¶ Lapidari⁹. a. um. qđ ad lapides ptinet. Plau. in cap. Tindarus in latomias lapidarias ab Egione dãnatur.

¶ Lapillus diminutiuum paruus lapis. Et lapilli lapides precioſi: vt ſunt Gemmę. Margaritę. Cumua. Lapilli auribus pendent. Horat. Nec magis huic intra niueos vindeſq; lapillos.

¶ Lapidicida pe. pro. dicitur is q̃ lapides cædit.

¶ Lapidicina. pe. pro. locus vbi lapides exciduntur:

latomię a Gręcia dictę. Vnde et carcerem latomias vocamus: ſiue ꝙ dānati ad lapides excidēdos mittebāt: ſiue ꝙ Sinueſſani Cāpanię ppl'i latomias hēbāt inſtar carceris excauatas: ex quibus exciſi lapides fuerāt ad vrbem extruendam: hiſq; pro carcere vtebantur.

¶ Lapido as. pe. cor. lapidibus cędo. Vnde ſcribit Macrob. lapidatū a ppl'o romano fuiſſe Vatinium: ſignificare volens lapidibus iactis fuiſſe impetitū. Transfertur etiā ad inanimata et ſignificat pcutio pulſoq; : etiā ſine lapidibus. Macrob. Notātes eius impotētia ac dicacitate lapidatam. Huius compoſita ſunt Delapido: qđ eſt lapidibus ſterno. Vñ delapidata loca q̃ lapidib' ſtrata ſunt. Dilapido diſpdo cōſumo. Cice. Octauio. Publicā dilapidabat pecuniam: ęrarium exhauriebat.

¶ Lapio is. iui. itū. durū efficio et quaſi in lapidē conuerto. Pacu. Lapit cor cura: ærumna corpus conficit.

¶ Lapideſcere apud Ply. legitur pro in lapidem cōuerti: quod vel a lapido vel lapis fit.

¶ Lapſana pe. cor. holus ſylueſtre triū foliorū. Vnde apud Ply. lib. xix. ſcribitur: milites Cęſari exprobraſſe ꝙ lapſana vixiſſent apud Dyrrachium. Quidā accipiunt lapſanam pro braſſica ſylueſtri. Eſt eñ Braſſica alio nomine Caulis.

¶ Laqueus vinculū. Vñ dicimus: Laqueo vitā finiuit

¶ Laqueatus a. um. quod eſt laqueis irretitū. Col. lib. vij. Cęterū corpus laqueatū et diſtentū temonibus obligatur: immotumq; medentis arbitrio eſt expoſitum. Et laqueatū dicitur conuexum. Vnde laqueata tecta. Cice. lib. j. legū. Magnificas villas: et pauimenta marmorea: et laqueata tecta contemno.

¶ Laqueare et per apocopen laquear: et laqueariū dicitur camera: hoc eſt pars ſuperior cubiculi & cœnationis parum connexa: quæ varijs adornari ſolet coloribus. Quidam etiam laquearia accipiunt pro trabibus planis: quę et lacua et lacunar dicuntur.

¶ Lara nympha fuit: quę Iunoni furta Iouis cū Iuturna patefecit: quā Mercurius cōpreſſit: & inde geminos ſuſtulit: q a matre Lares appellari ſunt. Sunt q credāt Lares Genioſq; eoſdē eſſe: exiſtimātes vnicuiq; duos deos eē: alterū bonū: alterū malū: vt Chriſtiani et duos angelos: bonū maluq; a deo in cuſtodiā datos dicunt: ſed nō natos nobiſcū: vt illi de Genio ſiue lare dicunt. Colebant̃ domi: focuſq; illis ſacer erat. Vnde vulgus focum Foculare appellat: quaſi laris focum. Hi putati ſunt dij domeſtici: qui ad vrbis cōmoda vigilare dicūtur inter cōpita. Ouid. in Faſt. Lucifero ſubeūte lares delubra tulerūt. Ab aliqbus dij agrorū vocati ſūt. Tibul. Vos quoq; fœlices quondam: nūc paupia agri Cuſtodes fertis munera veſtra Lares. Q̃m aūt Lares ſiue Penates etiā priuatorū domibus pręeſſe credebātur: factū eſt vt vtrūq; vocabulū pro ipſis domib' vſurpetur. Martia. O mihi curarū pretiū non vile mearum Flacce Antenorei ſpes et alumne laris. Hora. Qui patrium mimę donat fundumq; laremq;.

¶ Lararium ſacrariū domeſticum: in quo lares et dij peculiares adorabantur. Scribit Lampridius Alexandrū Seuerum in larario rem diuinam matutinis horis factitaſſe ad effigies deoꝝ in quibus habebat Habraamum et Chriſtū. In ſecundo larario ſimulacrum habuit Virgilij et Ciceronis.

¶ Laranda ciuitas Lycaonię. Vnde Ptolemæus. Municipium Larandam in Lycaonię parte Antiochiana dicta collocat.

¶ Lardum dictum quaſi late aridum. Vnde et Laridū lectum eſt. Ouid. lib. vj. Faſt. Pinguia cur illis guſtantur larda kalēdis. Eſt autē Lardum caro ſuilla quoquo modo ſalita. Vnde Ply. dixit. Lardum pingue hoc vn-ctum: quaſi et macrum dici poſſit.

✠ Larentia nobiliſſima meretrix fuit: quę populum romanū (vtpote quia ditiſſima eſſet) hęredē fecit: et poſtea pro dea habita Flora appellatur: cuius ſacra Floralia dicuntur. Cc.

✠ Larine fons eſt Atticę: ſicut Calirhoe. Cc.

¶ Larius lacus comenſis ab Abdua fluuio qui in illū cadit augetur: q fluuius poſtea in Padū nō lōge a Cremona influit. Dictus Larius a fulicarum multitudine. Græci eñ λάρος fulicā vocant: auis eſt nigra aquatica. Hinc fit larius. a. um. Catul. Veronā veniat nomē relinquēs Comi mœnia lariumq; littus. quod tñ negat Suidas. ait eñ. λάρος κεχηνὼς ἐπὶ τῶν ἁρπακτικῶν καὶ κλεπτῶν ἐπεὶ καὶ ὁ λάρος ὄρνεόν ἐστιν ἁρπακτικὸν καὶ ἀδηφάγον. ✠. i. Larus hians: puerbiū in rapacibus et furibus: quoniam Larus rapax auis eſt et edax.

✠ Larrius filius fuit Lydi Herculis filij. Cc.

¶ Larodij populi fuerunt in Scythia Aſiæ: vt lib. iiij. ſcribit Herodotus.

¶ Larix arboris genus. Luc. lib. ix. Et larices fumoq; grauem ſerpentibus vrunt.

¶ Largus a. um. quod nō eſt ſtrictū. Et largus dicitur q largitur. Cic. li. ij. offi. Omnino ſunt duo gña largorū: quoꝝ alteri pdigi: alteri liberales. Hinc large aduerbiū liberaliter: abundāter. Hor. li. Car. Ligna ſup foco large reponens. Dicitur et largiter: q̃uis non ita in vſu ſit.

¶ Largior pfuſe dono. Cui' cōpoſita ſunt Dilargior varie largior. Sal. lib. j. hiſt. Igit̃ vēditis pſcriptoꝝ bonis aut dilargitis. Elargior valde largior.

¶ Largitas et largitio inter ſe differunt: ꝙ largitas: vt Agretius auctor eſt: humanitatis ſit: largitio ambitionis. Eſt enim Largitas rationabilis et definitus liberalitatis effectus. Largitio expenſa quæ fit ad aucupandum fauorem in petitione magiſtratuum. Ponitur tamen quādoq; largitas pro largitione. Teren. in Adel. Quę illęc ſubita eſt largitas.

¶ Lariſa nomen eſt multarum ciuitatum. Vna eſt in plaga Theſſalica: a qua Achilles Lariſſæus dictus eſt. Alia penſilia in Creta. Alia in Peloponneſo arx Argiuorum. Alia in agro attico. Ad Tralles etiam Aſię eſt Lariſa: vt Strabo ſcribit: a qua Lariſſæus Iuppiter eſt dictus. Lariſa quoq; in Italia: quam vt Diodo. libro. j. ſcribit Pelaſgi condidere.

¶ Larus auis parua et nigra habitans iuxta aquas: et tam in aqua q̃ in terra degit. Vide in Larius.

¶ Laruę dici putātur a lare: hoc eſt a malo genio: quæ ſunt noxię inferorum vmbræ. Vnde laruati dicuntur furioſi et mēte moti: quaſi a laruis exterriti: quales ſūt quos vulgo Dæmoniacos appellant. Plautus. Laruatus ędepol hominem miſerum mendicū quęritat. Hi etiam Ceriti dicūtur a Cerere: quaſi Cereris ira animo vexati. Plau. Certe laruatus aut ceritus. Larua etiam perſona dicitur: et Laruatum perſonatum. Horatius in Sermonibus. Nil illi larua aut tragicis opus eſſe cothurnis.

✠ Larunda nympha fuit: quam alij Laram vocant: ex qua Lares dicti. Cc.

¶ Laſanum penultima correpta vaſculum ad euacuādum ventrem. Horatius. Te pueri laſanum portātes œnophorumq;.

¶ Laſciuus. a. um. penultima producta: eſt tum in vita: tum in ſermone molliculus ac plus teneri q̃ robuſti ac virilis habēs. Virgil'. in carmine Bucolico. Malo me Galathea petit laſciua puella. Laſciuia mollicies: petulantia: nequitia.

¶ Laſciuio is. ſignificat quod vernacula lingua dici-

mus ſmotbezare. Col.lib.vij. Sacietate verni pabuli pecudes exhilaratæ laſciuiunt.

¶ Laſerpitium virgultū herbidū: quod græci Silpion appellāt: ex cuius culmo exudat ſuccus roſidus: quē vocāt laſer: magnificum in medicamentis: et in Cyrenaica puincia laudatiſſimū. Hinc a Catullo dictum: laſerpiciferis iacet Cyrenis. Caulem laſerpitij magudarim vocant qđ tenerius eſt et minus vehemens. A laſerpitio Cato formauit laſerpitiatus.a.um.

⁎ Laſibus pro laribus protulerunt veteres. Cc.

¶ Laſſus p duplex ſſ. dicit̄ tā aīo q̄ corpore fatigat⁹.i. labore affectus: nomen eſt: nō pticipiū. Hinc laſſitudo pro moleſtia quam ex labore ſuſcipimus. Sal. Non famem aut ſitim: neq; frigus neq; laſſitudinem operiri.

¶ Laſſo as. fatigo. A quo laſſatus. Iuuenal'. Et laſſata viris nondum ſatiata receſſit. Huius compoſitum eſt Delaſſo vehemēter laſſo. Plau. in Aſi. Eum etiam hominem in ſenatu dare operam aut clientibus ibi labore delaſſatum noctem totam ſtertere.

¶ Laſſeo es. laſſus ſum. A quo laſſeſco.is. laſſus fio.

⁎ Laſſia inſula: quæ et Andros in mari Aegęo. Cc.

¶ Lateo es. latui. in occulto ſum. Et cōſtruitur cū actō Virg. Nec latuere doli fratrē Iunonis et irę. Quandoq; cū dtō. Luca. Tu mihi cauſa lates. Sed quū de loco dicitur cōſtruitur cū abltō mediāte prępoſitione: vt latet anguis in herba. Interdum latere ſignificat late patere Virg. Et ſcuta latentia condūt. Huius verbi compoſita ſunt Deliteo: de quo ſupra. Obliteo: qđ eſt animo vel circunquaq; lateo. Sene. Qui velut timidū atq; iners aīal metu oblituit: ille ſibi nō viuit: ſed quod eſt turpiſſimum ventri: ſomno: libidini. Hinc obliteſco. Varro. Ne æſtu per rimoſa in rimis eius grana obliteſcant et recipiant aquam.

¶ Latito as. pe. cor. ſæpe aut fere ſemp lateo. Lact. li. iij. Latitantē atq; ignotam ſibi veritatē diſſerēdo eruere voluerūt. Cato tamē latitauerūt dixit p frequenter tulerunt. Hinc fit cōpoſitū ō Illatito: qđ eſt intus latito.

¶ Latebra. bræ. pe. cor. et latebræ. arum. loca vbi homines ſe occultant Luc. lib. j. Cedēdō eſt bellis: quorū tibi tuta latebra. Quinti. Et q̄uis odio euerſoris noſtri euocatus ex latebris ſuis populus ſubſellia nō implet. Dicitur et de feris. Liui. lib. xlvj. Inter vepres et latebras feratō noctem vnā delituit. Ponitur interdū latebra pro excuſatione. Ci. Videāt ne quæratur latebra piurio. i. excuſatio qua lateat. i. nō videatur periurium.

¶ Latebroſus loc⁹: i quo frequētes latebrę ſunt. Plau. Nam huic ætati nō conducit mulier latebroſus locus.

¶ Latebro. bras. abſcōdo: q̄uis non ſit in vſu. A quo fit compoſitum Illatebro: de quo ſupra.

¶ Latibulum ppie ferarū: q̄uis etiā de hoībus dicat̄.

¶ Latibulo. as. neutrum: & latibulor deponēs ſignificat lateo. Var. Vide ne ſeruus domini latibulet. Actius Progredere et ne quis latibuletur proſpice.

¶ Laterna a lateo: licet lateo habeat primā cor. laterna vero pro. Mar. Dux laterna viæ clauſis feror aurea flāmis. Et tuta ē gremio pua lucerna meo. Dicta laterna: q; lumē habeat incluſum. Fit ex laminis corneis i qua cādela includitur: ne a vēto extinguat̄. Plaut. in Am. Quo ambulas tu q vulcanū cōcluſum i cornu geris?

¶ Latex oīs humor dicitur: ab eo q; intra aliqd lateat. Vnde de aquis: vino: & cętera dicit̄. Hie. ad Terentiam Ratione digeſſit: vt terra hęc eſſet ſu p quā reliqua mouerētur immobilis: vt aquarū venæ altioribus montibus conderent̄: a q̄bus orta flumina dū p multa ſpatia decurrūt: late potandi vſū p oēm tractū curſus ſui animātibus exhiberēt: vt ipm mare aquas influētibus nō excreſcat: ſed vt velut vēter qdā laticū aquas ſitire videatur: ne vel fontibus in ęternū amātibus: vel fluminibus ſine fine currētibus: vel pluuijs aſſidue ruētibus ppetuo terra diluuio tegeretur. Vir. Regales inter mēſas laticēq; lyeum. Ouidi⁹. Palladios latices. quū oleū dicere vellet. Et Lucretius. Abſinthij laticem.

¶ Latus ſpatioſus: vt lata eſt via: quę ducit ad pditionē. Hinc aduerbiū late qđ ſignificat in multis locis. vt late patet detractiōis vitiō. Hic latitudo p ſpatioſitate

¶ Lateſco is. latus fio: & in latū extēdor. Col. lib. ij. Iugerū agri nō āpli⁹ quatuor ſextarijs rapoꝝ ſeminis obſerēdū eſt: quarta pte amplius napis ſpgendū: q nō in ventrem lateſcūt: ſed tenuē radicem deorſum agunt.

¶ Lato as. latum facio: q̄uis non ſit in vſu: pro quo cōpoſitum Dilato vſurpamus: de quo ſupra.

¶ Latifolium quod lata folia habet. Vnde quęrcus genus ex argumento latifolia dicitur.

¶ Latifundium qđ habet latū fundū et magnū. Ply. lib. xvij. Latifundijs non legitima naturę feſtinatio. i. nō poteſt vna certa ratio præſcribi putādę vineę in magnis prædijs: q; aliæ ſerius id: aliæ maturius deſiderāt Idem lib. xviij. Latifundia prodidere Italiam.

¶ Latus eris. quod eſt infra alam. Virg. Laterique; argutum accōmodat enſem. Hinc lateris dolor: quē Græci Pleureſim vocāt. Et latero as. vt inqt Priſcia. ſicut ab holus eris. Holero as. Interdū latus ponitur quaſi p parte: vt eſt illud. Fūdatur exultatiōe vniuerſę terræ mons Syon latera aquilonia ciuitas regis magni.

¶ Laterani dicunt̄ ſatellites q principis alicuius latus tuent̄: q etiā latrones quaſi laterones vocātur. Hi etiā a ſtipe: quā mercedis noie accipiūt ſtipatores appellāt̄ Gręci vocāt Somatophylacas: quaſi corpis cuſtodes

¶ Lateranus nomē ppriū cōſulis Romę: a quo lateranenſe palatiū. Iuue. Egregias lateranorū obſidet ędes Tota cohors. Vñ etiā lateranēſis baſilica ſancti Ioānis vocata eſt: quia in lateranēſiō nobiliſſimę gētis ędibus extructa fuit. Hiero. ad Marcel. Quis credat mulierē nobilem et potētē in domo Laterani cōſulis deſignati

¶ Latuſclauus veſtis ſenatoria dictus a textura: de qua Mart. in Hendecaſyllabo. Et lato variata mappa clauo. Hor. lib. j. Ser. deſcribēs ſenatorem dixit. Et latum demiſit pectore clauū. Ab Ouidio Clauus ſimpliciter dicitur pro ſenatoria dignitate illo verſu. Curia reſtabat claui mēſura coacta eſt. Latiore clauo Tullus Hoſtilius primus e regibus romanis vſus eſt: quē e purpura contextum fuiſſe docet Plynius.

¶ Laticlauij ſenatores appellati ſūt a lato clauo. Sueto. in Augu. Ac ne expers caſtrorum eſſet binos plærunq; laticlauios prępoſuit ſingulis alis.

¶ Later: laterem: latere: et lateres tm̄ inueniūtur pro terra cocta et in lapidem durata. Victr. Siue ſilex ſiue coementum: aut coctus later ſiue crudus: his erit vtendū. Plau. Latere firmior. Laterum tria genera ſunt. Lydoron longum ſeſquipede: latum pede. Tetradorō e palmis quatuor. Pentadoron e quinq;. Doron eñ Græci palmum dicunt.

¶ Laterem lauas: magis eſt augere malum rei: cui dare remedium velles.

¶ Lateritius. a. um. quod eſt materiatū ex latere. Ply. Lapide duro ac ſilice æquo conſtruūt veluti lateritios parietes.

¶ Laterculus diminutiuū paruus later. Ply. Crudis laterculis ad formam camini. Curtius ſcribit laterculo coctili ſtructos fuiſſe muros Babylonis.

¶ Latiū ea pars italię eſt: vbi oſtia tyberina: a latitudie vt putat Priſ. dictō: vel vt alij ſentiūt a latēdo: q; inter alpes latitet: ſeu q; illic latuerit Saturnus dū Iouē fugerit. Oui. li. j. Faſt. Dicta quoq; eſt latiū terra latēte deo.

Virg.li.viij. Latiumq; vocari Maluit his qm̄ latuit Saturnus in oris. Varro latiū a Latino rege dici aſſerit. Eſt aūt duplex latium: vt docet Ser. Vnum a Tyberi vſq; ad Fundos. Aliud inde vſq; ad Vulturnum.

¶ Latius a.um. quod ex lauo eſt.

¶ Latialis & hoc latiale: qđ ex latio eſt: vt Iuppiter latialis dicit̄: nō tñ ſermo latialis. Vir. Et reſidēs cęlſa latialis Iuppiter alba. Cic. i Miloniana. Sicut vtiq; ferias non latiales latiareſve: ſed latinas dixeris aut latias.

¶ Latiaris et hoc latiare idem quod latialis.

¶ Latinus a.um. nomē deriuatū a latio. Virg. Genus vnde latinū. Sal. Primo Italiā tenuiſſe quoſdā: q a pellabātur Aborigines: hos poſtea aduētu Aeneæ Phrygijs iūctos latinos vno noie nūcupatos. Et latina porta: quę in latiū ducit. Heſiodus tamē in theogonia ſcribit Latinū fuiſſe filiū Circea & Vlyſſis: q tenuerit loca Italiæ: Vnde ait. κύρκη δὲ ἠελίου θυγάτηρ ὑπεριονίδαο γείνατ᾽ ὀδυσσῆος ταλασίφρονος ἐν φιλότητι ἄγριον ἠδὲ λατῖνον ἀμύμονά τε κρατερόν τε. i. Cyrce ſolis filia ex audaci Vlyſſe filiū genuit Latinū irreprehenſibilē potentemq;.

⁎ Latine aduerbiū. Vnde latine loqui dicimus: et latinitas locutio ipſa latina. Cc.

¶ Latinus nomen proprium ſoceri Aeneę. A quo latium quidam deduci volunt.

⁎ Latinus Syluius Aeneę Syluij Albanorum regis filius fuit: qui et ipſe in Alba regnauit. Cc.

¶ Latinę arum. ſacrificia quædam Ioui conſtituta ab latinis populis dicta: quibus ex Albano monte ex ſacris carnem petere fuit ius cū Romanis: vt inquit Varro. Cice. pro Plancio. Quibus municipijs vix iam q carnem latinis petant inueniuntur.

¶ Lathomus pe.cor. lapicida qui lapides cędit: et quaſi fundamenta ędificiorū pręparat. Hiero. in lib. Reg. Et erant lathomorum. lxx. milia.

¶ Lathomię lapicidinę locus vbi cędūtur lapides. Liuius. lib. vj. de bello punico. Comprehenſa poſtea priuata ędificia: cōprehēſę lathomię: forūq; piſcariū. Ad has lathomias damnari ſolebant ij qui in opus metalli damnabantur. Plau. in Cap. Tindarus in lathomias lapidarias ab Egione damnatur. Erat et lathomia locus Romę in carcere prope Tullianū. Liui. lib. xxx. Tnſiuri carceris lathomiarū intenſiorē cuſtodiā habere iuſſi. Lathomię etiam carcer eſt Syracuſis lingua ſiculorū: in quas ſicuti ſcribit Cice. de ſuppli. Siqui publice cuſtodiendi erant ex omnibus oppidis Siciliæ deduci imperabantur. In lathomias Verres multos ciues Romanos coniecerat.

¶ Latona pe.pro. Apollinis et Dianę mater. Vnde et latonia dicta eſt Diana. Virg. Aſtrorū decus et nemorū latonia cuſtos. Similiter Delos inſula eſt dicta latonia q i ea latona enixa ſit apollinē & dianā: vt ſcribit Ser.

¶ Latria pe.pro. latine cultus: obſequiū: ſeruitus. Augu. lib. x. ciui. dei. Latriā noſtri vbicunq; ſanctarū ſcripturarū poſitum eſt: interpretati ſunt ſeruiturē: ſed ea ſeruitus quę debetur hominib⁹: ſcđm quam præcepit Apl̄us ſeruos dominis ſuis ſubditos eſſe debere: alio nomine gręce nūcupari ſolet. Latria vero ſcđm cōſuetudinē qua locuti ſunt q nobis diuina eloquia cōdiderūt aut ſemper aut tam frequenter: vt pene ſemp ea dicatur ſeruitus: quæ pertinet ad colendum deum.

¶ Latres latine ſeruus.

¶ Latrina locus priuatarū ſordiū: & ad exonerandum ventrē accōmodatus: a latendo. Apul. de Aſi. lib. ix. Ois pſus: vt in quandā cœnoſam latrinā in eius aim cōfluxerant vitia. Foricę vero loca publica: in quibus licet oibus veutrē exonerare. Cloaca locus cauus nūcupatur: quo publice ſordes eluūtur. Antiqui balneū domeſticū appellare cōſueuerūt: ſicuti docet Var. lib. ij. de analogia. Deinde quū breuitatis cauſa noia contraherent quo eſſent aptiora: p lauatrina latrinā nominarūt: ſicut ex maxillis: axilla: et vexillis: malæ: alę: et vela diminuta ſunt. Plau. in Curg. latrinā p balneo accepiſſe videtur quū ait. Iſtas tuas magnas minas non pluris facio: q̄ ancillam meā: quę latrinā lauat Hinc latrinas quoq; vulgo Colluuiaria: hoc ē receptacula colluuionis ſtercoris et ſordiū. Videnturq; latrinę differre a cloacis: tanq̄ priuatæ a publicis. Col. Immūdis quacunq; vomit latrina cloacis.

⁎ Latreus vnus ex centauris. Cc.

¶ Latro as. propriū eſt canis quū vocē edit. Vir. Multum latrāte licyſca. Hinc latratus. us. ipſa vox canum. Hoc verbū inuenitur cōſtructū cū actō. Hie. Canū proprīū eſt vt dnm ſuū congaudeant: latronem latrēt. Canes Iudęi intelligūtur: qui latrauerūt chriſtū: et latronē congauiſi ſunt. Huius verbi compoſita ſunt Adlatro quod eſt valde: vel ad aliquid latro. Col. p tranſlationem dixit. Sed ne caninum quidē ſicut dixere veteres ſtudium pręſtantius locupletiſſimum quenq; adlatrādi. Oblatro circum aut contra latro. Lactā. lib. v. Quas Demetrianum ſicut ipſe ait oblatrātem atq; obſtrepētem veritati redarguere conatur.

¶ Latrones gręca dictio eſt: qua ſignificātur viarū obſeſſores: qui publice vel p vim furantur q a latere adoriantur: vel a latēdo: q latenter inſidientur. Virg. li. xij Fixūq; latronis impauidus frangit telū. Quū ſupius dixiſſet. Saucius ille graui venatū vulnere pectus. De hoc vide in dictiōe Fur. Apud antiquos etiā latrones dicebātur cōducti milites a λατρεύω inſeruio. Nam ſeruiebāt mercede. Moris aūt erat: vt hos Impator et circa ſe haberet: et primos mitteret ad oñe diſcrimē. Dicti quaſi laterones inqt Var. qm̄ circa latera eſſe ſoleāt quos nūc ſatellites vocāt: qui principis alicuius latus tuentur: q et ſtipatores et ſomatophylaces vocantur. Plaut. in milite. Nam ego hodie ad Seleucū regē miſi paraſitū meū: vt latrones quos cōduxi hinc ad Seleucum duceret: q eius regē tutarētur. ⁎ Inde latrūculus diminutiuū putus latro. Eſt etiam latrūculus ſiue latrocalculus quo ludim⁹ ſedecim ſcrupis gemina acie vtriq; directis: in qbus duo reges ſunt inuicem cōtendentes: duę reginę: quatuor equites: ſedecim pedites: quatuor ſatellites: totidē cētunoēs. Mart. Inſidioſorū ſi ludis bella latronū Gēme⁹ iſte tibi miles & hoſtis erit. Cc

¶ Latrocinor pe.cor. latronū more p̄dor: et mercede milito. Plau. in Carni. Latrocinat⁹ annos in Tiberino q apud regē in latrocinio fuiſti ſtipendium accepiſti.

¶ Latrocinium ipſe latrocinādi actus. Colu. Et in ipſo foro latrocinium.

¶ Latrūculator qui rerum capitalium iudex ſiue quæſtor appellatur: et vulgo Iudex maleficiorum. Vlpia. Latrunculator de re pecuniaria iudicare non poteſt.

¶ Laudo as. verbis extollo. Virg. Laudato ingētia rura. Probare eſt re. Cic. Et laudo et pbo. Aliqñ laudare eſt noiare. Plau. in Cap. Id ſcias Iouē ſup̄mū teſtē laudo. Huius cōpoſita ſunt elaudo: qđ veteres vſurparūt p eo qđ eſt pl⁹ q̄ noio. Var. Elaudat nomē ei⁹ mſica repetit. Collaudo ſimul laudo. Ci. Lentulo. Si rē iſtā ex ſentētia geſſeris fore: vt abſens a multis: quū redieris ab oibus collaudere. Perlaudo valde laudo. Lact. lib. vj. Eas res: quas etiā hōſi contempſerit iure plaudat.

¶ Laus pprie virtus eſt non aliunde prouenicns: ſed ſuis nixa radicibus. Virg. Primam merui qui laude coronā. Dicta laus ἀπὸ τῶν λαῶν: hoc eſt a populo: q ppriē laus ſit populi de aliquo recta loquentis.

¶ Laudatio: eſt ipſa laudantis oratio: q̃uis quandoq; laus pro laudatione ponatur.

¶ Laudabile quod merito laudari poteſt.

¶ Laudatiuus a. um. quod laudat. Vnde laudatiuum genus dicitur demonſtratiuum. ⁎ Vnde laudatiuus caſus dictus eſt actõs: quia per hunc videmur vel accuſare: vel laudare. Cc.

¶ Lupercal a lupa diciẽ locus ſub palatino mõte ſacratus ab Euãdro Pani deo archadię q lycęus vocaẽ q̃uis quidã ita appellatũ velint: ꝙ lupa ibi remũ & Romulũ nutriuerit. Ouidi. in faſt. Illa loco nomẽ fecit: locus ille lupercal. Magna dati nutrix ꝑmia lactis habet. Vel dicitur a luendo: ꝙ ibi ꝑ caprũ luebatur: hoc eſt ſacrificabatur: vt ſit dictio ex tribus orationis partibus cõpoſita quaſi luere per caprum.

¶ Lupercalia etiã ſacra quę in eo loco fiebãt menſe februario: gręci lycęa vocant.

¶ Luperci dicti ſunt quaſi ex illorũ myſterioꝝ ſemine exorti ſiue vt Var. putat ꝙ lupcalibꝰ in lupcali ſacra facerent nudi in honorẽ Panos. Ci. inſectatur. M. Anto.

ꝙ in lupercalibua in quib⁹ ſedebat Cæſar amictus toga purpurea in ſella aurea coronat⁹ ſe lupercũ exhibuerit. Nã nudi ſacerdotea luperci currẽdo luſtrabant ciuitatem & verberabãt prægnãtium manus mulierũ vt faciliores eſſent part⁹ zona ex corio capri. De his Ouidius Quis vetat archadico dictos a mõte lupcoa? Faunus in archadia templa lycæus habet.

℄ Lura os culei ſiue vtris ab antiquis dicta eſt.

℄ Lurcones dicti ſunt guloſi & bonorũ ſuorũ cõſũptores. Plau. in Perſa. perennia herbę lurco edax: furax: fugax. Lucil. Edite lurcones comedones viuite vẽtres.

℄ Lurco as. cibum cũ auiditate nimia ſumo. Pompo. Lardum lurcabat lubens.

℄ Luridus. a. um. pen. cor. qđ eſt ſupramodũ pallidũs quaſi loridũ: quaſi loro pcuſſum & liuidõ factũ. Hor. li. car. Doletq; pattua fulmine luridũ miſſos ad orcũ. Hier. ad Oceanũ. Lurida ora: ſparſum crinem: ſqualidas manus: ſordida colla ſummittere.

℄ Luſcinia auis dicta ꝙ lugens canat. Hãc philomelã græci vocant: q̃ peruigil cuſtos cũ ous quodã ſinu corporis & gremio fouet inſomnẽ longæ noctis laborem cantilenę ſuauitate ſolatur. Hęc auis a poetis quandoq; dicitur atthis: quaſi attica. Mart. Sic vbi multiſona feruet ſacer atthide lucus.

℄ Luſcus ꝓprie qui altero captus eſt oculo: qualis fuit Hãnibal: de quo Iuue. Portaret belua luſcũ. Quandoq; tamen dicit̃ qui eſt hebetioris viſus. A luſcus fit eluſco: as. qđ eſt luſcum facio: & oculum eruo. Scribit Iulianus iureconſultus Aquilia lege teneri eum qui eluſcauerit diſcipulũ in diſciplina.

℄ Luſcitus pen. ꝓd. qui hebeti viſu eſt: & q meli⁹ noctu q̃ die videt.

℄ Luſcioſus ſiue luſcitioſus & nuſicioſus dicit̃ q propter vitiũ oculorũ parum vider ꝙ. ſ. luſcos imitet̃ qui clarius veſperi q̃ meridie cernũt: vt inqt Feſ. Plau. in mili. Aedepol tu quidẽ cæcus non luſcioſus es. Plyn. Sanguine lurci ſanari luſcioſos putat. hoc gręci myopes & nyctolopas vocãt: morb⁹ ipſe luſcio vocat̃. Sũt qui ita diſcernãt: vt luſcioſi dicant̃: qui ad lucernã non vident: myopes qui minutius cernunt.

℄ Luſitania para vlterioris hiſpaniæ quam nũc portugallia appellant. Scribit Ply. luſum liberi patris ac Lyſam cũ eo bacchantem nomen dediſſe Luſitanię. Hæc oceano occidentali alluitur: in qua eſt ciuitas Emerita: & portugallię regnum. Luſitanum litt⁹ pollet gemma ceraunio: qđ indicis præferunt. aduerſus vim fulgurũ creditur opitulari.

℄ Luſito as. pe. cor. frequẽ. eſt verbi ludo. Plau. i cap. Nã vbi illo adueni quaſi patricijs pueris: aut moneru lę: aut anites: aut cothurnices dant̃ quib⁹ cum luſitent.

℄ Luſorius. a. um. qđ ad ludum ſpectat: vt tabula luſoria qua teſſeris luditur.

℄ Luſtrum ferarũ habitaculũ in ſyluis a luto ꝙ ſit lutoſa lacuna. Ver. Non abſunt illis ſaltus ac luſtra ferarum. A qua ſimilitudine ij qui in locis abditis ac ſordidis deſidię & ventri indulgent in luſtris vitam agere dicũtur: propter qđ & luſtra dicũtur popinæ & lupanaria vbi habitant lupæ. i. meretrices. Cice. li. ij. phil. Cũ oẽs impuritates impudica in domo quotidie ſuſceperis vino luſtriſq; cõfectus. Idem Caſſio. Quæ aut̃ẽ in luſtris & in vino cõmentatio potuit eſſe? Et luſtrũ dicit̃ ſpatiũ quinq; annorũ: a luendo. Hoc eſt ſoluendo: ꝙ quinto quoq; anno vectigalia & tributa ſoluebant̃ & vrba luſtrabat̃. i. ſacris purgabat̃. quę purgatio vrbis etiam luſtrũ dicebat̃. Liui. li. ij. Oẽs cẽturiæ & equites in campũ martiũ cõuocati ſue oue tauro cęſis immolarunt: qđ luſtrũ eſt dictũ: ſicq; a ſacrificio illo cẽſus obtinuit nomẽ luſtri. Quia vero cenſua ipſe ſiue luſtrũ ſingulis quinq; annis habebatur cẽſorum magiſtratus inualuit conſuetudo: vt luſtri appellatione ſpatia quinq; annorum appellentur: Hinc armiluſtrum.

℄ Luſtro as circũdo. Lactã. libr. ij. Sed luna quæ orbẽ illum ſigniferum. xxx. dierũ ſpatio luſtrat. Interdum luſtrare ſignificat expiare. Liui. libr. iij. Ibi inſtructum exercitum oueiſue: tauria tribus luſtrauit. Interdũ aſpicere agnoſcere. Cice. lib. iij. offi. Sed cum omnia ratione atq; animo luſtraueris. Interdum ſequi. Ver. At me cum ſocia tua dum veſtigia luſtro. Interdum patefacere clarificare. vt idem. Poſtera phœbea luſtrabat lãpade terras. Interdum inumbrare. Vnde luſtra ferarum cubilia: & lupanaria per contrarium dicimus quia parum illuſtrãtur. Interdum circũſpicere. Verg. lib. iij. Omnia colluſtrans hanc primũ ab littore claſſem Conſpexi venientem. Et luſtrare quod vulgo dicitur monſtrum facere. Cuius ſentẽtię duo ſunt verba: recognoſco. ſ. & recenſeo. Hui⁹ verbi compoſita ſunt colluſtro: quod eſt circunſpicio. Cice. lib. v. tuſ. Ego autem cum omnia colluſtrarem oculis animaduerti colũnellam. Illuſtro: perluſtro quod eſt perfecte circũ reuideo. Liui. libr. pri. Hercules ad primã auroram excitus cum gregem perluſtraſſet oculis.

℄ Luſtror aris. deponẽs ſignificat ſcortor a luſtris abditis locis. Plaut. in pſeu. Luſtrantur luxantur comedunt quod habent.

℄ Luſtralis & hoc luſtrale: quod ad luſtrum ptinet. Liui. li. j. Sacrificiũ luſtrale in diem poſterũ parat. Luſtralia exta veteres dixerunt ꝑpinguia. eo ꝙ luſtralis id eſt quinquẽnalis bos dicitur eſſe perfectę ętatis.

℄ Luſtricus a. um. Vnde luſtrici dies infantiũ appellantur: puellarũ octauus: puerorũ nonus: quia his infantea luſtrantur: & nomina eis imponunt̃. Et qui eos luſtrant luſtratores vocãtur: & fœminę luſtratrices: & qui luſtrant̃ luſtrati nominãtur.

℄ Luter vas in quo vinũ diluit̃. i. aqua miſcet̃. Nam & luto & loto pro diluo a veterib⁹ vſurpatum eſt.

℄ Lutum cœnum ſiue ſordes. habet primã correp. Iuue. Compoſitiq; luto nullos habuere parẽtes. Hinc luteus lutea luteum: quod eſt ex luto. Tibul. Sed nimius luteo corpora tingit amor. Fit autem lutum a luo uis. ἀλλὰ ἅπαντα ταῦτα ἀπὸ τοῦ λύειν ὡς ἄνω λελέχαμεν. ✱ Id eſt. Sed omnia hęc a verbo gręco λύω qđ eſt ſoluere vt ſupra diximus.

℄ Luto as. luto inficio. Vnde lutat⁹ luto infectus. A luto fiunt cõpoſita. deluto: & eluto: de quib⁹ ſupra in dictione deluo dictum eſt.

℄ Luteſcere ſignificat lutum fieri.

℄ Luteus color rubeus ſanguinolentus: nam eſt ſanguini conſimilis: a λύθρου: qui eſt cruor. Gellius latinũ putat: & a luce deduci. Ait enim luteus q̃ ruffus color eſt dilucidior. Vnde nomẽ quoq; factum videtur. Alij a luo ꝙ ſit quaſi dilutus: hoc eſt ſolutus & decoloratus ruffus. Eſt enim luteus color dilutior rutilus qualis eſt color auri. Vnde violę eius coloris luteolę dicuntur. Et lutea herba qua chryſocolla tingitur: quæ naturã lini ſeu lanę habet ad ſuccũ bibendum. Et vitellum in ouo oui luteum vocamus. Idem color cærinus appellatur a ceræ colore. Idem & flãmeus dicitur. Plyn. Lutei video honorem antiquiſſimum in nuptialib⁹ flammeis totum fœminis conceſſum. Hinc flãmea appellabant veſtimenta lutei coloris: quib⁹ flaminica vtebat̃. Luc. Lutea demiſſos velarũt flãmea vultus. Huius nominis prima producit̃. Perſius. Iam chlamydes regũ iam lutea gauſapa captis. Iuue. vero primã corripuit. Iucunde & luteo vulcano ad rhetora miſit.

¶ Luteolus diminu. Ver. Mollia luteola pingit vacci-
nia calta.
¶ Luxo as. ſoluo. Plyni. libr. xvij. Aut circunfoſſori
vel etiam ſubarator imprudens luxauit radices. Vnde
luxa ſiue luxata membra dicũtur locis ſuis mota & ſo-
luta. Et luxati dicũtur quorum membra ſuis locis mo
ta ſunt. Idem. Althęæ radix decocta luxatis prodeſt.
Hinc luxurioſi dicti ſunt: qui in re familiari profuſi at-
q; ſoluti ſunt.
¶ Luxus us. luxuria & luxuries non ſolum pro re ve-
nerea ſed etiam & fere ſemper proprieq; pro omni ſu-
perfluitate & nimia profuſione & ſumptuoſiore cibi ve
ſtitus & aliarum rerum cura dici ſolent. Cice. lib. j. offi.
Intelligim⁹ q̃ ſit turpe defluere luxuria delicate ac mol
liter viuere. Idem in Verrē. acti. j. Quas res luxuries in
flagitijs: crudelitas in ſupplicija: auaritia i rapinis: &c.
Vergi. libro pri. Geor. Luxuriem ſegetum tenera de-
paſcit in hærba. Idem. At domus interior regali ſplen
dida luxu Inſtruitur. Luxus etiam pro ſplendore po-
nitur. Claud. lib. ij. Sub tua purpurei venient veſtigia
reges Depoſito luxu.
¶ Luxurioſus ſa. ſum. ponitur pro nimium abundan
ti. Cice. de ora. Gemmare ſitire agros lętas ſegetes: lu-
xurioſa frumenta. Tunc enim in ſegetes ſolent immit
ti oues vt eas paſcant.
¶ Luxurio as. & luxurior luxuriaris (ſi Diomedi credi
mus) hanc habent diſtantiam: q; luxurio ſit in laude:
luxurior in crimine. Significat luxurio non laſciuiam
mentis: ſed habitudinem corporis. Verg. lib. iij. Geor.
Luxuriatq; thoris animoſum pectus. Corn. Seuerus.
Luxuriantur opes: atq; odia longa grauantur. Vtrũq;
tamē pro ſuperabũdare: profundere: & laſciuire: ſimor
bizare ponitur. Ply. li. xviij. Aliqui in frigidis ab æqui
noctio autũni: in calidis ſerius ne ante hyemen luxu-
rient. Tibul. Luxuriant animi rebus plærũq; ſecundis
Liui. li. j. Poſitis externorũ periculorum curis ne luxu
riarentur ocio animi quos metus hoſtium diſciplinaq;
militaris cõtinuerat. Colu. li. iij. Cacumina virgarũ ne
luxurient diminutato. A luxurior fit cõpoſitũ Eluxu-
rior qđ eſt extra luxurior. Idē i eodē. Qui ſi pigui agro
validis vites depoſueris pãpinis magis eluxuriabunt

L. ante Y.

¶ Lyæus cũ diph. dictus eſt bacchus. λύω ſoluo eo q;
mentē & mēbra vinũ diſſoluat: vnde ſequit paralyſis.
Verg. Regales inter menſas laticēq; lyęum.
¶ Lycus nomen propriũ viri quo nomine multi voca
ti ſunt. Vnus troianus: de quo Vergi. Fata lyci. Alter
thebanus ignobilis: qui regnũ thebanum occupauit.
Item alius thebanus rex. Alius Pandionis filius qui a
ſe lyciam nominauit. Alius lychaon Calliſtoos pater:
archadię rex: qui cũ ſolitus eſſet hoſpites necare: in lu-
pum a Ioue couerſus eſt. Fuit & alius lycus Priami fi-
lius. Item lycus fluuius aſſyriorum qui Tygri immiſce
tur. Ouid. lib. iiij. de pon. Huc lycus huc ſagaris pene-
uſq; hypaniſq; cranſq;. Et lycus græce: lupus latine di
citur: ab λύκοσ: id eſt a prima luce: q; id tempus maxi-
me aptum ſit rapiendo pecori.
¶ Lychaonia regio aſię: quę totius aſiæ medium quo-
dammodo locũ & arcem occupat. Sũt qui ſcribant ly-
chaoniam eſſe partē archadię quæ in peloponneſo ſita
eſt: a Lychaone rege archadię cognoiatam. A lychao-
nia fit lychaonius lychaonia lychaoniũ. Ouid. de triſt.
Quæq; lychaonio terra ſub axe iacet.
¶ Lychaones populi ſunt i Aſia minore prope lyciã:
vt Ptol. lib. v. ſcribit.

⁎ Lycoctonos aconiti genus qđ lupos occidit. Cc.
¶ Lycius Apollo dict⁹ eſt a lyco lupo: q; ſicut lupi pe
cora rapiunt: ita ipſe humorem haurit radijs. Priſci grę
corum primam lucem quę præcedit ſolis ortum λύκομ
appellarunt. ἀπὸ τῦσ λύκοσ. Id eſt a luce. Idq; tēpons
hodie quoq; lycophos cognominãt. & Lycij apollinis
oraculũ: quia in lycia maximę claritatis fuit ob luporũ
interfectionem.
¶ Lycæus cum diph. mons archadię qui Pani deo ſa-
cer eſt & vbi templum bicornis Fauni: a quo lycęa ludi
cra illi ſacrata: a nobis lupercalia ſũt dicta a lupis: q̃ ad
expiandos manes fiebãt. Ouid. li. ij. faſt. Faunus in ar
chadia templa lycæus habet. Dictus lycæus ἀπὸ τῶμ
λύκωμ. Id eſt a lupis quibus propter frequentiam pecu
dum abundabat.
⁎ Lycętus vnus ex centauris. Cc.
¶ Lycæum fuit athenis ſchola Ariſtotelis: ſicut Aca-
demia Platonis: in qua περιπατῶμ. i. deambulãs phi-
loſophabatur. Vnde peripateticorum nomen effulſit:
Fuit & lycæum gymnaſium Ciceronis in Tuſculano a
nomine ſcholę ariſtotelicę. de quo libro primo de diui.
ſic refert. Nuper cum omen cum. Q. fratre in tuſcula-
no diſputatum eſt. Nam cum ambulandi cauſa in ly-
cæum veniſſemus. Id enim ſuperiori gymnaſio no-
men eſt. Huius nominis penultima producitur a Cice-
rone in illo verſu. Inq; academia vmbrifera nitidoq;
lycæo Fuderunt claras fœcundi pectoris artes. Quia
dichrona eſt.
¶ Lycia prouincia ſeu regio in minori aſia: finis pam-
philię ex parte orientali ſic cognominata a lyco Pãdio
nis filio. Hæc Thermile primũ dicebat ſicut herod. lib.
pri. ſcribit. In ea Patera vrbs Xanthus fluuius & chimę
ra mons. Ibi regnauit Rhadamãtus Iouis ex Europa
filius. Hinc lycius lycia lyciũ. Vergi. Vnam quæ lycios
fidumq; vehebat Orontem.
¶ Lycon nomen philoſophi pythagorici. Fuit & alius
lycon Socraticus: ſiue peripateticus: eloquens & in di
cendo ſuauis adeo vt pro lycon glycon nominaret: qđ
ſignificat dulcedinem. Hic fuit cultu & veſtium mollı-
cie nitidiſſim⁹. Lucta & pilari luſione exercebatur. pe-
rijt podagrę morbo annos natus. lxxiiij. Terti⁹ Lycon
fuit poeta. Quartus epigrãmatum ſcriptor.
¶ Lycaſtus vrbs cretæ. a luporum multitudine quæ
ibi eſſe perhibetur.
⁎ Lychen grauiſſimũ morbi genus & a mento fere inci
pit oriri ideoq; a veterib⁹ ioculari quadã laſciuia mēta-
gra appellatus: occupat plęrũq; totos vultus oculis dũ
taxat exceptis: & in colla pectuſq; ac manus fœdæ vi-
tis furfure deſcendit. Cc.
⁎ Lycidas eſt nomē centauri: eſt & paſtoris proprium
apud Vergilium. Cc.
⁎ Lycos latine lupus vnde hæc deducuntur Lyciola
paſtoris nomē Lycimnius & lycinius propria. Cc.
⁎ Lycopa vrbs Aetolię. Lycon pythagoricus philoſo
phus. alter Socraticus. Tertius poeta. Quart⁹ epigrã-
matum ſcriptor. Cc.
¶ Lychnus latine lucerna. Varr. Lucerna a luce dicta
eſt aut ab eo quod vocant gręci λύχνομ. Plau. Lychnũ
emunge paruınper vt videat anus vbi pedes ponat.
Hinc Ellychnium quod lucernis adhibetur ad lumen
preſtandum. Eſt enim funiculus ille qui incēſus flam-
mam nutrit. Lychnus penſilis eſt: quam vulgo lampa
dem vocant. Vnde ſcribit Plyni. lib. xxxiiij. Lychnos
penſiles in delubris placuiſſe: q̃uis & de cãdelabris ori
chalceis dici poſſit lacunaribus appenſis: ſicut veteres
lychnum penſilē dixerunt. Dicitur etiam hæc lychnis.
Ser. vero oſtendit lychnus dici non lychnus cum pri-

mam corripi dicat: quod fieri nõ poſſet: niſi poſt ch ſequeretur i: & triſſyllabum fieret. Ver. Dependent lychni laquearibus aureis.

¶ Lychnitea penultima pro. marmor album quod in Paro inſula effodiebatur ſic cognominatum ꝙ ad lucernam in cuniculis cæderetur. ſicut Plyni. lib. xxxvj. teſtatur. Eſt etiam hoc nomine gemma ardens a lucernarum accenſarũ pręcipua gratia.

¶ Lychnuchi grece nominãtur quicqd lucernas ſuſtinet: quaſi lucernifer.

¶ Lychnobij dicti ſunt qui loco dierum noctib⁹ vtuntur: & ad lucernas viuunt quaſi lucernarij. vt Seneca in vltima epiſtola. Nihil conſumebat niſi noctẽ. Itaq; credo dicẽtibus illum quibuſdã auarũ & ſordidũ. Vos inquit & lychnobium dicetis.

¶ Lyciſca canis natus ex lupo & cane. hunc Ply. Crocutam vocat.

¶ Lyciſſa canis eſt nomen a lyco lupo. Vel quaſi laceſſa. i. ex laconia quia inde veniũt optimi canes.

¶ Lycophos qđ nos primũ tẽpus lucis noiamus.

¶ Lycophron Periandri corinthiorum tyranni filius. Eſt & nomen poetæ græci. Suidas. λυκόφρων Χαλκιδεὺς ἀπ᾽ εὐβοίας υἱὸς σοκλέους θέσει δὲ λύκου τοῦ ῥηγινοῦ γραμματικὸς καὶ ποιητὴς τραγῳδιῶν. ✻ Id eſt Licophron chalcidenſis ex ęboia filius Soclis grammatici tragœdiarum poeta.

¶ Lycopolis vrbs ægypti: a lupis dicta: ꝙ æthiopes ægyptum incurſantes lupi facta acie vſq; ad vrbẽ elephantinã reppulerũt. Ibi ægyptij lycopolim condiderunt a beſtijs illis ei nomen imponẽtes.

¶ Lycomedes Creontis filius.

¶ Lyctos oppidũ cretæ ſub Idomenei ĩperio. A quo Idomeneus lyctius eſt appellatus.

✻ Lyctonia vrbs cretæ. Cc.

¶ Lycurgus nomẽ propriũ lacedęmoniũ regis qui fuit philoſophus & lacedæmonijs leges ſanctiſſimas condidit. Aſtrictiſq; ciuibus iuramento: ꝙ tam diu eas inteinerate obſeruarẽt donec ipſe rediret: e patria nũq̃ rediturus emigrauit. Vide Plutar. Fuit & alius Nemeę regionis rex: & alius rex Thracum.

¶ Lycaon Calliſtonis pater & titani ac terræ filius Arcadię rex qui vt in fabulis ferẽ a Ioue in lupum conuerſus fuit ꝙ Iouẽ hoſpitẽ necare moliretur.

✻ Lycus vnus ex centauris. Cc.

¶ Lydus herculis filius ex Iole. Alter filius Athyis & frater Tyrrheni. A quo lydia regio eſt appellata. Nam cum propter terræ ſterilitatem fratres ſimul ferre non poſſet Tyrrhenus ſorte iacta diſcedens cum ingenti multitudine ad Italiam veniens eam tenuit partem quæ ad mare inferum verſa eſt: & a ſe Tyrrheniam nominauit. Lydus vero remanens Mæoniam de ſuo nomine vocitauit.

¶ Lydia regio in maiori Aſia a lydo athyis mæonię regis filio & Tyrrheni fratre cognominata: quæ flexuoſis Mæandri amnis recurſibus perfuſa ſuper Ioniam procedit: phrygiæ ab exortu ſolis vicina: ad ſeptẽtrionem Miſiæ: meridiana parte Cariam amplectens. Hęc antea męonia vocabaẽ. in hac ſunt vrbs Epheſus: Colophon: Clazomene & Phara.

¶ Lycenteria inteſtinorũ diſſolutio. λύω enim diſſoluo. ἔντερον inteſtinũ. hãc noſtri leuitatẽ inteſtinorũ vocãt: cum cibus nõ perficitur: ſed incoctus egeritur.

✻ Lygdamus nomen eſt viri proprium. Cc.

✻ Lygos vrbs quæ nunc conſtantinopolis. Cc.

¶ Lympha a noſtris aqua: per mutationẽ n in l quaſi nympha. Nam proprie dicitur nympha.

✻ Lymphatius vinum dicẽ qđ plus ſatis habet aquæ ſicut meracius quod eſt ſine aqua. Cc.

¶ Lymphare furore vexare: vt apđ Val. Flaccũ. Lymphauerat vrbem. Sta. It lymphãte deo. Vnde lymphati ſiue lymphatici dicũtur furioſi veſani bacchabundi qui vitiũ ex aqua cõtraxerũt: quod eſt huc atq; illuc diſcurrere. Plynius. Medetur inſanientibus lymphaticis. Nam creditum eſt ab antiquis: qui in fonte imaginem nymphę vidiſſet furore percipi: quos græci νυμφολήπτους. latini lymphatos vocant. Hora. libro primo car. Mentemq; lymphatam Mareotico redegit in veros timores. A Vergilio dicitur lymphata regina pro mẽte commota & furiata. A lympha etiam vt Priſc. inquit fit lymphor aris.

¶ Lympidus a. um. penul. cor. planus politus: Clarus Hieronymus in libro. ꝫ. Elegit ſibi quinq; lympidiſſimos lapides de torrente.

¶ Lynx propriũ nomẽ regis ſcythię: qui cũ cogitaſſet occidere Triptolemũ a Cerere in lyncem aial cõuerſus fuit. Eſt autem lynx ſeu lynca ex luporũ ceruariorũ genere vario collo & maculoſo tergore & acutiſſimo viſu. Ver. Maculoſæ tegmine lyncis. Huius vrina in calculi duriciem vertitur. & ea fit gemma.

¶ Lyncuriũ gẽma quę e lyncis vrina coacta eſt. Ouid. E quibus vt memorant quicqd veſica remiſit Vertitur in lapides & congelat aere tacta.

¶ Lynceus ea. eum. adiectiuũ a lynce. Vnde qui acute vident lynceos oculos habere dicunẽ. Hora. in ſermo. Ne corporis optimis lynceis Cõtemplere oculis.

¶ Lynceus nomẽ propriũ eius qui fuit vnus ex argonautis acutiſſima oculorum acie præditis qui dicebatur videre vltra parietem. Et vt hiſtorici tradunt conſpexit nouiſſimã lunam primãq; eodẽ die in ſigno ariete: quod paucis mortaliũ contigit vidiſſe. Vnde Horatius. Solus nubila lynceus.

¶ Lyndus ciuitas rhodi vbi ſacra Herculis maledictis & execrationibus ſolebãt celebrari. A qua lyndij dicti ſunt. Fuit & altera lyndus in Dorica regione.

✻ Lynoſtrophon hærba quę exhulcerare veſicã exiſtimaẽ quã & marrubiũ vocãt. Cc.

¶ Lynter generis fœmi. genus paruę naui culæ e cauata arbore factę: ab λουτρόν: teſte Priſ. prima diph. abiecta o: & n interpoſita. Cõſtant autem lyntres ex ſingulis arboribus quę vulgo cauæ dicuntur ad traijciendas flumine trabes. Ver. lib. j. Geor. Cauat arbore lyntres. Hæ em̃ non in pelago: ſed in fluuijs ſtagniſq; palo ſuo cõto agũtur. Ponĩ etiam quãdoq; pro quodã dolij genere: vt oſtẽdit Cato. Tibul. pro nauta quæ eſt lignũ cauatum vt nauis poſuit: quo in vindemijs ruſtici vti ſolent. Aut mihi ſeruabit plenis in lyntribus vuas: Preſſaq; veloci candida muſta pede.

✻ Lyparis gemma cuius ſuffitu omnes beſtię dicũtur euocari. Cc.

¶ Lyptote dici põt apud nos defectiua. Nã ab λείπω quod deficio eſt deducitur. Figura eſt cũ minus dicitur & plus intelligiẽ: vt apud Verg. Quid prodeſt ꝙ me ipſe aĩo nõ ſpernis Amyntha. i. libentiſſime amas.

¶ Lyra inſtrumentum muſicum: vbi quot ſunt fides tot reſonãt voces. ἀπὸ τοῦ λύρειν qđ eſt canere. Hinc poetæ lyrici dicti ꝙ ad lyrã ſua carmina cantabant: ſtatuebaturq; eis chorus quinquaginta virorum. ac tauro donabanẽ. Et carmẽ ipſum lyricũ. Hanc eandẽ poetæ chelym vocãt. Et lyra ſignũ cœleſte eſt. Varro ſecũdo de re ruſ. Hoc ſecũdum aſtri exortũ facito: qđ gręci vocant lyrã fidẽ noſtri. Lyra cedit quarto nonas februarij vel ſecũdũ aliquos Calendis februarij & noctu quãdo occidunt terga leonis: vt Higinus ait. Ouidius. Illa nocte aliquis tollens ad ſydera vultum Dicet vbi eſt

hodie quæ lyra fulſit heri. Hanc lyram effecit Mercurius in Mityleno monte Arcadiæ. inde Orpheo traditam dicunt. Alii autumant conceſſam Orpheo ab Apolline poſt repertam citharã. Interfecto Orpheo muſæ i coelo lyram collocauere. Alij dicũt eſſe lyrã Arionis citharœdi qui fuit tempore Cipſelli tyranni Corinthiaci qui primus fuit omniũ citharıſtaꝝ. A lyra etiã cuius prima corripitur fit delyrus a. um. pe. cor.

¶ Lyricen pe. cor. qui lyra canit: cuius ſignificatiõis eſt etiam lyriſtes. Sido. Alceo potior lyriſtes ĩpo. Sic enim dicitur lyriſtes. vt pſaltes.

¶ Lyſander Lacedæmon homo factioſus qui odiũ totius græciæ in Lacedæmonios concitauit: & a Thebãis occiſus fuit: qui Lycaonem regno expulit.

¶ Lyſanias orator græcus: alter fuit Arcas qui Lycaonem regno expulit.

¶ Lyſias orator iucundiſſimus. De quo Quinti.

¶ Lyſius Arcadiæ fluuius: ad cuius radices eſt Aeſculapij tumulus.

¶ Lyſimach⁹ Macedo clar⁹ Calliſthenis diſcipulus. alter fuit vnus ex Alexãdri principibus. ✻ Adde. Eſt & Lyſimachus gemma quæ Rhodio marmori ſimilis eſt aureis venis. Cc.

¶ Lyſimachia vrbs Helleſponti quę terremotu corruit.

¶ Lyſippus clariſſimus ſtatuarius qui ad ſexcenta decẽ opera feciſſe tradiť: quæ ſingula arti claritatẽ dare potuiſſent. Hic teſte Quintiliano ad veritatẽ optime acceſſit. Proper. Gloria Lyſippo eſt animoſæ fingere ſigna.

✻ Lyſipe vna ex filiabus Prœti Arguorum regis. Cc.

¶ Lytta genus vermiculi. qui naſcitur in lingua canum Hic ſi infantibus catulis eximitur. nec rabidi fiũt: nec faſtidium ſentiunt.

M TRANSIT per deriuatiões in n. d. vel t. vel c. vel q. ſequentibus: vt tantum tantundẽ. Idem identidẽ. Eorũ eorundẽ. Nũ nuncubi: nunquis nunq̃: circunquaq; tanq̃ nanq; quenq; quãq; qcũq;. Similiter am præpoſitio ſequentibus f. vel c. vel q. mutat m. in n vt anfract⁹ &c. Vide i in dictione anfractus.

M. ante A.

¶ Macarius nomen viri propriũ: & latine dici poteſt beatus. macarius mos beatitudo.

✻ Macaros dicitur & nomen Cretę inſulę a temperie coeli. Cc.

¶ Macedõia regio a Macedone Oſyridis Iouis filio dicta eſt. Habet macedonia ab Oriẽte Thracium limitem ab occaſu Ioniũ pelagus: a meridie Epyro terminatur: a Septẽtrione habet Dalmatiæ partem. Hęc (teſte Plynio lib. iiij.) olim cẽtũ quinquaginta populoꝝ: duobus inclyta regibus Philippo. ſ. & Alexandro: quõdãq; terrarum imperio.

¶ Macedo pe. co. qui Macedoniam habitat. Luc. libro vi. Cũ tibi ſacrato macedo ſeruetur in antro.

¶ Macedonic⁹ macedonica macedonicum poſſeſſiuũ a macedonia. Vnde mare macedonicum: quod ẽ Aegęi pars: & incipit a Pallene monte: qui Thracię finem facit Extenditur vſq; Megarã: quo Iſthmos interpoſitus miſceri Aegæum Ionio non permittit. Cuius littora a ciuitatibus nomen accipiunt.

¶ Macellum locus quo venalia omnia quæ ad victum humanum pertinebant contrahebantur. Plautus in aul. Venio ad macellũ: rogito piſces: idicãt caros. agninam caram: caram bubulam: vitulinam cetum: porcinam. cara omnia. Cic. Si Epicuri de voluptate liber corroſus eſſet: putarem annonã in macello cariorem fore. Dictum macellũ a Macello quodam viro: qui in vrbe latrociniũ exercebat: quo damnato cenſores Hæmylius & Fului⁹ ſtatuerunt vt in domo eius obſonia venderenť redactis in fiſcum eius bonis. Alij macellum dicunt q; ibi fuerit hortus: quem macellũ a Lacedæmonijs appellatum ferunt. Et Ione ſoſtia hortorum macellotas vocabãt. Donatus a mactandis pecoribus deriuat. Sunt & qui a macerando dici exiſtiment: q; pecora dũ eo ducuntur: ibiq; tenentur: macerantur. Vnde macellũ diminutiuũ ꝑ macilento poniť. Lucil. lib. vi. Si noſti non magnus homo eſt naſutus macellus.

¶ Macellarius qui macellũ exercet non ſolum carnium ſed omnium obſoniorũ: qui etiam panis & frumẽti vẽditor: quippe hæc omnia in macello venundabanť. Var. Duo ſunt ornithonis genera. Vnum delectationis cauſa quo genere macellarij & i vrbe quidã habẽt loca clauſa & rure maxime conducta.

✻ Macer ẽ & poetæ proprium qui de herbarum viribus ſcripſit. Cc.

¶ Macer cra. crũ. a mærore fit: & exilem extenuatũq; ſignificat. Verg. Heu heu q̃ pingui macer eſt mihi taurus in aruo. Colu. lib. ij. Nã vel pinguiſſima vel macerrima humo iacitur.

¶ Macies macritudo & macor extenuationẽ ſignificant Apu. Vñ iſta tã ſubita macies & tãtus pallor? Plau. Oſſa atq; pellis: vt miſer macritudie. Pacu. Corpuſq; meum tali mærore errore macore ſonet.

¶ Macilentus plenus macie. Feſtus. Macilenti macie attenuati.

¶ Macreo es. macer ſũ: a quo macreſco: macer fio. Col. lib. vi. Dabimuſq; operã ne penuria cibi macreſcat pec⁹ Var. Qui earũ aſpectus ad deſyderium macreſcere facit volucres incluſas.

¶ Maceo ces. macui: idẽ quod macreo: a quo maceſco maceſcis macer fio. Col. lib. ii. Cõſtat arua ſegetibus et ſ. hordei maceſcere. Varro. Tũ propter laborem aſperãtur & maceſcunt.

¶ Macio as. macꝝ facio. Cui⁹ cõpoſitũ eſt emacio: qđ ẽ valde macio. Col. lib. v. At certe in ordinarijs vitib⁹ vti q; obtinẽdũ eſt ne pluribus flagellis emacienť niſi ſi futuris ꝑ topaginibus proſpiciemus.

¶ Macero as. cũ ad corp⁹ referť ſignificat attenuo cõtero: ab eo quod eſt macer. Hora. li. j. car. Q m̃ penitus lentis maceret ignibus. Plaut. in ca. Multos iſte morbus homines macerat. Cũ aũt ad aĩm ſignificat affligo. Lact. li. vij. Nec ad oculos ſomn⁹ accedet ſed aĩas hoĩm ſollicitudo ac vigilia macerabit. Proprie tñ macerare eſt mollificare: vt fit cũ qppiã tã diu i aqua teneť donec tenereſcat. Terẽ. in adel. Salſamẽta hæc o Stephanio fac vt macerenť pulchre. Col. lib. j. Piſcinas duas. alterã q̃ anſeribus pecoribuſq; ſeruiat: alterã in qua lupinũ: vlmi: vimina & virgas atq; alia q̃ ſunt vſib⁹ nr̃is apta maceremus.

¶ Macereſco maceratus fio. Ca. de re ru. Frumento curgulio ne noceat neu mures tangãt lutum de amurca faſcito: palearum paulũ addito ſinito macereſcant.

¶ Macro cras. cuius compoſitum eſt emacro: quod eſt valde macer fio. Ply. lib. xviij. Terram emacrari hoc faſtu. ſ. milij exiſtimantes:

¶ Maceria & maceries paries ſiue murus vel cõgeries lapidũ in vnũ cõpactoꝝ ſine cæmẽto aut alio gñe ferruginis quo vineæ claudi ſolẽt. Terẽ. in adel. Iube hanc ma

ceriem dirui. Var. tñ sliter libro. iij. Quis ignorat ſepta e macerijs ita eē oportere i leporario: vt tectono tecta ſint & ſit alta. Cato de re ruſ. Macerias ex calce cæmentis ſilice vti dominus omnis ad opus præbeat. Quãdoq; maceria dicitur membrana ſecundinarum quam alio nomine ſterism appellãt. Hiero. in Geñ. Quare diuiſa eſt propter te maceria? Et maceries dicitur macilentia. Afra. Si ille hoc nunc ſentit facere illi ſatis vis quanta illius mors ſit maceries tibi.

¶Macto as. interficio. Lactan. libro ſecũdo. Mactãtur greges hoſtiarum. Plau. in Amphit. At ego certe cruce excruciatum mactabo. Tractum eſt a ſacris vbi mactari oues dicuntur quæ immolantur. Verg. Et nigram mactabis ouem: lucumq; reuiſes. Dictum eſt tamen macto quaſi magna auctoritas: hoc eſt augeo. Nam priuſ q̃ victimam immolarent tus aut vinum ſuper eam fundebant. Vnde mactum eſſe taurum dicebant ture vel vino cumulatã hoſtiam & magis auctam. Hinc mactare magna augere veteres vſurparũt. Cic. Ferunt laudibus: mactant honoribus. Per translationem quandoq; mactare ponitur p malo afficere ſeu male tractare. Plau. in aul. Dotatę mactant malo & damno viros. Quãdoq; pro p̃cipitare. Accius. Aut illorum copias fundam in cãpo: aut nauis veſtras mactabo in mare. Quãdoq; pro honorare. Plau. Tamen honeſte mactatũ reducã domũ. Quãdoq; pro verberare: Vnde legimus de martyrib' Primo & Feliciano. Extẽderũt eos milites & virgis fortiter mactauerunt.

¶Mactus cta. ctum. tam genitiuo q̃ ablatiuo cõſtruitur & vocatiuo ſemper: vt Macte virtutis & virtute: id ẽ magis auctæ cumulatæq;. Eſt autem dictio quę laudet ſimł & adhortetur puerũ quem probitate creſcere videat. Sãguinolentis etiã ex acie redeũtibus dicitur. Mar. Macte animi quem rarus habet morumq; tuorũ. Syl. lib. v. Lælius affatur macte o venerãde pudici Ductor macte animi. Cicer. Macte virtute eſto. Hierony. Macte virtute: macte Zelo fidei. Ply. in laudem aſtrologorũ. Macti ait ingenio & cœli interpretes rerumq; naturę capaces. Sta. lib. vij. th. Macte animo iuuenis id eſt pfectæ indolis: vt exponit Lactius interpres.

✗Machara cyprus antea dicta eſt. Cc.

¶Machaon Aeſculapij filius frater Podalirij medicus clariſſimus.

¶Mache latine pugna.

¶Machæra cũ diph. Nam græce μαχαιρα: latine ſica: gladius culter. qđ nomẽ impoſitũ eſt a græcis quia multo ſanguine cõmaculeł. Iuue. Ames nomẽ victũq; machærę. Inſtrumẽtũ ẽ ad ſcidẽdũ ſimł & vulnerãdũ. Apu. lib. ix. de aſi. Cõminabatur ſeſe cõciſurũ cum machæra fruſtatim. Quo ſermone eius cõmonefactus Hortulanus eripit ei ſpatham.

¶Machæropios faber gladiorũ quo nomine dictus eſt Demoſthenis pater ab officina gladiorũ: quã Athenis egregiam multiſq; artificibus ſeruis iſtructam habebat.

¶Machærophorus ſicarius gladiũ ferens. Cice. ad Q. fratrem. Machærophoris centum ſequentibus miros riſus nobis edidere.

¶Mactex dicuntur p̃tioſa edulia. Suet. de Cali. Multis venenatas macteas miſit. Mar. mactea neu. genere protulit. Sed te mactea ſola iuuant.

¶Machalaum nomẽ græcum cõpoſitũ ex mache quod pugnam ſignificat & αλαοσ cæcũ & errãtẽ. Oppidum in Brixiano agro inſubrium clade nobile.

¶Maccabę' cũ duplici cc. & diph. nomẽ barbaṝ: quo vocati ſũt illi viri fortiſſimi apđ ſacras lr̃as celebratiſſimi.

¶Machina. pe. cor. græce μηχανη molitio inuentio. Vñ mechanicus faber ſeu opifex eorum operum quæ ingenio ſimul & manibus fiunt. & mechanica ars fabrilis. Vñ artes diuidũtur in liberales & mechanicas. Aſco. Machina dicitur vbi non tam materiæ ratio q̃ man' atq; ingenij ducitur. Machina etiam dicitur inſtrumentũ quo moles aliqua facile quocũq; volueris impelli poteſt. Et machinas bellicas vocamus opera fabrilia quibus in bello vtimur. Item ipſa cõſilia quibus decipere hoſtem conamur: machinæ vocantur.

¶Machinor imaginor: cogito: ad reperiendum & fabricandum tam bonũ q̃ malum. Lactan. lib. ſecũdo. Nimirum deus vniuerſi artifex ſic illa diſpoſuit: ſic machinatus eſt: vt per ſpatia cœli diuina & admirabili ratione decurrerent ad efficiendas ſuccedentium ſibi temporũ varietates. An Archimedes ſiculus cõcauo ęre ſimilitudinem mundi ac figuram potuit machinari: in quo ita ſolem lunamq; compoſuit vt inæquales motus & cœleſtibus ſimiles cõuerſionibus ſinglis quaſi diebus efficerẽt. Liui. lib. j. Confeſtim turno necẽ machinaẽ. Sall. Iam tũ non conſulibus ſed pleriſq; ſenatoribus perniciem machinabantur. Dicitur aũt machinari ab μηχανομαι: quod eſt inuenio. Vnde μηχανημα inuentum & molimẽ dicił.

¶Macra fluuius in Apẽnino inter Ligurum montes p Lunam ciuitatem in Tyrrhenum mare influit.

¶Macri campi inter Bononiam & Rauennam: p quos Romam itur.

¶Macros græce latine longus: a quo multa fiunt compoſita.

¶Macrocola pe. p. a longitudine dicunł. Sũt eñi eo nomine maiores & lõgiores chartæ quas modo regias vocamus. Nam & Catullus regiam chartã vocat. Ex eadẽ origine ſunt protocola quæ formularij conficiunt.

¶Macrocoſmus longus mundus. Microcoſmus paruus mundus.

¶Macrochir longa manus.

¶Macrochera tunica manicata. Lãpridius. Macrocheras ex purpura ad vſum ſuum reuocauit.

¶Macroceni montes ab Iſtro flumine non longinqui.

¶Macrobius nomen viri proprium: latine lõgæuus dicitur. Nam μακροσ longus: & βιοσ vita dicitur.

¶Macrobij etiam populi Aethiopiæ ſunt vltra meroẽ vt inquit Solinus quibus dimidio protenſior eſt vita q̃ noſtra: iuſtitiam colunt: amãt æquitatem: plurimum valẽt robore: & forma pulcherrimi. vltra hos populos deſertæ inhumanæq; ſolitudines ſunt. Apud eos lacus eſt quo perfuſa corpora quaſi vncta niteſcũt: adeoq; liquidus vt ne folia quidem ſuſtineat.

¶Macrologia longus ſermo.

¶Macrologeo multa loquor:

¶Macrocatalectos dictio in longam deſinens.

¶Macrothymia loganimitas.

¶Macrothymos longanimis.

¶Macrochronius diuturnus.

¶Macula turpitudo ac ſordes. Plyni. Fullones eas maculas e veſtibus tollunt. Quãdoq; ponitur pro nota ſeu ſigno vñ genitiuæ notæ in corpe maculæ dicũtur. Plautus in cap. Viden tu illi maculari corpus totũ maculis luridis. Quãdoq; pro infamia. Cicero. Cuius vt adoleſcẽtiæ maculas ignominiaſq; prætercam. Quandoq; p rnotis foramine ſeu plaga: quã vernaculo ſermõe dicimus lamagia. Idem in Ver. acti. ſeptima. Reticulum ad nares ſibi admouebat tenuiſſimo lino: minutis maculis plenũ roſæ. Varro libro tertio pro rætí poſuit. Septum totum grandibus maculis integitur ne eo inuolare aquila poſſit: neue ex ea euolare aues. Quandoq; maculæ dicuntur ſigna in marmore. Seneca epiſtola. cxvj. Delectant nos ingentium maculæ columnarum.

¶Maculoſus ſordidus: immundus. Plau. Sordida ac

maculoſa facie. Item dicitur varius ac notis plenus. Virgilius. Succinctam pharetra ac maculoſæ tegmine lyncis.

¶Maculo as. i. fœdo turpo. Lact. lib. v. Innocentiũ cruore maculãtur. Hinc cõmaculo as. & immaculatus: qui ẽ ſine macula.

¶Macticus qui habet magnas malas & os patens quaſi maluncticus.

⁎Mados vitis albæ genus quã græci ampeloleucen vocant. huius ſarmẽta lõgis & exilibus internodijs geniculata ſcandunt: folia habet pampinoſa ad ſimilitudinem hederæ.

¶Madeo des. madidus ſum. Ply. lib. viij. Tergoris galeæq; impenetrabilis pterq̃ ſi humore madeat.

¶Madeſco is. habet ſignificationẽ paſſiuã innatam calore intriſecus ſumpto: vt proprie madeſcere ſit cũ quis febri vel labore ſeu potione prępotentis vini æſtuat aut aliter ſudorẽ emittit: licet etiã extriſec⁹ dici poſſit. Clau. lib. iij. Largis tunc imbribus ora madeſcũt. Col. lib. vij. Stabulẽtur ſic eo loco ne hũore madeſcant vngulę. Hic cõponitur permadeſco: quod eſt valde madid⁹ fio. Idẽ lib. ij. In id tempus conuenit inter peritos rei ruſ. non eſſe arãdum niſi ſi magnis vt fit nonnunq̃ ſubitaneis imbribus quaſi hybernis pluuijs terra permaduerit.

¶Madefacio is. balneo. Lactan. lib. vj. Si focos odorati ac veteris vini perfuſione madefecerint.

¶Madefio habet ſignificationẽ paſſiuã extrinſecus: vt cũ qs aqua alio ve liquore balneaẽ. Sue. Cũ decidiſſet in mare per ducentos paſſus euaſit ad ꝓximã nauẽ elata lęua ne libelli quos tenebat madefierent.

¶Madidus a. um. quod eſt aliquo liquore reſpſum. hic ſemimadidus. Col. lib. ij. Sed quãdocũq; arabitur obſeruabimus ne lutoſus ager tractẽ: neue exiguis nimbis ſemimadidus.

¶Madido as. madidum ſeu balneatũ facio. Clau. lib. ij. Ille nouo madidantes nectare pennas Cõcutit & glebas fœcundo rore maritat.

¶Madefico idẽ qđ madefacio. Ply. lib. xxviij. Etſi contra epiphoras feruẽtes oculorũ anguli ſubinde madeficẽt efficacius ſi cibo vinoq;: ſi pridie ea abſtinuerit.

¶Mador infuſio ipſa. Sall. lib. iij. hiſt. Quaſi par in oppido feſtinatio & ingẽs terror erat ne ex latere noua munimẽta madore infirmarentur. Nam omnia oppida ſtagnabant redundantibus cloacis aduerſo æſtu maris.

⁎Madõ fructus eſt ſecũdũ Bœotios heracleonis herbę ſiue nymphææ cuius radix ſole deſiccata geniturã p quietem exeuntem & alui fluxũ reprimit. Ce.

¶Madaura ciuitas in collimitio ſita Gætuliæ & Numidiæ. A qua Apuleius Madaurenſis eſt appellatus. Ad hanc vrbẽ ſcribit Aug. li. con. ſe contuliſſe cũ adoleſcẽs eſſet diſcendarum ingenuarum litterarum gratia florente ibi Gymnaſio.

¶Madulſa ebrius: quia madidus ſatis vino ſit.

¶Madian vrbs quædam ab vno filiorũ Habraã ex Cethura ſic vocata. quæ teſte Hier. eſt trans Arabiã ad meridiẽ in deſerto ſarracenorũ contra Orientẽ maris rubri. Vnde vocanẽ Madianei & madianea regio. Legimus & filias Ioab ſoceri Moyſi filias Madian. Sed hæc alia ciuitas Homonyma eius iuxta Arnonen & Ariopolim: cuius ruinæ nunc tantummodo demonſtrantur.

¶Mæander cũ dipht. qui & mæandrus fluuius Phrygię ſiue Mæoniæ ita ſinuoſus flexib⁹: vt ſæpe credaẽ ad fõtem reuerti. Per Phrygiã currit Lydiamq; diſterminat a Caria. Vnde Ouid. lib. ix. met. eum Phrygium appellat Non ſecus ac liq̃dis Phrygius Męander in vndis. Stra. ſcribit quoniã multũ accipiat limi: & vario impetu modo ad hanc: modo ad aliã adijciat ripã. Vnde obliquitates omnes Mæandros veteres appellarũt. Cic. in piſo. Scio quos tu mæandros quæſiuiſti. Eſt etiã picturę genus qđ Feſtus neu. genere mæandrũ declinat a ſimilitudine męandri. Ver. Quã plurima circum Purpura mæandro duplici melibœa cucurrit. Hoc etiã noię dict⁹ eſt mõs Indię

¶Mænas cũ diph. genus piſcis. Vide in dictione męna

¶Mænas nadis. furioſa ſiue inſana dicitur ab μαίνομαι quod eſt furere. Fuerũt autẽ mænades mulieres: quæ Liberũ patrem ſp ſecutæ bacchi ſacra celebrabãt paſſis capillis furientiũ more huc atq; illuc curſitantes. Iuue. Crinemq; rotant vlulãte priapo Męnades.

¶Mænala pe. cor. intellectu ſingulare: voce autem plurale iquit Priſ. At Diom. docet in ſingulari eſſe generis maſ. in plurali neu. Mons Arcadiæ celſus. Ver. Piniferillum etiam ſola ſub rupe iacẽtẽ Mænalus. Luc. li. iij. Sicanias alphæus aquas tũe mænala liquit. Eſt & nomẽ vrbis. Mænalius a. um. quod eſt ex mænalo. Vñ bacchus dictus eſt męnalius ἀπὸ τοῦ μαίνομαι quod eſt furere inſanire: ſiue a mænalo Lycaonis filio. Et Apermęnalus quẽ Hercules Euryſtheo detulit. Stephanus Byzantius μαίναλος πόλις ἀρκαδίας ἀπὸ μαινάλου τοῦ λυκάονος. καὶ ὄρος ἐστὶ καὶ ἐν τῇ γαλατίᾳ κτίσμα. ⁎. i. Męnalus ciuitas Arcadiæ a mænalo Lycaonis filio & mons eſt in Galatia ædificium.

¶Mæotis pe. pro. græce μαιῶτις palus Scythica in regione ſeptentrionali iuxta Phaſidis oſtium frigore congelaſcẽs. Ouid. lib. iij. de triſ. Lõgior antiquis vna mæotis hyems. Hinc piſces męotides ſeu mæotici dicti qui mæoti capiuntur.

¶Mæonia Lydia eſt regio minoris Aſiæ. Vñ mæones populi. hęc vocatur regio exuſta. Nam ſicut ſcribit Strabo. Cinerulenta eſt in ſuperficie: & tota arboribus caret: præter vitem. Dionyſius ſcribit hanc regionẽ eſſe ſub altiſſima Tmoli montis rupe ſitã ex qua Pactolus amnis effluit. Hinc Mæonius a. um. Vnde Homerus dictus eſt męonius. Mar. Perlege mæonio cãtatas carmine ranas. Dictus & mæonides a patre qui Mæon appellabatur.

¶Mæror inquit Cic. lib. iiij. tuſ. eſt ægritudo flebilis.

¶Mæreo es. mæſtus. Vide in dictiõe mereo es. Caper. Mæſtus animo ſed triſtis vultu.

¶Mæſtitia & mœſtitudo idem quod mæror. Quintilianus. Dolore atq; animi mœſtitia languẽs. Plautus. Cur tanta mæſtitudo obtigit?

¶Mæſto as. & mæſtifico as. mœſtum facio. Amb. lib. ij. offi. Cur non ego etiam dicam in quibus eum mæſtificare poſſum? Ab μοῖρα. ideo per œ.

¶Mæro as. mærentem & triſtem facio. Nam mæraret. i. mærẽtem faceret. vetus verbum.

¶Magar Pœnoꝝ lingua villam ſignificat. Vnde & magalia villæ dicuntur: quis magaria ſecundum Seruium dici debeat: cuius prima producitur. Vergilius. Miratur molem Aeneas magalia quondam.

¶Magidæ menſæ ſeu coquinarij inſtrumenti genus habetur & panis ſeu offæ genus quod madiga quoq; appellant.

¶Magia fons Siciliæ in agro Syracuſano. quo etiã nomine incantatio dici latine poteſt.

⁎Magicus qui magicam vel exercet vel callet. & magicas artes & magicas herbas quibus magorum vanitas gloriatur. Ce.

¶Maginor aris. quaſi tarde conor vngor iquit Feſtus.

¶Magirus pe. pro. latine coquus dicitur. Vnde Archimagirus princeps coquorum.

¶Magis aduerbiũ ſignificat plus: deduciẽq; a magn⁹ & pter naturã aliorũ habet neutrũ: nã comparatiua neutra vim aduerbij habent: vt validius: ſanctius: maius vero nõ: loco cu⁹ dicim⁹ magis a quo fit cõpoſitũ demagis qđ

ſignificat valde magis:& pro minus a veterib⁹ ponebaꝛ

¶Magiſtri a magis:& ꝓprie artiũ praeceptores ſũt q̃uis etiam ad omnes trãſferri poſſint quibus ꝓcipua cura rerum incũbit. Dicti magiſtri ꝙ magis caeteris poſſint:vł ꝙ magis q̃ caeteri diligentiã rerũ quibus pręſunt habere debent. Hinc magiſtri pagorũ:ſocietatũ:vicorũ:collegiorũ dicunꝛ:q pagis ſocietatibus vicis collegijs pręſunt. Magiſter equitũ dicitur cui ſumma poteſtas erat in equites:addebatq; ſemp dictatori cui ſumma poteſtas in populũ:a quo & magiſter populi dicebatur. Poniꝛ etiã magiſter pro cuſtode. Teren. Me filijs relinquunt:quaſi magiſtrum. Et magiſter pecoris cuſtos vocaꝛ. Huius diminutiuũ eſt magiſtellus id eſt paruus magiſter.

¶Magiſteriũ magiſtri dignitas ſeu officiũ. Nam magiſteria ſic a magiſtro videntur deduci:quo modo a miniſtro miniſteria. Sue. de Aug. Auus municipalibus magiſterijs cõtentus abundante patrimonio trãquilliſſime ſenuit.i.officijs municipij ſui.

¶Magiſtro as. moderor:guberno.

¶Magiſtratus us. ꝑ deriuationẽ a magiſtris cognominaꝛ q per imperia potẽtiores ſunt q̃ priuati. Et modo ſignificat eos qui in poteſtate aliqua ſunt cõſtituti vt ſunt cõſules:procõſules:praetores:propraetores:& alij qui ciuitates & ꝓuincias regunt. modo ipſam poteſtatẽ ſeu officiũ. Cic. Nã iſtũ in vrbe magiſtratum gerebat. Et magiſtratuũ alij maiores:vt cõſules:cenſores:praetores. Alij praeter hos dicebantur minores.

¶Magmata pe. cor. paſtili & maſſae factae ex vnguentorum fęcibus odoris gratia ἀπὸ τοῦ μάττειν quod ẽ terere & miſcere:vt inquit Ply.

¶Magmẽtũ veteres dixerũt quaſi maius augmentum & auxiliũ:quoniã augebant numerũ hi qui accedebant alienigenę vt adiumento eſſent.

¶Magus dictio Perſica:qua apud eos ſignificaꝛ ſapiẽs Sic.n. Perſę magos vocãt vt gręci philoſophos:latini ſapiẽtes: Galli dryudas: Aegyptij prophetas ſiue ſacerdotes: Indi gymnoſophiſtas: & Aſſyrij Caldaeos a Chaldaea Aſiae regione. Apud nos vero magus incantator ex officio vocari poteſt. Nã cum magi apd Perſas potiſſimum deorũ cultui vacare ſolerẽt:in tãtã poſtea aucta eſt eorũ vanitas vt nõ ſolũ obſeruatiõe ſyderũ futura ꝑdicere:ſed artibus quibuſdam & maleficijs:& ſcire ſe omnia & facere poſſe profiterenꝛ. Hic magicus ca. cũ. quod ad magũ pertinet: vt ars magica. Suidas. μαγεία καὶ ἀστρολογία ἀπὸ μαγουσαίων ἤρξατο· οἱ γὰρ τοὶ πέρσαι μαγοὺς ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ὀνομάζονται καὶ μαγουσαῖοι δι᾽ αὐτοί. ※. i. magia & aſtrologia a Maguſaeis incepit. Perſae enim magi a loco nominantur & ipſi Maguſaei.

¶Magnus grãdis cuius cõparatiuũ eſt maior:ſuperlatiuum maximus. A quo multa cõponuntur.

¶Magna graecia dicta eſt ea pars Italiae quae a Tarento vſq; ad Cumas eſt. vel vt Ply. li. iij. refert a Locris Italię fronte ad Tarentũ vſq; protẽdiꝛ:ſic dicta ꝙ multae magnaeq; ciuitates in ea fuerint a graecis cõditae. Auctor Iuſti. li. xx. Ver. Effuge cũcta malis habitanꝛ moenia Graijs. In ea habitauerũt Architas: Pythagoras: Parmenides & Zeno Pythagorici philoſophi: & Aenni⁹ poeta: A quibuſdã tota Italia dicta eſt maior Graecia. Ouid. in faſt. Itala nã tellus Graecia maior erat.

¶Magnũ ſocerũ & magnã ſocrũ appellabat vir vxoris ſuae auũ:auiamq;. Maior ſocer & maior ſocrus vxoris ꝓauus proauiaq; appellatur. & ſic per ſingulos gradus.

¶Magnalia ſunt ingẽtia facta & admiratiõe digna. Hiero. in lib. Exo. State & videte magnalia domini quae facturus eſt hodie.

¶Magnific⁹ q magna facit. Scribit Ariſt. li. iiij. Aethi. magnificũ dici illũ qui in magnis pro dignitate ſumptũ facit:qui circa publicam magnificentiam impẽſas facit honorificas:veluti in ludis:in reb⁹ dijs ſacrificatis:in ędificijs:in epulo publico. nõ qui in ſe ipſum ſumptuoſus ẽ. Eſt & magnificẽs a quo magnificẽtia:quae eſt vt Cic. inquit rerũ magnarũ & excelſarum cũ animi ampla quadã & ſplẽdida propoſitione cogitatio atq; adminiſtratio.

¶Magnifico as. extollo. Ply. Magnificat & vituli q nõ dũ herbam guſtauerit fimum.

¶Magnas atis. & magnat⁹ ati. q ĩ ppło magnus habeꝛ.

¶Magnata vrbs Hybernię:a qua Magnatae populi vocati ſunt.

¶Magnes etis. generis maſ. genus lapidis ad ſe ferrũ attrahentis. Dictus magnes ab inuentore: in Ida primũ reꝑt⁹:de quo Ply. lib. xxxvj. Orpheus. αὐτὰρ ἔργων σῶν ἄλοχον κέλομαί σε δαήμεναι ἣ ἔθεν ἀγχοῦ ... ἀλλοτρίοιο λέχος καὶ δῶμα φυλάσσοι. ※. i. Sed ego a tua vxore iubeo te ſcire ſi ob ſui integritatẽ vim ab alieno lectum & domum ſeruauerit.

¶Magneſia Macedoniae regio Theſſaliae annexa. Ab eſt ab Epheſo:ſicut Pli. lib. v. ſcribit. xv. mil. paſ. A qua Magnetes q & Magneſij populi vocati ſunt. Lu. lib. vj. Et magnetis equis Myniae gẽs cognita remis. Eſt & Magneſia vrbs in Aſia apud quam Scipio Aſiaticus Antiochum regem magna clade affecit.

¶Magog. nomen viri filij Aphet ꝓpriũ:a quo vt Ioſephus ait li. j. Magogae dicti ſunt q a graecis Scythae dñr

¶Maguderis vt Priſ. lib. vij. inquit: frugis. i. caulis genus qui naſcitur ex ea parte cu⁹ radix ſirpis auelliꝛ. hũc caulem laſerpitij quidam exiſtimãt. Plau. in Ru. Seu tibi confidis fore multam magudarim. Laſerpitiũ autem herbam eſſe nonnulli arbitrantur:vt Ply. lib. xix. teſtaꝛ Legitur & magudaris. Col. li. vij. Facit & radix quã graeci vocant μαγούδαριν vulgus autem noſtra conſuetudine laſerpitium appellat.

※Maia Athlãtis filia fuit ex qua Iuppiter Mercuriũ ſuſcepit. ſignificat & obſtetricẽ vt author ẽ Suidas in Socratis vita. Eſt et dea Fauni filia cui in mellario vaſe nõ mel ſed vinum ſacrificabant. Cc.

¶Maieſtas a magnitudine dicta eſt. Eſt enim decus amplitudo & dignitas vel populi. vel ſenatus vel principis imperatoriſ ve. aut etiam priuati magni viri. Vnde maieſtatis crimẽ iuriſconſulti diffiniũt quod aduerſus populum Roma. vel aduerſus ſecuritatem eius committitur: Et rei maieſtatis dicuntur qui eiuſmodi crimen committunt. Maieſtas quoq; dea credita eſt honoris & reuerẽtię filia. de qua Ouid. Donec honor placidoq; decens reuerentia vultu Corpora legitimis impoſuere toris. Hinc ſacra maieſtas quae mũdũ tẽperat omnem. Quaq; die partu ẽ edita magna fuit. Nec mora cõſedit medio ſublimis olympo Aurea purpureo conſpicienda ſinu.

¶Maiales porci caſtrati. Var. Verres cõmodiſſime anniculi vtiq; nec minores q̃ ſemeſtres. Quo facto nomẽ mutãt:atq; e verribus dicuntur maiales.

¶Maiores: intelligi poſſunt quicunq; aui abaui proaui ataui tritaui & ante hos in infinitũ. ſicut minores q etiam poſt trinepotes futuri ſunt. Ci. Ego meis maioribus virtute ꝑluxi: vt ſi prius noti nõ fuerint a me incipiãt habere initiũ memoriae ſuę. Virg. Hunc laetũ tyrijſq; diem troiaq; profectis Eſſe velis noſtroſq; hui⁹ meminiſſe minores. Nõ ſolũ minores hi dicunꝛ ſed etiã poſteriores & poſteri & nepotes. ſicut ij q ante nos fuerũt maiores & ſuperiores & pr̃es & aui appellanꝛ. Et tã maiores q̃ minores in hac ſignificatiõe tñ pluraliter declinanꝛ. maiores magiſtrat⁹ ſũt cõſules penes quos faſces ſũt:vel q priores facti ſũt. maior ꝑtor diciꝛ Vrban⁹. minores cęteri. maiores flamies dicebãꝛ patricij gñis minores plebei. maior auũcul⁹:aui & auię auũcul⁹. Sic maior patru⁹. maior amita.

¶Maius menſis a maioribus dictus eſt: q̄a vt inquit Macro. Maioribus cōſecratus erat quoꝝ cōſilio reſp. gerebatur: ſicut iunius a iunioribus qui rē armis gerebāt. Poſtq̄ enim Romulus populū Romanū in maiores minoreſq̧ diuiſit: vt altera pars cōſilio altera armis rēp. tuereť: i honorē vtriuſq̧ partis hūc maiū: ſequētem Iuniū vocauit. Oui. Hinc ſua maiores tribuere vocabula maio. Iuniꝰ a iuuenū noīe dictus adeſt. Sunt & qui maium a maieſtate dea denominatum velint. q̄ flamē vulcanalis kalēdis Maijs huic deæ rem diuinam facit. Alij a Maia Mercurij matre. Propterea hoc mēſe mercatores omnes Maię pariter & Mercurio ſacrificare ſoliti erant.

¶Malus fœ. genere arbor cuius fructus eſt malū id ē pomum: tractum nomen a gręcis qui malū μῆλον dicūt. Vnde melimela. & habēt pe. pro. Hinc malinus a. um. quod eſt materiatū ex malo. Col. lib. viij. Eſt etiam non ingrati ſaporis muria ꝑduratus: atq̧ ita malinis lignis: vel culmi fumo coloratus.

¶Malus maſ. ge. arbor nauis: quia inſtar mali ſit in ſummitate: vel q̄a cingiť quaſi q̄buſdā malis quorū volubilitate facilius leuanť vela. & ſimiliter primā ꝓducit. Luc. li. ij. Antennas prorā malos tonſaſq̧ natantes.

¶Malus a. um. pri. co. diciť qđ opponiť bono. Eſt enim generale nomē turpia ſimul & detrimentoſa cōplectens. Vnde dicimus malū culpæ qđ male agēdo committitur. quale ē homicidiū & huiuſmodi. malū pœnę qđ deus ob mala cōmiſſa immittit: vt eſt illud ꝓpheticū. Ego dominus creans malū. Dicimus etiā malū militē q̄ eſt imbellis malū impatorem qui ē imprudens: malū grāmaticū q̄ eſt rudis: malū iudicē qui eſt iniquus: malā faciem quę eſt deformis. Præterea malū ſumiť pro labore afflictione & anguſtia. Vir. Aſſuetūq̧ malo Ligurē. Et i pſalmis. Lætati ſumus ꝓ diebus quibus nos humiliaſti: annis quibus vidimus mala. Vbi Hier. Quanto magis in hoc ſęculo paupertate: inimicorū pſecutionibus: vel morborū cruciatibus fuerimꝰ afflicti: tāto poſt reſurrectionē in futuro maiora præmia cōſequemur. Itē ſumiť p malignitate. Seneca. Imbecillū inſontēq̧ dānare ſummū eſt malū. Itē pro interiectiōe: perinde ac ſi diceremus proh nefas. Qui loquendi mos p interrogationē & honeſtus & vſitatus eſt. Gel. Quæ malū ratio iſta eſt? Ply. Quæ malū iſta dementia eſt iterari vitā morte? Ter. in Adel. Quod hoc malū infœlicitatis? In eūdē ſenſum Cic. ad Atticū dixit. Qui mali? Aliquādo capiť malū ꝓ paruo: ſicut bonum p magno.

¶Male aduerbiū modo poniť ꝓ valde ſed ſemp in malā partē. Cic. Addebat etiā idq̧ ad rē ptinere credebat ſcriptores illos male mlctatos. i. magna pœna affectos. modo parū. Vir. Heu male tū mites defendit pāpinus vuas. modo pro incōmode: ſicut bene p cōmode. vt Male habito. Vnde habito in cōpoſitione habet vim negationis. vt maleſanus: malefortis. Ouid. lib. iij. faſ. Nōdū tradiderat victas victoribus artes Græcia facundū ſed male forte genus.

¶Maleaudio ſignificat alicuius maledicta ſuſtineo ſeu infamor vituperor culpor. ſicut beneaudio: laudor: vt ſi quis de me male dixerit: tūc recte dixero Male de me audio. Cic. lib. ij. In quo ego: nō quo libēter male audiā: ſed quia ego cauſam nō libēter relinquo. Idē ad Atticū. Hāc nonnulli amici Apij ridicule interꝑtanť q̄ me idcirco putent beneaudire velle: vt ille male audiat.

¶Male cogito de te. i. male affectꝰ ſum erga te: & malam habeo de te opinionē. Oui. Nō tn̄ ęneam q̄uis male cogitet odi. Cęlius. Et ipſe facile animaduerterē male eum de me cogitare. huic cōtrariū eſt bene cogito.

¶Maledico tibi: & maledico te. A quo maledicus maledicētior & maledicētiſſimus q̄ maledicit quātū pōt & ſcit

¶ Materia ſeu materies eſt qua aliquid fit: vt materia libri mēbrana & atramētū. Itē materia libri eſt hypotheſis ipſa. Hor. Sumite materiā veſtris q ſcribitis equā virib᷒. Materia domus lapides calx ligna tegulę. Quapropter nō immerito materię appellatōe ligna oia cōprehēdunt̄ q gręci ὕλην pariter & ſyluā & materiā vocēt: cū ligna dicatur ſolū ea materia q̄ ędificijs apta ē. Liui. Multā materiā ceciderat miles. Col.li.iiij. vocat materiā lignū qđ eſt itra corticē. Quaſi cuneū ferreū inqt vel oſſeū inter corticē & materiē lēte dimittito ne lędas aut rūpas corticē. Idē lib. vj. materiā vocat palmitē q de nouello naſcit̄: & i tenero alligatus depēdet. Itē materia fabrica lignaria dicit̄.

¶ Materiarius faber lignarius: vel qui materiā pręſtat: a materia: cuius nomine ligna ad fulciendum ędificādūq; neceſſaria idonea ve ſignificātur. Plaut. in Mi. Si nō nos materiarius remoratur ad opus. Materiari ſignificat Lignari a quo Materiatio.

¶ Materiale qđ eſt materię: a quo Materialiter aduerbiū Vnde materialiter aliquid ſumi dicitur cū non forma rei ſed materia ſignificatur.

¶ Mater a materia dici videt̄: q in fœtu materiā pbeat. Nā ſemē patris pro artifice eſt & formā prębet: mater ſanguinē ex ſe pſtat: ex quo fœtus format̄. Aliqn̄ tn̄ mater pro nutrice ponit̄. Plau. vtrāq; cōplexus eſt. Ita forma ſimili pueri: vt Mater ſuā nō internoſſe poſſet quæ māmā dabat: neq; adeo mater ipſa quæ pepererat.

⁎ Mater magna terra dicit̄ & ſus prægnās ei mactabatur quæ hoſtia eſt ꝓpria terræ. Aliter mater alma dicit̄ q oia alat. Alias mater deū q omnia generat. Vocat̄ itē mater

phrygia a mõte phrygiæ quẽ pl'ri nũero dindima vocãt.

⁎Mater matuta aurora eſt. Cc.

¶Materfamilias gtũs grecus ad imitationẽ grecorũ qui fœmininorũ in a purã deſinẽtiũ gtõs i as mittũt. Dicim⁹ tñ & materfamilie & materfamiliarũ. Eſt aũt materfamilias: vt docet Gel. ea ſola q̃ in mariti manu mãcipioq; eſt qm̃ nõ i matrimoniũ tñ: ſed in familiã quoq; mariti & in ſui heredis locũ venerit. Feſ. ſcribit nõ añ matrẽfamiliæ dici q̃ vir ei⁹ p̃rfamilias appellet. Nec poſſe hoc noie plures i vna familia appellari: ſed vnã tñ matrẽfamilias dici. At iurecõſult⁹. Matrẽfamilias inq̃t accipere debemus eã q̃ nõ ihoneſte vixit. Matrẽ eñ familias a ceteris fœminis mores diſcernũt atq; ſeparãt. proinde nihil itereſt nupta ſit an vidua: igenua an libertina. Nã neq; nuptię neq; natales faciũt matrẽfamilias: ſed boni mores.

¶Matrona dicit̃ q̃ in matrimoniũ cũ viro cõuenit: vt in eo maneat etiã ſi liberi nõ ſunt adhuc ſuſcepti. Quippe appellationẽ habet a matris noie nõ iã adepto ſed cũ ſpe & omine mox adipiſcẽdi. Vñ p̃ m quoq; m̃rimoniũ vocatũ eſt: qm̃ ea ſpe vir & vxor cõiũgunt: vt illa mater fiat Hinc Matronalia qui erant dies matronis feſti.

¶Matrimoniũ ẽ maris & fœię cõiugatio. Hic Matrimoniale adiectiuũ qd̃ ad m̃rimoniũ ptiet. Aug. li. xiij. de ci. dei. Quid cõcubit⁹ cõiugalis qui ſecũdũ matrimonialiũ preſcripta tabularũ procreandorũ ſit cauſa liberorũ?

¶Mater matrima illa dicit̃ q̃ cum mater ſit adhuc habet matrẽ viuẽtẽ: ſicut patrimi & patrimes quorũ p̃res viuũt.

¶Matercula diminutiuũ a mater. Hor. in Epiſto. Dum pueris omnis pater & matercula pallet.

¶Matertera: matris ſoror: quaſi mater altera.

⁎Materis teli genus poſt lãceã longius. Siſenna. Gallia materibus Sueui lanceis configunt. Cc.

¶Matruelis idem qd̃ matertera. Et Matrueles dicũtur filij & filiæ materteræ.

¶Matreſcere eſt matris ſimilẽ fieri. Pacu. Vtinã nũc matreſcã ingenio: vt meũ patrẽ vlciſci queam.

¶Matrix: fœmina q̃ fœtus grã tenet. Col. Sit ergo matrices robuſti corporis quadratę pectoroſę magnis capitib⁹. Medici tñ accipiũt matricẽ pro vtriculo q̃ in fœminis iũctus eſt veſicæ q̃ ad progenerãdum apta eſt.

⁎Matricida qui matrẽ occidit. Vnde Matricidiũ. & dicit̃ de eo qui matrem occiderit. Cc.

¶Matralia matris matutæ feſta.

¶Mateola apud Ply. & Cato. genus eſt Marculi.

¶Mattheus grece ματθαῖος nomen viri proprium.

¶Matta: ſtorea & teges: quę fit cãnabi lino iunco palma ſirpo aut ſparto. Ouid. Plauſtroq; morantes Suſtulit: in plauſtro ſirpea matta fuit.

¶Matheſis vel Mathema. atis. pe. prod. ὅτι τὸ μανθάνω ῥῆμα αὐτῆς ἐστὶ δ᾽ ἄλλοτε τὸ δείκνυμι ὡς ἀπολλώνιος καὶ σουΐδας ὅθεν καὶ μαθηματικαὶ λέγονται. ⁎. i. q̃ mathano verbum huius eſt qd̃ aliqñ demõſtro ſignificat vt Apollonius & Suidas. vñ & mathematicę dicunt̃: latine diſciplina dicit̃. Inde Mathematic⁹. a. ũ. qd̃ eſt diſciplinabile. Mathematici dicunt̃ q̃ mathemata ſiue mathematicas diſciplinas norũt. Ad diſciplinã eñ ſpectãt geometria muſica Arithmetica Aſtrologia. Et hę mathematicę ſcientię diſciplinę dicunt̃: eo q̃ diſcãtur plane & per demonſtrationẽ quandã percipiãtur. Philoſophia vero logica cũ alijs non dicunt̃ diſciplinę: quia nõ firmiſſima demonſtratione vt illę: ſed ratione quadam & ſtudij inueſtigatione pcipiunt̃. Alias mathematici vocãtur Genethliaci Aſtrologiq; & qui Chaldei vocantur: quorũ ars eſt: vt naturas hominũ ex vultus inſpectione pronuncient.

¶Matella a matula fit: & eſt aquarũ vel vrinę vas. Plau. in Amp. Nec tu poſtulas matellã vnã tibi aquæ infundi in caput. Mart. Diſpereã ſi tu Pyladi preſtare matellã dignus es. Greci ſcaphiũ. q̃uis etiã ad ventris excrementa accipi poſſit.

¶Matellio diminutiuũ a matula ſiue matella. Var. de vi. Pacu. Poſtularet trulleũ matellionẽ peluim.

¶Matiacæ pilę ſaponis a Mattacis germaniæ populis. Mar. Accipe matiacas quo tibi calua pilas.

¶Maturus. a. ũ. p. pro. ꝓprie de frugib⁹ dicit̃ qd̃ neq; crudũ/neq; mite/neq; caducũ/neq; nimiũ coctũ: ſed in tẽpore tẽperatũ prouenit: vt poma matura. Per trãſlationem ponit̃ qñq; pro ſene: vt Maturus homo. i. ſenex: & perfectã ętatẽ habens. Virg. Aeui maturus Aceſtes.

¶Matura ętas: ſenilis: quaſi oino pfecta & tẽpus debitũ aſſecuta. Quãdoq; pro graui ac cõſtãti. Et hoc modo nõ cõponitur. In alijs ſignificationibus habet cõpoſita Immaturus nõ maturus. Aug. lib. xj. de ci. dei. Quis paleas dedit tã ferudã vim: vt poma immatura maturent̃? Pręmatur⁹: de quo alibi. Mature aduerbiũ celeriter ſiue tẽpeſtiue. Hier. i Gñ. Cũq; mature ſurrexiſſet tulit duas vxores ſuas. Aliqñ ſignificat Grauiter. Hinc Maturitas qd̃ modo fructuũ coctionẽ ſignificat. Col. Nos quoq; medicatã fabã ſic cõperimus cũ ad maturitatẽ perducta ſit minus a Curgulione infeſtari. Cic. Sul. Tamẽ hoc ſtudium quottidie ingraueſcit maturitate credo ętatis ac prudentia. Modo grauitatẽ moderationẽq;. Idem. Iã conſtãtis ætatis & ſenectutis maturitas.

¶Maturo as. maturũ facio: perficio. Quint. Nã ipſe cos nõdũ opinabar ſatis maturauiſſe: quibus cõponẽdis vt ſcis paulo pluſ q̃ bienniũ impendi. Sed hic per trãſlationẽ. proprie Ci. in Cato. Primo eſt peracerba guſtatu: deinde maturata dulceſcit. Interdũ Maturare eſt accelerare ita vt adhibeatur induſtrię celeritas: & diligẽtię tarditas: ex quibus duob⁹ cõtrarijs fit maturitas: vt neq; aliquid citi⁹ neq; ſerius fiat. Hoc verbũ Diuus Auguſtus duob⁹ gręcis vocabulis exprimere ſolebat σπεῦδε βραδέως. quę ſignificãt Accelera tarde. Vnde Virgi. quaſi cõtraria ſeparauit maturare & properare cũ ait. Frigidus agricolã ſi quãdo continet imber Multa forẽt q̃ mox cœlo properãda ſereno Maturare datur. Vnde Mature fit qd̃ tẽpeſtiue fit. Idẽ. Maturate fugã. qd̃ eſt quaſi cũ maturitate. i. cũ trãquillitate & lentitudine diſcedite. Quo modo dicimus Matura iracundiam. i. mitiga. Sal. videtur ſimpliciter poſuiſſe pro properare cũ ait. Antoni⁹ Catilinã cum exercitu perſequi maturet. Sic Liu. lib. x. Inde comitiorũ cauſa Romã profecturus maturauit.

¶Matureſco is. a matureo eſſe cõuenit. Matureſcere autẽ eſt maturũ fieri. Ply. li. xj. Cũ mella cœperit matureſcere abigũt fucos. Col. li. iiij. Nã & q̃ matureſcere icipiũt tẽpeſtiue legunt̃: & q̃ nõdũ maturitatẽ cœperũt vuę ſine diſpẽdio differunt̃. Hier. in Ioel. Mittite falces q̃a maturuit meſſis. i. matura facta eſt. Hic fiũt cõpoſita. Ematureſco & Permatureſco q̃ p̃fectionẽ actus indicãt. Gel. li. j. Dñs poſtea ſegetũ illarũ filiũ adoleſcẽtẽ vocat. Et vides ne inquit hæc maturuiſſe & manus iã poſtulare. Col. li. ij. Sed hoc idẽ ſemẽ Cilicię Syrięq; regionib⁹ ipſe vidi mẽſe Iunio Iulioq; cõſeri & p Autunũ cũ permaturuit colligi.

¶Matureſcere dicit̃ homo cũ nondũ grauis eſt: ſed iã incipit eſſe grauis. Et apoſtema matureſcere dicitur cũ nõ diſcutitur: ſed perducitur ad maturitatẽ: vt vel frãgi per ſe: vel ferramento aperiri poſſit.

¶Matuta pe. pro. a noſtris Aurora: Leucothea a gręcis dicit̃: hoc eſt alba dea marina: dicta q̃ matutino tẽpori p̃ſit. Hæc fuit filia Cadmi noie Ino Athamãtis vxor. Hic Matutinus a. um. Vnde Matutinũ tẽpus qd̃ mane fit. Et tunc Matuta aurorã ſignificat.

¶Mauors: qui & Mars q̃ magna vertat. Vnde Mauortius. a. um.

¶Mauritania: Africæ regio extrema verſus Gaditanũ

fretū & occidentalē oceanū. In ea Antheus gigas regnaſſe dicit̄ ab Hercule victus. Eſt autē duplex Cęſarienſis a Cæſarea & Tingitana a ciuitate Tingi. Dictaq; eſt Mauritania a μαύρον qd̄ eſt nigrū: vel ꝙ nigros habeat colonos. Gignit Simias Dracões Struthiones & Elephātes Eius incolæ Mauri dicunt̄. Maurus eñ nomen gētile eſt vt Gallus qui e gallia originem habet. Mauritanus vero poſſeſſiuum: vt Gallicus. Dicimus ergo virū maurū: & bellum mauritanum.

¶Mauſolus pe. pro. dictio triſſyllaba: nomē proprium Carię regis: a quo Mauſolū dictū eſt: ſicut in Cice. Ply. & Gel. reperitur. Mart. lib. x. Marmora parua quidem ſed nō ceſſura viator Mauſoli ſaxis Pyramidūq; lege. & mauſoleū tetraſyllabū nō mauſeoleū. Prop. Nec Mauſolei diues fortuna ſepulcri. Hoc ſepulcrum Arthemiſia Mauſoli vxor ędificauit ita egregijs operib⁹: vt inter ſeptē orbis miracula nūeret̄. Attollit̄ i altitudinē. xxv. cubitis: cingit̄ colūnis. xxxvj. Ab hoc ſepulcro oīa ꝑtioſa ſepulcra ex noīe eius Mauſolea dicunt̄. Vñ Sue. Sepulcrū Cęſarū appellauit Mauſoleū qd̄ extruxit Auguſtus. Suidas autē μαυσωλοσ ἄρχων καρῶν φησὶ δὲ αὐτὸν θεόπομπος μηδενὸσ ἀπέχεσθαι πράγματοσ χρημάτων ἕνεκα. ✱. i. Mauſolus princeps Careſiū de quo Theopōpus ait: nulla re abſtinuiſſe pecunię cauſa. O auaritia ſi tūc vni⁹ principis nunc domina noſtri ſæculi.

¶Maxilla nō eſt dimi. a mala: vt putauit Priſc. ſed mala a maxilla fit ꝑ detractionē medię līę vel potius ſyllabę: ſicut docet Ci. li. de ora. ad Brutū. Eſt aūt Maxilla i qua fixi ſunt dētes: q̄uis etiā de pte exteriore q̄nq; dicat̄ q̄ barbā emittit. Perſ. Tu cū maxillis balanatum gauſape pectas Inguinib⁹ cur detōſus tibi gurgulio extat. Hic Maxillaris & hoc maxillare: vt Dēs maxillaris q eſt molaris Ply. li. xxxij. Maxillareſq; ita ſanari dētes ꝑcipue putāt.

¶Maximus: ſuplatiuū a magn⁹: a quo fit aduerbiū Maxime: qd̄ q̄nq; etiā ꝑcipue: q̄nq; ſępiſſime ſignificat. Cic. Lētulo. Vel etiā id qd̄ mihi maxime libet. Maxima veſtalis ea dicebat̄ q̄ dignitate reliquas añibat quales nūc vulgo abbatiſſas appellam⁹. Maxim⁹ pōtifex q rex q̄ ad ſacra & religionē ꝑtinēt curā habebat: vindexq; erat contumacię priuatorū magiſtratuūq;. Maximus Curio. cuius auctoritate curię oēs curioneſq; regebant̄. Maximi ānales ꝙ eos pōtifex maxim⁹ cōſecraret. Maxīa hoſtia ouilis pecoris non ab amplitudine corporis: ſed ab aīo placidiore. Maxima multa erat triū miliū aſſiū & viginti.

¶Maximates dicuntur primarij ciuitatis qui & ſummates & primates & optimates vocantur.

✱Maximitatē veteres pro magnitudine dixerūt. Lucil. Neq; ad hoc me rogas inani maximitate. Cc.

¶Mazonomū. pe. c. gręca dictio qua lanx ſignificat̄ ad ferēda obſonia in mēſam. Var. li. iij. de re ruſ. Alios videret turdos i mazonomo poſitos coctos: alios volitare circa feneſtras captos. gręce μαζονόμον λέγεται.

M. ante E.

¶Meatus us. Vide in dictione Meo meas.

¶Meapte. i. mea propria. Ter. in Heau. Ita me dij amēt: vt ego nunc nō tam meapte cauſa letor q̄ illius quā ego ſcio eſſe honore quouis dignam.

¶Mecaſtor: iuſiurādum: quaſi ita me caſtor adiuuet.

¶Mechanicus pe. cor. faber opifex eorū operū quæ ingenio ſimul ac manib⁹ fiunt. ἀπὸ τῆσ μηχανῆσ qd̄ inuētionē ſignificat. Et mechanica ars fabrilis. Vnde artes diuiduntur in liberales & mechanicas.

¶Mecœnas cū œ. diph. ꝓpriū nomen Tuſci equitis clariſſimi: & apud Auguſtū potētiſſimi ad quem Virgilius & Horatius opera ſcripſerunt.

✱Meconis Lactucę genus a copia lactis ſoporiferi. μήκων eñ gręci papauer dicunt. Cc.

✱Meconites gēma q̄ florē ſiluestris papaueris exprimit.

¶Mecū. i. cum me vbi prępoſitio euphonię cauſa poſtponit̄. Mecum viuit. i. familiaris meus eſt. Interdū mecū ſignificat intra me. Terē. in Hecy. Haud propterea te rogo vt hęc proferam ſed vt tacita mecum gaudeā. Sic ſecum tecum nobiſcum & vobiſcum.

¶Mediſcutic⁹ nomē eſt magiſtrat⁹ magni apd̄ Cāpanos.

✱Meda vrbs eſt Theſſalię. Cc.

¶Medæa nomen colchorū reginæ crudelitate inſignis Octę regis filię & Iaſonis vxoris. Hora. Ne pueros corā populo Medęa trucidet.

¶Media regio in Aſia a Medo Medęę & Aegei Athenienſiū regis filio ſic noīata: vt Soli. refert: a qua Medi populi dicti ſunt. Hos tñ Ioſephus ſcribit a madeo Taphet filio dictos fuiſſe. Hęc regio vt Ptol. inquit a ſeptētrione hyrcano mari terminat̄: ab occaſu maioria armenię & aſſyrię: a meridie perſide: ab oriēte Hyrcania ac Parthia quæ montibus excludit̄. Sūt qui mediā in duas ptes diuidūt: quarū alterā maiorē vocauere: alterā Antropatiā. Maioris Ecbatana fuere metropolis magna ciuitas. In media ſunt montes Caſpis maiori armenię contermini.

¶Meduſa fuit filia Phorci ex Cetho cōiuge q̄ vna cum duab⁹ ſororibus Euriale & Stenone Gorgades iſulas in oceano ęthiopico tenuiſſe fert̄. Vñ & Gorgonides appellātur. Ei⁹ capilli i angues a minerua imutati ſunt: & q illā aſpiciebāt i lapides vertebant̄. Quā Perſeus pemit. ex cuius cruore natus eſt Pegaſus. noſter autē Suidas. μέδουσα ἡ καὶ γοργὼν κληθεῖσα περσεὺσ ὁ δανάησ καὶ πίκου υἱὸσ διδαχθεὶσ πάσασ τὰσ μυστικὰσ φαντασίασ ἴδιαν βουλόμενοσ ἑαυτῷ κατασκευάσαι βασιλείαν καταφρόνησε τῶν μήδων. & ſubdit. ἐκάλεσε δὲ γοργόνα διὰ τὴν ὀξύτητα τῆσ ἐνεργείασ. ✱. i. Meduſa q̄ & gorgone vocata Perſe⁹ Danaes & pici fili⁹ oēs myſticas phātaſias callēs ꝓpriū ſibi volēs cōſtituere regnū deſpexit medos. & ſubdit. vocauit gorgon ꝓpter celeritatē efficacię. q aūt velit audire res nouas & inſolitas hominib⁹ latinis: legat reliqua in Suida & alijs ſcriptoribus græcis.

¶Medius a. ū. qd̄ mēſuratū ęqualiter diſtat ab extremis q̄uis etiā mediū dicat̄ quicqd iter duo extrema eſt etiā ſi nō ęqualiter diſtet. Virg. Iā mediū tenuere rates. Quādo q; mediū dicit̄ cōmune: vt in mediū venit. in medio ſunt E medio diſceſſerūt. Q̄nq; manifeſtū. Virg. Medioq; ex hoſte recepi. Q̄nq; iter codēs. Idē. Ne qua ſcire dolos me diuſve occurrere poſſit. Et dicitur modius ſecūdū Priſ. a modo hoc eſt a mēſura: vñ & modius & differētię cauſa medius mutauit o. i e. Vel dicitur a græco μέσοσ medius Hinc dimidius a. um. quaſi per medium diuiſus. Medietas media pars.

¶Mediuſfidius cōpoſitū eſt: & ſignificare videt̄ Iouis filius. i. Hercules. quia Δία gręci: nos Iouē dicimus: & fidiū pro filiū: quia ſępe pro l. littera d. vtebātur. Quidā exiſtimāt iuſiurādum eſſe: vt ſit pro dij fidem: quaſi pro diuini temporis. i. diei fidem. Alij ſic exponunt. Sanctus fidius & ſemi pater dij fuerūt ſabinorū quos domo demigrātes in collem quirinalē cū cętera ſupellectile detulerūt idq; numē verbis trinū: re vnicū eſſe dixerūt. Vñ licet tribus ipſis tēplū eſſet in quirinali colle dicatū vnius tñ ſancti vocabulo appellabat̄: obtinuitq; hui⁹ nois opinio ſanctitatis magnā vim habere iuſiurādū quo in trino & vnico numine mediū eſſe quis fiditum affirmaret.

¶Media vocabula dicuntur quæ & in bonam & in malā partē accipi poſſunt. Meſa a gręcis dicta. Qualia ſunt tempeſtas valitudo facinus dolus gratia induſtria periculum venenū contagium. Et apud veteres honor: quo ſignificabatur iniuria.

¶Mediocris & hoc mediocre medium tenẽs: modeſtus.
Lucil. li. xx vij. Paulo hoc melius q̃ mediocre hoc min⁹:
maliũq; & peſſimũ: ſed tñ oia hęc mediocriter. Hic Medio
critas. Ci. li. j. off. Eadẽ ratio eſt habẽda veſtitus: in quo ſi
cut in pleriſq; rebus mediocritas optima eſt. Col. lib. iiij.
Mediocritas in electione loci maxime probatur: quoniã
in confinio boni maliq; poſita eſt.

¶Medianus. a. um. qđ in medio eſt. Vnde Medianas co
lũnas Victr. dixit: vt ab angularibus quę craſſiores ſunt
diſtingueret.

¶Mediaſtinus: pe. p. qui in medio lauãtiũ ſtat in balneis
inquit. Priſ. Nonius mediaſtinos pro balneatoribus: itẽ
q; pro miniſtris & cruciatoribus ędiũ accipit: q; in medio
ſtent: vt oĩbus miniſtrent. Sed viliſſima queq; manci
pia i agro maxime. Mediaſtinos eos accipere debemus
qui abiectiſſima quaeq; inter ſeruos officia obeunt: cuiuſ
modi ſunt hodie in pricipũ domibus cognomine ligna
rij: bacularijq;: quorũ vna illa functio eſt: vt omnibus pa
reãt: nec vllus imperiũ detrectẽt: in medio ſemper & pro
patulo ad nutus oẽs excubent. Cic. in Cati. Magnope
re contẽno exercitum collectũ ex ſeruibus deſperatis: ex
agreſti luxuria: ex ruſticis mediaſtinis decoctoribus: ex
ijs qui vadimonia deſerere q̃ illum exercitum maluerũt.
Columella lib. pri. Mediaſtinus qualicũq; ſtatu poſſit eſ
ſe: modo perpetiendo labori ſit idoneus. Idem. Separã
di ſunt aratores a vinitoribus atq; a mediaſtinis. Hor. in
epiſtolis. Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas. Lu
cil. Villicum Ariſtocratẽ Mediaſtinũ atq; Bubulcum. Vl
pia. Qui mediaſtina opera fungitur: non continetur: vt
Purpurarij/ Atriarij/ & Focarij & his ſimiles.

¶Mediterraneus. a. um. qđ eſt a mari remotũ quaſi ĩ me
dia terra. Mediterraneũ mare: qđ per medias fundiť ter
ras cũ in ambitu terrę circũfluat Oceanus ab Abila Mau
ritanię & Calpe Hiſpanię promontorijs.

¶Medioximus vel medioxumus: pe. cor. mediocrẽ ſi
ue mediũ ſignificat. Vñ Medioximi dij vocãtur poteſta
tis medię. Ser. lib. viij. æne. dicit. Herculẽ cõmunẽ deum
vtriuſq; naturę mediũ & inter mortalitatẽ & diuinitatem
ſunt numina aliq̃ tantũ terreſtria: aliqua tãtũ cæleſtia: ali
qua media. quos deos Apul. medioxumos vocat. Plau.
in Caſ. At ita me dij deq; ſuperi inferi & medioximi.

¶Mediolanũ vrbs & Ciſalpinę gallię metropolis popu
li multitudine refertiſſima dicta a ſue mediati lanata. Nã
apud Amb. legiť in quadã epiſt. Cũ a gallicanis populis
initũ conſiliũ foret pro cõſtituenda vrbe effoſſo ſolo in
ueniſſe ſuẽ dimidiatim lanatã. a quo portento Mediola
nũ eſſe nuncupatũ: ab eo. ſ. Apro ex media parte lanato.
Ferũt hãc vrbẽ a Gallis ſenonẽſibus ante Chriſti aduẽtũ
annis. ccclx. inſtauratã ſeu cõditã fuiſſe. Hic Statiu⁹ Cę
cilius comicus ortus fuit. Stephanus Byzãtius excellen
tiſſimus chorographus. μεδιόλανον πόλισ ἐνεττανίασ
καὶ οἱ ὀικοῦντεσ μεδιολάνιοι καὶ πόλισ ἄλλη τῆσ ἰτα
λίασ λαμπροτάτη. ✠. i. Mediolanũ ciuitas Aqtaniæ &
incolę mediolanẽſes & ciuitas alia Italiæ clariſſima.

¶Meditulliũ nõ mediũ terrę: ſed ꝓcul a mari quaſi medi
tellũ quaſi ab eo qđ eſt tellus. Hiero. Et quõ diuitię & ho
nores & corporũ ſanitates & cętera quę indifferẽtia noia
mus nec bona nec mala ſunt: ſed velut in meditullio po
ſita vſu & euẽtu vel bona vel mala fiũt. Sũt q hoc nomẽ
a meditor deducãt: vt ſit locus meditationis & exercitij.

¶Meditrinalia: ſacra q̃ poturi muſtũ faciebãt hoc pręfa
mine. Vet⁹ nouũ vinũ bibo veteri nouo Morbo medeor

¶Medimnus: genus menſurę ſex modios continentis.
Methimna vero Aetoliæ oppidum.

¶Medeor eris. a medius fieri videť. nã medijs quibuſdã
hoc eſt tẽperatis rebus hoc fieri oportet. Et cõſtruiť quan
doq; cũ genitiuo. Hier. in Hiere. Quis medebiť tui? quã
doq; cũ datiuo qđ eſt in frequẽtiore vſu. Lactã. li. vj. Cir
cũſpice conſcientiã tuã & iniquitatũ medere vulneribus.
quãdoq; cũ accuſatiuo. Ter. in Phor. Quas cũ res aduer
ſę ſint minus mederi poſſis. Inueniť etiã Medeť imperſo
nale. Ply. li. xxvij. Ex eo medeť oris vlceribus perunctis
hoc ſucco folijs puſillis. Hui⁹ verbi cõpoſita ſunt Imme
deor qđ eſt intus medeor. Col. lib. vj. Si oportebit palo
rũ capita & imas partes miſto fimo cũ cinere oblinire: &
ita totos eos immederi. Remedior aris. remediũ prębeo
Priſc. Medeor eris. Remedior aris. teſte Capro.

¶Medico: as. & Medicor. idẽ ſignificãt qđ medeor. Vir.
li. j. Geor. Semina vidi equidẽ multos medicare ſerẽtes:
ſed medicari frequentiſſime diciť. Et modo cũ datiuo iũ
gitur. Idem. Senibus medicantur anhelis. Modo cũ ac
cuſatiuo. Idem lib. xj. æneí. Sed non Dardaniæ medica
ti cuſpidis ictum Eualuit.

¶Medicus: qui mederi ſolet. Officiũ medici: vt inquit
Aſclepiades eſt vt tuto: vt celeriter: vt iucunde curet.

¶Medicus. a. um. qđ eſt medici. Virgi. li. iij. Geor. Dum
medicas adhibere manus ad vulnera paſtor abnegat.

¶Medica: herba quæ p̃cipue nutrit equos eo q; i Media
abundet. Ser. ſcribit: medicã a medis in graeciã tranſlatã
quo tẽpore eã inuaſerunt quę ſemel ſata decem annis du
rat. Huius planta Venetia eſt trium folioꝝ & ſempervirẽs
eſt ſecũdũ Diony. Cuius natura eſt: vt vno anno frequẽ
ter ſeratur. & poſtea aliquot annis ſponte procreatur. Et
vulgo dicitur ſylla. Col. lib. vij. Ad maciem nulla res tã
tum quantum medica poteſt.

¶Medicum: velum quod in prora ponitur.

¶Medicina medicamẽ medicamentũ & medela. Idẽ ſi
gnificãt. ſ. id quo q̃s curať: mirũ aũt eſt qđ ſcribit Theo
philus de pulſibus & vrinis. ὅτι ὁ ἱπποκράτησ θεῖοσ ἰν
τρὸσ ὀυκ ἐσχεν γνῶσιν περὶ τῶν σφυγμῶν ἀλλὰ τὰ πλε
υρὰ καὶ μέτωπον χειρὶ σύμψε. ✠. i. q; Hippocrates diui
nus medicus pulſuũ noticiã nõ habuit: ſed latera & fron
tem manu contingebat. Sumitur tamen quãdoq; medi
camẽtum pro veneno: ſicut venenum pro medicamen
to: quoniam graeci vtrunq; pharmacon vocant. Caius
iurecõſul. Qui venenũ dicit: adijcere debet bonũ vel ma
lum. nã & medicamẽta venena ſunt: quia eo noie oẽe cõ
tineť qđ adhibitũ naturã eius cui adhibitũ eſt mutat. Cũ
id qđ nos venenũ appellamus: gręci pharmacũ dicũt: &
apud illos quoq; tam medicamẽta q̃ quæ nocent hoc no
mine cõtineñť. Galenus aũt medicinã ampliauit: q quã
ta ſcripſerit ſi memorarẽ eſſet incredibile: ſed iter alia mi
rãda ſupra. xxij. libros περὶ τῶν ἀνατομικῶν: quorũ ma
gnã partẽ habet illuſtris Antonius Vicecomes muſarũ
amãtiſſimus. Galenus autẽ quo tẽpore fuerit ita ſcribit
li. j. anatomię. ἀνατομικὰσ ἐγχειρήσεισ ἔγραψαμεν καὶ
πρόσθεν ἡνίκα τὸ πρῶτον ἧκομεν ἀνιλθεῖν ἀρχειν ἀρ
μένου τοῦ καὶ νῦν ἡμῖν ἄρχοντοσ ἀντωνίνου. ✠. i. Anato
micas tractatus ſcripſimus primũ cũ romã veni icipiẽte
regnare & nũc adhuc regnãte Antonino. & multa alia q̃
ſcribit de ſeipſo ibidẽ Galenus: non autem Galienus.

✠Medicinę inuẽtorẽ Chironẽ cẽtaurũ perhibẽt. hic inue
nit & herbarũ vires. nõnulli Aeſculapio hoc tribuunt. C.

✠Medicinæ tria genera veteres fecere Empiricen q̃ nul
lis rationibus: ſed ſolis experimentis conſtabat. Iatrale
pticen quę vnguentis & frictionibus curabat. Pharmacẽ
ticen quæ medicamentis. Cc.

¶Medicinale adiectiuum qđ ad medicinam pertinet: vt
Hęrba medicinalis. Medicinalis vero digit⁹ dict⁹ eſt mi
nimo proximus: vt inquit Macr. Quoniã neruus quidã
de corde natus pergit vſq; ad digitũ manus ſiniſtræ. Ob
quã cauſam notus nuptus huic digito tanq̃ cordis vica
rio ſuæ ſponſę imponit annulum.

¶Medicabile cui adhiberi medicina pōt. Ouid. Hei mi

hiſq; nullis amor eſt medicabilis herbis.

¶Medibile idē qđ medicabile. Feſtus. Medibile: medi=
cabile.

¶Medicamentarius qui medetur. Ply. lib. xviij. Sectiul
duo genera: hoc herbaceum folio inciſuris eius euidenti
bus quo vtuntur medicamentarij. Medicamentarius. a.
um. qđ ad medicamentū pertinet. Idē lib. xvij. Herbariā
& medicamentariā. ſ. artem.

¶Meditrina pe. pro. medicamētorū dea cuius ſacra etiā
meditrinalia dicebātur: de quibus paulo ſupra.

¶Medipontus inſtrumentū funariū apud Catonē.

¶Medulla: dicta eſt q; in oſſib⁹ media ſit. Hinc Emedul
lo as. qđ eſt medullam extraho. Ply. de limonio. Itē gra=
ueolentiā alarum emendat radicis emedullatæ vncia in
vini falerni heminis tribus decocta. Per trāſlationem ſi=
gnificat declaro. Plaut. Narra iam rem nobis omnē atq;
emedulla.

¶Medullitus pe. pro. aduerbiū eſt & ſignificat ex ītimo
vl' intime. Var. Medullitus aquiloniā ſeruat frigedinem.

¶Meduacus venetorū fluuius qui nūc vulgo Brenta di
citᷓ. Nā oſtia padi Ply. ſcribens hæc ait. Proximū portū
facit Brondulum ſicut Edronē Meduaci duo & foſſa clo
dia. Stra. ſcribit meduacū vocari & portū & fluuiū. Idē ſu
pra Venetos Carnoꝝ & Medoacorū fuiſſe gētem tradit.
Vide Plyniū in initio primi voluminis.

¶Meditor: pe. cor. quaſi medio animo verſo: hoc eſt co
gito. Hier. Ex hoc intelligimus nō ſolum Herodem: ſed
ſacerdotes & ſcribas eodem tēpore necem domini fuiſſe
meditatos. Interdū Meditari eſt cogitando inuenire. Te
rē. in And. Venit meditatus alicunde ex ſolo loco. Inter
dum Exercere. Virgilius. Agreſtem tenui meditabor ha
rundine muſam. Inde meditationes romanorum dictæ
ſunt conflictus ſine ſanguine. & omnes artes auctore Ve
getio in meditatione conſiſtunt. Interdum Tendere. Vir
gi. Nec lupus inſidias pecori: nec retia ceruis Vlla dolum
meditantur: amat bonus ocia Daphnis. Dicitur & Medi
tor quaſi melitor. nam græci μελετάω meditor dicūt. L
enim pro D. inuicem ſibi cedunt: vt ſella pro ſeda. Virg.
Syluestrē tenui muſam meditaris auena: qđ eſt quaſi me
litaris: quaſi dulce canis. Reperitur etiam hoc verbum in
paſſiua ſignificatione. Terē. in Phor. Meditata ſunt mi=
hi omnia mea incōmoda. Hiero. in p̄s. Anni tui ſicut ara
nea meditabuntur. Huius compoſita ſunt Præmeditor.
Inde immeditatus participium ſine verbo non medita=
tus. Ci. li. ij. offi. Id ſe in foro optime tam immeditatū fa=
cere qđ etiam tum poterat domi cum laude meditari.

*Meditabundus cogitabundus & aduerbiū meditabū=
de cogitande. Cc.

*Meditullium locus meditationis & exercitij. Cc.

¶Medon vnus ex centauris. Cc.

¶Meditatorius. a. um. qđ meditari ſolet. Hier. Quale il
lud ieiunium eſt aut qualis illa refectio poſt ieiuniū cum
pridianis epulis diſtendimur & guttur noſtrum medita=
torium fit latrinarum.

¶Mega grece: latine magnum. Vnde Megaron domus
ampla.

¶Megalophron: magna ſapiens: magnanimus.

¶Megalopſychus: magnanimus. Megalopſychia ma=
gnanimitas.

¶Megaloprepeia magnidecentia vel magnificētia quę
inter magnos viros verſatur: magniſq; i rebus: ab indo=
ctis magnificentia quæ ſpecies eſt fortitudinis. Megalo
prepes qui magna pro dignitate munerat.

¶Megaleſia: dies qui dicatus erat magnę matri deorum
cerimoniis dictus. Ludi quoq; qui celebrantur ante tem=
plum in ipſo magnę matris conſpectu etiam Megaleſia
dicebātur & ludi megalēſes. Liu. M. Iunius Brutus ædē
magnæ matris deum in palatio dedicauit & ludos ob eā
dedicationem factos megaleſia appellauit. μέγα enī ma
gnum dicitur.

¶Megiſtanes: dicuntur proceres primateſq;. Nam μέγι
ſτοσ. latine dicitur maximus. Cor. Tacitus. Simul conſi=
lio terrorē adducere & megiſtanas armenios qui primi a
nobis defecerant pepulit ſedibus.

¶Megara penultima correpta oppidum eſt Atticæ. Cu
ius meminit. Virgilius. Pātagiam megaroſq; ſinus: tap=
ſumq; iacentem. Eſt & nomen mulieris Creontis filiæ &
Herculis vxoris. Quo etiā nomine dictus eſt mons ī Si=
cilia vbi apes multæ: licet & Megara megarorum legaᷓ.

¶Megaris idis. regio ī Achaia: a q̄ bulbi megarici quos
celebrat Cato. Columel. Iam megaris veniant genitalia
ſemina bulbi.

¶Megæra cum diph. in pe. furia infernalis. Nam megæ
ro odi ſiue inuideo latine denotat. Clau. Improba mox
ſurgit triſti de ſede megæra.

¶Megabyzi ſiue Megalobyzi dicebantur Epheſię Dia
næ ſacerdotes quos Eunuchos eſſe oportebat. Vſi & pro
imbellibus ac mollibus poni conſueuerunt quales ſunt
ſpadones. Quint. libro quinto. Artifices clariſſimi cum
corpora quæ ſpecioſiſſime pingendo fingendove effin=
gere cuperent: nunq̄ tamen in hunc ceciderunt errorē: vt
Bagoum aut Megabyzum aliquem in exemplum ope=
ris aſſumētes ſibi: ſed Doryphorū illum aptum vel mili=
tię vel palæſtrę aliorum quoq; iuuenū bellicorū & Athle
tarum corpora decorare exiſtimarunt.

¶Mehercle: iuſiurandū ſignificat per Herculem. Cic. in
in ora. magis probat Me Hercule q̄ me Hercules.

¶Meio. is. tertię coniugationis: in quo i ponitur loco cō
ſonātis: ſignificat vrinā emitto. Iuue. Cuius ad effigiem
non tantum meiere fas eſt.

¶Mel a græco ſit μέλι. Sunt qui dicant mel eſſe cœli ſu=
dorem. Alij ſiderum ſaliuam. Alij purgantis ſe aeris ſuc
cum. Conſtat ſane ex aere decidere ſiderum maxime ex
ortu ſublucanis temporib⁹: itaq; cum prima aurora fo=
lia arborum melle roſcida inueniuntur. Mel vernum di=
citur anthinum. Mel æſtiuum vocatur horęum Mel qđ
per ſe fluxit tacitum. Mel ſyluestre Ericeum ab Erica fru
tice quā & Siſarum nominant. Folia habet Tamariſci ſi
milia. Acraton mel purum atq; integrum qđ neq; aceſce
re cœpit: nec vllum paſſum eſt vitium.

¶Melculum diminutiuū: quo vtimur blandiēdo. Plau.
Meum corculū: meū melculum.

¶Mellari⁹: q melis opus exercet. Var. Ad extrema qua
mellarijs fauū eximere poſſint opercula īponunt aluis.

¶Mellarius. a. um. quod ad mel pertinet. Ply. Vaſa mel
laria aut fauos aqua lauari precipiunt. Hæc etiam Apia
ria dicuntur.

*Melliceris genus groſſi ex melle & cęra confecti. Cc.

¶Mellurgus: idē qđ mellarius: q mellaria exercet. Sic
enī interpretatur Var. lib. iij. de re ruſt.

¶Mellificū: mellis factio. Var. Sed vt hoc aptiſſimū ad
ſanitatē apium ſic ad mellificū thymū. Idē. Qđ ad melli=
ficū bonū vehementer prodeſt.

¶Mellatio: mellis vindemia cū mel eximiᷓ. Ply. Hęc er=
go mellatio ſine vīdemię & vergiliarū. Idē. Aeſtiua mel
latione decimā partē apibus relinqui placet.

¶Mellatium: muſtum quā ſappam appellamus: vt in=
quit Nonius.

¶Melleus. a. um. qđ ex melle eſt: vt Melleus ſapor. Ali
quando ſumitur pro dulci: vt vox mellea.

*Melichros lapis modo niger modo flauus a mellis co=
lore vocatus. Cc.

*Melichryſis gēma quæ ex India mittitur quaſi per au=
rum ſynogro melle tranſlucente. Cc.

¶Mellitus.a.um.pe.pro.quod eſt melle conditũ.Var. Et faui melliti intus ponendi a faucibus longe.

¶Melliſluus.a.um.ex quo fluit mel: vel fluere videtur hoc eſt dulce iucundum: vt Melliflua oratio.

¶Melliloquus.pe.cor.qui dulce loquitur. Cic.Ex cuius ore melle dulcior fluebat oratio.

¶Melligo.pen.pro. ſuccus e lachrymis arborum ſiue florum quem apes deuorant: poſtea ad alueos regreſſæ euomunt: operaq; componũt. Ply. Primũ itaq; fauos conſtruũt: cerã fingunt: deinde ſobolem: poſtea mella. Ceram ex floribus: melliginem e lachrymis arborum quæ glutinũ pariũt ſalicis vlmi harũ dinis ſucco gũmi aſelins. Ponitur & pro quocunq; ſucco floreſcentis fructus adhuc atq; immaturi.

¶Mellonia mellis dea a Romanis putabatur.

¶Mellifico mel facio.a quo Mellificus & Mellificatio. Col.libro.x. Vt ab opere mellifico euocatæ apes fœtibus expleant.

¶Melium: collare canum. Hoc eſt cingulum circum collum ex corio firmo. Melum vero cotoneum malũ a veteribus dicitur.

⁎ Mellealotos hærba eſt notiſſima: & vbiq; naſcens: apum cibus.Cc.

¶Melia arbor quæ fructum ſuauiſſimũ producit.

¶Meli latine mel.a quo per compoſitionẽ deſcendũt.

¶Melimela vtrobiq; per ſimplex l.dicũtur poma muſtea ſiue dulcia quaſi mel & pomũ. Nam μελι mel: & μηλομ malum.q mellis ſaporem habeant: ſeu a celeritate naſcendi denominata ſunt. Var.Quæ antea muſtea vocabant: nunc melimela appellant. Eadem vulgo nana vocantur a paruitate arborum in quibus producũtur. Ply.lib.xiiij.Quæ nunc Melimela dicuntur a ſapore melleo orbiculata ex figura orbis. Mar.Infanti Melimela dato fatuaſq; mariſcas. Nã mihi quæ nouis pungere chia ſapit.

¶Melomeli: vt Col.libro vltimo inquit: vocatur cum mala maturiſſima integra ſine macula in lagœna i melle ſubmerguntur.

¶Melitetes.pe.pro. genus potionis dulcis ex melle & muſto diſtãs a mulſo. Fit em̃ ex melle & muſto hoc eſt ex congio mellis: & quinq; congijs auſteri muſti: & cyatho ſalis ferueſactis. Quo nomine etiã dictus eſt lapis qui ſuccũ remittit dulcẽ mellitũq; tuſus & ceræ miſtus eruptionibus pituitæ maculis corporis medetur.

¶Melicraton.pe.cor.mulſum vinũ coctũ cum melle. μέλι em̃ mel: κρατοῦ potẽs: quaſi potẽs vinũ dicitur.

¶Melicæris.idis.& Melicæria cũ diph. a cæra & mellis nomen accepit. Tuberculum mellis craſſitudine in cubitis & genibus interdum alijs quoq; partibus & in ore ipſo: & in capite. quod ita nominatur: quia humor in eo melli ſimilis includitur: nec preſſum renititur: vt id qđ Ganglion ſiue Ganglion appellant in eadẽ parte: ſed molle cedenſq;. Ply. Melilotus deferuefactus in vino dulci peculiariter cõtra Melicęridas efficax. Hoc etiam nomine Fauus eſt appellatus.

¶Melilotos.pen.pro. Gręce enim μελίλωτοσ quaſi dulcis & mellea lotos. Eſt autẽ Lotos hærba in Aegypto ſiue arbor: de qua ſupra. Ouidi. Para thyma: para rotes: para meliloton amant.

⁎ Melligo proprie ſignificat ſuccũ illũ e lachrymis arborum ſiue florũ: quẽ apes deuorant: poſtea ad alueos regreſſæ euomũt: operaq; componunt. Cc.

¶Melitonas.pe.pro.vbi apes nutriũtur. Var. Melittonas ita facere oportet: quos alij Melitrophia appellãt. Eadem quidam Mellaria.

¶Meliſones.qui & Mellarij & Melliturgi: opus mellis exercentes.

¶Meliſſus proprium nomen regis Cretenſis antiquiſſimi qui primus dijs ſacrificauit. Cuius filiæ Meliſſa & Amalthæa fuerunt.

¶Meliſſa filia Meliſſi: quę cum Amathæa ſorore Iouẽ lacte caprino ac melle nutriuit. Col.li.x. Nec ſane ruſtico dignũ eſt ſolicitari fuit ne mulier pulcherrima ſpecie Meliſſa quam Iuppiter in apem cõuertit. Aelian' li.ij. de proprietatibus animalium. τῶμ βαϲιλέα ἀυτῶμ αἱ μέλιτται πρᾳῶμ ὄμτα καὶ ἥμερομ καὶ ὁμοῦτι καὶ ἄκεμτρομ ὄταμ ἀυτάσ ἀπολείπῃ μεταθέουσίτε καὶ διώκουσι φυγάδα τῆσ ἀρχῆσ ὄμτα. ⁎.i.regem earum apes mitem exiſtentẽ & manſuetũ: & ſimul ſine aculeo cum ipſas dereliquerit tranſcurrunt & fugant.

¶Melicerta. Inonis & Athamantis Thebarum regis filius: qui ſe in pelagus merſit: & miſeratiõe deorum in Portunũ cõuerſus eſt qui Palemon etiam dicitur: pro deoq; a gentibus habitus eſt.

¶Melite.es.ſiue Melita.æ.pe.cor. inſula inter Italiam Epyrũq; poſita. Et vt ſcribit Stra. ante Pachynũ ſita. Vnde Melitęi canes paruuli olim in delitijs fœminarũ. De hac Ouid.de faſ. Fertilis eſt melite. Eſt & vrbs hoc nomine Carthaginienſiũ Colonia. Diod.refert in Melita inſula pretioſam tenuitate ac mollicie telam fieri. Cice.in verrinis actio.iiij. veſtẽ & textrinũ Melitenſe nominauit. Igitur a Melite fit Melitęus.a.um.& Melitenſis: vt Canes Melitęi & Melitenſes.

⁎ Melites gemma ſic dicta a colore mali aurei qđ Melum proprie dicitur. Cc.

¶Melo nomen fluuij: qui & Nilus: & Geon appellatus eſt.

¶Melos ge.neu. & tamẽ indeclinabile: dicitur cantus ſuauitas: vel dulcis modulatio. Perſ. Cãtare credas pegaſeium melos. Hinc multa deriuãtur: de quibus mox Melos ge.fœmi. inſula eſt Cretæ adiacens: necnon & vrbs in eadẽ inſula. Strab. Melos inſula inter Cretam Pelopõneſumq; interuallo ęquali ſita: a Peloponneſo promontorium Scylleum: a Creta Dictineum habẽs.

¶Melodia cũ accẽtu in pe. dulcis cantus ſiue melleus.

¶Melodes accipitur pro mellico dulcia carmina cantante. Sidoni'. Proculus melodes inſonare pulſibus. Aug.lib.meditationũ Melodam orationem dixit pro harmonicis concentibus.

⁎Melobosis nympha eſt ſic dicta ab ouibus paſcẽdis.

¶Melicus.pen.cor.a melos idem qđ muſicus. Vnde poetæ lyrici: melici dicti ſunt. Auſo. Tu melicos lyricoſq; modos. Cenſorinus de natali die poeticã cognominat melicã cũ poetica veluti legitima muſica licẽtioe magiſq; modulata inualuerit. Vnde omnes poetas generali epitheto melicos appellare poſſumus.

¶Melinus color in floribus luteum ſignificat. Nam a Melo inſula melinum pro candido accipitur quod eſt pigmentum candidũ qđ ibi fiebat laudatiſſimũ. Plau. in muſ. Neq; ceruſam: neq; melinũ oportet attingere. Quidam tamen melinũ colorem volunt eſſe medium inter album & fuſcum qui dicitur Giluus.

¶Melitus.pe.pro. nomen fuit accuſatoris Socratis.

¶Melænęe: oppidum in Arcadia a Melæneo Lycaonis filio inter Heream & Megalopolim.

⁎ Melolantha Scarabei gen' eſt colore viridi naſcẽs.

¶Melan latine nigrum: quo in compoſitione vtimur. Melon vero ouis dicitur.

¶Melancholia cum accentu in pe. latine dicitur nigra cholera: hoc eſt atra bilis quæ ſæpe in furorem agit homines. Græce μελαγχολία. Hinc Melancholicus qui nigram bilem habet.

¶Melampodion: genus nigri hellebori a Melampode quodam qui eo vti in diuinationibus ſolebat: vel a pa-

ſtore eiuſdē nominis qui primus hanc herbā inueniſſe dicitur dum capras eo purgari animaduertit.

❡Melamphyllon herba vrbana & topiaria crepidines marginum veſtiens.

❡Melamphyllia inſula Samothracia: & Samos ipſa dicta eſt Malamphyllos.

❡Melanthion nigella herba. Melanthius nomen viri qui cum Gorgiæ inimicus eſſet dixit. Hic nobis da concordia præcipit qui tres in vna domo concordare non potuit.

❡Melancoryphus auis quæ & Ficedula. Sed Ficedula dicitur tantū in autūno ab edendis ficis. Alijs temporibus Melancoryphus ꝙ κορυφὴν μέλαν. hoc eſt verticem nigrū habeat. latine Atricapillam dicere poſſumus: mutat enim formam & colorem.

❡Melampus eſt in tertio Europæ ſinu. Et eſt nomen viri proprium.

⁎ Melampilus Theſſaliæ monticulus. Cc.

⁎ Melappia mala ſunt maiora appija: vulgo Apionia vocata. Cc.

❡Meleager & Meleagrus: fuit Oenei Aetholiæ regis filius.

⁎ Meleagrea Calydon vrbs dicitur: quoniam Meleager in ea imperauit. Cc.

❡Meliſphyllon. herba de qua Virgi. libro. iiij. Georg. Trita meliſphylla & cerinthe ignobile gramen. Quidā Apiaſtrum dicunt.

❡Melas. æ. fluuius Mygdoniæ. Alius Siciliæ. Alius Ciliciæ. Alius Thraciæ. Alius Bœotiæ. Item mons felicis Arabiæ Melas dicitur.

❡Meles. is. & etis. fluuius prope Smyrnam.

⁎Melgemella mala ſunt quæ & capuncula vocāt. Cc.

❡Meles ſeu Melius animal qui & Taxus ſiue Taxo: ꝙ ſit mellis auidiſſimum: & a lucaribus ſemper infeſtum: in cauernis viuens aſperum mordaxq; magnitudine vulpis colore felis: ex cuius pelle pharetras & canum collaria obtegunt. Varro. Ne vulnerentur canes a beſtijs imponūtur collaria quæ vocātur Melium. i. cingulum circa collū ex corio firmo cū clauis capitatis. Ply. Hanc eſſe melibus in metu ſolertiā: vt ſufflata cute diſtinctę ictus hominū & morſus canum arceant.

❡Meleagrides gallinæ Africanæ. Ply. li. x. Simili modo pugnat Meleagrides in Bœotia Africæ. hoc eſt gallinarum genus Gibberum varijs conſperſum plumis Alij autem Meleagrides a Numidicis ſeparant.

❡Melegina inſula in mari Adriatico adiacens Dalmatiæ: vt Ptolemæus lib. ij. refert.

❡Meliboeus cum diphthongo oe. nomē paſtoris: dictus ꝙ boum curam habeat.

❡Meliboea: littoralis vrbs Magneſiæ: vel ſecundum aliquos Theſſaliæ patria Philoctetæ Pœanthis filij. a qua Meliboeus. a. um. Eſt etiam hoc nomine Vicus in mari Laconico.

⁎Melona dea mellis. Cc.

❡Melota. æ. & Melote. es. pen. prod. dici poteſt pellis ouina οἶς enim ouis dicitur: vt eſt apud Apoſtolum. Circuierunt in melotis & pellibus caprinis.

❡Melioreſco: melior fio. Colu. li. ij. Napus deuexam amat & ſiccam tenuiq; propiorem terram atq; glareoſis ſabuloſiſq; aruis melioreſcit.

❡Meloeſſa inſula ex Syrenis vna: non tam a pomorum q̄ a pecoris abundantia dicta.

❡Melpomene. pen. correpta. vna ex muſis.

❡Membrum. proprie dicitur caro artus tegens. Vnde membrana ſuperior membri pars. hoc eſt pellis ipſa q̄uis & pro ſingulis corporis partibus ponatur: vt manus pes auris membrum dicitur. Membrum ſi abſolute ponitur pro virili membro. Sumitur etiam pro parte cum ad inanimata transfertur. Vnde quæ greci cola latini membra dicūt. Quomodo aūt differat membrū ab artu: vide in dictione Artus. A membrum fiūt adiectiua Bimembris Trimembris Quadrimembris. hoc eſt duarum: trium: quattuor partium.

❡Membratim aduerbiū ſignificat per mēbra ſingula.

❡Membraneus. a. um. quod ex membranis eſt. Vlp. de lega. Q; ſi in codicibus ſint membraneis vel chartaceis: vel etiam eboreis.

❡Membrana. æ. pellis ſuperior: q̄ & pergamena charta dicta ꝙ tracta ſit de membris animalium in quorum tergoribus primū ab vno latere ſcribi cœptum: deinde ab vtroq; deraſis pilis. Earū vſus Pergami regnāte Eumene inchoauit: poſtea pergamena vocata vbi pergami rex Attalus Romam miſit multitudinem membranarū vt pœnuria chartæ pellibus penſaretur. Vnde pergamenarum nomen ad hanc vſq; diem tradēte ſibi inuicem poſteritate ſeruatum eſt. Differt autem charta a membrana. Nam vt inquit Victorinus. Foliorū alia de chartis ſunt: alia de membranis. Ergo membranæ pelliceæ ſunt: & pergami primū inuentę. Vnde & pergamenæ. Chartæ autem ex papyro olim in Aegypto fiebāt. vt Ply. oſtēdit apud nos de centonibus certo quodam modo maceratis & glutino concretis formantur. Chartam ex papyro in victoria magni Alexandri inuentam ſcribit Varro: antea palmarum folijs ſcriptitatum fuiſſe: deinde de quarundam arborū libris: poſtea publica monumenta plumbeis voluminibus: mox & priuata linteis & ſchedis confici cœpta. Ptolemæus autem chartas Eumenes vero membranas cū vterq; eorū maximas haberent bibliothecas inuenerūt: qui fuerūt reges pergami. Sed contra Varronis ſententiā de chartis ait Caſſius hemina. Mar. Terētium ſcribam agrum ſuū in Ianiculo repaſtinantem inueniſſe ait arcā in qua Numa rex ſitus eſſet: & in ea libros eius e charta ſcriptos. Sed Numam pluribus ætatibus ante Alexandrum fuiſſe conſtat.

❡Membrari ſignificat per membra formari: quo verbo vtitur Cenſorinus.

❡Membratura: eſt membrorum poſitura.

❡Membroſus. qui magnū habet membrū: vt illud in Priapea. Si ruber hortorū cuſtos membroſior æquo.

⁎ Memerylus arbor eſt a noſtris alio nomine Arbutus appellata. Cc.

❡Memor generis omnis ſecūdū Priſ. & a memini fit. Cuius cōtrarium eſt Immemor dicimuſq; memorem qui recordatur: vt Memor ſum tui in me officij. cū autē de alijs rebus dicitur: vt cū dicim⁹ rem memorē: ſignificat cuius nos memores ſumus. Virgi. Sæuę memorē Iunonis ob iram. Hor. lib. car. Siue puer furens impreſſit memorem te labris notam. hoc eſt tam vehemētem vt non facile excidat memoria.

❡Memoria: vt inqt Cice. li. j. ad Herē. Eſt firma animi rerū & verborū diſpoſitionis perceptio. Terē. in And. In memoria habeo. Vbi Do. Plus eſt q̄ ſi dixiſſet ſcio. Nam q̄ ſcimus poſſum⁹ obliuiſci. Quę vero memorię cōmendamus nūq̄ amittimus. Aliquādo Memoria ꝓ antiquitate ponitur. Pacuuius. Perq; noſtram egregiā humanitatem quam memoria firmauit.

❡Memoriter aduerbiū: ſignificat qđ imperiti dicunt Menteten⁹. Ci. Q. Muti⁹ augur Scęuola multa narrare de C. Lælio ſocero ſuo memoriter & iucunde ſolebat.

❡Memorabile quod eſt dignū memoris. Col. in p̄fa. Cū tot alios Romani gn̄is intuear memorabiles duces. Ci. Cū accepiſſem⁹ a patribus maxime memorabilem C. Lælij & Pub. Scipionis familiaritatem fuiſſe.

¶Memoriale. quod in memoria haberi debet.
¶Memorioſus. a. um. quod eſt multæ memoriæ.
¶Memoro. as. pen. cor. ad memoriam reduco. Qđ & Memoror depo. ſignificat vt eſt illud Memorare nouiſſima tua & in ęternũ nõ peccabis. Aug. genituo iũxit. Sed memoraberis domini dei tui: q͂a ipſe tibi dat fortitudinẽ. Interdũ Memorare eſt dicere narrare ſeu exponere recitare. Liui. li. j. Herculẽ in ea loca Geryone interempto boues mira ſpecie abegiſſe memorant. i. dicũt. Vir. Muſa mihi cauſas memora. i. dic expone. Interdũ numerare. Plau. in Am. Ibi nũc meꝰ pater legiones hoſtiũ memorat. Huius cõpoſita ſunt Cõmemoro & Rememoro: qđ eſt in memoriã reduco. Hie. Rememoror vſus eſt apđ apoſtolũ. Rememoramini priſtinos dies.
¶Memoratus. us. idem quod memoratio. Sal. incredibile memoratu eſt.
¶Memini. a Meno antiquo verbo fit: quo veteres vſi ſunt ꝓ recordor & in mẽtẽ reuoco: a quo prima ſyllaba geminata fit p̄teritũ memini: ſicut a pungo pupugi. requiritq; genitiuũ vel acñm. Terẽ. Factã vt meiq; & huiꝰ diei ac loci ſemp memineris. Ci. Oia q̄ curãt ſenes meminerũt. Sed cũ ſignificat mẽtionẽ facio recuſat acñm poſtulatq; ablatiuũ cũ p̄poſitione de. vel gtm̃. Quint. De q͂bus multi meminerũt. Idẽ. Neq; oino huiꝰ rei meminit poeta ipſe. Iũgiturq; tã cũ p̄terito infinitiui q̄ cũ pręſenti. Virgi. Nãq; ſub Oebalię memini me turribus altis Corycium vidiſſe ſenẽ. Idẽ. Cãtãdo puerũ memini me cõdere ſoles. Cic. Appio. Ad me adire quoſdã memini. Huiꝰ cõpoſitũ eſt Cõmemini. Gel. li. ij. Sic m̃ito ante Pacuuiꝰ aquã flauã dixit & fuluũ puluerẽ. cuiꝰ verſus quoniã ſunt iucũdiſſimi libens commemini.
¶Memphis. vrbs Aegyptia regia: magna & populoſa. ſecũda poſt Alexãdriã. vbi fuerãt pyramides regũ ſepulturæ ab Ogdoo rege ædificata ambitus ſtadi. cl. Cuius filia Memphiaei nomen dedit: cum qua Nilus concubuit ſub imagine tauri. Hęc opportuniſſima eſt vbi Nilus ſcindit̃ in plures partes & D formam facit. Hinc Memphitis & hoc memphite pe. ꝓd. quaſi patronymicũ. Tibul. Barbara memphitẽ plangere docta bouem. Inuenit̃ etiã Memphitides. Iuue. Anne aliã terra Memphitide ſicca Inuidiã facerẽt nolẽti ſurgere Nilo. Inde etiam Memphiticus. a. um. Mar. Dat chartis agiles calamos memphitica tellus. ⁎ Hæc vrbs nũc Cairus: nunc noua Babylonia appellatur. Cc.
¶Mena apud Romanos fuit dea quę menſtruis fluoribus p̄eſſe putabat̃. Quo etiã nomine dictus eſt piſcis quidam breuis qui hyeme candidus æſtate nigrior fit. Cic. de fi. Qui voluptatem contemnũt eis licet dicere ſe accipẽſerem Menæ anteponere. Mar. Et caudã cibij breueſq; menas. Hunc piſcem etiã Alecem dici poſſe quidã putauerũt. Nõnulli tamẽ hoc nomẽ cũ diphthõgo ſcribi debere pręceperunt.
⁎ Menaria inſula eſt contra Magonẽ ſic dicta a piſciũ multitudine qui Menæ dicuntur. Cc.
¶Menalippꝰ Tidei fuit interfector cui caput ante obitum corroſit Tideus ex rabie. qui apud Sta. ita vociferatur. Caput o mihi ſi quis Apportet Menalippe tuũ. Fuit & alter Menalippus Tidei frater quem Tideus in venatu fertur peremiſſe ob idq; fratricidium exulaſſe. Fuit & alter Menalippus Troianus quiſq; virtute præſtaret a Priamo filij loco amatus fuit.
¶Menalippe Amazonũ regina: quam vicit Hercules eiq; ablato baltheo ſalutẽ dedit. Eſt & Menalippa fabula gręca a Menalippa deductũ nomen. De qua Iu. Syrma vel Antigones ſeu perſonã Menalippes.
¶Menapij populi q̄ ad vtrãq; rheni ripã habitãt iuxta Neruios: ſed ad mare ꝓximi q̄ hodie vocãt̃ Geldrẽſes.

¶Mencepa: mente captus.
¶Menda & Mendũ pro errore. Cice. Cecinæ. Nam cũ Mendũ ſcripturę litura tollat̃. Oui. Mendę nocte latẽt. Hinc mendoſus. a. um. qđ eſt erroribus plenũ. Hinc & Emendo. as. de quo ſupra: & Remendo. as. qđ eſt rurſus mendã tollo. Col. lib. iiij. Quidã flagellũ totũ ſicut erat matri detractũ crediderunt ſationi conuenire idq; per gemmas quinas: vel etiã ſenas participi compluris tale oleaſter remendauerunt qđ ego minime probo.
¶Μεντόασ ποταμὸσ de quo Euſtathius ita ſcribit in Dionyſio Libyco. ἰςέον ὅτι ὁ ἴςροσ ποτὲ μεντόασ ἐλέγετο κατὰ τὴν αὐτῶν γλῶσσαν ὀνῦν καὶ Δανούβιοσ λέγεται παννονίασ μέγιςοσ ποταμὸσ. ⁎ Sciendũ q̄ Iſter aliquando Mentoas dicebatur lingua eorum nũc Danubius dicit̃ Pannoniæ maximus fluuius.
¶Mendaciũ. error: cuius diminu. eſt Mendaculũ. Cic. de ora. Quod tamen mendaculis eſt aſpergendum.
¶Mendax qui frequenter dicit mendaciũ. qđ nomen Aug. lib. ij. ſoli. a mentiendo deriuat. Illud autẽ qđ mẽdax voco a mẽtiẽtibus fit qui hoc differũt a fallacibus q̄ omnis fallax appetit fallere: nõ autẽ oĩs vult fallere qui mentit̃. Nã & mimi & comœdiæ & multa poemata mendaciorũ plena ſunt delectãdi potius q̄ fallendi voluntate. Et oẽs fere qui iocant̃ mẽtiunt̃: ſed fallax fallẽs is recte dicit̃ cuius negociũ eſt vt quiſq; fallat̃. Illi autẽ qui nõ id agũt vt decipiãt: ſed tñ aliq͂d fingũt: vel mẽdaces tantũ: vel ſine hoc q͂dẽ mẽtiẽtes tñ vocari nemo ambigit. & vt dicam qđ ſentio mendax eſt mala dictio peſſima vero fallacis. qđ ijs verbis amplectit̃ Phalaris in epiſtolis. οὕτωσ οἶδα καὶ λυκῖν πόρνον μὲν ἐν παισὶ λάγνον δὲ ἐν νέοισ. μοιχὸν δὲ ἐν γυναιξὶν: ἀκόλαςον δὲ ἐν νόμοισ ἀσελγῆ δὲ ἐν ἡδοναῖσ ἀργὸν δὲ ἐν εἰρήνῃ λειπουαύτην δὲ ἐν πολέμοισ. ⁎ id eſt. Sic noui & lupum pędiconem inter pueros. Laſciuũ inter iuuenes. adulterum inter fœminas. effrẹnẽ inter temperatos. petulantem inter voluptates. ſubdolum in pace. deſerẽtẽ ſocios inter hoſtes. A mendax fit comparatiuũ mendacior mendaciſſimus & mendaciter.
¶Mens dicta eſt quaſi eminens. Eſt. n. mens altior animi pars qua etiã diuina percipimus. Oui. Mente deos adijt: & quod natura negabat Viſibus humanis oculis ea pectoris hauſit. Vel potius ἀπὸ τῆσ μνήμησ τὸ σελήνησ: quoniã mens etiam ſi dormimus nũq̄ quieſcit. Quid ſit mens Lact. lib. vij. docet hoc modo. Primũ non idem eſt mens & anima. Aliud eſt enim quo viuimus: aliud quo cogitamus. Nam dormientiũ mens nõ anima ſopitur: & in furioſis mens extinguit̃: anima manet. Et ideo nõ excordes: ſed demẽtes appellant̃. Mens ergo. i. intelligentia vel augetur vel minuit̃ pro ætate: anima in ſtatu ſuo ſemper eſt. Et ex quo tẽpore ſpirãdi accepit facultatẽ: eodem vſq; ad vltimũ durat: donec emiſſa corporis clauſtro ad ſuã ſedem reuolet. Thales Mileſius velociſſimũ inquit omniũ quę ſunt eſt mens. Nam tantę celeritatis eſt vt vno tẽporis pũcto cœlum omne colluſtret: maria ꝑuolet: terras & vrbes ꝑagret. Qui igit̃ mentẽ & animũ idẽ eſſe dicũt fallunt̃: cũ mens ſit cogitationis & cõſilij ſubtilitas q̄dã: certę rationi cõſentanea. Ideo amẽtes & demẽtes dicunt̃ qui nullo cõſilio vtunt̃. Animus vero eſt vitę & voluntatis fundamẽtũ. hinc exanimes & exanimari. Plau. in Ciſ. Exanimor: feror: diſtrahor: diripior: ita nullã mẽtẽ animi habeo. Et vbi ſum ibi nõ ſum: vbi nõ ſum ibi animus eſt. Idẽ in Epi. Pauor territat mẽtẽ animi neq; eſt vbi meas collocẽ ſpes. Verg. Accipit in teucros animũ mẽtẽq; benignã. Ci. li. iiij. tuſ. Humanus aũt animꝰ decerptus eſt ex mẽte diuina cũ alio nullo niſi cũ ipſo deo (ſi hoc eſt fas dictu) cõparari poteſt. Hic igit̃ ſi eſt excultus & ſi

eius acies ita curata vt nec necet erroribus ſit perfecta
mens.i.abſoluta ratio qđ aliđ idē qđ virtus. Terē. Mala
mens: malus animus. Ex quibus declaratur animū ac
mentē differre. Ponitur tamē quādoq; mens ꝑ cōſilio.
Verg. Noſtram nunc accipe mentem. Huius compoſi-
ta ſunt, amens: demens: vehemens.

¶ Mente captus ꝓ amente accipitur: quēadmodū ocu-
lis captus pro cæco. Feſt. Mente captus dicit̄ cū mens
ex hominū poteſtate abijt. Demens ꝙ a ſua mente de-
ceſſerit. Amens ꝙ a mente abierit.

¶ Mentior contra id qđ in mēte eſt loquor. Qui.n.mē
titur nō ipſe fallit̄: ſed alterū fallere conatur in ei⁹ detri-
mentū. Qui vero mēdacium dicit: ſū etiam fallit̄ cum
credat ſe verū dicere. Vñ Nigidius. Vir bon⁹ ꝓſtare de
bet ne mentiat̄: prudens ne mēdacium dicat. Priſ. vult
hoc verbū eſſe cōmune. Vñ Cic. in Anto. in paſſiua ſi-
gnificatiōe dixit. Quē ipſe emētitis auſpicijs vitioſum
fecerat. Sta. lib. i. th. Meritis ignoſco thoris. Interdū
mētiri eſt fingere & mōſtrare id qđ nō eſt. Lactan. lib. ij.
Nec poteſt vnq̄ veri nomē aſſumere: qđ veritatē fuco
et imitatione mentit̄. Et lib. vij. Hic eſt q appellat̄ anti-
chriſtus: ſed ſe ipſe Chriſtū mentiet̄: & verū dimicabit.
Huius cōpoſitū eſt Ementior: qđ eſt aperte ſeu publice
oſtendo: qđ non eſt. Hiero. ad Damaſum. Quis & nos
facile potuimus aliqua ementiri: qđ ex vna voce ſolue
ret quęſtionem ſicut & cæteros feciſſe monſtrauimus:
ſed magis condecet ob veritatem laborem pauliſper &
peregrino aurem accōmodare ſermoni q̄ de aliena lin-
gua factam alibi falſam referre ſententiam.

¶ Mendicus. penultima producta. a mente ꝙ mētem
eius fefellerit fortuna. Vel a medendo: quia ꝑcetur oēs
vt vitæ ſuę medeantur cibo. vel ꝙ manu indicet. Hinc

¶ Mendicitas & mēdicimoniū. Laberius pro inopia: &
Mendiciter per inopiam.

¶ Mendico. as. pen. pro. vitæ alimenta poſtulo. Iuue.
Arcanam iudæa tremens mendicat in aurem.

¶ Mendicabulū mēdicatio. Plau. Memorare nolo ho-
minū mendicabula.

¶ Menecis penult. pro. vrbs Phocenſium vltima quę
ad occaſum vergit. Menecina vrbs in Oenotria a qua
Menecinei & Menecinij populi.

¶ Menæchmus apud Plautum comœdia: in qua Me-
næchmus introducitur.

✱ Meneleus vnus ex Centauris. Cc.

✱ Meneſtus auis ex aquilarū genere minima magnitu
dine: virib⁹ pręcipua: colore nigricans: quę ſola fœtus
ſuos alit: frequenſq; verſatur in mōtibus. Cc.

✱ Meneſtho nomen nymphę a memorando dicta. vñ
Meneſtheus proprium nomen aurigę Diomedis. Cc.

✱ Meno. Vide Memini.

✱ Mennonia gemma de qua niſi ꝙ candida eſt nihil ali
ud commemoratur. Cc.

✱ Męnomenon genus eſt mellis quod ab inſania quā
gignit ſic vocatur. Cc.

¶ Menię nomen inſulæ ex aduerſo minoris Aphricæ
vt lib. v. docet Ply. quę in longitudinem patet. xxxv.
M. paſ. in latitudinem. xxv.

¶ Mendeſiū vnguētū dictū a Mēdeſo Aegypti vrbe.

¶ Menſa eſt ſuper quā ſedere ſolemus: ſiue ligneū ſiue
lapideū. Verg. Pars epulis onerāt mēſas & plena repo-
nūt Pocula. Duo sūt fuerūt apud Romanos ꝓtioſiſſi-
ma mēſarū genera. citrea. ſ. & acerna. qñq; mēſa ponit̄
pro prādio vel cœna. Iu. Cū de tot ꝑclaris orbibus & tā
antiqa vna comedūt patrimonia mēſa. Vñ & primæ &
ſecūdę mēſę. i. primi & ſecūdi cibi. Verg. Nō ego te dijs
et mēſis accepta ſecūdis Trāſierim Rhodia. Mēſa etiā
Trapeza dicit̄. i. tabula qua argētarij vtunt̄. Antiq mē
ſam vaſorū quadratā habuerūt: vocarūtq; vinariumi
Fuit & menſa vinaria rotūda noie Cilibantum a cilice
poculo: gręce calice. Altera erat vinaria menſa quadra
ta vna colūnella ſubnixa Cartibulum vocabatur.

¶ Menſarius campſor pecuniarū argentarius a latinis
dicit̄. a gręcis trapezita. ſed nūmularij & menſarij ſunt
minutiores nō tenētes libros in quibus data acceptaq;
ſcribuntur: quos græci collybiſtas dicunt.

¶ Menſis a metior deducitur: quaſi res numero dierū
menſa. Ci. li. ij. de na. deorū. Qui quia mēſa ſpatia cōfi
ciūt mēſes noiant̄ Macro. a gręco μήνη. i. a luna trahit.
Nam lunę curriculo menſis cōficitur. Hinc Trimeſtris
triū menſiū. Aug. lib. xv. ci. dei. Arcades: quorū anni
Trimeſtres fuerunt. Bimeſtris duorum menſium.

¶ Menſtruus. a. um. quod fit ſingulo menſe: vnde mē
ſtruus fluor qui mulieribus ſingulis menſibus accidere
ſolet. Hiero. in Leui. Quę poſt menſtruum ſanguinem
fluere non ceſſat. Luc. lib. v. Menſtruus in faſtos diſtin
guit ſæcula conſul.

¶ Menſtruū ſubſtantiuū mulierū profluuiū eſt: qđ nō
mali: ſed vitioſi humoris indiciū eſt. Indigeſtū eſt eñ
et crudū qđ egerit̄: & quaſi infirmū effluit: nec habet ſe
dem: ſed natura quaſi noxiū & magis frigidū pellit: qđ
maxime ꝓbat̄: quia mulieribus cū purgant̄: algere cō-
tingit: vñ intelligit̄ frigidū eſſe qđ effluit. Et ideo in vi-
uo corpore nō manere: quaſi inopia caloris extinctū.
Menſtrui vitia deſcribit Plynius li. vij. his verbis. Sed
nihil facile reperit̄ mulierū ꝓfluuio magis mōſtrificū.
Aceſcūt ſuperuentu muſta: orta ſterileſcūt: fruges mo
riūtur: ortorū germina & fructus arborū quibus inſe-
dere decidūt: ſpeculorū fulgor aſpectu ipſo hebetatur:
acies ferri ꝑſtringit̄: eboriſq; nitor: aluei apiū moriunt̄:
æs etiā atq; ferrū rubigo protinus corrūpit: odorq; di-
rus aera: & in rabiē agūtur guſtato eo canes: atq; inſa-
nabilis veneno morſus infigitur.

¶ Menſtrualis idē qđ menſtruus. Plau. in ca. Quibus
ſolebam menſtrualis epulas ante adipeſcere.

¶ Menſtruatus. a. um. quod mēſtruū patitur. Vnde di
cimus menſtruatam mulierem.

¶ Menſurnus. a. ū. a menſe: ſicut diurnus a die. Cic. ad
Herē. Pars quędā ęternitatis cū alicui⁹ animi menſurni
diurni: nocturni: veſpertini: certa ſignificatio habet.

¶ Menſura inſtrumentū quo metimur: quā quidam a
membris humanis dictā putant. Hinc Menſuro as.

¶ Meniana ædificia ſunt porrecta exterius ſic dicta ꝙ
primo a Menio: qui prim⁹ in foro vltra colūnas ꝓiecit
tigna quo ampliarent̄ ſuperiora ſpectacula: vulgo nūc
podioli: & lobię dicunt̄. Scribit Porphyrio Meniū ſcur
rilitate notiſſimū poſt abroſum patrimoniū vēdidiſſe
domū quā habuerat ad forū ſpectātē vna ſibi excepta
columna vnde gladiatores ſpectaret. Quæ ex eo Me-
nij columna nominabatur. Hiero. vero in pſalmorum
interpretatione ſic habet. In Palæſtina & Aegypto nō
habent in tecta culmina: ſed domata quæ Romæ vel
Solaria: vel Meniana vocāt: plana tecta quæ tranſuer
ſis trabibus ſuſtentātur. Fortaſſis ab hoc Menio dicta
ſunt Solaria illa quæ græci domata nuncupant. Nam
Menius ſuper columna cuius ius ſibi exceperat tectū
proiecit: & tabulata vnde ipſe & poſteri ei⁹ ſpectare mu
nus gladiatorium poſſent. Sue. Pauci e proximis Me-
nianis ſpectabant.

¶ Mentha cū h. herba vulgo nota dicta ꝙ grato odo
re mēſas percurrat. Apud græcos Mintha dicebatur a
nomine Minthes: quā ferūt pellicē Plutonis a Proſer-
pina depræhenſam in Mentham deformatam fuiſſe.

¶ Menthaſtrum ſylueſtre holus dictum ꝙ Mentham
imitetur.

¶Menta genitale membrum. cuius diminutiuum eſt Mentula: a quo mentulatus: vt in Priapo. Deus priapo mentulatior non eſt. Dicitur & membrum per excellentiam: quoniam ipſum ſolum generat. Vocatur prætera muto. Hora. li. j. Ser. Huic ſi mutonis verbis mala tanta videnti Diceret hęc animus. Hinc Mutoniat⁹ vt illud. Dormis cũ pueris mutoniatis. Et apud veteres Mutunus quoq; & Tutunos dicit priapus: qui mẽbri deus membrũ quoq; ſignificat. Lactã. lib. j. Et tutunus in cuius ſinu pudendo nubentes præſident: vt illarum pudicitiam prior deus delibaſſe videatur. Appellatur & Verpa ab inuerſa pellicula.

¶Mentum ab eminẽdo. A gula enim eminet. Et q̃uis Plyn. dicat Mentum nulli præter hominem eſſe tamen Hier. lib. Reg. ſcribit Dauid apprę̃hendiſſe mentũ leonis & vrſi: & eos ſuffocaſſe. Et Plaut. in Menæ. Glandiocam ſuillam: lardum: pernam. Itidem autem ſynciput: aut menta porcina.

¶Mentagra morbus dictus a mento: a quo incipit & faciem quidem collum pectus manuſq; fœdo quodã furfure occupat. alio nomine dicitur Lichena.

¶Mentor. oris. penultima cor. Artifex in vaſis cælãdis mirus. Iuuena. Raræ ſine mentore menſæ. De hoc Ply. li. xxxiij. Hinc Mentoreus. a. um. Proper. Leſbia mentoreo vina bibas opere.

¶Mentigo. penult. prod. genus morbi. Colu. lib. viij. Eſt autem mentigo quam paſtores Oſtigenem vocãt mortifera lactentibus. Ea plerunq; fit ſi per imprudẽtiã paſtoris immiſſi agni vel etiam hœdi roſcidas herbas depauerunt. Sed cũ infectum eſt os atq; labra fœdis hulceribus obſidet.

¶Menus Germaniæ fluuius vbi Silurus equum tranantem demergit.

¶Meo. as. vado. Lact. li iij. Videbant ſyderũ curſus in occaſum meantiũ. Et meare fluere: manare. Vnde meatus quos gręci poros vocãt. Ply. Succus maluæ decoctę poros: hoc eſt meatus ſuaues facit. Huius cõpoſita ſunt Commeo: Permeo: Remeo: & Tranſmeo.

¶Meonia vide ſupra mœonia.

¶Mephitis penultima producta. terrę putor ex aquis maxime ſulphuratis atq; corruptis proueniens. Verg. lib. vij. Sęuãq; exhalat opaca mephitim. Alij Mephitim deum eſſe volunt Leucotheæ connexum: ſicut eſt Veneri Adonis: Dianę Virbius. Alij Iunonem intelligunt: quã non niſi ex corruptione aeris naſci: ſicut bonum odorẽ de aere incorrupto vt ſit Mephitis dea odoris grauiſſimi. Hinc Mephiticus. ca. cum. apud Sidonium pro fœtulento.

¶Meracus. ca. cũ. pe. p. ſed vt puto fallũtur nonnulli. Nam Verg. Conſtitui meracas edilicię notas: vbi. pe. breuis eſt: nec rationẽ video quę producere penult. debeat. Vide in dictione Merus. ¶A Scen. Vbi Vergi. id dicit viderit author. Alij certe producunt.

¶Merces. cis. quicq̃d emitur venditurve lucri cauſa. Aug. Inuenit viles merces terrenas: & terreſtribus attulit peregrinas & cœleſtes. Et mercis nomine continent res tantũ mobiles: nõ tamẽ homines cum ob eam rem mangones & mercatores: ſed venalicìarios appellarit vt mella. Hinc commercium. Merces vero mercedis: a merendo aere inquit Var. Iuuen. Scire volunt omnes. Mercedem ſoluere nemo. Eſt enim merces prę̃miũ qđ datur pro labore ſeu ſtipendio.

¶Mercenarius qui mercedis gratia operã p̃ſtat. Colu. Siue mediarum facultatum dominus ex mercenarijs aliquem recuſantem iam quotidianum illud tributum qui vectigalis eſſe non poſſit ignarum rei cui præfuturus eſt magiſtrum fieri iubet.

¶Mercenarius. ria. rium. quod ad mercedem ptinet. Lactã. lib. vi. Ipſe pluribus locis clamas mercenariam non eſſe virtutem.

¶Mercimonium: & commercium eſt cõtrectatio quędam mercium ſicut a patre patrimoniũ. Plaut. Vt vos in voſtris mercimonijs emundis vẽdũdiſq; volus me lætum lucris afficere. Idem in Cur. Sed quid agit meũ mercimonium apud te?

¶Mercor. aris. lucri cauſa mercaturã exerceo. vel etiã ſimpliciter emo. Et quãdoq; actõ ſolo cõtẽtũ eſt. Terẽ. in heau. Agrũ in pximo hic mercatus eſt. quãdoq; cũ ablatiuo p̃tiũ denotante iũgit: ſicut fit in Emo. Gel. Libros tris reliquos mercatur nihilo minori p̃tio. quãdoq; ablatiuo a vel ab mediante. ſine p̃tio expreſſo. Cic. lib. offi. Sordidi etiã putandi qui mercant a mercatoribus qđ ſtatim vendant. quãdoq; datiuo. Terẽ. Quidã eunuchus quẽ mercat⁹ fuerat frater Thaidi. Quãdoq; cũ datiuo & ablatiuo cõſtruit. Aug. li. ix. cõ. Et placuit mihi in conſpectu tuo nõ tumultuoſe abripere me: ſed leniter ſubtrahere miniſteriũ linguæ meæ nundinis loquacitatis ne vlterius pueri meditantes inſanias mẽdaces & bella forenſia mercarent ex ore meo arma ſuo furori. Ex his colligit non ſolum mercor: ſed & alia verba emptionem vel acquiſitionem figurantia vti poſſe huiuſmodi conſtructione ſi eum a quo vel vnde & cui id emimus exprimere voluerimus. Compoſita ſunt Cõmercor. Plaut. in ca. Pater ergo captiuos cõmercat alios. Pręmercor ante alios mercor.

¶Mercator qui emit ſiue vt teneat: ſeu vt alteri vẽdat: et qui mercaturam exercet.

¶Mercatura ars ſeu actus mercandi. Cice. j. libro offi. Mercatura autẽ ſi tenuis eſt ſordida putãda eſt: ſin magna & copioſa multa vndiq; apportans: multiſq; ſine vanitate impertiens non eſt admodũ vituperanda.

¶Mercatus. us. idem quod mercandi actus. Liu. lib. j. Tullus ad Feronię fanũ mercatu frequenti negociatores Romanos comprę̃henſos querebatur.

¶Mercatus. ti. locus in quo res vendunt: qui & emporium dicit. Cic. li. offi. Quo cũ tanq̃ ad mercatũ bonarũ artiũ pfectus ſis inanẽ redire turpiſſimũ eſt. Terẽ. in Adel. Emptę mulieres cõplures: & item hinc alia q̃ porto in Cyprũ: niſi eo ad mercatũ venio damnũ maximũ eſt. Do. Mercatus locum tempuſq; ſignat.

¶Mercatus. a. um. participium: vt Terent. Agrum in proximo mercatus eſt.

¶Mercalis quaſi vendibilis. Colu. lib. viij. Ex his ſingula capita q̃ vident eſſe robuſtiora in ſupplementum gregis reſeruant: cętera mercalib⁹ tradunt. i. vẽdibilib⁹. Hinc componitur Promercalis: de quo infra.

¶Mercurius quaſi medius inter homines currens: q; ſermo currat inter homines medius. Ideo Hermes grę ce q; ſermo vel interp̃tatio quę vtiq; ad ſermonem ptinet Hermenia dicit: vñ & mercib⁹ prę̃eſt: quia inter vẽdentes & emẽtes ſermo fit medius. Ideo ei alas in capite & pedibus ponũt: volentes ſignare volucrem ferri p aera ſermonẽ. Ideo nuntiũ dictũ: quoniã per ſermonẽ omnia cogitata enũtiant. Dictus eſt deus facundię. nã hominibus loqui preſtare dicebat. Dictus eſt deus mercatorũ: palæſtræ: furum: nũtiuſq; & interpres deorum. Lyram inuenit. Hermaphroditũ ex ſorore Venere genuit: Martem e duris carcerib⁹ liberauit: Argum interemit: Prometheum in caucaſo religauit. Iouis filius fuit ex Maia Atlantis filia. Hic dictus eſt Hermes trimegiſtus. hoc eſt ter maximus.

¶Mercurialis hęrba quam græci Linozoſtin vocant: cuius duo ſunt genera: maſculus & fœmina.

¶Merda a meros qđ eſt pars & edo comedo. Eſt enim

cibi excremētū: hoc eſt pars eorū q̄ comedimus. Hor. lib. j. Ser. Mentior at ſi qd merdis caput inquinet albis Coruorū & in me veniāt mictū atq; cacatū. Hic fit merdo as. a quo permerdo qđ eſt fœdo & cō ſpurco. Albi⁹ Vt faciūt pueri qui oia permingunt atq; permerdant.

¶ Merenda cibus qui datur poſt meridiē. Vnde & merēdo. as. Calphur. in buc. Sereq; videbiť hora merēdę. Plaut. in muſ. Viſis ne forte ad merendā quopiā diuorteris: atq; ibi melius q̄ ſatis fuerit biberis.

¶ Mereo. es. & Mereor. eris. depo. a mercede fiūt & ambo meruī. itū. faciūt. Et tria ſignificant. Primo aliquid mercedis pro labore paro vel ſumo: ſeu dignus ſum. Vernaculo ſermone dicimus meritare. Oui. li. iiij. met. Q uā meruit pœnam ſolus: digeſſit in oēs. In bonū: vt Merui q laude coronā. Et cū dicimus: nihil meretur: ſignificat nihil mercedis dignus eſt accipere. Terē. Ego Charine neutiq̄ officiū liberi hoīs eē puto cū is nihil ꝓmereatur poſtulare id gratię apponi ſibi. Plaut. in cap. Vale atq; ſalue & ſimiliter vt dicā meres. Q uādoq; etiā de turpi lucro diciť: vt ſit merere ſordidū quęſtū facere. Var. in Eu. Primū iſte q meret ſeſtertio vicenos. Vñ & meretrix & meretricia taberna & meritorij pueri dicūť. Secūdo ſignificat cōfero: inſeruio: ſeu tracto. Et tunc conſtruiť cū ablatiuo mediāte de: vt mereor de te. i. aliquid in te cōfero. Et hoc in ambiguū. Si de beneficio intelligimus bene mereor de te dicimus. Verg. li. iiij. Si bene qd de te merui. i. ſi in aliquo tibi beneficiū cōtuli. Si aūt de offenſione: male mereor de te. Cic. Nāq; quo in hoiem petulātē & male de nobis meritū eē debuim⁹? In bonū tñ ſine bene vſus eſt Verg. li. vi. Q uiq; ſui memores alios fecere merēdo. Nonnūq̄ per ambiguū ſenſum ſine vtroq; dicimus: vt qd de te ſum meritus? Et aliqñ ꝑ negationē: vt hoīes nihil de me meriti ſunt: hoc eſt nec bene mihi nec male fecerūt. Tertio ſignifi. ſtipēdia facio in militia. hoc ē ſtipēdij gr̄a milito & dimico. Et tūc datiuū aut ablatiuū requirit: vel abſolute poniť. Luc. Aere merēt paruo. Sta. li. iiij. the. Non hi tibi ſolū Amphiarae merent. Luc. li. vi. Sęua viro nomē caſtrorū in plębe merebat. Ouid. de faſ. Totidē pilanus habebat Corpora legitimo quiq; merebat equo. Aliqñ etiā actō iungiť: vt apud Sue. Prima ſtipēdia meruit. Et in hac ſignificatione fit meret impersonale vt auctor eſt Ser. li. iiij. æne. Hinc etiā emeriti milites: & emeriti ſtipēdia dicunť. q militia ꝑfuncti ſunt. i. qui ꝑfecte meriti: & exempti ſenio a labore efficiunť. Ply. li. xi. Nouiſſimeq; feſſis & iam emeritis inchoatę. Nōnunq̄ etiā paſſiue ſumiť: vt apud Q uin. Emeritis huic bello ſtipēdijs. Et per tranſlationē emeriti boues dicunť: & quędam alia. Emeriti vero ſenes ſolent habere eos qui ꝓ ſe laborent qui dicunť pro alio opus agere. Compoſita ſunt cōmereor: demereor: emereor: promereor: ſiue cōmereo: demereo: emereo: & promereo.

¶ Mæreo. es. mæſtus cū æ. diph. ſecūdū Var. a Marceo fit vnde & primā vocalē accipit ꝙ corpus etiā marceſcere facit mæror. Alij cū œ. diph. ſcribūt. Eſt aūt mærere triſtari & dolore affici. vñ & cū actō qñq; cōſtruiť Ci. Terentię. A te qdē oia fieri fortiſſime & amātiſſime video: nec miror ſed mæreo caſum eiuſmodi: vt tantis tuis miſerijs meæ miſerię ſubleueñť. i. doleo. Item deplorare: vt apud eundē lib. j. Tuſ. At illa ſicut acerbiſſimā rem mæret. Et iterū. Cū grauiter filij mortem mæreret. Inuenitur etiam mæret impersonale cū ſignificato ſui verbi. A mæreo fit mæror: mæſtitia: mæſtitudo: mæſto. as. & mæſtifico. as. & Mæro. as. mærentem facio. Pacu Q ui multis mærauit modis.

¶ Meritū ꝓſtitū diciť. Et quoniā tā de malo q̄ de bono dici poteſt. pro loco intelligendū eſt. De bono Plācus. Q uid. n. tibi pro maximis tuis ac pene immortalibus in me meritis ꝓſtare amplius poſſim. De malo Vatini⁹. Scis meā fortunā neſcio quomō facile obtrectatores inuenire non meo mehercle merito. i. culpa. Vñ Aug. lib. de gratia & libero arbitrio. bonū meritū & malū meritū appellat. Iſta vtiq; inquit iam merita ſua bona cōmemorat: vt poſt pauca merita cōſequatur coronam: qui poſt mala merita conſequutus eſt gratiam.

¶ Meritus. a. um. qđ eſt congruū & conueniēs. Vergi. Meritos aris imponit honores. Huius contrariū eſt immeritus: a q̄bus meritiſſimus & immeritiſſimus. Terē. in Phor. Iamdudū te omnes nos accuſare audio immerito: & me omniū horum immeritiſſimū.

¶ Merito aduerbium. i. digne. vt in Gñ. Merito hęc patimur quia peccauimus in fratrem noſtrum.

¶ Meritus ſubſtantiuū mons eſt in tertio europę ſinu.

¶ Merto. as. a ſupino verbi mereo: ſignificat dignus ſum & milito.

¶ Meritorius. a. um. qđ quęſtū facit corpore ſuo. Vñ equi meritorij: & meritorię Rhedæ q̄ quęſtus gratia locātur aut cōducunť. Et ſcorta maſcula pueri meritorij qui lucri cauſa proſtituūtur. Nā puellę nō vocātur meritorię: ſed meretrices. Meritorij nāq; vt meretrices pretio merent. Cice. in Anto. Ingenui pueri cū meritorijs: ſcorta cū matribuſfamilias verſabātur. Taberna meritoria diuerſoriū atq; hoſpitiū mercenariū vbi cuiq; introire licet danti mercedē. Ratio vero meritoria quaſi vilia & male coempta. Aliquādo meritoria abſolute dicitur pro tabernis mercede conductis. Iuue. Nam qui meritoria ſomnū admittunt?

¶ Meretrix a merendo: nā mercede ſuā exercet militiā quæ copiā ſui tantūmodo facit. Ideo honeſtioris loci eſt & quęſtus. Proſtibulū ꝙ pro ſtabulo id eſt ante ſtabulum ſtet. Vnde & Plaut. in Ciſ. Intro ad bonā meretricem: in via ſola proſtibula ſane eſt.

¶ Meretriciū ipſa meretricandi ars. Meretricius. a. um. qđ eſt meretricia: vel qđ ad meretricē ꝑtinet: vt ars meretricia. Teren. in Heaut. Ignaram artis meretriciæ.

¶ Meretricor. pe. pd. ſcortor. Gel. Thais meretricādo magnam pecuniam demerebat.

¶ Meridies medius dies quaſi medidies. Nam vt inq̄t Var. antiqui non t. in fine dicebant. Et ſemper maſculinum eſt: quia certum diei tempus ſignificat. Hinc meridianus. a. um. quod ad meridiem ſpectat: & pomeridianus: de quo infra.

¶ Meridio. as. & meridior depon. ſignificat cibū meridianū capio. Plaut. Ientando: meridiādo: comeſſando pręgrecādo vitā ducere. Hinc merēda dicta eſt. Aliqñ ſignificat ſomnū meridianū capio. Cor. Cęlſus. Lōgis diebus meridiari debet: potius ante cibum vtile eſt: ſin minus poſt eū: per hyemem potius totis noctibus cōquieſcere. Sueto. de Nero. Miſſos a Meſſalina vxore Claudij: qui eū meridiantē quaſi Britānici æmulū ſtrāgularent. Hinc meridiatio quies meridiana. Cic. li. ij. de diui. Tūc & lucubrationes detraxi & meridiationes addidi quibus antea vti non conſueueram.

¶ Mergo. is. ſi. ſum. ſub aqua pono. Cui⁹ compoſita ſunt Demergo: quod eſt deorſum mergo: quod fit cū aliq̄d ſub aqua vel ſub terra & huiuſmodi figiť. Lactā. lib. iiij. Non vt poetæ Arionē mētiūtur in pelago incedētem: qui demerſa corporis parte humeris ſupereminet vndas. Col. lib. ij. Neq; pecori maiora niſi cum ſicciſſimū eſt: quoniam demergunt vngulas & atterunt: ſcinduntq; radices hærbarum. Demergo diuerſe mergo. Lact. lib. vi. Q uæ aūt ab altero id habent officium vt cœleſtibus auocatum: terreniſq; diuerſum: ad pœnam interficiant ſempiternam quod eſt ſummū malū.

Emergo extra mergo: & quaſi ex loco vbi ſubmerſus fueram exeo:& in lucem prodeo. Liui.lib.j. Primū ex profunda emerſus palude. Terē.per tranſlationem in And.dixit facile ex illis ſeſe emerſurum malis. Immergo intus mergo. Vergil li.iij. Aeneid. Vaſtoq; immergite ponto. Submergo ſubtus mergo.

¶ Merſo.as.ſæpe mergo. Col.li.viij. Quarto die ſi eſt vicinia maris ad littus deducta merſatᷓ ouis. Aug.li.ij. con.per tranſlationē. Aeſtuabat imbecillā ætatē abrupta cupiditatū:atq; merſabat gurgite flagitiorum.

¶ Merto.tas.idem quod merſo. Accius. Vel hic qui in ea parte effrenata impudentia præſentē præſens dictis mertare inſtitit.

¶ Mergæ furculę quibus acerui frugum fiunt: dictæ a mergis volucribus quia vt illi ſe in aquam mergūt dū piſces perſequūtur:ſic meſſores eas in fruges mergūt vt eleuare poſſint manipulos.

¶ Mergus.gi.auis dicta ꝙ ſe in aquā cibū captās aſſidue immergat.quē alij Mergonem appellāt. Verg.li.j. Ge.Cū medio celeres reuolāt ex æquore mergi. Huius auis natura eſt vt ſępe mergēs aurarū ſigna colligat:& prępuidēs tēpeſtatē futurā propere medio reuolat æquore:& ad litorū tuta cū clamore contēdit. Eſt & Mergus in vite: vt docet Col.lib.v.qui ait Mergi genus eſt vbi ſupra terrā iuxta ſuū adminiculum vitis curuatur:atq; ex alto ſcrobe ſubmerſus producitᷓ ad vacantē palum. Palladius. Mergū dicimus quoties velut arcus ſupra terram relinquitur alia parte vitis infoſſa.

¶ Mergus.oris.genus vaſis:quam nonnulli Situlam appellant.

¶ Mergulus inſtrumentū quo lāpadis Ellychnus cōdnetur.alio noie emunctoriū: vt apud Hier. in Leui.

¶ Mergites.pen.cor. ſpicarum manipuli a mergendo dicti. Verg.lib.ij.Ge. Aut fœtu pecorum:aut cerealis mergite culmi Prouentuq; oneret.

⁎ Mermeros vnus ex Centauris. Cc.

⁎ Mero dictus eſt Nero:ꝙ impēdio vinoſior eſſet. Cc.

⁎ Meroctes lapillꝰ porracei coloris que lacte ſudat. Cc.

¶ Meroe.es.dictio triſſyllaba inſulę Nili metropolis.a qua & tota inſula Meroe dicitᷓ. Hanc Cābyſes cōdidit a nomine ſororis Meroe. Cū eñi Aegyptū omnē occupaſſet. Meroē ſecū vſq; ad Aegyptios ducēs proceſſit quæ cū ibi mortē obijſſet: vrbi nomen indidit. Forma inſulę ſcuto perſimilis. De qua Luc.lib.x. Gurgite rupto Ambitur nigris Meroe fœcunda colonis. Patet lōgitudine ſtadiorum tribus milibus: latitudine mille. Effodiunt in ea aurum: argentū: æs: ferrum: ebedum. Pręterea fert & lapidū multiplex genus: diſtatq; a Syene quinq; milibus ſtad. vltra quā eſt ad torridā zonam. Exuperat omnes alias Nili inſulas: quas circiter ſeptingentas eſſe ſcribit Diodorus.

¶ Merops apiaſtra auis quę apes comedit. Verg.li.iiij. Gę.Meropes alię q; volucres. Et Meropes diuerſarum linguarū homines dicūtur ab μερίζω quod eſt diuido et ὄψ per o breue:quod ſignificat vocem.

¶ Meropus.pen.cor.mons Græcię iuxta Theſſaliam varijs præruptus anfractibus.

¶ Merope.pen.prod.inſula dicta vt quidā exiſtimant a Merope terrigena Triope filio.

¶ Meros mons Indiæ:ſub cuius radicibus eſt Niſa ciuitas conſtituta.

¶ Merus.a.rum.qđ eſt ſolū. Teren.in Phor. Nihil habet niſi ſpem merā Vnde Merula auis. Per trāſlationē ponitur pro puro. Cic.li.ij.de ora. Ecce tibi exortus eſt Iſocrates magiſter iſtoꝝ omniū cuius e ludo tāq̄ equo Troiano meri principes exierunt.

¶ Merum ſubſtantiuū ponitur ꝓ vino ſolo ſine aqua.

¶ Merax & Meracus.a.um.pen.ꝓ.eō ꝙ eſt ſolū & purū. Prop. Ah pereat quicūq; Meracas Repperit vuas. Vnde vinū meracū dicimus qđ merū eſt nulla aqua admiſta. Hinc cōparatiuū meracior: & ſuperlatiuū meraciſſimus. Vnde meracius bibere dicūtᷓ qui minꝰ aquæ vino miſcent. Sicut econtrario lymphatius dilutiuſve qui plus aquę adhibent. Cęlſus. pręcipue hyeme meracius bibendum eſſe: æſtate dilutius. Hiero.in Deutero. Et ſanguinem vuę biberunt meraciſſimum.

¶ Meribibulus qui vinū ſine aqua bibit. Aug. Cū temeti auidior eſſe quadā die ab irata ancilla per cōuiciū appellata eſt Meribibula: quę res tātū ei pudorē iniecit vt poſtmodum ſobria prorius fuerit.

¶ Merula auis ſic dicta: ꝙ ſola volet: & ſolitaria paſcatur: quaſi mera volans Quo nomine etiā dictus eſt fluuius in Albouintimilio oppido.

⁎ Meryſmos a gręcis dicitᷓ figura apud Rhetores: quā latini diſtributionem vocant. Cc.

⁎ Merx mercatura. differunt tamen inter ſe ꝙ merx eſt ſpecies ipſa qua emitur: vendituru e. De mercatura vide ſupra. Cc.

¶ Meſa fluuius notus per Leodiū fluens: & per Brabātiam ac Geldriam. vulgo tamen Moſa dicitur: & coniungit ſe cū Rheno. Eſt & Meſa pars in domo apium. Victr. latine dici medianam auctor eſt.

⁎ Meſauli ædium itinera dicūtur ꝙ inter duas aulas. & duo atria ſint interpoſita: noſtri Andronas vocāt. Cc.

⁎ Meſen ventū dicunt inter Boream & Cęciam. Cc.

¶ Meſos græce medius latine. Meſon moderatum. Meſonyction media nox.

¶ Meſopotamia regio inter Euphratē & Tygrim in maiori Aſia. Nā μέσοσ medius. ποταμὸσ fluuius. Amb. lib.de parad. Meſopotamia dicitᷓ ꝙ Tygris & Euphrates incluſerunt eā: eo ꝙ inter duo flumina cōſtituta ſit. Qđ etiā longe poſitis nomē ipſum & opinio cōmunis expreſſit. Habet eñi Tygrim ab oriente & Euphratē ab occidēte. A meridie Babyloniā. Meſopotamiā impinguat Euphrates: vt inqt Solinus: annuę inundationis exceſſibus terris ſuperfuſus. Hæc regio etiam dicta eſt Seleucia. vt lib. vi. refert Ply.

⁎ Meſoleucos gemma quam nigram linea alba diſtinguit. Cc.

⁎ Meſomelas gēma quā albā linea nigra diſtīguit. Cc.

⁎ Meſoſpherum vocāt nardum minoribus folijs. Cc.

¶ Meſapia Apulia a Meſapo rege ſic appellata.

¶ Meſſana. penultima producta. ciuitas Siciliæ: a qua Meſſanenſes dicti ſunt. Syl.lib. xv. Incumbens Meſſana freto niuibuſq; reuulſa. Hanc vrbem condidere Meſſenij in Pelori ſinu: vbi ad orietem maxime eo colonos miſiſſent: ipſi quoq; Mamertini potius q̄ Meſſanenſes ſunt vocati.

¶ Meſſene ciuitas Gręciæ Meſſeniæ in Peloponneſo a qua Meſſenij. De qua Hier. contra Ioui. Spartiatæ & Meſſenij diu inter ſe habuere amicitias intantum vt ob quędā ſacra etiam virgines ad ſe mutuo mitterent.

⁎ Meſpanenſe vnum ex oſtijs Rhodani flu. Cc.

¶ Meſochorus. penultima cor. fiſtulator cythariſta in medio ſaltationū. Sido. Nullus ibi Lyriſtes choraules Meſochorus tympaniſtria pſaltria canit.

¶ Meſſala dictus eſt Valer. Coruinus quia Meſſanā in Sicilia vicit & vrbis captę in ſe trāſlato nomine Meſſana primo appellatus eſt: paulatimq; vulgo permutāte litteras Meſſala dictus eſt. Vnde & Meſſalarum familia Romæ florentiſſima: ex qua Meſſala Coruinus orator nobilis ortum habuit.

¶ Meſſalina nomen filiæ Barbati Meſſalæ conſobrini Claudij imperatoris quæ cum adoleſcentula eſſet ipſi

Claudio ſeni nupta fuit: ſummę libidinis mulier: ita vt innumeris adulterijs ſe ſummiſerit: & mutata veſte lupanaria celebrauerit. Quinetiam cū ſcorto famoſo aliquādo certauit: & ſuperatam a ſe meretricē glorìata eſt et ſe inter diē & noctē. xxv. paſſam cōcubitus affirmauit. Preterea ſeſe labore potius feſſam q̄ concubitu ſatiatam deſtitiſſe. Tandē ab ipſo Claudio ſupplicio affecta eſt cum. C. Silio nupſiſſet.

¶ Meſpilus. penultima correpta. genus arboris: cuius fructus Meſpilum. Palladius. Meſpilus admiſſo germine tuta ſubit. Idem. Meſpilaq; exarmat pugnacibꝰ horrida membris.

¶ Meſſyas hebraice: graece Chriſtus: latine vnctus dr̄.

¶ Meſſis duo ſignificat: tempus. ſ. medēdi & rem pro tēpore. ſ. quādo fruges metūtur. Verg. Ante focū ſi frigus erit: ſi meſſis in vmbra. Pro re. hoc eſt ꝓ ſegete ipſa iam matura. Idē in Gę. Atq; interfice meſſes. Nec ſolū de frugibus: ſed etiā de vua dicit̄. Dicta meſſis a metēdo: vel a medio vt inquit Var. libr. j. de re ruſt. Metitur enim vt ſtramentū mediū ſubſecetur. Nam qui metūt manu ſiniſtra ſummū præhendūt: infra manū ſtramētum quod terræ hęret poſtea ſubſecatur.

¶ Meſſorius. a. um. quod ad meſſorem pertinet. Cice. Meſſoria ſe corbe contexit: meſſor q̄ metit: meſſio ipſa metendi. i. ſecandi actio. & operam meſſoriam dicimꝰ qua quis metit.

¶ Meſia prouincia quæ Pannoniæ iungitur ad pontū vſq; cum Danubio decurrens. Sue. de Tibe. Armenia Parthis occupari: Meſiā a Dacis Sarmatiſq; : Gallias a Germanis vaſtari neglexit. Sunt qui hoc nomē cum e ſcribant Meſea.

¶ Met ſyllaba: piam: pte. ornatus cauſa ponuntur: & aduerbia ſunt. Vt egomet: quiſpiam: tute. Sed Met iūgitur caſibus omnibus pronominū primę perſonæ: tā pluralis q̄ ſingularis numeri abſq; genitiuo plurali: vt egomet: memet: noſmet. & reliqua. Secūdę vero perſonæ obliquis tantū caſibus: vt tuimet: tibimet. Nominatiuo nō addūt: ne verbum putetur tumet a tumeo: ſed tute: tutemet profertur. Et quidē ſic iuncta diſcretionē ſignificat: vt ipſemet. i. ipſe ſolus: & non cum alijs: vel ipſe per ſe: & non per alios. Pte cū quinq; ablatiuis iungitur: vt meapte: tuapte: ſuapte: noſtrapte: veſtrapte. Te ſimiliter cum pronomine ſecūdæ perſonæ idē efficit: vt tute id feciſti. i. tu ipſe per te: & non per aliū. Tete vtraq; producta: vt meme: ſeſe. compoſita oſtēdūtur accentu acuto. Ce vero additur fere his quæ in c deſinūt: hic: hæc: hoc: apud antiquos caſus: vt hocce: hoccine. Vnde hoc quaſi duabus conſonātibus producit̄. Ver. Hoc erat alma parens quod me per tela per hoſtes Eripis? Terē. Hoccine eſt credibile aut memorabile factum. Hicce ſeu hiccine: ſicce ſiue ſiccine: hæccine: hāccine. Illicce: iſticce: illanccine. Terentiꝰ. Illanccine mulierem dixit pro illamne. Apud iuniores vero per eos caſus tantum: qui in ſ deſinūt euphoniæ cauſa: vt huiuſce: hiſce: hoſce.

¶ Meta congeries ſeu ſtrues in acutū tēdēs: ſeu turbo merſus: conos a græcis appellata: quia eſſet poſita in diuerſo ſpatio: vel quia cā metiātur quadrigę circūcurrētes. Mons enī erat ſepties metam luſtrare. Prop. Aut prius efercto depoſcit ꝑmia curſu. Septima q̄ metam triuerat ante rota. Cū enī iam carceribus emiſſę ad metam veniſſent quadrigę erat opus vt circū ipſam flecterentur. Vergiliꝰ. Hic viridē æneas frondēti ex Ilice metam Conſtituit ſignū nautis pater vnde reuerti. Sciret et longos vbi circūflectere curſus. Per tranſlationē vero quoniā auriga quādocūq; primū metā ſuperauerat iam ad finē certaminis perueniſſe videbatur: non ſolū pro agrorum termino ponitur: quē pyramidali forma effigiari mos fuit. Vnde & meta fœni vernaculo ſermone la meda. Col. li. ij. Certe quicquid ad eū modū quo debet ſiccatū erit in meta extrui cōueniet: eaſq; ipſas in anguſtiſſimos vertices exacui. Sic enim cōmodiſſime fœnū defendit̄ a pluuijs. ſed pro quocunq; termino ac fine. Verg. His ego nec metas rerū nec tempora pono. Syr. Tormentis finē metāq; laboribus orat. Hinc perueniſſe ad metam dicimus qui iter aut aliud opus perfecerint. Accipit̄ etiā quādoq; ꝓ inferiori parte molæ: ſicut Catillus pro ſuperiori. Eſt & meta ꝑpoſitio gręca et in fine acuitur: & modo cū: modo trans: modo poſt ſignificat: a qua multa componuntur.

¶ Meta lactis dicitur caſeus qui factus eſt ad formam metæ. Mar. Fert ille cæris caua cum ſuis mella metāq; lactis Saſſinate de ſylua:

¶ Metapſycoſis. pe. pro. Scribitur enim μετα-ψύχωσισ. ſubitus tranſitus ad diuerſa corpora.

¶ Metempſicoſis. pe. ꝓ. latine trāſanimatio. cum. ſ. de alijs corporibus in alia corpora tranſeūt animæ. Vnde Oui. Pythagoreorū dogma li. xv. explicās ait. Morte carent animę ſemperq; priore relicta Sede nouis habitant domibus viuūtq; receptę. Ex hoc Pythagorę dogmate inducta eſt ab eſu animalium abſtinentia ne forte vt feſtiuiter ait Tert. Bubulā quis de aliquo proauo ſuo obſonet. Hiero. Probabo non Empedoclis & Pythagorę nos dogma ſectari qui ꝓpter μετεμ-ψύχωσιν. i. trāſanimationē omne quod mouetur & viuit edendum non putant.

¶ Metabaſis latine tranſitus: Metabole mutatio.

⁎Metagram veteres vocauerūt fauciū morbū. Cc.

⁎Metapniū vnum ex oſtijs Rhodani. Cc.

¶ Metapontum tranſpōtum: quo nomine dictum eſt oppidum Italiæ in ſinu Tarentino: a quo Metapontini populi.

¶ Metaplaſmus dici poteſt tranſformatio. Eſt autem tranſlatio recti ſoliq; ſermonis in alteram ſpeciem vel metri ornatꝰ vel neceſſitatis gratia. μετα trans πλάσμα figmentum.

¶ Metaphora. pe. cor. trāſlatio a Cicerone dicitur: fitq; cū nomen aut verbū ex proprio loco in eū transfertur: in quo aut propriū deeſt: aut tranſlatū proprio melius eſt: vt Claſſiq; immittit habenas.

¶ Metamorphoſis. penultima producta. transfiguratio: ſeu transformatio latine dicitur. μόρφωσισ enim mutatio transfertur.

¶ Metalepſis figura quā modo tranſlatiuam. modo tranſumptiuam: modo trāſpoſitiuam dicimus. μετα trans λῆψισ acceptio. Fit autē cū aliqua dictio aliud a propria ſua ſignificatione ex ijs quæ pręceſſerunt denotat: vt apud Vergil. Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas. i. ſegetes.

¶ Metaphyſica. orum. tantum pluraliter ſupernaturalis dicuntur.

¶ Metatheſis. pe. cor. latine tranſpoſitio cū vna littera neceſſitatis cauſa ex vno dictionis loco in aliū tranſponitur: vt Tymbre pro tymber. θέσισ poſitio dicitur.

¶ Methodus. pen. cor. ex μετὰ & hodos aſpirato cōponitur: & accipitur pro via breui & diſciplina dum ꝓ ratione capitur. Verg. lib. j. Ge. Ignaroſq; viæ mecum miſeratus agreſtes. i. rationis.

¶ Metonymia cum accentu in pen. latine tranſnominatio: ſiue denominatio: vt Bacchus pro vino. Similiter cum dicimus pigrum frigus.

¶ Metaurus & Metaurū Vmbrię fluuius in flaminiam decurrēs: quę regio Gallia dicebat̄: vbi Claudius vero conſul cū Falinatore Haſdrubalem interfecit.

¶ Meteoros pe. product. ſuſpenſus: ſublimis: ſubleuatus ad aliquam rem: Græce μετέωρος. Inde Meteora ars: quæ corrupto vocabulo dicitur Metaura. In his enim de rebus ſublimibus tractatur. Meteoria ſublimitas ſpeculatioq; ſublimium. Aliquando Meteoros dicitur ſtolidus: et Meteoria ſtoliditas. Vnde Ariſto. Meteorologus qui ſublimia tractat: habet pe. cor.

¶ Meteoroſcopus pe. cor. qui ſublimia reſpicit.

¶ Metopoſcopus qui frontē conſiderat .i. qui diuinat ex facie hominū: quicq; priuatim ex inſpectiōe frontis qd cui euenturū ſit: prædicit. μετωπον frons: σκοπὸς inſpector. Ply. Alexāder imaginū ſimilitudines adeo indiſcrete pinxit: vt incredibile dictu Apion grammaticus ſcriptū reliquerit quendā ex facie hoim addiuinātem: quos Metopoſcopos vocāt: ex his dixiſſe aut futuræ mortis annos: aut præteritæ.

¶ Metagonium promontorium Aphricam a Numidia diuidens.

¶ Metalium dici poteſt pſcrutatum: a μεταλλῶ: qd̄ perſcrutor ſignificat: q; metalla intra terræ venas ſcrutentur homines.

¶ Metona pe. pro. vrbs Peloponneſi littoralis.

⁎ Metis nympha ſic dicta a conſulendo: μῆτις em̄ cōſilium ſignificat. Cc.

⁎ Metonomon eſtuariū Germanis a loco ſic dictū. Cc.

¶ Methymna vel Methymne vrbs Leſbi: apud quā naſcitur bonū vinū. Oui. Gargara quot ſegetes: quot habet Methymna racemos. Hinc Methymneus. a. um Idē lib. xj. Meta. Et methymnei potiūtur littore Leſbi Ab hac vrbe ortū habuit Arion cytharœdus nobilis: quem Herodotus a prædonibus in mari obrutum: et a delphine incolumē deuectum in portū ad Tenarum fabulatur: quem cytharœdum fuiſſe conſtat.

⁎ Metopion a boren vocāt: quæ in Aethiopia ſubiecta Aphricæ naſcitur ſtillans in harenis ſuis lachrymā veluti reſinam. Cc.

⁎ Metopum oleū ex amygdalo factū: quod et amygdalinum dicitur. Cc.

¶ Metor aris ꝓprie ſignificat metas in agris terminādi gratia diſpono et menſuro quo ad locū. Liui. lib. j. Hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero: tēplūq; his regionibus: quas modo animo metatus ſum: deuico. Gel. lib. j. Nāquū fere conſtaret curriculum ſtadij: quod eſt Piſis apud Iouē Olympiū: Herculem pedib⁹ ſuis metatū: idq; feciſſe longū pedes ſexcentos. Hinc vſus inualuit: vt Metari ſimpliciter pro diſponere ac parare vſurpet. Virg. lib. ij. Georgi. Si pinguis agros metabere campi Denſa ſere. Vnde dicimus Caſtra ꝓpe Tyberim metatus eſt. Hinc Metator. Luc. Audax Heſperios veniā metator in agros. Ply. lib. xviij Hūc oliueti metator vergiliarū quatriduo: hunc caueat inſitor calamis gēmiſq; oculator. Dicitur aūt Metor actiue et paſſiue. Hora. lib. ij. Car. Nulla decēpedia metata priuatis Opacā porticus excipiebat arcton. Inuenitur etiam Meto. as. Virgi. in Culi. Metabat ſeſe circū loca. Cōpoſitū a Metor eſt Emetor pe. pro. quod eſt pfecte menſuro. Lact. de Opifi. Nā ſi peritus architectus cū magnū aliquod ædificiū facere conſtituit: primo oim cogitat quæ ſumma perfecti ædificij futura ſit: et ante emetatur: quem locum leue pondus expetat.

¶ Metior. iris. menſus. ſignificat mēſuro: taxo. Vnde Menſores appellātur agrorū finitores: et Demenſum æſtimatum: vel æquatū menſuratūve. Hinc Menſura et Menſuro aa. Cur. lib. iij. Ex pecunia deinde Babyloniæ Macedonibus equitibus ſexceni denarij tributi: pegrinus eques quingenos accepit: ducenis pedeſtriū ſtipendiū menſum eſt. Similiter Cice. in Cato. Neq; em̄ ipſorū cōuiuiorū delectationes corpis voluptatib⁹ magis q̄ cœtu amicorū et ſermonibus metiebar. i. æſtimabam. Quādoq; Metiri ponitur p tranſmeare. Vir. Reuiciſo bipedū curſu metitur equorū. Quādoq; p vagari. Hiero. ad Helio. Filius hominis nō habet vbi caput reclinet: et tu amplas porticus et ingentia tectorū ſpatia metiris. Repitur etiā in ſignificatione paſſiua. Idē in Hiere. Sicut enumerari nō poſſunt ſtellæ cæli et metiri arena maris: ſic multiplicabo ſemē Dauid ſerui mei Et apud Amos prophetā. Humus tua funiculo metietur. Futurū indicatiui eſt metiar & metibor. Supinum menſum et metitum. Menſio a menſum: quæ eſt menſura. Cice. de Orato. Aures em̄ vel animus aurū nuntio naturalem quandā in ſe continet vocem oim menſionem. Virgil. Nos tumidū ſub te permenſi claſſibus æquor. i. euecti: vt ingt Ser. Remetior rurſus metior. Idem. Arma deoſq; parāt comites: pelagoq; remēſo Improuiſi aderunt.

¶ Meto is. meſſui. eſſū. i. ſeco. Et tā de vua et alijs rebus: q̄ de ſegetibus dicitur. Virg. Poſtremus metito. i. vindemiato. Hiero. ad Helio. Ecce bis acutus gladius ex ore regis ꝓcedens obuia quæq; metit. Lactā. lib. v. Qui vinlia ſua ferro metat Huius compoſita ſunt Demeto: qd̄ eſt deorſum meto. Col. lib. ij. Iſtud deinceps præcipiendū habeto: vt demeſſis ſegetibus iā in area futuro ſemini conſulamus. Catul. Sole ſub ardēti flauentia demetit arua. Emeto extra vel valde meto. Horat. in Epi. Emetit ocius Grandia cū puo nō exorabilis auro. Præmeto ante ſeco Feſt. Præmetiūt quod pre libationis cauſa præmetitur. Et habent penul. cor.

¶ Metys purgamentū ceræ: ex quo partem aluei priorem apes illinunt.

¶ Metropolis pe cor. quaſi mater ciuitas. Nam μήτηρ mater. πόλις ciuitas: hoc eſt ceterarū vrbiū caput. Metropolitani qui ex ea ciuitate oriundi ſunt.

¶ Metropolites pe pro. Metropolitanæ ciuitatis Pontifex.

¶ Metrum menſura. Et qm̄ menſuratur verſus: a noſtris dicūtur metra. Definit̄ Metrū q; ſit cōnexio quædam atq; ordinatio pedū ad delectationē aurū inuēta. Hinc fiunt per cōpoſitionē Monometrū: quod duob⁹ pedibus cōſtat. Dimetrū qd̄ quatuor. Trimetrū quod ſex. Tetrametrū quod octo. Pentametrum qd̄ decem Hexametrum quod duodecim.

¶ Metricus a. um. pe. cor. quod ad metrum pertinet. vt ars metrica vatis.

¶ Metreta pe. pro. genus vaſis: qd̄ cōficit̄ ex duobus.

¶ Metrodorus pe. pro. menſuræ donum: vel menſuratum donum. Quo nomine dictus eſt pictor: et Philoſophus Athenienſis.

¶ Metuo is. ui. a quodā motu animi dicitur: vt inquit Var. Quū id quod malum caſurū putat mens refugit: cūq; vehemētius in mouēdo vt a ſe abeat foras fertur formido appellatur. Et ꝓprie Metuere ſeruorū eſt: Vereri liberorū. Cice. in Cato. Metuebāt eū ſerui: verebātur liberi: charū oēs habebāt. Quærit Ariſto. in Problema. Cur tremūt q metuūt? An ꝓpter refrigerationē. Deficit em̄ calor atq; cōtrahitur. Hinc Virgil. Gelidusq; p ima cucurrit Oſſa tremor. Algor & ſitis ꝓuocatur: teſticuli cōtrahuntur: dentes crepitant et artetātur.

¶ Metus us. timor. Et eſt ſicut Vlpia. ſcribit: de inſtanti vel futuro piculo mentis trepidatio. Et tam actiue q̄ paſſiue ſumitur. Nā metus hoſtiū recte dicitur: et quū timent hoſtes: et quū timētur. Capitur interdū Metus pro religione: qm̄ vt docet Ser. nata eſt p timorē. Vir. lib. vij. Multoſq; metu ſeruata per annos. Huius diminutiuum eſt Meticulus.

¶Meticuloſus a meticulo diminutiuo ſignificat timidum. Plau. in Muſt. Neſcis q̃ meticuloſa res ſit ire ad iudicem.

¶Meuania ciuitas Vmbriæ inclyta Proptio alumno. A qua Meuanates populi.

¶Meus. a. um. pnomen poſſeſſiuū. vt meus ager. Cū vero dico Meus ſum: pinde eſt ac ſi dicerem Meæ poteſtatis ſum. Perſi⁹. Poſtq̃ meus a Prętore receſſi. Aliquādo eīm Meus Tuus ſubſtantiua ſunt. Virg. lib. iiij. Dulceſq; meorū relliquias. Et lib. iij. Cape dona extrema tuorū. Teren. in Phor. Ego meorū ſolus ſum me⁹ Meus carnifex. i. qui me torſit. Idem in An. Meus carnifex. Meum eſt: hoc eſt mei officij eſt. Sic tuū. ſuum. noſtrum. et veſtrum officium eſt.

* Mi dandi caſus eſt a genitiuo mis. Vir. Et mi genus ab Ioue ſummo. Cc.

¶Mica puluiſculus ille qui in arena quaſi argentū fulget: a quo et panis et oim rerū fruſtula: quæ tractantibus nobis aliquā rem inde emicant. Ergo minutias rerū micas dicimus: quaſi minutim cadentes. Vnde eſt illud. Nam et catelli comedunt de micis: quę cadunt de menſa dominorum ſuorum.

¶Micare pprie eſt ſubinde et p interualla vt micæ faciunt fulgere. Virgil. Micat ignibus æther. Et qm̄ talis quædā variatio dū digitis ſortimur apparet: p tranſlationē micare capitur p digitis ſortiri. Var. Micādū erit cū Gręco vtrū ego illius numerū: an ille meū ſequatur Et Cice. eū virum bonū appellat: qui cū poſſis in tenebris micare. Et quia ſplendor tremulus eſt: & crebro ſalit factū eſt: vt quādoq; pro ſalire ponatur. Virgi. Emicat Euryalus. Quia vero hoc per vices fit: micare capimus pro eo quod eſt per vices mouere et ſine ordine. Idem lib. iij. Georg. Et linguis micat ore triſulcis. Huius cōpoſita ſunt Dimico. Emico extra ſplēdeo. Plau. Ex oculis quaſi radij emicāt ſolis. Aliquādo extra ſalio. vt Emicat Euryalus. Intermico inter vel in mediū mico. Aug. lib. ix. ciui. dei. Id quoq; velit in altiſſimis tenebris rapidiſſimo coruſcamine lumē candidū intermicare. Promico extendo vel longe iaceo ſplendeoq; Nęuius. Si quid loqui vis nō pdocere: multa longe promicāda oratio eſt. Et in hymno. Pellātur eminus ſomnia ab ęthere Chriſtus pmicat. Et habent penul. cor.

* Mihipte p michiipſi poſuit Cat. i quo ſignificato ſolemus hęc duo pnomina geminare. vt meme: tete. Cc

¶Micturio is. pe. cor. Similiter et micturio. as. Vide in dictione Mingo.

¶ Micros latine paruus dicitur a quo multa fiunt cōpoſita.

¶Microcoſmus paruus mundus. κόσμος enim mundus dicitur.

¶Micrologus pe. cor. paruus ſermo: vel parua ratio. Vtrūq; eīm logos ſignificat. Micrologia ſedulitas quouis modo acquirendi & cura rerum vilium.

¶Micropſychos pen. cor. puſillanimus. Nam ψυχὴ anima: micropſychia puſillanimitas.

¶Midas nomen regis Phrygum: qui cunctorū pene regum opes pecuniæ abundantia anteceſſit.

¶ Migale gen⁹ aīalis rapacis & ingluuioſi. De quo in Leuitico.

¶ Migro as. ad habitandū eo. Liuius lib. j. Et Romā inde frequēter migratū eſt a parentibus maxime et ppinquis raptarū. Interdū ſine appoſito. Cice. lib. vj. de Repub. Antēq̃ ex hac vita migro cōſpicio in meo regno et his tectis Pub. Cor. Scipionē. Huius cōpoſita ſunt Cōmigro: quod eſt in totum migro. Hier. ad Damaſ. Et quia pro facinoribus meis ad eam ſolitudinē commigraui: quę Syriam iuncto Barbariæ fine determinat: non poſſum ſanctū domini tot interiacentibus ſpatijs a ſanctimonia tua ſemp expetere. Terē. in An. Ex Andro cōmigrauit huic viciniæ. Demigro de loco diſcedo. Liuius li. j. Quū hoſtes adeſſent pro ſe quiſq; in vrbem ex agris demigrāt: vrbē ipſam ſepiūt præſidijs. Emigro exeo. Cęſar. Vt domo emigrent aliud auxilium: alias ſedes remotas a Germania petāt. Immigro eo ad intus habitandū. Cice. lib. j. Tuſcu. Neq; ea plane videt animⁱ quū tam repēte in tam inſolitū tāq; pturbatū domiciliū immigrauit. Remigro in priſtinū domicilium reuertor. Idem ibi. In noſtrā domū remigremus. Tranſmigro vltra ad habitādū eo. hoc eſt in longioris loci habitationem muto. Hiero. ſup Matth. Expellentes de Iudęa: vt ad gentium proprium trāſmigrarent. Et habent penultimā correptam.

¶ Miles gnīs cōis pprie q pedes militat: a militia. i. a duritia: quā pro Repub. ſuſtinet dictus: aut a multitudine: aut a malo quod arcet: aut a mollitie per cōtrariū eo q; nihil molle: ſed potius aſperū qd gerat: vel a mille quaſi milleſimus quiſq;: q; triū miliū prius legio fiebat: et ſingulę tribus Tatienſium: Ramniū: Lucerum mille milites mittebant. Tria autē ſunt militū genera. vt inqt Ser. Euocati qui nō milites: ſed pro milite erāt Virg. Mittitur ac magni Venulus Diomedis ad vrbē. Sal. Ab his omnes euocatos centuriones. Tumultuarij qui neceſſitate aliqua electi ad vnū duntaxat bellū militant. Virgil. Simul oīe tumultu Cōiurat trepido Latium. Sacramento religati: q poſt electionē in rem publicā iurabāt: quod militare ſacramentū dicebatur. Hi plenam militiam habebant: erātq; quinq; et viginti annis obligati vt eſt apud eundem. Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura.

¶Milito onis. idem qđ miles: vnde & Commilito qui ſimul militat: hoc eſt ſocius ē in bello. Hinc Commilitium ipſa belli ſocietas.

¶Milito as. militiam exerceo: neutrum eſt. vt hic ſub Cæſare militauit. Et abltō tm̄ cōſtruitur: quū pretiū exprimitur. Cornus. Grecis mercede apud Perſas militātibus. Inuenitur et Militor deponens.

¶Militia quandoq; bellum: quandoq; rem militarem ſignificat.

¶ Militaris et hoc militare: quođ ad milites pertinet: vt militaria dona: res militaris: militaris ars. Sal. Præmittit illis homies militares. Militaris via: quæ vulgo communis dicitur. A ſuo nomine Regia ſeu Conſularis: Prætoria: Platea ve. Vide in dictione Publica via.

¶Militariter aduerbium ſignificat more militum: vel more militię.

¶Miletus pe. pro. vrbs fuit in finibus Ioniæ et Cariæ auctore Herodoto a Neleo ædificata. Hanc generoſa vellera nobilitarunt: vnde prouerbium manſit

¶Miletia ſtragula. Mart. Nec Miletos erat vellere digna tuo. Hęc aūt Anactoria nomiata ſuper octoginta vrbium per cūcta maria genitrix: vbi oraculū fuit antiquitus Brancidarum appellatum: poſtea Apollinis Didymei. Ab hac Mileſij populi dicti ſunt: qui quum prius potētes eſſent et opulenti: delitijs dediti opes et potentiam amiſerunt. Ex Mileto fuere viri memoratu digni: Thales vnus ex ſeptem ſapientibus: qui primus Philologię ac Mathematicę auctor inter Gręcos eſt habitus. Et Anaximander eius diſcipulus. Anaximenes Hecateus: qui ſcripſit hiſtoriam: et Aeſchines orator: non ille qui cum Demoſthene contendit: ſed alter qui aſſumpta nimia erga Pompeium licentia pariter in exilium miſſus eſt. Hinc et Thimotheum Muſicum ortum ferunt: et Pittacum Philoſophum.

¶Mille ſubſtantiuum et neutri generis. Declinaturq;

hoc mille:huius mille:hęc millia:hoꝝ millium. Ideoqꝫ
genitiuo iungitur. Cice in Anto. Quis vnq̃ in illo in-
uentus eſt: q L. Antonio mille nummũ ferret expen-
ſum. Quadrigarius. lib. iij. annaliũ. Ibi occiditur mille
hominum. Varro lib. vij. rerũ humanarũ. Plus mille et
centũ annorũ eſt. Repitur apud Lucil. lib. ix. Tũ milli
nummũ potes vno quærere centũ. Vno milli ꝓ mille.
acſi diceret: potes mille nũmis acquirere cẽtum milia.
Plaut. in mili. Qui mille annorũ ꝑpetuo viuũt. hoc eſt
qđ Græci χιλιάδας vocãt. Aliquãdo Mille adiectiuũ
eſt: et tũc dicimus Mille homies: et mille ꝓpugnacula:
nec licet Millia homines: quia ſubſtãtiua nõ cohærẽt ſi
ne copula. Dicim⁹ tamẽ Decẽ millia: et Ducẽti hoies:
quod ita intelligit̃ Decẽ millia hoim: et Ducẽti hoies.
¶ Milliarius. a. um. mille librarum. Vnde apri milliarij
apud Col. dicebãtur mille librarũ: q apponebantur in
cœnis Romanoꝝ. Sene. lib. xxj. Epiſt. Nõ magnã rẽ
facis ꝙ viuere ſine recto apparatu potes: ꝙ nõ deſide
ras milliarios apros: nec linguas phœnicopteroꝝ: et
alia portenta luxuriæ iam tota animalia faſtidientis.
¶ Milliarũ mille paſſuũ ſpatiũ: quod et Milliũ dicitur
Huius octaua ps Stadiũ vocatur. Paſſus ex quiqꝫ pe-
dibus: et ſinguli pedes ex ſexdecim vncijs cõſtãt. Mil
liariũ etiam dicitur vas ad coquendũ accõmodatũ. Ca
to de re ruſt. Inter orbẽ et milliariũ vnũ digitũ itereſſe
oportet. Palladius lib. v. Vas ęneũ milliario ſimile. i. al
tum et anguſtũ veſpe inter aluearia collocemus: et in
fundo eius ponamus lumẽ accẽſum. Et Milliarium co
lumna aurea in capite fori Romani: in qua inciſæ oẽs
vię Italię terminabãtur. Et hoc Milliariũ Plynij Tran-
quilli Plutarchi atqꝫ Taciti monumẽtis celebratur. In
alio ſignificato accipitur Milliarenſis porticus: et Por
ticus Milliarię.
¶ Millepeda vel millepedia gen⁹ vermiculi: qui mul-
to pedũ agmine ſcatet inquit Hiero. cõtra Iouinia. Co
ge Syrũ Aphricũ et Arabẽ: vt vermes põticos glutiat
ita eos aſpiciet vt muſcas millepedas et lacertos.
¶ Millies aduerbium eſt. vt millies te vidi. Sic decies
centies et huiuſmodi.
¶ Milium genus frugis: a mille dictũ ꝓpter multitudi
nẽ acinorũ. Mart. Frumentũ miliũ ptiſanamqꝫ fabãqꝫ
ſolebas. Et Millium ſiue milliariũ milliare dicit̃. Liui⁹
li. x. Alio itinere ad ſtationem nauium milia aũt qua-
tuordecim ab oppido aberant.
¶ Milium Indicũ eſt: quod indocti Milicham vocant
quod conſtat ex India aduectum. Huius culmos Lo-
bas vocant.
¶ Miliaris auis dicta eſt: ꝙ milio pingueſcat.
¶ Millus collare canũ venaticorũ factũ ex corio mul-
tis clauis ferreis emmẽtibus aduerſus impetũ luporũ.
Scipio Aemylianus ad pplm̃. Nobis (inqt) reiqꝫ pub
licæ præſidio eritis quaſi millus cani. Dictus Millus a
multitudie clauorũ: hoc eſt a mille clauis: vel quaſi me
linus: ꝙ ex pelle animalis Melis fere hæc collaria fiãt.
Var. Ne vulnerentur canes a beſtijs imponuntur his
collaria quæ vocantur Melium. i. cingulum circũ col-
lum ex corio firmo cum clauis capitatis.
¶ Milo propriũ nomẽ viri Romani. A quo Milonia-
nus. a. um. vt oratio Miloniana. Fuit alius hoc nomi-
ne athleta Crotonienſis: qui taurum in olympico cer-
tamine ictu nudæ dextræ occidiſſe dicitur: et ſine fati-
gatione ꝑ ſtadij ſpatium portaſſe: totũqꝫ eo die come-
diſſe. Eſt et Milo nomen montis Indiæ: in quo homi-
nes aduerſis plantis naſcuntur: octonos digitos in ſin
gulis pedibus habentes.
¶ Miluus et Miluius vtroqꝫ modo dicitur auis rapa-
ciſſima: a molli volatu vt quibuſdam placet: vel facti-
tio nomine a voce quã facit. Ouidius libro. iij. Faſto.
Iuppiter alitibus rapere imperat: attulit illa Miluius et
meritis venit in aſtra ſuis. Ab huius auis ſimilitudine
piſcis Miluius dicitur ſubiens in ſumma maria: et va-
dando aliorum piſcium prædam agens. Ponitur et ꝓ
ſtella: in quam conuerſus dicitur. Vnde Ouidius eodẽ
libro. Stella Lycaoniam vergit decliuis ad arcton
Miluius hęc illa nocte videnda venit.
⁎ Miluinus adiectiuum fit a nomine Miluus. Miluinæ
tibiæ dicuntur quę in accentus exeũt acutiſſimos: ſed
vide ne legendum ſit Milunę a Miluo. Cc.
¶ Mimas mons minoris Aſiæ: vbi ſacra & certamina
quotannis fieri Baccho conſueuerunt. Suidas. μίμας
ὄρος θρᾴκιος: καὶ κλίνεται μίμαντος· καὶ περὶ τούτου
[illegible] ἐν τοῖς ὕμνοις ⁎. i. Mimas mõs Thraciæ
et declinatur mimantos. De quo Callimachus in hym
nis.
¶ Mimallones Bacchę mulieres: a Mima Ioniæ mõte
vel Mimiomę verbo gręco: quod imitor ſignificat: ꝙ
Liberum patrem imitarentur: et ad eius imitationem
cornua ferrẽt. Hinc Mimalloneus. a. um. Perſius. Tor
ua mimalloneis implerunt cornua bombis. Hę quoqꝫ
Baſſarides et Thyades et Ogygides vocatæ ſunt.
¶ Mimus effictor latine qui vel intra vel extra ſcænã
geſticulationes exercet: imitaturqꝫ dicta factaqꝫ mo-
reſve hominum et naturas: quaſi ſolus imitetur: a μι-
μέομαι vt Diomedes inquit: quod ſignificat imitor.
Hiſtrio vero perſonatus in ſcæna comœdias et tragœ
dias voce et corporis geſtu agit. Mimi etiam dicuntur
poemata ſine reuerentia laſciuiam imitantia. Nam cũ
et alia poemata idem faciant: ſolus tamen Laberius
poeta quaſi quodam priuilegio quod fuit commune
poſſedit. Hanc fabularum ſpeciem Latini vocant Pla
nipediam. Ouidius. Scribere ſi fas eſt imitantes tur-
pia mimos. Huius poematis ſcriptores dicuntur Mi-
mographi: vt Philiſtio: vt Publius: vt Laberius. Sue
to. in Cæſa. Decius Laberius eques Romanus mimũ
ſuum egit. A Mimus fit mimicus. a. um. ſicut a Saty-
rus ſatyricus. Augu. lib. v. ciuita. dei. Et quaſi ſatyri-
ca vel mimica leuitate cohibeãt ſuas nugas. ⁎ Huius
fœmininum eſt Mima. Cc.
¶ Mina græce Mna libra genus ponderis ſiculos ha-
bens. lx. qui faciunt obolos mille ducentos. Et habet
Mina libram vnam et ſemunciam: et ſunt ſolidi. lxxv
Priſcia. Libra vel Mna graia drachmas habet. lxxv.
Accipite pręterea patrio: quã nomine graij Mnam vo
citant: noſtriqꝫ Minam dixere priores. Item Mina dici-
tur ouis: quę habet ventrem glabrum.
¶ Minę arum. comminitationes et metus incuſſiones
per verba aut ſigna: et primam corripit. Sed pro pon-
dere primam producit. Quãdoqꝫ etiam dicuntur emi-
nentię: quas Pinnas vocant. Virgil. Pendent opera in
terrupta minæqꝫ murorum ingentes.
⁎ Minatæ vulgo dicunt vbi Minæ latine dicitur. Cc.
⁎ Mimallis a Callimacho inſula dicitur quæ ab alijs
Melos a nonnullis Zephyriam. Cc.
¶ Minor minaris: minas inſero. Et plęrunqꝫ accuſati-
uo iungitur. Cicero in Tuſculanis. Cui quum Liſyma
chus Rex crucem minaretur. Et Minari eminere eſt.
Virgilius. Geminiqꝫ minantur in cęlum ſcopuli. Com
poſita huius verbi ſunt Cõminor et Interminor: quæ
habent penultimam correptam.
¶ Mino minas duco. Feſtus. Agaſones equos agen
tes. id eſt bene minantes. Hieronymus. Minauit gre-
gem in interiora deſerti. Apud antiquos etiã pro Mi-
nor ponitur. A quo Minito. as. vt docet Priſcianus.
¶ Minitor ſępe vel impetuoſe minor. Plau. in Aſina.

Cur ergo minitaris te tibi vitam eſſe amiſſurum.
¶ Minax qui frequenter minatur. Virg lib.iij. Geor.
Primus et ire viam et fluuios tentare minaces Audet
et ignoto ſeſe committere ponto. Hinc Minaciter. Li-
uius libro.ij. Minaciter fremunt.
✱ Minabiliter veteres dixerunt pro minaciter. Ce.
¶ Minerua diſciplinarũ dea: quæ grece Pallas dicitur.
Et a minãdo dicitur quaſi vim minetur. Aut a minuẽ
do vt inquit Cicero. Vel ꝙ bene moneat. Hanc Paga-
ni pro ſapientia ponebãt. Cornificius ꝙ fingatur pin-
gaturqꝫ militaribus armis. Hæc Ogygij temporib⁹ ad
locum: qui Tritonis dicitur: vt ſcribit Augu. Virgina-
li fertur apparuiſſe ætate. De hac etiam in dictione Pal
las.
✱ Minoa vrbs in Amorgo inſula Cycladum eſt: et al-
tera in Sicilia. Itẽ Megarenſium emporium fuit duo-
deuiginti ſtadijs diſtans ab vrbe: quod et Nyſea ap-
pellatur. Ce.
¶ Minos Cretenſis rex: qui primus Cretenſibus legẽ
dedit. Hic quum haberet vxorem Paſiphaen: & illa ex
tauro genuiſſet Minotaurũ: Dędalum ꝙ bouẽ ligneã
fabricaſſet: ſub qua latẽs cum tauro vxor cõcubuerat
perſecutus in Siciliam peruenit: vbi a Cocali regis fi-
liabus interfectus fuit: vt Ari. refert iuxta Camerti-
nam vrbem: et apud inferos iudex animarum factus
eſt. Virg. Quęſitor Minos vrnam mouet. A Minos fit
Minoius.a.um. poſſeſſiuum. vt Minoia regna. Quo
pacto autẽ Iudex habeatur inferorum propter iuſtitiã
nõ video: quum violator fuerit hoſpitij: et raptor Ga-
nymedis: et multa alia commiſiſſe dicatur a vera iuſti-
tia nõ parũ abhorrentia. Vnde Suidas. καὶ τὸν γανυμή-
δην θεασάμενος ἔρωτι αὐτοῦ ἔσχετο ἐγκελευσάμενος
δὲ τοῖς κρησὶν ἁρπάσας τὸν παῖδα ἐνέθετο ἐς τὴν ναῦν
✱ .i. Ganymedem ſpecie latus amore eius captus eſt
iubens Cretenſibus rapiens puerũ impoſuit in nauẽ.
¶ Minotaurus ex Minoe et tauro dictio compoſita:
monſtrũ biforme: de quo Virg. li.vj. æneidos ad prin.
Hic crudelis amor tauri: ſuppoſtaqꝫ furto Paſiphae:
miſtumqꝫ genus: proleſqꝫ biformis Minotaurus ineſt
Veneris monumenta nefandæ. Hic labor ille domus:
et inextricabilis error. Magnũ reginæ ſed enĩ miſera-
tus amorem Dędalus ipſe dolos tecti ambageſqꝫ reſol
uit Cęca regens filo veſtigia: Tu quoqꝫ magnam Par
tem ope in tanto (ſineret dolor) Icare haberes: Bis co-
natus erat caſus effingere in auro: Bis patriæ cecidere
manus. quin protinus omnia Perlegerent oculis. &c.
Vide illic Seruium.
✱ Minius mons Theſſaliæ: qui poſtea Orchomenus
dictus eſt. Ce.
¶ Minius fluuius Hiſpanię a colore pigmẽti: quo plu
rimum exundat.
¶ Mincius Venetorum fluuius ex Benaco lacu deflu-
ens alium prope Mantuam Lacum efficit: inde effluit
in Padum: torrentibus maximus efficitur.
¶ Mingo.gis.xi.ictum. vrinã facio. Vnde et Permin-
go. Horat. Hunc perminxerunt calones atqꝫ caballi.
Mart. Incipit in medios meiere verpa pedes. Hinc Mi
cturio et Mictito as. quod eſt ſępe mingo. Priſcianus.
Mictum Micturio. et Mictito.
¶ Minus quãdoqꝫ comparatiuum eſt a Paruum neu-
tri generis: ſicut Minor maſculini et fœminini: vt plus
minuſve. Aliquando a Parum fit: non a Paruum: vt
habeo minus pecuniæ. Quandoqꝫ aduerbium eſt: qđ
ſi poſitiuo iungatur contrariæ ſignificationis compa-
ratiuum demonſtrat: vt minus ſtultus: id eſt prudẽtior
minus prudens.i. ſtultior. Teren. in Eunu. Hoc nemo
fuit minus ineptus.i. aptior. Frequenter etiam accipit
pro non: præſertim coniunctũ cum Sin: et cum Quo
quãdoqꝫ ſignificat Vt. vt Sin minus. id eſt ſi nõ. Quo
minus. vt non. A Minus nomine fit ſuplatiuum Mini
mum. A Minus aduerbio fit ſuperlatiuum Minime.
¶ Minuſculum diminutiuum a Minus. Var. Ex hoc
auiario vt ſumantur idoneæ excludantur in minuſcu-
lum auiarium.
¶ Minuatim aduerbiũ a Minus: quo modo a Paulũ
paulatim. Augu. in interpretatione Pſal. Deus vltio-
num. Minuatim ponas: ſed cumulum inuenies.
¶ Minimum ſuplatiuum aduerbium eſt: Minime ve-
ro negatio eſt quaſi nequaq̃: vt minimum doctus: qui
pauxillum eſt doctus. At minime doct⁹: qui prorſus ẽ
indoctus. Cice. lib.j. offi. Minimeqꝫ artes hæ probãdę
quę miniſtrę ſunt voluptatũ. Aliquãdo habet vim ſu
perlationis: nõ negationis. Cice. lib.j. offi. Omnia ad-
hibenda erit cura: vt ea. &c. Minimum etiã pro aduer-
bio ponitur: vt ſit quaſi ad minus. Varro. Harum ſin-
gula genera minimum in binas ſpecies diuidi poſſunt
Sic Minime ſumitur. Colu. libro.j. Lata bubilia eſſe
oportebit pedes decem vel minime nouem: quę men
ſura et ad procumbendum pecori et iugario circũeun
dum laxa miniſteria præbeat.
¶ Minime gentium aduerbium pro eo qđ eſt oim gen
tium iudicio minime eſſe faciendũ. Alias ponitur pro
minime: vt ſit ſuperuacua adiectio gentium: ſicut vbi
qꝫ gẽtium: quod eſt vbiqꝫ. Nuſq̃ gentiũ: hoc eſt nuſq̃:
ſiue nequaq̃.
¶ Minuo minuis minui minutũ minorẽ reddo. Plyn.
Radix cõmanducata dentiũ dolorem minuit. Huius
cõpoſita ſunt Cõminuo quod eſt ſimul in fruſta diui-
do. Lactã. Frangebat ipſe panem minutatim: carnẽqꝫ
piſciũ cõminuebat: et vtraqꝫ in manibus eius augebã-
tur. Diminuo diuerſe minuo. Teren. in Eunu. Dimi-
nuam ego hodie caput tuum niſi abis. Imminuo. &c.
¶ Minutum participiũ et nomẽ eſſe poteſt. Participiũ
ſignificat cõminutũ: hoc eſt minus factũ. Nomẽ idem
eſt qđ breue. Cice. Ręticulum ad nares admouebat te-
nuiſſimo lino minutis maculis plenum roſæ. Aliquã-
do ponitur pro obſcuro.
¶ Minutatim ſignificat in minutiſſimas partes. Lact.
Panem minutatim frangebat. Hoc aũt Varro ꝓ pau-
latim dixit lib.j. de re ruſt. Tum ita ad fugiendũ vt mi
nutatim aſſuefaciant: et vt tyronem cum veterano ad
iungunt. Imitando enĩ facilius domaotur.
¶ Minutim etiam aduerbiũ in minutas partes ſignifi-
cat. Col. lib. v. Inſequitur deinde foſſor: qui crebris bi
dentibus ęqualiter et minutim ſoli terga comminuat.
¶ Minutia contẽptibilis paruitas cuiuſcũqꝫ rei. Lact. de
ira dei. Hæc inqt per inane requietis motibus volitãt:
et huc atqꝫ illuc feruntur: ſicut pulueris minutias vide
mus in ſole: quũ ꝑ feneſtrã radios ac lumẽ immiſerit.
¶ Minutia etiã dicta eſt porta Romę a Minutio: ꝙ Mi
nutij ſacello ꝓxima eſſet. Et Minutia virgo veſtalis: q̃
propter ſuſpitionem ſtupri viua defoſſa eſt.
¶ Minutal genus edulij: quod ex conciſis minutatim
holeribus fit.
¶ Miniſtro. ſtras. ſeruio porrigo præparo. Plautus in
Curg. Tu tabellas cõſignato: hic miniſtrabit: id eſt ſer
uiet: ego edã. Gel. lib ij. Idqꝫ facile factu dixit: quũ filij
ſua pocula in conuiuio regi miniſtrarẽt. Huius cõpoſita
ſunt Adminiſtro: qđ vario modo ponit̃. Col. in pręfa.
Vt his tm̃modo diebus vrbanæ res agerent̃: reliqs ad-
miniſtrarent̃ ruſticę.i. curarentur. Idẽ lib.iiij. Quia ma
ior pars putatiõis ꝑ id tempus adminiſtratur.i. agitur.
quo vitis neqꝫ foliõ notabile gerit. Aug. lib. vij. conf.
Sapientia mentes indigẽtes illuminãs nullo indigens

lumine: qua mundus adminiſtratur vſq; ad arborum volatica folia. id eſt gubernatur. Hier. Ad minores artes veniam et quæ non tam lingua q̄ manu adminiſtrant id eſt exercentur. Subminiſtro ſubſeruio: ſubporrigo Lactantius libro quinto. Victum ſubminiſtrat: quietē ſomni dulciſſimam tribuit.

¶ Miniſter qui ſeruit. A quo Miniſterium fit.

¶ Miniſteriū proprie miniſtri opera eſt: q̄uis et ꝑ omni operatione poni conſueuerit: vt de rege Latino Virg. Mœſtuſq; refugit fœda miniſteria. Aliquādo ponitur pro miniſtris: ſicut Seruitia pro ſeruis. Paulus Iureconſultus ait. Vrbica miniſteria dicimus etiam quæ extra vrbem nobis miniſtrare conſueuerunt.

¶ Minthos ſtercus fimumq; ſignificat.

¶ Minthe mōs vt ſcribit Stra. dictus a Plutonis pellice: quā Proſerpina in hærbā mentham mutauit. Huic Pluto donū amoris petēti virile membrū tradidit: qd a ſe mentulā noiauit. Sed vt Ply. inqt Menthę nomē ſuauitas odoris dedit. Græci Mintham nominauerūt.

¶ Minturnæ oppidum in Campania habens propinquas paludes: in quibus Marius delituit fugiens perſecutionem Syllæ.

* Minæi populi ſunt in regione Arabiæ mari rubro adiacentes: q primi commerciū turis fecere: nec pręter hos Arabes alij turis arborem vident. Vnde ab ipſis Tus ipſum minięum dictum eſt. Cc.

¶ Minyū dicitur id quod a multis Cinnabaris vocatur: quū ꝓprie Cinnabaris ſit ſanies draconis morientium elephantorū pondere eliſi: vtriuſq; animalis ſanguine permixto. Noſtri Rubricā dicunt Minyiū. Cic. ad Atticum. Cæra (inquit) et minyio: ſiue quod idē eſt cæra minyiatula notare. Foditur Minyiū ex glęba ſub rufo colore: et vitiatur admiſta calce.

* Minyæ vrbs Theſſalię: quę prius Almonia dicebatur. Inde Minyates populi. Eſt & altera in Phrygia. Cc.

¶ Minyiarię loca e quibus foditur minyium: ſicut Aurarię et Argentarię. Et Minyiaria dicuntur metalla venęq; in quibus conficitur minyium.

¶ Minyiacus a. um. quod eſt ex minyio. Victru. li. vij. Parietes paſſim expolitione minyiacia expoliebātur.

¶ Minyio as. minyio tingo. Ply. A cenſoribus in primis Iouem minyiandum locan. Vnde et minyiari libri dicuntur: quum literę maiores verſicoloribus fiunt.

¶ Miror aris. proprie ſignificat re aliqua tanq̄ noua obſtupeſco. Virg. Artificumq; manus inter ſe operūq; laborem Miratur. Et Mirari eſt cum voluptate intueri Idem. Seu quis Olympiacę miratus pręmia pugnæ. Item Mirari eſt neſcire: quia vt Donatus inqt admiratio ab ignorantia deſcendit. Plaut⁹. Ne quis miretur q ſim paucis eloquar. Terenti⁹. in And. Miror vnde ſit. Sed quū dicimus Ego miror me: Miraris te: Miratur ſe: tunc Mirari ſignificat placere: & de ſe magnifice ſentire. Mart. Qui ſe mirātur in illos. Conſtruitur hoc verbum cum accuſatiuo: cū datiuo: et cū genitiuo. Virgi. libro. xj. æneid. Iuſtitię ne prius mirer belli ne laborum. Quandoq; abſolute ponitur. Ouid. libro. xiij. Meta. Dumq; moror miror q; ſimul fugit omnis in vndas. Huius compoſita ſunt Admiror: quod eſt ſtupore afficior: ſeu fixe aſpicio. Lactā. libro. vj. Qui ad alienam fœlicitatem non attollat oculos opes non admiretur. Aliquando Admirari eſt venerari. Virgil. Ille operū cuſtos: illum admirantur: et omnes Circūſtant. Demiror. Emiror valde miror. Terentius in Heau. Id emirare te ſimulator. Immiror inſpecto ſeu vehementer miror vel magnifacio. Cicero libro. j. officiorum. Quum perſuaſum ſit nihil hominem niſi honeſtū decorumq; ſit: aut immirari: aut optare: aut expetere oportere.

¶ Miro as. eiuſdem ſignificationis. Var. in Eume. Hoſpes quid miras? Ambro. ſuper Luc. Non vocabulo ſectę deſpicias quem verbi interpretatione miraueris.

¶ Mira dicitur miratione digna. Plau. in Am. Enimuero illud pręter alia mira miror maxime: ſi hęc habet pateram illam. Hinc Permirus. ra. rum. pe. p. Cice. Apio Pul. Illud vero mihi permirū accedit tantam temeritatem fuiſſe in eo adoleſcēte. Apud veteres Mira ꝓ mōſtris atq; horrendis ſumūtur. Plau. in Am. Nimia memoras mira. Virgil. aūt Miracula dixit Georg. iiij. de Proteo canens. Omnia commutat ſeſe in miracula rerum. Hinc Mirius antiqui dixerunt pro magis mirum Varro. Nunquid hoc mirius.

¶ Mirum in modum: et Mirandū in modum. i. in maiorem modū: quaſi intra rationē. Plaut. in Am. Vterq; deluditur dolis mirū in modum. Cic. Metello. Marcellum tuum conſulem factum: teq; ea lętitia eſſe affectū mirandum in modum gaudeo.

¶ Mirificus. ca. cum. quod eſt mirabile. Cice. in Cato. Mirificos fructus afferunt. Hinc ſuperlatiuū Mirificiſſimus. Terē. in Phor. Quidnam arbitraris? neſcio. At qui mirificiſſimum. ſ. facinus.

¶ Mirifico. as. mirabilem facio. Plautus in Am. Quoq; adeo Thebani ciues modo miro mirificant probaui.

¶ Miraculum dicitur q̄cquid admirationē afferre poteſt: quaſi ſit contra naturam. Propter qd veteres Miracula pro mōſtris poſuere. Liui. lib. ij. Adijciūt miracula huic pugnę ſilētio ꝓximę noctis ex ſylua Arſia ingētem auditam vocem. Hinc Actius perſonas diſtortas oribus deformes Mirones appellat.

¶ Mirabile: quod eſt admiratione dignum. Cice. li. iij. offi. Quare ex multis mirabilibus exemplis haud facile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius aut pręſtātius. Hinc Mirabilitas pro ſtupore. Idem in eodē. Ea ergo et hęc animi deſpiciētia mirabilitate magnā facit.

¶ Mirmillones erant pugiles ſe ad duellum prouocātes. Nam digladiantiū alter Rætiarius: alter Mirmillo appellabatur. Feſtus. Rętiano (inquit) pugnāti aduerſus mirmillonē cātatur: non te peto: piſcē peto: qd me fugis Galle. Quia mirmillonicū genus armaturæ gallicū eſt: ipſi Mirmillones ante Galli appellabantur: vt quorū galeis piſcis effigies inerat. Quod gen⁹ pugnæ inſtitutum eſt a Pittaco vno ex ſeptem ſapientibus: q aduerſus Phrinonē dimicaturus propter cōtrouerſias finium: quæ erant inter Atticos et Mityleneos: ręte occulte allato impediuit Phrinonem.

* Mirtus Theſſalię monticulus. Cc.

* Mirmedia gemma: quę nigerrimo colore tranſlucet et eminentias quaſdam habet ſimiles verucis. Alter Morion vocata eſt. Cc.

* Mis genitiuus eſt antiquus a pronomine Ego. Cc.

¶ Miſanthropos pe. pro. oſor hoim: qui homies odit qui fugit hominū cōgreſſus. μισος enim odiū καὶ ἄνθρωπος homo eſt. Miſogyneia odium mulierum: quale fuit in Euripede tragœdiarum ſcriptore: qui mulieres fere omnes maiorem in modum exoſus fuiſſe dicitur.

¶ Miſceo es miſcui miſtum p ſ. nō aūt p x. confundo: et ſine ratione ꝑturbateq; facio. Virg. Interea magno miſceri murmure pontū. Qn̄doq; Miſcere eſt potum miniſtrare. Tractū a commiſtione calidæ et frigidę. Iuue. Neſcit tot milibus empt⁹ Paupibus miſcere puer. Huius cōpoſita ſunt Admiſceo: quod eſt ad aliqd miſceo. Lactan. libro. vj. Idem etiā mares maribus admiſcuit: et nefandos coitus cōtra naturam contraq; inſtitutum dei machinatus eſt. Commiſceo ſimul miſceo. Hiero. Quo apto dum in mutuos commiſcentur amplexus ꝓprijs ſe ſalutauere noibus. Emiſceo. Colu. li.

bro octauo. Nam facillime porci euaſerint haram emi,
ſcent ſe. Immiſceo intus miſceo. Col. lib. ij. Secundũ
deinde quod hoĩes faciũt ſi et alijs vitæ purgamentis
immiſceatur: quũ p ſe naturę eſt feruẽtioris. Et iccirco
terrã perurit. Interdũ in medio miſceo. Auguſt. Nulla
porro doctrina falſa eſt: quæ non aliqua vera intermi-
ſceat. Permiſceo valde miſceo. Idem. Vera ergo ſimul
inordinate permiſta in vna diſputatione hoĩs tanq̃ in
vnius colore corpia apparentia ſignificãt lepram. Pro
miſceo. Vnde Promiſcuus. a. um. Sal. Diuina atq̃ hu
mana habere ꝑmiſcua: nihil penſi atq̃ moderati hr̃e.

¶ Miſcellanea a mixtura indiſcreta rerũ dici ſignificare
videt̃ Gel. li. vlt. cũ ait. Quia variã & miſcellaneam et
q̃ſi cõfuſaneã doctrinã cõquiſiuerũt: eo titulos quoq̃
ad eã ſententiã exq̃ſitiores indiderũt. Apul. tamen in
Meta. Miſcellaneã turbã cõfuſam velut ex colluuione
oĩm gẽtiũ his verbis accipit. Nec mora cũ magna irru
ptione patefactis ædibus: magiſtratibus eorũq̃ mini-
ſtris turbę miſcellaneę cuncta cõpleta. Hic quidã ope-
ra ſua Miſcellanea inſcripſerũt: in qbus varia de reb⁹
tractatur. Var. Miſcellum vocat columbarũ genus: qđ
nec agreſte eſt nec domeſticũ: ſed ex vtroq̃ tempera-
tum. Et has colũbas Bergomates noſtri Cornaroloa
appellant. Item Miſcellæ vites: quæ in omni agro con
ueniunt: ꝙ cæteris vbiq̃ vtiliter miſceantur.

¶ Miſach vnus ex tribus pueris: de quibus Daniel in
Prophetia ait. ἐσὶ δ᾽ οὖν ἄνδρες ἰουδαῖοι οὓς κατέστησας
ἐπὶ τὰ ἔργα τῆς χώρας βαβυλῶνος σεδράχ μισάχ
ἀβδεναγώ. i. Sunt igitur viri Iudæi: quos cõſtituiſti
in opera regionis Babyloniæ Sedrach Miſach Abde
nago.

¶ Miſer flebilis calamitoſus. Cic. O miſerũ atq̃ infœ-
licẽ hunc diẽ. Interdũ dicit̃ ęgrotus. Nã ęgritudo gen⁹
eſt infœlicitatis. Plaut. Miſerã eſſe prędicat buccã: ſibi
fortaſſe medicos nõ eſſe putat. Interdũ innocẽs. Cic. p
Milone. Miſeros interdũ ciues optime de Repub. me-
ritos. Inuenitur etiam ꝑ interiectione dolẽtis poſitum
acſi diceremus Nefas. Virgilius. Cecropidæ iuſſi (mi-
ſerum) ſeptena quotannis Corpora natorum.

¶ Miſere aduerbium infœliciter. Cice. Neq̃ moueri
eius deſiderio non poſſum: qui tã miſere perijt. Quan
doq̃ ſignificat valde. Terentius. Eam miſere amat.

¶ Miſerabiliter eiuſdẽ ſignificantiæ eſt. Hiero. ad Au
guſti. et Alepiũ. Neptis veſtra Paula miſerabiliter pre
catur vt memores eius ſitis: et multum vos ſalutat.

¶ Miſeriter idem quod miſerabiliter. Laberius. Mens
incorrupta miſeriter corrumpitur.

¶ Miſellus diminutiuum eſt a miſer. Plau. Cenſen mi
ſello mali aliquid facturum?

¶ Miſeria infœlicitas. Augu. lib. confeſ. Miſeria dicit̃
quum quis patitur vel egeſtatem vel damnum. Quũ
alijs compatitur: miſericordia dici ſolet.

¶ Miſeritudo idem quod miſeria. Actius. Qui fœlix
miſeritudine factus eſt aliena.

¶ Miſereor miſereris miſertus cõſtruitur cũ gtõ. Et eſt
Miſereri ex alicuius miſeria corde anxium eſſe. Habet
eñi paſſiuũ affectũ. Lact. lib. vj. Si miſertus laborãtiũ
fueris. Veteres etiã Miſereo vſurpabãt. Aenni⁹ in He
cuba. Miſerete manus: date ferrũ: vt me anima priuẽ.

¶ Miſeret impersonale ſimili modo paſſiuum affectũ
habet: ſicut Miſereor. Idem eſt eñi Miſeret me illius:
et Miſereor illius: quia vtrunq̃ ſignificat ex illius miſe
ria angorem ſuſcipere. Cice. Miſeret me infœlicis fa-
milię. Virg. Si te lapſorum miſeret quæ munera Nyſo
Digna dabis.

¶ Miſeretur impersonale moueor miſericordia. Cice-
ro pro Liga. Cauete fratrum pro fratris ſalute precan-
tium vos miſereat̃. Lucius Craſſus in legis ſi. ſuaſiõe.
Neq̃ minus veſtri q̃ mei miſerebitur.

¶ Miſereſco is. moueor miſericordia: et tam accuſati-
uo q̃ genitiuo iungitur. Apul. Commodũ oẽs miſe
reſcimus. Stathius libro. j. The. Et generis miſereſce
tui. Virgil. Et miſereſcimus vltro. Huius compoſitũ
eſt Commiſereſco. Teren. in Hecy. Demum tam ęgre
tulit: vt ipſam Bacchidem ſi adeſſet credo commiſere
ſceret. Hinc Miſereſcit impſonale cum ſignificato ſui
verbi. Teren. in Heau. Atq̃ inopis te miſereſcat mei.

¶ Miſericordia (inquit Augu.) quid eſt niſi alienę mi-
ſeriæ quędã in noſtro corde cõpaſſio: qua ſi vtiq̃ poſſi
mus ſubuenire cõpellimur. Stoici Miſericordiam in-
ter vitia animę computant. Vnde Seneca: qui ſe Stoi-
corum ſectę addixit. Vitiũ (inquit) animi eſt miſericor-
dia: nec miſerebitur ſapiens ſed ſuccurret. Augu. lib.
ix. ciui. Dei. Stoicorũ eſt miſericordiam ſolere culpa-
re. Vnde Cice. in tertia Tuſcula. tanq̃ Stoicus dixit. Si
ſapiens in ægritudinẽ cadere poſſet: erit miſericordiã
poſſet et in inuidentiam. Verũ in oratione pro Ligario
in laudem Cæſaris tanq̃ Peripateticus dixit. Nulla de
tuis virtutibus plurimis nec gratior: nec admirabilior
miſericordia eſt.

¶ Miſeror miſeraris: & Miſero miſeras apud antiquos
affectũ actiuũ habent: ſignificantq̃ verbis aut lachry-
mis aut ope dolorem quem ex alicuius miſeria habe-
mus oſtẽdere: et cõſtruitur cũ accuſatiuo. Sal. in Iug.
Eos multa pollicendo ac miſerando caſum ſuũ confir
mat. i. lamentando. Cæſar. Abditi in tabernaculis aut
ſuũ factũ querebãtur: aut cum familiaribus ſuis com-
mune piculũ miſerabãtur. i. deplorabant. Hinc Cõmi-
ſeror: a quo Commiſeratio quę eſt ſignificatio miſeri-
cordiæ: qua ex alicuius infœlicitate mouemur: quũ ſci
licet vel aſpectu alicuius vel oratione: vel etiã cogita-
tione adducimur: vt eius miſereamur. Liuius libro. j.
Agmen migrantiũ impleuerat vias et cõſpectus alio-
rum mutus miſeratione integrabat lachrymas. Cice.
libro. ij. ad Heren. Commiſerationem breuẽ eſſe opor
tet. Miſero aũt ꝑ Miſeror dicebãt veteres: vt Acti⁹ in
Athamante. Atq̃ ita de illis merui vt iure hæc nunq̃
miſerarent mala.

¶ Miſerator q opus aliqđ miſericordię exhibet in eũ:
cuius miſeretur. Miſericors qui ex alicuius calamitate
dolorẽ animo ſuſcipit. Vnde eſt illud. Miſericors et mi
ſerator dñs eſcã dedit timentibus ſe. Miſericordia ipſa
cordis ęgritudo ex miſeria alicui⁹ iniuſte laborãtis ſuſ-
cepta. Miſericorditer aduerbium ſignificat cum miã.

¶ Miſerabilis miſeratione dignus. i. p quẽ alij miſeri-
cordia cõmouẽtur. Oui. in Ibin. Siſq̃ miſer ſemp nec
ſis miſerabilis vlli. Liuius lib. j. Euentus tamẽ belli mi
nus miſerabilem dimicationẽ fecit: ꝙ nec acie certatũ
eſt: et tectis modo diruptis alterius vrbis duo popłi in
vnũ confuſi ſunt. Idem. Voces etiam miſerabiles ex-
audiebantur mulierum pręcipue.

¶ Miſſenus penultima producta mons Campaniæ a
Miſſeno Aeneę comite ibi ſepulto. Virgilius. Qui nũc
Miſſenus ab illo Dicitur.

¶ Miſſus miſſa miſſum: participiũ eſt: ſignificationes
habet quas Mitto. Miſſus vero nomen quarti ordinis
immiſſionẽ ferarũ ſiue ludorũ aut gladiatorũ in arenã
ſignificat. Sue. in Domi. In his Circẽſiũ die quo faci-
lius centũ miſſus peragerẽtur ſingulos a ſeptenis ſpa-
tijs ad quina corripuit. Idẽ. Circenſes frequẽter etiã in
Vaticano cõmiſit nõnũq̃ interiecta ꝑ quos miſſus ve-
natione. Aliquando ſumitur pro immiſſione ferculo-
rũ. Vnde Lampridi⁹ ſcribit Heliogabalũ celebraſſe ta-
le cõuiuium: vt apud amicos ſingulos ſinguli miſſus

apparentur: et aliquãdo omnes miſſus ſola carne pha
ſianorum ſtruxiſſe.

¶Miſſile pe.cor.telum quod manu mittitur. Vnde et
lapides miſſilia dicuntur. Et miſſilia dicebantur mune
ra: quę a principibus populo ſpargebãtur: vtputa ve-
laria: linea: odores: vnguẽta. Sueto.in Caligu. Sparſit
et miſſilia variarum rerum: et panaria cum obſonio vi
ritim diuiſit.

¶ Miſſio nõ ſolum ſignificat ipſum mittẽdi actũ: ſed
etiã dimittẽdi. Suet.in Ceſa. Miſſionẽ cõtinuo efflagi-
tauit. Hmõi miſſionũ in re militari multa ſunt genera.
Eſt eñ honeſta: quæ emeritis ſtipendijs ab Impatore
indulgetur. Eſt Cauſaria: quę propter valitudines a la
boribus militiæ ſoluitur. Vnde Cauſarij milites dicun
tur a Liuio. Eſt ignominioſa: quum quis propter deli-
ctum ſacramento ſoluitur.

¶Miſſito miſſitas pe.cor. frequentatiuum ſępe mitto
Plautus in Epiſtolis. Empta eſt ancilla: ꝙ tute literas
ad me miſſitabas.

¶Mitto mittis miſi miſſum ſcd̃m notã ſignificationẽ
Græci πέμπειν mittere dicunt. Cice.in Cato. Hunc li-
brũ ad te de ſenectute miſimus. Interdũ Mittere ſigni
ficat excludere. Virgi. Meſtũq; timorẽ mittite. Interdũ
omittere: deponere. Terent.in Adel. Hera lachrymas
mitte. Itẽ Donare. Vir. Hos illi qđ nec bene vertat mit
timus hœdos. Hui⁹ cõpoſita ſunt Admitto. Amitto
Committo. Circũmitto. Demitto. Dimitto. Immitto.
Intermitto. Intromitto. Omitto. Permitto. Pręmitto.
Prætermitto. Promitto. Remitto. Manumitto. Sum
mitto. et Tranſmitto.

¶Mitti ſanguis dicitur quum fit phlebotomia. Simi
liter ſanguinis miſſio fit: quando quis iugulatur. Cor.
Cęlſus libro.ij. Mitti ſanguis debet ex brachio. Idem.
Sanguinem inciſa vena mitti nouum non eſt.

¶ Mites teſte Aug. dicũtur qui improbitatibus cedũt
et nõ reſiſtũt malo: ſed vincunt in bono malum. Vnde
et pro lęni: clemẽte: ac manſueto accipitur Mitis. Cui⁹
cõtrarium eſt Immitis.i.aſper: ſęuus: crudelis. Virgil.
Immitis Achilli. Quandoq; ponitur ꝓ tranquillo: et
Immitis pro ꝓcelloſo et inquieto. Idem lib.ix Mitis
et in morem ſtagni placidæq; paludis. Apul. Erat eñ
turbidũ atq; immite pelagus. Quandoq; pro maturo.
Virgilius. Sunt nobis mitia poma Caſtaneæ molles.
Ply. Immitia adhuc et cruda poma.

¶Miteſco manſueſco. Ply. Vt fere domi educatæ mi
teſcũt. Aliquãdo tranquillor. Apul. Cõflacceſcũt flu-
ctus: mare miteſcit. Aliquãdo matureſco. Plyn. Reli-
quorũ pomorũ velocitas cito miteſcentiũ tranſuolat.

¶Mitigo as.pe.cor.placo: quaſi mitem ago. Lact.li.
iiij. Donec rurſus pœnitentia populi mitigatus: libera
ret eos ſeruitute. Et Mitigare maturare eſt. Cice.li.iiij.
de Repub. Cumq; autumno terras ad cõcipiendas fru
ges relaxarit a fiſtula maturitate alia mitigauerit: alia
torruerit. Huius cõpoſitũ eſt Cõmitigo. de quo ſupra.

¶Mitra dictio barbara qua ſignificatur quoddã capi-
tis ornamẽti genus: primo apđ Męonios: deide Aegy
ptij Syrij Phrygij et Lydij eo vſi ſunt. Erat eñ pileus
incuruus: q̃uis et ꝓ muliebri corona ad ornatũ capitis
adoleſcẽtularũ accipiatur: ex qua pendebãt faſciolę q̃
Philtra dicebãtur: q̃m filorũ inſtar dependerent. Hie.
in Eſaia. In die illa auferet dñs ornamentũ calciamen-
torũ et lunulas et torques et monilia et armillas et mi-
tras et diſcriminalia et piſcelidea et cętera. Noſtri quo-
q; Pontifices mitris vtũtur quũ rei diuinæ opam dant
Et apud Græcos nõ ſolum ꝓ ornatu capitis: ſed etiã ꝓ
faſcia in loncę modũ cõtexta ad latera defendenda ſu
mitur. Mitra etiã apud Perſas ſol dicitur. Stat.libro.j.
Theba. Indignata ſequi torquentem cornua mitram.

⁎Mitrax gemma roſeo colore: q̃uis ſolis radijs oppo
ſita verſicolor ſit. Cc.

¶Mitella diminutiuũ parua mitra. Virg. Copa ſyriſca
caput grata redimita mitella.

¶ Mithylene es.pe.pro. et Mithylenæ arum. vrbs in
Leſbo iuxta Methymnã. A cuius nomie nũc ois inſu
la Mithylene appellatur: in qua olim fuere duę nobiliſ
ſimę ciuitates: hæc videlicet et Methymna. Hãc eandẽ
inſulam pridẽ Leſbon dictã volũt ab vrbis nomine: q̃
in ea potẽtiſſima fuit. Mart. Cum tibi nõ Epheſos: nec
ſit Rhodos aut Mithylene. Dicta Mithylene: vt Dio-
do.lib.vj. ſcribit a Mithylene Machari filia. Hæc nunc
Metallinũ dicitur vrbs clara Pyttaco ex ſeptẽ ſapienti
bus vno: et Alcęo poeta: & Antimenide fratre eius: et
Diophane Oratore: et Theophane rerũ ſcriptore: qui
Magno Pompeio admodũ familiaris fuit. De hac ſcri
bit Victru.lib.j. ꝙ magnificẽter et eleganter ædificata
fuerit: ſed nõ prudẽter poſita: in qua Auſter cũ flat ho
mines ægrotant: quũ Corus/tuſſiunt: quũ Septentrio/
reſtituuntur in ſalubritatem.

¶Mitteri in inſula vltra Britãniã ſex dierũ nauigatiõe.
vt li.iiij. Ply. ſcribit: in ea candidum plumbũ ꝓuenit.

⁎Mittilis pulmentaria dicebatur: capiebaturq; ꝓ pau-
percula. Cc.

¶Mithridates pe.c. rex Põti fuit vi magna et al et coe
poris vt ſex iuges equo a regeret: quinquaginta gẽtiũ
ore loqueretur. Hic diſſidentibus Romanis ſociali bel
lo Nicomedẽ Bithynia Ariobarzanẽ Cappadocia ex
pulit: Græciã inſulaſq; oẽs excepta Rhodo occupa
uit: ſed poſtea a Sylla apud Dardanũ fuſus: et a Pom
peio victus tandẽ a Pharnace filio in turre obſeſſus ve
nenũ ſumpſit. Cũq; id tardius biberet: quia aduerſum
venena multis antea medicaminibus corpus firmaue
rat immiſſum ꝑcuſſorẽ Gallũ cito eũ auctoritate vul-
tus territũ reuocauit: et in cædẽ ſuã manũ trepidãns ad
iuuit. Alius etiã Mithridates qui regi Mithridati Bruti
epiſtolas collegit. Vñ ait. τὰσ βρόυτου ἐπισολὰσ ἐθαύ-
μασασ πολλάκισ ου μόνομ δεινότητοσ καὶ συντομίασ χά-
ριν ἀλλὰ καὶ ὡσ ἡγεμονικοῦ φρονήματοσ ἐχούσασ χα-
ρακτῆρα. ⁎.i. Bruti epiſtolas miratus ſępe non mõ gra
uitatis et breuitatis gratia: ſed et habentes characterẽ
ſapientiæ.

¶Mithridaticum vnguentum Antidotũ: quod ex re
bus.liiij. conficitur: et nũc vulgo auctoris nomine vo
cant Mithridatum.

¶Miſtarius vas quo vinum aqua miſcemus. Lucilli⁹
Vrceus aut gemina longus miſtarius anſa.

¶Mna græce: latine Mina. Vide in dictione Mina.

¶Mnemoſyne pe.cor. memoriam ſignificat. Catull⁹.
Mnemoſynon mei ſodalis.i.monumentum.

⁎Mneſtheus proprium viri Troiani. Cc.

⁎Mneſtus item viri proprium. Cc.

¶Moab Arabiæ ciuitas: quę et Areopolis nominatur.
Quo etiã nomine vocat⁹ eſt filius Loth. A quo Moa-
bitæ. Vocatur aũt Moab ex nomie vrbis: et regio: por
ro ipſa ciuitas quaſi ꝓpriũ vocabulum poſſidet Rab-
bat Moab.i.grandis Moab.

¶Mobilis qui facile mouetur A quo Mobilitas. Vir.
Quo non aliud velocius vllũ Mobilitate viget. Quo
rum contraria ſunt Immobilis et Immobilitas.

¶Modus ꝓprie rationẽ ſignificat.i.menſurã ſiue for-
mã. Ratio vero iubet ne qđ nimis: ſed oia cũ modera-
tione fiant. Vnde Quomodo et Queãdmodũ dicim⁹.
.i.qua ratione. Et admodũ pro ſatis: quaſi ſcd̃m ratio-
nẽ: et Propemodum fere: quaſi parum abſit a modo.
hoc eſt a ratione. Et Mirum in modum. Maiorem in

modum:quaſi vltra ratione̅. Cõmodũ aptũ cõueniẽs:
quaſi cũ modo et ratione. Col lib.ij. Eſt aũt modus in
ſiccãdo fœno: vt neq; paridũ: neq; rurſus viride colli-
gatur.i.forma. Idem li.iij. In quo ſcrobe deſtinaueris
nuces ſerere: terrã minutã in modũ ſemipedis ponito
.i.menſurã. Et Modus dicitur quantitas: vt apud eun
dem lib.ij. Atq; rurſus in ſole ſiccata et mox refrigera
ta recõditur: ſi maior eſt modus in horreo: ſi minor in
vaſis olearijs ſalſamẽtarijſq;. Interdũ Modus dicitur
finis ſeu euentus. Iuue. Imponitq; modũ ſapiens et re
bus agendis. Virg. lib. iiij. Aeneidos. Sed quis erit mo
dus. Interdum dicitur Tonus: qui a Græcis φϑόγγοσ
phthongos dicitur.

¶ Modo quãdo habet o finalem cor. ſignificat temp⁹
præſens: vel mox prẹteritum: vel nondũ præteritum:
vel ſtatim futurũ. vt modo id ago. Terent. Modo ait:
modo negat. modo dicebã: modo veni: modo faciã.
Aliquãdo ponitur ꝓ lõgo tpe ante. Ter. in Eunu. Q;
dudũ: modo. Vbi Dona. Nota Modo apte ꝓ tpe prẹte
rito dictũ eſſe.i.iãdudũ. Nam q vitiauerat virgine̅ nõ
modo: ſed longe ante veſtem mutauit cũ Eunucho
Phẹdriæ. Hinc fit Quomodo. Amodo. Poſtmodo.
Ponitur item ꝓ duntaxat tãtũmodo. Liui. Euẽtus bel
li min⁹ miſerabilem dimicatio fine̅ fecit: q; nec acie cer
tatũ eſt: et tectis modo diruptis alterius vrbis duo po
puli in vnũ confuſi ſunt.i. ſolum. Item ſignificat qđ
lingua vernacula dicimus purche. Terent. in Phor. Si
des modo vt tacere poſſis. Vir. lib. iiij. Si modo quod
memoras factũ fortuna ſequatur. Hinc et Solũmodo
Tantũmodo: et Amodo: qđ ſignificat poſthac. Apu.
Vt nemo me amodo tã mane egrediente̅ ſolum vide-
bit. Q; ſi producta vltima ſyllaba proferatur: datiuus
vel ablatiuus caſus eſt a Modus.

¶ Modicum. paruũ ac puſillum. Apul. Modico labo-
re fatigat̃. Sic Immodicũ ꝓ maximo ponit̃. Colu. C. Li-
cinius dãnatus eſt: qm̃ in ingratu rogatione tribunitia
quã ꝓmulgauerat immodica poſſidendi libidine tranſ
ſcendiſſet. Et Modici pauci. Plau. In angiportu turba
eſt: domũ modici introierũt. Sic Immodicos dicimus
plures. Martia. Atriaq; immodicis arctat imaginibus
Prone tame̅ Modicũ dicitur nõ quõ cui aliquid ſit im-
minutum: ſed qđ excedat modũ et modeſtũ eſt et tem
peratũ. Plaut. Cui animus modicus cõtine̅s exps am-
bitionis. Hinc Modicũ aduerbiũ ſignificat parũ. Idem
Aedepol id modicũ curat. Modice vero tẽperate. Ide̅.
Modice ſapis Immodice nimis vel intemperate. Col.
libro. ij. Magiſq; conducere agricolæ frequenter id po
tius q̃ immodice facere.

¶ Modulus diminutiuum a Modus: et ponitur ꝓ ipſa
compoſitione et cantu: qui etiam Modulamen dicitur

¶ Modeſtus a Modico.i.tempato. Vnde Modeſte cũ
modo et temperate. Teren in Phor. Animus qui mo-
deſte iſthæc ferat? Varro. Nõ eos optime vixiſſe: q diu
tiſſime vixerunt ſed qui modeſtiſſime.

¶ Moderor aris. rego modũ pono. Et tam accuſatiuo
q̃ datiuo iungitur. Salſ. Fortuna cuius libido ge̅tibus
moderatur. Plau in Curg. Linguæ moderandum eſt.
Huius compoſitũ eſt Prẹmoderor ante moderor. Di-
citur et Modero as. in eade̅ ſignificatiõe. Sal. Vbi hoc
exemplo per ſenatuſdecretũ conſul gladiũ adduxerit
quis illi fine̅ ſtatuet: aut quis moderabit? Moderator
rector gubernator. Cic. lib. j. Tuſcul. Si hæc nata ſunt
vt Platoni videtur: vel ſi ſemp fuerunt vt Ariſtoteli
placet: moderator tanti opis et muneris: ſicut me̅te ho
minis q̃uis eam non videas: vt deum nõ vides: tamen
et deum cognoſcit ex operibus eius.

¶ Modeſtia et Moderatio hunc habe̅t ordinem: q; mo
deſtia fundame̅tũ: ſoliditas: et baſis ipa virtutis eſt: ex
qua gignitur Moderatio: quæ temperat aurigatq; mo
dos in factis et dictis et cẹteris talibus: quẹ agendi offi
cio vtuntur. Cice. lib j. ad Hẹren. ſic Modeſtiã diffinit:
q; ſit in animo continens moderatio cupiditatum.

¶ Modificor menſuram et modũ capio. Gelſ. libro. j.
Comprẹhenſa aũt menſura Herculani pedis ſcđm na-
turalem membrorũ oim inter ſe competentiã modifi-
catus eſt: atq; ita hinc collegit quod erat conſeque̅s: tã-
to fuiſſe Herculem corpore excelſiore̅ q̃ cæteros alios
quanto Olympicum ſtadium cæteris pari numero fa-
ctis anteiret. Hinc Modificatio pro temperantia.

⁎ Modiperatores dicũtur q modificãdi aliquid aucto-
ritatem habent: quaſi modũ imperãtes. Var. In conui-
uijs inſtituti ſunt modiperatores atq; magiſtri. Cc.

¶ Modulor pe. cor. menſuro ſiue cũ menſura et nume
rorũ ratione compono. Gelſ. Scite ſubtiliterq; ratioci-
natũ Pythagoram Philoſophũ dicit in reperie̅da mo-
dulandaq; ſtatus longitudiniſq; eius præſtãtia. Virgiſ.
Carmina deſcripſi: et modulans alterna notaui.

¶ Modius menſuræ genus duo et viginti ſeſtertia cõ-
tinens. Hinc Semodius. Bimodius. Trimodius: et hu
iuſmodi. Col. lib. ij. Eadem quatuor modijs nõnunq̃
tribus etiã duobus ac ſemodio iugerum occupat.

¶ Modiolus cum accẽtu in antepe. diminutiuum. Et e̅
quarta pars modij: quo etiã nomine dictũ eſt puũ vas
quadratũ ad hauriendũ ex puteo aut lacu aut flumine
aquam. Horum aũt Modiolorũ (vt eſt apđ Frontinũ
de aquæductibus) alius eſt erogatorius: alius accepto-
rius: vt multis in locis intueri licet. Vitru. Ita cum ro-
ta a calcãtibus verſabitur modioli pleni ad ſummũ ela
ti et rurſus ad imum reuertentes infundent in caſtellũ
ipſi per ſe: quod extulerunt.

¶ Mœchus adulter. Grẹci em̃ μοιχὴν mœcham: hoc e̅
adulteram dicũt. Plau. in Am. Illa illum cenſet virum
ſuum eſſe: quẹ cum mœcho eſt. Ponitur tamen ꝓ quo
cunq; inhoneſte per libidinem peccãte. A quo forma-
tum eſt verbum Mœchor. aris.

¶ Mœnia a muniendo dicta. Veteres em̃ œ. et u. indif
ferenter ponebãt. Et proprie dicũtur quæ vrbe̅ cingũt
Virg. Et mœnia pãdimus vrbis. Nec vrbis tm̃ ſũt: ſed
etiam munitionũ: caſtrorũ: et aliorũ ædificiorũ. Plaut.
Prohibentq; mœnia alia vnde ego fungar mea. Hinc
fit Submœnium: quod eſt ſub mœnibus.

¶ Mœreo. es. mœſtus. Vide Mereo.

¶ Mœſia prouincia ſcribitur cum œ. diphthongo. In
ea ſunt Dardani.

¶ Mœſi et Triballi Pontoq; contermini Scythæ. De
hac ſupra in dictione Meſia.

¶ Moga primum dicebatur: quẹ poſtea Cappadocia
nunc aũt Cæſarea a Cẹſare: vt refert Ioſephus.

¶ Moguntia oppidum tranſalpinẹ Galliæ.

¶ Mola æ. dicta eſt qua veluti mole quadã frumentũ
legumina aliæq; res terũtur: q; eorũ motu eo coniecta
moluntur. Vnde Molæ frumẽtariẹ: Molẹ fabariẹ: Mo-
lẹ oleariẹ dicũtur. Prẹcipuus eius vſus eſt in moletrina
Molas antiq ab aſinis aſinarias: alias a manu manua-
rias: a trudendo truſatiles appellabãt. Et latine quide̅
Mola: grẹce μύλοσ. Vnde Amylum ſine mola factum
ex tritico. In molendinis ſuperiore̅ Metã: inferiore̅ Ca
tilum vocant. Et Mola mandibula dicitur: ſiue maxil-
la. Hie. in Pſaſ. Molas leonũ confringet dñs. Ite̅ Mola
caro informis & inanima in vtero mulieris: ferri ictum
et aciem reſpuens: quẹ ſiſtit menſtrua vt partus. Et li-
cet his quoq; accidat: quæ coitu vtũtur quoties men-
ſtrua vitioſa ſunt: aut ſemen viri ad formãdũ fœtum
debile eſt atq; ineptũ: frequẽtius tamẽ his accidit: quæ

coitu vtunẽ quoties mẽſtrua vitioſa ſunt: aut ſemẽ viri ad formandũ foetum debile eſt atq; ineptũ: frequentius tamen his accidit quæ a coitu abſtinent ſolitę alias coire: quales viduæ ſunt. Fit enĩ quãdoq; in mulierib⁹ tumor præter naturam & ſemen cum ſanguine mixtũ induteſcit in carnem q̃uia aliquando ex ſolo ſpiritu fit mola quę mouetur natura tentante eam expellere. De hoc Ariſt. libro quarto de generatione animaliũ. Cum ex humore crudo cõceptus ſtetit: tunc mola gignitur: idq; in mulieribus merito aut ſolis aut maxime. Pręterea Mola a molito farre dicĩ far toſtũ & ſale ſparſum. ꝙ eo molito hoſtię aſperguntur. Apud antiquos poſt glandes & arbuta vſus farris in honore fuit: ſeruatũ in tantũ vt ſacrificium non fieret ſine ſalę & farre. Virgil. Sparge molam. hinc immolo. as.

¶ Molaris ſubſtantiuũ generis maſc. dens maxillaris eſt a mola pro maxilla deductũ nomen ꝙ cibum a cæteris dentibus confractũ ipſi molũt. Et molaris eſt molæ fragmẽ. Ouid. lib. xiiij. me. aut comes inquit ero dixit: dextraq; molarẽ ſuſtulit. Sta. lib. v. the. Vaſtęq; ſudes fractiq; molares.

¶ Molaris vero adiectiuum: vt lapis molaris ex quo mola fit. hunc quidam pyriten vocant ꝙ ei inſit plurimus ignis quẽ pyr græci dicunt: vel a frumento quod Pyron nominãt. eſt & aliud Pyritarũ genus ἀπὸ τοῦ πυρός. hoc eſt ab igne. noſtri viuum vel ignarium lapidem appellãt. quoniã clauo vel altero lapide ꝑcuſſum ſcintillas edit quæ ſulphure exceptæ aut folijs mira celeritate ignem trahunt.

¶ Molarius a. um. qđ ad molã ꝑtinet vt aſinus molarius quo vtimur ad molã. Cato. Molariũ aſinũ vnum.

¶ Molo is. molui molitum & molitũ ſignificat mola tero. Cæſar. lib. xix. Triũ menſiũ molita cibaria ſibi vnũquẽq; domo efferre iubent. Molere etiã ſubagitare. vt in lib. Iudicũ. Sampſonẽ clauſum in carcere molere fecerunt. i. vt tradunt hebręi cũ robuſtis mulieribus eum coire fecerũt: vt ex illo robuſtã prolẽ ſuſciperent. Ambro. lib. hexa. Diſcite o viri qui alienã permolere quærit vxorem cuius ſerpentis ſibi aſciſcere cupiat contuberniũ: cui etiã cõparandus ipſe ſerpẽti ſit. Hor. in ſer. Permolere vxores nollẽ laudarier inquit. Trãſlatio ſũpta a mola. Nam cũ frumẽtũ demolitur: molaq; ſup catyllũ eſt circũuoluitur: ſic in patrãda re venerea vir mulieri incũbit. Huius cõpoſita ſunt. Cõmolo. ſimul molo. Lactã. de opi. Cõtritos & cõmolitos dentibus cibos colligit: & cõglobatos vi ſua deprimit & tranſmittit ad ventrẽ. Emolo. perfectę molo. Amb. Cogitatiões exquirere & q̃ſi emolere muneris habẽt. Permolo de quo paulo ante. Et hæc pe. cor. habent.

¶ Molitor penul. cor. qui molit vulgo molendinarius dicitur. molitura apud Plyn. libr. xv. ſumitur pro ipſo molendi actu.

¶ Molendinarius molendini opifex. molendinarius a. um. quod ad molendinum pertinet: vt mola molendinaria. Pau. iurecõſultus negat aſinã molendinariam ea appellatione contineri.

¶ Moletrina pe. ꝑ. a molendo piſtrinũ olim dicebatur quo tẽpore tũdebãtur frumẽta nõ molebanẽ.

¶ Molucrũ pe. cor. lignũ quadratũ quo veteres immolabãt. Et molucrũ quo molæ vertũtur quod græci μολακρον. dicunt. Item tumor ventris qui etiã virginibus accidere ſolet molucrũ vocaẽ. Afra. virgini tã creſcit vterus q̃ grauidę mulieri molucrum.

¶ Moles: res magna & magni ponderis. Virg. Totãq; infuſa per artus mens agitat molem. i. magnitudinem mundi. Col. li. iiij. India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Quoniã vero quę magna ſunt: difficilia eſſe conſueuerũt: capitur quãdoq; moles pro difficultate. Virg. Tantę molis erat romanã condere gentem. Et in mari moles dicitur quoties excludiẽ aqua. Accipitur & pro motu. Idem. Inde gyam ipſam ingenti mole chimęram cõſequitur. Et a mouẽdo dicitur moles.

¶ Moleſtus dicĩ qui alicui grauis eſt. nec ſinit eũ quieſcere. A quo moleſtia ſollicitudo & grauitas. Teren. in an. Multũ moleſt⁹ ei certe fuero atq; aio morẽ geſſero. A moleſtia fit cõpõſitũ Pręmoleſtia. Cic. li. iiij. tuſ. Alij metũ pręmoleſtiã appellabãt id eſt anticipationẽ moleſtiæ quaſi metus ſit pręuius duxq; moleſtię futurę.

¶ Moleſto as. moleſtia afficio: & quaſi molem affero Modeſti. Ab Aurelio Sempronio fratre meo neminẽ moleſtari volo.

⁎ Molibdena dicitur plumbi & argenti vena cõmunis quę & galena & plumbago dicitur. Molibditis plumbi ſpuma. Sicut argyritis argenti. Ce.

¶ Molior iris. a mouẽdo vel motib⁹ ſignificat moueo Liui. li. ix. Nũ montes moliri ſua ſede paramus. Et moliri eſt vel ingenio vel corpore ad aliquid agendũ moueri. Et pro varietate appoſiti exponi ſolet. Nã moliri claſſem eſt parare. Vir. Claſſemq; ſub ipſa Antandro & phrygiæ molimur mõtib⁹ idæ. Moliri iter eſt peragere. Idẽ. Inde datũ moliẽ iter. moliri habenas ẽ gubernare. Idẽ. & manib⁹ molitur habenas. moliri inſidias eſt meditari aut tẽdere. vt lib. j. Ge. Inſidias auibus moliri: incẽdere vepres. Apul. Dũ mihi moliũtur iſidias. moliri arcem eſt extruere. vt moliriq; arcẽ. Cuius cõtrariũ eſt demoliri. moliri morã: ẽ morã facere. vt Vir. Moliri vel morã aut veniendi poſcere cauſas. moliri iacula eſt iaculari. Idẽ. Ipſe pater media nimborũ in nocte coruſca fulmina moliẽ dextra. moliri bellũ eſt belligerare. Col. in pręfa. Qui bella moliẽ: armorũ & militiæ gnaros adhibeat. moliri etiã ſimpliciter poſitũ ſignificat inuenire. Plau. aliqđ moliar quo me hoc diſcrimine liberem. Quod etiã machinari dicĩ. Aliquãdo conari. Aug. li. j. ci. dei. Vir optim⁹ caueã theatri ſenatũ cõſtruere molientem ab hac diſpoſitiõe & cupiditate cõpeſcuit. Aliquãdo operari vel facere. Cic. li. j. tuſ. Quarũ altera quã nos incolimus ſub expoſita ad ſtellas ſeptẽ vnde horrifer aquilonis ſtridor gelidas moliẽ niues. Col. lib. ij. & ideo minoribus aratris moliũtur. i. operãtur. Aliquãdo paſſiue moliri pro retardari. Luc. lib. vij. Mutilamur molimur ſubijcimur. Huius cõpoſita ſunt Amolior recedo. Admolior ſupramolior: ſiue ſuprapono. Plaut. in aſi. Vbi ſacro manus ſis admolitus. Demolior deſtruo. Remolior remoueo & a conatu reuoco. Sueto. de Augu. Quidã cõfeſſus eo ſe inhibitũ ac remolitũ quo minꝰ vt deſtinarat in pręcipitiũ propelleret.

¶ Molimẽ pen. pro. qđ & molimentũ dicitur id eſt qđ molimur & conatus. Hiero. cõtra Ioui. Vtileratus ſum cũcta molimina eius quaſi inſtructã aciem cõtra me ꝓponere. Siſen. Magno tam molimẽto ac perpetuo ſono procedũt. Hinc emolumentũ pro vtilitate.

¶ Mollis. tener nõ durus a mouẽdo quaſi mobilis. ꝙ in quãcũq; partẽ facile trahi ac moueri poſſit. Quintil. de ſignis loquens. Illius opera dura: molliora huiꝰ. Virgi. Quid nemora ęthiopũ molli canentia lana. Inde fit ꝙ cũ homine iunctũ modo vituperationẽ: modo laudem denotet: vt molle ingenium quod facile diſcit. At mollis homo. i. effœminatus nõ ſeuerus nõ fortis: non conſtantis animi. Per tranſlationem vero quoniam ea quæ tenera ſunt pro voluntate noſtra facile tractam⁹: & quocũq; lubet ducimus: mollis quandoq; pro domito ſumitur. Virgilius. Belgica vel molli melius feret eſſeda collo. Quandoq; pro facili. Idem. Iuuat ire iugis qua nulla priorum Caſtaliam molli diuertiẽ orbita cli-

tio. Quandoq; pro maturo: vt ſunt nobis mitia poma
caſtaneę molles. Vnde mollia vina dicũtur .i. defęcata
& aſperitate carentia. Quãdoq; pro flexibili. Idem. Eſt
mollis flãma medullas. Quãdoq; ꝓ opportuno ac tẽ-
peſtiuo. Idẽ. Sola viri molles aditus & tempora noras.
Quãdoq; pro remiſſo contẽnẽdo. Idẽ. Tua Moecenas
haud mollia iuſſa. Quãdoq; pro ſuaui ac iucũdo. Idẽ.
Molleſq; ſub arbore ſomni. Quãdoq; pro placido. Vn
de & mollio mollitudo mollicies. Cõpoſitum eſt ꝑmol
lis qđ eſt valde mollis. Terẽ. in adel. Paulatim plębem
premollem facio meam .i. mihi fauentem.

Mollitudo placiditas. Cic. Lenitudo orationis. Mol
litudo corporis.

Mollicies quæ & mollicis idem quod mollitudo q̃-
uis & in malũ pro effœminatione quandoq; capit̃. Sal
lu. Sed inertia & mollitia animi alius alium expectan-
tes cunctamini.

Molliter. placide: ęquo aio. Cice. qđ ferendũ eſt mol
liter ſapiẽti. Aliquãdo ſignificat delicate. Terẽ. in adel.
Aedepol ſyriſce te curaſti molliter.

Molliculus diminutiuũ. Amb. li. j. offi. Sed vt mol-
liculũ & infractũ aut vocis ſonũ: aut geſtũ corporis nõ
probo: ita neq; agreſtẽ aut ruſticã naturam imitemur.
Plau. ꝓ tenello & delicato poſuit cũ inq̃t mollicula es.

Mollio. is. molliui vel mollij mollitum: placo: molle
reddo. Gel. Sed poſtea cũ Brũduſium aduentaremus:
mollitiq; eſſent venti maris: percunctat⁹ eum ego ſum
quęnam illa ratio eſſet paucioris ſui. Sallu. Loca amœ
na voluptuoſa facile in ocio feroces militum aios mol
liuerant .i. effœminauerant. huius cõpoſitũ eſt emollio
qđ eſt valde mollio. Plyn. Quæcũq; emolliri opus ſit:
anſerino adipe curantur.

Mollifico as: & mollefacio is. eiuſdem ſignificatio-
nis ſunt.

Molleſco is. mollis aut placatus fio. Claud. lib. j. Di
tiſq; ſeueri Ferrea laſciuis molleſcãt corda ſagittis. hic
cõponitur Remolleſco. Ouid. li. j. me. Precibus ſi nu-
mina iuſtis Victa remolleſcũt: ſi flectitur ira deorũ. Cę
ſar. Vinũ ad ſe oino iportari nõ ſinũt q; ea re ad laborẽ
ferendũ remolleſcere atq; effœminari arbitrantur.

Molleſtra. pellis ouina.

Mollicina. penul. pro. veſtis a mollicie.

Molluſca nux. a mollicie dicta eſt. q; cæteris omni-
bus nucibus mollior ſit. Plyn. Molluſcę putamen rum
pentes. Fertur molluſcam nucem e Perſide fuiſſe trãſ-
latam. Fallitur Macrobius exiſtimãs pomũ eſſe quod
vulgo perſicum nominatur.

⁎ Molluſcum tuber eſt arborũ quẽadmodũ & Bruſcũ
Eſt bruſcũ itorti⁹ criſpũ: molluſcũ vero ſimplici⁹ ſpar
ſum: & ſi magnitudinem menſarũ caperet haud dubie
pręlatũ a veteribus citro fuiſſet. Cc.

Moloſſis regio pars Epyri a Moloſſo Pyrrhi & An-
dromaches filio nominata. hinc Moloſſus. a. um. Scri
bit Theopõpus fuiſſe. xiiij. epyrotarum gentes e qui-
bus celeberrimi fuerunt Chaones & moloſſi. Ouid. li.
pri. me. Nec content⁹ eo eſt miſſi de gente moloſſis. In
ea naſcebãtur boni canes. Virg. Nec tibi cura canũ fue
rit poſtrema ſed vna Velocis Spartæ catulos: acremq;
moloſſum Paſce ſero pingui.

Moloſſus pes. dictus eſt ab eius patrię ſaltatiõe. Vel
q; eo metri genere odas in templo iouis laudẽ canere
cõſueuerunt in memoriã moloſſi filij Pyrrhi & Andro
maches a quo poſtea feſta moloſſia ſunt dicta.

Molochinus color qui in purpurã inclinat q; maluę
flori ſimilis ſit quaſi malachin⁹. gręci eñ μαλάχην mal
uam dicũt. Hinc molochinari⁹: molochini coloris infe
ctor vt eſt apud Plautũ. Cecil. Carcaſina molochina.

⁎ Molothros genus vitis albę quam nõnulli ampelo-
leucen appellant. Cc.

Momentũ proprie ſignificat exiguã quandã muta-
tiõem & pene indiuiſibilem: qđ græci atomõ vocant.
Varr. momento tẽporis vterq; diceſſit. hoc apud vete
res etiã momẽ dicebatur. Luc. Momine ſi a paruo poſ
ſunt impulſa moueri. Hinc quodcunq; minimũ poteſt
momentũ appellari. Ply. Proſunt & cõbuſtę vt cinis ea
rum bibatur in vino addito reſinę momento.

⁎ Momen veteres dixerunt qđ nũc momentum. Cc.

Momentaneus a. um. quod eſt caducũ & quod faci-
le mutatur ac deficit.

Momentarius a. um. quod in momẽto fit. Ambro.
Syros vero Heliſeus quos obſidentes in ciuitatem in-
duxerat momẽtaria cęcitate percuſſos cum quo ingre
derentur videre non poterãt.

Monna. inſula anglię ſeu britannię quæ teſte Corne
lio tacito incolis eſt valida & receptaculũ perfugarum.
Eſt & eiuſdem nominis inſula in rheno fluuio Friſię ꝓ
xima. Dion hiſtoric⁹. ἔτυχον γὰρ ἄναρχοι ὄντες διὰ τὸ
παυλῖνον τὸν ἡγεμόνα σφῶν ἐς νῆσον τινὰ μόνναν
ἀγχοῦ τῆς βρεταννίας κειμένην ἐπιστρατεῦσαι διὰ τοῦ
το πολεῖς δὲ δύο ῥωμαϊκὰς ἐξεπόρθησε καὶ διήρπασ
σε. ⁎ Id eſt Sine principe erãt propter Paulinũ ducẽ in
inſulã quandã britãnię nomine mõna.

Monos: latine ſolus. monas. nadis vnitas. Ambro.
ad Iuſtum. Vnde nec numer; monada ſed elementum
numeri quibus ea cura eſt appellauerunt.

Monachus: latine ſolitarius. Monaſteriũ ſolitudo.

Monarcha vel monarches vnicus omniũ princeps
monarchia cũ accentu in pe. vnius principatus.

⁎ Monas adis a monos deducit̃ & ſignifi. vnitatẽ. Cc.

⁎ Monaulos tibia ſimplex. μόνος enim ſolus & αὐλὸς
tibia. Cc.

Monoceros. otis. & Monocerõ. ontis ce. ſyllaba cor.
aial vnicũ cornu gerẽs: qui & vnicornis appellat̃: equi-
num corpus: caput ceruinũ habens: mugitu horrido.

⁎ Monochordũ vnius chordę: non q; vnã chordã ſed
q; omnes chordas vnius vocis habeat niſi pãniculi ne
xu diſtinguãtur. Cc.

Monoculus qui vnũ tãtũ habet oculũ. Monoculos
in india naſci tradũt ſingulis cruris⁹ qui ſe a calore de-
fendunt plantarũ magnitudine.

Monopodiũ dicit̃ mẽſa vnico tantũ pede ſubnixa.

Monogamus penul. cor. vnius vxoris vir. Vnde &
monogamia. Hieronym⁹. Quæ ſancta ſit monogamia
hinc oſtendit̃ q; digamus in clerũ elegi nõ poteſt.

Monogrãmi dicti ſunt homines macri pertenues ac
decolores. Tractum a pictura quæ priuſq̃ colorib⁹ cor
poretur fingitur lineis. Proprie enim monogrãmos di
citur pictura linearis.

Monodos pe. cor. Pruſię filius qui dentium loco os
vnum continuũ habuit. ὀδοὺς eñ dens. Vnde mono-
dos quaſi vnicus dens quẽadmodũ Pyrrhũ epyrotarũ
regem habuiſſe Ply. refert.

Monodia cum accentu in pe. lugubris cãtus qui fit
a pręfica in defunctorũ funeribus: quaſi vnius cantus
Nam cęteris flentibus ſola pręfica canit. huiuſmodi cã
tus etiam nęnia dicitur.

Monomachia: ſingulare certamẽ: μόνος ſol⁹ μάχη
pugna. monomachus: gladiator q ſol⁹ cũ ſolo pugnat

Monopoliũ dicitur cum penes vnũ aliquẽ vendẽdi
poteſtas eſt ἀπὸ τοῦ μόνος & πωλέομαι vendo: hoc
fit cum vnus ſolus aliquod genus mercaturæ vniuer-
ſum emit vt ſolus vendat pretium ſuo modo ſtatuẽs.
qđ genus hodie in multis rebus ſeruatur: vt in corallis
aphricę apud Hipponẽ: in alumine i ſicilia & Hetruria.

Vuis paſſis in Achaia: bitumine ī Iudęa: qđ quia gręci aſphalton vocāt: oīne monopolion vulgo aſphaltū dicitur. Plau. Habes murrinā & calamū poteā monopolium inſtituere. Legimus apud Iuſtinianū monopolia nō eſſe intromittenda qm̄ nō ad cōmodum reipub. ſed ad labē detrimētaq; pertinent.

℄Monophagia: victus ex vna re.

℄Monophthalmus luſcus qui vnū habet oculū. græce μονόφθαλμοσ.

℄Monoptoton penul. cor. vnius caſus. Habet enim vnam vocem per oēs caſus. Aptoſis ſine caſu. habet enim ſolum relictum.

℄Monoſtilon penul. cor. vnius columnæ ϛύλον enim colūnam græci dicunt.

℄Monologion ſermo vnius rei.

℄Monoſceli homines indici ſingulis crurib⁹ σκέλοσ enim crus dicitur. Qui & ſciapodes vocantur: q; in maiori æſtu humi iacentes σκιαπόδοσ hoc eſt vmbra pedis ſe protegant.

℄Monotropos ſolitarius. vni⁹ moris. ſolus.

℄Monoxilon nauigium ex ligno integro: græce μονόξυλον.

℄Monycus pe. cor. vnus fuit cētaurorū: de quo Iuue. Quantas iaculeī monycus ornos. Cōponiī ex monos & ὄνυξ hoc eſt ſolus vnguis: q; pedē inſtar equi habuerit. Eſt eñ̄ epitheton equorum qui ſolidas vngulas habent. Munychus vero Athenarum portus eſt.

℄Monactia arcadię mons: quaſi ſolus vertex: ſiue ſola ſummitas.

℄Monœcus cum œ diph. portus & ſtatio quædam ligurię ab Albinga oppido diſtās ſtad. q̄drigētis & octoginta. A Monœci portu vſq; in thuſciā vniuerſum littus cōtinuum oīno ſine portu eſt exceptis quibuſdam paruis ſtatiōibus ad iactādas anchoras: nec eſt multarum aut magnarū capax nauiū. Cōponiī ex μόνοσ & οἶκοσ dom⁹: quaſi ſola dom⁹. Et diciī portus herculiſt quia teſte Seruio pulſis alijs illic Hercules ſolus habitauit: vel q; in eius tēplo alius deorū non colitur.

℄Moneo es. monui itum. ſignificat ſcientem ſeu memorē facio. Plau. in Pſeu. Ad hoc volo monere te monendus ne me moneat. Inde monitor qui monet quid ſit agendū: vt debet bona & vera amicitia. vnde Xenophon de miſeria tyrannorū. οὐ μὴν δὲ δὴ λέληθεν οὐδὲ τὰσ πόλεισ ὅτι ἡ φιλία μέγιστον ἀγαθὸν ὂν ἥδιστον ἀνθρώποισ ἐστίν. ✕ Id eſt Neq; ciuitates latuit q; amicitia maximū bonū & ſuauiſſimū hominibus eſt.

℄Monitio quę fit ante cōmiſſum: obiurgatio poſt turpe factū. Cice. li. iij. offi. Habēda ratio & diligētia eſt primū vt monitio acerbitate: deinde obiurgatio cōtumelia careat. Interdū monere inuitare eſt: ſicut inuitantur amici ad cœnā. Terē. Sed vt diei tēp⁹ eſt monere oportet me hunc vicinū Phaniā ad cœnā vt veniat. Interdū attendere ſeu inſpicere. Aug. Admone diligēter iudęe crudelis ſepulchrū: adijce cuſtodias militū: māda vigilias: vt pbeā mortuū quē noluiſti cognoſcere viuū. Cōſtruitur mō cū duob⁹ accuſatiuis: vt moneo te hęc: mō cū abltō. Terē. i An. Habeo p illa re illū quo moneā pbe: mō cū genitiuo. Val. max. Ab eo q pxime ſolutę a ſe legis ſuę admonitus. Cōpoſita ſunt Admoneo: Commoneo: Prēmoneo: & Submoneo: qđ eſt latenter moneo. Ter. in Eu. Tū ad eam ſubmonuit me Parmeno.

℄Monitorius a. um. qđ monet vt liber monitorius.

℄Monitus us. pe. cor. & monitio: idē ſignificant.

℄Moneta dicta eſt: q; nos ſigni impreſſiōe vel auctoris vel pretij moneat. Quo etiā nomine dicta eſt Iuno. Cice. li. j. diui. Poſt cladē illam maximā a ſenonib⁹ gallis factam audita vox ex arce Iunonis fuit. Ex quo Iuno illa appellata moneta eſt.

℄Monetarius: qui monetam cudit.

℄Monetalis & hoc monetale: quod ad monetam pertinet. Amb. li. de paradiſo. Hoc bonū aurum decorū & monetale: quod nō corruptibile: ſed quod æternū eſt. Apul. de aſi. Plotina precioſiſſimis monilium & auro monetali zonis refertis incincta. Et monetales triūuiri dicti ſunt: ſicut ſcribit Pompo. iuriſconſultus: æris: argenti: auri: flatores.

℄Monedula auis ex graculorū genere: quaſi monetula q; monetas ſurripiat. Huic enim aui furacitas argenti atq; auri pręcipue eſt.

℄Monile pe. p. ornamentū gutturis: qđ ſolet de collo virginum pendere & gręce ὅρμισκοσ nuncupaī inquit Hiero. Dictum q; virtutis admoneat. Nā primo ob aliquod egregium factū dari ſolebat. Ouid. in faſ. Dat digitis gēmas dat lōga monilia collo. ſed non ſolū hoim verū etiā equorū pendēs a collo monile vocatur. Vir. de equis Latini. Aurea pectorib⁹ demiſſa monilia pendent. Gel. Equitatū frenis ephippijs monilib⁹ phaleriſq; pręfulgentē. Monile etiā ſegmētum diciī: q; quibuſdam bracteolis quaſi pręſegminibus conſtet.

℄Monumentū diciī quicquid nos monet: ſiue monere poteſt quid ſit illud in qđ intendimus: vt tituli: ſepulcra: ſtatuæ: fana: porticus: carmina: hiſtoria: documenta: doctrina: libri: cęteraq; quę nos alicuius rei pręteritę moneant. Vn̄ Ci. ad Cęſarem. Sed ego quę monumēti ratio ſit nomine ipſo admoneo ad mēoriā magis ſpectare debet poſteritatis q̄ ad pſentis tēporis grām. Florentinus iurecōſul. ſic ſcribit. Monumentū generaliter eſt res memorię cauſa in poſterum pdita: in quā ſi corpus vel reliquię inferanī: fiet ſepulcrū: ſi vero nihil eorū inferatur erit monumentū memorię cauſa factū: qđ gręci cenotaphiū appellāt. Var. Monumēta a monēdo quæ ſunt in ſepulcris. Et ideo ſecundū viam quo prætereuntes admoneant & ſe fuiſſe & illos eſſe mortales. Ab eo cætera quoq; ſcripta ac facta mēorię cauſa monumēta dicta. Virg. Quę candida Dido Eſſe ſui dederat monumentū & pignus amoris.

℄Mons terrę tumor altiſſimus ab eminēdo quaſi eminens dictus ppter qđ omne quod eminet mōs dici poteſt. Virgi. Pręruptus aquę mons. Sumitur quādoq; p ſaxo. Idem. Prenſantēq; vncis manibus capita aſpera mōtis Ferro inuaſiſſet. Sic aliquando ſaxū pro mōte: vt apud eūdem. Saxi de vertice paſtor. Hinc ſeptimōtium locus qui habet ſeptem mōtes.

℄Mōticul⁹ diminutiuū: paru⁹ mōs. Diciī & mōticell⁹.

℄Mōtanus a. um. qđ eſt ex mōte: vt mōtani imbres.

℄Montoſus a. um. vbi ſunt multi montes: vt montoſa regio non montuoſa. Plyn. Naſcitur in montoſis & aſperis aliquando & hęrboſis. Virg. lib. vij. Et te montoſę miſere in pręlia Nurſę.

℄Monſferratus: regio Italię: cuius fines ſunt hinc Padus: inde Apenninus & Tatarus amnis. Et ſupiori pte mōtes pximi Mōcaucrio vbi Pedemōtium incipit.

℄Montiuagus pe. cor. qui per montes vagatur.

℄Montigena in monte genitus.

℄Monſtrum a mōſtrando dictum eſt q; aliquid ſignificando demōſtret. Cice. de natura deorū. Mōſtra prædictiōes & pręſenſiōes rerum futurarum quid aliud declarant niſi hominib⁹ ea quæ futura ſunt portendi prędici: ex quo illa oſtenta mōſtra portēta pdigia dicūtur. Vir. tamē Polyphemū vnoculū Mōſtrum horrendum ingens appellauit. Et ſic quicquid eſt natura deforme hoc eſt præter naturam: aut deficit: aut excedit: monſtrum & res monſtroſa eſt. Teren. in Eu. Quid iſtuc nā mōſtri fuit. Do. Mōſtrū eſt omne cōtra naturā: ſi igitur

Eunuch⁹ eſt & vitiauit virginẽ: cõtra rerũ naturã factũ eſt. Oſtentũ q̄ oſtẽdat: & in corpore q̄nq; ſicut marty res: q̄nq; i aio ſicut ſalomõ q infatuat⁹ eſt ob amorẽ foe minarũ: q̄nq; etiã in reb⁹. Et hi oẽs: vt oſtẽtui: & exẽplo eſſent alijs. Sal. in Iug. Sed q̄m eo nat⁹ ſum: vt Iugur thę ſcelerũ oſtẽtui eſſem. Q̄nq; monſtrũ ponit̃ pro mõ ſtratione: vt apud Virg. Mõſtra deum refero.

¶Monſtruoſus. a. um. & monſtroſus a. um. Luc. lib. j. Monſtroſiq; hominũ partus.

¶Monſtrificus qui monſtra dicendo vel faciendo de mõſtrat. Plyn. Inuenta in his & ratio inſerendi mõſtri ficis hominũ ingenijs.

¶Mõſtro as. oſtẽdo: declaro. quaſi ꝓ mõſtro do. Terẽ. in Adel. Scio vbi ſit. verũ hodie nunq̄ mõſtrabo. Hu⁹ cõpoſita ſunt Cõmonſtro Demõſtro & Pręmõſtro.

¶Mopſopia: attica regio a Mopſopo rege ſic dicta vt auctor eſt Strabo.

¶Mora expectatio temporia dilatio. Plau. Cui mora ſemp obfuit: Diligentia profuit.

¶Morula diminutiuũ. Augu. lib. xj. con. Quaero q̄m dies dicit̃ nõ tãm̃ morula ſolis ſup terrã: ſcd̃m q̄d aliud eſt dies: aliud nox.

⁂Moracea nux dura dicitur vnde moracillum hoc eſt duriuſculum. Cc.

¶Moror aris. expeto. Plau. Nihil moror iſtas magnas dotes dapſiles. hoc eſt nihil curo: nõ expeto. Et mora ri eſt detinere retardare. Quinti. Quid me adhuc parer retines? quid moraris abeũtem? Plau. in Epi. Nihil ego te moror. id eſt differo vel expectare facio. Item mora ri manere. Hiero. q̄to ſtudio & amore contenderim: vt pariter in eremo moraremur. Item hęrere dubitare. Vir gi. Quid ve moror ſi vno oẽs ordie habetis Achiuos. Et in alijs ſignificationibus habet primam cor. Morari vero prima pro. ſignificat inſanire: q̄d oſtendit Sueto. ſcribens ſolitum eſſe dicere Neronẽ deſiſſe Claudiũ in ter homines morari. Nã graeci μωρόν ſtultum vocãt & fatuũ. videbat̃ dicere Claudiũ deſijſſe manere & viue re inter hoĩes cũ intelligi vellet eũ deſijſſe p mortẽ deli rare & deſipere qui viuus delirauerat. ſic Plaut. in Tri. Amor mores hoĩm moros & moroſos efficit. Cõpoſi ta a moror ſunt Cõmoror: quod eſt maneo & firmã ha bitationẽ habeo. Lac. lib. vij. Cur⁹ poſteri cũ diutius in aegypto cõmorantes in magnã frequẽtiam creuiſſent. Amb. vero de ſanctis Geruaſio & Prothaſio poſuit ꝓ abſtinere ceſſare. vt inquit. Hortor vos & moneo: vt a deoꝝ noſtroꝝ iniurijs cõmorãtes ad immolãdũ eis de uoti ſtudeatis inſiſtere. Demoror: imoror morã traho. Lac. li. ij. Sed vereor ne ſi fuero in ꝓpoſitione rerũ con trariarũ diutius immorat⁹. Remoror. Et habẽt pe. cor.

¶Morus arbor morum fructus a mora. i. tarditate vt quidam putant. Nam poſtrema omnium arborũ mo rus flores: propter quod prudẽtiſſima arbor dicitur: q a bedi ſe a frigore non ſinit. Sunt tamen qui a graeco id nominis deriuent. μαυρον enim nigrum dicitur. Mora quoq; in rubis ſunt: ſed multũ ab his differẽtia. Col. li. iij. de primo. Morum ab idibus februa. vſq; in ęquino ctium vernale recte ſeres.

¶Moratus qui bonis moribus praeditus eſt. Plaut. in Aul. Dũ mihi morata veniat dotata eſt ſatis. Teren. in hecy. Sed quid mulieris vxorem habes: aut quib⁹ mo ratam moribus. Et eſt participiũ ſine verbo.

¶Morigeror morigero obſequor & quaſi ad alterius voluntatem mores transformo. Terẽ. in Adel. Si ado leſcenti eſſes morigeratus. ⁂ Inde morigeratio & mori gere aduerbiũ dicit̃ & morigerus. Cc.

¶Moriger pe. cor. obediens.

¶Moralis ad morem pertinens. Vnde ſcientia moralis quae de moribus tractat.

¶Moros gręce latine ſtult⁹. Plau. in Tri. Amor mores hoĩm moros & moroſos efficit. Vñ p annoiationẽ mo res mori dicunt̃ ſtulti & fatui. vñ moriões nominant̃.

⁂Morini ppl̃i ſunt in finibus Ambianoꝝ & eorũ vrbs morinũ quam vulgari verbo terrã vani appellant. Vir gi. Extremiq; hominũ morini. Cc.

¶Moriones ſtulti. Aug. ad Hiero. Quidam tãtae ſunt fatuitatis vt non multum a peccatoribus differãt quos moriones vulgo vocant.

¶Moroſus curioſus diligẽſq; qui nimis exacte oĩa fie ri expoſcit. Porphirio. Ille eſt moroſus qui multorum morũ inter ſe cõtrariorũ eſt. vnde ſenect⁹ moroſa. Au ctor Seneca eſt moroſum genus iracundię eſſe delica tum. Nã quãdo res pene nulla aio hoĩs cũcta faſtidien tis ſatiſfacit: ea ꝓprie moroſitas eſt. Ci. li. j. de ora. Vſq; adeo moroſi ſumus: vt nobis non ſatiſfaciat ipſe De moſthenes. Suet. de Cęſare. Circa corporis curã moro ſior vt nõ ſolũ tonderet̃ diligẽter ſed etiã velleret̃. Et a more deſcendit: cuius prima producitur.

¶Morologus pe. cor. q in ſermone moroſus. i. mole ſtus eſt. vñ & ſermones hmõi dicunt̃ morologi. Plaut. Nec moleſtũ eſſe: nec ſermonib⁹ morologis vti.

¶Morbus eſt habitus cuiuſcunq; corporis contra na turam: qui vſum eius faciat deteriorẽ. alias in toto cor pore: alias in parte accidere ſolet. Totius corporis mor bus eſt veluti phthiſis & febris: partis autem veluti cę citas aut pedis debilitas. Et apud iuriſcõſultos ſcriptũ eſt morbũ & vitium diſtare: q̄ morbis tẽporalis ſit im becillitas & ſanari queat: Vitium perpetuũ impedimẽ tum. Ci. li. iiij. tuſ. ait morbum eſſe totius corporis cor ruptionẽ veluti febris eſt. Vitium cũ partes corporis in ter ſe diſſidẽt. Ex quo prauitas membroꝝ diſtortio de formitas. morbi in anima dicunt̃ vitia inueterata & du ra vt eſt auaritia ambitio.

¶Morbidus a: um. quod eſt morbo infectum. Idem ſi gnificat morboſus.

¶Morbificus a. um. quod morbũ infert.

¶Mordeo mordes momordi & morſi ſum. Luc. Exhi buit primus chalybẽ frẽnoſq; momordit. Plau. in Tri ge. Ni fugiſſem inguinediũ credo pręmorſiſſet. Eſt au tẽ mordere dentibus lędere. Per trãſlationẽ vero ſigni ficat detrahere pũgere. Ci. Appio. Neq; nõ me tñ mor det aliq̄d quomodo ea tuear q̄ mihi tuẽda ſunt. Cõpo ſita ſunt Admordeo valde mordeo. Virg. lib. ij. Geor. Duriq; venenũ dẽtis & admorſo ſignata in ſtirpe cica trix. Cõmordeo ſimul mordeo. Demordeo morſu de cerpo. Immordeo morſum infigo. Obmordeo circũ mordeo. Pręmordeo ãte mordeo. Remordeo: crucior ſollicito. Vir. Quãdo haec te cura remordet. Proprie ta men remordere eſt illũ a quo quis eſt morſus mordere Lact. li. vj. Sed quia ipſe caninã facundiã ſicut Sallu ſtius ab Appio dictũ refert: exercuit: voluit hoĩem ca nino modo viuere: vt remordeat laceſſitus.

¶Morſus a. um. participiũ. Plyni⁹. Datur morſis a ra bioſo ne rabidi fiant.

¶Morſus us. nomẽ modo ꝓ dentiũ lęſione: mõ ꝓ ma ledicẽtia ponit̃. & morſus eſt qui gręce dicit̃ ſcõma. q̄m figurat⁹ eſt. Saepe eñ fraude vel vrbanitate tegitur vt aliud ſonet: aliud intelligat. Idẽ ſignificat morſio.

¶Morſiuncula diminutiuum paruus morſus. Plaut. in mili. Cõpreſſiões arte amantiũ comparatę tenens la bellis: molles morſiunculę.

¶Mordax qui mordendo laedit: vel qui alijs detrahit. a quo Mordacitas.

¶Mordico as. penu. cor. dolorem affero: perinde ac ſi morſu laederem.

¶Mordicus pe.cor.aduerbium ſignificat mordendo. Plaut.in cur. Manū arripuit mordicus. Idē. Iādudum oportuit naſum adēptū mordicus. Aliquando ſignificat ſtrictim:& quaſi morſu ac dente. Sue.in Ceſa. Ne libelli quos tenebat madefierent: paludamentū mordicus trahens ne ſpolio potiretur hoſtis.

¶Mordicibus pro morſibus. Plaut. Aſini me mordicibus ſcindant.

¶Morſicatim ſignificat mordēdo. Var. Sicut pulli incedunt & in bellis morſicatim ludunt.

¶Mors a mordēdo: vt inqt Aug. li.cōtra Pelagianos. Eius hęc ſunt verba. Mors priuatio vitæ eſt nomē tātū habens nō eſſentiā. Et ideo deus ei⁹ auctor eſſe dici nō pōt. Quicqd eñ deum feciſſe dicim⁹ habet eſſentiā.i. ſpecies eſt. Eſſentia eñ dicit̄ ab eo qd̄ eſt. Mors ergo nihil eſt niſi nomē recedēte vita: ſicut fames eſcarū defectus: ſitis egētia potus. Tenebrę abſentia lucis. Sterilitas defectus fœtus. ſilentiū vocis abſentia. Inopia priuatio facultatū & ſiqua ſūt alia. quę rerū priuatiōes nihil eē niſi nomē inuenerunt̄. Opinor nāq̧ q̄ ideo mors hoc vocabulū accepit eo q̄ morſu quodāmodo venenoſi ſerpētis.i. diaboli in paradiſo Adam fuerit interemptus. Tūc eñ ſerpens morſu decepit Adā quando eū per cōcupiſcentiā mordere: hoc eſt edere ſuaſit illicita. Et vt dixi ꝓpterea mors quaſi a morſu nomē accepit. Vnde dn̄s in Oſee ꝓpheta morti minitās dicit. Ero mors tua o mors ero morſus tuus inferne. Sūt q morte ab emerita iam vita: hoc eſt iā acta & abſoluta nominatā velit: & mortuos quaſi emeritos appellatos q̄ ab mortali hac militia abſoluti: quaſi veterani quietiorem iam ſtatū ſint adepti. Alij a gręco trahūt: hoc eſt ab μόρος qd̄ ſorte partē mortēq̧ ſignificat. Moros aūt ab μέρειν deſcēdit: quo verbo partiri ac ſeparare ſignificatur. Nā qd aliud ē mors q̄ animi a corpore ſeparatio? Platonici diffiniūt mortē ſic θάνατος ἐστὶ ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις: hos eſt mors eſt aię corporiſq̧ diſſolutio. Mors etiā dea a gētibus putata eſt: quæ mortis potens eſt. hanc Cice. noctis & erebi filiam fuiſſe ſcribit Sta. In ſcopulis mors ſęua ſedet. Declinaturq̧ in plurali hoc nomē mors. Aug. li.j.ci.dei. Multi multarū mortiū fœda varietate cōſumpti ſunt. Et iterū in eodē. Cū aūt vnicuiq̧ mortaliū ſub quotidianis vitę hui⁹ caſib⁹ innumerabiles mortes quodāmodo cōtinentur.

¶Morior eris.& iris. quarti ordinis. Oui. li.iiij.me. At ſtrepitum mortēq̧ timēs cupiduſq̧ mori. Significat mori vita decedere. Cuius pręteritū eſt mortuus. Vnde Aug. lib. xiij. ciui. dei. Non importune neq̧ incōgrue arbitror dicere & ſi nō humana induſtria iudicio fortaſſe diuino: vt hoc verbū quod eſt moritur in latina lingua nec grammatici declinare potuerint ea regula qua cętera talia declinātur. nāq̧ ab eo quod eſt oritur fit verbum præſentis temporis ortus eſt: & ſiqua ſimilia ſunt quæ per pręteriti tēporis participia declinantur. Ab eo vero qd̄ eſt moritur ſi quęramus p̄teriti temporis verbum reſponderi ſolet mortuus eſt: u littera geminata. Sic enim dicitur mortuus quo modo fatuus: arduus: carduus: conſpicuus: & ſiqua ſimilia: quæ nō ſunt pręteriti temporis: ſed quoniā nomina ſunt ſine tempore declinantur. Illud vero quaſi vt declinetur qd̄ declinari non poteſt pro participio pręteriti temporis ponitur nomen. Cōuenienter ergo factum eſt: vt quemadmodum id quod ſignificat nō poteſt agendo: ita ip̄m verbum nō poſſet loquēdo declinari. Cōpoſita huius verbi ſunt. Cōmorior ſimul morior: vt illud. Et ſi oportuerit me commori tecū non te negabo. Demorior. Emorior: Intermorior: & Pręmorior.

*Moribundus moriens. Cc.

¶Mortuū mare dicit̄: quia nihil viuū gignit. Lacus eſt ſyrię in ꝓuincia Pētapoli qui nihil p̄ter bitumē gignit: nihil in eo graue ſubmergit̄. Ideo Aſphaltus vocat̄. q̄ oia in eo tuta ſint. gręce ἄσφαλτος tutamen dicitur.

*Mortam vnam eſſe ex parcis dicunt q̄ qui naſcuntur ante tempus vel poſt tēpus quaſi monſtra habeantur. Parcas autem latini nonam decimā & mortam vocitarunt. Cc.

¶Mortalis qui morti ſubiectus eſt. Cuius cōtrariū eſt Immortalis: vt deus immortalis.

¶Mortuale qd̄ ad mortuos ꝑtinet. Plaut. in Aſi. Hæc ſunt nō nugę nō eñ mortualia. Vnde Emortualis dies in quo qs eſt mortu⁹: ſicut natalis i quo qs nat⁹ eſt. Idē. Certū eſt eñ hunc emortualē facere ex natali die. Mortualia etiam dicūtur quæ mortua ſunt.

¶Mortiferus a.um. pen.cor. Qd̄ mortē affert. Col. Et etiam mortiferus ſerpentis ictus.

¶Morticinū pe.p. exangue corruptū. Morticinā carnem dicim⁹ animaliū quę non ſunt mactata: ſed per ſe mortua. Ply. Sola hęc ſuis in gñe morticinā carnē non attingit. Var. Morticinę ouis nō patiuntur veſci carne. Morticini Claui dn̄t pedū q̄ veluti morticina caro ſit.

¶Mortariū: vas in quo res quę reſoluēdæ ſunt piſtillo terūtur. Plau. in Aul. Cultrū ſecurim piſtillū mortariū: que vtenda vaſa ſemper vicini rogant. Cuius diminutiuum eſt mortariolū. Hiero. in numeris. Ponent cū eo turibula mortariola cyathos & crateres ad vina fundēda. Eſt & mortariū lacus cōceptaculū in quo calx ſine intrita ſubigitur ſeruaturve. quæ loca etiā plebi hodie mortaria appellant̄. vt eſt apud Ply. li. xxxvj.

*Morphnus aquilæ genus. ab Homero percnū vocatum. quidā etiam plancū vocant. Cc.

¶Morphoſis pen.ꝓd. latine dicit̄ mutatio. Inde morphera infirmitas quæ colorem mutat: & metamorphoſis transmutatio.

¶Morotis & moroſis perdelyrium & inſania: quotieſcunq̧ ex ſomnifico grauamine reſipiſcētia non datur ad mentē. hęc eñ non modo memoriā: ſed vſum quoq̧ rationis intercipit.

¶Moſes is.& moſi: ſicut & Achilles is. achilli. nomē inclyti iudæorū ducis. Iuue. Tradidit arcano quodcūq̧ volumine moſes. Arator. Non hæc ieiunia moſes cōdidit. Et interpoſito y pſilo moyſes dicitur quod habetur in frequētiori vſu. Sedulius. Quid q̄ & hebā & clarum videre moyſem. Scri. Ioſephus ex euentu rerū nomen impoſitū fuiſſe.i. ex aqua ſaluatus: eo q̄ de flumine ſit ſaluatus. Moy ęgyptij aquā dicunt ſes vero ſaluatus. Dicit̄ & moſeus moyſeuſq̧.

¶Mos moris eſt vitę inſtitutū cōſuetudine firmatum. Var. Ait morē eſſe inſtitutū animi: qd̄ ſequi debeat cōſuetudo. Interdū ſumitur ꝓ conſuetudine approbata quę habet̄ pro lege. Interdū in malū. Nā & boni & mali mores dicunt̄. Plau. in tri. morb⁹ bonos inuaſit mores qui dū ęgrotāt intermortui: mores mali quaſi hęrba irrigua ſuccreuerūt. Hinc fit Moratus moralis morigeratus & diminutiuū moſillus paruus mos.

¶Moſini populi aſię verſus ſeptētrionē: qui vt Pōpo. lib.j. refert. Turres ligneas ſubeūt: notis corpus omne perſignāt: ꝓpatulo veſcunt̄: ꝓmiſcue cōcūbunt & palā reges deligūt: vinculiſq̧ arctiſſima cuſtodia tenent.

*Moſchatula pyra dicebantur a Moſchi odore. eſt eñ Moſchū ſanies animalis quod eodē noīe arabes ignotum appellant Cc.

*Moſchus regio eſt aſiatica prope phaſin fluuiū. & ea regio eſt triptita. vnā Colchi alteram hyberes & tertiā hermenij inhabitant. Cc.

*Moſillus paruus mos quo Cato vſus eſt. Cc.

¶ Moueo es. moui motũ notæ ſignificationis. Cęſar. Poſtero die caſtra ex eo loco mouent. Per trãſlationẽ mouere ponitur pro excludere. Ci. lib. iij. offi. Quid ergo nonne nocet qui quodam quaſi veneno perficiat: vt veros hęredes moueat: in eorum locũ ſuccedat. Mouere animum eſt inducere allicere. Virg. li. iij. Geor. Nõ vmbrę altorum nemorũ non mollia poſſunt Prata mouere animũ. Ser. Mouere animũ in ſuũ deſiderium illicere. Mouere tragœdias ſignificat verbis rem atrocem & indignã efficere: quale eſt opus tragicorum de rebus atrocibus ſemper mœſtiſq; loquentium: ſicut econtratio Comœdias agere ꝑ ridicule ac dicaciter loqui. Cõpoſita hui⁹ verbi ſunt Amoueo: Admoueo: quæ ſunt contraria. Vide in dictiõe Amoueo. Cõmoueo Dimoueo diuerſe ſiue diuerſim moueo. Teren. in Adel. Caue nũc oculos a meis oculis quoq̃ dimoueas tuos. Lactã. lib. vij. Cũ diſcuſſis fluctibus & in vtramq; partem dimotis per ſiccum populus graderetur. Emoueo extra moueo. Idem lib. iiij. Hominũq; mentes emotas & malis incurſib⁹ furiatas in ſenſus priſtinos reponebat. Promoueo vehementer vltra moueo prolongo vltra eo. Teren. in An. Eho tu impudẽs non ſat habes q; tibi dieculam addo q̃tum huic ꝓmoueo nuptias. i. prolõgo. Permoueo valde moueo. Sal. in Iug. Exiſtimãs atherbalẽ dolore ꝑmotũ iniurias ſuas vindicaturũ manu. Demoueo deorſum moueo. Liu. li. vj. Q̃tum Romana ſe inuexit acies: tantũ hoſtes gradu demoti. Remoueo alieno: diſcedo: tollo. Lactã. lib. iij. Ab eiuſmodi quęſtionib⁹ ſe remouit. Liui. li. ij. Hũc tu: inquit: Luci Tarquini remoue metum. i. aufer. Cicero Catoni. Si quiſq̃ fuit vnq̃ remotus ab inani laude & ſermonibus vulgi: ego profecto is ſum. id eſt alienatus. Idem Tironi. Accepimus cõditiones ſed ita vt remoueat præſidia ex iis locis quæ occupauit: id eſt alio mittat. Semoueo ſeorſum moueo. Aug. li. j. con. Statimq; cognitũ manu appręhẽſa ſemouit a turbia. Sũmoueo: clam ſiue ſubtus: vel a lõge moueo. Col. lib. j. Cũ liceat vel cauere ne talis pręficiat̃ negocio: aut iã prępoſit⁹ vt ſummoueatur curare. Idẽ lib. v. Fructuſq; ſummotus a terra minus putreſcit. i. de longe poſitus.

¶ Moto as. frequẽtatiuũ. Vir. Siue ſub incertas zephyris motantibus vmbras: Siue antro potius.

¶ Motabilis qui frequẽter mouet̃. Hiero. in Gñ. Creauit deus oẽm animã viuẽtẽ: atq; motabilem.

¶ Motus. a. um. participium. Virgil. Sed motos præſtat componere fluctus. motus us. ipſa motio. Vnde fit terręmotus.

¶ Motiuus a. um. qđ mouetur & nõ permanet. Do. in expoſitione Andriæ. A re nihil eſt propriũ. A perſona cuiq̃ propriũ perpetuũ non tẽporale ac motiuum.

¶ Motacilla: auis quæ ſemper mouet caudam. vulgo Coda tremula dicitur.

¶ Mox aduerbiũ ſignificat ſtatim. Terẽ. in Phor. Expecto q̃ mox veniat. Itẽ ſignificat paulopoſt vel poſtea. Ci. li. j. de ora. Verum illa mox: nunc de ipſa exercitatione quod ſentias quęrimus.

¶ Mucor lanugo q̃ diutino ſitu contrahit̃ queadmodum in pane: came: aliiſq; huiuſmodi fieri videmus.

¶ Mucidus. a. um. penul. cor. quod mucorem: hoc eſt muſam habet. Iuue. Neq; eñ oia ſuſtinet vnq̃ Mucida cæruleī panis conſumere fruſta.

✗Mucoſus idem cum mucidus. Ce.

¶ Muceo es. mucui. mucid⁹ ſum: a quo muceſeo: mucidus fio. Plyn. lib. xviij. Iterumq; exporrigi in ſole ſuper lintea: qđ niſi feſtinato peragat̃ luridu colore muceſcere. Cato. de re ruſ. Vini ſingulæ vrnæ dabũtur qđ neq; aceat neq; muceat.

¶ Muccus nariũ humiditas & craſſior pituita. Catul. Muccus & mala pituita naſi. Hic muccoſus q eſt mucco plenus: vel a mucco læſus.

¶ Mucro propriẽ cuſpis & acumen enſis: ac telorum Apul. Circulatorẽ aſpexi eqſtrẽ ſpathã ꝑacutã infeſto mucrone deuoraſſe. Sen. ad Lucil. Gladium bonum dices nõ cui deauratus eſt baltheus: nec cui vagina gẽmis diſtinguitur: ſed cui ad ſecandum ſubtilis eſt acies & mucro munimẽtum eſſe rupturus. Improprie ponitur pro enſe. Hinc Mucronat⁹ a. um. quod eſt acutum: & ad mucronis ſpeciem firmatum.

¶ Mugil & mugilis pe. cor. genus piſcis capitoſi. Græci a capite cephalon appellant: qui oim piſcium ſquãmis intectorum velociſſim⁹ eſt adeo vt tranſuerſa nauigia interim ſupernatet. Huius natura eſſet fert̃ q; abſcondito in metu capite totũ ſe occultari exiſtimat.

¶ Muginor penul. cor. murmuro. Lucil. Muginamur moliimur: ſubducimur.

¶ Mugius cognomen romani cuiuſdam a frequenti murmuratione: a quo Mugiola porta cui ipſe aliquando præfuit nominata eſt.

¶ Mugonia porta romæ: a mugitu: q; per eam venale pecus intraret: hæc Trigonia appellata eſt: hoc eſt triũ angulorum.

¶ Mugio is. mugiui vel mugij itum. factitium verbũ a voce boum. Vnde mugitus penult. pd. ipſa vox. Liui. lib. j. Inde cum actę boues quędã ad deſiderium (vt fit) relictarum mugiſſent. Virgilius. Mugituſq; boum. A mugitus ſimilitudine vẽti quoq; & tonitrua aliquãdo mugire dicuntur. Lact. lib. vij. Cur emicent fulgura: tonitrua mugiant. Hui⁹ compoſita ſunt Admugio quod eſt iuxta vel poſt mugio. Claud. lib. ij. Omnib⁹ admugit quocũq; u. Immugio intr⁹: vel valde mugio. Virg. lib. iij. Curuiſq; immugijt ętna cauernis. Remugio reſono. Idem libr. iij. Geor. Et vox aſcenſu nemorum ingeminata remugit.

¶ Mulgo as. palam facio. Plau. in Ciſt. Pro puella ſeruulus nequã qui dñm mulgat atq; villicũ. Hui⁹ cõpoſita ſunt Dimulgo & Promulgo. De quibus alibi.

¶ Mulgeo es. ſi. vel xi. multum & mulctum. Priſ. Mulgeo quoq; mulſi facit: q̃uis differentiæ cauſa quidam mulxi protulerunt: quia mulceo quoq; mulſi facit. Eſt autem Mulgere lac e mammis exprimere. Virg. lib. iij. geor. Quod ſurgẽte die mulſere horiſq; diurnis nocte premunt. Transfert̃ tamen ad alia. Eius cõpoſita ſunt Emulgeo. Col. libr. viij. Sed priuſq̃ hoc fiat exiguum emulgendũ eſt. Teren. in Phor. per tranſlatione dixit Emulſi argẽto ſenẽ. qđ eſt ſine labore ſuſtuli. Immulgeo intus mulgeo. Plyn. Fabuloſum arbitror de ſtrigibus vbera eas infantiũ labris immulgere.

¶ Mulctra ę. ipſum lac mulctũ: ſeu emunctio: aut vas in quo mulget̃. Vir. li. iij. Ge. Hinc largi copia lactis Q̃magis exhauſto ſpumauerit vbere mulctra Læta magis ꝓſſis manabũt vbere mãmis. Col. li. viij. Sed mulctra cũ eſt repleta lacte: nõ ſine tepore aliquo debet eẽ.

¶ Mulctrum idẽ qđ mulctra. Hor. in epo. Illic iniuſſæ veniunt ad mulctra capellę.

¶ Mulctrale ſimiliter vas in quod mulgẽtur animalia. Virg. in Geor. Implebũt mulctralia vaccæ.

¶ Mulceo es. ſi. ſum. & ctum. Priſ. Mulſi. ſum. & mulctũ. Vnde Cic. in contentione metelli. Permulſa atq; recreata. Var. in ſaty. Capite permulſo. Sal. lib. iiij. hiſto. Dein lenita iam ira poſtero die liberalib⁹ verbis ꝑmulcti ſunt. Eſt autẽ mulcere: lenire: mollire: blandire: mitigare: dulcem facere: vngere: delectare: polire. Virg. Et mulcere dedit fluctus: & tollere vento. Hiero. Et ſermone cõpoſito aurẽ populi mulſerint: q cq d dixerint hoc

legem dei putant.id eſt delectauerint.Huius compoſi
ta ſunt Demulceo permulceo perfecte mulceo.Ci.lib.
iij.ad heren.Nã læduntur arteriæ ſi anteq̃ vox bene per
mulſa eſt:acri labore cõpellet̃.i.mollificata. Gel.libr.j.
Nihil adeo in congrediendis hoſtib⁹ atq; in principijs
prœliorũ ad ſalutẽ virtutẽq; aptius rati q̃ ſi permulcti ſo
nis mitioribus nõ immodice ferocirent.

¶Mulciber pen.cor.mulciberis:& per ſyncopã mulci
bris. Eſt enĩ tertij ordinis nõ ſecũdi : a molcendo dictus
eſt vulcanus.id eſt molliendo ferro.Mulcere enĩ molli
re ſiue lenire eſt.q; ignis oĩa mulceat.id eſt molliat:vin
cat:ac domet.Ci.libr.ij.tuſ.Iouiſq; numen mulciberis
adſciuit man⁹. Ouid.Mulciberis capti marſq; venuſ
q; dolis. Sunt q mulciber a mutilãdo dici putãt : q; ob
claudicatẽ ſit mutilatus ac debilis.

¶Mulſum a mulceo:quaſi melle delinitum.Mulcere
enĩ delinire eſt:quaſi mollicere. Eſt aũt mulſum potio
ex vino melleq; cõfecta. Ply.li.xxj.ſcribit mulſum ex
vetere vino vtiliſſimũ fieri:qđ facillime cõ melle cõcor
porat̃. De hoc Mar. Attica nectareum turbatis mella
falernũ:Miſceri decet hoc a Ganymede merũ. Hoc ſi
calidũ bibat̃ vocẽ permulcet:ſi frigidũ exaſperat.Cic.
li.ij.de ora. Suadebat grauı⁹: vt mulſum frigidũ bibe
ret ſimul ac domũ rediſſet. Perdã inqt vocẽ ſi id effece
ro.Græci mulſum vocant οἰνόμελι & μελίκρατον.Vlp.
Vini appellatiõe aũt mulſum nõ cõtineri: oinomeli con
tineri. Interpretaturq; oinomeli vinũ dulciſſimũ. Q đ
ſi Vlpiani ſentẽtia vera eſt:mulſum nõ erit,idem qđ oi
nomeli.Vſurpat̃ etiã pro adiectiuo:mulſus a.um.Ply.
Lac mulſum:acetũ mulſum: aqua mulſa quę melle cõ
cinnet̃. Hæc etiã Hydromeli quæ fit deſpumato inea
melle.Cõfert ęgrotis.Apud Plautũ ex amãtis & blan
diẽtis affectu dicit̃.Mea mulſa. At muſtũ ad tertiã par
tem decoctũ ſapa dicit̃ vt Var.Cato Col. Palladius ac
curatiſſime ſcripſerũt.Mart.Et laletanæ nigra lagœna
ſapę.ſed ſi ad duas partes ſit decoctũ defrutũ appellat̃.

¶Mulier a mollicie:vt inquit Var. dicta eſt imminutata
& detracta littera: quaſi mollier.Vlp.Mulier dicit̃ quæ
virgo non eſt. Q; ſi inqt ego me virginẽ emere putarẽ
cũ eſſet mulier:emptio non valebit.Cice.Obiurganti
bus q; ſexagenarius Popiliam virginẽ duxiſſet. Cras
mulier erit inqt.Caius ſcribit mulieris nomine etiã vir
ginẽ viripotẽtẽ cõtineri. Vlp. vno in loco vtroq; signi
ficato vſus eſt. Mulierẽ ita arctã vt mulier fieri nõ poſ
ſit:ſanã nõ videri cõſtat.Eandẽ dixit mulierẽ & nõ mu
lierẽ.Primũ pro ea quę fœmina eſt.Secundũ p ea q̃ eſt
corrupta.Aug.li.ij.de cõſenſu euãgeliſtarũ. In multis
ſcripturarũ locis hoc inuenit̃ nõ eas tantũ quę virũ paſ
ſæ fuerant:ſed oĩno fœminas etiam intactas atq; inte
gras mulieres appellari:ſicut de ipſa qua ſcriptũ eſt for
mauit eam in mulierẽ. Qua locutiõe etiam Paulus ait
Chriſtum factum ex muliere.

¶Muliebris & hoc muliebre quod ad mulieres ptinet:
ſeu qđ eſt aut fuit mulieris:vt muliebris ſex⁹:muliebre
veſtimẽtũ. Aliquãdo dicit̃ qđ eſt molle & fœminarũ: vt
muliebris aĩus.Vñ muliebritas mollicies. Muliebriter
aduerbium qđ ſignificat molle: effœminate:ſeu more
mulierũ. Iuſti.Quę nõ muliebriter hoſtiũ aduẽtu territa
Muliebrem folliculũ dicebant quẽ vuluã ſiue locos
ſiue vterũ appellare cõſueuerunt.Ce.

¶Mulieroſus qui nimiũ appetit mulieres : a quo mu
lieroſitas.Ci.li.iij.tuſ. Similiterq; cæteri morbi:vt glo
riæ cupiditas:vt mulieroſitas:vt ita appellem eam quę
græci φιλογυνία dicit̃.i.amor mulierum.

¶Mulierarius idẽ qđ mulieroſus.Iul.Capitolin⁹.Mu
lierarius fuit inter primos amatores.

¶Muliero as.effœmino.Var.Et rex & miſell⁹ ille pau
per amat.Habet ignẽ intus acrem. Hic ephebũ mulie
rauit.Hic ad medica adoleſcentẽ traxit.

¶Muliebria tantũ plurali nũero dicunt̃ mẽſtrua . Hie
ro.in Gen.Et deſierãt Sarrę fieri muliebria. Interdum
ſumunt̃ p muliebri natura: ſicut virilia p pudẽdis viri.
Interdũ pro libidine.Quintil. Nobilis adoleſcens a cẽ
turione muliebria paſſus. Sic Sal.Viros muliebria pa
ti:mulieres pudicitiam in propatulo habere.

¶Mullei calcei regũ albanorũ erant purpurei coloris:
poſtea patriciorũ a Millando. id eſt ſuendo. Vnde Mil
lus collare.Vopiſ.in Aureliano. Calceos mulleos & he
deraceos & albos viris oĩbus abſtulit:mulierib⁹ reliqt.

¶Mulus per ſimplex l aĩal:qđ aſino & equa generat̃.
Qui aũt ex equo & aſina genit⁹ pullus hinnulus dicit̃.

¶Mularis & hoc mulare adiectiuũ a mulo . Col.li.vij.
Eſt generoſa materies q̃ circo ſacriſq; certamĩb⁹ equos
pbet.Eſt mularis q̃ pño fœtus ſui cõparat̃ generoſo.

¶Mulio & mulius qui mulos clitellarios ſiue quadri
garios ducit.Horatius in Ser. Audit cum magno bla
teras clamore furiſq; Mulius. Iuue. Nam mihi cõmo
ta iãdudum mulio virga.

¶Mullus per duplex ll genus piſcis marini maximæ
nobilitatis & gratiæ:q binas libras põderis raro exupe
rat.Hor. Laudas inſane trilibrẽ mullũ.Mar. Nolo mi
hi ponas rhombũ mullũq; bilibrẽ.Hic a græcis Trigla
dicit̃ vulgus Barbonẽ vocat.qm̃ auctore Plynio Bar
ba gemina inſignitur inferiori labro. Hinc a Cicerone
in parado.& a Varrone.li.iij.de re ruſ. Barbatuli & bar
bati mulli dicti ſunt.Nomen illi datum eſt:vt Feneſtel
la docet a colore mulleorum calciamentorum. Scribit
Plyn.lib.ix.Mullõ expirãtem verſicolori quadã & nu
meroſa varietate ſpectari.

¶Multa æ. ſolutionis pœna: q; olim vt Varro inquit
ſingula vt ob peccatum exigebantur:vt ouis aut bos:
poſtea multa ſimul exigi cœperũt: & vinũ atq; oleum
addi. In hoc autẽ multa differt a pœna : q; pœna gene
rali nomine dicit̃ omnium delictorum coerctio:multa
vero ſpecialis eſt peccati: cuius animaduerſio pecunia
ria eſt.Pœna autem nõ tantũ pecuniaria: ſed capitis &
exiſtimationis irrogari ſolet.Et multa quidem ex arbi
trio eius venit qui multam dicit:pœna nõ irrogat̃ niſi
quæ lege vel quo alio iure ſpecialiter huic delicto im
poſita eſt. Suprema multa apud priſcos erat in ſingu
los dies.xxx.boum. & duarũ ouiũ: minima ouis vni⁹.
Varro.lib.ix. rerum humanarũ dicit hoc vocabulũ nõ
latinum:ſed ſabinum eſſe. Dicimus autem.multam di
xit:& multa dicta eſt: multam irrogauit : & multa irro
gata eſt : & ſignificat multam imponere dãnato quaſi
per rogationem ad populum.

¶Multatitius.a.um.qđ ex multa fit:vel qđ ad multã
pertinet:ſiue qđ nomine multę exigit̃. Liui.libr.x. Ex
multatitia itẽ pecunia quã exegerũt pecuarijs dãnatis
ludi facti.Et lib.xxvij. Aediles plębis ex multatio ar
gento ſigna ęnea ad ædem Cereris dedere.

¶Multo as.punio:condẽno:laxo: diminuo: quia oĩs
punitio diminutionẽ habet. Et conſtruitur cum ablati
uo:vel genitiuo.Virg.Multatam triſti morte Camillã.
Cur.lib.ij.Is quoq; inſulas præſidijs occupat:pecunia
multat. Aliquãdo cum duobus accuſatiuis. Hiero.in
Eſdra. Et multauit gentem argenti talenta centũ & au
ri talentum vnum. Interdum Multare ſignificat priua
re.Virgil.Quod ſi pdiderim patria multabor.Interdũ
lacerare mutilare verberare diſſoluere. Teren.in Adel.
Ipſum dñm atq; oẽm familiã multauit vſq; ad mortẽ.
Col.li.ij.Quo euenit vt in iteratione quoq; ſcãna fiant
& boues iniquitate opis maximę multent̃. Interdũ au
gere & voti cõpotẽ facere.Nonius.Et vobis q dẽ gras

ego cum votis me multatis meis. Interdũ male tractare. Col. lib. j. Nam illud vetus eſt Catonis Agrum peſſime multari cuius domin⁹ quid in eo faciendũ ſit non docet: ſed ſudit villicum.

¶Mltor aris deponẽs. Sue. de Aug. Neq; aut crebri⁹ aut pfidioſius rebellãtes grauiori vnq̃ multat⁹ eſt pœnis q̃ vt captiuos ſub lege venũdaret.

¶Multus. a. um. a quo fit multitudo quæ eſt frequentia & copia.

☧Multibibus dicitur qui multi eſt potus. & eſt epitheton herculis. Cc.

¶Multifariam aduerbiũ & ſignificat quod multis modis fari poteſt. Multifidus: multis modis findens. Multiuidus multa videns. Multipes: multorũ pedum. Multiuolus: qui multaꝝ rerũ deſiderio tenet̃. Multiloquus qui multa loquit̃. Multifacio: magni ęſtimo.

¶Multiplex varius inuolutus: multas plicationes habens. Hinc multiplico as.

¶Multeſima pars ꝓ quantitate infinita. Lucil. Q̃ꝫ paruula pars: q̃ multeſima conſtet.

¶Multitia indumenta dicebant̃ minutiſſimis filis cõtexta. Vnde a multis filis & ꝓpterea ſubtilib⁹ nomẽ inditũ: vel a mulcendo qm̃ carnẽ demulceãt. Et tm̃ pluraliter declinat̃. Iuue. Q uero an deceãt multitia teſtẽ.

¶Mundus ſubſtãtiuum dicitur ornat⁹ muliebris quo ſcilicet mulier mũdior fit. In cuius nominis appellatione continet̃ ſpeculum: matulæ: inaurea: armillę: anuli: gemmæ: mitræ: & ſimilia quibus mulier ornatur. Cato pro lege Oppia. Mũdiciæ ornatus & cultus fœminarũ inſignia ſunt: his gaudent & gloriantur. Hunc mundũ muliebrẽ appellarũt noſtri maiores. Dicit̃ & mundum neu. gñe. Lucil. Legauit quidã vxori mundũ omne penũq;. Hinc deducit̃ Mundus qui conſtat ex ſole & luna & terra & ſtellis & omnibus elemẽtis & q̃cquid cœli ambitu continet̃. Nam ſicut græci κόσμον: quod apd̃ eos ornatum ſignificat: ita nos a pfecta abſolutaq; elegantia vocauim⁹ mũdũ: ꝙ nihil eo ſit mũdius & pulchrius & ornati⁹. Et a gręcis ab ornatu coſmos dicit̃. In ſacris vero litteris mundi noĩe iniq̃ hoĩes: q̃niq; inimici dei intelligunt̃. Hinc mũdanus. a. um. qđ mũdi eſt. Vñ interrogatus phũs cuias eſſet. mũdanũ ſe eſſe reſpõdit. Mundus a. um. qđ eſt purũ terſum politũq;. Cuius cõtrarium eſt Immundus.

¶Mundicies & mundicia pro lautitia qua quis ſe mũdum ac politũ tenet. Ci. li. j. offi. Adhibẽda pterea mũdicia eſt nõ odioſa nec exquiſita nimis.

¶Mundo as. detergo: depuro. Hier. ad Helio. Cornelius centurio adhuc ethnicus dono ſancti ſpirit⁹ mũdatur. Hinc cõponit̃ Emũdo Extramũdo. Col. li. ij. Q uædam pluuija dieb⁹: vt bubilia & ouilia debẽt emũdari.

☧Mundifico mundum facio. Cc.

¶Mungo is. xi. ctũ. quaſi muccũ ago. Id em̃ mungere eſt. cũ e narib⁹ muccus trahit̃. Vnde emungo fit: de quo ſupra. Inuenit̃ etiã mũgor deponẽs. Cato de liberis educandis. Neq; emungent̃ libertatẽ.

¶Munus quattuor modis dicit̃. Primo pro dono. Vñ munera dari ac mitti dr̃. Dictũ munus: vt inquit Var. ab eo ꝙ qui mutuo aio ſunt id dant officij grã. Altero ꝓ onere qđ cũ remittitur vacationẽ militiæ p̃ſtat. Nam munera. i. officia ſine labore atq; onere exerceri nõ poſſũt. Vñ Immunitas appellat̃. Tertio ꝓ officio. Vñ munera militaria vocant̃. & milites q̃dã municipes dicunt̃ qui in ciuitatẽ recepti munera cũ ciuib⁹ faciũt. i. officia. Quarto ꝓ ſpectaculis ſeu ludis q̃ a pricipe ppl̃is quaſi muneris loco exhibent̃. Nãq; id genus oblectamẽti antiqui munera noĩarunt ꝙ popul⁹ tali ſpectaculo perinde ac munere quodã capiebat̃. Scribit Lactã. li. vj. Venationes ferarũq; ſpectacula attributa eſſe Saturno & munera vocari. Populus em̃ ſpectaculis talibus veluti munerib⁹ capit̃. Suet. in Cæſa. Beſtias quoq; ad mun⁹ popl̃i cõparatas trucidauerãt. Mar. Priſca fides taceat: nã poſt tua munera Cæſar Hæc iã fœminea vidimus acta manu. Hinc mun⁹ gladiatorũ dicebatur cũ in ſpectaculis multa gladiatorum paria exhibebãtur.

¶Munerari⁹ ſpectaculi exhibitor. a græcis agonotheta vocat̃ qui ludos gladiatorios exhibet pop̃lo: vnũq; vel plura paria gladiatorum ad ſpectacula pugnatura ꝓducit. Et q̃ familiã gladiatorũ habet: gladiatoreſq; domi iſtituit ac poſtea vẽdit: a laniãdo dicit̃ laniſta. Vnde apud hiſtoricos frequẽter legimus laniſtas vẽdidiſſe gladiatores munerarija. Accipit̃ etiam Munerarius pro eo q̃ pauperib⁹ elargit̃ Hiero. Munerarius pauperum & egẽtium candidatus ſic feſtinat ad cœlum.

¶Muneralis adiectiuũ qđ ad mun⁹ ptinet. Vñ Muneralis lex qua Cintius cauit ne cui liceret munus accipere. Plaut. Nec muneralem legem neq; lenoniam rogo fuerit nec ne: flocci ęſtimo.

¶Munero as. & Muneror aris. in eadem ſignificatiõe qua dono. Macro. Ian⁹ cũ ſaturnũ claſſe ꝓuectũ excepiſſet hoſpitio: & ab eo edoct⁹ peritiã iuris ferũ illũ & rudem ante fruges cognitas victũ in melius redegiſſet: regni eũ ſocietate munerauit. Hinc remunero. Liui. li. ij. Tũ Mutius quaſi remunerãs meritum.

¶Munia officioſus: & qui onera populo ſoluit. Vnde Munia dicũtur obſequia lege debita: & officia quę publice preſtant̃. Col. lib. j. Sic enim & magiſtri ſingulorum officiorũ ſedulo munia ſua exequunt̃. Vñ immunis qui ab huiuſmodi onere liber eſt. A munia fiũt Cõmunis & Immunis: de quib⁹ alibi. Munico as. quo veteres vtebãtur ſicut a Cõmunis Cõmunico. Nec habet munia aliam terminationem.

¶Munifici apud antiquos non a largitione quę nulla erat: ſed cõſentientes appellabant̃ ad ea quę amici vellent: nunc autẽ pro liberali ponit̃: quaſi ſit munera largę p̃bẽns: de quo in dictione Liberalis. A munific⁹ fit Munificentior: & munificẽtiſſimus. Cato tamẽ Munificior & Munificiſſimus dixit.

¶Municipia dicebant̃ quę aliunde veniebãt in ciuitatem: & cũ ſuo iure viuerẽt: munerib⁹ tamen popl̃i Ro. honoribuſq; fungebant̃. Capiebãt em̃ munera: ſed nõ dãnoſa: vt eſt collatio tributorũ & hmõi: ſed quę ad honorem ptinerẽt. A quo munere capeſſendo nomẽ ſibi vẽdicauere nulla popl̃i Ro. lege aſtricta. Et municipia ſunt ciuitates ſuo iure & legibus ſuis vtẽtes quę meliore cõditiõe ſunt q̃ colonię. quoꝝ incolę municipes vocati ſũt. Municipiorũ iura iã penit⁹ obliterata ſunt. Municipẽ vt Vlp. inquit facit aut ciuitas: aut manumiſſio aut adoptio: qm̃ municeps & qui liber i municipio natus eſt & q̃ in municipio a ſeruitute ſe liberauit: & q̃ ciuitatẽ quãcuq; aſſecut⁹ eſt. ꝓprie tñ municipes dicũtur q̃ in ciuitatẽ romanã recepti muneꝝ participes fiunt: ſed abuſiue nũc municipes dicim⁹ ſuæ cuiuſq; ciuitatis ciues. Q uo noĩe tam oratores q̃ poetę vtunt̃. Iuue. Iam princeps equitũ magna qui voce ſolebat Vendere municipes fracta de merce ſiluros. Cice. in Bruto. Nõ dubito q̃n ſcias nõ ſolũ cui⁹ municipij ſim: ſed etiã q̃ diligẽter ſolcã mũcipes Arpinates tueri. Hic mũicipalis.

¶Municipale ius dicit̃ priuatũ ius vniuſcuiuſq; ciuitatis. Municipalia magiſteria vocantur adminiſtrationes & officia ſui municipij.

¶Municipatim ſignificat per municipia: ſicut Oppidatim per oppida.

¶Munio is. iui. vel munij itum. ſignificat fulcio fortifico: reficio: reparo: pręparo: defendo. Cice. lib. j. Tuſ.

Abijt ad deos Hercules: nunq̃ abiſſet niſi cum iter homines eſſet eã ſibi viam muniſſet. Sic dicim⁹ munire ripam: munire alueum: munire aditũ: cũ illa vel reficim⁹ vel reparamus. Huius cõpoſita ſunt Cõmunio. Ceſar. Preſidia diſponit: caſtella communit: quo facilius ſi ſe inuito tranſire conarenť prohibere poſſit. Circũmunio ꝑ circũfulcio. Col. lib. iij. Priuſq̃ pomariũ conſtituas q̃ magnum habere voles circũmunito macerie aut foſſa. Emunio extra munio. Idem lib. j. Sed & hanc curam pauimẽtoꝝ & parietum ꝓbamus cum vt retuli ſic emunita ſola & latera horreorum ꝓhibẽt curgulionem. Premunio antemunio. Leo pa. Ad roborãdã hãc fidẽ qua contra omnes ꝑmuniebamur: ex magno factum ẽ diuinæ pietatis conſilio.

℄ Munimen pen. prod. ſiue munimentum: idẽ eſt qđ munitio: q̃ ꝓpric caſtroꝝ ẽ. cæteraruq̃ rerũ q̃ cõtra euẽtũ hoſtium muniunt: ſiue vallo ſiue foſſa ſiue alio quouis mõ quo ſunt milites ab hoſtiũ aduentu muniti.

℄ Munia æ. genus aromatis.

℄ Munichia orum. feſta Palladis erãt. Inde munichij portus athenarum. Suidas. μουνυχία τόπος θαλάσσιος ἐν τῇ ἀττικῇ ἑλλάνικος δὲ ἐν δευτέρῳ ἀτθίδος ὠνομάσθαι φησὶν ἀπὸ μουνύχου τινὸς βασιλέως τοῦ παντακλέους. ✱. i. munichia locus eſt maritimus in attica Hellanic⁹ vero in ſecũdo Atthidos ait nominari a quodam municho rege inclytiſſimo.

℄ Murus a Muniendo dictus eſt: q̄ ſepiebãt ęquo munere oppidum muris. Vnde ꝓprie vrbis eſt lapide⁹ ambitus: paries domorum Maceria ſiue maceries qui cõſtat ex lapidibus ſiue calce aut alio genere ferruginis. Sed confunditur quandoq̃. Amb. ſuper Lucam. Meminimus q̄ Hierico magna ciuitas fuerit muralib⁹ ſepta parietibus quæ non ferro quia non arieti poſſet eẽ penetrabilis. Hinc antemuralę: & ꝓximuriũ põtificale pomœriũ: & proximuri.

℄ Muralis & hoc murale: quod ad murum pertinet: vt Muralis corona quæ donari ſolebat ab imperatore qui primus murum ſubijſſet & in hoſtium oppidũ per vim aſcendiſſet.

✱ Murani dicti ſunt reges latinorum vt author eſt etiã Seruius. Cc.

℄ Muratus a. um. qđ muros habet. Vnde vrbes muratæ dictæ ſunt.

℄ Muralis hærba: quæ vulgo vitriolum diciť q̄ vaſa miruminmodum confricata purificet. Ideo Vrceolaris a veterib⁹ dicta. Eadem parietaria vocatur q̄ ĩ muris frequenter naſcatur. Et perdicium quoniam perdices ea p̃cipue paſcantur.

℄ Muræna cum æ. diph. Nam grece ſcribitur μύραινα piſcis eſt lõgitudine non diſſimilis anguillę. Parit quocunq̃ tempore: cuius oua citiſſime creſcũt. Macro. Accerſebantur ad piſcinas vrbis ab vſq̃ freto ſiculo. Illic enim optimę eſſe credunť tã murenæ q̃ anguillę & vtręq̃ ex illo loco plotæ a latinis flutæ vocantur: q̄ in ſummo ſupernatantes ſole torrefactæ curuare ſe poſſe & in aqua mergere deſinũt: atq̃ ita facile capiuntur. Marti. Quæ nata in ſiculo grandis murena ꝓfundo. Non valet exuſtam mergere ſole cutem. Eſt & murena cognomẽ viri Romani ab eo piſce deductum. Vñ Ciceronis extat orõ ꝓ Murena. Solet hic piſcis alio noĩe lampetra appellari ab lãbendis petris.

℄ Murænulæ ſunt ornamenta colli flexuoſa inſtar murenaꝝ & catellę ex auro quibus matronæ cõdecorãtur: ſicut ſcribit Hiero. ad Marcellã his verbis. Aurum colli ſui quod murenulam vulgus vocat: quod. ſ. metallo in virgulas lenteſcẽte q̃dam ordinis flexuoſi catena cõtexitur abſq̃ parentibus vendidit. Poteſt tamen murenula eſſe diminutiuum a murena.

℄ Murex piſcis marinus ex cõcharũ gñe a purpura diuerſo. Idem & cõchylium per excellentiam dr. Ply. Cõchylia & purpuras omnes ore atterit. Ex muricis liquore fit color purpureus. Vir. Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti murice. Vnde veſtis tincta murice cõchiliata diciť. Interdum accipitur ꝓ purpura quam Sidõ vrbs ſyriæ gignit. Idem lib. iiij. Tyrioq̃ ardebat murice læna. Interdum pro acumine ſeu aſperitate ſaxi. Idẽ lib. v. Et acuto in murice remi Obnixi crepuere. Et murex eſt ferreus triangulus per cuſpidem. vulgo Tribulum vocamus. Item murex hærba eſt quę naſcitur vbi nunq̃ radiat ſol vt in puteis. Item accipitur pro fręno equi.

℄ Muricatus a. um. quod eſt muricis mõ factum. Ply. de Carduo Muricatis inquit cacuminibus. Hinc muricatim aduerbium.

℄ Muria genus liquaminis qđ ex thynno piſce confiſciebatur. Perſius. Tingit holus ſiccũ muria vafer in calice empta. Apud Col. Muria capitur ꝓ ſale cum aqua medicato & indurato.

℄ Muries ei. ſal in pila tũſum & in ollam fictilem coniectum & in fumo percoctum. Quidam tamẽ exiſtimãt idẽ eſſe muriẽ & muriã: ſignificareq̃ ſalſamẽtoriũ aquã a mari nomen deductum.

℄ Murtius aduẽtinus mõs q̄ e lapidibus & veluti muro conſtaret: a quo Murtia dea venus quã Priſci Myrteam nuncuparunt a Myrto arbuſcula quæ Veneri dicata eſt. de qua Ply. lib. xv. Ara fuit romę vetus Veneris Myrteę quã nũc Murtiã vocant. Huic erat ſacellum ſub auentino monte q ante Mureus vocabatur.

℄ Murcea altera dea quam ita appellauerunt q̄ pręter modum faceret hominem murcidum. id eſt. nimis deſidioſum. Cui contraria erat dea ſtrenua q̃ faciebat homines ſtrenuos.

℄ Murrinũ pe. cor. a Murra fieri puto. Vnde vaſa murrina ex murra gemma quã q̃dam eãdem eſſe putant quã nunc vulgo Agatham dicũt qualia ſunt vaſa quę in diui Marci theſauris apud Venetos poſita ſunt. Exiſtimant murram eſſe humorem qui in oriente maxime in parthico regno ſub terra condenſatur. Col. lib. vij. Murrinus cũ ſit in aſino vulgaris tamen etiam nõ optime reſpondeť in mula. Hic pro colore poniť. Mar. Surrentina bibis. nec murrhina picta: nec aurum Sume dabunt calices hæc tibi vina ſuos. Ply. li. xxxiij. Murrhina & criſtallina ex eadẽ terra effodim⁹ quib⁹ p̃tium facęret ipſa fragilitas: color: odẽs mittit: nitor ẽ his & varietas circumagentibus ſe maculis in purpurã cãdorẽq̃. Mar. Si calidum potas ardẽti murra falerno. Cõuenit & melior fit ſapor inde mero. Fiebant ex murrino abaci eſcaria vaſa & potoria & trullę. Sue. in Aug. Itẽ lautitiarũ iudiciam cum & Alexandria capta nihil ſibi præter vnum murrinũ calicẽ ex inſtrumento regio retinuerit. Murina ſeu myrina: vinum myro. i. odore conditũ. Græci enĩ myrum dicunt quod nos odoramẽtum vnguentumve. Hmõi. n. vina apud priſcos laudatiſſima erant vtpote aromatibus condita: iũco. ſ. myrrha calamo & huiuſmodi. Plau. in pſa. Ecquid habet? Tũ Charinus rogas? Murinam: paſſum: defrutum: mellinam vel quouis modo. Quint. Mittebant vinum pulchrũ murrinum. Idem dicebatur vinum muratum vel murata potio & muriola.

℄ Murra gẽma. vide in dictione murrinum.

℄ Murreus a. um. quod ex murra eſt. ſicut Murrinum. Iabolenus iureconſultus ſcribit murrea vaſa quæ ad vſum edendi & bibendi cauſa aperta ſunt: eſſe in ſupellectili.

¶Murin⁹a.ū.pe.p.qđ eſt ex mure.Ply.Præterea murinum fimū qđ itē muſcerdas appellāt.

¶Muricidus pen.p.ignauus ſtultus a muris cædēdis Plau.Muricide homo ignaue inera.

¶Murmilonica: ſcuta cū qbus de muro pugnabant Erant.n.ad hoc ipm apta.

¶Murginor pe.cor.Tardo.

¶Murgiſo pe.p.inera deſidioſus.a mora & deridēdo dictus.

¶Murmur tā maſ.q̄ neu.gñis: leuia aquę ſtrepitus licet & pro alio quocunq; ſtrepitu poni cōſueuerit. Hic Murmuro as.& Murmuror deponēs.Plau.in Caſ.Mihi inanitate iādudū inteſtina murmurant.Hinc etiam poetę murmurantia linora.q̄uia plerūq; p ſecrete maledico capiaƭ:q; is qui murmurat ita leniter loqtur vt magis videatur id facere ſono q̄ vt intelligatur.Huius compoſita ſunt.Cōmurmuro.Plyn.lib.x.Vbi congregatæ inter ſe cōmurmurant.Submurmuro.Aug.lib.vj.con.Sono aūt ſecuria audito ſubmurmurauerūt argentarii qui ſubtererant.

✱Murmurabūdus murmurator murmuratrix & murmuratio a murmuro.

¶Murmurillum: murmuratio. Plau.Nolo ego murmurillum neq; ſuſurrum fieri. Cc.

¶Murmurillo as.murmuro.Idem.Quid murmurillas tecum & te diſcrucias?

¶Mus μυσ exiguū aīal eſt nobiſcum in domo habitans a corroſionia ſono quē facit dictus: latine ēt ſorex appellaƭ.in gtō plī muriū & p ſyncopē murū. Quidā tn murem a ſorice diſtingūt.q; mus domeſticus ſit: ſorex ſylueſtria.Col. Si ſerpens aut mus ſorexq; in muſtū ceciderit.Murē certe nec ferā iure dixeris: nec placidum: qa nunq̄ māſueſcit: vt inqt Ply.Mus etiā araneus eſt quē gręci Mygalē appellant: qa muris magnitudine ſit: muſtellina ſpecie: ore oblongo: cauda gracili: verſu dentium quadruplici: vt inquit Aetius. Abundat inſula Britānia. De hoc Ply.li.xx.contra araneorum murum venenatum morſum μυγαλων.

✱Mus arane⁹ exiguū aīal ē muſtellæ ſimilitudine p tenuiſſimū filū ſiue gladij aciē ipune ambulans.Cc.

¶Muſculus mō dimi.eſt & ſignificat puū murē. Ply. Deturgente mlo muſculi reperiunƭ.mō ſignificat articulum in quo neruorū capita ſunt. Muſculos etiam dixerūt minores machinas quibus ptecti bellatores foſſatū ciuitatis apportatis lapidibus lignis & terra nō ſolū complent: ſed etiā ſolidāt: vt turres ambulatorie ſine impedimento vehantur ad murum. Sunt minores vineis ſubditioreſq; & maiores firmioreſq; pluteis. Itē Muſculus genus piſcis puı q puo moderamine caudę temperat Balænam ne in ſcopulum impingat. Eſt enī balæna luſcitroſa & pene exoculata q̄ cum forte ſe direxerit profectura aliorſum maris indiget hoc piſciculo præuio q eam deducit & reducit. De hoc Clau.li.ij. in Eutropium. Sic ruit in rupes amiſſo piſce ſodali Belua ſulcandas cui præuius edocet vndas: Immenſūq; pecua paruo moderamine caudæ Temperat: & tanto coniungit fœdera monſtro. Hunc piſcem quidā aiunt etiam vocari Iulum.

¶Muſcerda murium ſtercus. Plyn. Muriū fimū quod item muſcerdas appellant.

¶Muſcio catus murilegus: q; ſit infeſtus murib⁹ μὺσ enim grece pro quo ipſi mus dicimus.

¶Muſcipula: machina ad capiendos mures: non aūt catus. Aug.in pſalmorum expoſitione.Muſcipulam ſuam diabolus tetendit vſq; in finem & væh illi qui in illam muſcipulam cadit.

¶Muſtella: quaſi longior mus: mures perſequiƭ & ſerpentes. Eſt etiam hoc noīe genus piſcis murænæ fere ſimilis. Neoterici lampredam dixere.

✱Muſtellinus adiectiuum fit a muſtella. Terentius. colore muſtellino. Cc.

✱Mus iudic⁹ animal eſt magnitudine felis ſpecie muris: gręci ichneumon vocant: naſcitur in Aegypto & cum aſpide pugnat. Cc.

¶ Nec & neq; cõiũctiones diſtinctę: vt nec vel neq; lego: nec ſcribo. Nonnunq̃ ſignificat non: vt nec video quorſum res euadat. ſed differunt ꝙ nõ negat ſolũ: nec & neq; negant & copulant. Aliquãdo Saltem. vt nec quidẽ pũctum temporis. Reſoluũtur interdum in copulatiuam: &. vt nõ feci hoc nec facerem. i. & nõ facerẽ. Sed ſi ſequatur enĩ vim ſimplicis negationis habet: vt nec. n. id facerem. i. nõ. n. id facerem. Quandoq; ſignificat etiã. Quinti. Perſolui gratia non poteſt: nec malo patri. i. etiam malo patri. Factũ eſt autẽ Nec a neq; per apocopẽ extremarũ vocaliũ. Et quia i fine ſyllabę. q. ſcribi nõ poterat trãſiuit in c. Nam c. & q. affines litterę ſunt.

* Necdum non adhuc. Cc.

* Nec enĩ ſimplicis negationis vim habet: vt nec enĩ id facerem. i. non enim. Cc.

¶ Neceſſe ſiue neceſſum dicit̃ qđ vi aliqua cogente fieri opus eſt a ceſſo verbo deductũ: qa nõ ſit in eo ceſſandũ. Et declinant̃ hic & hęc neceſſis & hoc neceſſe: & neceſſus a. um. a quo Neceſſitas: neceſſitudo: neceſſarius.

¶ Neceſſitas vis ipſa quę cogit: vt neceſſitas mihi incũbit eundi Mutinã. Aliquãdo appellatiõe neceſſitatis ius quoddã & vinculum religioſę cõiunctionis familiaritatiſve ſignificat̃. Cęſar. Equidẽ mihi videor ꝓ noſtra neceſſitate nõ labore: nõ opera: nõ induſtria defuiſſe. Significat enĩ hic cõiunctionẽ vel amoris: hoc eſt affinitatẽ: vel ſtrictã amicitiã. Idẽ ſignificat Neceſſitudo. Sal. in Iug. Coactus rerũ neceſſitudie ſtatuit armis certare. Ci. vero ait ſibi cũ equitibus romanis neceſſitudinẽ eſſe. Aliquãdo neceſſitudo ponit̃ ꝓ neceſſario. i. cognato vel affine. Sue. i Aug. Remiſit tamẽ hoſti iudicato neceſſitudines amicoſq; omnes.

¶ Neceſſitudo. Vide in dictione Neceſſitas.

¶ Neceſſarius: a. um. dicitur illud ſine quo fieri non poteſt. vt neceſſarius eſt mihi aduentus tuus. Hinc fit neceſſario aduerbium.

¶ Neceſſarij dicũtur cognati vel affines amici & hi qbus vti familiariter ſolemꝰ: ꝙ nulla inter eos ceſſatio. i. ſeparatio ſit: vel ꝙ neceſſaria inter eos officia conferantur.

* Necim veteres dixere pro nec eum & necũquẽ pro nec vnquam quẽquam. Cc.

* Necne negandi aduerbium eſt. Cc.

¶ Neco. as. aui. atũ. ferro interimo. Liu. lib. i. Obrutam armis necauere. Neco. as. cui. ctum. alia vi. Diom. Neco cui verũtamẽ & necaui legimus: vt nectus ꝓ necatus. Et hoc differre volunt. Necui quaſi ſuffocaui. Necaui quaſi ferro occidi. Vnde necẽ cędem appellamus. Sic & Priſc. ſentit. Sed ambo falluntur: quãdoquidẽ oſtendere licet necaui & necatus de quacunq; morte dici. Auguſti. lib. i. de ci. dei. Omnes enĩ quos fames necauit malis vitæ huius ſicut morbus corporis eripuit. Quos autem nõ necauit: docuit parcius viuere: docuit ꝓductius ieiunare. Quintil. li. iiij. Hinc adulter loris cæſus aut fame necatus. Ci. li. iij. ad herẽ. Si accuſator dixerit ab reo hoiem veneno necatum. Nec de homine tantum dicitur: ſed de alijs quoq; Col. lib. ij. Sic omnes radices herbarum prærruptę necantur. Nectus tamen ſemper ſine ferro dicitur. Liui. li. xxi. Fame: frigore: illuuie: ſquallore enecta. Huiꝰ verbi compoſita ſunt Eneco ſuffoco. Plautus in Amph. Puer ambos angues enecat. Hora. lib. i. epiſtolarum. Spem mentita ſeges: bos eſt enectus arando. Interneco & perneco. Et habent pe. cor.

¶ Necromãtia pe. acuta: diuinatio q̃ fit per cadauera: vt apud Luc. Cũ mortuus ſuſcitatus euentum belli pharſalici Sex. Pompeio prędixit. νεκρὸς enĩ mortuus dicitur necron cadauer: necroſis mortificatio. μαντεία diuinatio. vñ Stra. ſigna fictilia q̃ corintho euerſa romã ipleuere necrocorinthios. i. corinthiorũ defunctos vocata ſcribit.

¶ Necromantici ſunt quorum incantamentis videntur reſuſcitari mortui. Horum ſacrorũ duo ſunt genera. Necyomantia: & Sciomantia. Necyomantia ad eleuãdum cadauer ſanguis eſt neſſarius. In Sciomantia vmbrę tãtum eſt euocatio.

* Necromãtes diuinator ex mortuorũ inſpectione. Cc.

¶ Necto. is. nexui. & xi. xum. ligo iungo. Virg. lib. v. Et paribus palmas amborum innexuit armis. Prop. At tibi qui noſtro nexiſti rętia lecto. Huius cõpoſita ſunt Annecto qđ eſt ad aliquid necto: ſiue iuxta necto: ſubiũgo: Hier. ad Dama. Qđ mihi videtur annexui. i. ſubiunxi. Col. li. v. At ſi regionis conditio permittit de veteribus haſtilia quibus annectantur ſingula tranſuerſæ perticæ alligentur. Connecto: ſimul necto. Idem in eodem. Eaq; vel ſaligineis perticis vel cõpluribus quaſi faſciculis arũdinũ cõnectuntur. Innecto intus necto cateno. Clau. lib. ij. Mutuaq; alternis innectite colla lacertis. i. cõplectimini. Internecto. Vir. li. vj. Vt fibula veſtẽ Auro ĩternectat lyciã vt gerat ipſa pharetrã. Obnecto obligo. Subnecto ſubiũgo. Vir. Aurea ſubnectens exertę cingula mãmę.

¶ Nectar: gręcum eſt: & deorum potio dici poteſt. Quo etiam nomine immortalitas deſignatur ab νέ qđ priuationẽ ſignificat & κτείνω occido. Inde fit nectareus. a. ũ. pro diuino & immortali.

¶ Necubi pro ne alicubi. i. vt non in aliquo loco: & ſemper duo verba poſtulat: vt iuſſi necubi mihi preſto ſis. i. ne in vllo loco ſis.

¶ Necunde. i. ne ex aliquo loco.

* Necum Acintani Hiſpanica gẽs Martis ſimulacrũ radijs ornatum qđ eorũ lingua marẽ ſignificat vocitabãt.

¶ Necyia quaſi mortuaria reſq; funebris & ad mortuos pertinẽs. Eſt. n. euocatio maniũ quę & Necyomãtia quaſi diuinatio per mortuum dicit̃. Apud Homerũ in odyſ. Ab vlyſſe euocatio maniũ ſacro magico in ſcrobe procurato. νεκύσ grææ: latine mortuus.

* Necydalus Bombicis genus. Cc.

¶ Nedũ ſignificat nõ ſolum: & duobus modis accipi ſolet. Vno cũ vtrãq; ſententiã eodẽ claudimꝰ verbo: vt fũderẽ pro te ſanguinẽ nedũ pecuniã. Altero cũ ſuũ vtriq; ſẽtẽtiæ verbũ accõmodamus: vt funderẽ pro te ſanguinẽ nedũ tibi pecuniã crederẽ. Negatiue ſic. Nõ funderẽ pro te obolum: nedum pro te ſanguinem nõ funderem.

¶ Nefarij: ſceleſti: ſacrilegi: a farre deductum nomẽ quo ſcelerati quaſi vita vti nõ debẽt. Et inde qui indigni ſunt vt viuãt nefarij vocãtur. Quidam etiã a faris verbo deriuãt. Aſco. ſcribit nefariũ qđ ſacra polluit farre pio ſolita celebrari: ergo nefarij ſacrilegi.

* Nefas impiũ & execrabile. Cc.

* Nefaſti dies quibus nõ licet ius fari. Oui. Ille nefaſtus erit per quem tria verba ſilentur. Cc.

¶ Nefandus. a. um. & nefans. tis. qđ nõ eſt fandum a nefas ꝙ ne fari quidẽ liceat. Luci. li. vij. Tantalus qui pœnas ob facta nefantia luit.

¶ Nefrendes dicũtur a Varrõe porci qui nomine lacten-

tis amiſſo nondũ fabam frendere poſſunt.i.frangere.

⁎Nefrendes arietes dicuntur qui dentibus fremere non poſſunt.Cc.

⁎Nefrendo non frendo.Cc.

⁎Nefrundines a veteribus renes dicuntur.Cc.

¶Negligo is.pe.cor.xi.ctum.cõtẽno nõ curo. quaſi ne legere quidem nec videre dignor. Terẽ.in adel. Pecuniã in loco negligere maximũ interdũ eſt lucrũ. Hinc negligẽtia & neglectus.us.pro cõtemptu. Idem in heau. Hæc res neutiq̃ neglectui eſt mihi.

¶Nego as.ex non & ago pro dico cõpoſitũ eſt:licet etiã de factis dicatur.vt apud apoſtolum. Confitẽtur ſe noſſe deũ factis autẽ negat. Huius cõpoſita ſunt. Abnego. Denego. Pernego:qđ eſt perfecte nego.Plau.in aſi.Vbi creditũ qđ tibi ſit datũ eẽ pernegaris. Subnego aliquãtũ nego.Cic.Treba.Verũtamen qđ pręſenti tibi prope ſub negarent.& habent pe.cor.

¶Negatio poſtpoſita negationi nõ ſemꝑ habet vim affirmãdi:ſed magis negãdi cũ altera pro vniuerſali ponit̃ & particulares ſequuntur.Hoc modo. Nullas accepi a te litteras nec breues nec ꝓlixas.Virg. Nulla neq; amnẽ Libauit quadrupes nec graminis attigit herbã. Itẽ vna ſola negatio poſtpoſita negatiõi negat.ita tñ vt ſequẽs iũgat̃ cũ quidẽ.Ci.Lẽtulo. Neq; errarẽt ne aduerſarij q̃dẽ. Et ſi dixero.Non tibi hoc pſuaderet ne de⁹ quidẽ.ſubaudit̃ eñ alia negationis pars ſic.Nõ tibi hoc pſuaderet aliquis. Deinde ad maius ſignificatũ ſubiũgo ne deus quidẽ cui omnino eſt credẽdũ. Interdũ etiã ſine quidẽ duę negatiões negãt cũ vna particularis omittit̃. Ter. Agrũ in his regionib⁹ meliorẽ neq; ꝑtij maioris nemo habet.ſubaudit̃.n.neq; meliorẽ.Var.li.iij.de vi.pa.oſtẽdit duas negatiuas pro vna accipiẽdas cũ dixit. Qua abſtinẽtia viri muliereſq; Romanę fuerint cꝫ a rege munera corꝫ noluerit nemo accipere. Si autẽ duobus verbis aut poſitis aut itellectis addant̃ duę negatiuę nõ dubiũ eſt qui negẽt Vt nec me amas nec mihi credis. Intellectis ſic.Nec virtuti ſtudes nec litteris.ſ.ſtudes. Tres negatiões pro vna ponũtur. Ter.Neq; haud dicas tibi nõ prędictũ. Aliquãdo etiã ꝑpoſitiones negãt etiã graece. vñ Ariſtophanes comicus.ὡσ ἀργαλέον πρᾶγμ᾽ ἐστὶν ὦ ζεῦ καὶ θεοὶ δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου.⁎.i.Q̃ꝫ difficilis res eſt o Iuppiter & dij ſeruire imprudẽti domino.

⁎Negabundus negans.Cc.

¶Negatiuus.a.um.qđ negat:vt dictio negatiua.

¶Negociũ a nec & ociũ fit:quaſi nõ ociũ:hoc eſt opus:ſicut a nec & lego:negligo:& c vertit̃ in g.ſicut in quingẽti q̃uis a centũ cõponat̃. Et accipit̃ pro occupatione.vt Et ſi negocijs familiaribus ipediti. Aliqñ pro eo qđ vernacula lingua dicim⁹ la impreſa.Cęſar lib.ij.cõ. Ipſe cũ primũ pabuli copia eſſe inciperet ad exercitũ venit:dat negociũ ſenonibus reliquiſq; gallis qui finitimi belgis erãt vti ea q̃ apud eos gerant̃ cognoſcãt. Aliqñ ꝑ labore ope Ci.Cornifi. Etſi per iniquo patiebar aío te a me digredi. tñ eo tpe me cõſolabar:cꝫ & in ſummũ etiã ociũ te ire arbitrabar:& ab impẽdẽtibus magnis negocijs diſcedere. Idẽ Fabio. Adhibui diligẽtiam quoties ſenatus fuit:vt adeſſem:plurimũq; in eo negocij habui. Aliqñ pro cura moleſtia ſollicitudie. Ter. Poeta cũ primũ animũ ad ſcribẽdũ appulit id ſibi negocij credidit ſolũ dari:populo vt placerẽt quas feciſſet fabulas. Do.modo pro moleſtia & cura nõ labore. Cic. Cũ eſt allatũ ad nos de temeritate eorũ qui tibi negociũ faceſſerẽt. Augu.li.xij.de ci.dei. Sed cũ his nullum nobis eſt in his libris negociũ qui diuinam mẽtem facere vel curare iſta nõ credũt. Ita poſuit ac ſi dixiſſet:nolo mihi rẽ eſſe. Itẽ negociũ dicit̃ factũ de quo q̃ſtio. Et negocij remediũ eſt. Plau.i cap.neq; de hac re negocium eſt quin male occidam.

¶Negocioſus.a.um.qđ eſt negocijs plenũ. Sal. Prudẽtiſſimus quiſq; maxime negocioſus erat.

¶Negocialis ad negociũ pertinet. Cic. Hæc conſtitutio partes duas videt̃ habere:iuridicialem & negocialem.

¶Negocior:aris.negocia exerceo & mercaturę operam do.Ci.li.iij.offi.Cũ ſe ſyracuſas ociandi cauſa non negociandi cõtuliſſet. Idẽ Ser. Sulpit.M.Curius q Patras negociat̃.i.mercaturę operã dat.Hinc negociator q in aliorũ negocijs ſe exercet. Vñ Labeo. Negociatores ſerui vident̃ q ꝑpoſiti ſunt negocij exercẽdi cã veluti q ad emẽdũ aut locãdũ & cõducẽdũ ꝑpoſiti ſunt. Negociationẽ ꝑ mercatura poſuit Col.li.j.Hęc.n.negociatio curã villici auocat.

⁎Neleides patronymicũ a Neleo & nele⁹ poſſeſſiuũ. C.

⁎Nem pro nempe aliquando ſcripſerunt veteres q̃uis & pro niſi etiam ſumpſere.Cc.

¶Neleus nomẽ proprium patris Neſtoris.

¶Nemeſis:pe.cor.nomẽ cuiuſdã deæ:q̃ facinoroſos & delinquẽtes punire putabat̃:vt ex Catullo & Auſonio licet intelligi. Inſuper eadẽ fert̃ remuneratrix benefactoꝝ Vñ apud Stra.li.xiij. Eſt dea quã nemeſim dicũt dea magna potẽſq;. Quę bona cęleſtũ cõceſſu cũcta deorũ Poſſidet. Hãc q̃dã fortunã dixerũt cui prim⁹ Adraſtus rex tẽplũ ædificauit. Romani quoq; huic deę tẽpla dicauere ſtulti q ſubſtãtiã aliquã fortunã putarũt regnorum atq; opũ diſpẽſatricẽ q̃ ſoli⁹ dei nutu huc atq; illuc trãſferunt̃ Hoc etiã noie dicta fuit Tibulli amica. Suidas.νέμεσις ἡ δίκη.μέμψις.ὕβρις.φθόνος.τύχη.βαβρίας φησὶν μυθικοῖς καὶ αἰλιανὸς νεμέσεως ἐφόρου τρόπους ὑπερόπτας καὶ ὑπερηφάνους κολαζούσης ἐναργῆ μαρτύρια. ⁎.i.Nemeſis iuſticia q̃rela cõtumelia iuidia fortũa. Babri⁹ dicit i fabulis & Aelian⁹ nemeſis ꝑſidis mores deſpectores & ſupbos punientis manifeſta teſtimonia.

¶Nemo tñ ad homies refert̃:nullus generaliter ad oĩa: vt nullus homo:null⁹ lapis.nemo ꝓprie dicit̃ nec homo Et cũ ſit generis cõis ponit̃ quãdoq; ꝑ nullus. Caduceatori nemo homo nocet. Ci.Hoiem q̃dẽ ſcire arbitror neminẽ. Sal. Q tio nemo vir melior nec ꝑſtantior. Nõ ergo nemo idẽ eſt qđ nullus homo. Sic eñ fruſtra iũgeret̃ homo. Nonnunq̃ tñ a poetis nemo diuũ dicit̃ per Acyrologiã. Virg. Turne qđ optãti diuũ promittere nemo auderet. Nõnunq̃ etiã de fœminis dicit̃. Ter. Hoc ſcio vnum ego neminẽ peperiſſe hic.

¶Nempe aduerbiũ cõfirmãtis:qđ aliquãdo cũ interrogatiõe ponit̃. Aliqñ ſine interrogatione. Cic. Apud quẽ hęc dico? Nẽpe apud eũ q cũ hoc ſciret me tñ anteq̃ videit reip.reddidit. Quit. Nẽpe eñ in hoc plurimũ laboris exhauſimus : vt rhetoricã oſtẽderemus bene dicẽdi licẽtiã & vtilem & artem & virtutem eſſe.

¶Nemee:ſylua inter Cleonas & Phliũtẽ in qua Argiui ob Herculis memoriã Nemeęa ſacra celebrare cõſueuerũt. Hinc omis regio nemeęa dicit̃. Nemeę etiam fons:& mons. Virg. Et vaſtũ nemeę ſub rupe leonem.

⁎Nemertes nympha marina dicta quaſi icorruptibilis.

⁎Nemeęus.a.ũ.dictus eſt a nemeęa ſilua:vt Nemeę⁹ leo

¶Nemus proprie dr̃ qđ voluptatis cauſa cõparatũ eſt & plenũ amœnitatis.ἀπὸ τοῦ νέμω paſco cꝫ in eo greges atq; armẽta depaſci ſolẽt. Hĩc Nemorale adiectiuum:vt vmbra nemoralis. Nemorẽſe idem qđ nemorale:vt Nemorenſis ager:& nemorenſis rex qui Dianæ Aricinę ſacrificijs pręerat. Sue. Nemorenſi regi cꝫ multos iam annos potiretur ſacerdotio & validiorem aduerſarium ſubornauit.

¶Nęnia:æ.& Nęnia.orũ.vt eſt apud Oui.li.vj.Faſ.gręcum nomen eſt ab eo deductũ qđ eſt νεάτον.i.vltimũ. Erat eñ vltimũ quod defunctis caneretur:carmẽ quod in funere laudãdi gr̃a cãtat̃ ad tibiã añ cadauer ſepultũ.

Alio noie Epicediũ ſiue Monodia a gręcis dicitur. Dio. Apud Romanos id carmẽ qđ cũ lamẽtatione extremũ atq; vltimũ mortuo adcanit̃ nęnia dicit̃. Acrõ vero docet eſſe factitiũ nomẽ a ſimilitudine vocis eorũ qui queruntur & dolent. Quin. li. vij. Tertius eſt diuerſus trãſlationis modus cũ res cõis plurib⁹ in vno aliquo habet nomẽ eximiũ vt carmẽ funebre pprie nęnia dicit̃. Improprie tamẽ accipit̃ pro ineptia cuiuſlibet cãtus aut ſermõis. Sic Hiero. cõtra Ruf. Niſi forte nõ fuit in pręſentiarũ qui tuas emẽdaret nęnias. Hoc carmẽ Simonides poeta lyric⁹ prim⁹ iſtituiſſe dicitur. Sidonius pro epithaphio poſuit cum ait. Nęnia marmori inciſa per hendecaſyllabos.

¶ Neo. es. eui. etũ. nui diceremus ſed a Nuo. is. eſſe videret̃. ſignificat filũ torq̃o. Iuſt. li. i. Inuenit eũ iter ſcortorũ greges purpuram colo nentem. Ply. Superq; omnia netur ac texit lanę mõ & ſine lana. Hinc Perneo cõpoſitũ.

¶ Neoa gręce nouus latine. a quo multa deducuntur.

¶ Neogamus: penul. cor. nouus nuptus.

¶ Neotericus: recentior. νεότεροι recentiorem dicunt.

¶ Neotericoteron nouum vocabulum.

¶ Neoſtropus nuper tortus.

¶ Neophytus. pe. cor. nouellus quaſi nouum germẽ noua planta. φυτὸν. n. planta dicitur. Hiero. contra Luciferinum. Neſcis & laicos & clericos vnũ habere chriſtum: nec alium neophytis: alium epiſcopis eſſe deum.

¶ Neoptolemus. pen. cor. nouua miles. neos eni nouus ptolem⁹ miles. Quo noie dict⁹ eſt Pyrrhus Achillis fili⁹

¶ Neomenia. pe. acuta. latine nouiluniũ: vl̃ pria dies lunę: aut mẽſis. νέως noua μήνη mẽſtrua hoc eſt luna. ab μήνη q mẽſis dicit̃. q; ſingulis mẽſib⁹ a mulierib⁹ defluãt

¶ Nepa: vl̃ nepes more graeco ſcorpiũ ſignificat. Plau. Dabo me ad parietem imitabor nepam. Cic. lib. v. de fi. Serpere anguiculos: natare anaticulas: volare merulas. cornibus vti videas boues: nepas aculeis: ſuam cuiq; naturam eſſe ad viuendum ducem.

¶ Nepos qui ex filio filia ve nat⁹ eſt: q; natus poſt ſit patri: q̃ fili⁹. Cuius relatiuũ eſt Auus. Et ſicut Proauus eſt aui paterni vel materni pater: itẽ auię paternae vel maternę pater. Ita eius relatiuũ eſt pronepos: a quo fœmininũ proneptis: vt a nepos neptis. Et a ꝓauo fœmininũ proauia. Et Abauus proaui paterni vel materni pater: item proauię paternę vel maternę pater: a quo abauia: relatiuũ q; ei⁹ abnepos: a quo Abneptis. Et Atauus abaui pater dictus quaſi terti⁹ pater: a quo Tritauia: & relatiuũ Atnepos & Trinepos a quo Atneptis & Trineptis. Aliq̃n nepos dicit̃ fratris vel ſororis filius. Ad cui⁹ differẽtiã dicimus. Hic ẽ mihi ex fratre ſeu ex ſorore nepos. Qui vero poſt trinepotẽ ſunt: miores dicũt̃: ſicut poſt tritauos maiores. Q̃nq; Nepotes poſteri vocant̃. Virg. Forte recenſebat numeꝝ charoſq; nepotes. i. poſteros ac deſcẽdẽtes Itẽ Nepotes appellant̃ cõſumptores a nepa q vt Ply. inquit deuorat oẽs filios vno ſolũ ſaluo. Siue dicunt̃ luxurioſę vitę hoies q; non aliter his rei ſuę familiaris cura ſit q̃ ijs quibus pater & auus viuunt. Hor. Vincit eñ ſtultos ratio iſanire nepotes. Vnde Nepotari qđ eſt luxurioſe & prodige viuere: & Nepotatus vitę luxuries. Tertul. i apologetico. Ariſtippus in purpura nepotat̃. Nepotulus diminuti. Suidas tñ ἐν νέποδες νέπως νέπωτος ἐθνικὸν καὶ ὄρος δὲ ἑνὸς δ ρου ὄνομα παρὰ τὸ νε στερητικὸν καὶ τοῦ πίνειν πότος καὶ τοὺς παλαιοὺς ἐξ οὗ δηλαδὴ οὐκ ἔστι πίειν. ✱ i. Nepos. otis. gentile nomẽ & mons dictus a ve priuatiua particula & poto quoniã ſecundũ antiquos a ex eo videlicet non eſt bibere.

✱ Nepentes quidã exiſtimãt pharmacũ herbam eſſe quã bugloſſam nõnulli vocant a νη priuatiua ꝑticula & πένθος qđ triſticiam ſignificat. Cc.

¶ Neptis quę ex filio filia ve nata eſt. Eſt eñ foe. a nepos

¶ Nepotor: luxurioſe & ꝓdige viuo. hic Nepotatus us. de quo modo. Affra. Scurrilitate ac nepotatu nobil. a.

¶ Nephritis renũ paſſio: ſeu morbus qui īter acutos numeratur. νεφρὸς eñ rẽ dicitur. Vnde Nephretici qui renũ morbo laborant: vt eſt apud Hippo. & Galenum.

¶ Neptunus Saturni & opis filius maris de⁹ dictus eſt a nãdo mutatis litteris primis: vt inquit Cic. lib. de natura deorũ. vel vt Varroni placet a nubẽdo q; vt cęlũ nubes: ita mare terras regat. Hinc Neptunus. a. um. poſſeſſiuũ. Neptunalia neptuni ſacra q̃ & Salatia a ſale dicuntur.

¶ Nequando ne vllo tempore: ſicut Siquando ſi aliquo tempore.

¶ Nequaq̃ aduerbium negandi: ſignificat eñ non.

¶ Nequã nomẽ indeclinabile: qđ apud veteres ſignificabat hoiem nullius pretij: q; ne tãti quidẽ ſit: q̃ti qđ habet mimi. Cypr. Nequã hõ de nequã theſauro emittit nequã Vnde & a quibuſdã cõtrariũ ponit̃ frugi: vt i ea dictione dictũ ẽ. Poſtea iualuit vſus: vt denotaret hoiem laſciuũ ac libidinoſum. Var. nequã ex ne & quicq̃ media ſyllaba extrita cõponi oſtẽdit li. de lin. la. Quidã a neq̃o: q; nihil q̃at nulliq; rei ſit apt⁹. Caper docet nequã ſignare nõ malum: ſed inutile. Feſtus vero peiorẽ q̃ creditur eſſe. A nequã fit nequior & nequiſſim⁹. Col. Nulla eſt vel nequiſſimi hois amplior cuſtodia q̃ quotidiana operis exactio. Nam illud verũ. M. Catonis oraculum nihil agendo homines male agere diſcunt.

¶ Nequitia vitiũ eſt qđ caetera oia cõplectit̃. Eſt eñ frugalitati oppoſita: q̃ oẽs in ſe cõtinet virtutes. Vt eñ frugi a fruge. i. a fructu per quãdam animorũ fœcunditatẽ ita nequitia a ſterilitate hoc ẽ a nihilo noiata eſt. Nihil eſt eñ omne qđ fluit: qđ ſoluit̃ qđ liqueſcit & qđ ſemꝑ perit Ideo tales hoies etiã perditos dicimus. Eſt aũt aliquid ſi manet ſi cõſtat ſi ſemper tale eſt: vt eſt virtus cui⁹ magna pars eſt: atq; pulcherrima: quę temperantia & frugalitas dicit̃. Sępe tamẽ pro laſciuia & libidinoſa illecebra & pro luxu vitę prodigo atq; effuſo. Aphricanus ſcripſit mala probra flagitia q̃ homines faciũt in duabus rebus eſſe malicia: & nequitia. Vbi nequitiã intelligi vult luxum vitae prodigum & effuſionẽ immodicã pecuniarũ. Cice. in Ver. Ex mulierũ morſu veſtigia libidinis atq; nequitiae. Hinc Nequiter aduerbium cum nequitia.

¶ Nequicq̃ aduerbiũ ſignificat nõ. Virgi. Nequicq̃ pinguis paleae teret area culmos. Item capit̃ pro fruſtra. Idẽ aenei. ij. Arma diu ſenior deſueta tremẽtib⁹ aeuo Circundat nequicq̃ humeris. ¶ Nequalia ſunt detrimẽta.

¶ Nequa aduerbiũ ſignificat ne per aliquẽ locum.

¶ Nequis: ex ne & quis pro ne aliquis: hoc eſt vt nullus.

¶ Nequid nimis. Sententia peruulgata. Cui deeſt agas. Ter. in an. Nam id arbitror in vita apprime eſſe vtile: vt nequid nimis. i. nequid agas nimis.

✱ Nequinũt pro nequeũt. i. nõ poſſunt dixerũt antiqui.

✱ Nequitus pro nequiter antiqui dixere. Cc.

¶ Nequino: as. modo laſciuio: modo nego.

¶ Nequinũ oppidũ qđ nũc Narnia dicit̃ ob icolarũ libidinoſam inertiã. A quo Nequinates q nũc Narnienſes.

¶ Nero: vt Gel. li. xx. verbũ ſabinũ ẽ quo ſignificat̃ virt⁹ & fortitudo. Itaq; ex Claudijs quos a ſabinis ortũdos accepimus qui erat egregia ac ꝓ̄ſtanti fortitudine: Nero appellatus eſt. Sabini autẽ id nomen a graecis accepiſſe vident̃ qui vincula & firmamentũ mẽbrorũ νεῦρα dicunt noſtri neruos. Hoc noie eſt imperator Romanoꝝ q omniũ quos terra ſuſtulit crudeliſſimus fuit. hic proprium nomen in appellatiuũ cõmutatũ eſt: & Nerones nũc crudeles: & Neroniores crudeliores dicimus.

¶ Nerulũ oppidũ i Lucanis qđ vi captũ fuiſſe repẽtino aduẽtu aemylij ꝓtulit Liu. lib. ix. Inde Nerulonẽſes dicti ſũt. Sue. i Aug. Manib⁹ colybo decoloratis nerulonẽſis

menſarij.

Nerulani populi in latio iuxta Romam quorū memi
nit. Ply. lib. iij.

Nereus maris eſt oceani & Tethyos filius. Et pro ma-
ri ponitur. Inde nereides.

Nereides pe. cor. patronymicum: fuerunt maris nim-
phę humanam effigiem habētes quorum noia ſunt Ny
ſee & Cymothoe.

⁎Neritę ſunt ex cōcharū genere: quę per maria nauigāt:
prębent concauā ſibi partem. Alteram vero flanti aurę i
ſtar veli apponentes. Cc.

⁎Neriū frutex eſt folijs amygdalę: ſed maioribus & pin
guioribus. Folia eiꝰ quadrupedum ſunt venenum. Cc.

Neritum ſiue neritos. pe. cor. Inſula eſt ſeu oppidum
in ea qđ Leucas vocabatur: vt Stra. & Ply. ſcribūt. Virg.
Et neritos ardua ſaxis.

Neruij fuerūt populi inter belgas maxime feri magnę
virtutis homines de quibus Cęſar li. ij. com. meminit.

Neruus notę ſignificationis: quale eſt illud i Iob. Oſſi
bus & neruis cōpegiſti me. Hic e corde originem habēt: vt
docet Ariſtoteles. Alij a cerebro oriri dicunt. Iñ Subner
uo as. qđ eſt neruos icido. Hiero. in Ioſue. Equos eorum
ſubneruabis. Ponit quandoqꝫ neruus pro robore & viri
bus. In neruis em̄ robur peculiariter exiſtit. Vnde dicimꝰ
rem eſſe ſine neruis q̄ debilis eſt. Hor. Sine neruis altera
quicquid Cōpoſui pars eſſe putat. Ter. Vbi tu neruos in
tēdas. Hinc Ci. neruos reip. appellat milites claſſem & ve
ctigalia. Neruus etiā vinculi genus eſt quo pedes aut cer
uices impediunt. Ex quo eſt illud Catonis Fures priua-
torū furtorū in neruo atqꝫ in cōpedibus ętatē agūt: fures
publici in auro atqꝫ in purpura. Plau. in aul. Neruos cate
nas numelas pedicas boicas. Dicit & neruū neut. gener.
Hiero. in hiere. Et miſit eū in neruū qđ erat in porta ben-
iamin ſuperiori. Itē neruī dicūtur chordę citharę. Ci. li. j.
tuſ. Summā eruditionē græci ſitā cēſebāt in neruorū vo
cūqꝫ cātibus. Proper. Hęc carmina neruis aptat. Hę ſimi
liter dicūtur neruię: quoniā ex neruis fiant. Et neruus mē
brum virile. Iuue. Menſura incognita nerui.

Neruoſus. a. um. qđ multos habet neruos. Ci. li. iij. of
fi. per tranſlationē dixit. Neruoſius qui iſta diſſerunt ſo-
lum audent malum dicere id quod turpe ſit.

Neruiceus a. um. qđ eſt ex neruo. Hiero. in lib. Iudicū
Si ſeptem neruiceis funibus necdū ſiccis ligatus fuero:
infirmus ero.

Neruię ſunt fidiculę tanq̄ ex neruis cōcinatę. i. chordę
citharę. hinc apud auctores legimus neruias i fidibꝰ brū-
mali dic alias digitis pelli alias ſonare.

Neruicus dicitur qui neruis laborat. Vict. li. iiij. aquæ.
Neruicos & podagricos efficiunt: ſulphuroſi fontes ner
uorum labores reficiunt.

Neurobatę pe. cor. qui omnifariā prorepūt: qui ambu
lant ſuper neruos & funes neruiceos. τὰ νευρά greci ner-
uos dicūt. Iul. Firmicus lib. vij. matheſeos. Cū teſtimo-
nio vero martis & lunę erunt funābuli olibatæ neuroba-
tæ occidēt. hos Iul. maternus olibatas: Capitolinus ve-
ro Euribatas appellat tanq̄ late aſcendentes.

Neſa regio mōtana iuxta Aetnā. Neſus thracię fluuiꝰ

Neſium. Inſula in cāpano littore inter panſilypū & pu
teolos q̄ alio noie dicitur Neſis. Luc. Tali ſpiramine ne-
ſis. Huius nominis obliquos ꝑduxit Papi. Siluaqꝫ quæ
fixam pelago neſida coronat.

Neſſotrophion locus vbi anates clauſæ paſcunt. Neſ
ſi em̄ anates a gręcis dicunt. Col. li. ix. Media deinde pte
Neſſotrophij lacus defodit in duos pedes altitudinis.

Neſcio is. ignoro non cognoſco: ex ne & ſcio. Augu.
Phariſæus qui inuitauerat dominum Ieſum putauit do
minum neſciſſe mulierem.

Neſcius qui ignorat & qui ignoratur.

⁎Neſea nympha eſt a natando ſic dicta. νέω enim nato
ſignificat. Cc.

⁎Neſſeus & Neſſus cētauri Ixionis & nubis filij. Cc.

⁎Neſtor Nelei ex chlori vxore filiꝰ fuit vir bello ꝑclarꝰ.
Inde neſtorides patronymicū & Neſtoreꝰ poſſeſſiuū. Cc.

⁎Neſtus thracię fluuiꝰ iuxta Abderam fluēs Pangeum
montem ambiens. Cc.

Neu. apocopatū eſt a neue: idemqꝫ ſignificat qđ neue
id eſt ne etiam. Virg. Neu ſegnes iaceant terræ.

⁎Neuceria vrbs eſt vmbriæ. Cc.

Neue: modo ſignificat ne etiam. Modo vel vt nō. Ci.
Neue vaſtius ſyllabę deducantur: hoc eſt vel nō vaſtius
deducantur.

Ne vnq̄ ſignificat nullo modo.

Neutiqꝫ vna pars oratiōis: & ſignificat nequaq̄. Ter.
in an. Ego Charine neutiqꝫ officiū liberi eſſe hominis pu
to cū is nihil mercatur poſtulare id gratię poni ſibi.

Neutiq̄: non minus vel nō valde: vel nullo modo. ha
bet em̄ aliquid aſſertionis. Ter. in hecy. In hac vſqꝫ illud
viſum eſt Pamphilo neutiq̄ graue.

Neuus. carūcula eminēs paululū in quo ſępe ſunt pili
& naturalis eſt. Nā cū homie naſcit & plerūqꝫ ſuccreſcit.
Hor. li. j. Ser. Egregio iſperſos reprēdas corpore neuos.

⁎Neuola flumen eſt in Sentinati agro. Cc.

Neuolo is. ne vult quaſi non volo. Plau. Filiam meā
tibi deſponſatam eſſe audio niſi tu neuis.

Neuter: a. um. neutri. trę. neutri. Sic vter nullus ſolus
alter & huiuſmodi. Terē. i an. Tā iners: tā nulli cōſilij pro
nullus. Et eſt neuter vtriqꝫ cōtrariū. ſignificatqꝫ nec hic
nec ille. In quo aduertēdū eſt qꝛ dicimꝰ neuter alterū. non
autē neuter neutrū. Nā ſi ita dicamus Neuter alterū dili-
git: hoc ſignificamus: neqꝫ ille hūc diligit: neqꝫ hic illum.
Qꝫ ſi neuter neutrū diceremus ſignificaremus ne ſe quiſ-
dē iꝑm vtrunqꝫ diligere. Neutro aduerbiū ſignificat: nec
ad vnam partem nec ad aliam. vt Et neutro iclinata ſpē
torpebat.

⁎Neuris herba quā alij ſolamū alij veſicariā vocant. C.

Neuri populi ſcythiæ europæ.

Neutralis & hoc neutrale qđ eſt neutrius ptis. Vñ neu-
tralia verba dicta ſunt q̄ neqꝫ agunt aliquid nec patiunt:
vt ſto: iaceo: cubo: ſedeo. Hęc in nulla actione i nulla paſ
ſione. ſunt alia neutralia ab vſu dicta q̄ habēt actionem:
ſed paſſionē nullā: vt certo habet actionē: ſed nō dicimꝰ
certor. pugno: cœno. Alia ſunt q̄ patiunt ſed nō agunt:
vt vapulo: pendeo: algeo: langueo: & huiuſmodi.

⁎Neuropaſton vocāt nōnulli cynorhodon. i. roſam ca-
ninā qꝛ cōtra canis rabidi morſum vim maximā habeat
fert & vuā nigrā in cuius acie neruū habet. Cc.

Nex necis proprie mors q̄ ferro fit aut alia vi. Vñ neci
datus dicit q interfectus eſt. Feſtus tñ neci datū itelligit
qui ſine vulnere iterfectus eſt. Vñ Auſo. Sera venenato
potu abſtulit Hānibalē nex. Siſē. Quoniā neqꝫ mea nex
neqꝫ interceſſio poſſe videt illorū de mente reprimere au
daciā. Ci. Inſidiatori vero & latroni quę poteſt afferri in-
iuſta nex. Amb. lib. de paradiſo. Nēpe diabolo auctore
neces videntur iuſtis hominibus prępararī.

Nexo as. & is. xui. xum. ſecundum Priſc. frequentati
uum eſt a necto. Virgi. li. v. Nexentem nodis ſeqꝫ in ſua
membra plicantem.

Nexus. xa. xum. participium. Virgilius libro quinto.
Vincula linea rupit. Quis innexa pedē malo pēdebat ab
alto. Nexus. xus. vel nexus nexi in obligatione dicitur.
Cicero Curioni. Cuius quando proprium te eſſe ſcribis
mancipio & nexo. Idem pro Murena. Qꝫ ſi in repetun-
dis quæ mancipi ſunt is periculū iudici ꝑſtare debet q ſe
nexu obligabit. Nā vt teſtis eſt Liuiꝰ: Mos erat romę: vt

qui ſoluendo non fuiſſent addicebantur fœneratori cui ſeruirent quoad debitum perſoluerent. Et hi nexi appellabantur: ducebanturq; in ergaſtula ad perſoluendum. Var. Nexi ſunt liberi qui operas ſuas in ſeruitute pro pecunia quã debebant domino preſtabant.

¶Nexilis & hoc nexile: penulti. cor. quod nectitur: ſicut textile quod texitur. Lucil. Nexilis ante fuit veſtis quã textile tegmen.

N. ante I.

¶Ni pro niſi ſubiũctiuo iungiť. Eſt enĩ a niſi per apocopē factũ. Quãdoq; etiã idicatiuo: vt ni fallor. Vbi ſciendũ eſt: ꝙ ni niſi q̄ & preterq̄ ſemper repetunt eoſdē caſus qui preceſſerũt: vt quid eſt aial niſi corpus cũ aia concretũ? Quid aliud q̄ris q̄ voluptatē? Nulli placet ꝑter q̄ mihi. Preter vero ſemp exigit accuſatiuũ: vt nulli places ꝑter me. Poniť interdũ ni pro ne. Virg. Ni teneant curſus. Plau. Ni ſtulta ſis. Niſi in principio ſententiæ indicatiuũ deſyderat: alias etiam ſubiũctiuum: vt vapulabis niſi caues. vel caueas. Eſt autē cõpoſitũ niſi ex nõ & ſi: & ſignificat ſi non: vel preterq̄. Eſt enĩ cõiunctio exceptiua licet quandoq; pro continuatiua vſurpetur.

¶Nice grece: latine Victoria dicitur. Vnde Nicephorus victorioſus quaſi ferens victoriam.

¶Nicander nomen proprium: quaſi victor vir.

¶Nicanor: pe. prod. oris genitiuũ facit. pe. cor. nomen proprium: quaſi victor.

¶Nicator victorioſus. quo cognoiatus eſt Seleuc⁹ q vt Appianus iquit in ſyriacis in bello ſemp inuict⁹ extitit.

¶Nicolaus nomen proprium quaſi victor populi.

¶Nicarchus: quaſi victor princeps.

¶Nicomachus: pe. cor. victor pugnę. Quo nomine dictus fuit pater Ariſtotelis philoſophi.

¶Nicomedes. pe. pro. nomen ꝓpriũ regis bithynię Romanorũ amici qui olim raſo capite ſumpſit pileũ & ſe Romanorũ libertum vocauit. a quo Nicomedia.

¶Nicomedia ciuitas bithyniæ a Nicomede rege qui eã condidit appellata. Multi enĩ eodē noie ſunt vocati: quēadmodũ Ptolemęi propter prioris claritatē. In huius ciuitatis villa magnus Conſtantinus obijt: qui cũ vellet in iordane fluuio baptizari atq; idcirco Hieroſolymã peteret morte ꝑuētus ab Euſebio Nicomediēſi Epo Arrhianę ꝑfidię ſectatore baptizatus eſt. Que res chriſtiani principis fidē apud plęroſq; in dubiũ vertit. Sed nõ eſt veriſimile cũ principe qui per oēm vitã ſuã Arrhiani dogmatis hoſtis fuerat in extremo ſpiritu ei demētiæ cõſenſiſſe quã ſummo ſtudio de ſuo imperio prius eliminauerat.

¶Nicopolis: ciuitas Epyri: a victoria Auguſti ſic appellata: qua Cleopatrã & M. Antonium apud Actium pręlio ſuperauit.

¶Nicophanes pe. cor. nomē pictoris: quaſi vir illuſtris.

¶Nicoſtrata: quaſi victorioſa exercitu. Quo nomie dicta Euandri mater.

¶Niciteria: ſunt prēmia relata ex victoria: vt Torques Iuue. Et Ceromatico fert niciteria collo. νικητήριον enim premium victorię diciť a νικάω qđ eſt vinco.

¶Nicia & nicea vtroq; mõ diciť ſecũdũ Priſc. Et eſt nomē duarũ vrbiũ: quarũ vna eſt Gallię: alia Aſię & Bithynię metropolis. Niceã primus Antigonus Philippi fili⁹ cõdidit & Antigoniã noiauit. Poſtea Lyſimachus a nomine vxoris Antipatri filię niceã appellauit. Vrbis ambitus ſtadiorꝫ. x. fuit in figura q̄drata: i cãpo ſita: habuit quattuor portas ad rectos ãgulos: eximio lapide q circa mediũ gymnaſiũ poſit⁹ erat oēs quattuor portę cernebãtur. Hic iubēte Cõſtãtino famoſa illa ſynodus celebrata eſt trecentorũ & decē & octo epiſcoporũ: & ꝑfidũ Arrhij dogma reciſum: fuit etiã nicias nomē viri de quo Theocritus: & Zenobi⁹ ita ſcribit. ἤτοι τέθνηκεν ἢ διδάσκει γράμματα τῶν μετὰ νικίου στρατευσαμένων εἰς σικελίαν οἱ μὲν ἀπώλοντο. .i. vel interijt vel docuit literas militantibus cum Nicia in ſiciliã multi interierunt.

¶Nicto is. ad canes pertinet cum ſentiũt odorem leporũ ſeu perdicum. Feſtus. nictit vt canis ad odorandũ ferarum veſtigijs leniter igãniens. Aenni. nare ſagaci ſenſit voce ſua nictit vltraq;.

¶Nicto as. frequētatiuũ eſt verbi niueo. es. Et eſt nictare oculorũ & aliorũ mēbrorũ niſu ſępe aliqd conari. Ply. li. xj. Pleriſq; vero naturale eſt: vt nictare nõ ceſſēt: quos pauidiores accipimus. Idē ibi. Grauiores alitũ inferiore gena cõniuēt eedē nictanť ab angulis mēbrana obeũte. Inde fiũt nictatio & nict⁹. Cõpoſitũ eſt Adnicto qđ eſt iuxta nicto. Feſtus. Adnictat: ſępe leniter oculo adnuit.

¶Nicortianus delicatius odoramentum & vnguētum dictum ab artifice probo Nicerote. Mar. Laudas piguia nicerotiana.

¶Nidor odor & putor vſtrinę & rei vſtulatę. vt apđ Vir. li. xij. Illi igēs barba reluxit Nidorēq; ãbuſta dedit. Proprie tñ de carnib⁹ aſſis i culina & cęteris epulis acoctis diciť a nitore ignis. Mar. Paſceris & nigrę ſolo nidore culinæ.

¶Nideo. es. dui. Cuius cõpoſitũ eſt Renideo i frequentiori vſu. Et modo ſignificat ſplendeo. Sta. libr. x. The. Emicat effigies & ſparſa orichalca renident. Ply. lib. vij. Neq; in receſſu gēmę aut in deiectu renidente. Modo redoleo. Hora. Nec mea renidet in domo lacunar.

¶Nidus auiũ domiciliũ a nidore: vt putať: ꝙ mali odoris ſint auiũ cubilia. Qñq; tñ nidus accipiť pro ipſa aue: quaſi cõtinēs pro cõtēto. Virg. Ipſęq; volãtes ore ferunt dulcē nidis immitibus eſcã. Quãdoq; pro quodã vaſis genere a nidorũ ſimilitudine. Var. Nymphaq; e lacuna fontiũ allata nidos implēt. Et nidi dicunť in quibus merces in tabernis ſeparatim tenenť. Mar. De primo dabit altero ve nido raſum pumice purpuraq; cultum.

¶Nidulus dimi. paruus nidus. Gel. De auiculę nidulo.

¶Nidifico. as. nidum facio. Virg. Sic vos nõ vobis nidificatis aues.

¶Nidulor: pe. cor. idē qđ nidifico. Ply. li. xj. Aliud rurſus eorũ genus q e fimo igentia pilas auerſi pedibus volutãt: paruoſq; i his cõtra rigorē hyemis vermiculos fœtus ſui nidulanť. Aliquando Nidulari eſt oua icubare. Var. Prima dies deinde illos quibus halcyones hyeme in aqua nidulanť: eos quoq; ſeptē eſſe dixit.

¶Niger ꝓprie fuſcus diciť: eſt enĩ cõtrarius albo. ꝑ trãſlationē tñ poniť quãdoq; pro mortuo. Iuue. Inſtituitq; rudes melior locuſta ꝓpiquas Per famã & populũ nigros efferre maritos. Qñq; ꝓ noxio. Vir. Et nigris exeſa chelidris creta. Qñq; ꝓ malo. Iuu. Nigrũ i cãdida vertũt. Solebãt enĩ priſci qđ bonũ & laudabile erat: creta vel alba linea notare. Cõtra qđ turpe fuiſſet: nigro ſignabãt. Vnde Perſius. Queq; ſequēda forēt & quę vitãda viciſſim: illa prius creta: mox hęc carbone notaſti.

¶Nigellus. a. um. diminutiuũ quod eſt parum nigrum.

¶Nigredo: nigricies & nigricia: ipſe color fuſcus. Vnde Ply. Capillorum nigriciam dixit.

¶Nigror ipſa nigredo. Ci. li. j. de diui. Noctiſq; & nimborum occęcat nigror.

¶Nigreo. es. a quo nigreſco: niger fio. Claud. li. iij. Nũc ſibi mutatas liceat nigreſcere veſtes. Col. Oliuæ cum nigruerint ſereno cęlo diſtringere manu conuenit.

¶Nigro aa. nigrũ facio. Vñ denigro as. Hie. Denigrata ē facies. Interdũ nigrare ē nigrũ eē. Col. li. vij. Parãdi ſũt boues nouelli q̄drati magnis mēbris: cornib⁹ ꝓceris & nigrãtib⁹ & robuſtis: narib⁹ reſimis patulis: ceruice lõga & toroſa: paleanib⁹ ãplis & pene ad genua ꝓmiſſis: pectore ma

gno:armis vaſtis:capaci & tanq̄ iplente vtero:lateribus
porrectis:lumbis latis:dorſo recto planoq̨: clunibus ro
tundis:cruribus compactis:arrectis ſed breuioribus po
tius q̄ longis:nec genibus improbis: vngulis magnis:
caudis longiſſimis & ſetoſis piloſiſq̨:corpore denſo bre
uiq̨:coloris rubei fuſcive: tactu corpis molliſſimo Ply.
lib.ix. Rubeus color nigrante deterior.
¶ Nigrefacio.is.& nigreſio notę ſignificationis.
¶ Nigrico as.pe.cor.aliquantum niger ſum. Ply.lib.x.
Viribus pręcipua colore nigricās ſola aquilarum foetus
ſuos alit.i.aliqua nigredine tincta.
¶ Nigris fluuius eſt a quo Nigretes populi cognomina
ti ſunt. Dictus nigris propter ſolitudines nigri pulueris
eminētibus interdū velut exuſtis cautibus.
⁎Nigris fons eſt in Aethiopia quem nōnulli caput Nili
eſſe autumauerunt.Cc.
¶ Nihilū:ex nō & hilū cōponiẗ qđ ſignificat vllū.Ci.li.j.
tuſ.Illud ſaxū qđ ſiſyphus ſudās nitēdo:nec proficit hi-
lū. Sūt q putēt hilū ſignificare illud qđ grano fabę adhę
ret. Alij pēnę modulū intelligi volūt.ex quo nihilū & ni-
hil per apocopen qđ ſignificat quātitatē:vt nihil vini ha
beo. Inueniẗ etiā pro aduerbio negādi poſitū. Ter. Nihil
circuitione vſus es.i.nō. Inuenitur etiā nihili indeclinabi
le & triū generum:quaſi qui ne hili quidem eſt:hoc eſt nul
lius pretij aut vtilitatis.
¶ Nihildum id eſt nondum. Cic. Caſ. Et q̄q̄ nihildū au-
dieramus nec vbi eſſes.
¶ Nihilominus:non minus. Cice. Figulo. Tamen nihi-
lominus eis conficior curis:vt ipſum quod viuam pec-
care me exiſtimē.
¶ Nil ſyncopatū eſt a nihil. Et mō nomē eſt:vt nil boni-
tatis habes. Modo aduerbiū. Ter. in an. Nil me fallis.
⁎Nihili facio nihil æſtimo.Cc.
¶ Nilus ægypti fluuius:a Nileo rege ſic dictus:vel a no
uo inferendo luto ꝙ ſua inundatione totā feracē reddat
ægyptū. Vñ Ser. Nilū dici exiſtimat quaſi νέον ἴλυν:hoc
eſt nouū trahētē limū quo oblimet:hoc eſt limo obturet
ægyptū & oppleat. Euſtathius interpres Homeri pariter
& Dionyſij libyci in Dionyſio ſic ſcribit. ἡρόδοτος μὲν
λέγει τοῦ νείλου τὰς πηγὰς μὴ γινώσκεσθαι διὸ οὐδὲ
αὐτὸς ἔχει φάσαι τούτου τὰς πηγάς. δοκεῖ δέ φησιν οὐ
δὲ ἑνὶ τῶν ἑλλήνων ἕτεροι δέ φασι τὸν νεῖλον ἐκ τῶν
τῆς σελήνης ἤτοι ἐκ τῶν σεληνιακῶν ὀρῶν ἄγεσθαι. ⁎.i.
Herodotus qdē dicit nili fontes non cognoſci. Quapro
pter neq̨ ipſe ſcit ait huius fontes:videtur dicit neq̨ ego
neq̨ quiſq̄ gręcorū dixiſſe huius fontes. alij aiunt nilum
ex lunę montibus duci. Vnus eſt ex maiorib⁹ totius orbis
fluuius:a quibuſdā Gęon diciẗ quaſi terra qui antea Me-
lo vocabaẗ. Habet ſeptē oſtia. Virg. Et ſeptē gemini tur-
bant trepida oſtia nili. Nomina oſtiorū hęc ſunt. Cano-
picū:Bolbiticū:Sebeniticū:Phoeneticū:Mendeſicū:Ta
nicū:& Peluſiacū. Naſcitur in monte inferioris maurita-
nię nō longe ab oceano:ſtagnāte ibi lacu:quē vocāt Nili-
dē:deīde cōdit ſe itinere aliquot dierū rurſumq̨ erumpit
alio lacu maiore i mauritania cęſarienſi. Iterūq̨ arenis re
ceptus per deſerta. xx. dierū ſpatio fertur ad proximos
Aethiopas & denuo proſilit fonte qui niger diciẗ. Inde
Aphricā ab æthiopia ſecās æthiopas ſic pleraſq̨ īſulas
facit quarū clariſſima eſt Meroe cuius Metropolis etiam
Meroe vocaẗ. Poſtq̄ ſe aquis oībus auxit nilus appella-
tur. Denīq̨ multis oſtijs fertur in mare ægyptiū ægypti
q̨ inferiorē partē dextra lęuaq̨ diuiſus amplexu ſuo de
terminat. Canopico oſtio ab africa. Ab Aſia peluſiaco:
propter qđ aliqui ægyptū inter inſulas poſuere ita ſe di-
uidente Nilo:vt triquetram terræ ſignum faciat. Idcirco
multi ægyptum. Δ. grecę litterę ſimilitudine Delta voca
uerunt. Augetur Nilus certis diebus mirū in modum &
per totā ſpatiatus ęgyptū foecundiſſimus innatat. A ni
lus fiunt adiectiua. Niloticus.a.um:vt Nilotici piſces.&
niliacus pe.cor.a.um. Mar. Niliacis primū puer hic ſit na
tus in oris. Nili quoq̨ apud veteres capiuntur pro foſſis
in ludis circūdatis:pro ſeptis:ſiue pro canalib⁹ aquarum
aliunde deductarum quos Romani tradoimnos dedu-
cebant. Vide in dictione Euripi.
⁎Nilon gemma eſt colorem habēs fumidæ topacij: aut
aliquando mellei.Cc.
¶ Nimbus repentina & p̄ceps pluuia. Poniẗ & pro vēto
Virgi. Nimborum in patriā loca foeta furētibus auſtris
Aeoliam venit. Interdū pro nube qua dij ſolēt in terras
deſcēdere. Lucil. Cū nimbo cęlitus deſcēdit Iuppiter. Et
nimbus vaſis gen⁹ quo vina vnguēta & alij liquores fun
duntẗ. Mar. A Ioue q venit miſcēda ad pocula largas fū
det nimbus aquas:hic tibi vina dabit. Hic nimboſus.a.
um. Vir. Fluctu nimboſus oriō.i.pluuioſus vētoſuſve.
⁎Nymbifer hoc eſt ferens nimbos.Cc.
⁎Nimblis inſula nō longe a Gyaro quam Callimachus
Agathuſam vocat.Cc.
¶ Nimis & nimium nomen loco aduerbij augēdi:& pro
vitio dicuntur:ſignificatq̨ plus ſatis. Teren. Nequid ni-
mis. Dicitur & Nimius.a.um. vt nimius labor exhaurit
vires. Et nimietas.
¶ Nimirū aduerbiū confirmandi:hoc eſt ſine dubio cer
te. Poteſt etiā ſolui:vt dicatur. Nimirum non eſt mirum
nam ni ſignificat ne. & ne ſignificat nō:vt Plau. Ne vult
pro nō vult. Aliquādo ad reſponſionē adhibeẗ. Quint.
Demus id quod nullo modo fieri poteſt:idē ingenij do-
ctrinę ſtudij peſſimo atq̨ optimo viro: vter melior diceẗ
orator? nimirum qui homo quoq̨ melior.
¶ Niniue:pe.cor.vrbs Aſſyriorū quā ędificauit Aſſur
egrediēs de terra Senaar a Nino rege ſic dicta: vt ſcribit
Aug. Eſt & alia ciuitas iudęorū in angulo arabię quā nūc
corrupte niniuē vocāt & i gtō niniues facit. Vñ Aug. lib.
xv. de ci. dei. Niniues ciuitatis magnę Ninus Beli fili⁹ cō
ditor: nomē ex illi⁹ noīe deriuatū eſt:vt a nino niniue vo
careẗ. Et populi i ea habitātes Niniuitæ pe.pro.dicūtur.
¶ Ningo:is. vel ninguo.is.xi. Priſ. Ninguo quoq̨ nixi
vñ & nix:ſicut a duxi dux a rexi rex. Vir. li. iij. ge. Interea
toto nō ſeci⁹ ęquore niguit. Sūt etiā q niguo dicāt a nin-
gue cui⁹ noīatiuus eſt ninguis qđ antiqui ꝑ niue vſurpa
bāt. Lucr. Albas effundere nigues. Apul. ī p̄io herma.
Aſpera hyems erat:oīa nigue canebāt.nūc dicim⁹ nix.
¶ Ninguidus.a.um.idē qđ niuale qđ ninguib⁹ abūdat.
⁎Ningulū veteres dixere quaſi nec vllum. Mat. Nec ni-
gulis mederi queat.Cc.
⁎Ningues pro niues dixere veteres. Lucre. Albas effun
dere ningues.Cc.
¶ Niobe:nomē filię tātali ſororis Pelopis vxoriſq̨ Am
phionis q̄ in ſaxū verſa eſt ex dolore:vt poetę fingūt cū
ex foecūdiſſima matre ad orbitatē redacta ex ticto ſvidiſ
ſet filios filiaſq̨ oīs: quos Apollo & Diana ſagittis cōfi
xerāt. q̄ in ſaxo verſa diciẗ:qm̄ ex nimio dolore attonita
obmutuit ac veluti lapideſcēs malis diriguit. A Sta. i ſyl
uis Sylpileia mater dicta niobe: qm̄ facta ſaxea turbine
venti in ſylpilū patriā rapta eſt vbi fixa cacumine mon-
tis liquitur:& lachrymis etiam nunc marmora manant.
¶ Niphates:pe.prod. Scythię fluuius. Quo etiā noīe di
ctus ē mōs armenię ex quo Tigris naſciẗ:vt refert Stra.
Virg. Addā vrbes Aſię domitas pulſumq̨ niphatē. Di-
ctus niphates:a niuibus. ἀπὸ τῆς νιφάδος.
¶ Niptra dicuntur lauacra: a νίπτω: qđ ſignificat lauo.
quo nomine dicta eſt tragoedia Pacuuij quā allegat Ci.
lib. ij. tuſ.
⁎Nis pro nobis veteres ſcripſere ſicut tin pro eum.Cc.
¶ Niſi:dictio exceptiua. Vide ſupra in dictione ni.

¶Niſſa: vrbs q̄ ad mediterraneā iacuit ſupra Trallis ad orientē: & maxima ex pte monti accubuit: torrēte quodā diuiſa q̄ cōuallē efficit. Ex hac fuerūt Apollonius phūs ſtoicꝰ Panętij familiaris: & Menecrates Ariſtarchi diſcipulus: & Ariſtodemꝰ eiꝰ filiꝰ quē valde ſenem iuuenis admodū audiuit Stra. Itē Soſtratꝰ ariſtodemi frater: & aliꝰ ariſtodemꝰ eiꝰ cōſobrinꝰ q̄ magnanimū pōpeiū erudiuit.

¶Niſaeus: locus in Media in quo pulcherrimi equi naſcebantur.

¶Niſaee nomen nymphę. Virg. Niſęe ſpioq̧ thaliaq̧ cymodoceq̧.

¶Niſyrus. pen. cor. parua inſula non longe a Co. in qua optima vina fiunt.

¶Niſus nomē regis Megarenſiū: qui vt ī fabulis ferſ in auē ſui nois cōuerſus fuit. Virg. li. j. Ge. Apparet liquido ſublimis in aere niſus. hic alio noie halietus diciſ.

¶Niſus. a. um. participium eſt a nitor eris.

¶Nitor: eris. nixus & niſus. Et eſt niti conari: qđ vernacula lingua dicimus pōtare. Virgi. Poſt valido nitēs ſub pōdere faginus axis Increpat. Interdū firmare ſuſtētare. Virg. Ille vides pura iuuenis q̄ nitiſ haſta. per tranſlationē Ci. Tu eris vnus ī quo nitaſ ciuitatis ſalus. i. ſuſtineaſ Interdū ambulare. Pacu. Ardua per loca agreſti ac trepidāte gradu nitiſ. Interdū Volare. Virg. lib. iiij. Hic primū paribꝰ nitēs Cyllenįꝰ alia cōſtitit. Interdū Fulciri. Ci. li. j. offi. Eſt igiſ adoleſcētis maiores natu vereri: ex hiſq̧ deligere optimos ac ꝓbatiſſimos quorū cōſilio atq̧ auctoritate nitanſ. i. fulcianſ: gubernentur: inſtituanſ. Huius cōpoſita ſunt Annitor. Cōnitor. qđ eſt totis viribus nitor. Cic. li. iij. offi. Quare quantū cōniti aio potes quātū laborę cōtendere ſi diſcēdi labor eſt potius q̄ volūtas tātū fac vt efficias. Enitor pario. Plau. in Amp. Geminos Alcumena enitiſ. Var. li. ij. de re ruſ. Faciēdumq̧ ſepta ſecreta ab alijs quo enitētes ſecludere poſſis: itē q̄ corpore ęgro. Aliquādo eſt cū conamine abſoluor. Vñ Enixæ dicūtur mulieres q̄ partus dolore leuatę ſunt. Item Eniti eſt extra vel perfecte operari: perficere. Sal. in Iug. Ab adoleſcentia ita ſe enixū: vt ab optimo quoq̧ ꝓbareſ. i. perfecte exercitū vel operatū. Col. li. ij. Sed nec ī media parte verſurę cōſiſtat detq̧ requiē in ſumma vt ſpe ſeſſandi totū ſpatiū bos agilius enitaſ. i. exaret pficiat. Hinc Enixe aduerbiū qđ & Enixū diciſ. Ci. Ego illos malos & audaces ſemper enixū cōtra fortunas atq̧ honores huius ordinis oia feciſſe ſentio. Innitor: inhęreo: firmor. Col. libr. vj. Quo plus ſolis medię arbores q̄bus vitis applicata & religata innitiſ: accipiāt. Hier. ad Iulianū. Vidit ſcalā de terra vſq̧ ad cęlū & deſuper innitentē dn̄m: vt laſſis manus porrigeret. Obnitor: cōtranitor obluctor induror obfirmor. Vir. li. iij. Geor. Verſaq̧ ī obnixos vrgētur cornua vaſto Cū gemitu cōtra obluctātes. Aug. li. ij. de ci. dei. Quoꝝ dicta cōtraria ſi toties velimus refellere quoties obnixa fronte ſtatuerūt nō cogitare qđ dicāt dū quocūq̧ modo noſtris diſputatiōibus cōtradicāt. Hinc aduerbiū Obnixe qđ ſignificat cū conatu: inſtāter quātū poſſibile eſt cōtra conantē. Terē. ī An. Pedibus manibuſq̧ obnixe oia facturū. Pernitor valde nitor. Ser. pernix pleuerās a pernitēdo tractū eſt. Renitor cōtra nitor. Hiero. ad Iulianū. Si huic cōſilio noſtro vel amicus vel aſſecla vel propinquus renititur: & te ad delicias reuocat: intelligito eū non de tua anima ſed de ſuo vētre cogitare. Subnitor ſuffulcio. Virgil. lib. iij. Parua philotetę ſubnixa petilia muro. Aliqñ eſt ſurſum nitor. Cęcil. li. anna. Ea latini ſubnixo aio ex victoria conſilium ineunt. Et habent pe. prod.

¶Nixus. a. um. participiū. Nixus. us. nomen: & ſignificat partū. Virg. Haud foetus nixibus edunt.

¶Nixurio: is. pe. cor. nixurij: niti volo ſeu cupio aut conor facere. Nigid. Nixurit qui niti vult & in conatu ſępiꝰ aliqua re perpellitur.

¶Nitor: ſplendor in quacunq̧ re diciſ. Cic. in Cato. Tū Lyſandrū intuētem purpurā eius & nitorem corporis. ſ. Cyri. Col. li. ij. Verū ex his maxime ſerendū qđ robus dicit cum & pondere & nitore pręſtat.

¶Niteo: es. nitui ſplendidus cultus politus ſum. hic niteſco nitidus fio. Cōpoſita ſunt Eniteo: qđ eſt extra: ſeu valde niteo. ꝑ trāſlationē vero Enitere ſignificat celebrē eſſe. Ci. li. iiij. ad herē. Nūc hoc ſ'gni eſt ip̄os artis ſcriptores nō putaſſe vnū potuiſſe in oibus elocutionis partibꝰ enitere. hic Eniteſco. Sal. Poſtremo Cęſar bellū exoptabat vbi virtus eniteſcere poſſet. Interniteo ī medio niteo Ply. Tunc eñ tellure internitent: quia his vētis maxime arenę mouentur. Et habent pe. cor.

¶Nitidus a. um. ſplēdidus. Col. li. ij. Far qđ appellatur cluſinū candidioris & nitidi coloris. hinc nitiditas. Acciꝰ Formę nitiditate pręcharus regi.

¶Nitido: as. nitidum facio. Col. li. xij. Ferramēta deterſa nitidentur: atq̧ rubigine liberentur.

¶Nitedula: aīal muris exigui genus: ſicut docet Ser. Cice. pro ſex. Vt illa ex vepreculis extracta nitedula rēp. conareſ arrodere. eſt & Nitedula cicindela quę noctu lucet.

¶Nitria: aegypti regio: & nomē duarū vrbiū ſupra Mēphim.

¶Nitrū: vt q̄dā putāt a nitria vbi naſci ſolet diciſ. Hoc nō multū diſtat a ſalis hamoniaci ſpecie qđ nōnulli exiſtimāt eſſe ſalis genus. Sicut eñ ſalē ī littore maris feruor cōficit ſolis durādo ī perrā aquas marinas: ita ī nitria vbi aeſtate pluuię prolixiores tellurē infundūt: ardor nimius aquas excoquit ī petrā ſali ſimillimā: ſed nihil gelidi rigoris nihil ſalſi ſaporis habētē: quę tñ iuxta naturā ſalis durare ī caliditate: & nubiloſo aere fluere ac liqueſcere ſolet Sunt qui dicāt nitrū apud Medos caneſcētibus ſiccitate cōuallibus fieri. Ply. lib. xxx. Sal & nitrū ſulphuri cōcoctum in lapidem vertitur. Et itē liquatū coquentes ex eo vaſa faciunt. Ex nitro medicinæ fiunt & ſordes veſtium corporumq̧ lauantur. Vnde apud Eſaiā. Si laueris te nitro: & multiplicaueris tibi hęrbam borith: maculata es iniquitate tua coram me.

¶Nix quaſi noua: graeci eñ νέον nouū dicunt. Antiqui tamen Ninguis: is. declinabant.

⁎Nixidos appellabāt quos putabāt pręſidere parientū nixibus. Cc.

⁎Nixurire veteres dicebāt. i. niti velle. Nigidiꝰ. Nixurit qui niti vult & ī conatu ſępius aliqua re perpellitur.

¶Niueus. a. um. qđ eſt ex niue: vt maſſa niuea: licet quādoq̧ pro candido ponatur.

¶Niualis & hoc niuale eiuſdē ſignificati: vt aqua niualis Gel. Qui aquā niualē frugibꝰ ſane & arboribus foecūdā diceret: ſed hoibus potu nimio iſalubrē eſſe. Col. lib. iiij. Niuale cęlū dixit qđ ſępe niues iducit. Ait eñ. Cęlū porro neq̧ niuale vinea: neq̧ rurſus ęſtiuoſum deſyderat.

¶Niuatꝰ a. um. qđ eſt niue refrigeratū. Sue. ī Nero. Refotus ſaepius calidis piſcinis: ac tēpore aeſtiuo niuatis.

¶Niuoſus: a. um. Locus ī quo ſunt frequētes niues.

¶Niueo es. xi. ctum. a quo Conniueo. Vide in dictione nicto.

N. ante O.

¶Nonas. aui. atū cū cōpo. Vide in dictione Nato as.

¶Nobilis: quaſi noſcibilis: a noſco. Vnde & ꝓ noto poniſ. Virg. Eſt locus Italię medio ſub mōtibus altis nobilis. Sic Illuſtris: egregius: īſignis: pręcipuus: ſingularis: cognitionis non meriti & laudis nomina ſunt: quia tā de flagitioſis q̄ de claris dici īueniuntur. Vñ & pro digno & excellēti ī quacūq̧ re poniſ ſiue bona ſiue mala. De bona

vt cũ ad generis dignitatẽ referẽ. Sall. Nobili genere natus fuit. De mala. Liu. Nobilis ille clade Romana locus Mar. Nobilis haec eſſet pietatis rixa duobus .i. excellens & digna notitia. Hinc nobilitas quę eſt generis vel alterius rei excellẽtia & dignitas. Col. lib. iiij. Deprehendi poteſt nobilitas i guſtu. his cõtraria ſunt. Ignobilis & ignobilitas.

❡Nobilito as. nobilem facio: dignitatem addo. decoro Apul. Quẽ nõ excellentia generis ſed mores virtuteſq́ nobilitauerũt. Aliquãdo notũ facio. Cic. lib. ij. offi. Teſtis eſt Phalaris cuius eſt p̃ter caeteras nobilitata crudelitas. Huius cõpoſitũ eſt Denobilito: quod eſt vitupero. Ter. in eu. Tu iam pẽdebis qui ſtultũ iſtũ adoleſcentulũ denobilitas flagitijs.

❡Noceo es. cui. citũ. Nocere ſignificat obeſſe. Col. li. ij. Nõ nocebitur ei nocturnis roribus alijſve ex cauſis dũ a pecore & auibus vindicetẽ. Significat etiã a maleficio nõ abſtinere. Vnde nocẽtes dicunẽ qui iniuriam aut maleficiũ cõmiſerũt. Innocẽtes q ab oi iniuria maleficio ve abſtinent. Innocentia integritas. Sall. Vbi quae metell⁹ agebat ex nũcijs accepit: ſimul & de innocẽtia ſua certior Romę factus diffidere. Ac tũ demũ veram deditionẽ facere conatus eſt.

⁎Noctes Atticę Gellij opus ꝙ noctu quę diu cũ alijs cõuerſando diſcuſſerat ſcripſit. Cc.

❡Nocuus qui nocet. Innocuus qui nõ nocet. Quãdoq́ tamẽ paſſiue ſumitur.

❡Noctua auis a tempore noctis dicta quo canit vel volat. Prouerbiũ ẽ Noctuas Athenas portas. ac ſi diceret Aquã mari ĩgis. Ferũt. n. noctuaꝝ maximam copiam Athenis eſſe.

❡Nocticorax ſeu Nycticorax coruus nocturnus interp̃tatur: nigra auis ac ſola clamãs & nocte volat. Nyctos νυκτός nox latine dicitẽ. Hierony. in deutro. tãq̃ diuerſa inter ſe ponit: noctuã nycticoracẽ & veſptilionẽ: ſed corrupte ſic dicitẽ. nam Suidas. νυκτικόραξ εἶδος ὀρνέου ἐρημικοῦ ὁ τοὺς οἰκουμένους φεύγων τόπους οἰκῶν ταῖς ἐρήμοις

⁎.i. Nycticorax auis genus quae habitatas domos fugiens deſertas incolit.

⁎Noctifuga qui noctẽ fugit. Cc.

¶ Occipio occipis pe. cor. eſt ob et capio ſignificat incipio. Liuius. lib. j. Agere porro occepit.

¶Occiput ex ob et caput ſignificat poſteriorẽ capitis partem: quæ fronti opponitur. Dicitur et Occipitium Hiero. Comæ in occipitium frontemq; tornantur.

✶ Occludo claudo. Plaut. Occludit oſtiũ ancillæ. Cc.

¶Occulo lis. pe. cor. lui. tum. ex ob & colo: o in u mutata: licet quidã a Celo cõpoſitum velint. Et ſignificat abſcõdo: ſiue ſub terra cõſtituo. Nã ſenſus in id cõcordat et declinatio. Qui enĩ circum vel cõtra colit: occulit. Lactã. lib. de ira. Plurimi ſunt quorum peccata occuluntur. Vir. li. ij. Geor. Et multa memor occule terra

¶Occultũ ſic differt a celato: q occultũ ſit qđ p ſe occultũ eſt. Celatũ dr̃ de re quæ abſcõditur ne videatur.

¶Occulto tas. frequẽtatiuũ eſt ab occulo occulis. Vir. Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos.

¶Occũbo bis. ex ob et cubo bas. et ſignificat morior ſeu necor. Hiero. ad Euſto. Hæc ſola digna retributio: quũ ſãguis ſanguie cõpenſatur: et redẽpti cruore Chriſti libẽter occũbim⁹. Refert etiã ad ſolẽ cũ occidit: vt eſt in Deuter. Poſt viã quę vergit ad occubitũ ſolis. Interdũ ponitur pro ferior ſeu afficior: eo q additur morte. Cice. lib. j. Tuſcu. Vt eſſet qui pro patria morte non dubitaret occumbere. Liui. lib. j. Quem quũ vadentẽ ad ſpeluncã Cacus vi phibere conatus eſſet: ictus clauà fidem paſtorum neq̃cq̃ inuocans morte occubuit.

¶Occupo pas. pe. cor. ex ob et capio: ſignificat qđ in cõe ſiue in mediũ poſitũ erat ante alios capio. Cice. lib. j. offi. Sunt aũt nulla priuata natura: ſed aut veteri occupatione: vt ij qui quondã in vacua venerũt. Quint. Multa quæ nihilominus libera fuerũt tranſeunt in ius occupantiũ: ſicut venatio et aucupatio. Hinc occupatus homo dicitur q ante negocio aliquo detentus non poteſt alteri operam dare. Cice. Nemo me conuenire voluit cui eſſem occupatus: hoc eſt cui excuſarem me q quibuſdã alijs negocijs eſſem pręuentus. Interdũ occupare eſt locum tenere: ſeu vi capere. Liuius libro xxxiij. Nam et ipſis vocãtibus vrbem hãc accepi: non occupaui. i. nõ vi cepi. Ab occupo fit Præoccupo: qđ eſt ante capio: vel ante poſſideo. Lact. lib. vj. Pręoccupabit enĩ aduerſarius nõ reſiſtentẽ. Hinc Præoccupatio vel occupatio apud Rhetores ſchema quoddã: cũ aliquid nos reticere dicimus: et tamen tacitũ intelligit quod fit vel cũ rẽ notam eſſe putam⁹ auditoribus: vel quũ ſuſpicionẽ excitare maiorem reticendo volumus A Græcis Apoſiopeſis vocatur. Quale eſt illud. Cogis me iniuriæ tuę cauſam proferre: nihil agis: non dicam: ſed ipſum tempus eam patefaciet.

¶ Occupatitius ager dicitur: qui deſertus a cultorib⁹ proprijs ab alijs occupatur.

¶ Occurro occurris occurri occurſum: obuius fio. Vnde occurſus obuiatio. Iuue. Occurrit matrona potens quę molle calœnum. Cicero pro Cluen per tranſlationem Sed ego occurrã expectatiõi veſtrę iudices. Quãq; Occurrere eſt in mentẽ venire. Idem. Sed mihi quũ de ſe necture aliquid vellem ſcribere: tu occurrebas. Quandoq; offerri: vt apud eundem. Occurrebat tibi oratio. .i. offerebat ſe. Quandoq; obſtare. Perſius. Venienti occurrite morbo. Hui⁹ frequẽtatiuũ eſt Occurſo as. Vir. Et inter agẽdũ Occurſare capro: cornu ferit ille: caueto

¶ Ocesnus pe. cor. et per ſimplex c. propriũ fuit viri Tethyos cõiugis. Item eius de quo Mart. Et quereris ſi te ſuſcitat Oceanus. Et Oceanus mare dicitur: quod vniuerſam circuit terrã. Aug. Mari magno cingit̃ terra: quod vocatur ocean⁹: de quo influit quoddã exiguũ in medio terrarũ: et facit iſta maria nota nobis quæ nauigijs frequentãtur. Dictus Ocean⁹ ab ὠκὺς quod eſt velox teſtibus Solino et Seruio. Quod et neutro genere Oceanũ dicitur: pręſertim ſi mare ſequitur: vt Caper et Probus teſtantur. Falſam tamẽ hãc opinionẽ Luſitani .i. Portugalleſij hac noſtra ætate deprę hẽderũt. Nã Columbus Nauarchus vltra Gades oceanũ ingreſſus vltra torridã zonã penetrauit per oceanũ ad Indos vſq; et beatorũ inſulas: non tamẽ illã velocitatẽ depræhẽdit: et ideo videre proprijs oculis credo ſit octaua ſcientia. Suidas ergo noſter multo melius ſcribit his verbis. ὠκεανὸς ἡ κύκλῳ τῆς γῆς πάσης θάλασσα παρὰ τὸ κέω τὸ χωρίζω. ὠκεανὸς δὲ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α καὶ τροπῇ τοῦ α εἰς ω. ὠκεανὸς ἐξ οὗ περ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα καὶ πηγαί. ✱ .i. Oceanus mare in circulo vniuerſæ terræ: a verbo κέω: quod ẽ diuido. Oceanus a priuatiua particula α. et mutatione τοῦ α in ω. Oceanus ex quo omnes fluuij: et vniuerſum mare et fontes.

Et quãuis ſit propriũ Oceanus: aliquãdo tamẽ pro appellatiuo ponitur quando partes eius ſignificat: quo modo mare quũ totũ ſignificat propriũ eſt: quũ partẽ appellatiuum Nã a littoribus plerunq; accipit nomẽ. Ad dextrã ſiquidem vbi primũ terrã intrat: Atlanticus dicitur. Ad ſiniſtrã Gaditanus. Illinc Arabicus: Perſicus: Indicus. Hinc Britãnicus: Germanicus: Scythicus. Poſtq̃ vero terras intrauit: primo ab Iberia: hoc eſt Hiſpania/dicitur Ibericũ mare. Tum a Balearibus inſulis Balearicum. Poſthac Narbonenſiũ prouinciã cõtingens Gallicum. Deinde a Liguria Liguſticũ. Mox vſq; in Siciliam a Thuſcis Thuſcũ: ſiue Tyrrhenum a Tyrrhenia ſiue a differentia ſuperi Inferũ Superum enĩ Hadriaticum vocamus: quod ad id ab vrbe venientes Apẽninũ cõſcendamus. Inde ab Ionibus Ioniũ: a Sicilia Siculum a Creta Creticũ: ab Aſia Aſiaticũ: a Pamphilia Pamphilium: et multa alia nomina: quæ enumerare longũ eſſet. Poetę tamẽ Oceanũ pro quocunq; mari vſurpãt Vir. Et ruit oceano nox. Eſt et Oceanus ſolium vaſtũ in balneis: et oĩno lacus alueuſq; maior: vel ab eo numine vel ab amplitudine vocatus: & a lauantiũ quoq; ſtrepitu et marino quaſi æſtu. Lampri. Oceani (inq̃t) ſolium primus inter principes Alexander appellauit quũ Traianus id non feciſſet: ſed diebus ſolia deputaſſet. Nam thermarum magnitudo Romæ quãta fuerit Amianus docet libro. xvj. quum ait. Lauacra in vrbe in modum prouinciarum extructa. Ab Oceanus fit Oceanitis oceanitidis pro filia Oceani. Virgilius libro quarto Georgicon. Oceanitides ambæ. Ocean⁹ oceana oceanum. Oceanides patronymicum fœmininum Oceanis.

¶ Ocium proprie vacatio a labore. Cuius contrariũ eſt Negocium. Columella lib. ij. Sed quum tam ocij q̃ negocij rationem reddere maiores noſtri cõſueuerunt nos quoq; monendos eſſe agricolas æſtimamus quæ ferijs facere: quæ non facere debeãt. Cicero. Et id ipſum quod datur ocij. id eſt temporis in quo poſſimus aliquid operari. Sed quia hi qui ſtudijs literarum operam dãt neceſſe eſt: vt cæteris negocijs vacui ſint: factum eſt: vt ocium pro literario ſtudio accipiatur. Quintilianus Inquirendo: ſcribendo talia: ſolemur ocium noſtrum. Cicero. Quid dulcius eſt ocio literato. id eſt ſtudio: et vt ita dicam negocioſo ocio/ Eſt ergo duplex ocium: aliud philoſophicum: aliud vulgare. Philoſophicum bonum et honeſtum. Vulgare ſeruile: quum deſidia & inertia ab honeſta exercitatione deſiſtimus.

✱ Ochra cretæ ſiue lapidis ſpecies: quæ fit exuſta rubrica in ollis nouis luto circumlitis. Cc.

✱ Ochus fluuius eſt ex montibus Indię oriens. in Aracaniam fluit. Cc.

¶ Ocioſus vacuus: tranquillus: ſecurus. Auguſti. lib. viij. Confeſſio. Mecum erat Alipius ocioſus ab opere Iuriſperitorum. Terentius in Andria. Ocioſo tã nunc eſſe impero. id eſt ſecuro. Nam niſi qui ſecurus eſt: nõ eſt ocioſus vt inquit Donatus. Hinc Ocioſe aduerbiũ quod eſt cum ocio. Terentius in Adel. Ocioſe nunc tãdico hic conſiſto. Aliquando Ocioſus dicitur ſine cauſa: ſine fructu: ſiue ſuperfluus. Ambroſi⁹. Non ocioſa huius paralitici nec anguſta medicina eſt.

¶ Ocioſum verbũ dicitur: quod ſine vtilitate et loquẽtis et audientis dicitur: quaſi ſuperfluum. Si omiſſis ſerijs (inquit Hierony.) de rebus friuolis loquamur: & fabulas narremus antiquas. Cæterum qui ſcurrilia replicat et cachinnis ora diſſoluit et aliquid profertur turpitudinis: hic nõ ocioſi verbi: ſed criminoſi tenebitur reus.

¶ Ocior. aris. in ocio et quiete ſum. Cuius contrarium eſt Negocior. Cicero libro tertio officiorũ. Cælius Canius eques Romanus neq; infacetus et ſatis literatus quum ſe Syracuſas ociandi cauſa non negociandi cõtuliſſet: dictitabat ſe hortulos aliquos emere velle.

¶ Ocyor et ocyſſimus latina nomina pro celerior & celerrimus fiunt a poſitiuo gręco ὠκὺς: quo Latini carẽt Ply. libro. ij. Mercurij ſydus inferiori circulo fertur nouem diebus ocyore ambitu modo ante ſolis exortum modo poſt occaſum ſplendens. Idem libro. xvj. Quidam breuitate radicum ſeneſcere celerius arbores putant: quod coarguunt fici: quarum radices longiſſimę: et ſenectus ocyſſima eſt. Hinc fiunt aduerbia Ocyus et ocyſſime: quãq̃ et ociter dicatur pro cito et pq̃ prompte.

¶ Ocymũ pe. cor. herba ad boum pabulũ ſata: qua ciebãt aluũ bobus. Id erat hmõi. Fabæ modios decẽ: viciæ duos: tantũdem ex eruiliæ in iugero autũno miſcebant ac ſerebãt admiſta etiã auena gręca cui non cadit ſemen. Deductũ nomẽ a celeritate naſcendi: hoc eſt ab Ocys. quod valet cito: vt inq̃t Var. li. j. de re ruſt. hoc amplius dictũ ocymũ quod citat aluũ bob⁹. Et ideo his dat̃ vt purgentur. .i. pabuli ſegetes virides ſectæ anteq̃ ſiliquas generẽt: bobuſq; datur: vt citã aluũ faciat: vñ nomẽ accipit. Ozimũ vero per z herba eſt quã vulgo Baſilicon appellant: odoris optimi: dictũ a ὄζω redoleo.

✱ Ocypete vna ex harpyjis: ſic dicta quod alarũ velocitate polleat. ὠκὺς enĩ celer & cit⁹ dr̃: & πέτομαι volo. C.

✱ Ocyrhoe nympha dicit̃ a celeriter fluẽdo. ὠκὺς celer et ῥέω fluo. Cc.

¶ Ocnus Mãtus fili⁹: qui Mãtuã vrbẽ cõdidit. Quo nomine nõ tã ſignificat̃ ignauus q̃ laborioſus & induſtri⁹: ſed cuius vxor ſit prodiga: ſed de Ocno iſto alij viderint dicere nolo. bonũ enĩ eſt quãq; declinare ab oĩm odio.

¶ Ocrea dicta eſt quæ crus tuet̃: quod Cicerone auctore opponat̃ crus: vel quod ſit inæq̃liter tuberata: vt iq̃t Fe. Apul̃. Hic galea caput: ille crura ocreis inuoluit. Hinc

Ocreatus qui Ocreis calciatus incedit. Plyn. lib. xviij. Ad reliquos vſus laborioſe euellitur ocreatis cruribus manibuſq́ tectis manicis: cõuolutum oſſeis ligneiſve conamentis.

⁎Octangulus res vel figura dicitur octo angulos habens. Cc.

⁎Octingeni pro Octingenti per ſyncopen. Cc.

⁎October menſis dictus eſt ꝙ octaui loci teneat. Cc.

¶Octonus. a. ũ. ab octo numero. Var. Nutricare octonos porcos paruulos primo poſſunt: incremẽto facto a peritis dimidia pars remoueri ſolet.

¶Octophorum. penultima correpta vehiculum octo rotas habens. Sueto. de Cali. Interdum adeo ſegniter et delicate inceſſit: vt Octophoro veheret. Mar. Octophoro ſanus portatur amice Philippus .i. octo ſeruis in lectica.

¶Octopes piſcis Polypus: a numero pedum.

¶Oculus dictus eſt ab occulendo ꝙ ciliorum tegminibus occulatur. Latent enim oculi ſub cilijs & genis. Sunt autẽ oculi pars corporis p̄cioſiſſima: in quibꝰ: vt Albert M. inquit: Maxima indicia amoris & odij exiſtunt. Sunt enim veri cordis nuntij: in quibus animus inhabitat. Plau. in mili. Nã ego quidẽ meos oculos habeo: nec rogo vtendos foris. Per tranſlationẽ ponit̃ p Indicio. Cice. in Lœl. Nec vero illi in luce modo atq́ in oculis magnus: ſed intus domiq́ p̄ſtantior. Dicuntur etiã oculi in arborũ ſurculis vnde germinant. Ab oculus fiũt Monoculus: Vnoculus: Inoculus. Et diminutiuũ Ocellus. Perſiꝰ. patrãti fractus ocello. Rufus aũt domeſticus in epigrammatis πάντα σέθεν φιλέω μοῦνον ἀλλὰ σὸν ἄκριτον ὄμμα ἐχθαίρω ὅς τυγεροῖς ἀνδράσι τερπόμενον. ⁎. i. Omnino te amo ſolum verum tuũ ſine diſcrimine oculũ inimicorũ odioſis viris oblectatũ.

¶Ocellatus ocellata ocellatũ: quod ocellos habet. ab Ocello diminutiuo. Vnde Suet. in Aug. Ocellatas nuces dixit: pro multis foraminibus diſtinctas.

¶Oculeus plenus oculis. Plau. in aul. Quos ſi Argus ſeruet qui totus oculeus fuit: quẽ quõdã Ioni Iuno cuſtodẽ addidit is nũq̃ ſeruet. Per tranſlationẽ ponit̃ pro perſpicaci: quaſi qui ex oculis conſtet. Apu. Perſpicaciorem ipſo Lynceo: vel Argo: & oculeum totum.

¶Oculatus modo dicitur qui per totum corpus oculos habet. Hieron. ad Pauli. Per totum corpus oculati ſunt. Modo dicitur qui oculos habet vigilantes: & qui cuncta perſpiciat & callidus ſiue præſens eſt. Plaut. in Tru. Ipſe pluris eſt oculatus teſtis vnusq̃ auriti decem id eſt qui præſens fuerit viderítq́. Plyn. locum oculatiſſimũ appellat occultiſſimũ ſecretiſſimũq́ q̃uis per contrarium oculatiſſimus dici poſſit manifeſtiſſimus. Et tunc ab oculato vocabulo non ab occulo verbo deriuatur: ſicut & Oculiſſimus pro cariſſimo. Plau. Oculiſſimum oſtium amicę.

⁎Oculis captus Cæcus dicitur. Cc.

¶Oculitus. pen. cor. aduerbiũ ſicut medullitus animitus fingitur: quo ſignificat̃ tã carũ eſſe q̃ oculũ. Plaut. Qui amant ancillam meam oculitus.

¶Oculo. as. ab oculus fieri puto. Tertu. in Apologetico. Sed quia iam expolitos & ipſa vrbanitate deceptos in agnitionem veritatis ocularet. Hinc inoculo et exoculo. a quo exoculaſſo. is. quod eſt oculũ eruo. Plaut. in Ru. Si hercle illic illas hodie digito tetigerit: periſtis ambo: inuitas niſi tunc exoculaſſitis vſq́ adeo: donec qua domum abeat neſciat. Et hæc omnia ab occulo. is. deducuntur: q̃uis per duplex cc. ſcribitur. Lactan. lib. de opi. Vt igitur oculi munitiores eſſent ab iniuria Ciliorum tegminibus occuluit. Vnde oculos dictos Varroni placet.

O. ante D.

⁎Odfacio veteres pro Olfacio dixerunt. Cc.

¶Ode græce cantus latine dicitur. Hodos vero via.

¶Odi defectiuũ vt Priſ. inquit neq́ preſens neq́ futurũ: neq́ participium habet: ſed tam preſentis q̃ p̄teriti temporis ſignificationẽ tenet. Inuenitur tamẽ odio. is. odi. oſum. futuro odiam & odibo. Hiero. in li. prouer. Et imprudentes odibunt ſcientiam. Significat autem odi odio habeo. a quo oſus. Vnde Exoſus & peroſus et Oſor: De quibus alibi.

¶Odium ira inueterata vt inquit Cic. lib. iiij. tuſ. Interdum capitur pro inſtãtia aſſiduitate moleſtia faſtidio. Plaut. in Aſi. Iã hic me abegerit ſuo odio id ẽ faſtidio. Ter. in Eu. Neq́ agri neq́ vrbis odiũ vnq̃ me p̄cipit. i. moleſtia faſtidiũ vel ſatietas p̄occupat. Odiũ etiã ſiue qđ idem eſt odion nomen loci a cantu nomen habens. In eo eñ muſica certamina ſpectabant̃. Gręce ᾠδεῖον Victr. Sic pericles Athenienſis inter cætera opera quæ Athenis extruxit fecit & odion: in quo certamina muſica ſpectabãtur: qđ multis ſedibus & columnis exornatum fuiſſe hiſtorici ſcripſerunt.

⁎Odinolyontes a nonnullis gręcorum dicit̃ Remora piſcis: ſic appellatus ἀπὸ τοῦ λύειν τὰς ὠδῖνας. i. a ſoluendo dolores partus. Quippe ſale aſſeruatũ & alligatum grauidis partum ſoluere prodiderunt. Cc.

¶Odioſus qui odio habetur. Cic. Odioſum ſane genꝰ hominũ officia exprobrantium. Aliquando capitur p moleſto. Terẽ. in Phor. Si porro eſſe odioſi pergitis. Odioſe aduerbium cum odio.

⁎Odites vnus ex Cẽtauris Ixionis & nubis filius. Cc.

⁎ Odontoſtimma a gręcis dicitur dentifricium medicamentum quo dentes fricantur vt albeſcant ἀπὸ τοῦ ὀδόντος. i. dentis: & τίμμα. Cc.

¶Odœporicon ὁδοιπορικὸν vulgo dicit̃ itinerariũ. Hiero. ad Paula. Neq́ enim Odœporicon eius diſpoſui ſcribere. Eſt enim liber in quo annotãtur profectionis fluuij: vrbes: loca: nationes.

¶Odor litteræ commutatione dicitur pro Olor. Hinc notũ eſt quid ſignificet oleo. Dicitur & Odos p odor ſicut honos lepos.

¶Odorus. a. um. pen. pro. qđ ex ſe odorem mittit: vt odora pinus. Aliquando odorus ponitur pro indagatore & ſagaci. Verg. li. iiij. æne. Et odora canũ vis.

¶Odoratus. a. um. qđ aliunde accipit odorẽ: vt tẽplũ odoratũ. Interdũ ſumit̃ pro odorifero. i. qđ ex ſe odorem habet. Ply. li. xxi. q̄buſdã annis minus odorata puenit. ſ. roſa: p̄terea magis omnibꝰ locis ſiccis q̃ humidis odoratior. Verg. ge. iij. Diſce & odoratã ſtabulis accẽdere cedrum. Ser. Odoratam pro odoriferam.

¶Odoro. as. & Odoror depo. Hier. in lib. Gñ. Odoratus eſt dominus odorem ſuauitatis. Col. li. vij. Deinde nares perfricato: vt homines diſcant odorari.

¶Odorator qui odorem ſequitur vt canis qui & odoriſequus dicitur.

¶Odoramentũ odoratio ipſa ſiue qđ odoris gratia tenemus. Plyn. Omniũ odoramentorũ atq́ adeo herbarum differentia eſt in colore: & odore: & ſucco.

¶Odorarius qui odores cõficit: venditq́. a græcis aromatopola dicitur.

O ante E.

⁎Oeagrus fluuius Thracię pater Orphei vatis. Vnde et Hebrus ꝙ ex eo fluat Oeagrius dicitur. Virgilius. Tu quoq́ marmorea caput a ceruice reuulſum Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus. Cc.

¶ Oeanthe nomen ciuitatis quæ a quibuſdam etiam Oeanthea vocat. Eſt etiã flos vuæ: nam οἶνος dicitur vinũ & τὸ ἄνθος dicitur flos: oi in œ diph. latina.

¶ Oenanthe vitis Labruſcæ florens vua. Colligit cũ optime olet: ſiccatur in vmbra ſubſtrato linteo: atq; in cados conditur: dicta quaſi οἴνου ἄνθος. hoc eſt vini flos. Hiero. contra Iouī. poſuit pro quodã odoramenti genere cũ dixit Amomũ cyphi Oenoanthe: muſcus et peregrini muris pelliculis.

¶ Oenanthinũ. pe. pro. vnguentum qđ ex Oenãthe: hoc eſt flore Labruſcę fit.

¶ Oenon græci vinũ dicunt.

¶ Oenopola. pen. prod. venditor vini. Oenopolium taberna vinaria. Plau. in Aſi. Cum a piſtore panẽ petimus: vinum ex œnopolio.

¶ Oenophorum. pe. cor. vas vinariũ ad ferenda vina aptum. οἶνος vinũ: qđ ἀπὸ τοῦ οἴεσθαι: qđ eſt imaginor φ qui copioſius biberint multa imaginantur quę non ſunt. φέρω porto. Mar. Reddidit œnophori pondera parua ſui. Apu. in Me. lib. viij. Oenophoro quod immiſſum vino gerebat venenum.

¶ Oenotria regio Italiæ ſeu ipſa Italia: cuius populi Oenotrij dicũtur: φ ibi optima vina naſcãtur. ab οἴνου vel vt Var. putat ab Oenotro Sabinorum rege.

¶ Oenotrides dictæ ſunt duæ inſulæ quæ ſunt contra Veliam: Pontia ſcilicet & Iſacia.

¶ Oenomaus Hippodamię pater Elidis rex: qui vict⁹ a Pelope regnũ amiſit: totaq; poſtea regio Peloponeſſus a Pelope dicta eſt.

¶ Oebades Darij ſtabularius: cuius induſtria ipſe Darius Perſarum regnum adeptus eſt.

¶ Oebalus. pe. cor. rex Laconũ: a quo regio Oebalia. Alius fuit Thelonis capreę filius: de quo Verg. lib. vij. Qui multos in Campania ſubegit.

¶ Oebalia regio in Peloponneſo q̃ & Laconia dicit ab Oebalo Arguli filio: q rex Laconũ fuit. Sta. li. Achil. Soluerat œbalio claſſem de littore paſtor Dardanus. Qđ autẽ Verg. lib. iiij. Ge. dixit. Nãq; ſub œbaliæ meminí me turribus altis. &c. ideo poſuit vt oſtẽderet Tarẽtũ a Laconib⁹ fuiſſe cõditũ: quorũ pars eſt Oebalia.

¶ Oecos græce domus ſiue familia latine dicit: a quo Oeconomus.

¶ Oeconomus. pen. cor. tã pecunię q̃ frugũ omniũ q̃ dña poſſidet diſpẽſator eſt. Vñ & Oeconomicus Xenophõtis pulcherrimus liber eſt q nõ gubernationẽ villæ ſed diſpenſationẽ vniuerſę domus Tullio interꝑtante ſignif. Cõponit. n. ex οἶκος quę eſt dom⁹: & νόμος lex. Docet enim diſpẽſatorem legẽ domus eſſe. Oeconomica quæ ad rem domeſticam ac familiarẽ pertinent. Oeconomia rei domeſticę adminiſtratio.

¶ Oechalia vrbs Laconiæ ab Oechalio fluuio eã ꝑter fluente ita dicta. Sed poſtea ab Hercule euerſa. Vnde et ea pars Laconiæ q̃ Theſſaliæ propinqua eſt Oechalia appellatur. Vergil. Vt bello egregias idem diſiecerit vrbes: Troiãq; œchaliãq;. Aliæ etiã fuerũt Oechaliæ: vt in Theſſalia & Eubœa.

¶ Oecumenicus latine vniuerſalis & ad totũ orbẽ pertinens. Vnde Oecumenicum concilium dicimus.

¶ Oedipus. odis. œdipodi. tertiæ & ſecũdę declina. vt docet Priſ. li. vi. Sta. li. j. the. Limes mihi carminis eſto Oedipodę confuſa domus. Plau. in penu. Oedipo eſt coniectore opus q ſphyngis interpres fuit. Dictus Oedipus ἀπὸ τοῦ οἰδεῖν τοὺς πόδας. i. a tumore pedum quos habuit perforatos. Fuit autem nomen filij Laij regis Thebarum.

✳ Oedipodionius ab œdipus deducitur. Lucanus. Oedipodionias infelix fabula thebas. Cc.

✳ Oeneus Aetoliæ rex & Deianiræ pater quã Hercules duxit vxorem. Cc.

✳ Oenugena vino genitus. Cc.

✳ Oenochema mons in finibus Africæ. Cc.

¶ Oenotria regio in Brutija ſicut ſcribit Stra. li. vi. ab Oenotro rege Sabinorum ſic appellata. a quo Oenotrij viri dicti ſunt.

¶ Oenone nomen ciuitatis & nymphę.

¶ Oeſypum ab oue dictum eſt: quã gręci οἶν vocãt: quaſi οἶος ῥύπου. id eſt ouium ſordes.

¶ Oeſtrum græce furor dicit. οἶστρος. Vnde Statius vocat Oeſtrũ poeticũ furorẽ. Tẽpus erit cũ laurigero tuo fortior œſtro Facta canã. Oeſtrũ etiã latine aſilus volatile paruũ: vulgo tabanus ex ſoni ſimilitudine dict⁹: vel a tabe. Vergi. Eſt lucos ſilari circa ilicibuſq; virentẽ Plurimus Alburnũ volitãs: cui nomẽ aſilo Romanũ eſt: œſtrũ graij vertere vocantes Aſper acerba ſonans quo tota exterrita ſyluis Diffugiũt armenta. Col. li. x. ſcribit naſci in extremis partibus fauorũ amplioris magnitudinis q̃ ſunt apes cęterę: eoſq; nõnulli putant eſſe reges: verũ græcorũ auctores οἴστρους appellãt: ab eo φ exagitent: nec patiantur examina conquieſcere.

¶ Oeta mons inter Theſſaliam & Macedoniam clarus morte & ſepulchro Herculis: in quo (vt Ser. inquit) ſtellæ videntur occidere. ſicut de Ida naſci. Et vbi Elleborum optimũ naſcebatur. A Parnaſſo vſq; Pindũ pars in Thermopylas vergens proprie Oeta vocatur. Hinc Oetæus. a. um. Vñ Hercules Oetæus dictus eſt. Aeeta vero Colchorũ rex fuit filius Solis: & Perſcides nymphę frater Perſes qui in Taurica regnauit: qui habuit filiam Hecaten crudeliſſimã ſupra patrẽ: quę homines ſagittis appetere ſolebat. Faciebat venena. Inuenit prius aconitũ: quo patrẽ interemit. regnũ occupauit: templũ Dianæ ſtatuit: vbi nauigantes hoſpites ſacrificabat. Quo clarior euaderet nupſit Aeetæ patruo: ex quo genuit Cyrcen Medeam Egyaleũ. Cyrce in venenis plus matre edocta nupſit Sarmatarũ regi: quẽ veneno interemit: & crudelitate ſua ad Italiam pulſa eſt.

✳ Oeteus frater fuit Ephialtis & Aloeij filius: pugnauitq; in Creta vt Salluſtius refert. Vnde Oetij campi dicti ſunt. Cc.

✳ Oethini populi ſunt iuxta pontum. Cc.

✳ Oetoſcyros lingua Scythica Apollo dicebatur. Cc.

O ante F.

¶ Offa per duplex ff. conſtabat ex carne fere porcina lucanica: quam facere ex mediocri inteſtino Romanæ mulieres a Lucania didicere. Vñ offam porcinã cũ cauda offam penitã dicebãt. vñ eſt. Iuue. Et patruo ſimiles effunderet offas. Offa etiã cibariũ ex fruſtis panis intrite pingui caſeo vetere pipere & cynamomo conditis quę iuſſulata & caſeata dicit. Verg. Melle ſoporatam & medicatã frugibus offam. Poteſt etiã fieri offa ex alijs rebus. Var. li. iij. de reruſ. Cibatui offas poſitas hę maxime glomerãtur ex ficis & farre miſto. Ab offa fit offarius pro coquo. Offatim particulatim.

¶ Ofella diminut. fruſtulum carnis erit pura librale in qđ caro cõciditur. Porcina a porco quam in ſartagine craticula & prunis coquimus. Vitulina a vitulo quã ad ignem verubus verſantes ad eſcam paramus. Et apud poetas per ſimplex f. ſcribitur. Mar. Parua tibi curua craticula ſudet otella. Iuue. At rudis omni tempore & exigue furtis imbutus ofellæ.

¶ Offula ſimiliter diminu. ab offa. Suet. in Clau. Rogo vos quis poteſt ſine offula viuere. Col. ſcribens de ſalſura carnis ſuillæ: vt dein offulæ carnis ſpiſſę cõpo-

nuntur & alternis ſal ingeritur.

¶ Offectores. vide ſupra in dictione infectores.

¶ Offendo.is. di. ſum. ex ob & fendo: quod non eſt in vſu: ſicut & defendo.i. incurro: incido. & eſt ꝓprie animi & corporis. Ter. Adueniens offendi quendam mei loci hinc atq; ordinis hominem haud impurum. Et nō ſolū de animatis: ſed de inanimatis quoq; dicitur. Sed quoniā qui incidunt in aliquid lędere ſępe ſolēt id in qd incidūt: factum eſt vt offendere pro lędere vſurpetur. Lact. lib. iiij. Quo peccato ac ſcelere offenſus deus. Et offendere eſt inuenire: ſed pter opinionem. Cic. de rep. Sed imitor Architē illum Tarētinū: qui cū ad villā veniſſet: & omnia aliter offendiſſet. Item ponitur pro percutere & verbis iniuriam facere.

¶ Offenſa offenſio offendo.inis. & Offenſus.us. i vno ſignificato accipiunt. Luc. Non igit multis offenſibus in temerādo. Offenſa tñ actiue ſumit. Cice. Cū tot eius offenſas pati nō poſſem diſceſſi. Offenſio plęrūq; paſſiue. Idē. In corpore ægro odioſa eſt oīs offenſio. i. oīs moleſtia & paſſio. Offenſiuncula: parua offenſio.

¶ Offendiculum impedimentū obſtaculū. Offenſaculum. i. id quod ponitur vt aliquis in ipſum incidat vel impingat: ab offenſa nomen deductum.

⁎ Offendimentum ligaturę nodus quo apex retinebat cum perueniſſet ad mentum. Cc.

¶ Offenſatio obſtatio ſeu obuiatio ab offenſo. as. frequentatiuo verbo: q̄uis id non legerim. Nam eius formatio legitima eſt: ſicut ab occurſo occurſatio. Defenſito tamen frequētatiuū eſt verbi defendo. vt apud Ci. Si igitur non poterit ſiue cauſas defenſitare. Sed non mirum ſi defenſito & offenſo frequētatius duplicis varijs vocibus reperiri poſſint: quoniam & curſo & curſito ſimiliter inueniuntur.

¶ Offendix ligaturę nodus: quo apex retinebatur.

⁎ Offercio ipleo a quo offertiſſimū pinguiſſimū. Plau. Sine ſacris hęreditatē ſum adeptus offertiſſimam. Cc.

¶ Offero proprie exhibeo ſiue pſento. Terē. in Hecy. Opportune te mihi offers. Interdū offerre ē ſpōte dare. Hinc oblationes dicunt q̄ dijs offerunt. Interdū iferre. Ci. li. iij. offi. Reginę ſtuprū obtulit. Interdū immittere. Idem ad pontifices. Domus ardebat in palatio nō fortuito: ſed oblato incēdio. Interdū obijcere. vt apud eūdem in Læl. Addendū eodē eſt vt ne in criminibus aut inferendis delectetur amicus: aut credat oblatis. Interdum polliceri. Iuſti. Cum ei auxilium obtuliſſet.

⁎ Offarumenta veteres dicebant oblationes quæ dijs offerebantur. Cc.

¶ Officio.is. ex ob cōtra & facio: quaſi noceo dicitur. Cic. li. off. Demoliri ea quorū altitudo officeret auſpicijs. Vñ per antiphraſim officiū qdā dici volūt. Aliqñ officere idē eſt qd efficere. Vnde etiā ſecundū alios officium quaſi efficiū. Eſt enim officiū qd quiſq; efficere debet pro ſuę conditione perſonę. In quo animaduertere oportet quid loco conueniat: quid tempori: quid rerū aut perſonarū dignitati. Vnde in familia bene inſtituta dicimus omnes in officio eſſe oportere. i. omnes oportere agere quę debēt. Terē. in And. Hoccine eſt officiū patris? Amb. lib. j. off. Legimus officium dici a nobis poſſe: nec ratio ipſa abhorret: quandoquidē officiū ab efficiendo dictū putamus quaſi efficiū: ſed propter decorem ſermonis vna immutata littera officiū nūcupari: vel certe vt ea agas quę nulli officiant: proſint omnibus. Poteſt etiam dici & recte vt ab officio.is. officium deriuetur: ita vt non ob cōtra ſed circum ſignificet: vt circa qd faciendū eſt innitamur. Nec quē q̄ moueat: qꝫ officio.is. aduerſet nomini officiū. Tūc enim ob ſignificat contra: vt ſit quaſi contra facio. Ideo ſignificat obſum. Sed qꝫ ſignificat etiam circum ſeruit nomini officium. Huiuſmodi enim varietas ex ꝑpoſitionum multiplici ſignificatione plęrūq; exiſtit: quā cū ignoramus non veram vocabuli interp̄tationem cōſequi valemus. Officium autem generatim loquendo cum ad omnes homines pertineat (Siquidem Cice. de officijs ſcripſit: item & Ambro.) q̄tum intelligo eſt congruus actus vniuſcuiuſq; perſonæ. Vel id eſt in quod quiſq; incumbere debet: vt ipſum ſicuti charitas poſtulauerit quoad potuerit affectum reddit. Vnde cum facim⁹ qd debeamus quia bene facimus inde officium etiam beneficium dictū eſt. Cic. lib. ij. ad Herē. Si plura aut maiora officia q̄ maleficia videbuntur conſtare. Et quia benefacere cuipiam eſt obſequi illi: cui benefit: iccirco officium etiam obſequiū dicitur. Idem. Odioſum ſane genus hominū officia exprobrantium quæ meminiſſe debet is in quē collata ſunt: nō cōmemorare q cōtulit. Capitur interdum officiū pro honore: vt Circuitabant Cæſarem ſenatores ſedentē in aurea ſella officij gratia. Magiſtratus quoq; officiū dicit: vel quia honoris gratia inſtitutus eſt: vel quia opē populo fert: vel quia ius qd cuiq; debetur reddit. quādoq; accipit pro alicui⁹ artis ratione vt officiū grāmatici: officiū medici. Et cū ad virtutem pertineat: vt hominis officiū eſt pietatem colere: dicimus tamē interdū Lenonis eſt officiū inſidiari pudicitię. Accuſatoris eſt officium crimina inferre. Eſt etiā quando officere ſignificat inficere. Vnde Offectores colorum infectores dicuntur.

¶ Officiū ab efficiēdo vel ab officiēdo: de quo modo dictū. Et eſt duplex. Alterū perfectū qd gręci catorthoma vocāt: qd & oīs numeros virtutis cōtinet. Alterum mediū ptinēs ad inſtitutionē vitę cōis. Cic. li. iij. de fini. Quod ratione actū ſit id officium appellamus.

¶ Officioſus q libēter vel probe officiū ſeu beneficiū alicui exhibet: ſiue qui obſequi alteri multū ſtudet. Ci. Octauio. Hominē prudētē & officioſum cognoſces. Quādoq; officioſum dicitur: quod continet pietatem: a et nulli nocet: alicui prodeſt. Aug. ad Hiero. Si ad ſcripturas ſacras admiſſa fuerūt vel officioſa mēdacia qd in eis remanebit? Capitur aliquādo in malam partem. Nam cū olim. Q. Atherius defenderet reum libertinū cui obijciebatur qꝫ patroni concubinus fuiſſet: hac defenſione vſus eſſe fertur. Impudicitia in ingenuo crimen eſt: in ſeruo neceſſitas: in libero officiū. Ex eo impudici & obſcœni aliq̄diu officioſi vocati ſunt. Officioſus dolor a Cic. li. iij. tuſ. dicit qui ex iuſta cauſa ſuſcipitur: & cuius probabilis ratio reddi poteſt.

¶ Officialis & hoc officiale qd ad officium pertinet vel qd de officio tractat. Lact. lib. vi. Quid. M. Tul. in ſuis officialibus nonne hoc idem perſuadet non eſſe oīno largiendum. Et diſ. xxxviij. ſcribitur. Quando preſbyteri in parochijs ordinantur: libellum officialem a ſacerdote ſuo accipiant. i. in quo obtinetur officium. Officialis etiam magiſter magiſtratus vocatur. Apul. Sed iuſſit poteſtas officialem ſuū magna ſeueritudine coerceri. Idem etiā officiū vocatur: vt apud hiſtorias quorundam ſanctorum martyrum legitur.

¶ Officina. pen. pro. locus vbi aliq d fit: hoc eſt in quo artifices opera ſua faciūt. Hie. de Paulo Eremita. Hūc locū Aegyptiorū litterę ferunt furtiuę monetę officinā fuiſſe ea tēpeſtate qua Cleopatrę iūctus eſt Antonius. Ab efficiendo dicta. Taberna vero vbi aliqd vēdit cū alibi factū ſit. licet quādoq; officina ꝓ taberna ponat.

¶ Officię. arum. dicuntur fallaciæ.

¶ Offirmo. as. firmū ꝓpoſitū in animo habeo & quaſi obſtinate. Ter. in heau. Age quęſo ne tam offirmes te Chremes. Proprie aūt offirmare eſt valde ſeu perfecte

contra aliquem firmare. Hier. Beatus Paulus oſtiũ q̃d patebat recludens ſera offirmauit.
¶ Offlecto circum vel cõtra flecto. Plau. in ru. At ego hinc offlectam nauem.
¶ Offoco. as. p. cor. circũ foco ſiue ſuffoco. Aug. li. v. cõ. Sed me maxime captũ & offocatũ quodã modo deprimebãt corporalia cogitantẽ moles illæ: ſub quibus anhelans in aurẽ tuę veritatis reſpirare non poteram.
¶ Offoco. as. pe. p. aquã in fauces do ad ſorbendum.
¶ Offringo ex ob & frango eius q̃d fractũ eſt contrario frango. Feſt. Offringi terra dicitur quando iterum trãſuerſo ſulco aratur. Var. li. j. de re ruſ. Cũ proſciderís offringi oportet. i. iterare vt frangant̃ glebę. Prima em̃ aratione grandes glebæ ex terra ſcinduntur.
¶ Offundo. is. circũfundo: obſcuro: obcæco: ſiue operio: maculo ve. Lact. li. vij. Luna iam nõ tribus deficiet diebus aut horis: ſed perpetuo ſanguine offuſa meat⁹ extraordinarios peraget. Cic. pro Roſ. Erant interea q̃ ſuis vulneribus mederẽtur qui tãq̃ ſi offuſa repu. ſempiterna nox eſſet ita ruebãt in tenebris oĩaq; miſcebãt. Aliquando offendere eſt inijcere. Cice. Hic error & hæc doctorum animis offuſa caligo eſt.

O ante G.

¶ Ogdoas. adis. numerus octonarius.
¶ Ogdous Aegypti rex Vohæus cognominatus: qui Memphim cõdidit a nomine filiæ. Hic prius Venereus cognominatus fuit: vt auctor eſt Diod. Siculus.
¶ Ogdolapis fluuius nauigabilis ex alpibus fluẽs ad vrbem irrumpit.
¶ Oggãnio multũ dico: inculco. Plau. in aſi. Cui nũq̃ vnã rẽ me licet ſemel p̃cipere fieri quin cẽties eãdẽ imperẽ atq; oggãniã. i. inclamitẽ: vel inſuper clamitem.
¶ Oggero. is. pen. cor. Vide in dictione Gero.
¶ Ogyges Thebanorũ rex qui Bœotias ædificauit circiter mille & quingẽtos annos ante vrbem cõditã. hinc Ogygius. a. ũ. Vnde Ogygia mœnia Thebana dicta ſunt. Sub hoc rege fuit diluuiũ magnum.
¶ Ogygia inſula inter Phœnicium & Syriũ mare: ab Ogyge Thebanorum rege.
¶ Ogyris inſula q͏ in ea Erythræ regis monumẽtum magis clara q̃ cęterę: vt inquit Pompo.
⁎ Oggraſſari pro gradi vſurpatur. Plautus. Niſi cum pedicis didiciſtis oggraſſari gradu. Cc.

O ante H et I.

¶ Ohe interiectio exclamantis: & ſatietatẽ vſq; ad faſtidium deſignat: & iubet modum imponere.
¶ Oinomeli. Vide in dictione Mulſum.
⁎ Ois græce: latine ouis. Cc.
⁎ Oum latine ouum. Cc.

O. ante L.

¶ Olea & oliua pro arbore. Verg. li. ij. Ge. Sed truncis oleæ melius: propagine vites Reſpondẽt. Am. Quis alius tales fructus ferret olearũ non curueſcentiũ vbertate baccarũ? Verg. Incumbens tereti Damon ſic cœpit oliuę. Ambr. Ideo ad montem venit oliueti vt nouellas oliuas in ſublimi virtutũ plãtaret. Similiter pro fructu olea & oliua dicit̃. Vnde & p̃ liquore oleũ & oliuũ dicimus. Oleum ab olea. Oliuũ ab oliua. Hora. in Ser. Quali perfundat piſces ſecurus oliuo. Col. li. vi. Oleũ optimũ Licinia: dat plurimũ Sergia. Olearũ q̃dã dicũtur Licinię: quędam Pauſię: quędam Sergiæ: quędam Orchis: quędam Regię: & quędam Radij.
¶ Oliuitas olææ fructus. Var. Tũ deniq; omnis cũ lucerna cõbuſta eſt in lucubrãdo oliuitaſq; cõſumpta eſt. Dicitur oliuitas etiam ſiue oleitas oletas ve tempus legendarum oliuarum.
¶ Oliueta. æ. ab oliuo dicebat̃: ſicut a vino vindemia.
¶ Oliuetum locus in quo oleæ conſitæ ſunt. Col. li. iij. Melius autem truncis q̃ plantis oliuetum conſtituitur.
¶ Oletum idẽ q̃d oliuetũ ab olea: vt eſt apud Catonẽ lib. de re ruſt. Eſt autẽ ſumptũ ab oleo. Item ſtercus humanũ. Veranius. Sacerdotula in ſacrario fecit oletum. proprie tamen capit̃ pro loco in quo meijmus atq; excernimus. Taci. in Ner. Gymnaſiũ eo anno dedicatũ a Nerone prębitũq; oletum equiti ac ſenatui.
¶ Oleaceus. a. um. q̃d eſt materiatum ex oleo: vt lignũ oleaceum: liquor oleaceus.
¶ Oleatus. a. ũ. q̃d eſt factũ cũ oleo. Hier. in li. Numeri Quaſi panis oleati faciens ex eo tortulas ſaporis.
¶ Olearis & hoc oleare quod ad oleum pertinet. Plyn. lib. xxxiiij. Quippe cum in exacuendo oleares cotes et aquariæ æque differant: oleo delicatior fiet acies. Sic Oliuaris & hoc oliuare. Seruius. Trapetis autem molis oliuaribus.
¶ Olearius. a. um. & Oliuarius. a. um. q̃d ad oleũ pertinet: vt olearia & oliuaria cella. Col. lib. ij. In ſole ſiccata et mox refrigerata recõditur ſi maior eſt modus in horreo: ſi minor in vaſis olearijs ſalſamentarijſq;.
¶ Olearius. ij. qui oleum facit vel vẽdit. Col. lib. viij. Peritiſſimi olearij vix patiunt̃ ad vnã lucernã op⁹ fieri.
⁎ Olearus inſula vna ex Cycladibus. Cc.
¶ Oleoſus. a. ũ. q̃d eſt plenũ oleo. Ply. Semẽ oleoſum q̃d & fit ex eo medetur oris vlceribus perunctis.
¶ Oleaſter olea ſylueſtris. Verg. Indicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodẽ Plurimus & ſtrati baccis ſylueſtribus agri. Huius diminutiuũ eſt oleaſtellus.
⁎ Oleaſtrinũ dicitur oleum q̃d ex oleaſtro fit. Cc.
¶ Oleaginus. a. um. pe. cor. quod ex olea arbore eſt: ſicut faginus a fago. Vergi. Truditur e ſicco radix oleagina ligno. Dicit̃ & oleagineus. a. ũ. Var. lib. j. de re ruſ. Demũ in oleagineis ſeminibus arbores videndũ vt ſit de tenero ramo ex vtraq; parte æquabiliter præciſum quas alij ſclauolas: alij taleas appellant.
¶ Oliuo. as. oliuarũ vindemiã ago. ſiue Oliuas colligo. Ply. Quippe oliuãtibus lex antiquiſſima fuit: oleã ne ſtringito: neue verberato.
⁎ Olenus Bœotiæ vrbs ſic dicta ab Oleno Vulcani filio. Fuit & alia vrbs in Aetolia iuxta quã fuit aper Calydonius. Cc.
⁎ Olenius poſſeſſiuũ eſt ab Oleno vnde capella Olenia vocitata eſt. Ouidius. Naſcitur olenię ſignum pluuiale capellæ. Cc.
¶ Oleo. es. oleui. & olui. olitũ & oletum: odorẽ ſpiro: & conſtruit̃ frequẽter cũ accuſatiuo fere cũ omnibus ſuis cõpoſitis. In quo ſignificatiõnẽ eorũ neutralẽ trãſitiuã eſſe dep̃hendere licet. Hora. Vina fere dulces oluerunt mane camœnæ. Hiero. ad Pamma. Simplices epiſtolę tuę olent prophetas: apoſtolos ſapiũt. Aliq̃ñ etiã ablatiuo. Ouid. Perq; locos ſacros & olentia ſulphure fertur. Prop. Cur nardo flãmæ nõ oluere meę? Aliq̃ñ ſine caſu. Ply. Roſa recens a longinquo olet. Iouenit̃ etiã olois. Plau. Olunt ædes arabicas. Idẽ in muſ. Non omnes olere vnguenta exotica: ſicut tu oles. Eſt enim iambus Etius naturę ſunt cõpoſita: videlicet redoleo: q̃d idẽ eſt q̃d oleo. Hiero. Nunq̃ vinum redoleas ne audias illud philoſophi: hoc nõ eſt oſculũ porrigere: ſed vinũ propinare. Verg. Feruet opus: redolẽtq; thimo fragrantia mella. aboleo: adoleo: exoleo: inoleo. de quibus ſupra Oboleo graueolẽtiã odorẽq; tetrũ reddo. Sue. in Cal. Ille antidotũ oboluiſſet quaſi ad p̃cauẽda venena ſua

ſumptum. Plaut.in muſ. At te Iuppiter diiq; oẽs per-
dant oboluiſti allium Germana illuuies. peroleo valde
oleo. Lucil.li.xxx. Quis totũ ſis corpus iam peroleſſe
biſulcis. Suboleo quaſi oleo & odorẽ ſentio. per trãſla-
tionẽ ſubolere ponit̃ ꝑ demõſtrare & de aliqua re ſenti-
re quaſi q̃ male ſentias. Ter. Ne paululũ quidẽ ſuboleat
eſſe amicã hanc Cliniæ. Plaut.in Caſ. Subolet iã vxori
qđ ego machinor. Dicit̃ & bene oleo:& male oleo. gra-
ue oleo:ſuaue oleo. Ply. Succus hederæ tędia narium:
graueolentiãq; emendat. Auguſt. libro. viij. coo. Inde
ſermo deuolutus eſt ad monaſteriorũ greges & mores
ſuaueolentię tuę. Ab oleo fit oleſco:quæ inter ſe diffe-
runt:ꝙ oleo habet ſignificationem neutralẽ tranſitiuã
Oleſco paſſiuam innatam.

¶ Olentica dicuntur mali odoris.

⁎Olli & Ollic pro illi & illic ſcripſerunt veteres. Cc.

⁎Olo pro oleo veteres dixerunt. Cc.

¶ Olidus.da.dum.pe. cor. quod tam bonum q̃ malũ
odorem habet. Mar. Olidæq; veſtes murice. Hora. lib.
Epiſtolarum in malum dixit. Sed minus arcte premũt
olidę conuiuia capræ.

¶ Olfacio.is.olfeci.olfactũ:qđ & olefacio dicit̃ ſignifi
cat odoro. Plyo. li. xi. Quonã modo audiant delphini
mirũ. Idem. Nec olfactus veſtigia habent cũ olfaciant
ſagaciſſime. Inde Olfactus.a.um.participiũ:& olfact⁹
tus. Idem lib. xxix. Baſiliſci quem etiam ſerpentes ipſi
fugiunt alios olfactu necantem.

¶ Olfacto. as.frequentatiuũ ab olfacio. Plyn.lib.xx.
Xenocrates Pulegij ramũ lana inuolutum in tertianis
ante acceſſionem olfactandum dari tradit.

¶ Olfo.as.idem quod olfacio. Aug. Quia nõ ſecum
ferebat niſi amantem memoriam: & quaſi olfata quæ
comedere nondum poſſem.

¶ Olibantum menſura vinaria rotũda nominabatur.

¶ Olim aduerbiũ nõ ſolũ p̃teritũ tẽpus:ſed etiã p̃ſens
et futurũ denotat. De p̃ſenti Verg. Veſtra meos olim ſi
fiſtula dicat amores. De futuro. Idẽ. Hũc tu olim cœlo
ſpolija orientis honuſtum accipies. Quinti. Qui olim
nominabuntur. Ponitur etiam pro aliquando. Cur.
Olim enimuero mero ſenſibus victis ex lecto ſæpe cõ
ſurgit. Et pro iãdudũ. Verg. lib.ij. Geor. Ac iam olim
feras poſuit cum vinea frondes.

¶ Olim iam iu longo tẽpore. Quint. Olim iam Impe-
rator inter fulgentes virtutes tuas liuor locum quęrit.

¶ Oliſippo oppidũ in Luſitania ad oceanũ apud mõ-
tem Tagrum vbi quędã e vento tẽpore certo cõcipiũt
equę:quarum pulli non plus trienniũ viuunt.

¶ Olla genus vaſis pro quo antiqui dicebant aula. ab
olla fit diminu.ollula. Var. Cato ait vuam amineam in
olla cõmodiſſime condi. Idem. Electa in ſecretam cor
bulam:inde in ollulas addatur.

⁎ Olor auis nota quam græci κύκνον vocant: vnde
Olorioua: vt Olorios vox:& Olorinæ veſtes:& Olori
nus color.id eſt candidus. Cc.

⁎Olos vero totum ſignificat. Cc.

¶ Ololygones.pe.cor.mares ranę quo tempore vocẽ
mittentes cient ad coitum fœminas. Fit a verbo gręco
ὀλολύγω quod eſt vlulo.

¶ Olus.eris.dicit̃ oĩs herba ſatiua q̃ in vſu cibario eſt:
ab alendo: ꝙ oleribus alerẽtur hoies anteq̃ fruges vel
carnes eſſent. Var. ab olla deducit. Nonius & Feſtus in
ter aſpirata connumerant. Huius diminu. eſt oluſculũ.
Hora. Vncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo.

¶ Olus atrum ſiue in cõpoſitiõe olyſatrum: alio noĩe
Hypoſelinũ dictũ ꝙ folia habeat ſubnigriora.propter
quod Col. pullũ olus appellat: atq; olera pulli radix.
quidam Petroſelinon vocant: ꝙ inter petras & iuxta

maceriam ſeri a veteribus conſueuerit.

¶ Olitor.pe.cor.qui olerũ ortũ exercet: qui & hortula-
nus dicitur. Similiter Olitor qui olera vendit.

¶ Olitorius.a.ũ. qđ ad olera pertinet: vt forũ olitoriũ
vbi vẽdũtur olera:horti olitorij:& oſtia olitoria q̃ dicũ-
tur oſtia hortorũ. Plyn. Eſt lactucę genus adeo lati cau
lis vt oſtiola olitoria ex his factitari prodiderint.

¶ Olympus mons cuius vertex vſq; adeo attollit̃: vt
ſumma eius accolæ cœlũ vocẽt:ꝑpter qđ poetæ cœlũ
olympũ vocãt. Dictus olympus quaſi ὅλοσ λάμπων
hoc eſt totus fulgẽs:quia ſolẽ clarũ habet nulliſq; vnq̃
nubibus fuſcatur. Luc. Nubes excedit olympus. Sũt
aũt quattuor montes hoc nomine. Primus mons altiſ-
ſimus inter Theſſaliã & Macedoniã: qui tamẽ Theſſa-
liæ adſcribit̃. Alter in Gallogræcia vel in Cypro. Ali⁹
apud Myſos:ad cuius radices Pruſa ab Annibale con
dita eſt. Quartus ad mare rubrũ in Aethiopia haud lõ
ge ab Heliopoli oppido:qui oriente ſole vſq; ad quin-
tam diei horam flammas emittit.

¶ Olympius.a.um.i.cœleſtis poſſeſſi.ab olympo.

¶ Olympicus.a.ũ. qđ eſt olympi: vel qđ ad olympũ
pertinet: vt Iuppiter olympicus. Dictus eſt autem Iup
piter olympicus ab olympo:a quo eruditus & ad virtu
tem inſtitutus ſit. Alij vero a cœlo:quẽ olympon gręci
vocant: in quo regnare fertur.

¶ Olympia.æ. vrbs erat inter Oſſam & Olympũ mõ-
tem mercatu famigerata & celebritate quinquennali lu
dorum inclyta.

¶ Olympia.orum. ludi qui in honorẽ Iouis olympici
apud Piſam & Helidẽ Gręcię oppida celebrabant̃.hoc
eſt gymnicũ certamen: quod quinto quoq; anno fieri
ſolebat. Vnde Olympiacus.a. um. vt Olympiacũ cer-
tamen: victoria olympiaca.

¶ Olympias.adis. quinq; annorum ſpatium: quod a
Romanis Luſtrũ dicit̃. Exinde Gręci tẽpora per olym
piadas ſupputare cœperunt ita numerãtes. Olympia-
dis primæ aut ſecundæ aut centeſimę anno primo vel
ſecundo vel tertio vel quarto. Atq; vt conſules: ita &
Olympię victores iterum & tertium dicimus. Plaut. in
Men. iterum inquit Pythia & tertium Olympia. Eſt &
Olympias nomen mulieris proprium.

¶ Olympionices ſiue Olymponicus qui in Olympia-
co certamine victor euaſit νίκη quippe victoria dicitur.
Helianus de varia hiſtoria li.x. Duxit ad olympicũ cer
tamẽ filiũ ſuũ Pherenice fœmina ꝓhibẽtibus eã ſpecta
re qui p̃ſidebãt. Licere id ſibi perſuaſit quę patrẽ & fra-
tres tris haberet olympionicas. Cice. pro L. Flacco re-
fert ꝙ apud græcos eſſe olympionicẽ iudicatur prope
eſſe maius & glorioſius q̃ Romę triumphaſſe.

¶ Olympiodorus.pen.prod. nomen viri proprium.

⁎Olyras fluui⁹ eſt prope Thermopylas quẽ fabulãtur
conatum eſſe Herculis rogum extinguere. Cc.

¶ Olyſippum Luſitanię vrbs:quæ noſtris temporib⁹
Vlyſbona appellatur.

¶ Olynthus Thraciæ vrbs quam a Chalcide quæ in
Eubœa fuit Coloni condidere.

O. ante M.

¶ Omaſum.pen.pro.eſt pinguius atq; craſſius inteſti
nũ quod nonnulli bubulum eſſe credunt. Hora in Ser.
Seu pingui tentus omaſo.

⁎Ombria gemmę ſpecies quã nõnulli Notiam vocãt.

⁎Ombrion vna & prima ex fortunatis inſulis habens
in montibus ſtagnũ & arbores Ferulæ ſimiles. Cc.

¶ Omen augurium:qđ fit ore quaſi oremen. Eſt enim
futuræ rei pronuntiatio ori hominis incidens: diuino

tamen fauore. Et tam de malo q̃ de bono dicitur. Liuius lib j. Dextra Herculis data accipere ſe omen impleturū́q; fata ara condita ac dicata ait. Vergilius. Q d dij prius omen in ipſum Conuertant. Hinc ominoſus qui omen facit.

¶ Ominor pen. cor. auſpicor: omen capio. Plyni. lib. xxviij. Cur enim primū anni incipiētis diem lætis precationibus inuicem fauſtum ominamur? Curtius. In illo periculo Macedones ominati eſſe videbātur. Hinc Obominor: de quo ſupra.

¶ Omentum mēbrana tenuis & pinguis qua integitur vētriculi & vniuſcuiuſq; mēbri interioris veſtitus. Perſ. Cū tibi tot tunicū in flāmas omenta liqueſcant. Vnde & pro mēbrana quę totū inuoluit cerebrū ponit. Macr. Et cerebrum qđ tactu ſui hominem vel torquet: vel frequenter interimit: non ſuo ſenſu: ſed veſtitus ſui id eſt omenti hunc importat dolorem. Hinc Omentatus. ta. tum. quod eſt pingui omēto farctum. Apitius. Infitis omentata pulpam conciſam teras.

¶ Omiomeris. Ariſt. refert Anaxagorā dixiſſe omiomeria eſſe elemēta. hoc eſt ex ſingularib⁹ partib⁹ cōſtātia oſſa: videlicet e pauxillis atq; minutis oſſibus. Sic de pauxillis atq; minutis viſceribus viſcus gigni: ſanguenq; creari ſanguinis inter ſe multis coeūtib⁹ guttis.

¶ Omitto ex ob. & mitto: ſed b. abijcit contra regulā. Quidā tamē per b ſcribendū putāt: ſed nō ꝓferendū. Et eſt omittere rem aliquam penitus dimittere. Remittere vero & intermittere aliquo certo tēpore dimittere. Verg. Omiſſos hinc iam obliuiſcere graios. Vnde etiā pro negligere ponit. Ter. in heau. Vbi te vidi animo eē omiſſo. huic contrariū eſt Attendo: vt apud eundem. Attentiores ad rem ſumus omnes.

✻ Ommaneo: diu maneo Cc.

¶ Omnia diſtributiua dictio eādē vim habet in ſingulari quā in plurali. Oia eñ homo ſignificat oēs hoies. Differt tñ omnis a toto: q omnis ad numerū refertur: totus ad quātitatē. Totū dicimus corpus aliquod integrū: vt tota dom⁹. Omne de vniuerſis numero diſtinctis: vt omnis grex. Confunduntur tamen plerūq;.

✻ Omnicreator deus dictus eſt: qui omnia creauit: & Omnifactor: qui omnia fecit. Cc.

✻ Omnifarius dicit ſicut Plurifarius: quo Sueto. vtit

¶ Omnifariā aduerbiū. i. oibus modis: ſiue oia gñis.

¶ Omnigenus. a. ū. pe. cor. ex omni gñe. Verg. li. viij. Omnigenū́q; deum monſtra.

¶ Omnimodus. a. um. pe. cor. omniū modorum.

¶ Omnimorbus. a. um. qđ omnib⁹ morbis ſubuenit. Vnde omnimorbā herbam quidā maluam appellant.

¶ Omniparens. pen. cor. qui omnia genuit.

¶ Omnipudens. pen. cor. quem omnia pudet.

¶ Omniuagus. a. um. pen. cor. per omnia vagus.

¶ Omnipotens. pe. cor. omnia potēs. cōpoſitū eſt: vt docet Priſ. ex tribus corruptis. ſ. omni potis & ens qui omniū potis eſt. Hier. Omnipotens ab eo dr̄ q omniū teneat potentatū. Per ipſum eñ creata ſunt omnia viſibilia: & inuiſibilia. Aug. li. v. ci. dei. Recte deus dicitur omnipotēs. q tñ mori & falli nō poteſt. Dicit eñ omnipotens faciēdo qđ vult: & non patiēdo quod nō vult. Q đ ſi ei accideret nequaq̃ eſſet omnipotēs. Hinc omnipotentis rerum omniū facultas.

¶ Omnitenēs. pen. cor. qui omnia complectitur.

¶ Omniualens. pen. cor. omnia valens.

¶ Omnino aduerbium ſignificat prorſus. Vnde apud Iuriſconſultos omnino receſſiſſe dicitur is qui receſſit animo permutandi domicilium.

¶ Omphagi. pen. pđ. qui cruda carne veſcunt quales perhibentur eſſe Aetoli: vt ait Thucydides.

¶ Omphale nomē propriū reginę Lydię: quę Herculē multis muneribus ornauit q anguem iuxta Sagarim fluuiū multos homines interficientem interemerit.

¶ Omphacinū vinū ex immatura vua factū: & Omphacinū oleū quod fit ex immatura oliua: cuius medicinę Ply. li. xxiiij. meminit. Et li. xij. eius confecturam docet. Grece enim ὀμφακεσ dicuntur vuę & fructus immaturi. Ipſa vero oliua nominatur drupa.

¶ Omuteſco ſine b. & ſimplici m. q̃uis ex ob & muteſco cōponatur. Et ſignificat mutus fio. Verg. lib. iiij. At vero Aeneas aſpectu omutuit amens. i. mutus factus eſt: ſiue terrore ita percuſſus ē: vt loqui nō poſſet. Eſt enim p̄teritum ab omuteſco: non ab obmuteo: qđ reperiri non puto: quia nemo vere exprimere poteſt: Mutus ſum. Multo minus mutus fui niſi a deo liberatus fuerit. Cū eñ in auctoribus reperimus omutuit: ab omuteſco p̄teritū eſt. Narratur eñ actus qui tūc accidit hoc eſt q tūc ille mutus effectus eſt. Qui actus tūc non præterierat ſed extabat. Si vero quis mutus a deo liberatus dicat Omutui: nūc autē loquor. Tūc Omutui ab Omuteo fiet: & ſignificabit Mutus fui.

O. ante N.

¶ Onager. pen. cor. aſinus agreſtis. Componit eñ ex ὄνοσ aſinus. ἄγριοσ ſylueſter. Nam in ros græca deſinētia cū ad latinā tranſeūt declinationē: mutant ros in er: vt Alexandros Alexander. Onagros Onager. Var. Aſinorum duo ſunt genera. Vnū ferum: quos vocant Onagros. In Phrygia & Lycaonia ſunt greges multi. Alterum manſuetum: vt ſunt in Italia omnes. Ad ſeminationes Onagrus idoneus: q e fero fit manſuetus facile: & e manſueto ferus nunq̃. Albertus libro de animalibus ſcribit medullam Onagri curare podagram ſi ea inungatur: & eius ſtercus ſiccatum & cū vino bibitū valere contra Scorpionis puncturam.

✻ Onę ficus ſunt p̄dulces quæ Tarenti tantū naſcūtur ſic dictę q propter bonitatem iure emi queant ὠνὴ eñ græce dicitur emptio a verbo ὠνέομαι. i. emo. Cc.

¶ Onocentaurus animal monſtroſum qđ a parte ſuperiori hominis ſpeciē habet: a parte inferiore aſini p̄fert imaginē. De quo habetur apud Eſaiam. Et occurrent dæmonia Onocentauris.

¶ Oneſimus. pen. cor. proprium nomen viri: & latine dicitur vtilis. ὄνησισ iuuamen: vtilitas.

¶ Oneſecritus. pe. p. philoſophus Aeginenſis: vel vt quidam volūt Aſtiphalenſis qui cum Alexandro militauit: vt Xenophon cum Cyro: & Alexandri vitia & laudes ſcripſit. fuit etiam medicus.

¶ Onocrotalus. penultima cor. auis eſt cygno ſimilis dicta q collum in aqua mergens ſpiranſq; veluti ruditum aſini edat. ὄνοσ aſinus. κροταλισμοσ crepitus. Hierony. contra Vigil. Centauros & Syrenas vlulas & Onocrotalos in Eſaia legimus.

¶ Onixes genus marmoris: de quo Plyni. Onixes in Arabię mōtibus & in Germania: ex quo potoria vaſa primū facta poſt pedes lectorum ſellarumq;.

¶ Onyſcus ſiue Tylus vermiculus eſt pluribus pedibus colore fuſco ſub lapidibus aut figulinis vaſis viuens: qui tactus arcuat ſeſe atq; in globum cōtrahit ad ſimilitudinem paruæ pilæ.

¶ Onyx onycis generis maſculini: vnguis ſeu gēma candorē habens vnguis humani. Mar. Calcatuſq; tuo ſub pede lucet onyx. Acron dicit eſſe metallū gemmæ ſimile: de quo parua vaſa ad vnguenta faciebāt quæ a Porphirione ampullæ marmoreæ dicūtur. Nā Onychiten lapidem quidā dicūt eſſe marmoreū: naſciq; in

Arabiæ montibus: ex quo vaſaria facta fuiſſe ſcribit Corn. nepos. Hũc quidã alabaſtritẽ lapidem vocant ad vaſa vnguentaria: qoniã ea incorrupta optime ſeruare dicit̃: vt ait Plyn. Proper. Cõ dabit̃ Syrio munere plenus onyx. Apud Luc. & Papi. ſumit̃ pro ipſo marmore. Et pro vaſe tã fœ. q̃ maſ. gñis eſt. Mar. Vnguentum fuerat qđ onyx modo parua gerebat. Onyx etiã vngula quędã aromatica. Prop. Et crocino nares murrheus vngat onyx. A cuius accuſatiuo græco noſtri hęc onycha declinauerũt. Hier. in Exo. Sume tibi aromata ſtactem & onycham. Ab Onyx fit adiectiuum Onychinus. a. um. pe. cor. ✳Eſt & Onychis ſiue onyche piſcis genus: alias Oſtreacius dictus. Cc.

✳Onycipuncta gemma: quę & Iaſponyx dicitur niuea imitata. Cc.

✳Onochlis & Onochiſon anchuſæ hærbæ ſpecies vt Galenus aſſerit. Cc.

¶Onoma. pen. cor. latine dicitur nomẽ. a ſono aliquo ſeu voce nomina finguntur.

¶Onomatopœia cũ œ diph. i. nois fictio: vt balatus ouiũ: mugitus boũ ab ὀνοματοσ nois: & ποιέω fingo.

¶Onobs ciuitas inter ſacrum promontorium & herculeas columnas.

¶Onus. eris. põdus. Videt̃ ratio exigere vt aſpiretur cũ Var. dicat honos ab honeſto onere: & honeſtus: q, honus ſuſtineat reip. Cũ aũt honor & honoro aſpiratione habeãt & ab honere deducant̃: videtur etiam honus aſpirandũ: vt qđ in deriuatiuis ſeruat̃: in primitiuis ſeruari debeat: verũ vſus hodiernus refragatur.

¶Onero. as. onus impono. Transfert̃ etiã ad animũ vt onerasti me curis. i. impleſti. hinc oneratus & onuſt⁹ pro pleno frequẽter accipiunt̃. Verg. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes. Hui⁹ verbi cõpoſitũ & contrariũ eſt exonero: quod eſt onus detraho. Terent. Nos quoq; amicos ei⁹ exonerastis metu Idẽ. Ego nũc mihi ceſſo quin honc humerum exonerem pallio.

¶Onerarius. a. um. quod oneratur: vel onerari poteſt. Vnde naues onerarię q̃ a geſtandis oneribus dictę ſunt et ob id tardę queadmodũ actuaria nauicula a celeritate ſtans dicta eſt q, facile agi poſſit.

¶Oneroſus plus eſt q̃ oneratus.

✳Ononiũ vrticę gen⁹ multo cęteris mitius: & folijs ferè nihil mordentibus conſtat. Cc.

¶Onuſtus dicitur cui onus ipſum honori eſt: vt ſi qa ſpolia de hoſtibus ferat.

¶Ooneę inſulæ in oceano ſeptentrionali in quibus Ply. refert lib. iiij. ouis auiũ & auenis incolę viuunt.

O. ante P.

¶Opacus. a. um. pen. prod. qđ eſt vmbroſum. Vergi. Et fontes ſacros frigus captabis opacum.

¶Opaco. as. pen. prod. obumbro cooperio: obſcuro. Idẽ li. ij. Ge. Nũc altę frondes & rami matris opacant. Col. li. vi. Cũ plerũq; dicti ſyderis tẽpore quędã partes eius regionis ſic infeſtent̃ Euro vt niſi teguminibus vites opacentur veluti halitu flãmeo fructus vratur.

✳Opali gemmę ſunt in India Smaragdis tantum cedentes. Cc.

¶Opera. ę. actio eſt & labor & induſtria operantis ſeu operatio pro mercede ſumpta. Ci. li. offi. Non male pręcipiunt qui ſeruis vti iubẽt vt mercenarijs. iuſta p̃bẽda operam exigẽdã: id eſt laborẽ & operationẽ corporis. Operas quoq; perſonas dicimus quę aliquid faciunt: ſicut cuſtodis quę cuſtodit. Cic. pro Flac. Operæ faceſſant: ſeruitia ſileant. Opus vero finis fructuſq; operæ quod fabricando factum relinquitur. Teren. in Heau. vtrũq; complexus eſt cũ ait. Quod in opere faciundo operę cõſumis tuę. Vnde opera auctorũ dicunt̃. Et opera tã publica q̃ priuata ædificia dicũtur. Aliquãdo tamen opus capitur pro opera. Vergil. Mollibus e ſtratis opera ad fabrilia ſurgit. quaſi ad operas. Vbi notandũ eſt q, quoties non ad laborem corporis: ſed ad laborẽ animi: & ad artem induſtriãq; reſpicimus magis opus q̃ operã dicim⁹: vt in opere fabrili: in opere ruſtico: in opere faciũdo. Interdũ opus ponit̃ pro mercede vel neceſſario: vt opus eſt ægrotanti medico: id eſt neceſſari⁹ eſt medicus ægrotanti. Et nihil mihi opus eſt: id eſt nihil mihi eſt neceſſariũ. Dicimuſq; opus eſt mihi res. huius rei. hanc rem. Apu. Cui eã rem factam opus fuerat. Similiter opus eſt mihi hac re: quod frequentius vſurpatur. Dicimus qooq; operam do: operam impendo t operã nauo: qđ eſt ad aliquã rem agendam incumbo et ſtudium laborẽq; impendo. Cice. Da operam vt valeas. Hinc dedita opera dicimus de induſtria quaſi cura adhibita & labore impenſo.

¶Operula diminu. ab opera. Apule. Operulas etiam in eam contuli: quas adhuc vegetus ſaccariam faciens merebam. Opuſculum diminu. ab opus.

¶Operarius qui laborẽ operando fert. Vnde Ca. ſcribit operarios parandos eſſe: qui laborem ferre poſſint t ne minores annorum. xxij. & ad agriculturam dociles. Gręce Ergaſtes dicitur.

¶Operarius. ria. rium: qđ induſtria atq; opera fit. Ply. Quæ inter vina operaria numerãtur. Et fit ab opera.

¶Operatorius. ria. riũ. qđ operatur. Ambr. li. de para. Si aſſumptio de ligno ſcientię boni & mali ita operatoria erat vt bonũ & malũ cognoſceretur: ſine dubio vbi guſtauit de ligno pręcauit.

¶Operoſus qui rebus gerendis operã dat. Cice. Videtis vt ſenectus non modo languida non ſit: verũetiam operoſa. id eſt quæ agit & rebus agendis operam dat. Quãdoq; paſſiue dicit̃. Ouidius. Moles operoſa laboret. id eſt ab aliqoo operata eſt. Item operoſum dicitur qđ eſt multę operę: vel vehemẽtia operis. Ply. li. xviij. Et vitia pingueſcunt arua: nec ipſa agricolis operoſa t immo ſulco ſata non ſarritor nec ſtercoratur.

¶Operępretium ab opere deducitur: & ſignificat fructuoſum & ad rem pertinens: vel quia decens: vel quia vtile: vel quia glorioſum: vel quia iucundũ. Ci. Operę pretiũ erat ludentes intueri. Ply. Id vero audire pretiũ operę ſit. Iuue. Eſt operęp̃tiũ penitus cognoſcere toto Quid faciant agitentq; die.

¶Operor. aris. ab opera ſignificat in opere aliquo faciundo laboro. Hieron. in Gñ. Et homo non erat qui operaretur terram. Interdum operari eſt facere ſeu perpetrare: vt Odiſti omnes qui operantur iniquitatem. Item operam dare. Col. li. xiij. Si rebus venereis fuerit operatus: vel vir vel fœmina. Item rem diuinã facere t ſacrificare. Vnde & operatio pro ſacrificio. Iuue. vt matutinis operatus feſta lucernis. Plautus. Vt iſtęc operatio crimen expiet. Recentiores philoſophi operationẽ pro eo accipiũt qđ græci energiam vocant. Huius verbi compoſitum eſt Cooperor.

¶Operio. is. operui opertũ ex ob & pario: ſed b abijcitor. Vnde & per ſimplex p ſcribitur: ſignificatq; rego t claudo: quaſi in oppoſitum pario. Proper. Atq; multi pellis totos operibat amantes. Plautus in cap. Operta quæ fuere aperta ſunt: patent præſtigiæ: om nis res palam eſt.

¶Operior. iris. opertus depo. vt experior exptus q̃ q̃ experior cõmune habeat̃. Ter. in Phor. Si rõ rum dedero vnã pręterea horã ne opertus ſies. Dio. tamen docet nõ habere: ſed vſurpare poteſtatẽ. & per duplex pp

ſcribi debere ait Tortell. ad differẽtiã operior paſſiui ab operio: quorũ prima breuis eſt: & per vnũ p ſcribitur. Eſt autẽ opꝑiri expectare. Teren. in Phor. Hic ego interea virũ operibor. Fitq; operior a pario: ſicut ſentire videtur Priſ. qui ſic inquit. Sunt alia ex hoc compoſita deponentia experior: operior: quorũ participia expertus & opertus oſtendũt a pario eſſe cõpoſita: cuius participiũ partus eſt. Nã pario & tertiæ eſſe & quartę fuiſſe manifeſtũ eſt ex eius compoſitis: quæ in ſupino tertiæ cõiugationi tantũ accedũt in alijs oibus ferme quartæ. Quinetiã ipſum perior: vnde peritus a: a pario ſecundũ quartam coniugationem & ſignificationem quã imitatur eſſe videtur. Peritus tamen a græco dicitur eſſe ab πεῖρα experientia.

¶ Operto. as. frequẽtati. eſt ab operio: vt inquit Feſt.

¶ Operimentum dicitur quod aliquid tegit.

¶ Opertoriũ idẽ qđ operimentũ. vt illud ꝑs. Et velut opertorium mutabis eos & mutabuntur.

¶ Operculũ inſtrumẽtũ quo aliquid tegiť. Colu. li. ix. Sũt qui a ſuperiore parte foramina ipſis operculis imponant: qđ fieri non oportet. Nam ſuperſiliens auis ꝓluuie ventris cibos & aquam conſpurcat.

¶ Operculo. as. operculo operio. Idem li. vltimo. Ab eo tẽpore quo primũ dolia operculaueris vſq; ad æquinoctium vernum ſemel in diebus. xxxvi. vinum curare ſatis eſt.

¶ Opharus fluuius apud Cantabros.

⁎ Ophioſtaphyles frutex eſt de genere Ruborum quẽ latini ſerpentis vuam nominãt: quoniã in Arabia peſtilens eſt. Cc.

⁎ Ophicardelus gemma eſt in qua nigrũ colorem binę lineæ albæ includunt. Cc.

¶ Ophis gręce ſerpẽs latine diciť. vñ Ophiophagus.

¶ Ophiophagi dicti ſunt qui ſerpentes comedunt.

¶ Ophiucus ſerpentarius ſiue anguitenẽs: quo nomine dictus eſt Hercules: ꝙ anguem manu tenens a Ioue in coelũ tranſlatus ſit ab ὄφιος: & ἔχω teneo quaſi ὀφιοέχος: & per ſynæreſim mutatis ο & ε in ου. ὀφιοῦχος. Nec Ophiulchos dicendũ eſt. Sũt tñ qui Ophiuchum Aeſculapiũ eſſe velint. Alij Canobonta Getarũ regẽ. Alij Phorbantẽ Triopę Theſſalorum regis filium.

¶ Ophiogenes pe. cor. latine dicitur ſerpentibꝰ generatus. Ophiogenę genus hominũ in Helleſpõto quos Crates Pergamenꝰ ſcripſit ſerpẽtũ ictus tactu ſolitos leuare & manu impoſita venena extrahere corporibus.

¶ Ophiomachus. pe. cor. genꝰ volucris cõtra ſerpẽtes pugnantis. De hoc habetur in Leui. Quidã accipiunt pro lacerta quę cum ſerpentibus pugnat.

¶ Ophites. pen. pro. marmoris genus ſerpentis maculas habẽtis. Luc. li. ix. Q; paruis tinctus maculis Thebanus ophites. Scribit Plyn. ex ophite columnas eſſe paruas: qđ marmor ſit nigricans: variũ: dicaturq; capitis dolores ſedare: alligare ſerpentum ictus.

¶ Ophiuſa inſula quæ & Rhodus propter ſerpẽtium multitudinẽ ibi exiſtentem: quaſi ſerpentaria.

¶ Ophthalmos latine oculus dicitur. Vnde Ophthalmia oculorum ægritudo: quam Celſus lippitudinem appellat. Negat tamẽ Iuli. Pollux eſſe propriũ aliquod oculorum vitium: ſed in eo verbo ſignificari tradit cæcitatem oculorum ex corporis ægritudine. Hinc Triophthalmus lapis qui hominis tres oculos ſimul exprimit. Aegophthalmus qui oculum capræ habet. Monopthalmus: monoculus.

¶ Opicus. a. um. pe. cor. qđ eſt ſordidũ: immũdum & obſcœnũ. Nam vt inquit Feſtus Opicũ pro oſco ponitur. Oſcis enim frequẽtiſſimꝰ fuit vſus libidinũ ſpurcarum. Vnde & verba impudentia dicuntur obſcœna. Titi. Oſce & Volſce fabulantur: nã latine neſciũt. Ply. li. xxix. ſub Catonis perſona ait. Barbaros nos vocãt et Opici appellatiõe decorãt. Iuue. Opicos mures fœdos putidos dixit. Idem. Opicę caſtigat amicę: id eſt q̃ non latine loqueretur: ſed opice. Fuerũt autem Opici Campanię populi quidã a linguarũ colluuione dicti: ſiue a ſerpentibus quaſi Ophici in quibus numerabãtur Baiani: Cumani: Puteolani: Neapolitani. hæ nanq; vrbes Opicorum fuiſſe dicuntur.

¶ Opifex. pe. cor. ab opera deduci videť: & artificẽ atq; operatorẽ ſignificat: nõ modo rerũ: ſed etiã verboꝝ. Cic. li. v. tuſ. Aduena quidã ignobilis verborũ artifex inſinuaſſe in antiqua philoſophia videtur. Vnde etiam coqui & blandarũ artiũ ſectatores opifices appellanť. Idem. Omnes autem opifices in turpi ſunt exercitio. Hinc deum opificem: id eſt operatorem omniũ rerum dicimus. Ouidi. Ille opifex rerum. Cuius opus dicitur opificium. Vnde Lactã. opus de opificio hominis vel dei inſcripſit: hoc eſt de formatiõe hominis. poteſt etiã dici opifex quaſi opem ferens.

¶ Opilo inquit Feſtus genus auis eſt.

¶ Oppilo. as. pe. pro. ſignificat occludo. Lucr. lib. vi. Fluctibus aduerſis oppilare oſtia contra. Cic. in Phili. Tabernis oppilatis. Hic medici vitiũ ꝓcluſi fractiq; iocinoris aliorũq; intus viſcerum oppilationem vocãt. Fit autem a pila quod columnam ſignificat.

¶ Opilio quaſi ouilio qui oues cuſtodit. Plaut. in Aſi. Etiam opilio qui paſcit mater alienas oues aliquam habet peculiarem qui ſpem ſoletur ſuam.

¶ Opiſthographus. penultima correpta. volumen qđ in tergo ſcriptum eſt. Fit enim ab ὄπισθεν opiſthen. i. retro. & γράφω ſcribo. Ply. Iunior. Electorum quoq; cõmentarios cẽtũ ſexaginta reliquit: Ophiſtographos quidem & minutiſſime ſcriptos.

¶ Opiſthotonon rigor quo caput ſcapulis intenditur τόνος enim rigor dicitur. Inde Opiſthotonici dicũtur qui rigore ceruicis inflexibili laborãt. Empiſthotonon quando mentum pectori annectitur.

¶ Opiter. eris. vel opitris dicitur. cuius pater auo viuo mortuus eſt: ſic dictus ꝙ obitu patris genitꝰ ſit: aut ꝙ auũ poſt patrem habeat. i. pro patre.

¶ Oppedo. is. pen. pro. Vide in dictione Pedo.

¶ Oppeto. is. pen. cor. ex ob & peto. Non autẽ ex os & peto: ſicut putauit Ser. vt ſit quaſi ore terram peto: cũ ij qui moriuntur non omnes ore terram petant. Significat tamen morior: ſiue necor: licet plerũq; ſine accuſatiuo ponatur cũ plenũ ſit. Ply. li. x. Oppetunt nõ ſenio: nõ ægritudine: ſed fame. Verg. Contigit oppetere. Cic. cũ accuſatiuo iũxit lib. de diui. Aequius eſſe cẽſuit maturã oppetere mortẽ. Idem li. ij. tuſ. Veſtras manus peto priuſq̃ oppeto malã peſtem hoſtili manu. Et tũc ſignificat incido ſiue incurro. Proprie tamen oppetere ſignificat ſubire: ſeu affectare.

¶ Oppeto incido incurro: Plaut. Atq; illa viua vitiis vt peſtem oppetas.

¶ Oppidũ q̃uis ab ope danda dicatur: ꝙ opis cauſa mœnibus cingatur: vel ab opere ꝙ opus ſit ad vitam gerendã: ſeu ab opibus. Huius eñ rei cauſa mœnia cõſtituta ſunt: vt homines opes ſuas eo cõferrẽt: vbi nullum eſſet hoſtiũ periculũ. In verſu tamẽ per duplex pp ſcribi conſueuit: cũ & ab opponendo ſe hoſtibus oppidum quidã dici exiſtimẽt. Eſt aũt oppidũ omnis vrbs pręter Romã: quę peculiari nomine vrbs dicta fuit: vt cętera nominẽtur oppida. Vnde apud Plau. oppidũ & vrbem indifferẽter legimus: cũ in Perſa inquit. Eleuſipolim Perſæ cepere: in Arabia plenã bonarum rerũ antiquũ oppidum. Ser. Sulpi. cũ numeraſſet vrbes mul-

tas poſtea dixit. Quę oppida quodã tẽpore florentiſſima fuere. Dicebaẽ etiam oppidũ loc⁹ in circo vnde quadrigę mittebanẽ.

¶ Oppidulũ dimi puũ oppidũ. Leo papa. Infãtia me diaconis dei & hoim iã vniuerſo declarabaẽ mũdo cum adhuc exiguo detinereẽ oppidulo.

¶ Oppidatim aduerbiũ. i. per varia oppida.

¶ Oppido aduerbiũ eſt valde: multũ. Tract⁹ ſermo a colentibus agros: q cũ interrogarenẽ q̃tum meſſiũ collecturi eſſent volẽtes ad ſufficiẽtiã & multũ dicere rñdebãt oppido. i. ad ſcẽ & ad oppidũ ſuffecturas. Hic venit in cõſuetudinẽ: vt de quacũq; re loquẽ: es oppido pualde m̃l'ũ ſumereẽ: vt oppido laſſus ſum. Q̃nq; ponit p vero vel ſtatim. Plau. Reddidi oẽ aurũ oppido. Iungiẽ aliqñ cũ q̃. ſicut p̃poſito p. Gel. Oppidoq̃ libens feci. Cęſ. Quibus rebus oppido q̃ pauci ſub pellibus acgeſcebant.

¶ Oppidanus q oppidũ incolit: ſed Oppian⁹ poeta fuit tpibus Antonini pij: Vñ ait ἴδμεν τοι πόντοιο πολυσπερέας τε φάλαγγας παντοίων νεπόδων πλωτόν γένος ἀμφιτρίτης ἐξερέω γαίης ὕπατον κράτος ἀντωνῖνε. κ. l. Gentes vtiq; ponti diuerſigenaſq; phalãgas omnimodorũ pedũ nõ hñt: ũ. i. piſciũ nauigabile gen⁹ maris indago. terrę eximiũ robur Antoninc. Cæſar li. iij. cõ. Sub vaſperũ Cęſar portas claudi: milites ex oppido exire iuſſit ne quã noctu oppidani a milittb⁹ iniuriã acciperẽt.

¶ Oppidicus eius ſignificationis eſſe arbitror: cui⁹ oppidan⁹. Gel. li. ij. Hic ago ad noſtros iuuenes cõuertor. Quid mq̃ vos oppidici dicitis mihi?

¶ Opto deſydero: vñ optatiuus modus. qm vero ea q̃ optam⁹ eligere ſolemus: & adhibitia etiã p̃cibus poſtulare: factũ ẽ vt optare ſit freq̃nter poſtulare & p̃cari. Vergi. Siqd veri mẽs augurat opto. Itẽ p eligere. Ter. Qd ſi effeceris qduis p̃miũ a me optato. Hic optati electi & aſciti in aliquẽ honeſtũ gradũ. a quo optiões in turmis decurionũ appellatę.

¶ Opitulor. pen. cor. adiuuo: ſubuenio ab ope. p auxilio & tolẽdo. i. ferẽdo. Sal. Sępe maiores noſtri miſerti plæbis Romanę decretis ſuis inopię eius opitulati ſũt. Hinc opitul⁹ & opitulator dict⁹ eſt Iuppiter: quaſi opislator. Et ppria in rebus dubijs & malis dicitur.

¶ Opinio eſt q̃ idoneis firmaẽ auctorib⁹. Q̃nq; opinio dicẽ ſpes. Ci. lib. iij. offi. Opinionẽ aſſerunt populo eorum ſimiles fore: quos ſibi delegerint. Q̃nq; fama. Idẽ ad Cęſarẽ Iuniorẽ. Erat opinio bona de Lepido. q̃nq; ſuſpicio: exiſtimatio: iudiciũ. Plau. in am. Pri⁹ tua opinione hic adero. Diſtigũt philoſophi opinionẽ a ſcientia: q opinio incerti ſit: ſciẽtia vero certi.

¶ Opinor pe. pro. puto: ſuſpicor: opinionẽ habeo. Lactan. lib. iij. Id eñ opinatur qſq; quod neſcit. Illi aũt q de reb⁹ naturalib⁹ diſputãt: opinanẽ ita eſſe vt diſputãt. Neſciũt igiẽ veritatẽ: qm ſciẽtia certi eſt: opinatio incerti. hinc inopinatũ dẽ qd̃ p̃ter opinionẽ accidit.

¶ Opinabile qd̃ opinione concipi poteſt.

¶ Opinioſiſſimos appellat Ci. in Hortẽ. phõs qm ſcilicet opinanẽ rãq̃ nihil cõp̃hendi poſſit. Et da ſa quoq; loquẽs ait. Magn⁹ q dẽ ſum opinator. Et hoc & ita Socrates qcqd ſibi videreẽ: & qd ipſe ſentiret tegebat: affirmãs nihil ſciri poſſe. cuius eſt illud: hoc vnũ ſcio q neſcio.

¶ Oppigneroiex ob & pignero. Pignero vero a Pign⁹ fit. Et eſt oppignerare aliqd pignori dare. Mar. Oppigneraueriẽ ad Claudij modo mẽſam vix octo nummis annulos vnde cœnaret. Ter. Num oppignerare filiã meã oportuit? Repignerare eſt ſoluto debito pign⁹ recipere.

¶ Opium ſuccus ex papauere h̃ñs p ſomnũ vim ſi copioſius ſumatur mortiferam.

¶ Oplomach⁹. pe. cor. quaſi cũ armis militarib⁹ & ſcuto depugnãs dẽ. Grȩci. n. ὅπλον dicũt ſcutũ. τὰ ὅπλα arma μάχομαι pugno. Mart. Oplomachus nũc es fueras opthalmicus ante.

¶ Oppleo circũq̃q; ſiue maxime impleo. Plau. i Ru. Sed ante prandiũ vxor ma vocat: redeo domũ: iã meas opplebit aures ſua vaniloquẽtia.

¶ Opploro: contra ploro. Cic. ad Heren. At ille quin mihi illum datis ac vos auribus meis opplorare nõ deſinitis.

¶ Opon pmontoriũ Cretę in occidẽtẽ vergens.

¶ Oppono is. cõtra pono ſeu ex aduerſo pono. Vnde oppoſitio cõtrarietas: oppoſitũ contrariũ.

¶ Opoponax ſuccus panacis herbæ q̃ oẽs morbos ſanare dicitur.

¶ Oporophylacion: cuſtodia pomoꝝ vel fructuum.

¶ Oporotheca: locus vbi fruct⁹ autũnales habenẽ. Nã opora fruct⁹ autũnales: & theca rpoſitoriũ. Var. In opototheca mala manera putãt ſatis cõmode. Idẽ. Et ideo oporothecas q faciunt ad aq̃lonẽ vt feneſtras habeãt atq; vt pflenẽ curant.

¶ Opobalſamũ: ſuccus balſami ab ὀπὸ ὀπὸς ſucc⁹ qui p̃ferẽ oibus odoribus vni iudęę terraꝝ cõceſſum vt ait Ply. Arbor ipſa balſamũ dicit q̃ inciſa nitro lapide oſſeiſve cultellis ſuccum mittit quẽ opobalſamũ vocãt eximię ſuauitatis. Xilobalſamũ lignũ balſami. Carpobalſamũ fructum balſami dicũt.

¶ Oportet qdã cõpoſitũ eſſe putãt: ab opus ſiue opis & portet. ſignificatq; expedit vel vtile aut neceſſe ẽ. Impſonale verbũ. vt Oportet legere libros. Pat paſſiuũ: Oportet legi libros. In p̃terito vt Oportuit feciſſe hoc Et factũ hoc oportuit. ſine verbo aliquo. Cice. Tamen id factũ nõ oportuit. Idẽ. Totã rem illi integrã ſeruatã oportuit. Nõ diſſimilis huic oratio fit per Volo. Idẽ. Liberis cõſultũ volumus etiã ſi poſthumi futuri ſint.

¶ Opportunus per duplex pp. ab ob & port⁹ ſeu portunus compoſitum eſt. Portunus aũt q & Palęmon inter deos colebaẽ: quia portub⁹ p̃eſſe dicebaẽ. Diciturq; opportun⁹ q omnibus accõmodaẽ veluti port⁹ ab eo q nauigantibus maxime vtiles optatiq; ſint port⁹. Vñ opportune aduerbiũ. Dicimus autem opportune accidere qd̃ pro deſyderio noſtro accidit a quo etiam opportunitas pro commoditate quẽadmodum ẽ diuerſo importunũ eſſe: & importunũ fieri dicimus q̃ ſunt fiũt ve p̃ter rationẽ loci: ſiue temporis aut pſonarum. Virg. de auibus quæ cum nocte tantum volare ſoleant die apparerent. Importunæq; volucres ſigna dabant. pp̃ter ea importunum hominem dicimus procacẽ atq; moleſtum inquietum: & quaſi portu carantem. Vide loco ſuo.

¶ Ops opis. gen. fœm. dea eſt filia Cæli ex Veſta & ſoror & cõiunx Saturni quæ Rhea græcõ vocabulo. hãc putant terram eſſe ἀπὸ τοῦ ῥέω fluo. q terra affluẽs ſit omnium rerum. Eadem Cybela appellatur vel a monte atq; oppido phrygiæ Cybelo vbi ſacra eius primo iſtituta ſunt: vel ἀπὸ τοῦ κυβάλου. & ea dea in cunctis caſibus aſſe perhibetur. cuius ope humanæ vitæ alimenta quæruntur. Vel dicitur ops ab opere per quod fructus frugeſq; naſcũtur. Ab hac opes hoc ẽ diuitiæ dictę quia diuitias omnes in agris eſſe veteres exiſtimabant vel quia omnes opes humano generi terra tribuit. hæc mater deum dicitur: quia omnia gignit: val quia in ea fiat omne opus: val quia opus eſt ea ad viuendum. Ops vero generis omnis ſignificat opulẽtũ. a quo Inops pro inopulento. Antiquiſſimi tamen teſte Capio.

hic & hæc ops & cops: pro eo qui eſt opulentus & copioſus. Preterea ops opẽ ferẽs dicit̃. Actius. Quorũ genitor fertur eſſe ops gẽtibus. Vñ Inops & inopioſus q̃ ſi ſine ope. Vnde ſi inopẽ: inopẽ cõſilij dicimus: hoc ẽ ſine ope animi: ſine ope conſilij. Vir. Sæuit inops animi. Plau. Sępe ego multas tibi mãdaui dubias egenas inopioſas conſilij. Obliqui ſingulares ſignificãt auxiliũ. Ouid. de reme. Carminis & medicæ phœbe reptor opis. Ci. li. iij. tuſ. Opis egẽs dixit .i. auxilij indiga. Aliquando ſignificant poſſibilitatẽ. Virg. Nõ opis eſt noſtræ. In plurali diuitiæ dicũt̃. Idẽ. Auxilio tutos dimittã: opibuſq; iuuabo. Sed & opẽ veteres dixerũ ꝓ opulentia. Cice. lib. iij. tuſ. Opnami domus ſeptũ altiſono cardine templum: vidi ego te adſtantem ope barbarica .i. opulentia ſiue opulentitate luxurioſa. Quãdoq; etiam auxiliũ. Cic. ad Q. fratrẽ. Nũc ita accidit. vt neq; prætores ſuis opibus neq; ſtudio noſtro quicq̃ proficere poſſemus. Quandoq; poſſibilitas ſeu potentia. Ouid. libro. iij. Faſt. Sed timui magnas Pygmalionis opes.

¶ Opis. hui⁹ opis. nympha Dianæ comes. de q̃ Virg. li. xj. Velocẽ interea ſuperis in ſedib⁹ Opim cõpellabat: vbi pria ꝑducit̃ cũ in opis ab ops corripiatur.

¶ Opis etiã nomẽ ciuitatis iuxta quã Tygris profluit in mare rubrum.

¶ Opigena ab ope dicta eſt Iuno: quã matronæ colebant: ꝙ ea ferre opẽ in ꝑtu laborantibus credebat̃.

¶ Opalia. dies feſtus Opi deę dicatus. Et erãt poſt Saturnalia: vl̃ eodem die quo ſaturnalia. quoniã Opẽ Saturni cõiugem eſſe crediderunt.

¶ Opimus. a. um. pe. p. idem eſt quod diues & pinguis vt Hoſtia opima: & mẽſa opima. Vir. Aut ſpolijs ego iã raptis laudabor opimis. Gel. formauit cõparatiuũ. Nam quas venabatur feras membra opimiora ad ſpecũ mihi ſuggerebat. quaſi pinguiora. Inde opime abũdanter.

¶ Opima ꝓprie ſpolia .i. ampla & magnifica q̃ dux duci detrahit. Dicta vt Var. inquit ab ope. Vel vt Plut. ait ab opere cũ ſit op⁹ egregiũ ac clariſſimũ ducẽ belli parem ſibi ductorem ſupare.

¶ Opimo as. pe. p. piguefacio. Col. Hyeme tñ offę panis vino madefactę ſicut etiã palũbos celerius opimãt q̃ cæteri cibi.

¶ Opiparus. a. um. dicit̃ magnarũ opum apparatus. Plau. i Perſ. Satin Athenæ tibi viſæ fortunatæ atq; opiparæ. Vnde opiparum cõuiuiũ dicimus.

¶ Opipare .i. abundanter.

¶ Opulentus diues & opibus abundans: q̃a reb⁹ abũdat terrę: quaſi diuitiarũ plenus. Plau. in Am. Opulento hoi hæc ſeruitus dura eſt. Aug. ad arborẽ trãſtulit. Attẽdẽtes iuxta arborẽ pulchrã amœnã folijs virentẽ fructibus opulentã. hinc opulẽtia: & opulẽtitas. Idem. Quaſiq; eius opulẽtitatẽ reuerearis.

¶ Opulens: idẽ quod opulentus. Ambr. li. hexa. Fugienda ſunt tentamẽta mũdi: ne pauper deſperet: ne opulens inſoleſcat.

¶ Opulento. as. dito ſeu abundantẽ facio fœcũdo ve. Col. lib. ix. Quippe villaticæ paſtiones ſicut pecuariæ non minimã colono ſtipem conferũt. cũ & auiũ ſtercore macerrimis vineis & omni ſurculo atq; aruo medeãtur: & eiſdem familiarẽ focũ menſamq; ꝑtioſis dapib⁹ opulentent.

¶ Opuleſco. diteſco. Furius. Quo magis in tantis poſſint opuleſcere campis.

¶ Opprimo is. pe. cor. eneco ſiue perturbo. hẽcq; i ſemitorẽ vim q̃ extingo. Ci. in Lel. Quãobrẽ primũ danda eſt opa nequa amicoꝝ excidia fiant. Sin aliqd tale euenerit vt extinctę potiꝰ amicitię q̃ oppſſæ videantur. q̃ſi qd extiguit̃ poſſit inflãmari: qd opprimit̃ nõ queat. Interdũ opprimere põit̃ ꝓ cõtinere ſeu claudere. Plau. in Aſ. Os opprimere. Interdũ ꝓ conuincere ſeu cõprehẽdere. Idẽ ibi. Iã faxo ipſum hoiem manifeſto opprimo. Interdũ ꝓ violare. vt oppſſit virginẽ. Interdũ pro grauare. Cic. Qui homini tot miſerijs calamitatibuſq; oppſſo ſubuenirer. Interdũ ꝓ ꝑuenire occupare. Cice. Cat. Puto te iam ſuppudere cũ hęc tertia iã epiſtola ante te oppſſit q̃ tu ſchedã aut litterã. Interdũ ꝓ cõſtrigere. Vñ compſſio cõſtrictio: cui⁹ diminutiuũ ẽ Oppſſiũcula. Plau. Molles mot ſiũculæ papillarũ horridularũ oppſſiunculæ.

¶ Opprobrium. ex ob & ꝓbrum: ſignificat infamiam dedecus. quaſi obiectũ probrum ꝙ proueniat ad probrum .i. propter ſcelus cõmiſſum: vt cum quis culpã maledicit.

¶ Opprobro as. opprobrio do. obijcio. Gel. lib. j. Idẽ Cato. M. Cęlio tribuni plębis vilitatẽ opprobrãs nõ loquẽdi tm̃ verũetiã tacedi. Fruſto inqt panis conduci põt vl̃ vt taceat. vel vti loquat̃.

¶ Opprobramentũ. Plau. in Mer. Litigare ego nolo vos. Quã tuã aũt accuſari fidem multo ædepol ſi qd factũ dũ eſt facere domui mauolo q̃ opprobramentũ aut flagitiũ muliebre.

¶ Oppugno: contra ſeu circa pugno nocendi cauſa. Cic. ꝓ Sex. Domus eſt oppugnata ferro facibus exercitu Clodiano.

✠ Oppuuire ꝑcutere eſt vñ oppuuia verbera dñr. Afranius. Opuuijs pueri coercent̃. Cc.

¶ Opſoniũ. dicitur quicquid vltra panẽ & vinũ i cibo adijcitur.

¶ Opſono as. pe. p. Nã gręce ὀψωνῶ per ω ſcribit̃. Similiter opſonor depo. qd idẽ ſignificat. Emo ſeu ꝑparo res neceſſarias ad obſonandũ: hoc eſt aliquid cũ pane comedendũ: ſiue cõuiuandũ. Plau. in Cai. Argẽto parciolo opſonato ampliter. Idẽ. Cœnę opſonaui. idẽ opſoniũ emi. Teren. in An. Vix drachmis opſonatus eſt decem.

¶ Opſonito as. frequẽtatiuũ ſępe opſono. Nęui⁹. Multi mecũ eo die opſonitauere.

¶ Opſonatus. tus. ipſa opſonatio. Plau. in tru. Dedi eiidẽ hodie quinq; argenti deferri minas ꝑterea vnam in opſonatum.

¶ Opſonator qui emit opſonia & coquo ad coquẽdũ tradit. Sene. ad Lucil. Adijce opſonatores quibus dominici palati notitia ſubtilis eſt qui ſciũt cuius illũ ſapor excitet.

¶ Opſopœus. cõcinator opſoniorũ. ὀψοποιὸς id eſt coquus.

¶ Opſopolis. pe. p. opſoniorum vẽditrix.

¶ Opto as. deſydero. Vñ optatiuus modus apud grãmaticos. Quandoq; Eligo. Cic. lib. j. offi. Quęq; maiori pti pulcherrima videantur ea maxime optant. Virgil. lib. j. Optauitq; locũ tectis. hinc optio pro optatio electio dicitur. Et optati dicuntur qui in honeſtum aliquem gradum ſunt electi. Interdum optare eſt ꝑcibus poſtulare. Virg. Et reor: & ſi quid veri mens augurat opto. Interdum adiungere aſcire. Varro libro. iiij. de vita. Adoptatos quotquot aſcitos exiſtimauit appellatos qui referentibus centurionib⁹ in cohortes adoptati ſubeant vt ſemper plenę eſſent legiones. Huius compoſita ſunt Adopto quod eſt valde deſydero. Plautus in Ciſ. Sociam te mihi adopto ad meam ſalutem. Vatinius. Ego autem quem potius adoptem q̃ illum quo defendente vincere didici? Et Adoptare eſt filium ad optiuum facere. Terenti. in Adel. Ego hunc maiorem

adoptaui mihi. Adoptio ſicut ſcribit Caius doob⁹modis fit: aut pricipis auctoritate: aut magiſtrat⁹ imperio. Principis auctoritate adoptamus eos qui ſui iuris ſũt q̄ ſpecies adoptiõis dicit Arrogatio q̄ & is q adoptat rogat. i. interrogat an id fieri patiat. Imperio magiſtratus adoptamus eos qui in poteſtate parentis ſunt: ſiue primũ gradũ obtineãt qualis eſt filius filia. ſiue inferiorẽ: qualis eſt nepos neptis: pronepos pneptis. Coopto eligo. Cic. in Bruto. A quo in collegiũ augurũ fueram cooptat⁹. Exopto valde deſydero vl' valde p̄cor. Sal. Nã gloriã & honorẽ imperiũq; boni & ignaui ſibi ęque exoptant. Preopto ante opto. Ter. in Hecy. Adeon puicaci ea aio vt puerũ p̄optares perire

Optato aduerbiũ: quaſi cũ deſyderio. Ter. in And. Optato aduenis.

Optabilis. Ci. Luceio. Quæ & ſi nobis optabiles in experiẽdo nõ fuerõt in legẽdo tñ erũt iocũdæ.

Optimus ſuplatiuũ eſt a bonus. Vñ optimitas vtilitas cõmodũ. Plau. Maxias optimitates gaudio effertiſſimas ſuis heris ille vna mecũ pariet.

Optimates. pe. p. ſunt q primũ i ciuitate locũ tenẽt. vl q opulentiores ſunt & i maiori cẽſu: vel q in primis ope ferre poſſunt opp̄ſſis. Cic. p Sex. dicit optimates eos eſſe q ita in rep. ſe gerũt vt ſua cõſilia optimo cuiq; probent: populares vero q ea faciebant & dicebant q̄ multitudini iocũda eẽ volebãt. Idẽ ibi. Optimates ſõt omnes qui neq; nocentes nec natura improbi: nec furioſi: nec malis domeſticis impediti. Priſc. lib. v. Optimates ſunt q defendunt ſenatores: populares q defendunt populum.

Opticus a. ũ. pe. cor. idẽ qd̄ viſiuus ſiue perſpectiu⁹ i vt Vitr⁹ optica. i. viſus. Vñ pars geometricæ diſciplinæ vna dr̃ optice. i. pſpectiua q̄ ad ocl'os ptinet q̄ cãs redditur cur viſiones ſubinde fallant. vt q in aqua cõſpiciũt maiora ad ocl'os fiãt: q̄ pcul ab oculis ſunt minora.

Opus opũtis. ciuitas in Locris. Ouı. de pon. Facta cęde puer Patroclus opũta reliquit. hinc Opũti⁹. a. ũ. vt Sinus opuntius in ęgęo.

Opul⁹. pe. cor. gen⁹ viuere vbi traduces poſſunt fieri vitiũ vt Mediolanẽſes faciũt in arboribus quas vocant epulos.

O. ante Q.

Oquiniſco. is. ex ob & quiniſco: q̄uis quiniſco non legerim. Vñ & Cõquiniſco. ſed b abijcit. ſignificat inclino. Põp. in piſtore. Niſi cũ aliq's ſubito obuiã occurras mihi q oquiniſcat. Cõquiniſco vero vt Priſ. inq't caput inclino. Sed Plau. i Ciſ. p id ignor poſuit. Faciẽdũ ẽ poſnie officiũ conquiſcã ad cistulã. Feſt. vero Conquinere deputare vñ Conquiniſco videt eſſe formatũ.

O. ante R.

Ora extremitas cuiuſq; rei. Vir. Et mecu igẽtis oras euoluere belli. Hinc veſtimentorũ extrema orę dicunt. Et regionũ ferarũq; fines. inſup & ipſę regiones. vt Arma viruq; cano troię q primus ab oris Italiã fato profugus Lauinaq; venit Littora. Sciẽdũ eſt q Ply. cũ orã dicit fere ſemp regionẽ littoralẽ appellat: apud quẽ veluti peculiaris eſt talis locutio. In ora ſunt ciuitates: & oppida orę pxia. Quæ vero remota ſunt ab ora elegãter in mediterraneo eſſe dicunt. hinc ſoluere orã vſurpatũ eſt p eo qd̄ eſt nauigare & ab ora hoc eſt littorali regiõe ſoluere retinacula nauium & diſcedere. Quint. Permittam⁹ vela vẽtis & orã ſoluẽtib⁹ bñ p̄cemur. Sũt q dicãt orã etiã ſignificare nauticũ funẽ quo nauis ad terrã ligatur. Allegãtq; Quint. dicentẽ. Permittam⁹ vela vẽtis: & orã ſoluentibus bene p̄cemur. Liu. li. xxviij. In ipſis q̄ trepidatõ nauib⁹ dũ ne hoſtes cũ ſuis i: rũperẽt trahunt ſcalas: oraſq; & anchoras ne in moliẽtib⁹ mora eſſet: p̄cidũt. vnde etiam vulgariter dicit in lora delacq̄. Cæterum eruditi negant oram inueniri pro fune nautico apud idoneos auctores cum ne in Liuio q̄dem oras ſed lora vt ex vetuſto codice liquet ſcriptũ reperitur.

✠ Oracepheſias attica regio eſt. Cc.

Orata genus piſcis a colore auri quaſi aurata: q orũ pro aurum dicunt. Dicitur etiam aurata. Mar. Nõ oĩs laudem pretiumq; aurata meretur. Fuit etiam cognomẽ Sergij Romani viri: quod ab hoc piſce ſortitus ẽ.

Oro as. p̄ or. Et hoc quando iungitur cũ deo vl' cũ homine. Ter. in An. Quod ego te per hanc dextrã oro & ingenium tuum: per tuã fidem te obteſtor ne abs te hanc ſegreges. Quando vero cum re: ſignificat peto. Idem in Eu. Vnũ vos oro vt me in veſtrum gregem recipiatis. Interdũ orare ẽ agere dicere. Et tunc ſolo actõ contentũ eſt. Ter. in Phor. Seruũ hoiem cauſam orare leges non ſinunt. Vnde oratores cauſarũ actores dicti: quos gręci ρητορας vocant. q̄uis orator a rhetore ſeparetur: q orator ſit qui in iudicijs vel cõcionibus cauſas agit: rhetor qui rhetoricen profitetur. Item oratores legati vocant: q principis aut reip. mandata peragant. Virg. li. xi. Centum oratores prima de gente latina Ire placet. Itẽ quicũq; aliquid rogat orator dici poteſt. Cõpoſita huius verbi ſunt Adoro. Exoro. quod eſt orando impetro. Vnde orator dicitur dum orat. Exorator cum impetrauerit. Ter. in Hecy. Orator ad vos venio ſinite exorator ſiem. Exorat⁹ dicitur a quo quid impetratum eſt. Deoro & Peroro quæ ſignificant orationẽ concludo.

Oratio duobus modis accipitur. Primo vt conſyderatur a grammaticis quæ eſt vt Hier. inquit omnis ſermo loquentium: cui⁹ etymologiam ſic explicat. Oratio eſt oris ratio. Secundo vt in ſacris ſcripturis accipitur: in quibus difficile orationem iuxta hunc ſenſum inuenias: ſed eam quæ ad preces & obſecrationes pertinet. Vt Exaudi deus orationem meam: intende dep̄cationi meæ. huius diminutiuũ eſt Oratiuncula.

Orator eſt vir bonus dicendi pitus qui in cauſis publicis & priuatis plena & perfecta vtit eloquentia. Oratorius. a. ũ. qd̄ oratoris eſt vel quod ad oratorẽ ptinet: vt Ars oratoria. Oratorie aduerbiũ: ſignificat more oratorio.

Oratoria ę. ſcientia qua quis orator effici põt. Aug. lib. ij. con. In qua vrbe iã cœperãt litteraturę atq; oratorię pcipiendæ gratia pegrinari.

Oraculũ ab ore dictũ ẽ: vt inq't Priſ. Ci. lib. top. Oracula ex eo ipſo appellata ſunt q ineſt his deorum oratio. Vñ & pro reſpõſo accipitur. Sene. Vnum illud optimum oraculũ eſt: pugnandũ eſt p patria. Virg. Sciatum oracula phœbi mittimus. Quandoq; ponitur p templo in quo reſponſa dantur. Item p dicto alicuius. Vñ dicim⁹ oraculũ Catonis eſt. Quandoq; dicit vnũ ex quinq; q̄ videre videmur dum dormimus. De quibus in dictione Sõnus.

Orarium dici poteſt quod ori & genis & capiti ſupponunt dormituri. Et ſic ab os oris deducitur. Hiero. ad Nepo. Q̄ ſudarium orariumq; non habeas. Orarium etiam ſumitur pro veſte qua ſacerdotes vtũtur ſtola vulgo dicta dum orant. i. predicant. Amb. de obitu Satyri. Etenim ligari fecit in orario & orarium inuoluit in collo. Vnde diſ. iij. ſcribitur. Vt omnis ſacerdos cum ordinatur orario vtroq; humero ambiat.

Orea. ę. ab ore fit: & ſignificat frenum dictum q ori

inferatur. Nã aurea eſt q̃ ad equorum aures religatur.

¶ Orificium dicitur quod in quacunq; re patet.

¶ Orbis circulus: cuius dimi. eſt Orbiculus. Aug. lib. xiij. de ci. dei. Neq; ei continuo concedẽdũ eſt globos iſtos luminũ ſiue orbiculos luce corporea ſuper terras ſeu die ſeu nocte fulgẽtes. Hinc mundus a rotunditate dicit̃ orbis terrarum. Alias orbis ponit̃ p ſphęra: vt Nouem orbes ſphærarum. Auctor Macrobius.

¶ Orbiculatus. a. um. quod in orbem & circuitũ factũ eſt a figura orbis in rotunditatẽ circũacti. vt Poma orbiculata.

¶ Orbita æ. pe. cor. rota ſiue currus. Vir. lib. iij. Ge. Iuuat ire iugis qua nulla priorum Caſtaliã molli diuertit orbita cliuo. Et orbita veſtigiũ decurrẽtis i. viija rotę ex curſu. Ply. li. viij. Idẽ vbicũq; ſint orbitam ſi tranſiere moriunt̃. ſ. mures. Hinc exorbito. as. de quo alibi. Itẽ Orbita rotũditas. Virg. in ętna. Scire modũ & quanto minor orbita lunæ eſt.

¶ Orbio. is. iui. itum. circũ eo. Nonius de priſcis dictionibus. Orbitum pro orbem dictum ſeu circularẽ. Var. Vt ſydera cœli circa terram atq; axem voluunt̃ motu orbito.

¶ Orbus pprie dicit̃ oculorum luce priuatus. Iuue. Duxdũ vigilantibus orbis. Per tranſlationẽ orbi dicunt̃ q cũq; aliqua re chara priuati ſunt. hic patres amiſſis liberis quaſi amiſſa oculorum luce orbi vocant̃. hic Orbitas illa patrũ qualitas poſt amiſſos liberos: & vxoris viduitas poſt amiſſum maritum. Quintil. Nõ habet orbitas veſtra lachrymas ſup ardẽtes rogos. Similiter orbi dicuntur orphani. Teren. Orbæ qui proximi ſunt vxorem ducant. hinc Orbitas orphanitas. Plaut' in Cap. Quid hoc eſt ſcelus quaſi in orbitatẽ filios produxeri.

¶ Orbo as idẽ eſt qd priuo. Lact. lib. iij. Et orbant hominẽ ſuo pprio ac ſingulari bono. Hier. ad Aletã. Et marito ſimul orba beris & filijs.

⁎ Orbefacio orbitatẽ alicui induco & orbum liberis facio. vnde orbificor ex quo orbificus. Cc.

¶ Orca genus beluæ marinæ balenis infeſtũ. Hor. in Ser. Non alia q̃ qua bizantia putruit orca. Ad huius ſimilitudinẽ gen' quoddã vaſis dictũ ẽ orca. Perſ. Redderet: anguſtæ collo nõ fallier orcę. vbi Prob' interp̃tatur amphoræ ſpeciem. Omnino apud veteres & vinarium & oleariũ vas erat. Itẽ Salgamarium vt in quo ficiquoq; aſſeruabant̃. Ply. lib. xx. At vbi copia ficorũ abundat implent̃ orcæ in Aſia cadi. Itẽ Salmentariũ: hoc eſt ſalſamentarium. Quidã etiã orcã accipiũt pro vaſculo luſorio quo coniecti tali agitatiq; emittunt̃ in tabulam aleatoriam. Et a Martiale dicit̃ Turricula ex imitatione gręcæ dictionis quã latini vſurpant pyrgõ. Ply. li. xxxv. pro capſa pigmentorum mulicbriũ poſuit cũ ait. Vſta caſu reperta incendio pyræ cæruſa in orcis cremata.

¶ Orcula dimi. ab orca. Cato de re ruſ. Cyminũ fœniculũ rutã menthã in orculã condito. hunc qdam vrceũ: & p diminutionẽ Vrceolũ deducunt.

¶ Orchades. pe. cor. inſulę oceani ſeptẽtrionalis vltra Britãniã & & Hiberniã numero. xxx. ſecũdũ Pompo. parum inter ſe diſtantes. Eſt & hoc nomen oliuæ. Vñ Vir. Orchades & radij & amara pauſia bacca.

¶ Orchites pe. cor. genus oliuarũ q̃ a teſticulis nomen ſumpſerũt: vt inqt Ser. li. ij. ge. Nam ὄρχεισ teſtes dicunt̃. Vnde etiam vocantur teſticulares oliuę.

¶ Orchis: hęrba quæ & Cynoſorchis quaſi caninus teſtis.

¶ Orcus fluuius infernalis ab vrgẽdo dict' q' in mortem vrgeat vt inquit Feſt. quia antiqui c. pro g. ponebant. Quidã ab ὅρκοσ qd eſt iuramentum deducunt: q' per illum. i. ſtygem plaudẽ a qua profluit iurabãt dij nec peierare licebat. Propiter autẽ Orcus obſcuritas inferorum. Et Orcus apud Homerum Theſſaliæ fluuius ſcribitur qui Peneum olei inſtar ſupernatat. Et Orcus Pluto.

¶ Orcheſtra. ſpatium in theatro in quo ſenatorũ & honorificentiſſimorum erant loca deſignata. & ſcænici artifices ſuas per orcheſtram p̃bant actiones: vt ſcribit Vict. lib. vij. Cuius pulpiti altitudo non erat quinq; pedibus altior vt ſedentes ſpectare poſſent omnium agẽtium geſtus. Dicta orcheſtra q' in ea ſaltationes fieri cõſueuiſſent. Nam apud græcos ὀρχεομαι tripudio ſalto. Sue. Deinde in orcheſtram ſenatumq; deſcendit: & orationis quidem carminiſq; latini coronam de qua honeſtiſſimus quiſq; contenderat ſumpſit. Iuue. poſuit p ſeſſione ſenat' & primorum cũ ait. Similemq; videbis orcheſtrã & populum.

⁎ Orchia lex. prima omnium de cœnis lata ad populũ fuit quam tulit C. Orchius tribunus plebis de ſenatus ſnia tertio poſt anno q̃ Cato cenſor fuerat. Hæc numerum tantũ cõuiuarũ pręſcribebat iubebatq; vt patentibus ianuis cœnitaret: quo obſeruatio eius videri poſſet. Cc.

¶ Orchomenus pe. cor. theſſalię mõs. a quo orchomenũ oppidũ quondã ditiſſimum ac potentiſſimum: cui thebanos olim tributa ſoluiſſe conſtat. Hinc Orchomenius. a. um. Orchomeniorum rex Etheocles fuit q primus gratiarum templum extruxit. Et Ariſtoclides ei' tyrannus fuit qui Stymphalidem virginẽ quandã adamauit vt ſcribit Hiero. Vide in dictione Stymphalus. Hiſtorici alterã Orchomenum tradiderunt q̃ Euboię vrbs eſt. & inſula vna ex cycladibus in euboico mari i qua Titani regnaſſe dicunt̃. Eſt & Orchomenon fluuius vt Ply. & Stra. teſtant̃.

¶ Ordior iris. orſus & ordit' teſte Priſ. præteritũ facit. ſed cum facit orſus: ſignificat ſari incipio. Vir. Veneris contra ſic filius orſus. Liu. lib. j. Vnus rem ex compoſito orditur. i. narrare incipit. Vnde Exordiũ principium orationis. Ponitur etiam ſimpliciter pro incipio. Cic. li. v. tuſculano. Vnde igitur rectius ordiri poſſumus q̃ a communi parente natura q̃ quicquid genuit non modo animal ſed etiã qd ita ortũ eſſet ex terra vt ſtirpibus ſuis niteretur: in ſuo genera perfectum eſſe voluit. Orſum aliquando poetæ pro eo qui finit abuſiue poſuerunt. Vir. Sic orſus Apollo Mortalis viſus medio ſermone reliquit. hinc Aborſus. cũ autem facit ordit' ad telæ vel alteri' hmõi cõpoſitionẽ ſpectat. Hie. in Eſaia. Et telã quã ordit' eſt. Virg. tamen in culice. Atq; vt araneoli tenuẽ formauimus orſum. Veteres etiam Ordio protulerunt. Afra. Aſpecta tamen animo me ordire oportet. Compoſita ſunt Abordior. Exordior. & Reordior.

⁎ Ordio veteres dixerunt p ordior. Cc.

¶ Orſus. a. um. in ſignificatione actiua. Virg. Sic orſ' ab alto. Liu. in ſignificatione paſſiua poſuit: pro incœpto: cum li. j. ait. Vt orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent.

¶ Ordo: digeſtio & i ſuo cuiuſq; loco collocatio velut in acie fit: vbi pedites: vbi alæ: vbi cætera. Vel in ciuitatibus: vt ordo ſenatorius: ordo equeſtris. Accipitur quandoq; pro ipſis hominibus. Cicero. Qui apud omnes ordines eſſet gratioſus. i. apud omnium ordinum homines. Sal. Sæpe numero. P. c. multa verba in hoc ordine feci. i. in ſenatu. Aliquãdo refertur ad fortunas. Vnde Do. exponens illud Terent. in Eu. Quendam mei ordinis. p paupere. ſic honeſti ordinis homines dici poſſunt opulenti. Inde fiunt Interordo & Interor

dinũ: de quibus ſupra. Ordinarius. a. ũ. in quo ſeruat̃ ordo. Extraordinariũ: qđ fit extra ordinẽ. Ordinarius dicit̃ homo ſcurra & improbus qꝗ aſſidue in litib⁹ moratur ob eamq; cauſam in ordine itat p̃torem adeuntium. Siue p contrarietatem quia minime ordinate viuit: & ordinarius.

Ordoluçe populi fuerũt in Anglia arduis montib⁹ proximi: apud quos vt Tacitus ſcribit Hoſtorius dux Romanus Carataccum in Anglia imperantem pſtrauit.

Ordino as. diſpono q cuiq; locus eſſe debeat. a quo fit Præordino ante ordino.

Ordeſſus fluuius maxim⁹ Scythiæ q ab oriẽte profluit miſceſq; cum iſtro.

⁎Orea dr̃ frenũ ꝙ ori inſerat̃. Cc.

⁎Oreoſelnũ mõtanũ apiũ cicutę ſolijs radice tenui ſemine aneti minutiori tamen. Cc.

Oreades nymphæ montium. ἀπὸ τοῦ ὄρεος qđ mõtem ſignificat.

⁎Oreges vnus ex colliculis Imai montis. Cc.

⁎Oreon hęrba eſt ſic dicta ꝙ in montibus naſcat̃. Cc.

Oreni populi celtiberis proximi ab hauſtro.

Oretus Siciliæ fluuius apud Panormũ. Oretę gens indica vt ſcribit Stra. poſt Arbi amnẽ Arianorũ: quos Ply. lib. vj. ait nõ indoꝝ ſed ꝑpria vti lingua.

Oreus: dictus eſt liber pater a montib⁹ in qb⁹ ei fieri ſacrificia ſolebant.

Ore ten⁹ duę ptes ſunt. Gel. Guttũ ſamiũ ore tenus imprudens inane tanq̃ ſi ineſſet oleũ affert.

Orexis gręce: latine appetit⁹ ſeu eſuritio dicit̃ ab ὀρέγομαι qđ eſt appeto. Quidã etiã p vomitu accipiũt. Iuue. Rabidã factur⁹ orexim. Idẽ. Hinc ſurgit orexis: hic ſtomacho bilis. Hãc veteres vt excitarẽt bibere largi⁹ ſolebãt: deinde euomere.

Organa per excellentiã dicuntur oia muſicoꝝ iſtrumenta ſicuti docet Aug. non ſolũ organũ illud qđ grãde eſt & inflatur follibus qđ multis meatibus quaſi circuitis imparibus vnde vox erumpat & concentũ cũ bõbulo emittat: ſed quicqd aptatur ad cantilenã & corporeũ eſt: organũ dicitur. Iuue. pro cithara poſuit. Pręto ribus organa ſemp in manibus denſi radiant teſtudine tota Sardonyches criſpo numerant̃ pectĩe chordæ. Eſt & organũ inſtrumẽtũ quoddã ædificij. Vict. li. x. Inter machinas & organa id videt̃ eẽ diſcrimẽ ꝙ machinæ pluribus operibus in maiores coguntur effect⁹: vt balliſtę torculariumq; prælia. Organa autem vnius operæ propoſitum vti ſcorpionis. Apud Col. lib. iiij. ſumitur pro inſtrumẽto ad metiendũ apto. vbi ait. Sic cõpoſitũ organũ cũ in ſulcũ dimiſſum eſt: litem dñi & cõductoris ſine iniuria deducit.

Organarij organoꝝ fabricatores. Iul. Firmicus lib. iij. ſcribit. Mercuriũ cũ Venere in vj. ab horoſcopo facere organarios & myropolas.

Orgia ſacra fuerũt quæ dijs immortalibus fieri ſolebant ἀπὸ τῆς ὀργῆς: vt inquit Euſe. lib. præpara. hoc eſt a furore qa ſacrificãtes diuio quodã furore corripi videnẽ. hic Abuſiue ſacra liberi patris dicta ſũt orgia.

Oricos: ciuitas epiri a colchis cõdita a qua Terebynthus oricia dicitur.

Oria nauis piſcatoria. Plau. Malo hũc alligari ad oriam vt ſemper piſcet̃ & ſi ſit tẽpeſtas maxima. Aſpiratur tamen hęc dictio ab aliquibus.

Orichalcum æs aurei coloris quodam magno p̃tio apud veteres fuit. Gręci ὀρείχαλκος ab ὄρος quod ẽ mõs quia in montibus foditur.

Origanũ. pe. cor. hærba cui⁹ diuerſę ſunt ſpecies Nã quoddã dicit̃ heracleoticũ: agreſte: & othimum. Ply. ſcribit organũ eſſe quod in ſapore cunilam æmulat̃: p̃lura maq; eius eſſe genera Othimum vel praſion appellari non diſſimile hyſſopo: tragoriganon ſimilius eſſe ſerpilio ſylueſtri.

Orion quaſi vrion dictus eſt fili⁹ Enopionis putat⁹ ex vrina triũ deoꝝ Iouis Neptũni & Mercurij nat⁹. Hic apud Meſſanã portũ ſtructo aggere i bœotiã cõceſſit: Inde inter aſtra receptus eſt ante tauri veſtigia. Sũt tñ q gręce ab aquarum inundatione ſic dictum velint. ꝙ eius tempore habet ortum hyems & mare ac terras tẽpeſtatibus turbat. ὀρίνω enĩ turbo & concito ſignificat. Plaut. Iugulam vocat: ꝙ ſit armatorum gladius ſtellarum fulgore terribilis. Hic ſi fulget ſerenitatẽ: ſi obſcurat tempeſtatem denotat. Virgi. Fluctu nimboſus orion.

⁎Orithea nympha eſt quaſi hortans ad curſũ dicta. C.

⁎Orites gemma eſt globoſa ſpecie a quibuſdam ſyderites appellata. Cc.

⁎Orthoa vrbs eſt inter Macedoniã & Epyrũ. Cc.

Orithyia: Borrę cõiũx filia Ericthei athenarũ regis quam in ventũ conuerſam ferunt. hoc etiam nomine dicta eſt Amazonum regina quæ Marpeſiæ matri ſucceſſit in regno. Orthos vero vrbs fuit inter Macedoniam & Epyrum.

Oriza ſpecies frumenti ſolio carnoſo altitudine cubitali: flore purpureo ex qua Italici ptiſanam faciunt. Horatius in ſermo. Sume hoc ptiſanarium orizę Candore. grana comedũtur in cibo ad iuſcula teſtuacia. Seritur mẽſe Martio: & aquis clauſis irrigat̃ vulgo riſum appellant. ⁎Inde orizinũ oleum.

Orior oreris & oriris. participiũ fti oriturus & ortus habet. Oui. lib. x. me. Tu quoties oreris viridiq; in ceſpite flores. Significat naſcor: q̃nq; ſurgo ꝓdeo. Vnde oriri ſolẽ dicimus. Huius cõpoſita ſunt Aborior. Adorior. Coorior. Liu. Tũ vero coorto tumultu terga vertere ſimulantes paululũ ceſſere. Oborior & Suborior euſdẽ fere ſignificationis. hoc ẽ ſubnaſcor: vt Obortę ſunt lachrymæ: Subortus eſt rumor. Exorior quoq; & perorior. Ci. li. iij. offi. Exorit̃ Antipatri ratio ex altera pte. i. apparet vel aſciſcitur.

Oriens & pticipiũ eſſe poteſt. & nomẽ ſubſtãtiuum gñis maſc. vt cum p ſe dicit̃ oriẽs vt ab oriente in occidentẽ pergit ſol.

Oriundus qui originẽ ducit: ꝙ ex eo loco parentes eius fuerunt. Ortus vero ex loco perſona ve præſenti Liu. Nati carthagine ſed oriundi a ſyracuſis. Inuenit̃ tamen oriũdus pro orto. Col. lib. j. Nam q̃eadmodũ ſapientis eſt fortuitos caſus magno animo ſuſtinere: ita dementis eſt ipſum ſibi malã facere fortunã: qđ facit qui nequã vicinũ ſuis nummis paraticũ a primis cunabulis ſi modo liberis parentibus eſt oriundus audit ſe potuerit. Ambro. aliter vſurpauit cũ inquit. Sciant oẽs ſolẽ auctorẽ nõ eſſe naſcentiũ. dei clementia terras relaxat: dei indulgẽtia prorũpere facit fructus. Quo modo ſol viuendi vſum miniſtrat oriundis: quando illa prius diuinæ operationis viuificatione ſunt edita q̃ ſol in hos viuendi vſus veniret: oriundis: id eſt qui naſcituri ſunt.

Originarij q ex adſcriptitijs nati ſunt in ipſo ſolo vt dig. lib. iiij.

Origo pe. pro. genus eſt. Vnde originale adiectiuũ: vt Culpa originalis.

Ortus. a. um. participium modo natus. vt Ego ortus ſum Bergomi. modo qui reſurrexit: vł prodijt. vt Ortus eſt ſol. Ortus. tus. nomen ſignificat natiuitatẽ. Cice. Non nobis ſolum nati ſumus: ortuſq; noſtri partem patria vendicat: ptem amici. Interdũ ſurrectionẽ

vt Solis ortus. Interdum locũ in quo ſurgit: vt Ab ortu ſolis vſq; ad occaſum.

¶ Ortus orti. loc⁹ in vrbe vl' in villa in quo arbores hẽrbæ & olera oriunĩ. Vnde & ab oriendo ducĩ ꝙ in hac agri ſpecie plures q̃ alibi herbæ ꝑ totum annum oriantur. & oĩa q̃ in ortis oriunĩ ab oriẽdo olera dicunĩ. Apud antiquos oĩs villa ort⁹ dicebaĩ ꝙ ibi q arma capere poſſent orirentur. Sunt qui ita ſeparẽt: vt ortus tam ſingulari q̃ plurali numero ortũ olitorũ. i. herbarũ ſignificet In plĩi dũtaxat arborariũ: q a noſtris pomariũ: a græcis παράδεισος paradiſus vocatur. vt orti Salluſtiani. Quidã tñ aſpirãt vt differat a pticipio & noĩe ort⁹. Alij in medio aſpirandũ cenſent: ab orthos qđ eſt rectũ deducẽtes: quoniã in rectas quaſdam lineas diſtinguaĩ. Ab Ortus fiunt diminutiua Ortulus & orticellus. Epicurus prim⁹ orti magiſter exiſtimatus eſt.

¶ Orti penſiles. q ſupra ædificia facti vel ſupra colũnas erecti pendent.

¶ Orti heſperidũ memorabiles habentur: in quib⁹ olea ſtri tantũ viruerunt.

¶ Orno as. pulchrũ facio. Cic. li. j. tuſ. Noctuꝛnãq; cœli formam vndiq; ſyderibus ornatam. Et Ornare ꝑparare aptare quod lingua vernacula dicimus metter en poínto. Plau. i cap. Ego ibo vt cõueniã ſenẽ: dicã vt ſibi penũ aliud ornet. Idẽ in eadẽ. Nõ ornatis vos iſtic apud vos nuptias. Itẽ honorare. Cic. Cæſari. Neq; vlli⁹ officij certũ nomen peto: beniuolẽtiã tuã & liberalitatẽ peto: neq; impedio quo min⁹ ſi tibi ita placuerit etiam hiſce eum ornes gloriæ inſignibus. Huius compoſita Adorno qđ eſt deſup orno. Liu. lib. j. Flaminẽ Iouiaſſiduũ ſacerdotẽ creauit iſigniq; veſte & curuli regia ſella adornauit. Eſt etiã adornare bene apparare. Plau. in caſ. Intro abi vxor atq; adorna nuptias. Exorno & ſuborno. de quibus alibi.

¶ Ornatus. a. ũ. q bonis artibus inſtructus eſt ſiue qui honores adeptus eſt.

¶ Ornatus us. accipitur ꝑ cultu quo quis ornaĩ. Vnde dicimus ornatum regium.

¶ Ornamẽtũ ornatus apparatus. & quãdoq; honor dicĩ. Ci. Licinio. Suſcepiq; mihi perpetuã ꝓpugnationẽ ꝓ oĩbus ornamẽtis tuis. i. honoribus.

* Orneus Ixionis & nubis filius vnus ex centauris. C.

¶ Ornix græce: latine ales gallina.

¶ Ornithon: auiariũ. Nã ornithas græci aues vocant. Var. Ornithones auiaria ſunt in quib⁹ ſtabulantur turdi pauones & oẽs alites q̃ intra parietes villę ſolent paſci. Apud græcos ὀρνιθών ſcribiĩ.

¶ Ornithothrophium idem eſt quod ornithon.

¶ Ornithobſciõ loc⁹ ad paſcẽdũ gallinas & aues. Var. De his qui ornithobſcion inſtituere volunt.

* Oroandes mons non longe ab Imao monte immo vnus ex colliculis eiuſdem. Cc.

* Oroba vrbs eſt aſſyrię in mediterraneis. Ptole. li. vj.

* Orobatis vrbs perſidis in mediterraneis. Ptole. li. vj.

* Oroatis fluui⁹ ẽ i ſinu pſico meridiẽ verſ⁹. Pto. li. vi.

* Orobia thuris ſpecies a viciæ ſimilitudine. gręci enim ὄροβος vicium dicunt. Cc.

* Orobitis coloris ſpecies ex luthea herba cõfecta. C.

¶ Orontes nomẽ viri: & nomen fluuij q diuidit ſyriam ab Antiochia. Eſt & nomẽ mõtis inter quẽ & orontẽ fluuiũ vrbs antiochia poſita eſt. hinc Oronteus. a. ũ. Proper. Aut quod orontes crines perfundere myrrha.

¶ Oropygiũ. Vide in dictione Vropygium.

¶ Orphanus: q caret patre præſidioq; paterno: quiq; ſummopere illius opem deſyderat. Græcum eſt. Pupillus qui caret patre: ſed non præſidio paterno: cum tutore iuuetur.

* Orphanitas ab orphano. Cc.

¶ Orpheus poeta ſeu vates Calliopes & Apollinis filius thrax. hic lyræ ſtudioſiſſimus extitit quam dono a Mercurio habuit. Fuit & ali⁹ orpheus Oeagri fili⁹ vn⁹ ex argonautis ciconũ rex. Orpheus. a. ũ. idẽ quod thracius. Mar. Quicqd in orpheo rhodope ſpectaſſe theatro. Diciĩ exhibuit cæſar arena tibi.

¶ Orthę dicuntur a græcis Menemana ædificia.

¶ Orthos græce: latine rectus dicitur. Sed in cõpoſitione tantũ. Orthoo. dirigo.

¶ Orthographia recta ſcriptura vel recta pictura.

¶ Orthodoxus homo rectę opinionis: ſiue ſententiæ aut fidei. δόξα eñ gloriã & extimationem ſiue opinionẽ & ſententiã ſignificat. Orthodoxia: recta opinio.

¶ Orthogonius rectus angulus qui ex vtraq; parte æqualis eſt.

¶ Orthopnoici. aſthmatici dicuntur qui eam anhelit⁹ difficultatẽ habent vt niſi recta ceruice ſtent ſpirare nõ poſſint. Orthopnœa ipſa paſſio. Orthon enim rectum πνέω ſpiro. Eſt eñ circa fauces malũ qđ apud græcos aliud atq; aliud nomen habet prout ſe magis minuſq; intendit: omne tamẽ in ſpirãdi difficultate cõſiſtit. Sic difficultas hæc dum modica eſt δύσπνοια græce diciĩ. Cum vehementior & ſpirare æger ſine anhelatione nõ poteſt ἄσθμα vocatur. Cum acceſſit id quoq; vt ſpirare non poſſit niſi recta ceruice ſpiritus trahatur ὀρθόπνοια appellaĩ. Ab his Dyſpnoici Aſthmatici Orthopnoici. a latinis vero vocabulo ſuſpirioſi dicũtur.

¶ Orthopeia: emẽdata cũ ſuauitate expoſitio.

* Orthomaſtica poma dñr ab effigie mãmarum. Cc.

¶ Orthominũ: genus lini quod fit panicula paluſtris arundinis.

¶ Orthocorybantij. populi quidam ſcythiæ.

¶ Ortyx. gis. auis quæ coturnix: & vulgo Qualea dicitur.

* Orum vulgo pauro dicunt. Cc.

¶ Ortygometra. pen. cor. rex coturnicũ maior aliquãto ac nigrior: auis dicta ꝙ dux ſit ac moderatrix coturnicũ. Cõponiĩ eñ ex ὄρτυξ & μέτρον mẽſura. nõ tamẽ coturnix idem qđ querquedula.

¶ Ortygia inſula in ægeo q̃ etiã Delos diciĩ. Dicta ortygia Solino teſte quia i ea primo viſę ſunt coturnices quas gręci ortygas vocant: nos a ſono vocis qualeas dicimus. Fuit & alia hoc nomine inſula circa Siciliam quæ ponte iungitur Syracuſis & fontẽ habet Arethuſam. hęc ex oppoſito Plẽmyrij Sicilię amnis. de q̃ Ver. lib. iij. Sicanio ꝓtenta ſinu iacet inſula cõtra Plẽmyriũ vndoſum nomẽ dixere priores Ortygiam Alpheũ fama ẽ huc helidis amnẽ Occultas egiſſe vias ſubter mare quę nunc Ore Arethuſa tuo ſiculis cõfundiĩ vndis.

¶ Oryx orygis animal quod ꝑcipue in Gętulia naſciĩ fertur contraſtare ac contueri ſolis radios caniculamq; adorare. Eſt ex caprarũ genere. de quo habeĩ i deuteronomio. ꝙ ſit immundũ. a quibuida ſolus vocaĩ: cõtrario veſtitur pilo & ad caput verſo. Col. li. x. Feræ pecudes vt capreoli damæq; nec minus orygum ceruorumq; genera & aprorum modo lautitijs & voluptatib⁹ dominorum ſeruiunt: modo quęſtui ac redditibus.

O. ante S.

¶ Os oris: proprie concauum illud intra quod ſũt lingua & dentes. Plynius. Continui dentes aut vtraq; parte oris ſunt: vt equo: aut ſuperiore primores non ſunt vt bobus ouibus. Quandoq; os ponitur pro facie. Virgilius. Os humeroſq; deo ſimilis. Et de brutis etiã dicitur. Idem. Ora citatorum dextra detorſit equo

rum. Neq; ſolū de facie dicit̃: ſed etiā de tota ſpecie quę
cernit̃: & quicq̃d in aliqua re patet os dici põt. Idē Q
ſi q̃a ferro potuit reſcindere ſummū hulceris os. Ouid.
Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terram. Os hoi
ſublime dedit. Os leonis genus hærbę florē faciēs pur
pureum. Col. Narciſſiq; comas & hiātus ſęua leonis ora
feri. Sciendum q̃ os p̃ducit̃ & habet omnes caſus plu
rales pręter genitiuū orium. Virg. lib. viij. Componēs
manibuſq; manus atq; oribus ora. Huius nois deriua
tiua ſūt. Oſculor: oſtium: oro: Oraculum: orariū: oſcu
lum. Orior. ordior. ordino. ores. omē. orificiū & ſecun
dum aliquos oſtendo. Os oſſis: quod & oſſum dici po-
teſt. Pacu. Oſſum inhumatum ſolidamentum corpo-
ris vocatur quod nodatum & adiūctum inuicē neruis
alligauit natura hinc. componitur exos quod eſt ſine
oſſe. Lucil. Exos & exanguis tumidos perfluctuat ar-
tus. Inde Exoſſo as.

¶ Oſculū diminutiuū paruū os: quod eſt contra Priſ.
q̃ non vult oſculū tenere ſignificatū primitiui. Oui. li.
j. me. Videt igne micātes ſyderibus ſimiles oculos vi-
det oſcula. Idē de Daphne. Videt oſcula q̃ nō eſt vidiſ
ſe ſatis. Et oſculum q̃d dat̃ amicis vt eſt illud. Oſculo
filium hominis tradis? Nam in baſiando labia conſtrin
guntur & os paruum fieri videt̃ & exporrigitur in oſcu
lum. Differūt aūt hæc inter ſe Oſculum baſiū & ſuauiū
q̃ oſculū officij ſit: vt cū e longinquo redeuntes ſaluta
mus atq; oſculamur. Baſiū pudicoꝝ vt patris i filium
Suauiū voluptatis a ſuauitate dictū.

¶ Oſcillū cū c. diminutiuū eſt a diminutiuo oſculū p̃ p̃
uo ore ſicut a tantulo tantillū. Col. lib. ij. Reliquum q̃d
ſupereſt ſeminis in tabulatū quo fum⁹ p̃uenit optime
reponas: q̃m ſi humor iuaſerit vermes gignit: q̃ ſimul
atq; oſcilla lapilloꝝ addiderint reliqua pa enaſci non
põt. Oſcilla etiā ſigilla ſunt & p̃uę imagūculę q̃ arte fi-
ctili fingebant̃ & venales proponebantur: q̃bus homi
nes p̃ ſe atq; ſuis Saturno piacula faciebant: vt inquit
Macro. Virg. lib. ij. Geor. Oſcilla ex alta ſuſpēdūt mol
lia pinu. Et ſic ab oſculū fit cum ſignificat faciem p̃uā
vel totam ſpeciem.

¶ Oſcillo. las. ab oſcillum fit & ſignificat iclino. Feſt.
Oſcilla ſancta dicunt̃ q̃ oſcillent. i. inclinēt p̃cipiteſq;
efferant oſcillantes. Ser. putat eſſe cōpoſitū ab os & cil
leo es. q̃ in hoc cillerent̃. i. mouerēt̃ ora. Nā cillere mo
uere eſt. Plau. i Am. Ne illi ædepol ſi merito meo refer
re ſtudeant gratiam allegent qui mihi aduenienti oſcil
let. probe em̃ os moueat probe ip̄m pugnis p̃cutiēdo:
vt illud infra eodē loco. Illic homo me interpollabit:
meūq; os finget denuo.

¶ Oſſiculū diminutiuum ab os oſſis. Gel. li. vj. Ratio
ſubtilior & vtilitas ipſa operis poſtulauit vt tenuiſſi-
mis minutiſſimiſq; oſſiculis caput compingeret. Ply.
libro. xj. Omnium cerebro medio inſunt oſſicula p̃ua.
Hic fit aduerbium oſſiculati quod ſignificat minuati.

¶ Oſſeus. a. ū. q̃d ex oſſibus eſt. Vnde Ply. ſcribit inue
niri lapides oſſeos.

¶ Oſſilegus pe. cor. oſſium collector. Oſſilegium oſſi
um collectio.

¶ Oſſuaria appellant̃ loculi in quibus defunctorū oſ-
ſa reponuntur.

¶ Oſſifraga pe. cor. gen⁹ aquilę ab oſſib⁹ frangendis.

¶ Oſſa æ. mos in finib⁹ theſſaliæ Cētauroꝝ ſtabulum
quem Sene. dicit olympo olim cōiunctum. Luc. Quā
tus piniferę boreas cum Thraci⁹ oſſę. Hinc Oſſęus. a.
um. Idem li. vj. Attolles titan rupes Oſſęa coercet. Oſ
ſa vero pluralis numerus ab os oſſia. Macro. Oſſa den
tes cum vnguibus & capillis nimia ſiccitate ita denſata
ſunt vt penetrabilia nonſint effectui animę quæ ſen

ſum miniſtrat.

¶ Oſci Italię populi ab oris fœditate dicti. Vñ oſcœna
verba.

¶ Oſcines pe. cor. ab ore & canendo aues auſpiciū ore
facientes. Oſcinū auguriū auiū. Hor. Oſcinem coruū
p̄ce ſuſcitabo ſolis ab ortu.

¶ Oſcedo vitium quo quis tenetur vt ſæpius oſcitet.
Gel. lib. iiij. Deliberatū de nota eius qui ad cenſores ab
amico aduocatus eſt: & in iure ſtās clare nimis & ſono
re oſcitauit atq; inibi probe vt plecteret̃ fuit: tanq̄ illud
indicium vagi ai foret & hallucinantis & fluxæ atq; ap
tæ ſecuritatis. Sed cū ille deierauiſſet inuitiſſimū ſeſe & re
pugnantē oſcitatione victū: teneriq; eo vitio q̃d oſce-
do appelletur tum notæ iam deſtinatæ exemptus eſt.
Quidam dicunt Oſcedinem ſignificare graueolenti-
am. Sere. Hic Oſcedo fugit: linguæ quoq; vulnera ce
dunt.

¶ Oſcito. as. pe. cor. ex os & cito p̄prie ſignificat os cō
moueo: & os totū aperio vt fit p̄ ſomno aut tędio. Quę
cū toto corpore fit pandiculatio vocat̃. Ci. li. ij. de ora.
Et iſtam oſcitantē & dormitantē ſapientiā ſcęuolarum
& cæterorum beatoꝝ ocio concedam⁹. Ponit̃ etiā oſci
tatio pro ocio & animi ſecuritate. Ter. in An. Sperante
tam amoto metu inter Oſcitantes opprimi. Dicitur &
& Oſcitor depo. Cicero libro. iiij. ad Heren. Cum etiam
maiores calamitates impendere videant̃ ſedeta & oſci
tamini.

¶ Oſcheon latini ſerotum dicunt. i. teſtiū receptaculū.
Nā Celſus vbi de morbis tractat qui in naturalibus cir
ca teſticulos oriri ſolent ſinus & tunicas his appellatio
nibus diuidit. Sinus qui cōſpicitur a nobis Oſcheon a
græcis dr̃: noſtri Serotū vocant.

¶ Oſanna cōponit̃ ex oſi q̃d ſignificat ſaluifica ſiue
ſaluū fac: & anna dñe. q̃ vox vt ingt Hier. iteriectio eſt de
p̄cantis. Nam ſicut nos in lingua latina habem⁹ inter-
iectiones quaſdā. vti inſultādo dicamus vah. In admi
rando pape. In dolendo hei. Et q̃n ſilentiū volum⁹ ima-
perare ſtrictis dentibus ſpiritum coartamus & cogim⁹
tantū ſibilū inſonādo. ſ. zt: ita hebrei inter reliquas pro
prietates linguæ ſuæ habēt interiectionem. vt quando
volunt dominū dep̄cari ponāt verbū petentis affectu
& dicant anna domine. Oſi ſaluifica interp̄tatur: anna i
teriectio dep̄cātis eſt. Si ergo ex duobus his velis cō-
poſitū verbū facere dices Oſianna: ſiue vt nos loqui-
mur oſanna media vocali littera eliſa ſicuti facere ſole
mus in verſibus quando ſcandimus. Aleph nāq; litte
ra prima verbi ſequentis extremam verbi prioris Ioth
inueniens excluſit.

¶ Oſi aduerbium optandi. vt Oſi videā apoſtolū dei
anteq̄ moriar.

¶ Oſiris. pe. p̄. oſiris vl̃ oſiridis gtĩ. fuit Iouis fili⁹ ex
Niobe Phoronei filia: ſucceſſitq; phoroneo i regnū ar
giuoꝝ. Aegialū fratrē p̄fecit regno achaię & ad ęgypti
os tranſfretauit glorię deſiderio. Quos cū ſubegiſſet
Iſidem q̄ & Io vocabat̃ Inachi primi regis argiuoꝝ fili
am duxit vxorē. Vbi cū illa litteras: Oſiris varias artes
ægyptios docuiſſet vterq; diuinos honores meruerūt.
Tandē a Sityphone ęgyptio: vel vt Ser. ait a Typho
ne fratre clam occiſus ab Iſide diu quæſitus eſt. Tan-
dem apud Phialam iuxta Syenen laceratus compert⁹
eſt. In inſula Abaton in palude iuxta memphim ſe
peliri eum Iſis curauit: & paludem Stygem. i. mœro
rem appellauit. Nec niſi certis diebus & mitratos eo ac
cedere voluit. Sed cum appaaruiſſet ægyptijs deinde
bos quidam Oſirim putarunt: adorauerūtq; vt deum
& vocauerunt Apim. i. bouem eorum lingua. Deinde
dictus eſt Serapis. Tibullus. Te canit atq; ſuū pubes

miratur Oſirim Barbara mẽphitẽ plangere docta bo-
uẽ. Mart. Non illam mille cataſtæ Vincebant: nec q̃ tur
ba ſerapin amat. De Oſiride ſic habet Euſe. li. de ppa
ra. Diodorum ſiculum inducẽs. Aegyptios ferunt pri
mos omnium motum ordinẽq; cęleſtiũ corpoꝝ admi
ratos: ſolẽ & lunam deos putaſſe: ac ſolẽ quidẽ oſirim:
lunam Iſim nũcupaſſe a proprietate quadã iditis ſpis
noibus. Nã ſi quis ad latinã linguam verba transferat
multoculus oſiris dici poteſt. neq; id ab re. Radijs enĩ
ſuis quaſi multos rebus immittit oculos quibus oia p
ſpicit vt etiã poeta dicit. Sol q̃ terrarum flammis ope
ra oia luſtras: q̃uis nonnulli græcorum poetę Dionyſi
um eſſe Oſirim confingant. Iſim vero priſcã latine di
cere poſſum⁹ & lunã: hoc noie indito quoniã ſempiter
na priſcaq; ſit. cui cornua depingunt: vel quia cum mi
nor eſt cornuta videatur: vel q̃ bos ei apud ægyptios
ſit dedicata.

⁎Oſirites ab ęgyptijs dr̃ herba quã cynocephaliã hoc
eſt canis caput vocãt: q̃ canino capiti ſit ſilis. tradunt
ſiq̃s eã totam eruat ſtatim mori. Cc.

¶ Oſtendo. dis. di. ſum. & oſtentũ. ex os & tẽdo: ſicut
fit in oſcito & oſcillo. Os enĩ p facie ſæpe ponit: q̃ pto
to corpore nõ ſolũ hois: ſed etiam cuiuſlibet rei ſpecie
ſumit. vt Do. in Eu. Terẽ. O faciem pulchrã exponit.
Faciẽ modo nõ partẽ corporis dicit. ſed totã ſpeciem
quę apparet & cernitur. Merito ergo oſtẽdo ſignificat
demonſtro. quia oſtendo eſt ſpeciẽ ſiue faciem rei mõ
ſtro: q̃ tẽdere os hoc ẽ extẽdere ſolem⁹ in id qđ volu-
mus demonſtrare.

¶ Oſtẽto as. frequẽtatiuũ ab Oſtentũ ſupino forma-
tũ qđ ſignificat ſępe oſtẽdo. Plau. ĩ Aul. Altera manu
fert lapidẽ: panẽ oſtẽtat altera. Aliqñ cũ iactãtia oñdo.
Vñ Oſtentatio iactantia.

¶ Oſtẽtũ ab oſtẽdo. q̃ ſtatim futurũ aliqd oſtẽdat. vt
Cometę tonitrua die ſereno. Mõſtrũ q̃ cõtra naturam
fit. vt cũ naſcit aliquid mẽbris alteri⁹ gñis. qđ & pmõ
ſtrum quandoq; dicit. quaſi porro aliquid monſtrãs ſi
uc monẽs. Portẽtũ. qđ licet naturale ſit raro tñ ſe oſtẽ
dit: & futurũ aliquid cũ tpis interuallo denũciat qđ ali-
quid importari ac imminere denũciat. Prodigium qđ
& ſi naturaliter fit ac ſæpe euenit: ſemper tamen aliqd
pſagit mali quaſi porro agendũ. Confundunt tñ hæc
& pro eodem ſignificato accipiuntur: oiaq; ab eo q̃ fu
turum aliqd oſtendunt dicta ſunt. Labeo diffinit oſtẽ-
tum eſſe contra naturam cuiuſq; rei genitũ factumq;.
Duo ſunt genera oſtentorũ. Vnum quoties quid con-
tra naturam naſcit. Alterum cũ quid prodigioſum vi-
det. Sue. in Cęſa. Cunctanti oſtentũ tale factũ eſt. Qui
dam eximia magnitudine & forma in proximo ſedẽs
repente apparuit arundine canẽs. Accipiuntur etiam
oſtenta in bonam partem. Sue. in Veſp. Iampridem ſi
bi per hæc oſtenta conceptam ĩ ſpeciem imperij venit.
Plyn. li. xvj. ſcribit factum eſſe oſtentũ arboris: a quo
deinde tempore maieſtas populi Romani reſurrexit.
Alias oſtentum participaliter poni ſolet. Pacu. In ipõ
tempore oſtentum ſenem. i. demonſtratum. Eſt enim
Oſtentus. a. um. Cato. Ager oleto conſerundo qui in
ventum fauonium ſpectabit & ſoli oſtentus erit. alius
bonus nullus erit. Var. lib. j. de re ruſt. Qui locus opti-
mus vino ſit & oſtentus ſoli amineum ſeri oportere.
Oſtentus. tus. nomen imiſſio dicitur. Sallu. in Iug. Sed
quoniam eo natus ſum: vt Iugurthę ſcelerum oſtẽtui
eſſem.

¶ Oſtentoſus a. um. qđ oſtentũ facit: vt a Prodigium
Prodigioſus.

⁎Oſtentoferum ferens oſtenta. Cc.

¶ Oſtris ſiue oſtria: arbor quæ ſolitaria naſcitur circa
ſaxa aquoſa ſimilis fraxino cortice & ramis.

¶ Oſtũ dixerũt antiq id qđ ex lino facto olei purũ pur
gatũq; relinquit. Factũ vero dicebant q̃ vno tempo-
re conficerẽt: quẽ alij centũ ſexaginta modioꝝ: alij cen
tum viginti faciebant.

¶ Oſtiũ ab obſtando quidã deducũt q̃ ab eo arcemur
ingreſſu. qdã ab os oris q̃ ſit id p qđ ingredimur vl̃ do
mũ vl̃ quecũq; aliũ locũ. Alij a grȩco ὠθεῖν: qđ eſt repel
lere. Vñ ratio exigit vt ſine aſpiratiõe ſcribat. Licet eru
ditoꝝ vſus illud cũ ſuis deriuatis aſpiret. Oſtia græci
Thyras vocant. Vñ Thyridion oſtiolum. Oſtiorũ late
ra antas vocamus: a quibus Antipagmenta valuarũ
ornamenta.

¶ Oſtia. orũ. tantũ pluraliter fluuioꝝ patẽtes adit⁹ ſũt.
Virg. Italiã contra Tyberinaq; lõge Oſtia. Dicimuſq;
Nili oſtia: & Tyberina oſtia q̃ mare intrant non aditus.
Et facilis eſt ad regem aditus: non facile oſtium. Et hęc
ſylua nullos habet aditus non oſtia. Aliquando oſtia
ponitur p portu. Vir. Aut portũ tenet: aut pleno ſubit
oſtia velo.

¶ Oſtia æ. vrbs in oſtijs Tyberini ſita. ab Anco mar-
tio cõdita vt inqt Liu. in ipſo maris fluminiſq; cõfinio
vt toti⁹ mũdi opes illo veluti maritimo vrbis hoſpitio
reciperent. Ab hac Oſtiẽſes dicti. Oſtiẽſis porta romę
eo q̃ oſtiam verſ⁹ ducat. Ea nũc ſancti Pauli porta ap
pellatur.

¶ Oſtiatim: p ſingula oſtia. Quint. Nec ſectãda ſingu
la & velut oſtiatim pulſanda.

¶ Oſtiarius oſtij cuſtos. Cui⁹ fœmininũ eſt oſtiaria. vt
Ancilla oſtiaria in Euangelio.

¶ Oſtracium: latine teſta. græce ὀστράκιον. Vñ teſtaceũ
pauimentũ vulgo nũc oſtracum vocant. Hinc Oſtra-
ciſmus relegationis genus. Nam ciuitates antiquitus q̃
populari ſtatu regebantur eos qui ſuperexcellere vide
bantur vel pp̃ter diuitias: vel propter amicos alienam
ve poteſtatem: extra ciuitatem relegare ſolebant ad tẽ
pus: ſicut docet Ariſto. lib. uj. poly. Athenienſes vero
exilio decẽnali multare conſueuerant potentes nimis
& excellentes gloria viros. Et hoc exilij genus oſtraciſ
mon appellauerũt. qui repertus eſt non ad caſtigandũ
improbitatem: ſed ad potentiam moderandam. Oſtra
ciſmus autem ab oſtraco. i. calculo ſiue teſtula nomen
ſortitus eſt: qui in hũc modũ athenis peragebat. Oſtra
ci viritim in concilio dabantur in quibus quiſq; nomẽ
illi⁹ perſcribebat quẽ vrbe cedere voluiſſet. Magiſtrat⁹
vero qui huic negocio præerant vniuerſos ſimul calcu
los recenſebant qui niſi ſex milium numerum exceſſiſ
ſent nihil confectum eſſe indicabatur. Vbi vero vltim⁹
numerus repertus fuiſſet eum decem annos exilio affi
ciebãt. Hoc oſtraciſmo Themiſtocles Cymon & Ari
ſtides multati fuere. De Ariſtide legim⁹ cum iuxta eũ
quidam ruſticus illiteratus ſederet ipſi Ariſtidę teſtam
dediſſe vt nomen ſuum ſcriberet. Admiratus id Ariſti
des interrogauit nunquid iſtum cognoſceret. Minime
inquit. Sed quia cæteri ita ſentiunt: ego quoq; ita cẽſeo
eum eſſe damnandum. Hoc latini teſtularum exilium
vocant.

⁎Oſtracea ſiue oſtracites gemma eſt q̃ teſtacea ẽ acha
tæ ſimilis. Cc.

⁎Oſtrace⁹ piſcis quẽ alij onychen vocant. Cc.

¶ Oſtrum: muricis ſiue conchylij ac purpuræ color.
Conchylium enĩ murex & oſtrum in eadem ſignificati
one ſumuntur. Virgili⁹. Tyrioq; ardebat murice læna.
Idem. vt Gemma bibat & ſarrano dormiat oſtro. Iuu.
Horum ego non fugiam conchylia. i. murice infecta.
Excipitur tamen oſtrum a cõchylio mario ex quo pur
pura inficitur. Cuius vt Vitruui. inquit non minores

ſunt q̃ cæterarũ rerũ naturã cõſyderantibus admiratio nes:q̃ habet nõ in oĩbus locis quibus naſcitur vnius ge neris colorẽ:ſed ſolis curſu naturaliter tẽperetur. Itaq; qd legitur in Ponto & Gallia quia hæ regiões ſunt pro ximę ad ſeptẽtrionẽ & occidentem inuenitur liuidum. Quod autẽ legitur ad ęquinoctialem orientẽ & occidẽ tem inuenitur violaceo colore. Quod vero meridianis regiõibus excipiẽ rubra ꝓcreatur ꝑtãte. Ea conchylia cũ ſint lecta ferramẽta circa ſcindũtur : e quibus plagis pur purea ſanies vt lachryma ꝓfluens excuſſa in mortarijs terendo cõparatur. Et quia ex concharum marinarũ te ſtis eximitur: ideo oſtrum eſt vocitatũ. Igitur muricis ſiue conchylij liquor qui & Oſtrũ dicitur temperatura artificia adhibita fere purpureus fit:hoc eſt in violaceũ tendens. Sed hæc apud auctores cõfundũtur: Muricẽ & Oſtrum & Tyriũ pro purpura ponentes. Sciendum quoq; ẽ q̃ cõchæ & oſtrea dicunẽ firmioris teſtę piſces. Conchę quæ teſtã leuem habent ac politam vniformi ter rugatã ſiue denticulatam.

¶ Oſtrea quæ aſperã ſcabrãq; teſtam habent: q̃uis ge neraliter oſtrea quoq; conchæ dicãtur. Itẽ quæ ex vno tantũ latere teſtam habent. altero ſcopulis aut lapidi bus alteri ve materiæ adhærente. Nam teſtæ ipſę durio res ꝓprie conchæ dicunẽ quales ſunt cochlearũ. Sene. Quid oſtreũ ſapiat : quid mullus:optime noſti. Dicta oſtrea a grꝗco. Nã ſicut nos a teſte teſtudinẽ vocamus ſi ue aial qd veluti teſta tectum eſt: ſiue id genus ædificij qd ex teſta eſt compoſitum. vel ad teſtudinis ſimilitu dinẽ eſt factum: Sic græci ὄςρεα ἀπὸ τῶν ὀςράκων.i. oſtreas a teſtis nominauerũt. Dicunẽ etiã oſtreę fœ. ge ne. Gel. Oſtreæ ſeneſcẽte luna inuberes macræ tenues exuſtæ ſunt: creſcẽte luna pingueſcũt. Spõdylus dicit callofum illud rotundũ albicans qd intus habet in me dio a ſimilitudine ſpondyli qd nos verticulũ dicimus. Nã reliqua caro circunſperſa lacinia dicitur.

¶ Oſtreatus.a.um. ponitur ꝓ duro atq; aſpero. Plaut. Itaq; tam quaſi oſtreatũ tergum vlceribus geſtat.

¶ Oſtrineus.a.um. quod eſt ex oſtro.

* Oſtracina ſuffragia Athenienſium dicebãtur q̃ ea in figulinis vaſis dare conſueuerunt. Cc.

* Oſtrinę veſtes dicũtur purpureę. Turpilius. Interea in ſpexit virginẽ vectari in capite riculam indutam Oſtri nam hinc indutus Suparum. Cc.

* Oſtria ſiue oſtris vocaẽ arbor quæ ſollitaria naſcitur circa ſaxa aquoſa ſimilis fraxino cortice & ramis & fo lio:pilis ramẽ paulo longioribus craſſioribuſq; ac ru goſis inciſuris materia dura atq; firma:qua in domũ il lata difficiles partus fieri morteſq; miſeras : veterum ſuperſtitio exiſtimauit. Ce.

¶ Oſus cũ ſuis cõpoſitis Exoſus & Peroſus ꝑticipia ſunt ſiue participiorũ modo capiunẽ. De quibus in di ctione Peroſus. Iungitur autẽ oſus cũ actõ & actiue ſu mitur: vt oſus ſum. oſus es. oſus eſt. pro odi odiſti odit Participiũ quoq; futuri tẽporis oſurus & oſor verbale ab oſum ſupino fiunt: quæ Feſtus ab odio ſumit. licet nõ ſit in vſu. Plau. in Amp. Inimicos ſemper oſa ſum obtueri.i.odi. Oſurus. Cic. in Læl. Negabat vllam vo cem inimiciorẽ amicitiæ potuiſſe reperiri q̃ eius qui di xiſſet ita amari oportere vt aliquãdo eſſet oſurus. Oſor. Plau. in aſi. Madidũ nihili incõtinẽ:em atq; oſorẽ vxo ris ſuę.i.qui odit vxorẽ ſuam. Sciẽdũ q̃ in oſus termi nata quędã ſignificant habitudinẽ ſiue vehementiam copiãve:aut affectionẽ. vt animoſus:ingenioſus: ner uoſus:ſaxoſus:aquoſus. qui habet copiã ſaxorũ:ner uorũ:ingenij: animi. Vinoſus libidinoſus mulieroſus ſeditioſus factioſus. qui amat vinũ libidines mulieres ſeditiones factiones. Quędã actionẽ. vt ſtudioſus ſto machoſus cõtumelioſus. qui operã dat ſtudio. qui ſtõ machatur. q cõtumeliã facit. Quędã paſſionẽ. vt odio ſus: inuidioſus: qui habetur odio & cui inuidetur. Quę dam actiue & paſſiue accipi poſſunt: vt formidoloſus laborioſus operoſus voluptuoſus religioſus.

O. ante T.

¶ Otides: auiculæ perdicibus ſimiles quæ breui volã tu cito laſſantur.

* Othimis hęrba origani ſpecies quã & praſion dicunt & non diſſimilis eſt hyſopo. Cc.

¶ Othrys: mons theſſaliæ. Othryades nomen Lacedę monij viri. tam primę q̃ tertię declinationis eſt.

O. ante V.

¶ Ouis: a grꝗco ὄϊς. interpoſita u ꝓpter hiatũ ſignifi cat pecudem.

¶ Ouinus.a.um. qd ex oue eſt. vt Pellis ouina. a quo Ouilius ouilla ouillum.

¶ Ouillus.a.um. Plyn.li.xix. Quin & ouillo fimo vti q̃m aliud hęrbeſceret. diminutiuũ eſt ab Ouinus.

¶ Ouile. locus in quo oues morari ſolent.

¶ Ouiaria æ. ouiũ multitudo. Var. in ꝓlo. libr.ij. de re ruſt. Quod eo facilius faciã q̃ & ipſe pecuarias humi grã des: in Apulia ouiarias: & Reatino equarias.

¶ Ouiaricus a.um. poſſeſſiuũ ab oue deriuatum. Col. lib.vij. Et quoniã de ouiarico ſatis dictũ eſt ad capri num pecus nunc reuertar.

¶ Ouicula diminutiuũ ſignificat paruã ouem.

¶ Ouum ab ὤόν interpoſita u euphoniæ cauſa.

* Ouifera quæ fert oua vt gallina ouifera. Cc.

* Oui luteum vocamus vitellũ ſiue vitelliũ in ouo. Ce.

¶ Ouo.as. lætor & lætitiam vociferando ſeu canendo demonſtro. Liu. lib.j. Romani ouantes ac gratulantes Horatium acceperũt eo maiori cum gaudio quo prope metum res fuerat.

¶ Ouatio: vt eſt ab ouo.as. ſignificat paruũ triũphum quem faciebãt ouantes qui nõ in curru ſed pedes ouali corona redeuntes ex pugna cũ bellũ nõ erat indictum vel ſine ſanguine confectum. Ab ohe gaudentiũ inter iectiõe: vt ſit ouatio quaſi ohatio. Iuue. Satur eſt cum dicit Horatius ohe Bacche. Vel a voce militum quę fie bat geminata oo littera: per interpoſitionẽ u. euphonię cauſa. Vt autẽ ab ouũ fit ſignificat tempus quo gallinę oua faciunt. vt vernatio mellatio pullatio. Plyn. Certe luna capiendũ cenſent tanq̃ cõgruere ouationẽ etiam ſerpentium humani ſit arbitrij.

¶ Ouatus a.um. qd eſt in ſimilitudine oui factũ. Plyn. Alijs turbinatio pyri: alijs ouata ſpecies: ceu malorum aliquibus. Hinc ouatum aurum. ouo auratũ. quoniam oui albo antea illinito ęra ac marmora auri & argenti la minis decorẽtur. Nec obſtat q̃ ouum habeat primã lõ gam. Pleraq; enĩ deriuatiua primitiuorũ naturam non ſeruãt. Perſ. Hinc illud ſubijt auro ſacras q̃ ouato Per ducis facies. Hoc Plyn. libr.xxxv. de marmoribus lo quẽs innuere videẽ cũ inquit. Vt ouatus eſſet Numidi cus vt purpura diſtingueret Sinnadicus. Nõnulli ouatũ aurũ dici aiunt: ouatiõe victoriaq; quæſitũ: vel ingens vel copioſum quantũ ouationibus comparatur.

¶ Oualis & hoc ouale: qd ad ouationẽ ꝑtinet: vt Oua lis corona quæ ex myrto fiebat.

O. ante X.

* Oxalis lapathi genus ſatiuo ꝓximum: folijs aquoſis colore betę candidę: radice minima. Cc.

✱Oxyacanthos ſpina eſt paruis folijs aculeatis per extremitates ferens baccas rotūdas folijs ipſis arenoſa lanugine obductis. Cc.
¶Oxus: amnis ortus in lacu Oxia vt inquit Ptol. ſiue Oxo vt Solinus.
¶Oxya. maſcu. ge. & Oxy. neutri indeclinabile acutū citū & velox ſignificat. Oxos neutri generis ſiue Oxeos acetum. Oxya. idis. pro vaſe aceti.
¶Oxya grece: acutus accentus latine dicitur.
¶Oxybaphum: latine acetabulū. ab aceto. habet penultimam correptam.
¶Oxygarū pe. cor. acutū garū. hoc eſt garū ex aceto confectum: quod in principio menſæ apponi ſolebat. ὄξος acetum. γάρος liquamen ex piſce.
¶Orygala: quaſi acetoſum lac. Gala latine lac. Oxos acetum.
¶Oxylapaton. Lapatū acuta habens folia. Oxyſche non acutum iuncū ſignificat.
¶Oxyhalme: gen⁹ potionis qđ ex ſale & aceto recenti fieri ſolebat aduerſus ſerpentes.
¶Oxymeli: acetum mulſum dicit̃ genus potionis qđ ex mellis heminis. x. aceti veteris heminis. ſ. ſalis marini pondo: Tymbrę quadrante: aquæ marinæ ſextarijs .ſ. pariter decoctis fieri ſolebat.
✱Oxymirſine frutex eſt quem acutā myrtum appellam⁹: folia habet myrto ſimilia ſed acutiora & rigidiora producitq; baccas rufas ad ceraſiorū ſimilitudinē. Cc.
¶Oxypora ſunt quæ Col. tradit appellari oxygara. Quoniā inquit cum vſus exigit aceto garoq; diluunt̃. Plyn. quoq; lib. xx. Fœniculū cōdimētis ꝓprie omnibus inſeritur: oxyporis etiam aptiſſime. Sūt & ſua medicis oxypora q̄ſi a celeritate dicta penetrandi. Eſt enī remediū pręſentaneū. i. celeriter iuuans. Idem. Iunipe rus miſcetur antidotis oxyporiaſ
¶Oxyporopoli qui cibos vendunt aceto confectos. Plyn. In eo vſus & oxyporopoli ſeruant addito dulci ad crementū aceti temperantes.

O. ante Z.

¶Ozyſaccaron. potionis genus ex ſaccaro & aceto. Saccarum mel dicitur in arundinibus collectum gummi modo candidum ac fragile.
¶Ozæna: morb⁹ cū vlcera circa nares ſunt pluresve cruſtę: & odorē fœdū habēt. cui malo vix pōt ſuccurri: nomēq; trahit ab ozęna ſicut & polypus. Ply. li. ix. Polyporū genera & ozæna dicta a grauitatis odore.
✱Ozenitis hęrba quę & pſeudonardus dicit̃. dicta ἀπὸ τοῦ ὄζειν quod eſt olere.
¶Ozimū. pe. cor. ab ὄζω redoleo: genus edulij redolētis ex inteſtinis confecti. Perſius. Cum bene diſtincto cantauerit ozima vernæ.

P LITTERA muta ē: nec aſpirationē admittit niſi i dictiōib⁹ grecis: quę poſtponit̃: vt phaeton. Conuertitur quādoq; in traducendis dictionibus grecis p. in b. vt cū apud græcos πύξος. apđ nos bux⁹ ſcribit̃. Ab ἄψυρτος cū littera ψ. pro qua nos pſ conſueuim⁹: Abſyrtus cum b traducitur. Interdum p exili pro ph aſpirato traduci ſolet: vt qđ a græcis φοίνικος cū ph aſpirata ſcribitur. a noſtris puniceus transfertur. Sic πορφύρεον purpureū dicim⁹. Quin & cōtra vbi illi p exile ponūt: latini ſæpiſſime aſpiratū traducunt. vt quod illi ὑψιπύλη. nos hypſiphyle ſcribere ſolemus.

P. ante A.

¶Pabulū ꝓprie pecudū & aliorū brutorū cibus: herbaceus fœniceus paleaceus vel ſtramētitius eſt.
¶Pabularis & hoc pabulare: quod ad pabulum pertinet ſeu quod pro pabulo datur. Col. Vicia pabularis & vicia ſeminalis.
¶Pabulor. aris. pabulum ex agris capio. Val. max. Id poſtq̄ cognouit depoſitis inſignibus imperij familiarem vultū induit: ac pabulantiū hoſtiū globo ſeſe obiecit. Interdū pabulare eſt paſcere. Col. lib. viij. Subinde quæ incedit. ſ. capella cōpeſci debet ne ꝑcurrat: ſed placide ac lente pabulet̃: vt & largi ſit vberis.
¶Pabulator qui pabulatū vadit. Cæſ. lib. v. Repente ex oībus partibus ad pabulatores aduolauerūt.
¶Pachynus. pe. indifferēte. promontoriū ſiciliæ Peloponeſum ſpectans ab aeris craſſitudine. Nā παχὺ pingue & craſſum dicit̃. Virg. lib. iij. Pręſtat trinacrij metas luſtrare Pachyni. Priſ. in perihegeſi. Qui ꝓcul effuſis pachyni diſtenditur oris.
¶Pachiſos: fluuius Siciliæ ciuilis ſanguinis notatus infamia.
¶Pachiri montes in minore Aſia.
¶Pactolus. penul. p. fluuius Lydię aureis arenis ſmyrnæos irrigans agros. Iuue. Quod tagus & rutila pactolus voluit arena.
¶Pacuuius Brūduſinus poeta tragic⁹ illuſtris Ennij poetę ex filia nepos: Romæ picturā exercuit: ac fabulas venditauit: deinde Tarentū trāſgreſſus prope nonagenarius diem obijt. hic vt Quintil. ait grauitate ſententiarū: pondere verborum: auctoritate perſonarum clariſſimus fuit: citra tamen nitorem.
¶Pax a pactione dicitur. Quod nomē etiā pluraliter declinatū legitur. Hora. Hoc paces habuere bonæ ventiq; ſecūdi. Augu. lib. iij. de ci. dei. Semp in ꝑtāte haberent paces bellicaſq; victorias quę ſemper fere per humanorū animorū motus accidūt. Var. Aiaduertēdum primū quibus de cauſis & quēadmodū conſtituerīt paces: ſcđm quā fide & iuſtitia eas coluerūt. Et eſt pax trāquilla libertas. Vir. Pars mihi pacis erit dextrā tetigiſſe tyrāni. Per trāſlationē quādoq; ſumit̃ pro venia. Idē. Sed votis ꝓcibuſq; iubent expoſcere pacē. quādoq; p propiciatiōe: vt apud eundē. Pacēq; per aras exquirunt. Pax etiā aduerbiū grecū eſt & ſignificat tātūmodo. Terē. in Heau. Dū argentū capio pax: nil amplius.
¶Pace tua dixerim: honeſt⁹ reprehēdendi mos: prius captata venia. i. tua venia: & te nō iraſcente.
¶Paco. as. a pace fit: & ſignificat mitigo lenio placo ꝓpitio concordo & pactum facio. Augu. ſuper Io. Exqt mane. & quos inuenit cōduxit: & pacauit cum eis mercedem denarium. Dicitur & Pacor deponens. Idem in eodem vtrōq; complexus eſt. Sodalis nō tibi feci iniuriam: qđ pacauit reddidi tibi: fraudem tibi nō feci: quia quod pacatus ſum reddidi.
¶Pacate aduerbiū ſignificat tranquille ſedate.
✱Pacifer quo nōnulli vtuntur a pace & fero hoc eſt pacem ferens. inde pacifera arbor quæ etiam inter armatos hoſtes prætenſa quietis erat indiciū. & eſt hęc arbor de genere lauri. Cc.
✱Pacinus vnus ex nepotib⁹ Volſinij cognomēto Luculli a quo Pacinates italię populi. Cc.
¶Pacifico. as. a paciſcor eſſe videtur. Cicer. Lepido.

Itaq; ſapientius meo quidē iudicio facies ſi te in iſtam pacificationem non interpones.i.pacem faciendam. Quidam hæc tria ſeparant: vt Pacificatus ſum: pacē feci ſignificet. Pacatus ſum: in pace ſum: ab armis deſtiti. Placatus ſum: ab indignatione animi ad lenitatem redij: vel animo leni ſum.

¶ Pacificatorius.a.um. qđ ad pactionē pertinet. Cice. Poſtq̄ nos pacificatoria legatione implicatos putant.

¶ Paciſcor.eris.pactus depo. ſignificat pactum facio cōuenio. Vnde etiā cōſtruit cū ablatiuo ſicut alia verba pretiū ſignificantia. Plau. in Bac. Paciſci cum illo paula pecunia potes. Dicimus etiā pactus ſum hanc rem. Iuſti.lib.ij. Cū Xerxe nuptias filiæ eius paciſcitur. Huius compoſitū eſt Depeciſcor.

⁎ Pactitia pugnę ceſſatio. Cc.

¶ Pactio vt inqt Vlp. eſt duorū pluriūve in idem placitum & conſenſus. Sal. Collegā ſuum Antoniū pactione prouinciæ ꝑpulerat: ne contra remp. diſſentiret. Ci. lib.iij. offi. Regulus nō debuit cōditiones pactioneſq; bellicas & hoſtiles perturbare.

¶ Pactum quādoq; participium eſt a paciſcor. vt eſt illud i Gñ. Et recordabor fœderis ſempiterni qđ pactū eſt inter deum & omnē animā viuentem. Quādoq; nomen qđ a Cicerone ſic diffinitur. Pactū eſt qđ inter aliquos cōuenit: quod iam ita iuſtum putatur: vt iure præſtare dicat. Hier. in Gñ. Statuā pactum meū vobiſcū. In ablatiuo quandoq; accipit pro modo. Terē.i And. Eo pacto gnati vitam & conſiliū meū cognoſces. Pactilis: Vide in dictione Pago.is.

¶ Padus. fluuius qui vt Plyn. li.iij. ſcribit e gremio Veſuli montis celſiſſimū in cacumen elati finib⁹ ligurum Gabiennorū viſendo fonte profluens: condenſq; ſeſe cuniculo: & in foroiubienſium agro iterū exoriens: nulli amniū claritate inferior. A grecis dictus Eridanus ac pœna Phaetontis illuſtratus. Augetur ad canis ortus liquatis niuibus: agris q̄ nauigijs torrētior. Metrodor⁹ refert quoniā circa fontē arbor ſit multa pices quæ pades gallice vocetur: padum hoc nomen accepiſſe.

¶ Padua: vrbs a padi vicinitate dicta. quæ & Patauiū dicit quaſi padauiū: vel ἀπὸ τοῦ πέτασθαι.i.a volādo q꞉ captato augurio dicit conditū. Vel a petendo q꞉ telo auē Antenor petiſſe dicit: eoq; in loco vrbē cōdidiſſe. Prio Antenorea dicta eſt. Vñ Antenoridę: poſtea patauini & paduani. Apud Patauiū nat⁹ eſt Tit⁹ Liui⁹ hiſtoricus celeberrim⁹ qui res romanas ſumma facundia perſcripſit. Similiter Stella & Valerius Flaccus poetæ hic orti fuere. Preterea Paul⁹ iuriſconſultus. Albertus Eremitanę noſtræ religionis theologus. Cuius ingenij acumē opa quę edidit declarant. Franciſcus quoq; cognomēto zarabella qui in legib⁹ interꝑtandis/& vitę integritate tantū valuit vt in cardineū cœtum fuerit aſcitus: in ea vrbe originē duxit. Fertur & Voluſius poeta patauinus qui poſt Ānniū rerum geſtarū populi romani annales carmine deſcripſit.

¶ Paduſa: fluui⁹ quē aiunt padi brachiū Rauēnā vſq; perductū Maſſanicū alio nomine appellatum.

¶ Pæan hymnus erat in apollinē: ſicut dithyrābus in bacchū: vt Iul. Pol. inquit: q nō ſolū in auerſione malorū decātabatur: ſed & in victoria. Interfecto eñi pythone laudibus & carminib⁹ laudatus fuit: q̄ pæana dixerunt. Virg. Lætū pæana canētes. Abuſiue tamē pro oī deoꝝ laude ponit. Vñ opus ſuū Pindarus de laudibus deorū oīm pæana inſcripſit. Pæan vero ab παίω qđ eſt medeor: q꞉ ſ. morbis remedians finē faceret. & Apollo ipſe pæan dictus eſt. Iuue. Parce precor pæan.

⁎ Pæantis gēma quæ & grauida dicitur quę parturientibus auxilio eſſe exiſtimatur. Cc.

¶ Pæchnium. genus ludicri poematis a ludendo. Vnde Technopæchnion apud Auſonium.

¶ Pædor: ſquallor. illuuies. ſordes. & oīs immunditia: ſeu putor in aiali. Lōguiſq; in carcere pædor. Cice. li.iij. Tuſ. Barba pędore horrida atq; intonſa infuſcat pect⁹ illuuie ſcabrum. A græco hoc nomē deduci videt quo παῖδες.i. pueri dicunt q in illa puerili ætatula ſordidi fere ſunt: nec a ſordibus ſciunt abſtinere. Vñ pædidos quoq; ſordidos & obſoletos appellant.

¶ Pædagog⁹. pe.p. pueri ductor: παῖς puer. ἀγωγὸς ductor. Is eſt eñi cui ducendorū puerorū cuſtodia datur. Col. li.j. Nec poſtremo quaſi pædagogi eius meminiſſe dedignemur Iulij hygini.

¶ Pædagogiū apud iuriſconſultos.ti. de fundo inſtr. Seruitiū atq; mancipiū dicitur. Verba Vlpia. hæc ſunt. Si inſtrumētum fundum legaſſet: ea pædagogia q̄ ibi habebat vt cū ibi veniſſet preſto eſſent in triclinio legato continent. Suc. tamē: ſi textus falſus nō eſt: accipit ꝑ puerorū concubini cū inquit in Nero. Super ingenuorum pædagogis & nuptarum concubinat⁹ veſtali virgini Rubriæ vim intulit.

¶ Pædagium. locus in domicilio in quo pueri ſeruiq; cōmorātur. qui παίδειον vocātur. Plyn. lib.vij. epiſtolarum. Puer in pædagio miſtus plurib⁹ dormiebat.

¶ Pædico.as. pe.p. obſcœnum verbum qđ ſignificat præpoſterā cum maſculis libidinem exerceo. Græci dicunt πυγίζειν. Iul. Firmicus hanc libidinem præpoſteram appellat. Hinc Pædicones ſiue Pædicatores puerarij puerorum amatores concubitoreſq;.

¶ Pæderaſtes: amator puerorū. Pęderaſtia: amor obſcœnus in pueros.

⁎ Pędaretus propriū nomē viri ἀπὸ τῆς παιδείας καὶ ἀρετῆς hoc eſt a diſciplina & virtute. Cc.

⁎ Pæderos lapilli genus quē ſangenon vocant. Pęderotes vocant gemmas quæ colore excellūt quaſi puerorum amatores dictę. Cc.

⁎ Pæderoton acanthi genus lene. Cc.

¶ Pædia. Græce παιδεία: eruditio inſtitutioq; in bonas artes vt docet Gel. Vnde Pædia Cyri quam Xenophon ſcripſit.

¶ Pædotriues pe.p. ludi litterarij ꝓceptor: & exercitationis magiſter. cuius officiū: vt inquit Plato in Gorgia: eſt corpora hominū formoſa robuſtaq; efficere. Pędotriuica exercitatio pertinens ad doctorem pædotriuem. Ariſt. lib. viij. poly. præcipit adoleſcentes gymnaſticæ & pædotriuicæ eſſe tradendos.

¶ Pæon nomen viri medicinæ artis peritiſſimi vt ſcribit Home. A quo pæonia hærba dicta eſt. Eſt & pæon genus pedis: qui a Diomede quadruplex eſſe traditur quorum primus ex longa tribus breuibus conſtat. Secundus ex breui & longa & duabus breuibus. Tertius ex duabus breuibus & longa & breui. Quartus ex tribus breuibus & longa.

¶ Pæonia: hærba vocata eſt a Pæone medico qui eam inuenit. Pæonia etiā regio eſt in europa a Pęone Endymionis filio & Epæi fratre: qui victus curſu ab Epæo ſicut inter eos conuenerat: imperium victori dedit & in Macedoniā ſeu Thraciam ad amnē Axium diſceſſit: A quo Pæonia regio dicta: quæ poſtea ex regis nomine Aemathia para Macedonię vt a qua Pęones populi. Iuſti. lib. vij. ſcribit penul.cor. Sta. lib. Achil. Præterit & didici quo pæones arma rotatu. Quandoq; Pæonia ponitur pro macedonia ſicut Aemathia: cui⁹ littoris regio iuxta Sithoniā & Thermopontū Pallene vocatur. In hac regnaſſe fertur Thelegonus.

¶ Pæſtum. oppidū lucaniæ roſarum abundantiſſimū vbi ob cœli clementiā bis in anno producebantur fru

ctus.ſ.Maio & Septembri.Virg.li.iiij.ge. Biferiq; roſaria pæſti.huius mœnia ꝓpe mare magni ſpatij adhuc integra videntur latitudine & altitudine miranda a Thuſcis conditū:poſſidoniā dixerūt:& eius ſinū poſſidoniatē.Poſtea Romani miſſis huc colonis amplificauerūt vt ait Stra.Hinc Pæſtanus.a.um.Ouid.de arte. Caltaq; pęſtanas vincat odore roſas.

¶ Pætus.q obliquans oculis ī altū reſpicit.Hor.ī Ser. Appellat pætū pater & pullū male paru⁹ Si cui fili⁹ eſt. Hinc pætorū familia romanæ cognomen ſumpſit.

¶ Pagus.ſimul poſitæ villæ.hoc eſt ruſticanæ domus in vnum coagmentatę.Nam πηγη latine fons dicitur: ꝙ circa fontes hæ ponerētur.ꝙ omnes eadē aqua vterētur. Scribit Cæſar ciuitatem Heluetiam in quattuor pagos fuiſſe diuiſam.hoc eſt in quattuor regiones quę pagatim habitabantur.

¶ Pagatim aduerbiū:dictū eſt per ſingulos pagos:ea forma qua oppidatim. Liu. Templa deū quæ pagatim ſacrata habebāt dirui atq; incendi iuſſit.

¶ Paganus.a pago dictus eſt ruſticus:villanus in villa natus qui non nouit vrbē quaſi ex vno fonte potās. Hinc Semipaganus: ſemiruſticus. Interdū pagani accipiuntur pro hoībus nō militātib⁹ tametſi vrbani ſint. Et eſt verbū peculiare iuriſcōſultorū a qb⁹ hęc duo pinde ac cōtraria opponūtur miles & pagan⁹.Sue.de Augu. Pinariū eqtē Ro.cū cōcionāte ſe admiſſa turba paganorū apud milites ſubſcribere quędā aiaduertiſſet: curioſū & ſpeculatorē ratus corā fodi īperauit. Vlpi. Eſt ſcriptū a diuo Pio in eo qui cū eſſet paganus fecit teſtamentū:mox militare cœpit. Paul⁹. Fecit teſtamētum exemplo eius qui paganus fecit: deinde militare cœpit. Quare aūt pagani dicātur qui vrbani ſunt:dicit Romā diuiſam fuiſſe in trib⁹ quattuor:ſicut apud Diony.li.iiij.antiquitatū legit:quas pagos vocitabāt i quibus habitātes pagani dicebātur qui in nullam aliam habitationem transferri poterant.

¶ Paganalia.orum.ruſticorum feſta.

¶ Pagaſa. theſſaliæ oppidū: qđ poſtea Demetrias dictū ē.Iuxta quā ędificata fuit Argo nauis. Propter qđ nauis lōga argonautarū:pagaſea nūcupat: ꝙ Iaſon q eā ędificauit fuit fili⁹ Aeſonis frīs Peliæ regis Theſſaliæ.Hinc pagaſicus ſinus in theſſalia eſt dictus.

⁎Pages cōpactio dicitur licet vix ſimplex inueniatur ſed cōpoſita vt cōpages.Cc.

¶ Pago is.pepigi pactū.ſignificat paciſcor.Ci.li.ij.ad herē.Pacta ſunt quę legib⁹ obſeruāda ſunt.hoc modo. Rem vbi pagūt:oratione pagūt. Aliquādo ſignificat ꝓmitto.Plau.Hæc tibi pacta eſt Calicli filia. Ser.tñ dicit.Pago vnde multi volūt venire pepigi nuſq̄ lectum eſt:vulgo; pepigi a paciſcor fieri:ſicut & pactus. Quo modo a placeo placui & placitus.

¶ Pagina.pe.cor. vtraq; pars folij a pangēdo ꝙ in pagina carmina pangūtur.i. figuntur. Verſus eīn pangi vel figi cæris dicunt: vel ꝙ in libris ſuā quæq; obtineant regionē vt pagi.Hinc fiūt cōpagino pro coniūgo. ꝙ paginę ſimul cōiungūtur.Paginula diminutiuū.Cice.ad Atticū. Si vero idē qđ neſcio an ſit vt nō minus longas iam in codicillorum factis futurorū conſulum paginulas habeat q̄ factorum.

⁎Pagurus piſcis eſt ex genere cancrorum.Cc.

¶ Pagyris.nomē fluuij & nomē ciuitatis.a qua Pagyritæ populi.Quidā tamen pacyrim dicunt.

¶ Pala inſtrumentū ruſticanū vulgo notū. Et inſtrumentū quo panis in furnū mittitur & extrahit: nec nō ventilabrū. Itē quoddā ignis receptaculū. Itē Palæ dicūtur dorſa dextra lęuaq; eminētia mēbra. Itē Palę vt inqt Stra.minores auri purgationis maſſulę & vnq; nō maiores ſelibra. Ply.lib.xxxiiij. Expuitur æris pala q̄dā.hoc eſt qđ græci Pſegma appellant. Idē lib.xxxiij. ſcribit palacas appellari maſſas auri in puteis repertas decē & amplius librarū pōdere quas alij palacranas vocant ſicut id qđ minutū eſt balaucem.

¶ Palla pallæ per duplex ll eſt honeſtæ mulieris veſtimentū.hoc eſt tunicæ palliū qđ palā & foris eſt ad veſtigia vſq; demiſſum. Vir. Pro lōgæ tegmine pallę Tygridis exuuiæ ꝑ dorſum a vertice pendēs. Plau.in menę.Pallā ad phrygionē fert confecto prādio. In Gallia tamē viri quoq; palla vtebant. Vnde Mar. Dimidiaſq; nates gallica palla tegit. Et ab Irrugatione & mobilitate dicitur palla quę eſt circa finem huiuſmodi veſtium. ἀπὸ τοῦ πάλλειν. Eſt etiam hoc nomine vrbs Ptolomęo teſte a latere meridionali Corſicæ.

¶ Palaca & palacrana pro auri maſſa ſumi ſolent.

¶ Pallace:gręcum eſt & ſignificat concubinā. Vnde dicimus:Hæc eſt pallace mea.

¶ Palam aduerbium ad oia refertur:& ſignificat manifeſte & corā pluribus. Corā ad pſonas tātum. Terē. Si falſum aut fictū cōtinuo palā eſt. Hinc fit Propalā euſdem ſignificationis. a quo Propalo.as. pro manifeſto ſeu aperio. De quibus infra.

¶ Palam quęſtū facere dicit non tantū ea q̄ in lupanario ſe ꝓſtituit:ſed etiā ſi qua vt ſolet in taberna caupona vel qua alia domo pudori ſuo nō parcit.

⁎Pallancana cepæ genus eſt cui acutus ſapor eſt & lachrymoſus. a nōnullis Genon dicitur.Cc.

¶ Pallium dictum eſt ꝙ palam ſit & foris. Sub eo enī tunica ſumebatur.lōge lateq; diffuſum:& viris mulieribuſq; cōuenīēs:ꝓprie autē gręcus habitus. Vñ palliati græci dicti ſunt:& Comœdiæ palliatæ quę ſcriptę ſunt ſecundū ritus & habitus hominū palliatorū gręcorum. Auctores Dona.& Diomedes.

¶ Palliatus.a.um.pallio indutus: & pallio coopertus. Aug.lib.x.cōfeſſ. Ineſt animæ vana & curioſa cupiditas nomine cognitionis & ſcientiæ palliata. Apul. Nec palliari tam aperta res poteſt.

¶ Palliolum diminutiuū. breuius pallium: ſiue linteū ad caput tegendū. Iuue. Cultam palliolo mulier nępe ipſa videtur. Hinc Palliolatim. Plau. Palliolatim amictus ſic inceſſi ludibundus.

¶ Palliolatus huiuſmodi palliolo indutus. Sueto. de Clau. Palliolatus nouo more præſedit. Mar. Hanc volo quę facilis quę palliolata vagatur.

¶ Palliaſtrum:rude ac vile pallium. Apul. Ecce ſocratem contubernalē meum cōſpicio:humi ſedebat ſciſſili palliaſtro ſemiamictus.

¶ Palus pali.notæ ſignificatiōis habet pri.pro. Tibul. Hic docuit tenerā palis adiūgere vitem. Palus vero paludis pro loco aquoſo:habet pnmā cor. De quo infra.

¶ Palo.as.ſepto tēdo & quaſi palis munio. Col.li.xij. Vt vitis paletur & capite tenus alligetur:& iuga vineis imponātur:& capiſtretur. Et palare vagari errareq;. Vnde & Diſpalare quod eſt diuidere. Siſen. Diſpalati ab ſignis digreſſi oēs ac diſſipati.

¶ Palor.aris.paſſim vagor.ſicuti faciūt q lento gradu diſperſiq; labiuſcas quęrūt. Liu.li.j. Raptim & ad hos romana legio ducta palantes in agris oppreſſit. Idē li. v. Iā obſidionis tędio victi abſcedūt: vagiq; per agros palātur:cibis vinoq; raptim hauſto repleti. Hoc verbū a palam quidā deduci exiſtimant. Alij a palis caſtrorū. hoc eſt ſudibus:modo huc:modo illuc tranſlatus. Dicitur & Palo.as.in hac ſignificatione.

⁎Paludapium apij ſpecies circa aquęductus & in paluſtribus naſcens.Cc.

¶ Palatim aduerbiū:ſignificat paſſim vagando. Liu.

lib.v. Tuſculum palatim fugerem.

¶ Palata ficus inter palas cõpreſſa. Hie. lib. ij. Re. Apparuit ſiba puer miphiboſeth in occurſum eius cũ duobus aſinis qui onerati erant ducentis panibus & cẽtum alligaturis vuę paſſę & ſeptem maſſis palatarum.

¶ Palatus: oris cœlũ. ꝙ labijs dentibuſq; quaſi palis munitus ſit. Aug. ſuper. Io. Quo auidas fauces habere debet/ vnde optaret/ vt ſanus ſit inde palatus ita indicandi. Dicitur & palatum. Col. li. viij. Sed etiam ſi palatum atq; lingua concolor lanæ eſt.

¶ Pallas antis. nomẽ filij Euãdri. & nomen Gigãtis.

⁎ Pallãtias (vt Callimachus refert) lacus eſt alio nomine Triton ex quo Palladẽ genitam volunt. Cc.

¶ Pallas. adis. dea dicta ꝙ pallantẽ gigãtem interfecerit cum prius Tritonia vocaretur a Tritone palude vbi primũ viſa eſt. vel a πάλλω vibro quatio. eo ꝙ haſtã vibrare cõſueuerit docueritq;: quoniã belli dea eſt. Hęc dicta eſt bellona q̃ bella inuenerit. Et minerua ꝙ viri manet: vel ꝙ neruos minuat ob ſtudiorũ laborẽ. Nam dea artiũ & ſapiẽtię eſt: q̃ de capite Iouis nata eſt. Sed quia dea eſt artiũ & ingenij ideo iſta fingũtur. Nihil eſt enĩ excellẽtius ingenio: quippe quo regũtur vniuerſa. Virg. Pallas quas cõdidit arces ipſa colat. Hæc Iouis filia ſine matre fuit. Nam Iuppiter cũ videret Iunonẽ ſterilem eſſe percuſſo capite emiſit Palladẽ armatam. Pallas etiã nomen paludis eſt in Africa.

¶ Palladium: palladis ſimulacrũ quod Romæ in æde Veſtę fuit.

¶ Palladius. a. um. qđ eſt palladis. Vnde palladiũ forũ Romę qđ erat propinquũ templo Palladis.

¶ Palladius nomen viri proprium qui de Agricultura ſcripſit.

¶ Palatium mons Romę appellatus eſt. ꝙ ibi in palatio pecus paſcẽs balare cõſueuerit. Sic enim vox eius aialis exprimit: quaſi balatiũ. Vñ Neuius balatiũ appellat. Vel a palo. as. quia ibi palare. i. errare pecudes ſolent: ſeu ꝙ palantes Arcades cũ Euandro ibi conſederunt. Nam ante Romã cõditam poſſeſſum atq; habitatum fuit: vt ab Arcade Euãdro: aut aborigimibus qui ex palatio oppido agri Reatini venere & cũ Euandro habitauere. Alij a Palãtia Latini mr̃e q̃ ibi habitauerit palatiũ dictũ volũt. Alij a pallãte Euãdri auo. Alij a filia Euãdri palantia ab Hercule viciata & poſtea illic ſepulta. Vel certe a Pallãte eius filio illic ſepulto. Alij ab Pale paſtorali dea nomẽ inditum autumant. Palatium etiam dicit̃ domus imperatoria ſuperba amplaq; a Pallante gigãte qui primus palatiũ ob magnitudinẽ ſui feciſſe dicit̃. Aut ſecũdum Plyn. a palanteo Arcadiæ oppido. Siue vt Cyrillus auctor græcus refert: a palatio mõte. Huius nois prima ſyllaba indifferẽter ponit̃. Oui. de arte. Illic quas tulerãt nemoroſa palatia frõdes. Mart. Inde ſacro venerãda petes palatia cliuo. Et Palantũ dicta fuit vrbs Diocletiani quã nunc nautæ Spalatũ vocant. Euſe. in chronicis. Diocletianus haud procul Salonis in villæ ſuæ palatio moritur.

¶ Palãteum: vrbs in palatino mõte: a Palante Euãdri proauo. Vnde Virg. libr. viij. Arcades his oris genus a palãte ꝓfectum Qui regem Euãdrum comites qui ſigna ſecuti Delegere locũ & poſuere in montibus vrbẽ Palantis proaui de nomine palanteum.

¶ Palatinus a. um. Vnde Palatinus deus: & palatinus mons dictus eſt ſup quo primo Roma ædificata fuit: & in eo reges primo: deinde cõſules: poſtea imperatores maiore ex parte ſedem habuerũt. Et palatini qui & palantes ſunt: qui cum Euãdro venerũt & aborigenes conſederunt in quartę regionis palatio. Sed hos alij dictos a palantia Latini vxore putauere.

¶ Palatialis flamẽ dictus eſt qui ad ſacrificandũ ei deo cõſtitutus erat: in cuius tutela palatiũ eſſe putabat̃.

¶ Palatual. ſacrificiũ qđ fiebat romæ in mõte palatio.

¶ Palantina regio Romæ cuius Arcades duce Euandro palantes auctores extiterunt.

¶ Palantia oppidum. Vnde & palantini. Eſt & nomen fluminis in Valentino littore.

¶ Palæmon marinus deus: latine portunus ꝙ portubus p̄ſit. De quo in dictiõe Portunus. Archias autẽ in epigrãmatis. τεσσαρέσ ἱι σιμ ἀγῶνεσ ἀμ᾽ ἑλλάδα. τέσσαρεσ ἱροί. ὁι Δύο μὲν θνητῶν ὁι Δύο Δ᾽ ἀθανάτων. ζηνόσ. λητοίδαο. παλαίμονοσ. ἀρχεμόροιο. ἆθλα Δὲ τῶν κότινοσ. μῆλα σέλινα. πίτυσ. ⁎ Id eſt Quattuor ſunt per gręciam certamina ſacra: duo mortalib9 & duo immortalib9 Ioui & phœbo: palęmoni & archemoro: pręmia vero illorũ oleaſtrũ apiũ & pinus. quę ſic carmine efferũtur. Quattuor argiua certamina ſacra ferunt̃ Bina hoim natis: binaq; cęlib9. Phœboq; ipſiq; Ioui Archemoro & paruo Melicertę. Poma. Oleaſtra. Apium. pręmia. pinus erant. Eſt & nomen ꝓprium Grãmatici Vicentini. Cuius tanta fuit arrogantia: vt ſecũ natas & perituras litteras diceret. Atq; de ſe diuinaſſe Vir. cum dixit. Tantum vicine Palęmon.

¶ Palæſtina: ꝓuincia ſyrię arabię contermina. a philiſtini vrbe metropoli in ea: vt inqt Plyn. li. v. Nã & Herodotus ſyriã alterã palæſtinã. In ea quinq; ciuitates cõtinebant̃. Gaza: Aſchalon: Geth: Acaron & Azotũ. Eſt & altera palæſtina ꝓpe Phæaciã de qua Luc. libr. v. Laxa palæſtinas vndis cõfixit arenas.

⁎ Palen dicimus luctam vnde palęſtra de qua nũc. Cc.

⁎ Palepaphos cypri vrbs Veneri ſacra. Cc.

⁎ Paleſcamãder fluuius in troade in ꝓpõtidẽ ꝓfluẽs. Cc.

¶ Palæſtra: luctatio ab πάλη. iterũ παίω. ferio percutio. Vel ἀπὸ τῆσ πάλησ. i. a motu vinæ. Nam ducti ſorte luctantur. Virgi. lib. vj. Pars in gramineis exercent mẽbra palæſtris. Palæſtra etiã dicitur domus lenonis qua eſt exercitus amator aſſidue. Teren. in Phor. Eccum a ſua palæſtra exit foras. Vnde Vict. lib. v. docet quomodo palæſtræ ſint ædificandæ.

¶ Palęſtrita palęſtritæ penultima correpta qui ſe in palæſtra exercet.

¶ Palæſtricus. a. um. quaſi ex vſu palæſtræ. habet pecor. Palęſtricus ſubſtantiuũ idem qđ palæſtrita. Affra. Depellis mihi manũ per palæſtricos.

¶ Pales paſtorũ dea vł pabuli. hãc quidã Veſtã: quidã deũ matrẽ appellant. Vir. Te quoq; magna Pales.

¶ Palilia vel parilia. eius deæ feſta l in r mutata dicuntur. Hęc a paſtoribus in agris fiebãt. xj. Cal. Maij quo die Romulus vrbem fundauit ad lupos arcẽdos morboſq; a pecore pellendos: ſeu ꝓ partu pecoris. Prop. libro. iiij. Vrbi feſtus erat dixere palilia patres: Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies.

¶ Palea a palam ſeu a pabulo dicit̃. Nã ea ſola primũ in paſcendis aĩalibus p̄bebat̃. Quo ſane vocabulo nõ proprie culmi ſed folicula ipſa granulorũ cõprehendũtur. Virg. li. j. Ge. Surgẽtem ad zephyrum paleæ iactãtur inanes. Col. lib. vij. Minus cõmode tuemur armentum Paleis quæ vbiq; & quibuſdã regionibus ſolę pręſidio ſunt: & ꝓbant̃ maxime ex milio: tum ex hordeo: mox ex tritico. Idẽ. Oportet fabam maturã conterere & paleas eius diligenter recondere. Notandum ꝑ Seruij ſentẽtia paleã ſingulari numero dici contra artem: Nã quę ex plurib9 conſtant ſunt tantũ numeri pluralis vt cancelli bigæ ſcopæ: licet abutãtur poetę. Virg. Nequicq̃ pinguis paleæ teret area culmos.

¶ Paleatus. a. ũ. qđ eſt factũ ex paleis. Col. li. iij. Quicqđ inſerueris libro ligato luto ſubacto: paleato oblini

te plagã & alligatõe ne aqua vẽtuſ ve penetrare poſſit.
¶ Palearia: pelles dependẽtes ex gutture boum dicta
quaſi pellearia. Virg. lib. iij. Geor. Et crurũ tenus a mẽ-
to palearia pendent. Huius noiatiuus ſingularis eſt pa
lear. Itẽ palearia vbi condũtur paleæ: ſicut fœnilia vbi
fœnũ reponiẽ. Cuius ſingularis eſt paleariũ. Col. De-
ſtructuaria fœnilia paleariaq̨ & apothecas & horrea.
⁎ Palfunius Sura orator & cauſidicus fuit: ſæpe etiã de
clamauit: Martialis & Luciani amic⁹. Sed ob ſuſpicio-
nẽ q̄ cum Vitellianis ſenſiſſet ſenatu a Domitiano fuit
amotus. Cc.
⁎ Palici dicti ſunt quaſi paliſci. hi gemini fratres Iouis
filij & Thaliæ nymphæ fuerũt: ſiue vt alij volunt Aetnę
q̄ cũ Iunonis irã metueret orauit vt terra dehiſcens illã
abſorberet: & ita factũ eſt. Sed cũ tẽp⁹ maturitatis iſan
tiũ quos aluo geſtauerat aduenisset rurſus terra hians
duos iſantes ex puellę aluo emiſit: appellatiq̨ ſunt Pa
lici q̄ πάλιν. i. rurſus hiante terra emerſiſſent. Cc.
¶ Paliſcorum ſtagnũ in Sicilia ſulphurei odoris.
¶ Palillogia: latine reduplicatio. Palillogus: iterum
collectus.
¶ Palimbacchi⁹: genus pedis ex prima & ſcđa lõgis &
vltima breui: vt Auguſt⁹. Idẽ Antibacchi⁹ dicitur.
¶ Palingeneſia: latine dicitur regeneratio. hoc eſt redi
tio poſt tẽp⁹ aiarũ in corp⁹: qđ fuit Pythagorę dogma.
¶ Palinodia. cõtrarius cantus: & dici poteſt recantatio
ſiue retractio. ᾠδὴν enĩ grȩci cãtũ dicũt: πάλιν rurſus.
Cum male de aliquo ſcribẽtes: deinde reſcribẽtes bene
de eodẽ ſcribimus quaſi dicendi mutatio.
¶ Palimpſeſtus: mẽbrana iterum abraſa. Cice. Treba.
Nam quod in Palimpſeſto: laudo equidem parſimo-
niam: ſed miror qđ in illa chartula fuerit quod delere
malueris q̄ hæc ſcribere: niſi forte tuas formulas. Iure-
conſulti deletitiam vocant. Nam abraſis prioribus lit-
teris reſcribitur. Vlpi. Chartæ appellatio ad nouam re-
fertur: & ad deletitiam.
¶ Palus. dis. eſt vbi paululũ aquæ in altitudine & palã
latius diffuſa: quę etiã quãdoq̨ ſiccatẽ. cuius prima bre-
uis eſt: & ſcđa indifferẽs: q̄q̄ in gtõ creſcat. Virgi. li. vij.
ge. Cocyti tardaq̨ palus inamabilis vnda. Hor. Regis
opus ſterliſq̨ diu palus aptaq̨ remis.
¶ Paluſter. is. & Paluſter. a. um. qđ eſt ex palude.
¶ Palamedes: nomen Nauplij Eubœæ regis filij qui
Vlyſſis fraude a græcis interfectus fuit. Hic fertur tro-
iano bello quattuor litteras inueniſſe. ſ. ξ. θ. φ. χ. Præ-
terea ordinem aciei: datiõem ſigni teſſeras: hoc eſt ſym
bolum bellicum & vigilias inuenit. Hinc a poetis pala
medis aues grues dicunẽ. Mart. Turbabis verſus nec
littera tota volabit: vnã pdideris ſi Palamedis auem.
¶ Palãgę. Gręci phalãgæ dicũt: ſunt ligna tereta qua
lia ſunt q̄ nauigijs dũ ſubducũtur ad littora: aut ad ma
re traluũtur ſupponi ſolẽt. Vide in dictione Phalangæ.
¶ Palango. as. onus aliqđ hmõi fuſtibus tranſueho.
Var. Cũ pœnus in fretũ obuiã veniſſet noſtris: & quoſ-
dam cœpiſſet: crudeliſſime pro palãgis carinis ſubijce-
re: quo metu debilitaret noſtros. Afra. Et capteã vnã
ſemilacerã quaterni ſimul palãgebant.
¶ Palanex idem ſignificat quod phalangæ.
¶ Pallene: ciuitas a Pallena Sithonis filia & vxore Cle
ti dicta: quã alij Macedoniæ: alij thraciæ aſcribũt ob re
gionẽ vicinã vbi gigantum bella fuiſſe memorãtur.
¶ Palinurus Siciliæ pmõtoriũ haud longe ab helia q̄
poſtea velia dicta eſt: in quo Palinuri gubernatoris na-
uis æneæ tumulus eſt: & ab eo locus nomẽ ſortitus eſt.
Diciẽ aũt palinurus bis meiens. πάλιν enĩ iterũ: οὖρος
vrina. Mar. Minxiſti pauline ſemel currẽte carina: me-
iere vis iterũ ſic palinurus eris. i. vocaberis bis meiens.

¶ Paliurus: herba ſpinoſa & aſpera. Virgi. Carduus &
ſpinis ſurgat paliur⁹ acutis. Eſt etiã nomen arboris in
Africa ſuauem fructum facientis quo vina cõmendã-
tur. Et nomen paludis in Africa.
¶ Pallor: quaſi pellis liuor. a quo Pallidus: & diminu-
tiuum Pallidulus.
¶ Pallas a motu cordis dicitur.
¶ Palleo. es. pallui. pallidus ſum. a quo palleſco palli-
dus fio. Aug. li. viij. con. Iactat tẽpeſtas nauigãtes mi
naturq̨ naufragiũ: oẽs futura morte palleſcũt. Huius
cõpoſita Expalleo. a quo Expalleſco valde pallidus
fio. Plaut. in Cur. Viden vt expalluit. Impalleo: a quo
Impalleſco qđ eſt intus vel valde palleſco. Perſi⁹. At
te nocturnis iuuat impalleſcere chartis.
¶ Palma diciẽ planũ illud & ex parte cõcauũ man⁹ qđ
in digitos deſinẽs decore patet. Vñ & p menſura poniẽ
ſicut palmus. Ab hui⁹ ſimilitudine arbor quoq̨ illa no
bilis palma vocaẽ quã phœnicẽ vocam⁹ q̄ comã in ca
cumine habeat circũ extẽſam & ramos in digitorũ mo-
dum ptenſos. Vnde & gen⁹ catũ caryças dactylos. hoc
eſt digitos vocamus: qm̃ digiti videãtur. Hęc arbor in
italia ſterilis eſt: i maritimis hiſpanię fructũ fert ſed im-
mitẽ: dulcẽ in Africa: ſed ſtatim euaneſcẽtẽ. Cõtra aũt
in oriẽte & ex his vina: alicubi etiã panis & plurib⁹ qua
drupedib⁹ cibus. Nõ cedit põderi. ſed ſurgit aduerſum
põdus. Ideo victoribus traditẽ pmio. q̄ nõ ceſſerint ſed
pertinaces in bello pſtiterint. Vñ & ponitur p victoria.
Plutar. In certaminib⁹ palmã ſignũ eſſe placuit victo-
rię: qm̃ igenij eiuſmodi lignũ eſt vt vrgẽtib⁹ opprimẽti
buſq̨ nõ cedat. Itẽ palma cauſa certaminis diciẽ. Ter.
in Phor. In medio oibus palmã eſſe poſitã. Itẽ palma
vt docet Ser. lib. xj. æn. ſignificat togã quã merebãtur
ij qui de hoſtibus palmã deportaſſent. hoc noie eſt etiã
vrbs vna e duab⁹ quæ in vna gymneſiarũ ſunt condi-
tæ ad occaſum ſita vt inquit Stra.
¶ Palmeus. a. um. qđ eſt ex palma arbore. Col. lib. vj.
M. Columella bæthycę pruinciæ ſeu ortu caniculæ pal
meis tegetibus vineas adumbrabat.
¶ Palmoſus. a. um. quod eſt palmis abundans. Virgi.
lib. iij. Palmoſa ſalinus.
¶ Palmata ſeu palmaris veſtis: a palma p victoria: di
cta proprie triumphantium: fuit quã merebãtur hi qui
de hoſtibus palmã reportaſſent. Auſo. in panegy. Pal
mata veſtis vt in pace conſulis eſt: ſic in victoria trium
phãtis. Sidonius. Poſt palmã palmata venit. Alij a la-
titudine clauorũ dictam volunt palmatam quę nunc a
genere picturę picta appellaẽ. Mar. Palmataq̨ ducem
ſed cito redde togæ.
¶ Palmare facinus: quod eſt dignum palma.
¶ Palmus menſuræ genus. Et eſt duplex. maior & mi
nor. Maior digitorũ. xij. Gręce Spithame vocatus. Mi
nor digitorũ. iiij. Paleſtes græce dictus. Diciẽ etiã Pal-
mũ neu. gene. Vict. lib. ij. Doron autẽ græci appellant
palmũ q̄ munerũ datio gręce doron appellatur. Id au
tem ſpargitur per manus palmum.
¶ Palmariũ: qđ eſt palma dignũ. Terẽ. in Eu. Id vero
eſt qđ ego mihi puto eſſe palmariũ. Do. Palmariũ pal-
ma dignũ. Palmariũ etiã diciẽ qđ eſt palmi. Col. li. ix.
Per ſpatia palmaria modicis foraniẽ cauis. Idẽ libr. xij.
Spici vlpici inter palmaria ſpatia diſponendi ſunt.
¶ Palmaria inſula eſt vltra Tyberina oſtia i mari Tyr
rheno. Var. li. iij. de re ruſt. Hoc ita fieri apparet in inſu
lis ppinquis Põti & Palmariæ pandatharię.
¶ Palmipedalis: menſura vnius pedis & palmi. Col. li
bro. iiij. Nam in cliuoſis vbi terra decurrit poteſt mal-
leolus palmipedalis deponi.
¶ Palmula: extrema pars remi. eo q̄ in modũ palmæ

protenia eſt. Virg. lib. v. Et lęuas ſtringat ſine palmula cautes. Sunt & palmulæ fructus palmæ qui & dactyli & Scandalides & Margaridæ & Careotæ & Careotides Plynio teſte dicuntur.

¶ Palmipes: planos & ad palmæ ſimilitudinē habens pedes. Vnde anſeres & oēs fere aquaticę aues palmipedes dicunt̃. Ply. Aut i Palmipedū gñe ſūt vt anſeres

¶ Palmes. itis. ſarmentum vitis & aliarum arborum quoniam palmites in modum palmarum humanarū virgulas quaſi digitos habent. Et palmites dicūtur vnde erumpit vua.

¶ Palmo. aa. manus alligo. Col. li. xij. Cæterū palmare. i. man⁹ alligare hoc tēpore nō expedit. In alia ſignificatione accepit Quintil. in decla. cæci. Præterea cum manus ex qua palmare veſtigiū pōt: plicetur in capitulo. Et poſt. Tuus autē qui palmatus eſt paries veſtigiū eius partis oſtēdit. Huius cōpoſitum eſt Depalmo qđ eſt palma percutio. Gel. Is pro delectamento habebat hois liberi manus ſcite palma verberare: cū ſeruus ſequebatur crumenā plenam aſſium portitans. & quēcūq; depalmauerat numerari ſtatim ſecundū. xij. tabulas vigintiquinq; aſſes iubebat.

¶ Palmirena regio Syrię in qua metropolis eſt Palmaria. in qua regnauit Zenobia mulier eruditiſſima.

¶ Palpo. as. & palpor depo. pro leuiter blande & quaſi tentādo tango. Vnde & pro adulari frequenter accipit̃. hinc Palpator pro adulatore. Plaut⁹. Vt palpator null⁹ eſt quando occœpit blandior. Regitq; interdum accuſatiuū: interdū datiuū. Hor. in Ser. Cui male ſi palpere recalcitrat. id eſt ſi aduleris vel blandiaris. Iuue. actiue poſuit cum ait. Quē munere palpat Carus. Huius cōpoſitum eſt Expalpo: quod eſt elicio.

¶ Palpo palponis: qui & palpator ꝓ adulatore & blando homine.

¶ Palpito. aa. frequentatiuū leuiter ac frequenter moueo. Hiero. lib. ij. Re. Cūq; adhuc palpitaret hærens in quercu. Ply. Palpitat certe cor. & quaſi alternatim mouet. Iuue. Vt ſemel atq; iterū ſuper illā palpitet.

¶ Palpebræ penultima correpta capilli quos in genis homines vtrinq; habent a palpitando. i. tremēdo. vel a palpando. i. prætentando. Ob id enim natura palpebras homini dedit vt vallum quoddā viſus eſſet & prominens munimentum circa occurſantia animalia: aut alia fortuito incidentia.

⁎ Palpum nōnulli ꝓ blanditijs vſurparunt. Cc.

¶ Paludamenta ſunt inſignia ac ornamēta militaria. Ideo cū ad bellum exit imperator mutata veſte dicitur proficiſci paludatus. Liu. Cum paludatis lictorib⁹ profectus ab vrbe Brundiſiū venit. Hier. ad Exuperāntū. Quis non diligat eum qui ſub paludamento & habitu militari agat opera prophetarū & exteriorē hominem aliud promittentē vincat interiori homine qui formatus eſt ad imaginē creatoris? Dicta paludamēta ꝙ perſpiciūtur illi qui illa habēt: & fiūt palam vt inquit Var. Inuenit̃ etiā paludamētū dici de veſte muliebri. Plyn. Nos vidimus Agrippinā Claudij principis ſedēte eō ad naualis pręlij ſpectaculum aſſidētem indutam paludamento aureo textili ſine alia materie.

¶ Palumbes. tam maſculini q̃ fœminini generis inueniuntur. ſylueſtres columbę ſunt q̃ in arboribus ſepibuſq; nidificāt. Virgi. Raucæ tua cura palumbes. Luc. Macroſq; palumbes. Dicitur & palumb⁹ & palumba. Horum duo ſunt genera. Vnum torquatum a torque quo inſignitur. Mar. Inguina torquati tardant hebetantq; palumbi: Nō edat hanc volucrem qui cupit eſſe ſalax. Proper. Sed cape torquatę Venus o regina palumbæ. Alterum genus quod vinaginem dicunt ab vſu labtuſcæ. A palumbus fit Palumbinus a. um.

⁎ Palumbula diminutiuū a Palumba. Cc.

⁎ Palumbarius accipitris gen⁹ palūbes pſequētis. Cc.

⁎ Pammyſus Theſſalię fluuius dict⁹ quaſi totus odioſus ob damna quę agris inferebat. Cc.

¶ Pamphilus penultima correpta latine dicitur totus amor: vel omnibus amicus.

¶ Pamphylia regio in minori Aſia inter Ciliciā & Syriam. Vnde & mare pamphylicū. dicta quaſi tota frondoſa. Hæc tota montana ex Tauro in mare procumbit In ea vt Pōpo. refert: eſt fluuius Melas nauigabilis & Eurymedon: apud quem Cymon Athenienſis Perſas nauali pugna ſuperauit.

¶ Pāphagi: æthiopiæ populi oībus rebus veſcētes.

¶ Pampinus. pe. cor. a Virg. genere maſculino ponit̃. a Var. frequentius fœminino. Et ſignificat foliū vitis ſeu ramuſculū virentē. Virg. Heu male tūc vites defendit pāpinus vuas. Apud Colu. ponit̃ pro quodā arboris genere. ⁎ Virgi. genus non diſcreuit.

¶ Pampino. aa. pe. cor. pāpinos decerpo. vel a ſarmēto coles qui nati ſunt de his qui plurimū valent ad ſecūdum nōnunq̃ etiā ad tertiū relinquo: reliquos decerpo ne relictis colibus ſarmentū nequeat miniſtrare ſuccū. Col. li. iiij. Cū cōprehēderint identidē pampinēt ne plura ſarmenta q̃ debent excreſcant.

¶ Pampinariū palmes q vt Plyn. inqt e duro exit: materiāq; in ꝓximū annum ꝓmittit: ſiue cōgeries virētiū ramuſculorū. Col. li. iiij. Vitioſiſſima eſt eorū agricolarū opinio qui minimū referre credūt quot vuas ſarmētum habuerit dū ex vite fertili ligatur & nō ex duro trūco enatū qđ pampinariū vocant.

¶ Pampinarius. a. um. quod eſt Pampini. Col. libr. v. Ne aut pampinarius palmes internatus aut verrucę ſimilis furunculus relinquatur. Et lib. iiij. Ne pampinariam virgam deplantet.

¶ Pampineus. a. um. idem quod Pāpinarius. Virg. Liber pampineas inuidit collibus vmbras.

¶ Pampinoſus. a. um. qđ Pampinis abūdat. Col. lib. vj. Et ſi parum Pampinoſa vitis eſt.

¶ Pan apud græcos ſignificat omne. Quo etiā vocabulo paſtorū deus vocat⁹ eſt in naturæ ſimilitudinem formatus. habet enī cornua in radiorū ſolis & cornuū lunæ ſimilitudinem. Rubet eius facies ad ætheris imitationem. In pectore nebridem habet ſtellam ad ſtellarum imaginem: pars eius inferior hiſpida eſt ꝓpter arbores i virgulta: feras. caprinos pedes habet vt oſtēdat terræ ſoliditatē. Hic Demogorgonis fili⁹ creditur fuiſſe qui fiſtulā cōpoſuit ſeptem imparib⁹ calamis ſimul cōiunctis propter harmoniam cœli. Hunc Arcades colunt: eū vniuerſæ materiæ dominū appellātes. Vnde a gręcis Pan appellatur. Item Pan latine incubus dicit̃. Incubi vero ſunt nocturna phantaſmata mortalib⁹ terrorem incutiētia. Sed Alcæus poeta mirabiliter deſcribit ἔμπνει πὰν λαφῶισιν ὀρειβάτα Χέλεσι μοῦσαν ἔμπνει ποιμενίοις τερπόμενος δόναι κιλαδεῦσ σύριγγι χέων μέλος ἐκ δὲ συνῳδοῦ κλάζε καὶ ἐυύμνου ῥήματος ἁρμονίην ἀμφὶς δὲ ῥυθμῷ κατὰ κρότον ἔμβεσιν ἴχνος ῥαιστὴσ νύμφαις ταῖς δὲ μεθυδριάσιν. ⁎ Id eſt Infundit Pan latib⁹ cacumina montiū labijs muſarū paſtoralis tibia oblectatus beneſonāte fiſtula fundens melos ex concentu vero fregit gubernās verbi harmonia de tuo vero rythmo ſecundū plauſum diuinū veſtigium rumpatur his nymphis aquatilibus.

¶ Panaces. pe. cor. & Panax herba cui⁹ ſuccus opopanax vocatur ἀπὸ τοῦ πάντα ἀκεῖν. hoc eſt a ſanandis oībus morbis. Ply. Panaces ipſo noīe oīm morborum remedia ꝓmittit. Col. Panax vtroq; tēpore leui & ſubſ

acta terra rariſſime differt. Hic deducitur παρνάκαια
Luc.libro.ix. Et panacęa potens & theſſala centaurea.
Virg. Ambroſios ſuccos & odoriferā panacęam.

¶ Panætius nomē proprium philoſophi Rhodij ſtoicæ
ſectæ: quaſi totus moralis: Scipionis pceptor. quē imi
tatus eſt Ci.li.de offi. Hic ſcripſit φ vita hoim ex Iproui
uiſo aſſidua & ppe quotidiana pericula fert ad quæ ca-
uenda oportet aio ſemper eſſe intento vt ſunt athletæ.
Sicut em̄ illi in certamine athletico caput manib⁹ oppo
ſitis quaſi vallo pmuniunt ita animus ſapientis aduer
ſus petulantias iniuriarū ictuſq; fortunæ debet eſſe ere
ctus arduus ſeptus: nequa ei repentina incurſio impa
rans improtectiſq; nobis oboriatur.

⁎Panagęus dicitur quaſi totus ex terra ob fertilitatem
eſt eñi Thracię pmōtoriū Beſſis finitimū. Cc.

¶ Panagron retis genus φ oia capiat a πᾶν & ἄγρα.

¶ Panagios: latine ſanctiſſim⁹. quaſi totus ſanctus.

¶ Panarethus. pe. cor. dici poteſt omniū virtutum cō-
tinens. πᾶν em̄ totum ſignificat ἀρετὴ virtus. Mar. Ar
guto madidus pollice Panarethus. Hiero. Fertur & pa
narethos Ieſu filij Syrach.

¶ Panegyris: cōuētus nūdinæ feſtiuitas: ab πᾶν & ἀγό
ρα. hoc eſt ab oibus rebus mercādis. Vnde Panegyrici
ſunt ſermones laudatiui qui in cōuentu populi & ſacris
celebritatibus habētur: qualea ſunt quibus diui impe-
ratores laudantur. Et Panegyricon tertium dicendi ge
nus: qđ latini demonſtratiuū dicunt.

¶ Panædrolium. quaſi totam cōtinēs Aetholiā: mons
eſt ætholiæ altiſſimus.

¶ Panathenea: communis celebritas. ludi gymnici in
honorē Mineruæ athenis celebrati. Primus theſeus au
ctore Plutarcho inſtituit Panathenea. Nā gręci ἀθηνᾶν
vocant: quam noſtri Mineruam nuncupauerūt. Euſe.
Agon gymnic⁹ quē Panatheon vocāt Athenis act⁹.
Hinc Panathenaicus liber.

¶ Panathenaicon genus vnguenti: qđ vt Ply. li. xiij.
inquit Athenæ obſeruanter obtinuere.

¶ Panurgus: aſtutus quaſi rerum omnium experien-
tiā habens: a quo Panurgia aſtutia. Plau. Iſthęc panur
gia tete in piſtrinum dabit.

¶ Panchaia quaſi tota dehiſcēs: regio arabiæ tota are-
noſa in qua arbores ſponte natæ tus emittunt. Virgil.
Totaq; turiferis Panchaia pinguis arenis. Ser. ſcribit
Panchaiam Arabiam & Sabæorum gentē eandem eſ-
ſe apud quam naſcitur tus.

¶ Pāchaij popli qui vt Pōp. refert deſerta Sabeę habi
tarit: q & ophiophagi vocant qm̄ ſerpētib⁹ veſcātur.

¶ Pancarpiæ: coronæ ex varijs florum generibus fa-
ctæ & penc omnibus.

¶ Pancratium quaſi oia potēs: ludus gymnicus quin
quertio cōſtans: a quo Pancraciaſtæ dicunt qui hoc lu
do excellunt. Proper. Puluerulētaq; ad extremas dat
fœmina metas. Et patit duro vulnera pancratio.

¶ Pancratiaſtes certator & victor pancratij. Gel. li. iij.
Diagoras filios tres habuit: vnū pugilē. alterū pancra
tiaſten. tertiū luctatorē. Idē ſignificat pancratius pan-
cratia & pācratiaſta. Sene. lib. v. de bñficijs. Lacedęmo
nij vetant ſuos pancratios ceſtu decernere. Gel. Opor
tet aio eſſe intento vt ſunt athletarū qui pācratiæ vocā-
tur qui ad certandum vocati, pectus alte brachijs conſi
ſtunt & oa ſuū manib⁹ oppoſitis quaſi vallo pmuniūt.
Ply. li. xxxv. Myron fecit delphicos pēthathlos pācra-
tiaſtas. Quidā ita diſtingūt inter pentathlū pācratiū &
periodo victorem: φ plus ſit pancratiaſten eſſe q̄ pen-
tathlū: & pl⁹ periodo victorē eſſe q̄ pācratio. Pētathlos
eſt q gñib⁹ illis quq; certat. pācratiaſtes q certauit & vi
cit. Periodo victor vt Feſ. inquit qui ſacra gręcię certa
mina obiuit & vicit Nemeęa Pythia Iſthmia Olympia.

¶ Pandecta nomē compoſitū a πᾶν quod eſt totum
& participio huius verbi δέχομαι quod eſt capio quaſi
oia intra ſe cōpręhendens: volumen aliquod vniuerſa
liter continēs. Vnde Iuſtinianus libros in quibus vete-
ra iura collegit pādectas appellauit.

¶ Pandion: proprium nomen Erichthei Athenarū re
gis filij cui ſucceſſit in regno. Hui⁹ filię fuerunt Progne
& Philomella. Dict⁹ Pādion quaſi totus dios. i. tot⁹ to-
uis. Hinc Pādionia dicta eſt attica. Sidonius. Qui pan
dioniā mouebat orator caueam tumultuoſus.

¶ Pandochium. hoſpitium: diuerſoriū: ſtabulum.

¶ Pandora quaſi omniū dona: vel quaſi ab omnibus
donata: vel omniū rerū genere donata. Quo noie etiā
dicta eſt gens in cōuallib⁹ Indiæ ſicut li. vij. ſcribit Ply.
quæ ducentis annis viuit. In iuuētute capillos cādidos
habet in ſenectute nigros.

⁎Pandocrator vel patocrator omnipotēs vel oia vin-
cens. Nō pigebit lectorē caſtigare locū in eccleſia cāta-
tū in hymno Alma chorus dñi. &c. Verſiculus eſt atha
natos kyrios Panton craton iſus vbi legendū eſt pan-
tocraton ijſus. i. immortalis dñs omnipotēs Ieſus.

⁎Paneros vide panſebaſtos. Cc.

¶ Pādataria: inſula in puteolano ſinu ſeu in mari tyr
rheno: vt lib. ij. ſcribit Ptol.

¶ Pandoſia ciuitas in Epyro: alia in Italia. in qua Ale
xander epyrotes interfect⁹ eſt. De qua Trogus. Cū in
epyro eſſet Pādoſia: & flumē Acheruſium: ignar⁹ eādē
& in Italia eſſe ad declinādā fatorū pericula peregrinā
militiam cupidus elegerat. Pandoſius Arcadiæ lacus.

¶ Pangęus. quaſi totus terra ob nimiā fertilitatē. pro-
montoriū eſt thraciæ beſſis conterminū & macedoniæ
cōiunctum: ad cuius radices Meſtus amnis defluit. Et
in ſingulari eſt generis maſculini: i plurali generis neu
tri. Sta. Illi Pangęa reſultāt Iſmaraq;. Hinc Pangæus
a. um. vt Arua pangæa.

¶ Panthia vxor Abradotæ Suſij ductoris ſub Cyro
maiore caſtiſſima. Vide in dictione Abradotes.

¶ Panthaces. pe. cor. nomen amnis ab vſu medicinæ
pecorum dicti. Sed in Samo prope Chalcāna & Poda
lirij ſacella: vt ſcribit Strabo.

¶ Pantheon. templū Romæ quod vt Dion hiſtoricus
refert ſic dictū fuit φ in Martis Veneriſq; imaginibus
ſub ipſo tēplo conſtitutis omniū deorū imagines effi-
ctę erant. Siue φ templū ipſum rotundū ſit cœloq; ſi
mile. Et ſic quoq; omniū deorū habitatio cēſeatur. Po
teſt etiā dici pantheon ſummū deorum. Nā πᾶν ſigni-
ficat omne qđ ſane in ſimilibus ſępe ad ſummū ſpecta
re ſolet: & θεῶν deorū. Vnde Ply. li. xxxvj. Pātheon io
ui vlton ab Agrippa factum fuit.

⁎Pantagia ſiciliæ fluui⁹ ſic dictus φ oia agat qui cum
plenus incedit totā pene Siciliam implet. Cc.

¶ Panther ab Ariſto. vocatur aial qđ Theodorus Ga
za lupum canarium appellat: diuerſum a Panthera vt
ex Galeno cōijci poteſt qui ſic ait. Quidā adeo beluinī
vt leonū & pantherarū item canum & pantherū & vul-
pium carnibus veſcātur. Hiero. ad Præſidiū ſic ſcribit.
Panther pardo ſimilis eſt: & eſt varij coloris & mitis ſi
ſaturatus fuerit: & tribus dieb⁹ dormit: poſt tertiū diē
lauat ſe & clamat & ſic odorem ſuauē emittit: & conuo-
cat omnes feras quæ odore ducuntur & eſt oibus feris
amicus pter draconem & aſpidem.

¶ Panthera penultima producta animal prorſus ferū
& maculoſum quę & pardalis dicit. ex πᾶν quod ſigni
ficat totaliter & θὴρ fera. Abūdat i hyrcania & Media.
Hor. in epiſtolis. Diuerſū cōfuſa gen⁹ pāthera camelo.

¶ Pantholabus. omnia ſumens: verna appellatus eſt

propter ſcurrilitatem pluribus notus.

¶ Pantomimus pen. pro. rerum omnium imitator qui in ſcænis perſonas per ſingulorum actuum ſimulatiões oſtendebat. Ex παντων omnium & μιμος imitator. Eſt autem Mimus ſermõis & factorum cuiuſq; imitatio cũ laſciuia. Pli. lib. vj. Mythicũ pantomimum hoc eſt fabularem quendam vocauit. ceu pãtomimorũ duo ſint genera Scenici & Mythici.

⁎ Pãtrepes Scythiæ fluuius ſic dictus ꝙ oĩa vertat. Ce.

¶ Panhormus & Pãhormũ & Panhormium: ciuitas Siciliæ dicta a nauium expeditione quæ vndiq; illuc conueniunt. Eſt enim hormos portus pars. Inde nautæ dicunt hormizare. i. nauẽ anchoris atq; retinaculis inſtruere quo ſecura ſit in portu a repẽtinis procellis. Hinc Pãhormita panhormitanus & panhormius.

¶ Panomphæus Iouis epitheton. q a ab omni lĩgua colatur a παν & ὀμφη vox ꝙ. omniũ voces audiat. Oui. li. me. Ara panõphæo vetus eſt ſacrata tonanti.

¶ Pantheus & panthus nomen proprium filij Otrei fratris Hecubæ.

⁎ Panætolium quaſi totam cõtinens Aetoliam: mons eſt Aetoliæ maximus.

¶ Panis a paſcẽdo proprietatem habet: ſiue ꝙ omnib⁹ pulmentis adhiberi poſſit: & fere adhibeaꝛ. cum nullum opſonium faciat inſipidius. Nam pan totũ dicitur. Panis varia ſunt genera. Nam alia ſunt ab obſonijs appellata: vt oſtrearij. alia a delicijs: vt artolagani. Alia a feſtinatione: vt ſpheuticij. Alia a coquẽdi ratione: vt furnacij vel artoptitij vt in clibanis cocti.

¶ Panis ſecũdarius: panis vulgaris qui omnium cibus ẽ. Sue. de Aug. Cibi minimi erat ac fere vulgaris. Secũdarium panem maxime appetebat. Idem Cibarius appellatur panis rubidus a ſcabricie. panis ſecũdo coctus quo vtuntur nautæ.

¶ Panifex qui panem facit: qui & panificus dicitur. Vnde mulieres quæ panẽ faciunt panifices ſeu panificæ vocanꝛ. Hinc Hier. in lib. Re. Panificas filias dixit. Panificium ipſa panis confectio & actus faciendi panem.

¶ Panarium locus vbi panis ſeruatur: panis repoſitorium. Cuius diminutiuum eſt Panariolum. Panaria & panariolanos: hodie quoq; vernacl'a voce ciſtas & ciſtellas vocamus ex viminib⁹ factas. Sue. Sparſit & miſſilia variarum rerũ & panaria cũ opſonio viritim diuiſit. Mar. Cum panariolis tribus reddiſti.

¶ Paniſci dij ſylueſtres quaſi per diminutiõem dicti minutuli panes: ſicut a Satyro Satyriſcus inclinaꝛ. Scribit Ply. lib. xxxv. Paniſcum fuiſſe pictum a Tauriſco pictore.

¶ Pando is. paſſum & panſum ſupinum facit ſecundũ Bedã ſup Do. Et a pane dicitꝛ. ſignificatq; patefacio: ꝙ apud veteres qui ope indigeret: & ad Aſylũ Cereris cõfugiſſet panis ei dabatur: Pandere itaq; panẽ dare. Et quia nunq̃ fanũ talibus clauderetur: pãdere pro aperire vſurparũt. Vnde mulier capillo paſſo dicitꝛ quaſi porrecto & ſperſo. Et paſſis manibus vt velis paſſis. i. diductis atq; diſtentis. Huius compoſita ſunt Expando extra pãdo. a quo expaſſum extentum. Vnde Gel. refert Cæcilium ſcripſiſſe flameum expaſſum domi protulerunt. Nõnũq̃ tamen apud veteres a in e mutatur ac pro eo qd́ eſt diſpaſſis diſpeſſis dictũ eſt. Plau. in mili. Credo ego iſthoc exemplo tibi eſſe eundum extra portam diſpeſſis manibus: patibulum cum habebis. Oppando circũ extendo Hiero. in Exo. Velum quod ante illud oppanditur. Pro pando vltra pando. Repando a quo Repandũ dicitꝛ qd́ retrorſum patet.

¶ Pando as incuruo. Vnde pandari trabs dicitur quaſi incuruari cedereq; ponderi: cuius contrarium palmæ faciunt quippe quæ non contra inferiora ſed in diuerſum renitẽdo fornicãtur. Ply. lib. xvj. At populus cõtra omnia inferiora pandatur. Facile pandatur iuglans. Hinc a Victr. arbores pandatæ dictæ ſunt quæ in ædificijs curuantur.

¶ Pandus. a. um. non panditus alternitatis cauſa euitãdæ quod in pleriſq; ſeruatur: ſicut a mane matutinus nõ manutin⁹. a vitis vinetum. Eſt autem pandus idem qd́ apertus. Ver. libro. ij. Geor. Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

¶ Pandana porta Romæ a pãdo dicta: ꝙ ſemper pateret ad res quæ in vrbem ferebantur. Eadem dicebaꝛ libera a libertate. Pandana etiam eſt inſula in ſinu Caietano parua a continenti ducentis quinquaginta ſtadijs diſtãs in qua pulchro habitatur: vt Stra. inquit.

¶ Pandiculor extẽdo: vt faciunt qui e ſomno expergefacti ſunt oſcitantes. Plautus in menæ. Ego me adſimulem inſanire vt illos a me abſterrerẽ: vt pandiculans oſcitatur.

⁎ Pandiculatio oſcitatio. Et pandicularis dies qui & cõmunicari⁹ dicebaꝛ in quo cõiter oĩbus dijs ſacrificabaꝛ.

¶ Pantices fluxus vẽtris pinguitudo & extuberãtia: ꝙ venter pandaꝛ. Hodie quoq; vulgus pãtices appellat in homine ventrioſo. Plau. in pſeu. Eo vos veſtros pantices adeo madefacitis cũ ego ſiem hic ſiccus.

¶ Panus pani & panis is. tramę inuolucrũ quo panni texunꝛ: a quo panula & panicula per diminutionẽ. Lucil. Foris ſub tegminis panus. Ab huius ſimilitudĩe etiam innatus tumor ſub faucibus auribuſ ve & iguinibus panus appellaꝛ. Idẽ. Etlaterũ parotidas & panos ſanat. Panos Galenus in ſpecies diuiſit. Huius diminutiuum eſt panellus.

¶ Panicula diminuti. a pano. alioqui ſignificat comam in milio panico arundine. Ply. Pendẽte e piceariũ vel roborum quoq; ramis quæ ipſe vocat panos & paniculas: & aliquando nucamenta callo ſquammatini cõpactili: q̃ cittara græci appellant. Quicq̃d igitur ſublõga vel ſub rotunda forma tumet panicula dici fere poteſt. Celſus in curatione ramicis. Faſcia eius rei cauſa fit cui modo loco pila eſt aſſuta ex paniculis facta quæ ad repellendũ inteſtinum quod deſcẽdit illi ipſi ſubijcitur. Ply. li. xxj. Græcula roſa conuolutas habet foliorum paniculas.

¶ Pannus per duplex nn quo veſtimur: vt panneæ veſtes quæ ſunt lanę vel bombycinæ. Huius diminutiuũ eſt panniculus. Iuue. Et panniculus bombycinus vrit.

⁎ Panſebaſtos gemma cui addita fœcũditas exiſtimaꝛ quæ & paneros dicitur. Ce.

¶ Pannoſus qui ſordida veſte & craſſo panno vliq; opertus eſt. Nec hoc niſi de paupere dicitꝛ. Iuſti. lib. ij. Permutato regis habitu pannoſus ſarmenta collo gerẽs caſtra hoſtium ingreditur.

¶ Pannicularia Vlp. teſte dicuntur ea quæ in cuſtodia recept⁹ ſecum attulit: vt veſtem qua indutus fuerit qui ad ſupplicium ducitur: aut nummos quos victus ſui cauſa habuerit ĩ promptu. aut leues anulos. hoc eſt qui rem nõ excedunt aureorum quinq;.

¶ Panicum genus frugis a paniculis ſuis dictum. Ply. lib. xiij. Paruis racemato paniculis. Cæſar. Panico veteriq; hordeo corrupto.

¶ Pãneus a. um. a pãnus fit. Paneus per ſimplex n fõs eſt ſub libano monte: in quo ſi qua natãtia proijcianꝛ in lacum cui phiala nomen eſt cuncta reperiuntur. Eſt etiã hoc nomine Colchorum fluuius.

¶ Panicos repentinus terror & cõſternatio dicitur a græcis. Hyginus ſcribit capricornum obiecıſſe hoſtibus timorem qui panicos nominatur.

¶ Pãnuciũ a pãno & voluẽdo filo: ſudariolũ ſignificaꝛ

vt eſt apud Var. lib. j. de lingua latina. Hoc panniceIlum dicere poſſumus.

⁎ Panope nympha marina a pſpicuitate viſus nomẽ ſumens. πᾶν omne ὄπτω video. Cc.

¶ Panſæ dicti ſunt quibus lati ac panſi ſunt pedes ſicut planci quibus plani ſunt.

¶ Panſelinus pe. co. plenilunium quaſi tota luna. Nam σελήνη luna dicitur. Vnde & proſelinus ante lunam.

¶ Pannonij appellãtur a Romanis quos græci pæonas latini Vngaros vocitant: quorum fama olim formidine totã concuſſit Italiam tanq̃ eſſent bello inſupabiles. Hi trib⁹ fluuijs Drauo: Sauo: & Iſtro vallanẽ. Hinc pãnonicus a. um. Sue. in Aug. Reliqua per legatos adminiſtrauit: vt tamen quibuſdã pannonicis atq; germanicis: aut interueniret: aut non longe abeſſet. Horum regio Pãnonia dicta eſt: regio Europę: ſicut Ptol. lib. ij. ſcribit. Et eſt duplex: ſuperior & inferior. Superior ab occaſu limites habet montem Cetium qui medius eſt inter Noricum & ipſam Pannoniam: ab ortu habet pannoniam inferiorẽ cui iuncta ẽ: inferior ab ortu & Septẽtriõe Danubio cingitur.

¶ Panthaſilea nomẽ reginæ Amazonum quæ Oritheę ſucceſſit. Dicta quaſi omnia ſubiens. Hęc prima vt inqt Ply. ſecurim inuenit. Habet et diph. in penul. apud græcos πανθασίλεια.

¶ Pango is. pegi panxiq; pactũ ſignificat figo: planto: ſiue iungo. Vnde pactilis a pactum quod eſt a pango iũgo. Ply. lib. xxj. Summaq; auctoritas pactili coronę. Liui. pro figo poſuit libro. vij. Lex vetuſta eſt priſcis litteris verbiſq; ſcripta: vt qui prętor maximus ſit idibus ſeptembribus clauũ pangat. fixus fuit lateri ædis Iouis optimi maximi. Pro plãto. Colu. li. iij. At q̃ veterẽ ſarmẽto panguntur tardius cõualeſcunt: ſed tardius deficiunt Idẽ lib. xij. Mallcolus q̃ recentiſſimus curioſiſſime pangendus eſt. Cic. Tironi p ſcribo poſuit: quaſi quid ſimile plãtationi. An pãgis aliqd ſophocleũ: fac opus appareat. Gel. Si aut verſum inquit pãgis: aut orationem ſolutã ſtruis: atq; ea verba tibi dicẽda ſunt: non eas finitiones p̃rancidas: neq; fœcutinas grammaticas ſpectaueris: ſed aurem tuam interroga quo quid loco cõueniat dicere. Pro cano etiam ſiue narro: manifeſto: ponitur quẽadmodũ cano pro ſcribo: vt Pange lingua glorioſi pliũ certaminis. Compoſita eius quædam ſeruant a: vt circũpango. Vnde circumpactus pro circumiunctus. Pli. lib. xvij. Ramis terraq; circũpactis. Depango pro defigo. Idem libro. xxiiij. Quærcus & olea tã pertinaci odio diſſident: vt altera in alterius ſcrobe depactæ moriantẽ. oppãgo: circumpango: repango. a quo repages & repagula. Quædam mutãt a in i: vt appingo: compingo: quod eſt coniungo: vt in Exodi. Arcam de lignis ſethim compingite. Impingo. Vnde impages. Inter ipſa tamen tam in præterito q̃ in ſupino conuenit.

¶ Papæ dicuntur ſacerdotes: quemadmodum preſbyteri: hoc eſt ſeniores appellantur.

¶ Pappa per duplex pp puerorum cibus eſt: deductum nomen a pane.

¶ Pape admirantis aduerbium. habet enim in ſe affectũ verbi miror. vt pape quid video. Aliquando etiam indignationis eſt. Terentius in eu. Pape hæc ſuperat ipſam Thaidem.

¶ Papas accipitur pro patre ſiue pro eo qui puerum alit Iuuenalis. Timidus pręguſtet pocula papas. Eſt autem nomẽ venerationis a Syracuſijs tractũ: apud quos pas pater dicitur. inde per geminationem papas.

¶ Papare eſt minutis & blanduſculis verbis patrem appellare.

¶ Pappare per duplex pp ſignificat cibum ſumere: qđ a pappa fit: qui eſt puerorum cibus. Plautus in Epi. Nouo liberto op⁹ ẽ: quod pappet dabitur: præbebo cibum.

⁎ Papeus apud Scythas appellatur Iuppiter. Cc.

¶ Pappus auus. nam græci πάππον auũ dicunt. Auſ. ad nepotem ſuum. Pappos auiaſq; tremẽtes: ante ferũt paribus ſeri noua cura nepotes. Hinc pappous. i. auitus Pappi etiam dicuntur carduorum flores. Lucre. Veſtem nec plumas auium papposq; volantes. Plinius. Pappũ vocari ait lanuginem deciduam ex fructibus arboris cõgrygiæ. Et pappus dictus eſt æmylius Romanus: cuius meminit Liuius libro. xxviij.

¶ Papauer genus hærbæ. Et album quidem ſatiuum ſemen habet: quod toſtum in ſecunda menſa cum melle apud ãtiquos edebatur. Hoc præcipuum candorem lina & lanæ contrahunt: a quo toga papauerata dicta eſt a colore candido. Eadem toga ſpiſſa dicebatur.

¶ Papula puſtula tuberculi vulgo bruſola quæ ieiunæ ſaliuæ defricatione curatur. Papulis cutis exaſperatur: & rubet: leniterq; roditur. Ver. lib. iij. Ge. Ardentes papulæ atq; immundus olentia ſudor. Cęlſus tamen libro. v. duo papularum genera ponit. Huius dimi. eſt papilla.

¶ Papilla parua papula. i. tuberculum. Serenus. Excruciant turpes anum ſi forte papillæ. Significat etiam mãmæ capitulum vnde lac trahitur: q̃uis etiam pro ipſa mãma ponatur. Ver. lib. xj. Haſta ſub exertam donec perlata papillam hæſit. Dictę papillæ quaſi paruæ papulę: q papularum ſint ſimiles. A quarum ſimilitudine papillę dicuntur quæ aquas fundunt. Var. libr. iij. de re ruſ. Qui fit ſi adduxeris fiſtulam & in eam papillas impoſueris tenues quæ eructent aquam. Papilla etiam tribus Romæ fuit quæ a genitrice vocabulum traxit.

⁎ Paphos vrbs Cypri in qua Venus ſumma cum diligẽtia colebatur. Inde Paphius. a. ũ. & ipſa Venus Paphia dicta eſt. Cc.

¶ Papillatus papilla ornatus: ſeu in papillæ ſpeciem factus. Hiero. ad Pamma. Quis parturientem roſam & papillatum corymbũ anteq̃ in Calathum fundatur orbis. Expapillatus aduſq; papillam nudatus. Plautus. Idem connexum in humero lęuo ex papillato brachio.

¶ Papilio inter vermiculos numeratur: quo nullum animal imbecillius eſt. Col. lib. x. de apibus. Vermiculi quoq; qui tineæ vocantur. Itẽ papiliones enecandi ſunt. Nã vt idem teſtatur ex papilionum ſtercore naſcuntur tineę Item papilio dicitur tẽtoriũ. Hiero. in exo. Stabat vnuſquiſq; in oſtio papilionis ſui.

¶ Paphlagonia regio minoris Aſię: a qua paphlagões qui teſte Cor. nepote in Italiam tranſuecti: mox Veneti dicti ſunt. Hæc vt Solinus ſcribit Cytoro monte cõſurgit porrecto in ſpatium trium & ſexaginta miliũ. In ea Mithridates Eupatoriam cõdidit quæ ſubacta a Pompeio pompeiopolis nominata fuit.

¶ Papia ciuitas inſubrium. Ticinum alio nomie appellata. olim Oſtrogothorũ & Ligobardorũ regum ſedes.

¶ Papyrus a noſtris dicitur iuncus: a nonnullis ſirpus: Luca. li. iiij. Conſeritur bibula memphitis cymba papyro. Frutex eſt habens radicem obliquam triangulis lateribus: decem nõ amplius cubitorum longitudinem: in gracilitate faſtigiatum Thyrſi modo cacumẽ includẽs Naſcitur in paludibus Aegypti. Inuenta eſt ab Alexandro rege Papyr⁹ auctore Var. quę fiebat ex frutice cum Alexandriã ædificaſſet. A qua papyro frutice dicta eſt charta papyrua: q. ſ. ex papyro fieret. Nam primo ſcribebant in folijs palmarũ: poſtea in arborũ libris: deĩn in ceris. Poſtea vero id gen⁹ chartæ muẽtũ ẽ quo nũc paſſim mortales vtũẽ. Fitq; ex lithcolis cõtritis. & nihilominus priſtinũ nomẽ remãſit. Charta vero ab vrbe Tyri: cui charta nomen fuit appellata eſt. ex qua Dido dicta eſt.

Ideoq; vrbem a ſe poſtea ædificatã ab illius nomie Carthaginem nuncupauit. græci ab eadem vrbe Χάρτην nominant. Hęc etiam membrana vocatur a tectu membrorum. A papyro cognomen papyrij deductum eſt: a quo papyriana tribus. Hinc etiam papyraceus a. um. quod ē materiatum ex papyro.

¶ Par cum ſuis cõpoſitis compar: diſpar: impar: ſepar: ſunt generis omnis. Et licet par produ. apud poetas ponatur in obliquis tamen prima correpta. Et tam datiuo q̃ gtõ iũgi poteſt. Ouid. li. iij. meta. Sunt quoq; par alijs ętas in ouilibus agnæ. Luc. Quem metuis par huius erit Et in ablatiuo pare vel pari. Significat aũt par numerũ duorũ quaſi inter ſe pariũ. Vnde par & duo paria dicim⁹ Interdum pares pro duobus accipiunt: vt parib⁹ equis vtebantur Romani in prelio: vt ſudante altero tranſirēt in ſiccũ. Interdum par accipitur pro decenti æquo & conuenienti quod inter omnes æquabile eſt. Quin. Si pp̃ter matrimonia violata vrbes euerſæ ſunt: quid fieri adultero par eſt? Parē eſſe ſignificat ſufficere alicui rei: ſiue reſiſtēdo: ſiue exequendo. Cic. ad Atti. Sed adhuc pares nõ ſumus. Quin. Aſpicio par laborib⁹ corpus. Paria facere eſt quod alibi amiſſum eſt vľ quod aliunde acceptum alibi vel aliunde compēſare. Quinti. Paria faciemus: tu illic eris vicarius meus ego hic tuus. Paria cõponere. eſt cõponere gladiatorũ duo paria ordinarium & poſtularium. Ci. in epi. & Suetonius.

¶ Par impar gen⁹ ludi. Sue. de. Aug. Scripſit ad filiam Miſi tibi denarios ducētoſquinquaginta quos ſingulis conuiuis dederam ſi vellent inter ſe poſt coenã vel talis: vel par impar ludere.

¶ Pariter aduerbiũ ſignificat ex æquo. Nęuius. Vt pariter diſptiant̃ bona patris. Aliquando conuenienter. Titi. Nę tu iſtam edepol media ex tuliſti pariter vt dignum fuit. Aliquando ſimiliter. Plau. Ia ex ſe hũc reliquit: qui hic habet filium pariter moratum vt pater atq; au⁹ eius fuit. Aliquãdo ſignificat qđ vernacula lingua dicimus apar apar: ſiue aperada mente. Hier. in lib. ℞. Reliqui diſperſi ſunt ita vt non relinquerentur ex eis duo pariter.

¶ Parilis & hoc parile pe. co. ſignificat æqualem: a quo parilitas.

⁎ Parilia deæ paliꝭ feſta. Cc.

⁎ Parilitiũ ſydus vulgo ita appellatũ: quia eo oriente parilia celebrabatur. Peritiores hoc ſydus hyadaa vocant. Cc.

¶ Para prępoſitio græca ſignificat: ad: apud: penes: abſq;: dis: re: præter: tam in appoſitione q̃ in cõpoſitiõe. Eſt & parra genus auis inauſpicatę. Horati. Impios parrę recinentis omen. Ply. lib. xviij. Auem parram oriente ſyrio ipſo die non apparere donec occidat.

¶ Parabaſis latine tranſgreſſio. Parabates tranſgreſſor

¶ Parabola ſignificat iuxta ſentētiã: ex παρὰ iuxta βουλὴ ſentētia: quaſi rerũ diſſimilium comparatio. Vñ Quitil. Parabole quã Cic. collationē vocat longius res q̃ cõparantur repetere ſolet: vt tã fortiter apud Hipponē fecit Scipio q̃ vtiq; apđ Vticam Cato. Hier. Parabolę græce latine dicuntur ſimilitudines. Quod libro Salomõis vocabulũ ob id impoſitũ eſt: vt ſciremus altius & nõ iuxta litterã tantũ intelligi debere quæ dicũtur. In quo dominũ ſignificat p parabolas fuiſſe locuturum. Aliud. n. in ſuperficie ſonat: aliud in intellectu innuit.

¶ Parabos inſula parua contra phœnicē: vt inquit Põponius.

¶ Paracletus per e productã ſcribit̃ & Profertur. a παρακαλῶ: quod rogo & hortor ſignificat. Apud iuniores vero græcos etiam pro conſolor inuenit̃. Hinc paracletos & paracletua deſcēdit. Et qui in foro ac iudicijs a noſtris deprecatores vocantur: ij apud græcos paracletores dicuntur. Itaq; pollicet̃ dominus diſcipulis ſuis miſſurum ſeſe paracletũ ſpiritum qui eos ſit docturus: ſiue illũ adhortatorem ſiue deprecatorem: hoc eſt aduocatum: ſiue conſolatorē velimus intelligere. Paraclytus aũt per y tenue infamē aut præter famam ſignificat. Nam para in huiuſmodi compoſitione præter: vel diminutionem denotat. κλυτὸς vero famã declarat inſignem: id qđ inclytus probat. Itaq; paraclytus a para & clytos nomine cõpoſitum eſt. Quod ſignificatũ ponere in Chriſto abſurdũ & impium eſſet.

¶ Paracentheſis ſignificat punctionem: vt eſt apđ Ply. libro. xxv.

⁎ Parachoelis regio finitima Acheloo amni: ſic dicta q̧ ſit iuxta Acheloum. Cc.

¶ Paradiaſtole dici poteſt per diſlatationem qđ fit cum rem noſtram dilatamus interpretatione.

¶ Paradromis idis. ambulatio ſiue xyſtum. Vict. Latini xyſta ambulationes appellãt: quas græci paradromidas.

¶ Paradigmã παράδειγμα exēplũ facti vel dicti alicuius. Verg. Antenor potuit medijs elapſus Achiuis Illyricos penetrare ſinus. Fit aũt tribus modis. A pari a maiori ad minus. a minori ad maius.

¶ Paradiſus pomariũ. i. hortus cõſitus generis tã maſ. q̃ fœ. Eſt nomē oppidi: vt apud Pli. & Stra. Eſt & locus in oriēte longo tractu maris diſtans a cõtinente. De quo Aug. ad Oroſiũ ſcribit ſic. Paradiſus in oriente ſitus eſt interiecto Oceano: & a noſtro orbe longe remotus in altiſſimo loco conſtitutus ptingēs vſq; ad lunarem circulũ. Vñ illuc aqua diluuij minime puenſſe dicitur. Hic locus a primi hominis reatu interclusus eſt: nec vlli animantium datur in eum aditus.

⁎ Paradiſea poma dicunt̃ a ſitu: q̧ fere in omnibus pomarijs inſerantur odore ſaporeq; inſignia. Cc.

¶ Paradoxa iuxta ſniam vľ inopinabilia ſeu admirabilia. Nã para p̃ter vel cõtra & iuxta ſignificat. Vñ padoxa Cicerõis. i. electa ſnia vel quia ſunt præter opinionē.

¶ Paragogon cũ accentu in antepen. dici poteſt deriuatiuum. vt ab albeo albico.

¶ Paragoge deductio figura qua lr̃a vľ ſyllaba fini iũgit̃: vt dicier p dici. Hãc alij paralepſim: alij prolepſim.

¶ Paragraphus & paragraphum vtrũq; dicit̃. Paragraphe: latine præſcriptio exceptio.

¶ Paralus: vt Pli. li. vij. ſcribit nomē fuit eius q primus longã nauē inuenit. Sunt & parali in Attica q paraliã incolunt. Plutar. parelos factionũ vnã tribus quæ Athenis erãt Solonis tempore intelligit.

¶ Paralipomenõ derelictum ab παρὰ & λειπόμενον: relictum prætermiſſum.

¶ Paralytic⁹ latine diſſolut⁹ dr̃. Paralyſis diſſolutio neruorũ. Et alio noie a gręcis hemiplexia hoc ē ſemiapoplexia cũ in alterã tm̃ corpis ptē malũ id icubuit. Nã cũ totũ afficit̃ apoplexia noiat. Nũc vtrũq; inqt Cęlſus paralyſin appellari video. Iñ paralyticis q tremuli ſunt remediũ ē in quo ſit abſtrigēdi efficacia. Ideoq;. Tertu. in apologia de Xp̃o dixit. Cũ ille verbo dæmonia excuteret: leproſos mũdaret: palyticos a reſtringeret: mortuos deniq; verbo redderet vitæ. Reſtrict⁹ ergo reſoluto cõtrarius ē. Nominatur id & pareſia fere defectus virium.

¶ Paralleli pe. pro. quoniam per ll a græcis ſcribit̃ dicuntur circuli ſphærę q ad eũdē polũ cõſtituti finiunt̃. Parallelus eñ quaſi alteru⁹ mutu⁹ inicē cõparatus. a quo lineę æque diſtãtes parallelæ dicunt̃. Ideoq; ſegmēta mũdi q̃ nos circulos dicimus parallelos græci vocant.

¶ Paranymphus a Hiero. dr̃ pnubus: ab ãtiqs auſpex. Antiq eñ p nuptijs celebrãdis auſpiciũ capere ſolebãt. Qui præerat huic rei pp̃te viri a græcis paranymphus

a noſtris auſpex dicebatur. Et vt auſpex pro parte viri:
ſic & pronuba pro parte mulieris adhibebatur. Itaq; cum
apud Chriſtianos auſpicia minime captentur: adhiben-
tur ſacerdotes qui & pronubi a nobis dicuntur. Aug. li.
xiiij. ciui. dei. Nonne omnes famulos atq; ipſos etiã pa
ranymphos & quoſcũq; ingredi quælibet neceſſitudo p
miſerat ante mittit foras: q̃ vel blandiri coniunx coniu-
gi incipiat?

⁎Paranites gemmę ſpecies quæ & Sapinos dicitur. Cc.

¶ Paraphraſtes dicitur interpres qui non litteram ex lit
tera: ſed ſenſũ e ſenſu trãſfert: quaſi iuxta loquẽs. Et p p
uerſo & deprauatore ponit̃. Hier. in prolo. li. ℞. Et cum
intellexeris qđ antea neſciebas: vel interpretem me æſti-
mato ſi gratus es: vł paraphraſten ſi ingratus. Idem ad
Alga. Conabimur itaq; παραφρασικῶς ſenſus eius euo
luere: paraphraſis peruerſa dictionum interpretatio.

¶ Parapherna & nõ paraphrena dicuntur ea quæ pręter
dotem dant̃ fœminis. a para præter & φερνὴ dos quaſi
præter dotem. Hæc & paraphernalia dicuntur.

¶ Parapetaſma atis. latine velum cortina.

¶ Paraſceue es. dici poteſt præparatio nã a παρασκευά-
ζω: quod eſt præparo deducitur. Vnde & dies quo domi-
nus noſter Ieſus Chriſt⁹ pro humani generis ſalute cru-
ci affixus fuit paraſceue dicitur. quoniã eo Iudæi ſibi ne
ceſſaria præparabant: vt paſchę dies abſq; operatiõe ali
qua trãſigeretur.

¶ Paraſitus penultima cor. qui aliorum menſas & ciba-
ria ſequitur ex para: ad: σῖτον cibus σιτεία ſagina: quod
non ſolum frumẽtũ: ſed cibaria quoq; deſignat quod vt
conſequi poſſit omnia ad voluptatem: cuius eſt tractus
nidore culinæ primo loquit̃ omnia: deinde aſſentat̃: om
nia illius facta ac dicta laudat: nihil repugnat: omnia ſuf
fert: nihil ventris cauſa facere recuſat: in quo ſummũ bo
num conſtituit. Accipitur nonnunq̃ pro eo qui ſimplici
bus verbis riſum ab audientibus captat. Primo tamẽ pa
raſitus in honore fuit: vtpote q ſacro miniſterio addict⁹
eſſet. Pro eo vero poſtea dictus eſt: qui ad menſas diuitũ
oblectationis cauſa admittebatur.

¶ Paraſitaſter qui paraſitorum imitator eſt. Nã quæ in
aſter finiũt imitationem potius q̃ diminutionem ſigni-
ficãt. Cicero pro Vareno. Euricius hic noſter Antonia-
ſter. Duo tamen potiſſimum diminutionẽ denotant ſur
daſter & recaluaſter.

¶ Paraſangæ apud perſas viarũ mẽſuræ ſunt quinqua
ginta ſtadia continentes.

¶ Paraſtatæ vt apud Victr. & Ply. lapides ſunt pilarum
fere modo appoſiti colũnis: de qua ſimilitudine alterum
cruris os (Duo enim ſunt) paraſtata nominatur in iumẽ
tis Vegetio. qđ & paracmenion Iul. Polluci. apud quem
& meatus illi per quos genitura e teſtibus per vrinæ vias
defertur: paraſtatę nuncupantur. Sunt & in prœlio inqt
dicti paraſtatæ nomen officij: quoniam adiuncti ſunt p
ſtatis: hoc eſt ijs qui præſunt cornibus ſicut epiſtatæ: qui
tertiũ in regendis his locũ tenent. Sed & tabulę quædam
certis inſtrumentis a Victruuio paraſtatæ vocantur.

¶ Paraſiopeſis ſchema eſt apud rhetores a latinis pręoc
cupatio dicitur cum aliquid nos reticere dicim⁹ & tamen
tacitum intelligit̃. Quod fit vł cum rem notam eſſe pu-
tamus auditoribus: vł cum ſuſpitionem maiorem exci
tare reticendo volumus.

¶ Paropaniſades regio Aſiæ q̃ ſicut refert Ptol. ab oriẽ
te parte Indiæ ab occaſu Arabia terminat̃ a Meridie A-
rachoſia.

¶ Paraſtades lapides qui vtrũq; oſtij latus muniunt. Vi
ctru. quoq; paraſtadas in mentione templorũ vocat an-
tas.

¶ Paraſtaſis latię ꝯſiſtẽtia. affirmatio. per teſtes appro-
batio.

¶ Paraſynthetes decompoſitus.

⁎Parathesis dicitur appoſitio. Cc.

¶ Paratrimma latine intertrigo cum femina aduruntur

¶ Parazonium genus gladij qui ad zonam accingi ſoli
tus ẽ ἀπὸ τοῦ παρὰ καὶ τῆς ζώνης: quaſi ad zonã pẽdẽs.

¶ Paræneticus a. um. idem quod præceptiuus ſiue ad-
monitiuus a verbo gręco παραινέω: quod ſignificat prę
cipio & admoneo: παραίνεσις pceptio: ſiue admonitio.
Hinc Acron Horatianus interpres: hæc ode parænetica
ſcripta ẽ: pro eo quod ẽ præceptiue ſiue monitorie: ſicut
ab eodem dicitur. Hæc Erotice dicta eſt: pro amatorie.

¶ Parmenides Aeleata philoſoph⁹ Zenophãis auditor
atq; amicus: cenſuit ſempiternum atq; immobilem eſſe
vniuerſum quod eſt ens ſecundum veritatem rerum: ſo
lum enim eſſe ſimplex & intrepidum atq; ingenitum. ge
nerationem vero eorum eſſe quæ falſa exiſtimatione vi
dentur eſſe cum non ſint: nam ſenſus ſemouendos a ve
ritate putat. Affirmat eñ ſi quid eſt præter ens id eſſe nõ
ens. Non ens autem non eſſe in rebus. & ſic ens viuẽtũ ſi
bi relinquitur. terra vero denſioris aeris defluxu factam
arbitratur.

¶ Paronomaſia latine agnominatio cũ aliquod nomẽ
ex alio in ſignificatione diſtante conficitur. Teren. Iam
incœptio eſt non amantium ſed amentium.

¶ Parochus pe. cor. auſpex ſiue paranymphus q; ante
vehicula eat: quæ græce ὀχήματα dicũtur. Quidam pa
rochum interpretantur præbitorem. παρέχω præbeo.
Huius officium erat magiſtratibus præbenda conduce-
re. Vel parochi magiſtratus erant quibus cura erat vt li-
gna & ſal legatis publice miſſis præberentur. Hora. Pro
xima Campano põti quæ villula tectum Præbuit & pa-
rochi quæ debent ligna ſalemq;.

¶ Parochiæ eccleſię dicuntur q; ſuis parochianis victũ
cœleſtem exhibent. Hier. cõtra Vigil. Qui parochias ſu
as vicinia iſtius ſcribunt eſſe maculatas. Et alibi. Miror
ſanctum epiſcopum: in cuius parochia eſſe preſbyter di
citur: acquieſcere furori eius.

⁎Parodos tranſitus. Cc.

⁎Paropaniſus mõs in Bactrianis author Ptol. li. vj. Cc.

⁎Paropotamia regio ẽ Tygri proxima.

¶ Parœcia cum œ diph. dici poteſt incolatus. Nam pa-
ra iuxta οἶκος domus: vbi. ſ. ſunt domus contiguę. Au
guſti. lib. xiiij. ci. dei. Preſbyter fuit quidam nomine Re
ſtitutus in parœcia Calamenſis eccleſiæ.

¶ Parergon dicitur quod alicui rei præter propoſitũ ad
ditur vt ſi pictor alicuius ſancti imaginem pingẽs ornã-
dæ tabellę gratia arbuſculas & auiculas & huiuſmodi ad
diderit. Ply. Prothogenes cum Athenis celeberrimo lo
co Mineruę delubro propyleũ pingeret adiecit paruulas
naues longas in his quæ pictores parerga appellant.

¶ Parectatus qui de pueritia venit ad pubertatem. Lu
cil. li. x. Tuum ephebũ quem vocant parectatum.

¶ Pareſis idem quod paraliſis a defectu virium dicta.

¶ Parentheſis interpoſitio ex παρὰ & ἐν: quæ duo ſigni
ficant inter θέσις poſitio. Figura quoties remota de me
dio ſententia integer ſermo perdurat.

⁎Parethonium coloris genus a loco Aegypti ita voca
tum. hoc ſpumã maris eſſe exiſtimant cum limo ſolida
tam: quapropter minutæ conchulæ plerunq; in eo in-
ueniuntur. Cc.

¶ Paronychia abſceſſus circa radices vnguium. Ply. li.
xxiij. Gingiuarum inflationibus paronychijs ſordidiſſ-
q; hulceribus & putreſcentibus deriuatio eſt manifeſta.
Dicta paronychia: a παρὰ ad ὄνυξ vnguis quaſi ad vn-
guem.

¶ Paronymon nomen ab alio deriuatum.

¶ Parcę quia nemini parcant: ac ideo tres eſſe parcas arbitrãtur quoniã tria ſunt tẽpora in quibus oĩa inuoluũtur. Lacheſin dictã eſſe: quia λαγχάνω graece ſortior deſignat. Atropon quia reuerti nõ poſſint. Clothon: quoniam cõtorta & coordinata omnia tẽtat. Haec enim noĩa ipſa lingua graeca oſtendunt.

⁎ Parcae dominę deterię. i. atrae & macilentae. Cc.

¶ Paropſis idis. per o generis foemini ex παρά & ὄψον. i. ad cibũ ꝓprie genus iuris: ſcdm. Iul. Pollucẽ. Q̃ꝗ & pro repoſitorio obſoniorũ: qd catinũ dicunt apud idoneos legatur. Mar. Qui portat gaudens ancilla paropſide rubra Halecẽ. Sue. in Gal. Ordinario quidem diſpẽſatori breuiariũ rationum offerẽti paropſidem leguminis pro ſedulitate ac diligentia porrexiſſet.

¶ Parotides apoſtemata ſecus aures. Nã collectiones fiunt in glãdulis. Dicũtur & parotides. vt inquit Celſus arteriae duae in dextra ſiniſtraq; iuxta guttur quę ſurſum ꝓcedẽtes vltra aures feruntur. Quin & ipſi auriũ cincinni apud Iuliũ Pol. vocant̃ parotides. Itẽq; partes his ſubiectae quae a faucibus ad malas pertinẽt. Para enim ad οὖτα aures dicunt̃. Solent etiam iuxta dẽtes in gingiuis oriri dolentia quas gręci parotidas appellant: quaꝝ remedia ſcribit Cælſus.

¶ Paradõtides ſiue parulides tubercula iuxta gingiuas cum caro in gingiua excreuit.

¶ Paroxyſmus ſtimulatio concitatio. παροξύνειν enim eſt incitare.

¶ Paratragoedio as. i. exaggero: ac verboꝝ magnitudine aliquid augeo. Plau. Illic homo eſt vt paratragoediat carnifex.

¶ Parrhaſia regio in Peloponneſſo dicta Arcadia Lycaonis patria. Vñ paraſius a. um. pro Arcadico. Verg. Parrhaſio dictũ panos de more Lycaei. In ea eſt mons Lycęus: in quo bicornis Fauni tẽpliũ fuerat: a quo Lycaea ludicra illi ſacrata nobis Lupcalia dicta. Vñ Oui. li. ij. faſt. Quis vetat Arcadico dictos a mõte lupercos. Faunus in Arcadia templa Lycęus habet.

¶ Parrhaſius nomen pictoris Epheſij: qui cum Zeuſide in certamen picturae deſcẽdit. Hic primus Symmetriã picturae dedit: primus argutias vultus: elegantiã capilli: venuſtatẽ oris expreſſit. Et cum Zeuſis detuliſſet vuas pictas tãto ſucceſſu: vt in ſcaenã aues aduolarent ipſe detulit linteum auibus pictum.

¶ Parco is. peperci vel parſi. parſum. Vnde parſurus. ꝓprie ſignificat abſtineo: quaſi parũ tango. Hinc parcere pro veniã dare. i. ab vltione abſtinere. Liui. li. xxv. Nec dũ eos Capuae parſuros. Ver. Parcere ſubiectis: & debellare ſupbos. Aliquando pro prohibere: vt Parcite oues nimiũ procedere. Aliquãdo deponere: quia ab his quae deponimus abſtinemus. Ver. Parce metu cytherea: manent immota tuorũ Fata tibi. Aliquãdo ꝓ ſeruare: quia ſimiliter ab eis abſtinemus. Idem lib. x. Argenti atq; auri memoras q̃ multa talenta. Natis parce tuis. Aliquãdo pro deſinere. nã & deſinere abſtinere ẽ: vt Parce pias ſcelerare manus. Sic parcere errori dicimus abſtinere a caſtigatiõe erroris: ſiue parum caſtigare errorem. Parcere pecuniae abſtinere ab expẽdenda pecunia ſiue parum expẽdere pecuniã. Var. Parſurus pecunijs bene partis. Parcere famae: abſtinere a fama: non laudare. Aug. li. ij. ci. dei. Nimis ſuperbum ſit famae parcere pricipũ ciuitatis: vbi ſuae famae parci numina noluerunt. Parcere labori: abſtinere a labore: ſiue parũ laborare & eodem modo de ſimilibus. Huius verbi cõpoſita ſunt cõparco eiuſdem cum ſimplici ſignificationis. Terẽ. Suũ defraudans genium cõparſit miſer. Reparco iterũ parco. Plau. in Trucu. Vtinã rei iterum parciſſem meae: vt nunc reparcis.

¶ Parcus qui frugi eſt & ſumptibus parcit. Gel. libr. iij. Neq; ab arca: neq; ab arcẽdo ſed ab eo ꝙ paruũ & parũ denominat̃. Hinc parcitas pro frugalitate. Hui⁹ cõpoſitũ eſt praeparcus valde parcus. Ply. lib. xj. Aliquando & ipſae cõtrahũt mortis ſibi cauſas cũ ſenſere eximi mella auide vorantes: caetero praeparcae: & quae alioqui prodigas atq; edaces nõ ſecus ac pigras & ignauas ꝑturbẽt. Similiter deparcus nimiũ parcus ac tenax: cui opponit̃ profuſus ac magnificus. Apuleius. At nõ contra accuſaſtis vnũ ſeruum: vt deparci triſtis libertos vt profuſi.

¶ Parcae dictae ſunt a parco: ꝑ contrariũ: ꝙ nemini parcant. Var. a partu vnius litterae mutatiõe deduci putat: quoniam vt ſcribit Heſiodus hae naſcentibus hominib⁹ bonum malumq; cõferre conſentiant̃. Iuue. Hęc exẽpla para foelicibus at mea Clotho. Et lacheſis gaudẽt ſi paſcitur inguine venter. Tres aũt fuiſſe parcas Clotho. ſ. Lacheſin: & Atropon finxerũt ãtiqui: quas Cicero. Erebi & noctis filias fuiſſe ſcribit. & eaſdẽ fata eſſe exiſtimãt Vnde eſt illud Cleantis. Ducũt volentẽ fata: nolẽtem trahunt. Fingunt vitae hominum praeeſſe & nendo eam ducere. Quapropter Lãificas ſorores appellat Mar. Si mihi lanificę ducũt non pulla ſorores. Stamina nec ſurdos nox habet iſta deos. Apul. Tres parcę tria fata ſunt nũero: cum ratione temporis facientia ſi poteſtatem earum ad eiuſdem ſimilitudinem temporis referas. Nam ꝙ in fuſo perfectum eſt pręteriti temporis habet ſpeciem. Et quod torquetur in digitis momẽti praeſentis indicat ſpatia. Et quod nondum ex colo tractum eſt: ſubactũq; curae digitorum: futuri & cõſequentis ſaeculi poſteriora videtur oſtendere.

¶ Parſimõia moderatio ſumptuũ & parcitas. Hoc ẽ cõſeruatio rerũ. quę ſic diffinit̃ a philoſophis. Parſimonia eſt qua cauemus: ne quod diſpendium vltra modum fiat & res familiaris quoad fieri poteſt ſine cu iuſq̃ iniuria conſeruetur. Fit autem a pręterito parſi quo l cõſeruaui ſiue abſtinui ſignificat. Nã alterũ praeteritum peperci potius accipit̃ pro veniam dedi: q̃uis aliquãdo cõfundant̃.

¶ Pardus animal eſt. cuius foemina pardalis dicitur. Vñ & Leopardus.

⁎ Pardalianches aconiti genus ſic dictũ ꝙ carnes eo tactae pãtheras necant. Cc.

⁎ Pardalium dicit̃ vnguẽtũ ꝙ pardalis odorem reddat: q̃ ſola ex animantibus odorem reddit & latine panthera dicitur. Cc.

⁎ Pardalij lapilli ſunt fului coloris a pãtherę colore. Cc.

¶ Pario is. peperi partum pe. pro. a quarta coniugatiõe A tertia vero penultima correpta. Sta. Hoſti veniat paritura marito. Aenn. Oua parire ſolet genus pennis condecoratum. Eſt autem parere foetum emittere: quod ꝓprie ad foeminas pertinet: licet etiam quandoq; de viris dicatur. Caecili. Hic vicinus noſtri peperiſſe ſe filium memorat. i. genuiſſe. Per tranſlationem de his dicitur interdum qui nõ cõcipiunt pro acquirere ſeu cõparare. Et ſic conſtruit̃ ſicut emo. Col. lib. x. Sequitur vt exanima deſyderemus: ea porro vel ęre parta vel gratuita cõtingũt Vergi. Ite ait egregias animas quae ſanguine nobis Hãc patriam peperere ſuo. Huius cõpoſita ſunt: apio: a quo adaperio. comperio: operio: a quo cooperio: & reperio.

¶ Parturio is. penultima correpta a pario vel a partu fieri videt̃ quod eſt in pariẽdo laboro: ſeu laboro vt pariã. Plynius. Vtiq; conſtat parturientes folijs ſubſtractis celerius parere. Varro. In cubilibus cum parturient: acus ſubſternendũ: cum pepererint tollere ſubſtramen. Cicero. Vtinam aliquando dolor populi Romani pariat qd̃ iam diu parturijt. Ambroſius de Cain. Nos partus animã noſtra parturiat: nec ſolum parturiat: ſed etiam pariat. Ponitur tamen quandoq; pro primitiuo. Hieronymus cõtra Ruf. Putaſne eiuſdem meriti eos q parturiũt

tur & qui parturit.

¶ Partus a.um.participium a pario. Apul. Partamq; a
patre multo tempore & multo labore pecuniam vno die
conſumpſit. Partus us.nomē pro ipſo pariēdi actu. Ply.
Quod a prægnantibus cōmanducatum partum facilio
rem facit. Aliquādo accipitur pro prole. Mar. Nec iacu-
it partus: ſed matre cadente cucurrit.

¶ Paritura idē quod genitura. Var.lib.ij. de re ru. Quare
demes ſi vis duas res de mulis admiſſuram & pituram.

¶ Partio onis.idem quod partus. Plau.in Tru. Horreſ-
co miſera mentio quoties ſcit partiona.

¶ Parens a pario fit: quo nomine nō modo pater & ma-
ter: ſed auus & pauus: auia & pauia: & omēs ſupiores vſ-
q; ad tritauos ſignificantur: vltra hos qui nō habent ſpe
ciale nomē maiores appellanť. Caius ſcribit appellatiōe
parentum omnes in infinitū maiores vtriuſq; ſexus ſig
nificari. Auctor eſt Hier.in ſecūda cōtra Ruff. apologia
parentes etiā ſignificare affines & cognatos iuxta verna
culū ſermonem. Lampr.de Alexādro ſeuero ſic ſcribit.
Amicos & parentes Alexander ſi malos reperit aut pu-
niuit: aut ſi vetus vel amicitia vel neceſſitudo non ſiuit
puniri dimiſit a ſe dicens. His charior eſt mihi reſpu. Iul.
Capitoli.de M. Antonio refert: ꝙ adoptatꝰ in aulicam
domum omnibus parentibus ſuis tantā reuerentiā quā-
tam priuatus exhibuit. Hinc

¶ Parentela ab eodē vſurpatur: cū dicit. Cauſa eloquē-
tiæ dignum parentela ſua putauit.

¶ Parento as.ſignifi.parentibus iuſta celebro. Licet eti
am ad alios transferatur. Ply.li.xviij. Quoniā mortuo-
rū animæ ſunt in ea.ſ.faba: qua de cauſa parentādo vti-
q; aſſumitur. Sumitur etiam interdum parentare pro ſi-
milem eſſe.

¶ Parentalia conuiuia quæ in parētum aut propinquo-
rum mortibus fieri conſueuerunt. Horū Aeneas inuen-
tor fuit. Hiero.in Hiere. pphām lib.iij. Mos eſt in genti-
bus ferre cibos & pparare cōuiuium: qđ a græcis & a no-
ſtris vulgo appellať parentalia: eo quod parētibus iam
defunctis iſta celebranť. Vel dicta ſunt parētalia ꝙ ita pa
rerent mortuis q ita viuentes iuſſerant facere. vel ꝙ filij
parentibus hoc præſtarent.

¶ Pareo es.parui partū. Vnde pariturus: ſignifi. videor
& a pario. vt aliqui putāt deductū: quoniā partus poſtq̄
extra vterū eſt videtur. Verg. Cui pecudū fibræ cœli cui
ſydera parent. i. a quo fibræ & ſydera cernunť. Vnde & cō
poſita appareo. vt Apparent rari nantes in gurgite va-
ſto. Cōpareo coram aliquo pareo: vt Puer nō cōparet &
ego quo ibo? Diſpareo a conſpectu recedo. Tranſpareo
per aliquod corpus lucidum videor. Interdū parere ē ob
edire. Verg. Paret amor dictis charæ genitricis. Iuſti.li.j.
Vix patienter vni viro nedum fœminæ pariturus. Et ha
bet penultimam productam.

¶ Paro as.acquiro. Et ſicut emo capi poteſt licet in eo ſig
tum expreſſum nō inueniatur ita apertū vt in eius com
poſito comparo. ſed quaſi pretium. Teren.in eu. Cupio
aliquot parare amicos bňficio meo. Cur. Quid tibi diui
tijs opus eſt quę te eſurire cogunt: primus omnium ſati-
etate paraſti famē: vt quo plura haberes acrꝰ q̄ ſi nō ha-
beres cupes. Huius compoſita ſunt: apparo: cōparo: re-
paro: ſeparo: diſparo quod eſt ſeparo: æquiparo: prope
ro: & ſupo. Quæ habent penul.cor.

¶ Parabilis & hoc parabile. qđ in prōptu eſt & cito habe
ri poteſt. Seneca. Ad manū eſt & parabile quod ſat eſt: q
ad naturā viuit: nūq̄ eſt pauper. Cic.lib. v. tuſ. Diuitias
(inquit) naturæ parabiles eſſe

¶ Paro nauis genus: ad cuius ſimilitudinem Myoparo
dicitur.

✳ Pariedrus cōfractus maris a leua Tauri montis. Cc.

¶ Paries etis.pe.cor. de priuatis dicitť: vt paries domo-
Murus tam de publicis q̄ de priuatis dicitť.

¶ Parietinæ pe.p.muri veteres ac ſemiconſumpti. Pli.
Aſtericū herba eſt naſcēs in tegulis parietinisq; folio ſi-
milis ozymo. Augu. Parietinæ dicunť quas vulgo dici
mus ruinas: vbi parietes ſtanť ſine tecto ſine habitātibꝰ.

¶ Parietaria herba a parietibus: in qbꝰ naſcitť dicta vul
go vitriolū. Dr & pdiciū quoniam perdices ea veſcanť

¶ Paros inſula eſt: quæ a delo. xxxv. millibus diſtat ex
qua parius lapis marmoreus. Hāc primo Plateā: poſtea
Minoida vocitarūt. In ea eſt oppidū etiā Paros vocita-
tū. Pharos vero cū h eſt alia inſula. de qua infra.

¶ Parius lapis cādidus: e quo multa ſigna fiūt. Et eſt in
paro inſula vna ex Cycladibus. Verg. Niueāq; paron.

¶ Pariū ciuitas Aſiæ in regione Myſię. Ex qua fuit Ne
optolemus cognomento Gloſſographus vir memora-
tu dignus.

¶ Parma breue ſcutū: quo pedites vtebanť: ꝙ e medio
in omnes partes eſſet par: vt inquit Var. Verg. lib. xj. En
ſe leui nudo parmaq; inglorius alba. Hoc ſcutū græci
auctore Pli. vocant peltam. Huius diminu. eſt parmula
Hor. Senſi relicta nō bene parmula. Parma etiā nomen
fluuij: a quo vrbs inter Placentiā & Cremonā ſita parma
appellata ē. Hæc patria fuit Caſſij poetæ & Macrobij vi
ri ingenio & doctrina præſtantis.

¶ Parmularius gladiator: q parmula vtebať. Itēq; fau-
tor & locator eius generis. Porro parmularij etiā Thra-
ces ſiue threces appellabanť. Feſt. Threces inquit gladi
atores a ſimilitudine parmularum Thraciarum vocati.

✳ Parnacidas veſtes appellabāt puellares. Cat. Vt puel-
læ habēt potius in veſtitu chlamydas encimibomata &
parnacidas q̄ togas. Cc.

¶ Parnaſus pe.pro. mōs in Phocyde vt ſcribit Plynius
& Stra.lib.ix. Et Herodo. Mellaq; cōfirmāt. Qui mons
duos vertices habet: quorū vnū Thitorea: alterū Hyam
pęū. Herodotꝰ in Vrania tradit. Nō aūt Cytheronē & He
liconē: vt Ser. putauit. ſeu vt alij volūt cyrrhā aut Cyr-
phim: ſeu Nyſam cū cythera: ꝙ Cythera aut Helicon in
Bœotia montes diſiūcti ſunt: ita vt Helicon procul ſit a
parnaſo circiter quindecim paſſuū milia. Cytheron ve-
ro. xxx. Eſt autē ſicut docet Stra. Helicō parnaſo æmu-
lus & altitudie & circuitu. Et muſis natale in nemore He
licone ſcriptores aſſignāt. Cyrrha vero & Nyſa ſunt no-
mina ciuitatū. Cyrrha ſub Cyrphin rupē parnaſi in radi
cibus mōtis in planicie mare verſus locata eſt. Nyſa ve-
ro non in pnaſo: ſed in fœlici Arabia ſita eſt: in qua cum
Bacchus nutritus eſſet in eius memoriam ipſe poſtea ali
am in India cōdidit. Eſt igitur parnaſus phocydis ſacer
Baccho & Apollini. Oui. Separat aonios actęis phocys
ab aruis Terra ferax. Mox addit. Mons ibi verticibꝰ pe
tit arduus aſtra duobus Noie parnaſus: ſupatq; cacumi
ne nubes. Luc. Carmine parnaſus gemino petit æthera
colle. In hoc mōte rupes vł maieſtate numinis vł ſitu ip
ſo horrorē viſentibus facit: vndiq; fere p̄cepa in formā
theatri. hic eſt Apollinis Delphici tēplū: hic fons Caſta-
liꝰ muſis ſacer. Hic habitauere pieres natio Thracia: vñ
pierius mōs & pierides muſę. Sub parnaſo habitauerūt
Hiātes populi. Vñ aquæ parnaſi fontis Hiātida dicitur.
Hic fontes Atticā verſus Hippocrene & Aganippe. A
parnaſus fit pnaſius a.um. Ver. Nec tātum Phœbo gau
det parnaſia rupes.

¶ Parricida pe.p.a pari vel a pr̄e deduci pōt. Si a pari r.
cuphōię cā addit. Si a pr̄e t i r cōuertiť. Ideo p duplex rr
ſcribiť. Quibuſdā tn̄ a parēte cōpoſitū videť. & pparēti-
cida p ſyncopam cōmutatione t in r. Nam Parricidę di-
cunť parentū interfectores & patriæ pditores: quia pr̄a
parēs vniuſcuiuſq; ē. Lege pompeia de parricidio caueť

vtis parricidij teneatur: non ſolum qui patrem & matrẽ interfecerit: ſed qui fratrem: ſororem: patruelem: matruelem: filiũ: filiam: nepotẽ: nurũ: alioſq; propinquos occiderit. Ponitur & pro alio quocũq; q qualemcũq; hominem occiderit. Vnde extat lex Numæ põpilij. Si quis liberũ hoiem morti ſciens duit: paricida eſto. Et ſic a pari fit cõpoſitũ. Hinc parici appellabantur quæſtores qui cauſa capitaliũ rerum quærendarũ creari ſolebant. Sunt tamen qui inter parricidiũ & patricidiũ diſtinguãt: q patricidiũ ſit patris interfectio. Vnde & matricidiũ quo mater interficitur: ſic patricida & matricida. Parricidium vero cognati: vel ciuis: vel alicui⁹ alij occiſio: vel cõtra patriam machinatio. Ci. li. iij. offi. Poteſt eñ dij imortales cuiq̃ eſſe vtile foediſſimũ & teterrimũ parricidiũ patrię: q̃uis is qui ſe eo obſtrinxerit ab oppreſſis ciuibus parẽs nominetur? Plautus tamen parenticidã appellat qui patrem iterfecerit. Græci patroctonũ ἀπὸ τῶν πατέρων q̃ illic venari conſueuerant.

⁎Parthenis hęrba ẽ alias artemiſia dicta a mauſoli vxore: cum prius parthenis vocaretur. Cc.

⁎Parthenius virgineus dicit. Quo noie dictus eſt mõs archadię: a virginibus quæ in ea veneri frequenter ſacra facere ſolebant. Eſt & parthenius fluuius Paphlagonũ. Et parthenium haerba Mineruę dicata quę παρθένος. i. virgo dicitur. Cc.

⁎Parthenopeus etiam viri eſt propriũ: filius eñ fuit ſecundũ nõnullos Meleagri & Atalantę. Nõnulli phibent illum Martis & Menalippes fuiſſe filium. Perijt in bello Thebano. Cc.

¶Parthenope vna fuit Sirenũ q̃ præ dolore q prętereũtem Vlyſſem cum ſocijs cantu nõ deceperint in mare ſe pcipitauerũt. Vna hęc in eũ delata eſt locũ vbi poſtea cõdita fuit Neapolis pclara vrbs Cãpanię. Parthenos eñ virgo latine dicit. Ab hac igit ſirene Neapolis eſt appellata a virgie parthenope. Et licet quidã dicãt neapolim dictã q Auguſtus eam inſtaurauerit: tñ legitur a Lycophrone Neapolim ante Auguſti tpa qui tpe Ptolomæi philadelphi claruit: & Neapolitanos ſingulis ãnis ad tumulũ parthenopes faces tuliſſe. Hãc Cumani a parentibus digreſſi cõdidiſſe prodũtur. q cũ in eo loco Parthenopes corpus in veteri monumento conditũ reperiſſent nomen eius vrbi indidere. Sed poſtq̃ loci vbertate atq; amoenitate maiorem in modũ frequẽtari ciuitas coepit veriti ne Cumę desererent diruẽdi parthenopẽ conſiliũ iniuere. Quo facto mox immani peſtilentia vexati oraculo moniti ſunt vt vrbem reſtituerent. Itaq; ſubito inſtauratam Neapolim: hoc eſt nouam vrbem vocauere. Hinc parthenopeius a. um.

¶Parthia regio aſſyrię: a qua parthi. Hi lingua ſcythica exules dñr: ſicut refert Iuſti. li. xlj. docens ab exulib⁹ ſcytharũ parthoꝝ imperiũ fuiſſe deductũ. quoꝝ regna duodeuiginti fuiſſe teſtis eſt Ply. li. vj. hęc regio ab ortu habet Arios: a meridie Carmaniã: ab occaſu Medos: a ſeptentrione Hyrcanos.

¶Pars a pari: q partes ſimul iũctę pares. i. ęquales ſint toti. Vel dr̃ a pario q pars a toto deducta: & quaſi parta ſit. Poteſt etiã dici a parũ q pars ſit qd parũ reſpectu totius. Dicunt vero partes in quas diuidit totũ. Quñq; tamen partes p officio poni cõſuetũ eſt. Et dicim⁹ meę partes ſunt: & mearũ partiũ eſt: hoc eſt meũ officiũ eſt. Hinc fit cõpoſitum expers quod eſt ſine parte.

¶Particula diminutiuũ parua pars: a quo particulare: quod ad partem ſpectat.

¶Particulariter & particulati aduerbia ſigni. mẽbrati & p partes. Ci. li. j. ad herẽ. Si ſummatim nõ particulatim narrabimus.

¶Particulones dicunt cohęredes & q partem patrimonij ſumunt.

¶Partim aduerbiũ ſignificat qñq; ex parte: vt partim ſubticuit crimẽ: partim cõfeſſus eſt. aliqñ idẽ eſt qd pars vt partim hoim venerũt. id eſt pars hoim venit.

¶Particeps qui partẽ capit. Dicimus particeps ſum laborũ tuorũ: & particeps ſum tibi in laboribus. Curtius. Q; fuiſſet illi in periculis particeps.

¶Participo as. partẽ tribuo. Hiero. Tũc erit eius fruct⁹ cum ei Chriſtus dñs coelorũ regna participauerit.

¶Participiũ pars orõnis dr̃ q partẽ capiat nois partẽq; verbi. Participia iũcta cũ verbis infinitis ſeruãt vim participiorũ. hinc participalia noia dicta ſunt gerũdiua: q̃ licet nõ ſint participia: ſimilia tñ participijs ſunt. Nã & caſus & gñа & tpa & ſignificatiões hñt more participiorũ: & poſt ſe caſus regunt nõ ante: q̃uis legat In cõuertendo dñs captiuitatẽ ſyon. i. dum cõuerteret dñs: vel cõuertẽte dño captiuitatem: ſed nõ eſt vſurpanda talis locutio. Differũt aũt gerũdiua a participijs: q tpa rei adminiſtrationem ſignificãt ſine tpe: vt tenet me occupatio iuriſdicendi gerundiuũ eſt: nec tp̃s ſignificat futurũ: ſed rei adminiſtrationem in iure dicendo. Illa vero tp̃s ſine rei adminiſtratione: vt tenet me cura dotis numerandę: participiũ eſt futuri ſignificatũ ſine rei adminiſtratione. Præterea gerundiua duplicem ſignificationem hñt: participia vnam tantũ. Sed ſciendũ q gerũdiua q̄ ſociata ſunt ſubſtãtiuis paſſiue accipiunt: diſiuncta vero mõ actiue modo paſſiue: ſed paſſiue cum ſine ppoſitione & ſine genere in abltõ & quaſi abſolute ponunt. Quintil. Sed memoria excolẽdo: ſicut oia alia auget. i. dũ excolit. Vergi. Alitur vitiũ creſcitq; tegendo. Idem. Aegreſcitq; medẽdo. Et vritq; videndo Foemina: hoc eſt cum tegit vitiũ: cũ curat ęger: cũ videt foemina. Sal. cũ actõ mediãte ad. Pauca ſupra repetã quo ad cognoſcẽdũ oia illuſtria magis magiſq; in apto ſint. i. vt cognoſcant. Iungunt & gerundiua cũ plurali numero ſingulari voce. Ply. Cũ illoꝝ videndi gratia me in forũ cõtuliſſem. Aliquãdo participium ſumit p participatione. Hiero. in expo. can. Cõſidera ne forte poſſit & illud corpus qd aſſumpſit Ieſus cõmune ei cũ ſpõſa cubile noiari: qm̃ quidem videt p ip̃m eccleſia Chriſto eſſe ſociata: & participium verbi dei capere potuiſſe: ſecundum q mediator dei & hominũ dicitur. Sic etiam ſolet dici cauenda eſſe foeminæ participia quo ſignificat fugiendũ eſſe foeminæ cõſortium.

¶Partior partiris & partio partis: partiui partitũ. futuro partiã & partibo: partiar & partibor. Plau. in aſi. Hãc quã nactus ſum prędam cum illis partiam: Hiero. in ps. Lętabor & partibor ſicimã. Eſt aũt partiri partes facere & quaſi diſtribuere. Verg. Socios partitur in oẽs. Sal. Prouincias inter ſe partiuerãt. Ab his fiunt compoſita: Impertio actiuũ. Impertior tam paſſiuum q̃ deponens a. in e. mutata ſicut fit in expers. Et ſignificat impendere vel partem dare & participem facere. Cic. Huic rei aliquid tp̃is impertias. Ambro. Poſteaq̃ apoſtoli ad euangelizandum regnũ dei ſunt deſtinati: gratiæ coeleſtis impertitur alimentum. Idem. Vtinam domine Ieſu velis mecum iſtos non ieiunos dimittere: ſed impertitis abs te epulis reficias eos: vt poſſint tuis alimonijs fortiores infirmitatem ieiunij non timere. Ci. Atq; etiam viro forti collegę meo laus impertitur. Dicim⁹ autem impertio nemini laudem mei laboris: ſicut & impertio neminem laude mei laboris. ſicut fit in dono. Terẽ. Plurima ſalute Parmenonem ſuum imptit gnato. Diſpertio vel diſpertior varie partio. Plautus in aul. Hercle iniuria diſpertiui ſti. Pinguiorem iſti agrum habent. Noni. Vt pariter diſpertiantur bona patris. Bipertior: tripertior: quadripertior: quinq; pertior: a quibus bipertita: tripertita & huiuſmodi.

❡ Partiarius colonus ſiue alius quis cũ quo aliqd commune habemus & partimur. Cato. Vineã curãdã partiarius bene curet: fundũ arbuſtũ agrũ frumẽtarium partiario: fœnũ pabulũ quod bobus ſatis ſiet: quę illic ſciat cętera omnia ꝓ indiuiſo. Idẽ. Calcẽ partiario coquendam qui dant calcarius perficit & coquit.

❡ Paruhs idis. tuberculũ iuxta dẽtes in gingiuis naſcẽs

❡ Parum aduerbiũ ſignificat modicum: a quo paululũ pauxillum & pauxillulum diminutiua.

❡ Parumper paruo tempore quaſi ꝑparum: hoc eſt valde parum: ſed præpoſtere. Plau. Expecta hic parumper Interdum ſignificat paulatim. Vergi. Pulſuſq; parump Corde dolor.

❡ Paruus a. um. quod nõ eſt magnum. Cuius diminutiuum ẽ paruulus. Hinc etiam paucus: a quo diminutiua pauculus & pauxillus.

⁎ Paſalli odores vocari poſſũt quos olere cõſueuimus: Item ij quos in pilas reductos manibus geſtare ſolemꝰ: præſertim peſtilentiæ tempore. Cc.

❡ Paſceolus vt inquit Var. Sacculus eſt ex aluta factus Plau. Praeterea cẽtum denaria Philippea in paſceolo ſeorſum.

❡ Paſcha æ. paſcha atis. Auſo. Nos etẽ primis ſanctum poſt paſcha diebus. Quod plane nomẽ Hebreum eſſe: ac tranſitũ ſignare docet Hiero. ſic inquẽs. Paſcha & hebraice dicitur Phaſe nõ a paſſiõe: vt pleriq; arbitrãtur ſed a trãſitu noiaꝛ eo ꝙ exterminator vidẽs ſanguinẽ in foribꝰ Iſraelitaꝝ ꝑtrãſierit nec ꝑcuſſerit eos. Aug. A diligentioribus & a doctioribus inuentũ eſt quia paſcha hebræũ verbũ eſt & non interpretaꝛ paſſionẽ: ſed tranſitũ. Per paſſionẽ enim Chriſtus tranſiuit a morte ad vitã & fecit nobis viã credẽtibus in reſurrectione eius vt trãſeamus & nos de morte ad vitã. Sic enim ipſe dominus ait. Qui credit in me tranſit a morte ad vitam.

⁎ Qui paſchatis in genitiuo fingit cũ recẽtioribus errorẽ ſuum manifeſtat. Quũ nullũ nomẽ tertię declinatiõis in a inueniꝛ quod nõ ſit grecũ: & græca formatiõ e in ma terminaꝛ. qa a prima ꝑſona παρακειμένου παθητικοῦ

❡ Paſchalis & hoc paſchale qđ ad paſcha ꝑtinet: vt paſchalis dies: & paſchale ſacramentũ. Paſcales vero oues quaſi paſcuales dicuntur.

❡ Paſco is. paui paſtũ. i. comedo: & quãdoq; abſolute poniꝛ. Vergil. Paſcẽtes ſeruabit Tityrus hœdos. Quandoq; cõſtruiꝛ cum accuſatiuo: vt florẽ depaſta ſalicti. In hac ſignificatione etiam ſumitur paſcor deponẽs. Ver. Paſcuntur vero ſyluas: & ſumma Lycæi: Horrẽteſq; rubos & amantes ardua dumos. Dicimus etiam paſcor equum per hærbã vt Cætera paſcunꝛ virides armenta ꝑ hærbas. Equꝰ paſcitur hærba vt ſylua paſtus arundiea Equus paſcitur in viridi pabulo. Vt paſciꝛ in magna ſylua formoſa iuuenca. Equua paſcitur diem & noctem: vt ſæpe diem nocteniq; & totum ex ordine menſem Paſcitur. Interdum paſcere eſt cibum alteri prębere: & quaſi cibo ſaginare. Et ſic dicimus Hærba paſcit equum. & paſco equũ hęrba. Ver. Veloces Sparthæ catuloa acreq; moloſſum Paſce ſero pingui. Vñ ꝑ tranſlationẽ paſcere poniꝛ pro delectare. Idẽ. Atq; aĩm pictura paſcit inani: Et paſcere oculos eſt viſu alicuius rei gratæ eos oblectare. Interdum pro fouere: alere. Idẽ. Qualem iſœlix amiſit mantua campum: Paſcentem niueoa hærboſo flumine cygnos. Interdũ ꝓaugeri & creſcere: vt & ſacrũ tibi paſcere crinem. Huius cõpoſita ſunt cõpaſco: depaſco: paſcẽdo abſumo: Et depaſtus dicitur agrum bos: qui cibũ ex agro ſumpſit. Hierony. in exo. Si dimiſerit iumentum ſuũ; vt depaſcatur aliena reſtituite. Item depaſtus ager paſſiue: hoc eſt paſcendo conſumptus. Diſpeſco: diuido & proprie pecus a paſtione deduco. Expaſco: depaſco perpaſco i totum paſco: ſatio. impaſcor deponẽs intus paſco. Columel. libr. ij. Neq; ſuem velimus impaſci paratum: quoniã roſtro ſuffodiat & cæſpites excitet.

❡ Paſcito as. pe. cor. frequentatiuum a paſco. Var. Nũc feras quæ in ſylueſtribus locis paſcitãt: cicures q̃ cultis.

❡ Paſcuum a quo ꝑl'e paſcua: in quibus pecudes paſcũtur: ſiue ager paſcuus ſit: ſiue pratum: ſiue mons aut collis. Col. libr. viij. In eo iureq; paſcuo caret contineri põt exiguo & qualicũq; pabulo contentus. Paſcua cenſoriis tabulis dicebantur omnia: ex quibus populus redditꝰ haberet: quia diu hoc vectigal fuerat.

❡ Paſcua æ. idem quod paſcuũ. Hiero. in Eſaia. Et erit in paſcuam bouis: & in conculcationẽ pecoris. Et in pſ. Oues paſcuæ eius.

❡ Paſcuus a um. Vnde Paul. ſyluã paſcua appellat: quę in paſcuis pecudum deſtinata eſt.

❡ Paſcales oues & gallinæ dicunꝛ quæ paſſim paſcunꝛ a paſco ſiue a paſcuis quaſi paſcuales. Luci. Paſcali pecore ac mõtano hirco ac ſoloce. Hiero. li. Reg. Mulier illa habebat vitulũ paſcalem in domo: & occidit eum.

⁎ Paſilus & paſeolus legumina vulgo nota quæ & phaſilus & phaſeolus dicuntur. Cc.

❡ Paſtus a. um. participiũ qui cibũ ſumpſit. Paſtus us. cibũ ſiue cibationem ſignificat. Gel. Alia luce orta auis in paſtum profecta eſt.

❡ Paſtio idem quod paſtus q̃uis hoc magis ad brutoꝝ alimẽta pertinere videatur. Colu. lib. j. Porculatoris vero & ſubulci diuerſa profeſſio: diuerſæ paſtiones. Vnde etiam Varronis index de villatica paſtionibus ad bruta pertinentibus.

❡ Paſtor qui curam habet paſcendi: vt eſt apud Euãg. Paſtores erãt in eadẽ regiõe cuſtodiẽtes vigilias gregis.

❡ Paſtoralis & hoc paſtorale qđ eſt paſtoris: vl' quod ad paſtorem pertiet: vt paſtoralis cura: paſtorale officium Var. Tertio gradu a vita paſtorali ad agriculturã deſcẽderunt.

❡ Paſtoriꝰ a. ũ. qđ ad paſtorẽ ꝑtinet. Var. li. ij. de re. ruſ. An ea quæ tria here dixiſti mihi de paſtoria re.

❡ Paſtoritiꝰ. a. ũ. idẽ qđ paſtorius. Idẽ lib. j. Cũ hoĩes paſtoritiã vitã agerent: neq; ſcirent etiam arare terram.

❡ Paſtillua diminutiuũ videꝛ a paſta: q̃uis fiat mutatio generis. Quidã a paſtu deriuãt: vbi & genus ſeruat. Feſtus a pane. Eſt autẽ forma panis parui. Hora. in ſer. Paſtillo aruphillus olet Gorgonius hircũ. Et paſtilli ſunt q illinuntur. Vide in dictione emplaſtrum.

❡ Paſtillum neutri generis: ſicut docet Feſtus fuit genꝰ libi rotundi quo vtebantur in ſacris.

❡ Paſtinaca genus radicia virtutis calidę. Macer. Et paſtinacæ virtus in ſemine tantum. Item paſtinaca genus piſcis. de quo Plynius.

❡ Paſtinum pe. cor. eſt vt Col. lib. iiij. refert ferramentũ bifurcum quo ſemina pagũtur. Palladius aliter accipit cum ait. Paſtinum fieri nunc tempus eſt. Menſura paſtini hæc eſt in tabula quadrata iugerali: vt cẽteni octogeni pedes per ſingula latera dirigantur.

❡ Paſtinare ẽ agrũ fodere. Col. li. iij. Tũ i terrã bene paſtinatã & ſtercoratã rectũ ſarmẽtũ defigito. Huiꝰ cõpoſitũ eſt Repaſtino as. Repaſtinari dicebãt veteres vineas q̃ refodiebanꝛ. Hæc eñ ꝓpria appellatio reſtibilis vineti erat nũc antiqtatis imprudẽs cõſuetudo qcqd emoti ſoli vineis ꝑparaꝛ repaſtinatũ vocat. Vñ qdaʒ repaſtinari agrum dicunt: cuius natura fodiendo mutatur. Ply. lib. xix. Præcipuꝰ fit caulis ſapore ac magnitudine primũ omnium ſi in repaſtinato feras. Hic repaſtinatio pro reuocatione quandoq; capitur. Vnde per trãſlationem dicuntur libri repaſtinationum.

❡ Paſtinatus us. ĩpa paſtinatio. Col. lib. iiij. Neq; eñ pa

rum refert ſuſpēſiſſimum eſſe paſtinatum. Et ſi fieri poſ
ſit veſtigio quoq; inuiolatum.

¶ Paſtomis: idis. inſtrumentum ferreum ſiue ligneum:
qđ ad cohibēdam equorum tenaciam naribus vel mor-
ſui imponitur. Luci. Paſtomides huic de naribus ingen
tes pendent.

¶ Paſſer auis a patiēdo: eo q̄ morbū caducum patiātur
paſſeres. Quo etiā nomine ſignificātur omnes aues. Vñ
cū Ci. dixit omnibus paſſeribus inſitā a natura volupta
tem: de om̄ibus auibus intellexit. Hodieq; aues ipſas in
cōmune paſſeres vocāt Hiſpaniarū vernaculi. Et paſſer
nomē piſcis: & nomē loci. Mar. Nō mollis Sinueſſa fer-
uidiq; fluctus paſſeris aut ſuperb⁹ anxur. A paſſer fit di-
minutiuum paſſerculus.

¶ Paſſer ſolitari⁹ auis aliquāto grādior paſſere: ac ſubni
grior: ſolus per domorū culmina incedens cantu ſuauis.
Paſſer marinus altera auis.

¶ Paſſio perturbatio: affectus & affectio: graece pathos
dicitur. A neotericis vero auctorib⁹ eccleſiaſticis paſſio
vſurpatur pro animi vel corporis morbo. Sūt aūt quat-
tuor pręcipue paſſiones. duæ a bonis gaudere. ſ. & cupe-
re: ſeu ſperare. Lętitia de pręſenti eſt ſpes de futuro bono
duæ a malis dolere & timere: dolor de praeſenti: timor de
futuro malo.

¶ Paſſiuus. a. um. qđ paſſionē denotat. vñ paſſiuę qua-
litates dictę ſunt nō q̄ patiant̄ aliquid: ſed q̄ faciant paſ
ſionem. Mel nāq; vt dulce ſit: nō a dulcedine aliquid paſ
ſum eſt: ſed dulcem guſtātibus efficit paſſionē. Paſſiuæ
autē qualitates rectius dicuntur albedo & nigredo: & eo-
rū media. i. rubor & pallor. Hæc em̄ nō niſi vel animę vel
corporis paſſiōe naſcunt̄: vt em̄ nigreſcat aliquis corpo
ris paſſione: vt rubeſcat vł palleſcat animę efficitur: quę
cum turpitudinis verecūdiam ferre nequiuerit: quaſi ad
obtentū ſui ſanguinis copiā in exteriores partes corpo-
ris fundit: eoq; fit: vt pudore nimio rubeſcamus. Pallor
quoq; ſimili animę paſſione cōſiſtit: cū perculſa metu ni-
mio ad cordis vlteriora cōfugit eāq; ſanguis inſequitur
adeo vt deſertū ſanguine qđ eſt in cōſpectu corpus albe
ſcat. Hæ igit̄ qualitates ſi in corpore perſeuerent: quia ſe
cundū eas quales dicimur: ipſæ quoq; qualitates paſſiuę
cenſentur. Si vero ad breue tempus extiterint: ita vt cito
diſcedāt: paſſiones eas potius nominamus. Eritq; inter
paſſiuas qualitates & paſſiones iſta diſcretio: q̄ paſſiōes
ad tempus exortę: facile cōmutantur: paſſiuę vero quali
tates ſecundum quas quales dicimur perpetuo perſeue-
rant.

¶ Paſſus a. um. a patior idē qđ perpeſſus. Verg. O paſſi
grauiora. Vnde vua paſſa q̄ in ſiccando paſſa eſt ſolem.
Ply. Quin & a patientia nomen acinis datur paſſis. hinc
& vino nomen datum qđ paſſum vocatur.

¶ Paſſus. a. um. a pateo idem eſt qđ patiens extenſus.
Plau. In portū vento ſecundo / velo paſſo peruenit: ideſt
ocyſſimo curſu. Paſſa vela dicimus expaſſa diſtenta ex
plicata vento tumentia ac plena.

¶ Paſſus. a. um. a pando idē eſt qđ deductus: porrectus
diſperſus. Terē. in phor. Capillus paſſus: nudus pes: qđ
& expaſſum aliquādo dicimus: & mutatiōe a in e. diſpeſ
ſum. Plau. in mi. diſpeſſis manibus. Veteres em̄ paſſum
dixiſſe nō panſum & expaſſum nō expanſum: Gellius
Seruiuſq; teſtantur. Dicit em̄ Ser. Ideo autē pando non
facit panſum: q a plęriq; n qđ in prima verbi poſitione in
uenitur in pręteriti participio nō eſt: vt tundo tuſus. Et li
cet alia euphonię cauſa varientur vel in generibus vel in
numeris: nactus tamen & paſſus n penitus nunq̄ patiū-
tur. Paſſis manibus dicimus: qđ eſt diductis atq; diſten-
tis. Tertul. tamen oppanſum velum dixit: pro oppaſſo
& extento. Idem. Expanſos inquit vngulę fodiant: cru
ces ſuſpendant.

¶ Paſſus ſus. ſpatiū qđ patet in ſpatio pedum: quia pa-
tens / apertumq; eſt: vel quia ſic pedes pateſcūt. A pateo
em̄ paſſum ſupinū eſt. Cum vero nō eſt paſſum clauſum
dicitur. Et ob hoc claudere eſt de illo ſpatio itercepto di-
minuere. Et minorem paſſum facere.

¶ Paſſum genus liquoris: qđ ex vua paſſa cogit̄. Fit ex
vua quā gręci ſticham: noſtri Apianā vocāt: vuis in vite
diuti⁹ ſole aduſtis: aut feruēte oleo: donec paulo ampli⁹
dimidiū pōdus ſuſperſit: fuſaſq; leniter vuas exprimūt:
& colligūt. Qui autē volunt ſecūdarium paſſum facere
adijciūt vinaceis tātum aquę puteolanę: quātum ex pri-
ma preſſura paſſi fluxit. Defrutū vero vinū eſt muſto vſ
q; ad dimidiam partē decocto.

¶ Paſſim aduerbiū a paſſu ſigni. paſſu diſtante ſparſim
ve nō vbiq;: cū vbiq; ſit ſine interuallo: vt herba eſt i pra
to vbiq;: grex vero paſſim paſcitur: quia aliquid iterual-
li eſt inter pecudē. Sed cōfundūtur quādoq;. Ponitur in
terdū pro vndiq;. Lact. Conſtituit aſylum: eo paſſim cō
fugerūt ex finitimis locis. Interdū pro quolibet. Paſſim
q; in littore ſicco Corpora curamus. i. vt quiſq; vult ſiue
indifferēter. Hier. Sola ſcripturarū ars eſt quā ſibi paſſim
oēs vēdicāt. Aliquādo pro vbiq;. Lact. Creditur ei paſ-
ſim tanq̄ cognitę veritati.

¶ Paſtophoriū paſtophororū domus. Paſtophori autē
ſacerdotes dicti ſunt a paſto pallio: vt quidā aiūt ferēdot
quidā accipiūt pro thalamo nuptiali. Vnde & Venus ap-
pellata eſt paſtophoros: q̄ thalamū nuptialē curet & ad-
miniſtret. Nam πασὸσ thalamus nuptialis dicit̄: qui alio
nomine νυμφὶ∂ιον. cum quibus fere ſentit Hiero. qui in
Eſaiam ait. Paſtophorium eſt thalamus in quo habitat
prępoſitus tēpli.

¶ Paſiphae dictio tetraſyllaba: hęc fuit filia ſolis: & vxor
Minois regis Cretę: quā i fabulis ferūt ex tauro genuiſſe
Minotaurū: qui partim hominis effigiē habebat: partim
tauri. Proper. Vobiſcum Europe nec proba Paſiphae.

¶ Paſithea vna ex tribus gratijs: quā alij Euphroſynen
vocant.

⁎ Paſithoe vna atlantidum Atlantis & Aethrę filia. Cc.

⁎ Paſitigris fluuius alio nomine tigris dictus. Cc.

¶ Pattagia fluuius ſicilię ἀπὸ τοῦ πατταγου. i. a ſoni-
tu. Nam per ſaxa fluens clamare videtur. Clau. Et ſaxa
rotantem Pattagiam.

¶ Patagium aurea chlamys quæ p̄cioſis tunicis ſupin-
dui ſolet: & qui ita induti ſunt Patagiati dicūtur. Et Pa-
tagiarij qui huiuſmodi veſtes cōficiūt. Apul. Vberes em̄
crines leuiter emiſſos & ceruice depēdulos: ac deinde per
colla diſpoſitos: ſenſimq; ſinuato patagio reſidētes pau
liſper ad finē cōglobatos in ſummū verticē nodus aſtrin
xerat. Patagius morbi genus.

¶ Patara pe. cor. vrbs Lycię vbi Apollo dabat reſpōſa
Dicta a Pataro Apollinis filio: vł ab alio Pataro Lapeo
nis filio. Hinc Pataręus a. um. Sta. li. j. th. Phoebe parēs
ſeu te Lyciæ pataręa niuoſis Exercent dumeta iugis.
Ouid. Patarēaq; regia ſeruit.

¶ Patauium vrbs quā Antenor cōdidit: quæ & Padua,
vide in dictione Padua.

¶ Pateo es. paſſus. Patere eſt apertum eſſe. Plau. Ingre-
dere tu: fores ſādiu patēt. Hinc patēs & patulum quæ in-
ter ſe differūt: q̄ patēs ſit qđ ad tēpus patet. Verg. Et por
tas iubet eſſe patentes. Patulum qđ ſemper patet: vt ar-
bor. Idem. Tityre tu patulę recubans ſub tegmine fagi.
Hinc Plau. Bouē patulum appellat: cuius cornua diuer-
ſa ſunt: ac late patent.

¶ Patulus a. um. pe. cor. de quo modo in pateo.

¶ Pateſco is. aperior: patens fio. Quādoq; tamē pro pri
mitiuo ponitur. Sal. Hinc late pateſcētibus campis ex-

excitum tuto emittit.

¶ Patefacio is. patentem facio. Hiero. Sic arridens pate fecit ingreſſum. Hinc patefio. Ter. in phor. Ego nullo re medio poſſum me euoluere his turbis: quin ſi hoc cellet in metu: ſin patefit in probro ſiem.

⁎ Patulcius dictus eſt Ianus quia tempore belli portę tē pli eius pateant. Cc.

¶ Patulico as. pe. cor. aperior: patulus fio. Ply. Patulicā tibus quinquageniſquitis barbulis coronat.

¶ Patibulum modo ſerā ligneam qua oſtia clauduntur ſignificat a pateo: ꝙ hac remota valuæ pateant. Titi. Si quiſq̄ hodie preter hanc poſticum noſtrum pepulerit pa tibulo hoc ei caput defringam. Modo crucem. & ſica pa tior fieri manifeſtum eſt.

¶ Pathea Cic. dicitur perturbationes: ſiue animi ęgritu dines. A Gellio affectus vel affectiones. A Lact. modo vitia: modo affectus. Augu. expreſſius ea paſſiones vo cari tradit: qualia ſunt ęgritudo: dolor: gaudium: metus triſtitia: cupiditas: ira. Quos animi motus Platonici: & Ariſtotelici: dicūt etiam in ſapientē cadere: ſed modera tas rationiq; ſubiectas. Stoici vero negāt in ſapientē ca dere: qui dicunt ſapientē apathen. i. impaſſibilem: & apa thiam impaſſibilitatem probāt. Nam talem dicūt eſſe ſa pientis animum qualis eſt mūdus ſupra lunam. ſ. imper turbatum: quem nulla perturbatio obnubilet: nulla tri ſtitia obturbet. aduerſus quos reclamat ipſa natura.

¶ Pathetica oratio dicta eſt: quā ex rhetorica arte pręci pitur dirigi oportere: aut ad indignationem: aut ad miſe ricordiam.

¶ Pater qui aliquem genuit: quo etiā nomine Aui/ Aba ui/ Proaui/ Ataui/ Tritaui cōtinentur. Hinc patrū noſtro rum memoria dicimus. i. maiorum noſtrorum. Quāq̄ ma iores intelligi poſſint quicūq; erant ante Tritauos: ſicut minores/ qui etiā poſt Trinepotes futuri ſunt. Patris etiā nomen religionis eſt. Vnde dij omnes patres vocabant. Similiter pater nomen eſt reuerentię. Propter qd Romu lus centum Senatores quos ad reipu. curam elegit: ſiue quia is numerus ſatis erat: ſiue quia ſoli centum erāt: qui ad id idonei eſſent patres ab honore vocauit: ſiue ab ętatis vel curae ſimilitudine.

⁎ Quoniā de deductiōe huius nominis pater. Inter grā maticos magna eſt cōcertatio: aperiam nunc de origine quid ſentiam: eſt enī dictio cōpoſita ex duob⁹ corruptis ex nomie & participio παιδόσ παιδὸσ & τηρῶν. quaſi παῖδας τηρῶν. i. ſeruās pueros. Nā gręci πατὴρ quaſi παιτὴρ dicunt.

¶ Paterfamilias dicitur qui primus eſt & imperium ha bet in familiam: ſiue qui poteſtatis ſuę eſt: ſiue puber ſiue impuber.

¶ Pater patratus: vide in dictione patro as.

¶ Patres conſcripti qui in ſenatu patribus erant ſcriptis annotati.

¶ Patricij ſenatorū ꝓgenies. Liui. lib. j. Romulus cen tum creat Senatores qui patres ab honore: patricij quo q; progenies eorum appellati. Idem li. x. En vnq̄ fando audiſtis patricios primo eſſe factos non de coelo demiſ ſos: ſed qui patrem ciere auūq; poſſent. Cintius ait patri cios appellari ingenuos. Vnde plębei patricijs opponun tur. Non enī Senatores om̄es erāt patricij. Tacitus. Hiſ. dē diebus in numerū patriciorū aſciuit Cęſar vetuſtiſſi mū quēq; ex Senatu: aut q̄bus clari parētes fuerāt. Hinc patriciatus us. ꝓ ipſa dignitate. Sue. in Aug. A Tarqui nio priſco rege inter ro. gētes allecta in ſenatum. Mox a S. Tul. in patricias traducta ꝓcedente tempore ad plębē ſe contulit: ac rurſus magna vi per diuū Iulium in patri ciatum redijt.

¶ Patricius vicus Romę dictus eſt: ꝙ ibi patricij habita uerūt. Iubēte Ser. Tullio vt ſiquid aduerſus ſp̄m molirē tur ex locis ſuperioribus opprimi poſſent.

¶ Patritus. a. um. pe. ꝓdu. qd eſt patris: ſicut auitus a. ū. qd eſt aui. Sunt. n. tanq̄ poſſeſſiua. Ci. li. j. tuſ. Patritam & auitā vt ait Theophraſtus philoſophiam.

¶ Patrimus pe. ꝓd. qui patrē adhuc viuētem habet. Pa ter patrimus qui cū ipe pater ſit adhuc viuentē habet pa trē. In pontificio tamē iure pater patrimus accipitur pro eo qui vulgo compater dicitur.

¶ Patrimus. a. um. qd eſt patris: ſicut matrimus. a. um. quod eſt matris.

¶ Paternus. a. um. qd eſt patris. Terē. in adel. Pol haud paternum iſtuc dediſti.

¶ Patro. as. ꝓprie ſignifi. liberis operā do. Quinti. tn̄ di cit patrare apud antiquos ſancte & honeſte dicebaſ. De inde cōſuetudine i vitiū lapſum eſt verbū. Vn̄ irrideri ſo litū eſſe Salluſtiū q̄uis immerito: ꝙ patrare bellū dixerit tanq̄ patro rem turpē dūtaxat ſignificet. Ex quibus ver bis colligitur priſcos patrare poſuiſſe pro ꝑficere: nō ſo lum cū opera liberis daretur: ſed etiā cū aliud quippiā iā inceptū ad finē ꝑduceref. Vnde & patres patrati dicebā tur: ꝙ ad patrādū hoc eſt peragēdū iuramētū: vbi de foe deribus cōuenerat mitteref. Plut. in ꝓble. Foecialib⁹ ſa cerdotibus qui foederibus faciēdis p̄ſunt: pater patratus pręeſt. Inde dict⁹ ꝙ ipſe pater patrem haberet: ſicq; filijs prouideret: & patrē cōſuleret. Huius verbi cōpoſita ſunt Impetro qd eſt obtineo: & q̄ſi id qd cupio facio. Perpe tro qd eſt qd eſt ꝑficio. Propetro mādo aliquid ꝑfici. Ac cius. Age vero ꝑpetra qd coepiſti fieri. Et habēt pe. cor.

¶ Patrizo. as. vel patriſſo. as. p̄rnos mores imitor. Ter. in adel. Laudo o Cteſipho: patrizas: abi: te virū iudico.

¶ Patria vrbs ſiue oppidū vn̄ orti ſumus: ꝙ patria cōis oim parēs ſit. Aliqn̄ & ꝓuincia ipa ex qua orti ſumus pa tria vocaf. Sed improprie. Vnde Sal. Hiſpaniā ſibi anti quā patriā dixit. Ariſtophanes ποῦ δὲ ἀγαθὸν ἐκεῖ πα τρίσ ἐσί. i. vbi bonū ibi patria eſt. Zenobius autē πᾶσα γῆ πατρίσ ἐσὶ τοῦτο μέροσ ἐσὶ χρησμοῦ ὃν ἀμέλλερ ὁ θε ὸσ μελεῷ τῷ πελασγῷ περὶ νικήσεωσ μαντευομένῳ. ⁎. i. omnis terra patria eſt: hoc pars eſt oraculi qd reſpon dit deus Meleo pelaſgo de victoria vaticināti.

¶ Patrius. a. um. qd eſt patrię: vt mos patri⁹. Ci. i Cato. Vigebat in ea domo mos patrius: & vigebat in eo anim⁹ patris & diſciplina. Aliquādo dicif qd eſt patris. Verg. li. xij. Patrio mucrone relicto.

¶ Patrianus. a. um. qd eſt patrię. Cic. Thermo. Vt obti neat id iuris i agris: qd ei p̄riana ciuitas decreuit & dedit.

¶ Patricida pe. ꝓ. qui patrem iterfecit. At paricida dicif qui vel cognatū vel ciuē aliquē: vel aliū interfecit: vel ad uerſus patriā machinatus eſt: de quo ſupra.

¶ Patruus frater patris: ꝙ quaſi patris loco ſit. Patruus magnus/ frater aui. Patruus maximus frater ꝓaui: & aba ui: qui & ꝓpatruus & abpatruus dicitur.

¶ Patruelis a patruo. Sunt enī patrueles patruorū filij qm̄ qui pater alteri eſt: alteri eſt patruus: ſicut ſorores pa trueles nūcupātur ex duob⁹ & ipę fratrib⁹ genitę: auctor Iuriſconſultus. Nā ſororum duarum aut plurium filij in ter ſe ſobrini dicūtur: quaſi Sororini.

¶ Patriarcha patrum princeps: hoc eſt pontificum pri mus. Hi quattuor principio fuere. Romanus: Antiocha nus: Alexādrinus: Hieroſolymitan⁹. Poſtea trāſlata by zantiū imperij ſede additus eſt & Conſtātinopolitanus.

¶ Patrimoniū bona paterna: hoc eſt hęreditas a patre re licta. Patrimoniū vero ſancti Petri eſt regio thuſcię. Vbi Soana oppidum: ſancta flora: aqua pendēs: gripte: ſan ctus Laurentius/ Balſena: Martha caſtrū: ciuitas Tuſca lanella. Mons flaſconus: Balneum regium: vrbs vetus. Ortha ciuitas caſtellana olim: Veientana vrbs: Caſtrum

nouũ:Nepę:Viterbiũ:Sutriũ:Roncilionũ:&alia multa.
¶ Patronymicũ qđ ſub patris noīe ſignificat filium: vt
Priamides.i.Hector Priami filius. Cōpoſitũ nomen ex
patre & onoma:ſed o in y vertitur.
¶ Patronus q aliquē in periculo defendit. Pedianus. Si
orator eſt aut aduocat⁹:ſi ius ſuggerit:aut p̄ſentiā ſuā cō
modat amico:aut pcurator:ſi negotiũ ſuſcipit:ſit cogni
tor:ſi p̄ſens cauſam nouit:& ſic tuetur vt ſuam.
¶ Patrocinor pen.cor.ſignificat tam verbo q̄ facto im=
becilliorem protego. Lact.lib.v.Qui licet ſapiens fuerit
patrocinari tamen verę iuſtitię nullo modo poterat qui
caput ipſum fontemq; iuſtitie non tenebat. Hinc patro
ciniũ ipſa protectio. Sallu. Cuius patrocinio ciuitas plu
rimũ vtebatur. Feſtus. Patrocinia appellari cœpta ſunt
cum plębs eſt diſtributa inter patres:vt eorum opib⁹ tu=
ta eſſet.
¶ Patera pe.cor.poculi genus latũ ac patēs. Verg. Spu=
mātem paterā ac pleno ſe proluit auro.
¶ Patręarum.ciuitas in Attica regione:quā Pauſanias
Aroen dici prius ſolitā affirmat mox a Patreo mœnib⁹
ampliatis nomē accepiſſe qđ nũc habet. Huius meminit
Ply.lib.iiij.Ouid.lib.vj.Meſſeneq; ferax Patręq; humi=
leſq; Cleonę.
¶ Patina pe.cor.vaſis genus quo dapes elixę & iurulen
tę in mēſam ferũtur. Terē. Iādudũ animus eſt in patinis.
Hinc patinarius.a.um.qđ eſt in patina conditum. Plau.
Vel patinarium vel aſſum verſes quo pacto lubet. Dicta
patina ab eo ꝙ pateat.
¶ Patella a patulo:vľ πλάττω fingo:vľ ab πλαττὴα
quę eſt latitudo:vas latũ eſt cōdēdis obſonijs aptũ. Lāx
ſeu paropſis. Hor.i epi. Nec modica cœnare times olus
oīne patella. Poteſt tñ eſſe diminutiuũ a patina:quā nō=
nulli volunt eſſe ſartaginem. Sed Iuue. diuerſa oſtendit
cum inquit. Vrceoli pelues ſartago patellę.
¶ Patior pateris paſſum verbũ cōmune ſigni. ſuſtineo:
tolero:ęquo animo fero. Dicimus eñ patior te:tolero te
& patior abs te:toleror abs te. Et patior abs te multa icō=
moda. Cōpoſita huius verbi ſunt compatior qđ eſt miſe
reor.& cōſtruitur cum datiuo. Perpetior vehementer pa
tior. Hier. ad Alga. Intra ſe bella perpetitur.
¶ Patientia eſt honeſtatis aut vtilitatis cauſa rerũ ardua
rũ ac difficilium voluntaria ac diuturna perpeſſio.
¶ Pathicus pe.co.a gręco πάσχω aſpiratiōe detracta ſi
gnificat eũ q ſe iniri turpi libidine patiť. Vñ pathici pueri
id eſt paſſiui:pathicę puellę. Iuu. Ille tenet ſpeculũ pathi
ci geſtamē othonis. Draucus vero q nō propria libidine
ſed alter⁹ alterũ init.a faciēdo dictus:quēadmodũ a pa=
tiendo pathicus. Δρῶ quippe facio ſignificat. Qui au=
tē a draucis ſubigi delectantur:ſeq; eis ſponte proſtituũt
cynędi dicuntur.
⁎ Pathicus item ad inanimata trāſfertur:& comparatio=
nē recipit. vnde Mar. Pathiciſſimos libellos appellat la=
ſciuos. Cc.
¶ Pathmos inſula in mari ęgęo quę ſicut Ply.ſcribit lib.
iiij.patet circuitu.xxx.millibus paſſuũ: in qua Ioannes
apoſtolus exul apocalypſim ſcripſit.
¶ Paucus.a.um.cōtrariũ eſt multo:ab eo fit dimi. Pau=
culus. Aug.li.j.acad. Pauculis diebus trāſactis poſteaq̄
in agro viuere cœpimus:cum eo volui tentare pro ętate
quid poſſent.a paucus fit paucitas.
⁎ Paucum.i.parum a quo pauculum: item a pauco no=
mine paucitas quo vtitur diuinarum litterarũ interpres.
Iob decimo. Nunquid non paucitas dierum meorum fi
nietur breui? Item paucies quo veteres pro raro vtebanť.
Titinnius. Vxorem meam paucies videbo. Cc.
¶ Pauper generis communis:vel ſecundũ aliquos om=
nis a paulo lare:vel vt inquit Var.a parua pecunia. apud
veteres etiā paupera. Plau. Paupera hęc res eſt. Hinc fiũt
diminutiua pauperculus & paupercula.
¶ Paupertas. Var.lib.j.de lin.la. Pecunia quę erat parua
ab ea paupertas dicta eſt. Paupertatem quidam ab ege=
ſtate ita diſtinguunt: vt egeſtas ſit quādo ad victum neceſ
ſaria deſunt. Paupertas quando licet nō ſint opes: tamē
neceſſaria ſuppetunt.
¶ Pauperies ipſa pauptas. Hor. Impiger extremos cur
rit mercator ad Indos. Per mare pauperiem fugiens per
ſaxa per ignes.
¶ Paupertinus penul.produ.idem qđ pauper. Var. Qs
ſi paupertina ſint elegantia ac cũ Caſtimonia. Sidonius
Quin potius paupertinus flagitatę cantilenę culmus im
murmuret.
¶ Paupero as.pauperem facio. Aug.ſuper pſal. Veros
pauperes ditat: falſos pauperat diuites. Plautus in mil.
Quae improba eſt mentis pro vitio dominum p̄tio pau
perat. Hinc depaupero. Var. Priuſq̄ domum depaupera
ret ſumptu ſuo.
¶ Paueo es.paui.timeo. Hie.ad Helio. Tunc ad vocem
tubae pauebit terra cum populis. Hinc paueſco timidus
fio:a quibus expaueo & expaueſco. Au. Sed ne repenti
nũ ouis expaueſceret lupum.
¶ Pauito as.pe.cor.frequētatiuũ ſignifi. valde timeo:ſi
ue valde frigeo. Ter.in hecy. Vxorem Philomenā paui=
tare neſcio quid dixerũt.i.laborare ex frigoribus: vt ex=
ponit Ser. Nā eſt reciproca tranſlatio.& timor pro frigo
re:& frigus pro timore ponitur. Verg. Extēplo aeneę ſol=
uuntur frigore membra.
¶ Pauor vt ait Cic.lib.iiij.tuſ.eſt loco mouens mētem.
Ex quo illud Aennij. Tum pauor ſapientiam omnē mi
hi expelleret ex animo.
¶ Pauidus qui ſemper timet:pauens qui ad tempus vel
ex cauſa timet.
¶ Pauo.onis.& pau⁹ paui:auis multiplicis coloris. Gel.
Pauus e Samo p̄ſtātior eſt. Tradũt hāc auem nō glorio=
ſam ſolũ:ſed maliuolā. Laudata expādit colores aduer=
ſo maxime ſole. Fimũ ſuũ reſorbet inuidēs hominũ vti
litati:cuius caro diutiſſime incorrupta ſeruatur.
⁎ Pauoninũ acer genus aceris criſpo macularũ diſcurſu
a pauoninarum caudarum ſimilitudine. Cc.
¶ Pauio.is.iui.verbũ antiquum.i.ferio:concutio:tũdo
Sumptũ eſt a graecis:qui παίειν dicũt percutere. Cic.de
diui. Sed quia cũ paſcuntur:neceſſe eſt aliquid ex ore cade
re:& terram pauire: terripuuiũ primo poſtea tripudiũ di=
ctũ eſt. Hinc pauor quādo timor cor pulſat.& pauſia oli=
uę ſpecies. Col. Omne porro breuiſſimũ in rotũdo e me=
dio ad extremũ ſolida terra pauita maxime ſi eſt Argyl
loſa ne ęſtu p̄rimoſa in rimis eius grana oliteſcāt. Hinc
depuuio is.& oppuuio is. Lucil. Palmiſq; miſellā Depu
uit me.i.verberauit. Vñ Oppuuia verbera dicunť. Afra.
Oppuuijs pueri coercentur.
¶ Pauimentum dicitur ipſum domus ſolidamentum ſi
ue incruſtatio quā gradiēdo calcamus:a pauiendo:tun=
dendo ſiue feriendo dictum:ꝙ dum fiunt pauimēta plu
ribus ſimul diebus feriuntur.i.percutiuntur: tunduntur
virgis ſeu marculis vt ſolidiora ſint:nec rimas faciāt. Iu
ue. Verre pauimentum & nitidas oſtende colũnas. Cato.
pauimenta ad hunc modũ facito. De teſta arida pauimē
tum ſtruito. Vbi ſtructũ eſt pauito fricatoq; oleo: vt paui
mentũ bonum ſiet. Multa autē pauimentorũ genera fue
runt apud veteres. Erant lithoſtrata paruulis coagmēta
ta cruſtis. Erāt ſubdialia a gręcis inuēta quę ſub dio erāt
& in aperto: quae vbi hyemes gelant ſunt vtilia. Erant &
Aſarota: de quibus Papi.i ſyluis. Suberātq; nouis Aſa
rota figuris. Ply. appellat Euſarota: quoniam purgamē
ta cœnę in pauimento euerriri ſolent. εὖ graece dicitur be

ne: δαίρω vero. Fuerunt & pauimenta barbarica ſubtegulanea ſcalptura: & gręcanica.

¶ Pauimento as. pauimentū facio ſeu pauimēto ſterno Vnde pauimētata loca dicūtur: in quibus ſtrata ſunt pauimenta. Ply. li. xxvij. Ergo pauimentādum vbi ſata ſit cenſent: vt lachryma non abſorbeatur.

¶ Pauimentitius a. um. qđ ex pauimento conſtat.

¶ Pauſia genus oliuę a pauiendo: quod non niſi pauiendo. i. tūdendo oleum emittit: ſeu q̄ anteq̄ molę ſubijciatur tunditur.

¶ Pauſa æ. requies alicuius rei. Luci. lib. j. Hęc vbi dicta dedit pauſam fecit ore loquendi.

¶ Pauſo as. quieſco. a quo repauſo: qđ eſt rurſus requiē capio.

¶ Paulū diminu. a parū: cuius ſunt quattuor gradus diminutionis. ſ. paulū: paululū: pauxillum: & pauxillulū. Terē. in phor. Erat ei de ratiuncula iam pridem apud me reliquum pauxillulum nūmorum.

¶ Paulus latina lingua modicus interp̄tatur: gręca quietus: vel dictus eſt paulus a primo ſpolio qđ cōtulit eccleſię a Paulo videlicet Sergio proconſule: quem apud Cyprum conuertit ad fidem.

¶ Pauliſper aduerbiū. i. valde paulum temporis.

¶ Pauxillatim ſignificat a pocheto a pocheto. Plaut. in epi. Coepi rurſum vorſum ad illas pauxillatim accedere

¶ Paxillus diminutiuū a palus pali: vt inquit Priſ. Sed Ci. ad Brutum vult a paxillo palus fieri.

P. ante E.

¶ Pecco as. p̄prie ſignificat adulteriū cōmitto: dictū q̄ſi pellico: id eſt cum pellice coeo. Vnde peccatū pro adulterio: quaſi pellicatus. Apud veteres eñ peccat⁹ tus. vſq; ad Ciceronis ætatem durauit. Cic. Nemo ita viuebat: vt nulla eius vitę pars ſummę turpitudinis eſſet expers. Nemo ita in manifeſto peccatu tenebatur: vt cum impudens fuiſſet in facto: tum impudētior videretur: ſi negaret. Poſtea inualuit vſus: vt peccatū tātum neutro genere proferatur: & generaliter de omnibus delictis atq; erroribus dicatur. Cic. lib. j. offi. paſſiuo vſus eſt cū ait. Multa peccantur.

¶ Peccatum & nomen & participiū eſſe poteſt. Teren. in eu. vtrūq; cōplexus eſt. Si id eſt peccatū: peccatū imprudētia eſt. Primū nomē: ſecūdum participiū eſt. Vn̄ peccatior peccatiſſimus. Hieron. ad Alga. Per p̄uaricationē mandati incipiat mihi eſſe peccatius peccatum.

¶ Peciolus diminutiuū eſt a pede. Afra. Atq; adeo nolo nudo peciolo ambules. Et peciolus dicit̄ quo fructus pendet. Col. lib. x. Cum iam matura mala fuerint anteq̄ rumpantur peciolos quibus pendent intorqueto. Idem & pedicinus dicitur.

¶ Pecto is. pexui vel pexi: vel pectui: ſignificat explico & pango capillum. Vergi. li. viij. Pectebatq; ferū puroq; in fonte lauabat. Ci. in Catil. Q đ propriū eſt Catilinę de eius delictu: imo vero de amplexu acci⁹ ſinu: quos pexo capillo nitidos aut imberbes aut non barbatos videtis. Trāſfert̄ etiā ad alia. Nā & pectere citharā dicim⁹: hoc eſt percutere & diſtēdere pectine chordas. i. plectro. Pectere lanā: pectere veſtes dicimus: a quo & veſtes ipſę pexę dicūtur. Ply. Hiſtrię liburnięq; pilo p̄pior q̄ lanę pexis aliena veſtibus. hoc eſt veſtib⁹ quę texunt̄. Nā in texēdo pectinis morſibus veſtes feriunt̄. Idē li. ix. Et ipſa ſtupa pectitur ferreis hamis: donec omis mēbrana decorticetur. Huius verbi cōpoſita ſunt depecto: propecto: vltra i longum pecto. Oui. de faſ. Ille manu mulcēs propexam ad pectora barbam. Repecto rurſus pecto. Claud. Sparge diem meliore coma crinemq; repexi Blandius elato ſurgant temone iugales.

¶ Pexatus qui veſte pexa idutus eſt. Mar. Pexatus pulcher.

¶ Pectitus a. um. pe. cor. politus & ſubactus. Col. Verū vbi iam puro diſcrimine pectita tellus.

¶ Pectē inſtrumētū textorū dictū q̄ fila i telis figat: a cuius ſimilitudine & pectē dictus q explicat capillos. Et pectē cratis dētatę genus ſtilis ferreis ad colēdā terrā. Itē pectē dicit̄ pubes: hoc eſt locus vbi pili apud verēda naſcūtur. Iu. Inguina tradūtur medicis iā pectine nigro. Dict⁹ pecten quia vt barba indetōſa pectine indigeat. Eſt & citharę inſtrumētū. Verg. li. vj. Iam pectine pulſat eburno. Item pectines ſiue pectūculi piſces ſunt qui ſe ex aqua iaculantur ſagittę modo: de quibus Hor. in ſaty. iiij. Pectinibus patulis iactat ſe molle Tarentum.

¶ Pectino as. pe. cor. Ply. Sūt genera terrę quorū vbertas pectinari ſegetem i herba cogat. Vnde & pectinatum tectū dicitur a ſimilitudine pectinis in duas partes deuexum: vt teſtudinatum in quattuor.

¶ Pectinatim aduerbium ſignificat ad pectinis ſimilitudinem factum.

¶ Pectus anterior pars animalis a gula vſq; ad vētrem. hoc homini tm̄ latū eſt: reliquis animalibus carinatū: dictū quaſi pactus a cōpactis coſtis. Eſt eñ pect⁹ coſtis cōpactū quę veluti firmamēta pectoris ſunt. vł q̄ preſſum ſit inter mām̄as. Et nō modo ſuperficiē corporis: ſed cor ſub pectore ſignificat. Iuu. Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem. hinc expectoro.

¶ Pectuſculū diminutiuum paruum pectus.

⁎ Pectūculus piſcis e molliū genere extra aquā ſe efferēs ſagittę modo. Quemadmodū & Loligo facere dicit̄. C.

¶ Pectoroſus a. ū. qđ eſt magni & validi pectoris. Poeta in Priap. Nemo eſt feroci pectoroſior Marte.

¶ Pectoralis & hoc pectorale qđ ad pectus pertinet: vt faſcia pectoralis.

¶ Pectorum genus quoddā vehiculi: quo vti Galli ſolebant.

¶ Pecus udis. tā maſ. & neu. q̄ foe. generis eſt. Aennius. Pecudi dare viua marito. Ci. li. iiij. de rep. Cū adhibeāt in pecuda paſtores. ⁎ Perottus in illo Ciceronis. Cū adhibeāt &c. legit pecora & nō pecuda. Declinat̄ etiā hoc pecu. Solinus de ſitu Britannię. Ita pabuloſa: vt pecua niſi interdū a paſtu arceātur ad periculū agat ſatietas. Similiter pecus pecoris eiuſdē ſignificati ē. Nā ſiue pecus udis. ſiue pecus oris. dixeris ſignifi. omē aial qđ ſub hominis imperio e pabulo terrę paſcit̄: vt boues: aſini: equi: cameli: oues: caprę: & huiuſmodi. Itē Elephāti. Ply. Qui cum elephāto congreſſus gemino ictu pecudem exanimauit Var. li. ij. de re. ruſ. Qui gregē armentorū emere vult: obſeruare debet primū: vt ſint hæ pecudes ætate potius ad fructus ferēdos integrę q̄ iā expertę. Inuenitur tamē pecus oris. pro multitudine pecorum ſeu pecudum. Verg. Dic mihi Dameta cuiū pecus an Meliboei? Idem. Caprigenūq; pecus nullo cuſtode per herbas. Interdū pro oue Ply. li. viij. Eſt in Hiſpania ſed maxime Corſica nō diſſimile pecori gen⁹ Muſinomū caprino villo q̄ pecoris velleri propius. Quintil. Cur in vſum veſtrū ſępe pecori lanę detrahunt̄. Interdū dicit̄ de omni aiali qđ humana lingua & effigie caret. Verg. Ignauū fucos pecus a p̄ſepibus arcēt. Hor. Omē cū Proteus pecus egit. Pecus: udis. pro oue ponit̄. Ply. Ipſius aialis tāta narrat̄ clementia aduerſus minus valida: vt in grege pecudū occurrentia manu dimoueat: ne quid obterat imprudēs. Itē de quocūq; animali p̄ter hominē dicitur. Vergi. li. iiij. Ge. de apibus loquens. Et pecudū cuſtodia ſolers. Luci. de piſcibus. Pręterea genus humanū multęq; natātes Squāmigerę pecudes. Diciturq; pecus (vt docet Var.) a pes: q̄ pedibus ſi-

ne ratione bruta ferantur.

⁎Pecuda etiam neutro genere in vſu fuiſſe veterum affirmat authoritas. Siſenna. Iumenta & pecuda locis trepidare compluribus. Cc.

⁎ Pecuium Cato genitiuo plurali ꝓtulit ab eo quod eſt pecu. Cc.

⁎Pecudinũ a pecude ſicut a pecore pecorinum. Cc.

¶ Pecorinus a.um. qđ eſt pecoris: vt pecorina caro. *Similiter* pecoreus a.um. & pecudinus a.um. vt pecorea ſiue pecudina pellis. Dicit̃ & pecuinus. a.um.

¶ Pecorarius qui pecua ſiue pecora publica redimit: vt inquit A ſco. Romani eñ vetuſtiores nihil i bonis aliud pręter pecudes habebant. Eſt etiam pecorarius qui pecorum curam habet. Augu. lib. xv. de ciui. dei. Hic erat pater habitantium in tabernaculis pecorariorũ. Idẽ pecuarius dicitur.

¶ Pecuarius qui pecorum curam habet. Cic. pro Deio. vt non ſolũ Tetrarcha nobilis: ſed etiã optimus paterfamilias & diligẽtiſſimus agricola atq; pecuarius haberet̃.

¶ Pecuarius a. um. qđ ad pecus ꝑtinet. Plau. in tru. Male vertit res pecuaria mihi apud nos. Col. lib. vij. Pecuarius canis neq; tã ſtrigoſus aut pernix debet eẽ q̃ qui Damas ceruoſq; & velociſſima ſectantur animalia.

¶ Pecuaria dicũtur ab eo qđ eſt pecuare & per apocopẽ pecuar. Nã pecua (vt inquit Ci. in põpeiana) ab eo qđ eſt pecu venit: vt genu: genua. & ſignificãt non ſolum pecorũ multitudinẽ: vt apud Perſ. Findor vt Arcadię pecuaria rudere credas. Ci. lib. iiij. ad heren. Nam cũ canes fungunt̃ officijs luporũ cuinã pręſidio pecuaria credemus? Verũetiam omnia ex quibus Po. Ro. haberet redditus: quia diu hoc ſolum vectigal romanis fuit.

¶ Pecuaria ę. dicit̃ ſciẽtia parãdi ac paſcẽdi pecoris: vt fructus ex eo capiat̃. Quę & res pecuaria dicit̃. Var. li. iij. de re ru. Tres libros cõſtitui e quis duos ſcripſi: primum ad Fundaniã vxorẽ de agricultura. Secũdũ de pecuaria ad Turaniũ nigrũ. Eſt & pecuaria locus in quo pecorum greges cõſiſtũt. Var. li. ij. Cuius nobiles pecuarię in Brutijs habent̃. Idẽ. Non quo nõ ego pecuarias in Italia non habeã. Item pecuaria pro pecorum multitudine. Var. li. iij. Duo gña cũ ſint paſtionũ: Vnũ agreſte in quo pecuarię ſunt: alterũ villaticũ: in quo ſunt gallinę ac columbæ & apes: & cętera quæ in villa ſolẽt paſci.

¶ Pecuariam rem facere ſignificat armẽta gregeſq; alere. quæ res ad ſcientiam paſtoris pertinet.

¶ Pecunia a pecore ſiue a pecu dicta eſt: quia om̃is pecunię pecus fuit fundamentũ. Col. li. vij. In ruſticatione v' antiquiſſima eſt ratio paſcẽdi eadẽq; quæſtuoſiſſima: ꝓpter qđ noia quoq; pecunię & peculij tracta vident̃ a pecore: qđ nõ ſolũ veteres poſſederũt: ſed adhuc apđ quaſdam gentes vnũ hoc vſurpatur diuitiarũ genus. Ply. li. xxxiij. ſcribit pecuniã ſortitã eſſe nomen a nota pecudis quoniam antiquitus nũmi effigie pecudis ſignabantur. Hinc Plutar. in Publicola aſſerit i vetuſtiſſimis nũmis ſignũ fuiſſe ouis & ſuis bouiſq; cõſpectum. Pecunię vero noie vt inquit Hermogenianus nõ modo nũmi: hoc eſt nũerata pecunia: ſed oẽs res tã ſolidę q̃ mobiles & tã corpora q̃ iura continent̃. Huius diminutiuũ eſt pecuniola.

¶ Pecunioſus quaſi pecunię plenus. Hoc eſt pecudum. ſicut locuples loculis plenus.

¶ Pecunialis & hoc pecuniale qđ ad pecuniam pertinet. Aug. li. vij. de ci. dei. Raro tamẽ inuenies qui nõ habeat artẽ ſuã pecuniali mercede venalem.

¶ Pecuniarius a. um. qđ ad pecuniã pertinet. Amb. li. ſ. offi. Ille pauper qui confert ſpiritalia pro pecuniarijs: & ſi plurimũ habeat gratię non abundat.

¶ Peculiũ a pecore ſiue a pecu: qđ alicuius eſt. Vñ apud maiores omne patrimoniũ dicebat̃ peculiũ: quia pecoribus vniuerſa eorũ ſubſtãtia cõſtabat. Vñ ſecũdũ *Ser.* pecunia dicta eſt a peculio: proprie aũt ſignificat quicquid alicuius labore & induſtria paratũ & lucrifactũ eſt. Cicer. in parado. An eorũ ſeruitus dura eſt qui cupiditate peculij nullã conditionẽ recuſant duriſſimę ſeruitutis. Et Celſus iurecõſul. ſcribit pecuniã ſine peculio fragilẽ eſſe. i. ſi ne lucro. Hinc peculium caſtrenſe dicit̃ qđ a parẽtibus & agnatis i militia degenti donatum eſt: vel quod filius in militia acquiſiuit: qđ niſi militaret acquiſiturus non fuiſſet. Huius diminutiuum eſt peculiolum.

¶ Peculiaris & hoc peculiare qđ ad peculiũ pertinet: vel qđ peculio deputat̃: ſeu qđ peculij propriũ eſt. Plau. i aſi. Etiã opilio qui paſcit mater alienas oues aliquã habet peculiarẽ: qui ſpẽ ſoletur ſuã. Sed in vſu iam receptũ eſt: vt peculiaris proprius: ſiue ſpecialis: ſiue p̃cipuus dicat̃: nec cũ alijs cõmunis. Sue. in Cęſa. Pręterea monetę publiciſq; vectigalib⁹ peculiares ſeruos p̃poſuit. Hinc aduerbiũ peculiariter ſpecialiter p̃cipue. Ply. lib. xxvij. Epiphoris peculiariter iponit̃: quaſi ſingulariter: & eius propria virtus. Quinti. li. viij. Qđ cõmune & alijs nomen intellectu alicui peculiariter tribuitur: vt vrbem Romã: vęnales nouicios: & corinthia ęra. cum ſint aliæ vrbes quoq; & vęnalia multa: & tam aurum & argentum: q̃ æs corinthiũ. Et peculiare pro re ſeruili ponitur. Vlpi. Si peculiare vinum legatum ſit: id cõtineri qđ ſerui habuerunt. Peculiaris ſeruus dicitur a peculio qđ ꝓprie ſeruorũ eſt. Vnde Labeo. Paterfamilias peculium habere non poteſt: quemadmodum nec ſeruus bona.

¶ Peculioſus qui peculiũ multũ habet. Plau. in ru. Peculioſum eſſe decet ſeruũ & probum quem hero p̃ſente pręterea toratio: aut qui inclemẽter homini libero.

¶ Peculor aris. & depeculor ſignificãt ea quę ad rempu. ſeu principem pertinent furor. Hinc peculator & depeculator: qui tale furtum facit.

¶ Peculatus us. pecunię publicę aut principis furtum: ſicut ſacrilegium rerum ſacrarum.

¶ Peculio as. quempiã peculio multo. Plau. in pſa. Scelus tu puer atq; ob iſtã rem ego aliquid te peculiabo.

¶ Pedes dicunt̃ quibus vtimur in gradiẽdo. Cuius ſingularis eſt pes. Pes autẽ totũ dicit̃ qđ eſt a femore ad calcẽ. Diuiditurq; in coxẽdicẽ femur genu fœmẽ poplitem crus ſurã & imũ pedẽ: q calx appellat̃: & diuidit̃ in cõuexum pedis: quæ pars ſuperior eſt: & calcaneum: quæ eſt pars poſterior. Item in volã quę eſt pars medij pedis a caua: plantam quæ pars tota inferior eſt. Digitoſq; & vngues. A vola pedis idita ſunt cognomina plãcis/plotis/ ſcauris: pãſis: de quib⁹ locis ſuis. Aliqñ pedes ponit̃ aduerbialiter: qđ & pedib⁹ qñq; dicit̃. Sue. in Cęſa. In agmine nõnunq̃ equo: ſępius pedib⁹ anteibat. Curtius. Pedes agmẽ circuibat. Qm vero ſtãdi fundamẽtũ pes eſt: factũ eſt: vt in ędificijs area pes magnus dicat̃. Pes etiã mẽſurę genus eſt: quo mẽſuratur terrę & continet digitos. xvj. & multiplicatus i paſſus: & actus: & climata: & iugera: & ſtadia cẽturiaſq;: mox etiã i maiora ſpatia ꝓcedit. Itẽ funis quo in naui tendit̃ velũ: & vulgo podia dicit̃. Vergi. li. v. Vna oẽs fecere pedẽ. Plau. etiã remos nauiũ pedes appellauit. Itẽ pes eſt metrica cõſtructio ſyllabarũ: vt ſpõdęus dactylus. Ver. Ferte ſimul: fauniq; pedẽ. i. metricã cõpoſitionẽ. Vnde pedeſtris oratio dicit̃ numeroſa: & ſecũdũ rationẽ metricã cõpoſita ꝙ pedis officio fungat̃. Nam ſicut pedibus moueri corpora videmus: ita verſus ipſi cũ ſcãdunt̃ quibuſdã quaſi pedib⁹ vident̃ incedere. Seu ꝙ pedali regula vtimur ad verſum mẽſurandũ. Metra em̃ per pedes icedũt. Vñ metimur heroica: & dicimus ea ſex pedũ eſſe. Metimur Sapphica: & dicimus quiñq; pedum. & ſic de cęteris. Pręterea pes vocat̃ fœdum capitis aial a multitudine pedũ. Plau. in Cur. Vt muſcæ culices pedeſ-

ꝙ puliceſq; odio & malo & moleſtię: bono vſui eſtis nulli. Huius diminutiuo frequentius vtimur. ſ. pediculus. Vnde pediculoſus & pedicularis. Fit autem pes a graeco ποῦς: a quo fiunt multa compoſita.

¶ Pedem ſtruere veteres pro eo vſurparunt qđ eſt fugere: & pedem retro ferre: retrocedere.

¶ Pedea: itis. miles q pedibꝰ militiā exercet: ſicut eques qui equo militiam exercet.

¶ Peditatꝰ. us. peditū copię: ſicut equitatꝰ equitū copię.

¶ Pedeſter qui pedibꝰ iter facit. Apul. Qui modo in exercitū profectꝰ eſt pedeſter. Dicit̄ etiā hic & hęc pedeſtris & hoc pedeſtre: vt pedeſtris exercitꝰ: pedeſtres copię: pedeſtria agmina. Dicimus etiam pedeſtrem acceſſum qui a peditibus fit & non equitibus. Aug. lib. j. de ci. dei. Aliaſq; deſinu a maris pedeſtri acceſſu per vias factas ventis ac procellis euerſas eſſe ciuitates.

⁎ Pedeſtria auguria dicebātur quae a lupo vulpe ſerpēte equo & cęteris animalibus quadrupedibus dabantur. C.

⁎ Pedeſtris oratio dicit̄ numeroſa & ſecundū metricā rationem compoſita: q̄uis non ſit carmen. Cc.

¶ Poda & pedatura veſtigium humanum.

¶ Pedo as. i. vado: a quo repedo: qđ eſt quaſi pede itero redeo. Hiero. in li. maca. Heliodorus recepto exercitu repedabat ad regē. Eſt & impedo: de quo alibi. Pedare etiā eſt viti vel alteri arbuſculę ſuſtētaculū adhibere. Vnde vineę pedatę dicūtur. Ply. Aut pedatę vineę ſimplici iugo Col. li. v. Pedatā vineā iugatāq; ſequit̄ alligatoris cura.

¶ Pedatus a. um. qđ eſt ſuſtētaculo firmatū: vt vinea pedata. Quandoq; etiam pedatus a pede humano: vel de aliquo animali: ſicut a manu manulcatus. Sue. de Othone. Fuiſſe tradit̄ & modicę ſtaturę: & male pedatꝰ: caluuſq;. i. diſtortis pedibus.

¶ Pedatio dicit̄ quādo pedamentis vinea fulcitur.

¶ Pedato aduerbiū poſitū eſt ꝓ repēte vel acceſſu quaſi per pedē: ſicut vulgo dicit̄. Cato. li. j. Orig. Igit̄ tertio pedato bellum nobis facere: id eſt tertio reuerſi.

¶ Pedamē & pedamentū ſuſtētaculū qđ alicui arbuſculę adhibetur: ſicut palus quo vitis ſuſtētatur. Ply. Caſtanea pedamētis oīnibus p̄fertur. Col. Pedaminū iugerūq; & viminū proſpiciendoꝝ tradenda ratio eſt.

¶ Pedatim aduerbium. Ply. lib. xj. Leo tātū & camelus pedatim gradiuntur: hoc eſt vt ſiniſter pes non tranſeat dextrum: ſed ſubſequatur.

¶ Pedibus aduerbialiter protulit Cic. cū inquit. Ingreſſus iter pedibus.

¶ Pedicinus idem eſt quod pes: ſimiliter & peciolus.

¶ Pediolus dimi. paruus pes ſimiliter & pediculus.

¶ Pedep̄ſſim tarde paulatim: quaſi lēta & tarda itione.

¶ Pedetentim aduerbiū cōpoſitū a pede & tento as. Ci. Sin minus ſenſim erit pedetentimq; faciendum. Teren. in phor. Dij bene vertant qđ agas: pedetentim tamē. qđ Dona. exponit pro caute.

¶ Pedalis & hoc pedale qđ eſt pedis: vt mēſura pedalia. Col. lib. iij. Pedale quoq; verſus ſpatiū ſat erit inter ſemina relinqui. Idē. Scrobiculis pedalibus factis.

¶ Pedaneus a. um. idē qđ pedalis. Col. li. v. Et ideo ī mandādis arboribus nemo minorē pedanea ſcrobē vitibus cōparat. Hinc Bipedaneus: Tripedaneus: & huiuſmodi Col. li. j. Bipedanea humꝰ arboribus quattuor pedū abūde eſt. Et li. iiij. Tripedaneis relictis ſpatijs per q̄ ſemina excolunt̄. Et li. v. Semipedaneā cōſitis reſolutā vitibus terrā ſubiacere. Pedaneus iudex qui a p̄ſide cōſtituit̄: vt minora iudicia diſcernat. ꝙ is magiſtratus: non vehatur curru: ſed pedibus proficiſcatur in forum.

¶ Pediſſequus & Pediſſequa famulus & ancilla: qui & q̄ dominum ſeu dominam ſequitur.

¶ Pediculus dimin. paruus pes. Ply. Mollia ſunt loligo ſepia Polypus: pediculi octoni oībus. Hinc pediculi vocātur quibus fungi/pyra/mala & huiuſmodi ſuſtinentur Idē. Tutiores fiunt fungi cū carne cocti aut cū pediculo pyri. Hinc pediculata poma quę pediculos habent: quibus ſuſpendi poſſint. Item pediculus vermis in capite. Pediculi quoq; terrę Scarabei terreſtres ricino ſiles. Sūt & maris pediculi a ſiīitudie pediculoꝝ capitis qbꝰ ad varia medicamēta vtunt̄. itē Pediculi populi in Calabria.

¶ Pedicoſus ſiue pediculoſus cū deducit̄ a pes ſiue a pediculus: qui eſt capitis vermis: ponit̄ pro eo qui eſt plenꝰ ipſis vermibꝰ. Plau. Pedicoſus ſqualidus vbi me vidit caput ſcabit. Quando vero a pedor ſcribit̄ cum diph. & ſignificat mali odoria eſt. Var. de re ruſ. Solida terra pauita maxime ſi eſt Argyllanę ſitu pędiculoſa eius gratia oblitiſcant.

¶ Pedicularis & hoc pediculare: qđ ad pediculos capitis vermes ptinet. Vñ pedicularis morbus quo corpus pediculis ſcatet. Hūc morbū greci phthiriaſin appellāt. Nam phthira pediculū dicūt. De hoc Serenus. Noxia corporibus q̄dā de corpore noſtro Progenuit natura volens abrūpere ſomnos Senſibus: & monitus vigiles inducere curas. Hoc morbo interijt Sylla romanus ciuis.

¶ Pedica pe. cor. a pede ſignificat laqueum: quo pedes illigant̄. Verg. li. j. Ge. Tum gruibus pedicas: & rętia ponere ceruis.

¶ Pedio is. veteres vſi ſunt ꝓ eo qđ eſt pede pulſo & quaſi plauſum reddo: a quo fiunt compoſita compedio: impedio: & prępedio: de quibus locis ſuis.

¶ Pedaneū inquit Palladius li. iiij. ſuper nudum inducimus & aſſiduo vecte denſamus pedaneum.

¶ Pedarij qui in ſenatu ſententiā nō dicūt: ſed ab alio dictā cōprobant: mouētes ſe de loco & in partē eius qui dixit ambulātes: propter qđ qui ita faciūt ire in ſentētiam pedibus dicūtur. Et ab actu trāſeundi pedibus in aliena ſedilia pedarij ſunt appellati. Ci. ad atticū. Inde in ſentētiā pedarij cucurrerūt. Sentētia eorū pedaria appellatur. Gellius tamen pedarios exiſtimat dictos fuiſſe Senatores qui ꝙ magiſtratū curulium nondū ceperāt pedibus in curiam proficiſcebantur. nam qui curulem magiſtratum geſſiſſent curru vehi ſolebant.

¶ Pedū paſtorale baculum: ſeu virga incurua: qua pecudū pedes detinent̄. Ver. At tu ſume pedū qđ me cū ſepe rogaret. Eſt & pedū oppidū nō lōge a p̄neſtinis: a quo Pedani populi. Liu. li. viij. Neq; tamen niſi admodū a paucis populis Pedani adiuti ſūt. Tyburtes p̄neſtiniq;: quorum ager propior erat: Pedum peruenere.

¶ Pedo is. pepidi: crepitū vētris emitto. Hora. in ſer. Nā diſploſa ſonat q̄tum veſica pepidi. Huiꝰ compoſitū eſt oppedo pe. ꝓd. qđ eſt cōtra pedo. Idē in codē. Vin tu curtis Iudęis oppedere nulla mihi vnq̄ religio eſt.

¶ Pegaſus pe. cor. equus alatus Perſei ἀπὸ πηγῆς i. a fonte: ꝙ iuxta pegas. i. fōtes oceani natꝰ ſit: vbi Gorgones habitabāt. hūc Hyginus & alij cōplures Neptuni & Meduſę filiū dixere: qui in coeli euolauit: ibiq; inter ſydera cōſtitutus eſt. Arcticū circuli ſpectās: pedibus aeſtiuo orbi adnixus: extremo ore caput Delphini tāgens: & aquarij manū dextrā ceruici ſuę adiungens. Alij ex Meduſę ſanguine quā p̄ſeus interemit natū aſtruunt. hic volauit in Helicona vbi ſaxum vngula feriēs fontem aperuit: & ex eo Hippocrene. i. fons equinus eſt appellatus. Sed hic apud Pyrenen fontem corinthium captus eſt. Vnde Strabo. Fama eſt equum pegaſum cum potaret hoc in loco a Bellorophonte deprehenſum fuiſſe. Alatū inquā caballum e Meduſę ceruice & de Gorgonis execto gutture proſilientē. Hoc equo vſus eſt Bellorophōtea in expeditione contra Chimaeram. Vulgatū eſt & Caballinū fontem in Helicone erupiſſe cum ſubiectam ibi

tellurē feriret vngula. Hic pegaſe⁹.a.um. Perſ. Pegaſeū
melos. Pegaſus etiā dicebat̄ inſtrumētū in domib⁹ ſup
quo tanq̄ iumēto veſtes & ſimilia tenerent̄ ſuſpenſa a pe
gaſo poetico traductiōe nois excogitata. Fuit & hoc no
mine iuriſperitus. Vnde & Pegaſianū ſenatuſcōſultum.
Pompo. de origine iuris. Fuit & pegaſus Triarchi filius
cuius nauis pegaſę monumentum accepit.

¶ Pegaſides pe.cor. muſę dictæ ſunt a fonte: q pege di-
citur: quem pegaſus ictu vngulę fingit̄ aperuiſſe. Ouid.
At mihi Pegaſides blādiſſima carmina dictāt. Item pe-
gaſides nymphę quę & Naiades. Idem. Pegaſis œnone
phrygijs celeberrima ſyluis.

¶ Pegaſa Theſſalię oppidū: qđ poſtea Demetrias dictū
eſt: propter qđ nauis longa argonautarum Pegaſęa nū
cupatur: q Iaſon qui eam ædificauit fuit filius Aeſonis
fratris Pelię regis Theſſalię. Ouid. Iamq; fretum Minyę
Pegaſęa puppe ſecabāt. Hinc Pegaſicus ſinus in theſſa-
lia eſt appellatus. ¶ Aſcen.
Verius tamen Pagaſa dicitur & Pagaſeus: ſed a Pegaſo
equo Pegaſides muſę pe.cor. vt Oui. docet.

¶ Peganon πήγανον latine ruta herba.

¶ Pegma atis. qđ & pecma dicitur græcum eſt. ἀπὸ τοῦ
πήγνυμι: qđ eſt pango & extruo. Eſt autem machina quę
dā lignea in qua ſtatuę collocant̄: & quaſi figūtur ad illas
ſuſtinēdas. Interdū Pegmata cū ludicris producebātur
in ſcænā cum pueris etiā conſidētibus ex lignis & tabu-
lis quę conſtabant vario picturę genere.

¶ Pegmatis formā Sene. ad Lucil. his verbis deſcribit.
His annumeres licet machinatores qui pegmata p ſe ſur
gentia excogitāt & tabulata tacita in ſublime creſcentia:
& alias ex inopinato varietates: aut dehiſcētibus quę co
hęrebāt: aut q̄ diſtabāt ſua ſpōte cohęrētibus: aut ijs quæ
eminebāt paulatim in ſereſidētibus. Ioſephus li. vij. de
bel. Iudaico. Maxime autē ſtupor erat machinarum quę
portabātur ſiue pegmatum fabricatio: pro quorum ma
gnitudine viribus portātium occurrētes timebant. Mul
ta enim in tertiū nidum quartūq; ſurgebant: & magnifi-
cētia fabricę cum admiratione delectabat. In his machi-
nis ſimulacrum belli repręſentatū fuiſſe ſignificat: vt alij
fugere: alij capi viderentur: & per ſingula pegmata dux
captę vrbis agebat̄: ita vt captus fuerat ordinatus. Qui
autē in his machinis depugnabāt a Suetonio pegmares
vocant̄. Tradūt Claudiū abiecíſſe aliqñ beſtijs q pegma
in ſcęnā parū feliciter pduxiſſent. Ply. li. xxiij. Princeps
Caius in circo pegma duxit in quo centū & vigintiquat
tuor argēti pōdo fuere. Feſt. ſcribit Pegmata eſſe aut ęre
aut marmore ornamēta q̄ vt plurimū i atrijs q̄nq; in por
ticibus aulisq; affigunt: maiorū aliorūq; fortium virorū
geſta certius q̄ pictura oſtendentia.

¶ Peiero. as. pe.cor. falſo & animo fallēdi iuro: ſeu iura-
mentū infringo. Ex per & iuro: abiecta r. & u. longa in e.
breuē cōuerſa. Plau. in aſi. Nam ſi quid fecit ſceleſte pro
illo lingua peierat. Lact. li. j. Ergo aliqua poteſtas eſt quę
peierantes deos puniat. Dicimus & periuro as: qđ periu
rus probat & periurium.

¶ Peior & deterior differunt: q peior a malo dicatur: de
terior a meliore. i. minus bonus.

¶ Pelagus pe.cor. tā maſ. q̄ neu. generis profundū ma-
ris ſignifi. Val. Flaccus li. j. O q̄tum terrę: q̄tū cognoſce
re cœli Permiſſum eſt: pelagū quātos aperimus in vſus.
Hinc Pelagicus a. um. Col. li. ix. Cæteri ſaxatiles aut pe-
lagici ſatis ex his ſed recētibus melius paſcūtur.

¶ Pelagia dicitur purpura a pelago. a quo & ſuccus eius
pelagium vocatur.

¶ Pelamis. idis. generis foe. gen⁹ piſcis thynni. nā pela-
mides primo: ſed cū annuū exceſſere tempus thynni vo
cant̄. Dictus q i luto moret̄. ἀπὸ τοῦ πηλοῦ. i. a luto. Iu.
Siccus Petaſunculus & vas pelamidū. Ply. li. xxij. Pela
lamidū generis maxima apoplectos vocatur.

¶ Pelargus græce latine Ciconia dicit̄: ſicut teſtat̄ Am-
bro. lib. hexa.

⁎ Pelaſgis regio eſt Achaiæ vndiq; a mari remota q̄ pri⁹
Drymodis dicebatur. Inde pelaſgus. a. um. Cc.

⁎ Eſt & pelaſgus lauri genus qđ & Daphnoides & Eual-
te ab alijs dicitur. Cc.

¶ Pelaſgia regio grecię circa extremā partē Macedonię
verſus Achaiam: olim Theſſalia dicta inter duo Maria
Aegæum & Ioniū platani folio ſimilis excurrit propter
anguloſos receſſus: a qua pelaſgi populi quaſi pelargi. i.
Ciconię: qm̄ errabūdi ritu Ciconiarū propter multas na
tiones iuerūt: vel pelaſgi a pelaſgo Iouis filio.

¶ Pelethronium oppidū Theſſalię vbi primū domādo
rum equorum vſus inuentus eſt.

¶ Pelethronius nomē eius qui primus (vt ſcribit Ply.)
frænos & ſtrata equorum inuenit.

¶ Pelops Tantali filius qui curruli certamine cōtēdit cū
Oenomao. Qui cū didiciſſet ex oraculo ſe tūc moriturū
cū filia nupſiſſet: multis illam petētibus propoſuit certa-
mē quo victus interficeret̄: Victor filiā duceret vxorem.
equorū inſtituit curſum ad arā Neptuni: quę eſt i Iſthmo
Corinthiaco. cū plures equorū quos perniciſſimos habe
bat velocitate ſuperaſſet: ſupatoſq; peremiſſet: is equo-
rum pernicitate vicit Oenomaum: abduxitq; ex pacto
vxorem Hippodamiā. Hinc Pelopidę dicti qui a pelope
originem duxerunt.

¶ Pelopeius. a. um. nomē poſſeſſiuum. Vnde fabula de
Pelope ſcripta/pelopeia dicta eſt. Iuue. Præfectos pelo-
peia facit: Philomela tribunos.

¶ Pelopōneſus regio Achaię a pelope Hippodamię vi-
ro dicta & Tantali regis phrygū filio: quaſi pelopis inſu
la: qm̄ pene inſula eſt. Qui ſupato Oenomao Hippoda-
mię patre in certamine totū illud regnū in dotē accepit: &
ex Phrygia ſecū i eā regionē duxit populū. Hęc Apia an
te appellata: & Pelaſgia peninſula haud vlli terrę nobilita
te poſtferenda. Circuitu. cclxiij. milliū paſſuū colligit̄:
Anguſtię ſex milliū ſunt niſi erūpentia e diuerſo q̄ dicta
ſunt maria: hinc corinthiacum: illinc Saronicū ſinū effi-
ciūt. In Peloponneſo ſunt Argos. Mycenę. Corinthus.
Lacedęmon. Patrę. Malea promontorium. Epidaurus.
Regiones. Arcadia. Sicyonia.

¶ Peleus nomen patris Achillis. Vnde & Pelides Achil
les dictus eſt. Hepheſtion interpres Sophoclis Tragici i
Aiace tragędia. αἰακοῦ υἱὸς Διὸς ἐξ αἰγίνης πηλεὺς καὶ
τελαμὼν ἐξ αἰακοῦ δὲ ἀχιλλεὺς καὶ αἴας. καὶ αἴαντος
παῖς ἦν εὐρυσάκης. ⁎. i. filius Iouis ex ęgina peleus &
Telamon ex Aeaco quorū Achilles & Aiax & Aiacis fi
lius erat Euryſaces.

¶ Pelias adis. haſta qua Achilles ſolus vtebatur.

¶ Pelion mons Theſſalię. Ouid. Pelion Hemonię mōs
eſt obuerſus in hauſtros. Summa virent pinus: cætera
quercus habent.

¶ Pella vrbs Macedonię fuit in littore Aegęi maris illu-
ſtrata maxime natalibus Philippi Macedonum regis &
Alexandri. Vnde & vterq; pelleus dictus eſt. Iuue. Vnus
pellęo iuueni non ſufficit orbis.

¶ Pellax qui per blanditias decipit. Ver. Inuidia poſtq̄
pellacis Vlyſſi. Inde pellacia: fallacia. Idem li. iiij. Geor.
Verū vbi nulla fugam reperit pellacia.

¶ Pelliceo ces. pellicui raro habet̄. Pellicio is. xi. ctū. blā
diendo decipio. Vnde pellectus: crebro pro pellicio. Te-
ren. in phor. Is ſenem per epiſtolam pellexit. Componi-
turq; ex per & lacio: mutatis r. in l. & a. in i. Feſtus. Lacit:
decipit inducit. Lax lacis vero fraus eſt. A lax ſiue lacio
eſſe: q̄uis verba a lacio compoſita & fraudis & lactis par

ticipem ſignificationem habeant. Vnde & lacto:as. propter qđ & in bonam partem & in malam accipi poſſunt: vt allicio:elicio:illicio:& alia. A pellicio fiunt pellax pellicator: pellicatus & pellex. Eſt & perliceo:ſiue perlicio: quo vſus eſt Liuius libro quarto. ſi textus non eſt vitiatus. Negocium inquit datur: vt quos quiſq; poſſet ex collegio tribunorum ad interceſſionem perlicerent. Pellicio tamẽ & pellexi & pellectus magis in vſu ſunt: q̄ perliceo. Perlectus in iſta ſignificatione nequaq̄ haberi puto:ſed pellectus tantum ne a perlego putaretur.

¶ Pellicator qui ad fraudem pellicit.

¶ Pellex: vt inquit iureconſultus illa vulgo appellatur: quæ cum eo cui vxor ſit corpus miſcet. Inde apud oratores & Poetas pellex non tam viri q̄ vxoris nuncupatur. Cicero. Vxor generi:nouerca filij:filiæ pellex. Suet. de Cæſa. Prætereo actiones Dolobellæ: in quibus eum Dolobella pellicem reginæ dicit. Concubina quæ eum Cęlibe viro ſine nuptijs locum tenet vxoris quã græco vocabulo παλλακὴν pallacen appellamus. Sue. de Veſpa. Inde quieti vacabat accubante aliqua pallacarum quas in locum defunctę Cenidis plurimas conſtituerat. Iuſtinus quoq; Cyri pallacen nominat: licet vitio librariorum pellicen ſcriptum reperiatur. Pellex latinum nomen eſt a pellicio qđ eſt blandiẽdo decipio:quia blãdiendo virum ab vxore ſeducit. Ci. in Sal. omnium cubiculorum pellex:& idem poſtea adulter. i. puer lędebas alienas vxores pręripiens eis maritos: vir poſtea lęſiſti maritos pręripiens eis vxores.

¶ Pellicatus us. actus quem pellex exercet: ſicut concubinatus quem concubina.

¶ Pellene pe. pro. oppidum Achaię inquit Stra. A quo Pellenei populi.

¶ Peligni populi Marſis finitimi: quorum Metropolis eſt Sulmo. Pelignum enim eſt vrbs ex qua Ouidius duxit originem: ſicut ip ſe teſtatur. Pelignę gentis gloria dicar ego.

¶ Pelluceo per medium luceo. Iuuenalis. Cretice pelluces.

¶ Peloris idis genus Conchę. Hora. in ſer. Murice Baiano melior lucrina Peloris.

¶ Pelorus penultima producta promontorium Siciliæ Italiam verſus a Peloro gubernatore nauis Hannibalis ibi ſepulto. Pomp. Hannibal fugiens ex Aphrica cũ ad has anguſtias deueniret ſ quentis pelagi: & proditum ſe putaſſet: Pelorum gubernatorem nauis occidit & tumulauit. De hoc promontorio Luc. lib. ij. Extremi colles ſiculo ceſſere peloro.

¶ Pelorius latine excelſus & vaſtus. Quo nomie dictus eſt Polyphemus ab Homero.

¶ Pelicanus auis Aegyptia naſcitur in ſolitudinib⁹ maxime Nili fluminis. Duo autem ſunt pelicanorum genera: vt docet Hier. Vnum volatile: aliud aquaticũ: & latine dicuntur Onocrotali. græce πελεκᾶνος: nos pelicanus. Hæ aues tanq̃ colaphis roſtrorũ dicunt̃ occidere paruulos ſuos: eoſdẽ in nido occiſos a ſe lugere per triduũ: poſtremo dicũt matrem ſeipſam grauiter vulnerare: & ſanguinem ſuum ſuper filios fundere: quo illi ſuperfuſi reuiuiſcunt. Hier. ad pręſidium ſic habet. Pelicani cũ ſuos a ſerpente filios occiſos mortuos inueniunt: lugent & ſe & ſua latera percutiunt: & ſanguine excuſſo ad latera corpora mortuorum ſic reuiuiſcunt.

¶ Pellis dicit̃ cũ eſt a carne ſeparata: q̃ cutis antea dicebatur. Iu. Habes deformẽ pro cute pellẽ. dicta pellis: vt quidã putãt: a pellendo: ꝙ externas iniurias tegẽdo repellat Hęc poſtq̃ cõcinata eſt ad calceos & cętera opera faciẽda Aluta dicit̃. Var. Paſceolus ſaccus eſt ex aluta fact⁹. Huius diminutiuum eſt pellicula.

¶ Pelleſuina locus vbi pelles venduntur.

¶ Pellicium vel pellicia veſtis ex pellibus. Hiero. contra Iou. Deiecti in vallem lachrymarum tunicis conſutis & pellicijs veſtirentur.

¶ Pelliceus. a. um. quod eſt ex pelle: vt veſtis pellicea.

¶ Pellitus a. um. pe. pro. qđ pelles habet. Prop. Pellitos habuit ruſtica corda patres.

¶ Pelliculo as. pe. cor. pellibus obthuro. Col. Vas operculatum pelliculant.

¶ Pelliones qui veſtes pelliceas & alia ex pellibus opera faciunt.

⁎ Pellos ardeæ auis ſpẽs dicta a πελὰς adverbio qđ ſignificat prope: quoniam non volat ita in altum: queadmodum alię ſpecies. Cc.

¶ Pello. as. q̃uis non ſit in vſu. habet tamen compoſita appello: compello: & interpello.

¶ Pello is. pepuli pulſum. i. percutio: ferio. Ter. Quiſnã a me pepulit tã grauiter fores? Aliquãdo abigo extrudo Plau. Pelle animo timorẽ mox aderit gnatus. Hui⁹ compoſita ſunt Abpello ſiue Aſpello: appello ꝑ duplex pp. cõpello: depello: diſpello. Expello: impello: propello qđ eſt a longe pello: amoueo. Sal. Collegã ſuũ Antoniũ pactione prouincię propulerat ne cõtra rẽp. diſſentiret. Aliquãdo ſignificat vltraduco. Col. li. ij. Cum ventũ erit ad verſurã in priorem partẽ iugũ propellat. Perpello perfecte pello: induco. Liu. li. j. Incẽſam multitudinem perpulit: vt imperiũ regi abrogaret. Repello retro pello. A ſupino pulſum fit frequẽtatiuũ pulſo as. Antiqui etiam dixerunt pultũ: a quo pulto as.

⁎ Pellitis galerus dicebatur ex pelle factus. Cc.

¶ Pelta ſcutum breuiſſimũ in modũ lunę iã medię. Ver. Ducit Amazonidũ lunatis agmina peltis. A quo nomine poſtea peltaſtę pedites appellati ſunt: qui ad motũ cõcurſumq; leuiores erant.

¶ Peluis quaſi pede vis: vt Varro inquit: a Pedum lauatione. Alij peluim ſinum aquarium putant in quo varię res perluuntur.

⁎ Pelluo perfecte lauo. Cc.

¶ Pelluuiũ & pelluuia fœ. gñe vas quo lauant̃ pedes: ſicut maluuiũ & maluuia vas quo lauant̃ manus. Dictum pelluuiũ a pelluendo. hoc idẽ polubrũ dicit̃. Labrũ commune eſt: qđ vulgo dicit̃ bacille ſimiliter & peluis.

¶ Peluſium vnum eſt ex oſtijs Nili: & ciuitas i quadam Aegypti parte q̃ Auguſtanica eſt appellata prope Thebaidẽ. Hanc vrbẽ cõdidit Peleus Achillis pater monitu deorũ poſt luſtrationẽ. Eo eñ tẽpore Peleus furijs agitabat̃: quia fratrẽ Focũ interemerat & purgari q̃rebat. Hic fit Peluſius a. um. ꝑ Peluſiacus. a. um. pe. cor. Mar. Accipe Niliacã peluſia munera gentem. Verg. li. j. geo. Nec Peluſiacę curam aſpernabere lentis.

¶ Peluſiotæ: populi Peluſium habitantes. Hier. contra Iou. Impelle ſi vales Peluſioten: vt manducet cepe. Idẽ in Pamma. Peluſiotas nos appellant & luteos animaleſq; & carneos.

¶ Pendeo: es. pepẽdi penſum: ſignificat in ſublimi ſiue ſuſpenſum eſſe. Tractum a pennis auium. Virgil. Inculriſq; rubens pendebit ſentibus vua. Plaut. in aſi. Nudus vinctus centum pondo es per pedes quando pendes. Hinc per tranſlationem pendere pro ſuſtentari ponitur. Oui. Pendet & a veſtra noſtra ſalute ſalus. Quãdoq; pro cruciari & in pœna eſſe. Et ſic conſtruitur cum genitiuo vel ablatiuo. Cicero libro primo Tuſcu. Qꝫ ſi expectando vel deſiderãdo pendemus animis cruciamur & angimur. Idem in Hor. Et qui expectat pendet animi. Et pendere dicitur qui nimio deſyderio alicu⁹ rei intẽtus ceſſat ab omni alio opere: & id vnũ ſollicitus expectat. Ouidi. Narrãtis cõiũx pẽdet ab ore viri. Virgi. Dũ cõſulta petis

noſtroq; in limine pendes. Item dubitare. Sene. Pēdet
a nimis & in diuerſa trahitur. Item ceſſare. Virgilius.
Pendent opera interrupta minæq; murorum ingētes.
Huius cōpoſita ſunt Appendeo Dependeo Impēdeo
Propendeo & Suſpēdeo: qđ eſt ſupra pēdeo. Col. li. v.
Ruſticos ſubigere iugo palmam & its collocare vt ſol
minime ſuſpēdeat. Interdum eſt mediocriter vel quaſi
imminere. Ci. Pero. Quid ipſa res modo honeſta mo-
do turpis ſuſpendet flagitioſum eſt.

¶ Pendo. is. pependi. penſum. verbū actiuū. Et aſſum
pta e. fit neutrū in alio ſenſu. Significatq; pondero & p
tranſlationē conſydero æſtimo. Vnde & eos genitiuos
regit: quos verba pretiū ſignificantia habere ſolent: vt
Magni pendo: parui pēdo: nihili pendo: flocci pendo:
et huiuſmodi: qđ eſt in magna & parua æſtimatione ha
beo. Vnde magis ſeparata q̄ compoſita ſunt dicenda.
Pendere eſt etiā ſoluere. Liui. li. j. Ad equos emēdos de
na milia æris ex publico data: & q̄bus equos alerent vi
duę attributę q̄ bina milia æris in annos ſingulos pēde
rent. Sal. Semper illis reges tetrarchæ vectigales erant
populi: nationes ſtipēdia pēdere. Vnde pœnā pēdere p
prie dicit̄ qui ob delictū pecuniā ſoluit. Virg. Tum pē-
dere pœnas cecropidæ iuſſi. qđ ex eo tractū eſt q; ære
graui cū vterent̄ Romani eo penſo nō numerato debi-
ta ſoluebant. Libralis em̄ & dupondius appendebatur
aſſis. Vñ æris grauis pœna. hinc penſiones dictę ſunt.
Item pendere ſuſtinere. Lact. lib. ij. Eoſq; impietatis ac
ſceleris ſui ſupplicia penſuros. Cōpoſita ſunt Appēdo
Compēdo. vnde cōpendiū. Diſpendo. varie pendo. a
quo diſpendium. Dependo qđ eſt do. Col. lib. v. Nāq;
aliter in caſſum depēditur opera cū degeneres etiā reno
natę priſtinū ſeruabunt ingeniū. Expendo: Impendo:
Perpendo. diligēter conſydero: ſeu perfecte pondero.
Lact. li. vi. Nihil em̄ ſapiūt niſi terrā: bonaq; & mala ſo-
lius corporis ſenſu ac voluptate perpendūt. Cic. Quid
in amicitia fieri oportet: quæ tota virtute perpēditur. i.
exacte ponderatur examinatur. Aug. lib. iij. de ci. dei.
Nec nos in ea re diligētius requirēda per multorū ſcri-
ptorū perpenſa teſtimonia demoremur. Propēdo: Prę
pendo antependo. Prop. Cū tua prępendēt demiſſa in
pocula ſerta. Rependo & ſuſpēdo ſurſum pendo: alte
ligo. Virgil'. Ante nouis rubeant q̄ prata coloribus:
ante Garrula q̄ tignis nidū ſuſpendat hirundo. Quā-
doq; ſuſpendere eſt anxiū eſſe. Plau. Vix compos mē-
tis ſum ita mihi ſuſpendit animū. Virg. Suſpēſi Eury-
pilum ſcitatū oracula phœbi mittimus. Et quoniā dū
anxij ſumus etiā dubij efficimur: Suſpenſum quādoq;
pro dubio ponit̄. Sene. Suſpēſus animo quid ageret co
gitabat. Item pro placido ac ſilenti. Terē. in Phor. Hęc
vbi ego audiui ad fores ſuſpenſo gradu placide ire per
rexi. Et ſuſpendere etiā eſt pendendo interficere. Lact.
lib. iiij. Tum ſuſpenderūt eū inter duos noxios mediū
qui ob latrocinia damnati erāt. Hinc ſuſpēdiū p ſuſpē-
ſione. Gel. Suſpendio vitam finiuit.

¶ Penſo. as. a pendo vel a pendeo frequētatiuū. ſigni-
ficat ſępe pondero æſtimo: vel aliqđ p alio do. Hiero.
ad Iul. Paupercula vidua oēs dicit̄ in oblatione mune-
rū dei ſuperare locupletes: quę nō pondere ſui: ſed offe
rentiū volūtate pēſantur. Val. max. lib. j. Deductus ac
miſſus ad ſenatū legatus: vt ex ſe & vno & ſene cōplu-
res pœnorū iuuenes pēſarētur: in cōtrariū dato cōſilio
Carthaginē petijt. Hinc cōpenſo diſpēſo repēſo. Hier.
De eo aurē q; niteris approbare conuitiū & homicidiū
rachal & adulteriū & ocioſum ſermonē & impietatē nō
ſupplicio repenſari iam reſponſum eſt.

¶ Penſito. as. ſæpe vel valde bene pondero examino.
Ply. lib. vij. Ia demū vitam æqua lance penſitabit qui
ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit. Gel. libr. j.
Aut virtutes pēſitabat: aut vitia rimabatur: vt iudiciū
eſſe factū ad amuſſim diceres. Et penſitare eſt ſoluere
conſueſcere. Ply. li. xij. Qui tradit ſingula milia talētū
taurīs annus pēſitaſſe Arabas regibus Perſarū. Cic. in
oratiooe contra Mithrydatem. Quę tādē eſſe exiſtima
tis: aut eos qui vectigalia vobis pēſitāt: aut eos q exer-
cent aut exigunt. i. ſoluere ſolent.

¶ Penſitator: ponderator. Gel. Verborum pēſitatores
ſubtiliſſimi. a Penſito. as.

¶ Penſor qui ponderat: a Pendo. is. Aug. li. v. cō. Du
bitare ſtultū eſt: quin vtiq; melior ſit q̄ menſor cœli: &
numerator ſyderum: & penſor elementorum.

¶ Penſiculo. as. idem qđ penſito. Gel. Penſicula vtrū
q; moderate: reperies ſuo quoq; in loco ſonare aptiſſi-
me. Hinc Penſiculatores dicti ſunt qui aliorum dicta ſi
ue dictiones exacte ponderant. Et penſiculate aduer-
bium. i. cum pondere.

¶ Penſilis & hoc penſile. pe. cor. qđ ſuſpēſum & ſubli-
me eſt. vt Penſilis hortus qui ſupra ædificia factus eſt.
hoc eſt in ſolario: vel in aere ſublimis. Sic Pēſilis vua.
Hor. Tum penſilis vua ſecūdas Ornabat mēſas. Pen-
ſilis homo qui ſuſpenſus eſt. Plaut. Reſtim volo mihi
emere q me faciam penſilem. Penſilis lectus. Penſilea
lychni: q ſuſpēſi ſunt: & in aere pēdētes. Penſilis vrbs:
quę ſubtercauata eſt. Plyn. Legūtur & penſiles hortos:
immo vero totū oppidū feciſſe nullo oppidanorū ſen-
tiēte. Idē Magnitudo & frequētia cloacarū vrbē penſi-
lem fecit. Penſile horteū: qđ nos vocamus granariū q
ſit in altiore domus loco. Col. li. j. Sed nos in noſtris re
gionibus: quę redūdāt vligine: magis illā poſitionem
penſilis horrei probamus. Aliquādo tamē penſilis di-
citur mollis. Virgil. Pilentis matres in mollibus. Ser. i.
penſilibus. nam molle & penſile conuertuntur.

¶ Penſa a pendendo: qđ pro aliqua re cōducta ſoluit̄.
Et penſa plurali numero manipuli lanę vel lini qui pen
dent ex colo & fuſo trahūtur. Nā cū dicimus trahit pē-
ſa idem eſt ac ſi diceretur filat. Ouid. lib. ij. faſt. Lumen
ad exiguum famulæ data penſa trahebant. Iuſti. lib. j.
Penſa inter virgines partientem. Quandoq; penſa ca-
piuntur pro filis. Virg. de textrice. Excuſſi manibus ra
dij reuolutaq; penſa.

¶ Penſus. a. ū. ponderatus examinatus. Per trāſlatio-
nē ponit̄ pro bono & ſapiēti. Plau. in Sti. Age tu altera
vtra ſit cōditio penſior: virginē an viduā habere. Quā
doq; ponit̄ pro æquato. Sal. Neq; id quib' modis aſſe-
queretur dū ſibi regnū pararet quicq̄ penſi habebat.

¶ Penſio dicitur id qđ pro re aliqua conducta ſoluit̄. i.
qđ datur pro rei alicuius vſu: aut agri: aut domus. Cic.
Leptæ. Teneor tamen dum a Dolobellæ procuratori-
bus exigam primam penſionem.

¶ Penſionarius qui penſionem alicui ſoluere tenetur.

¶ Pendulus. a. um. qđ pendet. Ouid. Laſſaret viduas
pendula tela manus. Hiero. ad Pamma. Maluit in hu-
milioribus tuto pergere q̄ pendulo gradu in ſublimio-
ribus fluctuare. Col. Tum deinde macriora & pendula
loca luna creſcente fimo iuuanda ſunt.

⁎ Pentadactylos hęrba eſt arboris inſtar quæ alio noīe
Ricinus dicitur: alij Helioſcopium vocant. Cc.

⁎ Pentadoroo lateris. i. terræ coctæ ſpecies quinq; pal-
mos contioens. Græci em̄ veteres doron palmū dice-
bant: & dora munera quę manu darentur. Cc.

⁎ Pentapeton quod & pentaphyllum dicitur: a noſtris
quinq; folium vocitatur. Cc.

¶ Pentateuchus dici poteſt volumen quinq; librorū.
nam πέντε quinq; τεῦχος volumen.

¶ Pentaphyllon: hærba quinq; folia habens. habet

multas virtutes.

¶ Pentarchus: qui quinq; viris præeſt.

¶ Pentecontarchus dici poteſt quiquagenarius. i. qui præeſt quinquaginta. Nam πεντήκοντα penticonta quinquaginta dicuntur.

¶ Pentecoſte. es. a penteconta dici poteſt quinquagenaria. quoniam hæc dies a reſurrectione domini diſtat quinquaginta diebus. nā pentecoſtos latine quinquageſimus dicitur.

¶ Pentathli: dicunt illi q in ludo quinq; artes gymnaſticas exercent. videlicet diſcum: curſum: ſaltum: palæſtram: & iaculationem. & ipſa exercitatio pentathlon latini alio nomine quinquertiū: a quinq; artibus. & ipſi pentathli. i. athletæ qui his quinq; artibus ſe exercebāt quinquertiones appellantur a πέντε quod ſignificat quinq; & ἄθλος certamen. Plyn. de Myrone. Hic fecit Delphicos pentathlos.

¶ Pentemimeris. pen. cor. latine ſemiquinaria cæſura: eſt quoties poſt octo tempora ſyllaba relinquitur partem orationis terminās. Hæc autem communis eſt: vt Omnia vincit amor. & nos cedamus amori. Pente em quinq;: μέρος diuiſio vel pars.

¶ Pentaſticæ porticus dicūtur a quinq; columnarum ordinibus.

¶ Pentapolis. pe. cor. regio inter Palæſtinā & Arabiā: a quinq; ciuitatibus ſic appellata. vbi Sodomū & Gomorrū oppida. Hanc regionē vt Solinus ſcribit de cœlo tactā teſtatur humus nigra & cinere ſoluta. Naſcūtur ibi poma quę comedi nō poſſunt: licet matura videant leuiter manibus preſſa fumū exhalent & in puluerē fatiſcant. Eſt & pentapolis regio in Libya a quinq; ciuitatibus dicta: quæ & Cyrenaica vocatur.

¶ Penus hic vel hæc quartę declinatiōis. Et hic penus peni ſecūdū Priſ. Et hoc penus penoris. Et hoc penū. Et hoc penu indeclinabile: ſignificat omne eſculentū potulentūq; quo veſcūtur homines. Dictū penus q ea quę longę vſionis gratia cōtrahunt & recondūtur non in prompto ſint: ſed intus & penitus habeantur. Feſ. Penora res neceſſariæ ad victum quotidianū. Plaut. in Perſ. Nā niſi penus annuos hodie cōuenit: cras populo proſtituā vos. Teren. in Eu. Prius ad te penū omnē congerebā clanculum. Lucil. Vt vxori legata penus. Hor. in neutro genere. Annonæ proſit portet frumēta penuſq;. Penū Afra. Vos quib9 cordi eſt intra tunicam manus lęua dextra in penum herile. Gel. Ex Maſſurij auctoritate demonſtrat tus & cęreos ligna quoq; penori adſcribi poſſe. Nos vero aromata: caſeum: carnes ſalitas & alia eſculenta dabimus ſeruanda.

¶ Penuariū ſiue penuaria cella dicitur omne qđ in penu reponitur: & ipſum penu: & quod in penu eſt.

¶ Penuria quaſi vrens penu: vel q pene vrat: vel q pene minus ſit q̄ neceſſe eſt: ſignificatq; omnē inopiā rerum & pręſertim earū quæ in penu recondi ſolent.

¶ Penes p̄poſitio quomō ſumat Vide i dictōe Apud.

¶ Pene aduerbium ſignificat quaſi.

¶ Peneus fluui9 in Theſſalia inter Oſſam & Olympū deſinēs collib9 dextra lęuaq; molliter curuis. in eo curſu Tempe quinq; milium paſſuū longitudine & ferme ſex latitudine pulcherrimus ager.

¶ Penelope Icari filia & Vlyſſis vxor: quæ lanificio & abſentiā mariti ſolabatur & procos fruſtrabatur: quib9 ſe cōſenſurā abſoluta tela pollicebat. ſed vt eos lōgius fruſtraret noctu retexebat: qđ interdiu texuiſſet. Dicta ab auibus quæ Penelopes dicunt cuius noīatiuus ſingularis eſt Penelops. cū prius Arnęa vocaret quaſi abiecta repudiataq;. Etenim in mare proiectam ab Icaro Periboeaq; parentibus ferunt educauiſſe penelopes.

¶ Penis. fœ. gene. cauda dicitur a pendendo. Vnde & offam porcinam cum cauda offam penitam dicebant. Hinc peniculos dicimus quibus calceamēta tergūtur. Poſt autem Penis virile membrū dici cœptū ē: ſicut & ſalax cauda. quod nō tam a pendendo q̄ a penetrando quidam dici voluerunt: & rectius maſcu. ge. profertur. Iuue. Nouerūt Mauri atq; Indi quem pſaltria penem.

¶ A Scen. Eſt quidem maſcul. ſed apud Iuuena. quæ pſaltria legitur.

¶ Penitus. a. um. pe. pro. qđ ex pene hoc eſt cauda eſt. Vnde penita offa. Offa porcina cū cauda. Penitus. pe. cor. ſignificat qđ eſt intra. Plau. in Aſi. Age quęſo exerca vſq; ex penitus faucibus. etiā amplius. Inde Penitior interior: penitiſſimus intimus. Inde Penetro. as.

¶ Penitus aduerbiū locale: quaſi pene intus. i. valde interne: ſeu intrinſecus: vel intima parte & ſecreta. vt cū dico Penitus me noſcis. hoc eſt intus & in cute. Virgil. Et cauſas penitus tētare latētes. Fit aūt a penes. Id eñ penes nos videt eſſe qđ eſt penitus reconditū. Interdū ponit pro aduerbio qualitatis: & ſignificat prorſus vel valde. Vir. Penituſq; ſonātis Acceſſis ſcopulos. Quādoq; ſignificat longe. Idem. Penituſq; alias aduexerat oras. Hinc Penitus. a. um. de quo mox eſt dictum.

¶ Penicilla inſtrumēta pictoria. Vide ifra in Penicul9.

¶ Penetro. as. quaſi penitus intro. Lactāti9 lib. iij. Ad Aegyptios & Magos & Perſas vſq; penetraſſent.

¶ Penetrabile quod facile penetrat. Virg. Penetrabile telum. Mar. Ne madidos intret penetrabile frigus in artus. Interdum ſumitur paſſiua: quod facile penetratur. Liuius lib. xlv. Et in aſperis locis ſilex ſępe impenetrabilis ferro occurrebat.

¶ Penetrale nomen ſubſtantiuū ſignificat omnē partē interiorem domus vel templi licet ſit intecta: ſeu omne qđ in intimis partibus eſt. vnde penetrale ſacrificiū dicebatur qđ in penetrali: hoc eſt in intima parte domus fieri ſolebat. Lact. de opi. Quātulū enim videre poſſemus ſi mens ab intimis penetralibus capitis per exiguas cauernarum rimulas attenderet.

¶ Penates dicti ſunt dij domeſtici: q penes nos nati ſunt. vel q non longe abſint ab hac vita: ſiue q penitus inſident. Ex quo etiā penetrales a poetis vocātur. Alij a penu hoc nomen deriuant. Macr. Penates eſſe dixerunt per quos penitus ſpiramus. per quos habemus corpus. per quos rationem animi poſſidemus. Cuius nominatiuus ſingularis ſecūdō aliquos eſt hic penas. ſecundum aliquos hic penatis.

¶ Peniculus & Penicillus. ſiue peniculum & penicillū: q̄uis diminutiua videantur a penis. Significant tamen ea quibus calceamenta: vaſaq; terguntur. Item quibus pictores pingunt: quoniam ex caudarum extremitatibus fiant. Ply. li. xxxv. Arreptoq; peniculo lineam ex colore duxit ſummę tenuitatis per tabulā. Idē in eodē. Vſus ad penicillum: aut ſi lignū colorare libeat. Quin. libro. ij. inſti. Vt cęlator cęlum: & pictor penicilla deſyderant. Item quibus Albarium tectorio inſerūt. qui dicuntur tectorij penicilli. Ply. Setarū ex his e penicillis tectorijs cinis cum adipe tritus. Item quibus vulnera ſtipantur. Vel ideo ne claudantur: vel vt aperiant magis: vt ſunt penicilli ex linteolis cōcrepitis ex medulla ſambuci: & ex ſpongia. Idem. Tum peniculo vulnus apertum. Omne præterea quo ad aliquid mūdandum illinendumve vtimur Penicillum vel peniculum vocamus pręſertim ſi ex ſpongia ſit factum. Terē. in Eu. Quid ignaue peniculo pugnare qui iſtuc huc portes cogitas? Ply. Hyſſopūq; cū myrrha calidom penicillo illitum. Item ſpongiæ genus nobiliſſimū eſt qui penicillus dicitur ex quo fiunt penicilli.

Pēiculamentū para veſtis quę terrā attingit. Aenni. Pendent peniculamenta vnū ad quēq; pedum.

Penna per duplex nn auiū eſt. Sunt enī pennæ maiores q̄ plumæ. Et eſt generale ad pinnas .ſ. ſummitates: & ad plumas. Pinnæ autē proprie ſunt pennæ quæ plumæ hoc eſt molliores & exiguę pennę non ſunt.

Pennula ſiue pinnula. pars ſumma auris ab acuitate dicta. vñ in Leui. legitur. Cuncta quę nō habēt pennulas & ſquāmas in aquis polluta erūt. Proprie vero pennula diminutiuū eſt a penna. Aug. li. v. de ci. dei. Qui nec auis pennulā: nec herbæ floſculū: nec arboris foliū ſine ſuarū partiū conuenientia dereliquit. Cic. lib. iij. de na. deorum. Cum autē pennulis vti poſſunt: tum volatus eorum matres proſequuntur.

Penula per ſimplex n: veſtis q̄ nebuloſo ſeu pluuioſo tēpore ſupra tunicā aſſumit̄ loco pallij ad arcēdas a corpore pluuias. Pōpo. in Panicea. Penulā in caput induce ne te noſcat. Quit. Cū Galba penulā rogāti amico reſpōdit. Si non pluet: nō opus eſt tibi. Si pluet ipſe vtar. Iuue. Et multo ſtillaret penula nimbo. Hæc ſi ex pellibus eſſet Scortea vocabat̄. Mar. Ingrediare viam cœlo licet vſq; ſereno. Ad ſubitas nunq̄ ſcortea deſit aquae. Aug. li. j. con. videt̄ ſignificare penulā fuiſſe habitū grāmaticorū. Quiſquis inquit penulatorū magiſtrorū audit aure ſobria ex eodē puluere hominē clamātē & dicētē. Fingebat hęc Homerus. Vlpi. inter cōmunia veſtimēta qbus vir & mulier promiſcue vtunt̄ penulas annumerat. Var. dixit nō crēdā eſſe penulā homini qui habet virtutē. ſcribit Lampri. Alexandrū conſtituiſſe: vt ſenatores penulis intra vrbem frigoris cauſa vterētur cū id veſtimentū itinerarium & pluuię fuiſſet. Erat etiā penula gauſapina candida ac villoſa qua per æſtū vtebant̄. Mar. Is mihi candor ineſt: villorū gratia tanta eſt: Vt me vel media ſumere meſſe velis.

Pennatus. a. um. quod pennas habet: vt Volucres pennatę. Sic Impennatus qui pennas non habet.

Pennarium in quo pennæ reponūtur: ſicut calamarium in quo calami.

⁎ Penniculum pinna eſt quę facili motu ventorū indicet flatum. Cc.

⁎ Penniger qui gerit pennas. Cc.

Penulatus: penula indutus. Vide in dictiōe Penula.

Penularium: locus in quo penulæ reponuntur.

Peplus ſiue peplum: veſtis ſolēnis quæ inijcitur vel viro: vel fœminæ: vel deo deæ ve. Virgi. Crinibus Iliades paſſis peplūq; ferebant. Plau. Nunq̄ ad ciuitatem veni niſi cum infertur peplum hodie. Poetæ tamen vt inquit Ser. abutuntur hoc nomine.

⁎ Peplos ſiue Peplios fruticis genus. Plyn. Portulaca quam Peplion vocāt: non multum ſatiua efficacior ſagittarum venena & Hemorrhoidum plagis impoſita extrahit. Cc.

Pepones melones. Hiero. in lib. Nume. In mentem veniunt pepones.

Pepſia: latine concoctio. vnde peptice medicamenta ad concoctionem: quæ foris adhibentur. ἀπὸ τοῦ πέπτειν. Inde Dyſpepſia mala coctio quādo cibi nō perficiuntur.

Per ꝑpoſitio eſt: q̄ ſeparata qñq; localē. qñq; tēporalem habet ſignificationē: vt Per vrbē vado: per mediū diē operor. Quādoq; denotat perſonā: vt Per medios ruit ac morientes noie clamat. Quandoq; iurandi eſt. vt Per pol. i. per pollucē. Quādoq; obteſtādi. Virg. Per te per qui te talē genuere parētes. Quādoq; mediū quēdā et quaſi interceſſorē ſignificat; vt Per meos amicos obtinui. Cic. Qđ per me certior fies. i. me operante. Compoſita vero perfectionē denotat. Lactā. Si legit perlegat. i. vſq; in finē legat. Cic. Nuntius qui litteras accepit nō pertulit. Aliquādo in bonū vel in malū accipit̄: vt Perſequor. Aliquādo abnegatiua eſt: vt Perfidus: Periurus. qui fidē & iuſiurandū fregit. Aliquādo ſignificat per mediū ſiue trans. vt Perfluo. perpluo. Perſpicuū per cuius mediū videmus: vt criſtallus. Aliquādo habet vim aduerbij: & pro valde ponit̄. tāq; ſuperlatiuo q̄ poſitiuo iungit̄. Col. li. iiij. Nam credidiſſe villicis vel eiuſ vinitori ſocordis eſt: cū qđ lōge ſit facilius adhuc perpaucíſſimis agricolis cōtigerit: vt nigri vini ſtirpe careant. Cic. Pergratus mihi viſum eſt. Et ſi addatur q̄ ſignificat maxime: vt Perq̄ bonus. i. optimus: perq̄ magnus. i. maximus. Iungit̄ etiā ſuperlatiuo. Curtius. Perq̄ maximo poteſt exercitu cōparato. Aliquādo ſignificat nimis vehementer & in bonā & in malā partē: vt Pertinax. qui nimis tenax eſt durus & inexorabilis. De quo infra. Cōponit̄ aūt cū dictione incipiente ab a. vt Perago: b. vt Perbibo: c. vt Percurro: d. vt Perduco: e. vt Pereo: f. vt Perfero: g. vt Pergratus: h. vt Perhibeo: i. vt Periur⁹: l. vt Perlego: m. vt Permitto: n. vt Pernocto: o. vt Peroro: p. vt Perpendo: q. vt Perquiro r. vt Pergo ex per & rego cōponit̄: vnde & ꝑteritū perrexi facit: ſ vt Perſuadeo: t vt Pertinax: u vt Peruerto.

Pera pellis a collo ad lūbos pendens. a quo pera ſacculi genus. Hinc Perā viatoriā vocam⁹ qua panē & aliquid opſonij geſtare viatores ſolēt: quēadmodū poculum viatoriū quo vinū. Eius diminu. eſt Perula.

⁎ Peracticum gummi gen⁹ quod naſcitur in Medis ex arbore quam alij Brocon vocant: alij Malachran: nōnulli Maldacion. Cc.

Peræa cū diph. vlterior Iudææ pars. quia vt inquit Strabo. Regio q̄ trans Euphraten eſt Peræa nominat̄.

Perago. is. pe. cor. peregi peractum. perficio. Sene. Omnia inchoat: nihil peragit. Interdū perduco. Plaut. Nauē peregit in portū. Apul. Et multas noctes peregi inſomnes. Interdū pertracto. Virg. lib. vi. Omnia percepi atq; animo mecū ante peregi. Interdum pertraho vel pertrahere facio. vt Hic me ad carceres ad mortem vſq; peregit. A perago fit peractio q̄ eſt perfectio. Cic. Senectus peractio ætatis eſt. Peragere reum ſignificat cōdemnare: ſed Facere reū eſt accuſare. vñ ait iureconſultus. Peregiſſe reum non alias quis videtur niſi & cōdemnauerit. Ply. Dum peragitur reus.

Peragro. as. pe. cor. ex per & agro cōponitur. iuxta prępoſitionis & agri ſignificationem debet ſignificare per agrum ſiue ꝑ agros ambulo. Sed quia qđ peragratur exprimitur: & pro actiuo ipſius verbi ponitur: agri ſignificatio mouet̄: & pro ambulo ſiue inquirēdo circūeo ſumitur. Cic. lib. iij. offi. Et ob eam cauſam vrbe relicta rura peragrātes ſæpe ſoli ſumus. Hiero. Eandem oram Italiæ quæ quondam magna Græcia dicebatur laborioſiſſime pagrauit. Hinc Peregrinus peregrinor et peregra deducuntur.

Peranno. as. ſignificat per integrū annū tēpus viuo Componit̄ enim ex per & anno. as. Macr. lib. j. Satur. ſcribit priſcos Romanos menſe Martio & publice & priuatim ad annā perannāq; ſacrificatū ire ſolitos: vt annare perannareq; cōmode liceret. hoc eſt vitā degere incolumē per annū integrū. Sue. in Veſp. Ideoq; puella nata non perannauit. Perenno vero per e. ſignificat diu viuo & duro. de quo infra.

⁎ Perau⁹ herba folio rotūdo caule palmū alto: ramis ſtantibus ab radice quattuor aut quinq; rubentibus: ſemipedali altitudine: ſucci plenis. Cc.

Perbibo. pe. cor. perfecte bibo. Lactā. lib. ij. Infecti ſunt perſuaſione ac penitus eorū mentes ſuccū ſtultitię perbiberunt. ſed hoc per metaphoram.

¶ Per cauſam ſiue per ſpeciem: ſignificat per ſimulatam cauſam. Liui. lib. iiij. Vt cum appropinquaret iamque rex per cauſam aliquam in anguſtijs ſuſtineret a tergo agmen. Idem. Hi poſtq̃ aliquid monerent colloquẽdo cum Annibale erari nocte per ſpeciem venandi vrbe egreſſi ad eum proficiſcuntur.

✱ Percaſtor ſiue perecaſtor per ædem Caſtoris. Cc.

¶ Percello. is. perculi perculſum: ſignificat euerto percutio. Var. Alius tenerã abietẽ ſolus percellit. Aliquãdo differo. Lucil. Ad nonũ hoc percellit annum.

✱ Percepterua auis eſt ex aquilarum genere: quæ circa lacus verſatur vulturi ſimilis alis minima reliquas magnitudine antecellens: ſed imbellis & degener ita vt a coruia ſępenumero verberetur. Cc.

✱ Percnus aquilę genus ab Homero ſic vocatũ: aliqui Morphnũ: alij Pygargum vocãt. Cc.

¶ Percipio. is. pe. cor. perfecte capio. Aliquãdo ponit pro intelligo ſentio. a quo Perceptio.

¶ Percitus. penultima correpta: nimis incitatus qui ira ac furore accenſus eſt.

¶ Percoarcto. as. ex per & con & arcto abiecta n. arcto vero frequẽtatiuũ ab arceo fit: & ſignificat perfecte cogo ſiue conſtringo. Col. li. ij. de fœno loquens. Tunc demũ inquit conuertemus & vtrũq; ſiccatũ percoarctabimus in ſtrigam: atq; ita manipulos vinciemus.

¶ Percolo. pen. cor. perfecte colo. i. amo ſiue veneror. Plau. in Tri. Feceris par tuis cæteris factis patrem tuũ ſi percoles.

¶ Percontor per o. & ſine c. ante t. a conto dicitur: quo nautę vtunt ad loca nauibus opportuna. Nã aquę altitudinẽ conto pertẽtãt. Iuue. Eſſe aliquos manes: & ſubterranea regna Et cõtũ & ſtygio ranas i gurgite nigras: Atq; vna trãſire vadũ tot milia cymba. Percunctor vero per u. & c. ante t. fit a cunctus. a. um. q: a cunctis perquiratur. q: is qui curioſus eſt per cuncta interroget. Et vtrũq; ſignificat diligẽter interrogo. Plau. Quid iſtuc in mẽte eſt tibi ex me mi vir percunctarier. i. morari quęrendo. ſiue per cuncta inquirere. Plyni. Percunctantiq; quantũ licitaret opera effecta paruũ neſcio qd dixerat. Eſt etiã percunctari expectare. Terẽ. in Phor. Percunctatum ibi ad portum quoad ſe recipiat.

¶ Percurro. valde curro: ſiue currẽdo perſeuero. Plau. in Sti. Percucurri vt nũtiarẽ nũtiũ exoptabile. Terẽ. in An. Continuo ad te properãs percurro. Do. Vide quãtũ pperãs & percurro vt cõtinuationẽ curſus oſtẽderet. Quãdoq; percurrere eſt p aliquẽ locũ currere ſiue diſcurrere. Aug. per tranſlationẽ. Vt quid opus eſt multa percurrere & multa vana hęreſum enumerare. Quãdo q eſt neglígẽtius & curſim ptranſire. Cic. lib. ij. de Ora. Et multo apertius ad intelligendũ ſi ſic conſtruitur aliquando ac non iſta breuitate percurritur.

¶ Percuro. as. pen. pro. perfecte ſano. Curtius. Percurato vulnere acrius obſidioni inſtitit.

¶ Perculſus participiũ a percello. ſæpius ad animũ refertur. Greg. Vna mulieris voce perculſus dñ mori timuit vitã negauit. Percuſſus ad corpus fit a percutio.

¶ Percudo. is. pen. pd. perfecte cudo & quaſi frango. Col. li. ix. Animaduertat auiarius an pulli roſtellis oua percuderint.

¶ Percutio. is. penultima correpta. percuſſi percuſſum ex per & quatio. q. in c. mutata: & abiecta a. ſignificat ferio. Cuius compoſitum eſt Repercutio. Ambr. lib. j. Offi. Cum malediceretur non remaledixit: cum percuteretur non repercuſſit.

¶ Perdo perdis perdidi perditũ. ex per & do ſignificat amitto: quaſi nimis do. Qui aũt nimia dat: quicqd habebat amittit. Hier. li. j. Re. Et de aſinis quas perdidiſti ne ſollicitus ſis: quia inuẽtę ſunt. Et perdere eſt perimere: quoniã quę amittunt quaſi mortua nobis eſſe videntur. Terẽ. Dij te perdãt. Huius cõpoſita ſunt Deperdo qđ eſt in totũ perdo. Caius ſcribit deperditũ dici qđ in natura rerũ eſſe deſijt. Diminutum qđ vſu raptum eſt. Diſperdo conſumo vel varie perdo. Plau. in Tri. Pręterea aliquantum animi cauſa in delitijs perdidit.

¶ Perduo veteres dixerũt p perdo. a quo Perduaxo. Plau. Dij te deęq; omnes pduaxint cũ iſthoc homine.

¶ Perditus. a. ũ. amiſſus. Et perditus qui ita alicui perturbationi aut vitio ſubiacet vt inde ſe eximere nõ poſſit. & qui omni vitio cõtaminatus eſt ita vt de eo nulla ſpes habenda ſit: perditus dicitur. Perditũ enim dicũt quod interijt ac recuperari nõ poteſt. Cic. lib. ij. officio. Dum homines perditi haſtam illã cruentã & meminerint & ſperabunt. Perditum perdamus plus ſignificat q̃ perdamus ſolum. Eſt enim exaggeratio quędã Ciceronis. Terẽ. Ne puerum perditũ perdamus. hoc eſt ne ex infeliciſſimo infeliciorem faciamus.

¶ Perdite amare: eſt vehementer amare.

¶ Perdix auis nota a perdẽdo dicta. Nã vt Amb. Irenæo ſcribit. Hęc auis dicit eſſe plena fraudis & fallacię: quę decipiẽdi viatoris vias calleat atq; artes nouerit vt eũ a pullis auertat ſuis. Certe ſi inſiſtere aduertit: tã diu illudit q̃ diu ſoboli fugiendi ſignũ tribuat & poteſtatẽ: quã vbi euaſiſſe ſenſerit: tũc ſe & ipſa ſubtraxit: & lubrica arte deceptũ inſidiantẽ relinquit. De hac Hier. ad p̃ſidium. Perdix aliena oua calefacit furatis ſuis. Sed cũ creuerint in nido: pulli euolant: & ad parentes ſuos redeunt: mentitũ parentẽ omittentes: perdices ſibi inſidiantur. Et ſi afferant illos ad ſyluã qui eos habent vocem emittũt abſconſi: & ſic cæteri veniũt: & retibus capiuntur. plus pedibus q̃ pennis fugiunt aucupantes. Et ſi ad hoc fuerint vt capiantur: ſibi ſimilẽ colore lapidem quęrunt: & ibi ſe ſupinos ponunt.

✱ Perdiciũ herba eſt qua perdices p̃cipue veſcunt. Cc.

¶ Perdius. ex per & dius quod eſt dies. & is dicitur qui per diem vigilat. ſicut Pernox: qui per noctẽ vigilat. Gel. li. ij. Stare ſolitus Socrates dicitur pertinaci ſtatu perdius atq; pernox a ſummo lucis ortu ad ſolem alterum orientem inconniuens immobilis iiſdẽq; in veſtigijs & ore atq; oculis in eundem locum directis cogitabundus tanq̃ quodã ſeceſſu mentis atq; animi facto a corpore. i. per diem & per noctẽ. Sene. Id perdius pernoxq; agebat. Sic interdius intra diem vel per diẽ: q a nulla vigilationis propria ſignificatio ineſt. Dius autẽ pro die ponitur in compoſitione. & nomen eſt & nominatiui caſus. Sicut noctu p nocte. Plaut. in Mer. Neq; cõquieſcam vſq̃ noctu neq; diu: prius profecto q̃ aut amicam: aut mortem inueſtigauero.

¶ Perdono. as. ſignificat remitto. Augu. in interpretatione p̃a. Expectans. Recedis a peccatis perdonabit peccata.

¶ Perduellis hoſtis dicit. Plau. in Am. Perduelles penetrant ſe in fugam ibi noſtris animus additus eſt.

¶ Perduellio crimen lęſę maieſtatis: aut reipublicę. ſeu is qui ita læſit. Cic. lib. ij. offi. Nam pirata nõ eſt ex perduellionũ nũero diffinit⁹: ſed cõmunis hoſtis omniũ. Vlpia. p crimine ſumpſit. Qui perduellionis reus eſt: hoſtili animo aduerſus rempublicam vel principẽ animatus eſt. Antiqui perduellem dicebant quem nũc dicunt hoſtem: & tunc hoſtis ſignificabat peregrinũ qui ſuis legibus vteretur.

¶ Perduco ad finem vſq; duco. Ci. in Cato. M. quidẽ Val. coruinũ accepimus ad centeſimũ annũ vitam perduxiſſe. Aliquando perducere eſt per vim ducere. Inde perductores a Cice. in Ver. dicti ſunt. qui vt Aſco.

inquit:in hoc differunt a Lænonibus q Lenones ſunt ſcortorũ:perductores etiam inuitarũ perſonarum.

¶Peredo.pen.cor.ex per & edo.es.vehementer edo.a quo peredia.æ.ipſa comeſtio.

¶Peregre.pe.cor.ſignificat peregrinando.Et eſt communetam ſignificãtibus quietem q̃ motũ:vt Peregre ſum:peregre veni:peregre vado.Aug.lib.ix.cõ. Frater autem meus quiddam locutus q eam nõ peregre: ſed in patriã defungi felicius optaret.i.in peregrinatione.A loco.vt apud Plau.in Am.Ita peregre veniens hoſpitio publicitus accipiar.

¶Peregrinus aduena & aliena loca peragrans.a pagro peragras. Et differt ab hoſpite q peregrinus ſimpliciter eũ ſignificat qui in ſua ciuitate non eſt. Hoſpes qui in aliena ciuitate eſt.Antiqui tamẽ peregrinos dicebãt hoſtes. Ambr. Aduerſarios molli veteres appellatiõe nominabant.Hoſtes enim antiquo ritu peregrini dicebantur.Peregrina ſacra dicta ſunt quę ex alijs vrbibus religionis gratia ſunt aduecta.

¶Peregrinor pen.pd.depo.abſolutum ſignificat per aliena loca peragrans proficiſcor.

⁎ Peremptorium edictum tribus edictis ppoſitis: vel vno pro tribus fieri ſolebat: & qui hoc ſpernebat contumax dicebatur.Cc.

¶Perendie.ſignificat qđ vulgo dicit̃ poſt cras. Ci.ad Atticũ.Scies igitur cras ad ſummũ perendie.Hier.ad Pã.Vt qđ hodie non merui:cras vel perendie merear. Vnde perẽdinus dies abhinc tertius.Cæſar.Qui ſi per te liceat perendino die cum proximis hybernis coniunctũ cõmunem cum reliquis caſum belli ſuſtineãt. Hinc Comperendino.as.

¶Perennis & hoc perenne ſine h.ex per & annus mutatis litteris:quaſi per annos durans.i.perpetuus.Inde fit Perenno.as.

¶Perenno.as.per annos duro.Col.li.j. Sed & tẽperet vires clemẽtia cũ & terribilior debet eſſe q̃ ſeuior vt obſequant̃ eius imperijs & diutius perennent boues non confecti vexatione ſimul verberũ operũq;. Idẽ lib.iij. Roſa hoc modo culta multis annis perennat.

¶Perennitas:ipſa duratio.Idem.Nam ea cœli poſitio maxime frigida & minime humida eſt: quę vtraq; perẽnitatem conditis frumentis afferunt.

¶Pereo.is.iui.vel perij peritũ ſecundum analogiam. Componit̃ enim ex per & eo qđ facit itũ. ſed nuſq̃ legi cum tamen periturus habeatur. Aug. ſuper Io. Tanq̃ eẽnt ab illo perituri merito turbant̃. Et ſignificat perire amitti.Hiero.in lib.Re.Perierant autẽ aſinę Cis patris Saul.Quãdoq; Abſumere butar vta. Teren.in Adel. Nempe tua arte viginti minæ p pſaltria periere. Vnde et pro mori ſumit̃:quaſi in totũ ire:q qui perit prorſus abit.Plyn.lib. vij. Tu qui te deũ credis aliquo ſucceſſu tumens tanti tum perire potuiſti? Atqui etiã hodie minoris potes:quãtulo ſerpẽtis ictus dente:aut etiam vt Anacreon poeta Acino vuæ paſſę:vt Fabius ſenator pretor io lactis hauſtu vno pilo ſtrãgulatus. Huius cõpoſita ſunt Depereo & Diſpereo.

⁎ Perfacul veteres dixerunt pro facile. Cc.

⁎ Per fas & nefas prouerbiale tractũ ab his qui quauis voti compotes effici contendunt. Cc.

¶Perfrico.as.pe.cor.valde frico. Perfricare vero os ſeu frontẽ:ſignificat pudorẽ deponere.Nam cũ in pudibundo ſanguis diffundatur ex corde in faciem tanq̃ velamentũ:qui impudibũdi ſunt & inuerecundi & erubeſcere videri nolunt: hi ſolent os & frontẽ perfricare ad ruborẽ illũ digerendũ & ſanguinẽ ad interiora repellendũ.Hinc facta eſt locutio puerbialis de inuerecũdo: vt dicat̃ Perfricuit os:perfricuit faciem:perfricuit frontem.pro eo quod eſt pudorem abiecit.Cic.lib.iij.Tuſc. Quid tergiuerſamus:nec fatemur eam nos dicere voluptatem quã tu idem cum os perfricuiſti ſoles dicere. Ply.Perfricui faciem nec tamen pfeci.Mar.Et ſi perfricui frontem poſuiq; pudorem.

¶Perfero.pe.cor.vſq; ad conſtitutum finem fero.Ci. Sed nuntius ille qui litteras accepit non pertulit. Alibi pro denuntiare poſuit:vt in epiſtola ad Cælium.In his ſum locis quo & ppter longinquitatem:& ppter latrocinia tardiſſime omnia perferuntur.i.portantur vel denuntiatur. Aliquando patior. vt Diram crucem pro nobis Chriſtus pertulit.

¶Perfidus.pe.cor.qui fidẽ violat ſiue pdit.Virg.li.x. Nunc pelagi nymphæ claſſis tua perfidus vt nos Pręcipites ferro Rutulus flãmiſq; p̃mebat. Hinc Perfidia et perfidioſe.Cic.lib.j.ad Herẽ. In odiũ adducemus ſi quid eo; ſpurca & ſuperbe perfidioſe crudeliter confidenter malitioſe flagitioſe pferemus. Inuenitur etiam Perfidus. pen.pducta.a fido.is.pro eo cui multum fidendum eſt: ſicut Infidus cui non eſt fidendum.

¶Perfructus a Perfruor.Ci.ad Hortẽ. Et amœnitate loci perfructus eſt.

¶Perfuga.pen.cor.qui ad hoſtes perfugit vel tranſfugiendi morem perfecte nouit. Cic.lib.iij.offi.Perfuga ab eo venit in caſtra Fabricij.

¶Perfugium locus vtiliſſimus quo nos in vexatione aut calamitate recipere cõtendimus q̃uis id nõ minus apud homines ſit.Apul. Perfugium facinoroſorũ hominũ.Liui.li.ij. Itaq; in medio prope iam victores cęſi et vſti pars perexigua duce amiſſo quia nullũ propius perfugiũ erat Romam inermes & fortuna & ſpecie ſupplicum delati ſunt.Transfertur etiam ad alia:vt ad litteras.Cic. Itaq; vtor eodem perfugio quo tibi vtendũ cenſeo litterulis noſtris.

¶Perfunctorius.a.um.a perfungor:ſignificat qđ cito et leuiter tranſit.Amb.li.de paradi. Cognoſcere vtiq; non ſola & perfunctoria ſcientia eſt:ſed in eorum operatione quæ oporteat fieri.Hinc perfunctorie quod eſt tranſitorie & inaniter.Idem lib.hexa.De naribus quid loquar?quæ biuio & procero foramine antrum quoddam recipiendis odoribus pręſtant vt noo perfunctorie odor tranſeat:ſed diutius inhęreat naribus & earum ductu cerebrum ſenſuſq; depaſcat.

¶Perga:oppidum in Pamphilia.a qua Diana pergæa dicta eſt propter templum illi dicatum.

¶Pergamũ ſiue pergamus:ciuitas Aſię inſignis. quę diu ſub Attalicis regibus fortunata fuit:& poſtea Romanorũ prouincia facta eſt.Apud quã Chartę vſus inuẽtus eſt quę nũc quoq; vulgo Pergamena dicitur.ab Attalo:vt Helian⁹.vel ab Eumene vt Ply.ait.Ex Pergamo Galenus medicus celebris:& Appolodor⁹ orator fuit q artes cõſcripſit:& Appolodoriã ſectã introduxit:& Auguſti Cęſaris magiſter fuit. Et diſcipulum memoratu digniſſimũ Dionyſium ciuem ſuũ cognomine Atticũ qui ſermones & hiſtorias conſcripſit:edocuit. Eſt & Pergamũ Idæ promontorium.

¶Pergama pergamorum arces Troianæ:quę quoniã altiſſimæ erant: omnia alta ædificia Pergama ſunt appellata. Vnde non immerito vrbs Ciſalpinę Galliæ ex qua ego ortum duxi Pergamum dici poſſet: q in edito ſita ſit.Sed Plynij auctoritas nõ paruipẽdenda fuit: qui Bergomũ per b.& o.ſcribit:& eius incolas Bergomates appellat.

¶Pergo pergis perrexi.ex p & rego: ſignificat vado. Ply.Mox vbi plumb⁹ eodẽ modo ſa corijs loricauit in dimicationẽ pergit.Quandoq; proſequor perſeuero ſiue procedo.Terẽ.in Adel. Nã ſi moleſtus eſſe pergis.

Virg. O dea ſi prima repetens ab origine pergã. Q uãdoq; Ago. Idem. Pergite pierides. Q uãdoq; Feſtino. Terẽ. in Phor. Domũ ire pergã vbi plurimũ eſt. Q ñq; Conor. Idẽ in eadẽ. Hoc vbi ego audiui ad fores ſuſpẽſo gradu placide ire perrexi. Hinc componiť Expergo qđ ſignificat expergefacio. Actius. Heus vigiles pro parte expergite pectora tarda ſopore. Sipontinus cõponi putat ex per & ago: ſed vt opinor fallitur. tũ quia præteritum perrexi facit ſecundum analogiam ſimplicis rego. non peregi. quod eſt a perago. tũ quia perago compoſitum habetur ab ago.

¶ Pergræcor. aris. epulis & potationibus inſeruio qđ eſt græcorum proprium. Titi. Hominem impurum nũcrum pergræcatur.

¶ Pergula locus apertus a multis lateribus aerem excipiẽs. aliquãdo extra parietẽ porrectus: & modo tect⁹: modo ſub dio expoſitus. a pergendo dicta q̧ in ea deambulare ſoleamus: forũq; aut hortũ: aut plateas: aut vias perſpectare. & quãdoq; coenare. In pergulis p̄ceptores diſcipulos erudiebant: alijq; artifices opera ſua velut in ꝓpatulo habebãt. Vñ Sue. de Craſſicio grammatico. Deinde in pergula docuit. Ply. de Apelle. Idẽ perfecta opera ꝓponebat in pergula tranſeũtibus: atq; poſt ipſam tabulã latens vitia quę notarẽtur auſcultabat. Eſt & pergula ordo ac coetus miniſtrorũ obedientiũ ſtructori. Iuue. Sed nec ſtructor erit cui cedere debeat omnis pergula. i. pergẽtium ordo. Item in naui pergula diciť excurſus per totã nauim. & alio nomine portiſculus appellať. In vineis vero topiariũ opus ſignificat. Col. Si quę pergulæ vitiũ generoſarũ a putatorib⁹ relictæ ſunt ante Kalendas Apriles vtiq; deputari debent. Ply. etiam vitium generoſarum pergulas p̄cepit quinquatribus eſſe putandas.

¶ Perhibeo. es. penulti. cor. ex per & habeo: ſignificat dico & firme teneo. Col. lib. iiij. India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Interdũ perhibere eſt dare. Idẽ in eodem. Eius rei teſtimoniũ tu præcipue Syluine perhibere nobis potes. Q uãdoq; pretium denotat eo modo quo vendo. Plaut. in Perſa. Eodem mihi pretio ſal perhibetur quo tibi.

¶ Peri p̄poſitio gręca: modo ſignificat de: modo vltra modo circũ. a qua multa per compoſitionem fiunt.

⁎ Periander fuit vnus ex ſeptẽ ſapiẽtibus Gręcię. Cc.

¶ Peri archon. ſignificat de principijs ſiue principalibus. περὶ eñ ſignificat de: ἀρχῶν principijs. licet ſit genitiui caſus: quia græci carent ablatiuo. Scripſit Origenes librum Peri archon inquit Hiero. qui ſunt re vera alias obſcuriſſimi & difficillimi. De rebus ibi talibus diſputat: in quibus philoſophi omni ſua ætate cõſumpta nihil inuenire potuerunt.

¶ Peribolus. penu. cor. latine circuitus. Dicitur & Peribolum. a περιβάλλω circũeo.

¶ Pericope. pe. cor. amputatio cõciſio diciť. Hiero. ad Pãma. Aut ſi tu quoq; narẽ contraxeris illam apoſtoli περικοπὴν .i. amputationẽ: in qua de virginitate & nuptijs diſputat alter differere compelleris.

¶ Pericles nomẽ viri clariſſimi Athenienſis q rẽp. xl. annis gubernauit. ex περὶ & κλέος gloria.

¶ Periclymenes. nomen filij Nerei & fratris Neſtoris.

¶ Periculũ a pereo deduci videť & ſalutis diſcrimen ſignificat. Virg. Obſcœnamq; famẽ quę prima pericula vito. Aliquãdo diciť experimentũ: quia rarũ eſt tentamẽtũ ſine periculo. Ter. in Eu. Fac periculũ in litteris. Et ſic a perior antiquo verbo ſecũdũ Ser. deriuať: ſicut a fero ferculũ. Hinc Periculoſus. a. ũ. qđ eſt cũ periculo Cic. lib. j. offi. Grauioribus autẽ morbis periculoſas curationes & ancipites habere coguntur.

¶ Periculor: periculum ſubeo. Cato. Periculatus ſum.

¶ Periclitor. pen. cor. idem qđ periculori vt Periclitor fama: capite. hoc eſt periculũ ſubeo iſta perdendi. Dicitur etiam Periclitor ſiti: quia in periculo poſitus ſum moriendi ꝓpter ſitim. Periclitari etiã ſignificat operiri. Cic. li. j. de Ora. Subeundus vſus omniũ & periclitãde vires ingenij. Plancus. Itaq; potius periclitari volui ſi poſſet mea p̄ſentia & Lepidũ tueri & exercitũ facere meliorem q̄ nimis cautus videri.

¶ Peri hermenias. latine dicitur de interpretatione.

¶ Perihegeſis ambitus. Ply. Poſſidonio qui periplum aut perihegeſin. i. de terræ ambitu.

⁎ Perileucos gemma quę ab ore ipſius gemmę ad radicem vſq; candidum habet. Cc.

¶ Perimetros: latine immenſus: quaſi vltra mẽſuram.

⁎ Perimo quaſi in totũ emo. Nã qđ interficimus a nobis emptum: & noſtri oino iuris factũ eſſe videť: & hac de cauſa interficere ſignificat. Inde Peremptus interfectus. Cc.

⁎ Perimula Indiæ promontorium. Cc.

¶ Perihodus: latine clauſula ſiue circuitus: vel ambit⁹ vel compꝛhẽſio: vel circũſcriptio & cõtinuatio. Nõnũq̄ anfractus & terminus. Nam cõponiť ex περὶ circũ & ὁδὸς via. Eſt eñ vbi plena ſententia eſt. Vnde medici Perihodicas febres vocãt quę certis tẽporib⁹ veniũt. i. abeunt: & quodã quaſi circuitũ facto rurſus redeũt vt ſunt tertianæ & quartanæ. Eſt & Perihodus genus certaminis apud gręcos. Vide in dictione Pentathli.

¶ Periœcus: latine contubernalis dicitur.

¶ Peripatetici philoſophi dicti ſunt a περιπατεῖν. hoc eſt a deambulando. Et περίπατον græci vocant ambulationem. horum princeps fuit Ariſtoteles. Nam in Lycæo inambulans docebat. Hinc commentationes veſpertinas Ariſto. δείλον περίπατον .i. poſtmeridianã ambulationem appellat.

¶ Periphraſis: latine circũlocutio vel circuitio. vt apđ Virg. Et iam prima nouo ſurgebat. &c. cum diem tantum ſignificet. Eſt enim oratio rem ſimplicem circunſcribens elocutione.

¶ Peripheria: circunferentia.

¶ Peripetaſma. atis. genus cortinæ: qua parietes & aulæ teguntur: ſeu tapetia babylonici floris varietate cõſpicua: quæ a Lucretio Babylonica dicuntur: ab alijs aulæa & Attalica. a Capitolino Stromata & Periſtromata. A Varrone bæluata. hoc eſt a bæluis variegata. a Plauto periſtromata.

¶ Periſtroma. pe. pro. quaſi circũſtratũ: idẽ qđ Peripetaſma. Plau. in Pſeu. Ita ego veſtra latera loris faciam vt valide varia ſint: vt ne periſtromata æque picta ſint campanica. Cice. libr. ij. phil. Conchyliatis. C. Pomp. Periſtromatis verſicoloribus perſimiles eſſe ſeruorum in cellis lectos ſtratos videres.

¶ Peripſema. atis. pe. p. qđ græci περίψημα ſcribũt a περιψάω quod eſt circũeo vel circũlino abſtergo & repurgo. Vnde limatura ſiue raſura & purgamentũ dici poteſt. Vnde apud apoſtolũ. Tanq̄ purgamẽta huius mundi facti ſumus omniũ Peripſema vſq; adhuc.

¶ Periplum. i. luſtratum nauigatione circuitum.

¶ Peripheroma quaſi ſupplemẽtum. Figura eſt cum particula aliqua ſententię minime neceſſaria addiť metro. Virg. Multũ ille & terris iactatus & alto. vbi ſine particula ille ſtaret ſenſus: ſed non verſus.

¶ Periphoretos: quaſi circũlatilis: quales appellari ſolent qui in lectica circũferri conſueuerunt.

¶ Peripneumonia περιπνευμονία morbus cum pulmo totus afficitur: & tuſſis ſubſequitur. Q ui hũc morbũ patiũtur Peripneumonici dicũtur. Ply. Mellis qdẽ

natura talia eſt vt putreſcere corpora nõ ſinat: faucib⁹ tonſillis anginæ omnibuſq; oris deſyderijs vtiliſſimũ areſcentiq; in febribus linguę. Iam vero peripneumonicis pleureticiſq; decoctũ. Cũ vehemẽtior eſt difficultas ſpirandi & ſpirare æger ſine ſono & anhelatione nõ poteſt Aſthma vocatur. Orthopnœa cũ ſpirare nõ poteſt niſi recta ceruice ſpiritus trahatur. Dyſpnœa cum difficultas ſpirandi modica eſt.

¶ Periſterotrophiũ locus in quo colũbę habent̃: latine colũbariũ: q̃uis colũbariũ ꝓprie ſit loculamentũ in periſterotrophio ſingulis colũbarũ paribus ꝑparatum. Nã periſteria columba. Inde periſtereos hęrba colũbis admodũ familiaris. Var. lib. iij. de re ruſt. Duo genera earũ in periſterotrophio eſſe ſolent. Vnũ agreſte qđ habetur in turribus ac culminibus villæ.

¶ Periſtereon. idem quod periſterotrophium. Var. Incedunt locum vnũ quod alij vocant periſtereona: alij periſterotrophion: in quo vno ſæpe vel quinq; milia ſunt incluſæ. Periſtereon fit vt teſtudo magna camera tectus vno oſtio anguſto.

⁎ Periſteræ dicunt̃ columbæ domeſticę: & harũ ſtationes Periſteriones vocamus. Cc.

¶ Periſcelis. idis. ornamẽti genus circa crura quo mulierum greſſus componi ſolebant: vt docet Porphy. enarrãs illud Hora. Sępe periſcelidem raptã ſibi flẽtis. Fit autem ex περὶ circum σκέλοσ crus. Hie. in li. nu. Ob hanc cauſam offerimus in denarijs domini ſinguli quod in ꝑda auri potuimus inuenire periſcelides & armillas anulos & dextralia & murænulas: vt depreceris pro nobis dominũ. Idem ad Fabiolam ſcribit Periſcelides a latinis vocari fœminalia: ſeu brachæ quibus pudenda velantur.

¶ Periſſologia: ſuperflua locutio. vt ſi dicamus. Felix ſit & minime ꝑeat Cæſar. Nam περισσὰ ſuperflua: λόγοσ locutio.

¶ Periſtylus: locus clauſus columnis. Periſtyliũ quaſi circũcolumniũ. περὶ circũ: ςύλοσ columna. Eſt autẽ locus circũquaq; porticũ habẽs: vel ſaltẽ a tribus lateribus. Vict. Periſtylia in tranſuerſo tertia parte lõgiora ſint q̃ introrſus. Itidẽ Tetraſtylos. Heſtylos. Octoſtylos. dicunt̃ a Vict. loca a numero columnarum.

¶ Perizoniũ. palliolũ ꝑcinctũ quo nudę virgines infra papillas ꝑcingunt̃. hoc & ꝑcinctorium & caſtula dicit̃.

¶ Perizoma. atis. dicit̃ omne quod circũcingit pudendorũ velamen. vt in Gen. Fecerunt ſibi perizomata. Item dicitur & lumbare & bracha.

¶ Perillus. Athenienſis faber ingenio ꝑſtans qui taurum ex ære fabricauit in quo reus clauderetur vt Phalaridi placeret.

¶ Perinde. ex per & inde cõpoſitũ eſt: aduerbiũ ſimilitudinis. Significat eñ ita. Cic. lib. iij. tuſ. In quo facetũ illud Bionis ꝑinde ſtultiſſimũ regẽ in luctu capillũ ſibi euellere quaſi caluicio mœror leuaretur. Sue. in domi. Nulla tamẽ re ꝑinde motus q̃ reſpõſo caſu Aſchetarionis mathematici. Aliqñ ſignificat pariter ęque. Plyn. Iunior. Fun⁹ Rufi clariſſimi: & ꝑinde feliciſſimi. Sue. in Cæſ. Quę ſiquis inueſtigare & pſequi vellet: quartã elementorũ litterã. i. d pro a. & ꝑinde reliquas cõmutet. Aliqñ multũ ſeu valde admodũ. Idẽ in Galba. Quare aduẽtus non ꝑinde gratus fuit. Et de Aug. Coxendice et femore & crure ſiniſtro nõ ꝑinde valebat: vt ſępe etiã inde claudicaret. Ci. Ter. Te & Dolobellam ꝑinde diligo. Aliquãdo ponit̃ ꝓtanq̃. Et ſic plęrũq; habet poſt ſe ac vel ac ſi vel atq; ſi: vt Fac ꝑinde ac ſi rus tes eſſet. Et faueo rei tuæ perinde ac meæ. Aliquãdo ſignificat per hunc modum. Teren. in Phor. Sexcentas perinde potius ſcribito mihi iam dicas.

¶ Perintus vrbs Thraciæ quæ nunc Heraclia dicitur.

⁎ Inde Perinthius. a. ũ. vt Perinthia Menandri. Terẽt. Menander fecit Andriam & Perinthiam. Cc.

¶ Perito. as. pe. cor. frequẽtatiuũ a pereo. ex per & ito. De ſimplici Gel. Ne quo ad cœnam niſi ad certas perſonas itaret. De compoſito Plaut. in cap. Qui per virtutem peritat non interit.

¶ Perithous: nomen viri proprium.

¶ Periurus qui iuſiurandũ violat: vel qui iurando ius peruertit. Virgil. Talib⁹ inſidijs periuriq; arte Sinonis. Periuriũ eſt iuſiurandũ violatũ. Quid aũt ſit iuſiurãdũ Cic. li. iij. offi. declarat dicens ꝙ ſit affirmatio religioſa. Idem ibi. Regulus nõ debuit conditiones pactioneſq; bellicas & hoſtiles perturbare periurio.

¶ Perrhæbi: gens Epirotica. Prop. Aut cur perrhæbi tremuere cacumina Pindi.

¶ Perlego. pe. cor. multũ: ſiue a principio ad finẽ vſq; lego aut video. Plaut. in Aſina. Lege perlege. Quint. Quod videre non eſt ſatis ſed perlegendum erit. Virg. Quin protinus omnia perlegerent oculis.

¶ Perlucidũ & Pellucidũ a perluceo vel pelluceo: per mutationẽ r. in l. ſicut perluo & pelluo: perlicio: & pellicio. Et eſt id per cuius mediũ oculos dimittim⁹ atq; videmus: vt aqua laterna vitrũ. Refertur etiã ad mẽtem. Plau. in aul. Is pellucet quaſi laterna punica.

¶ Perluo: multum lauo. Col. Cum vino perluitur os.

¶ Permano. as. pe. pro. ad finẽ mano deſcẽdo. Ci. li. j. de natura de. Nec eſt qđ ab his ad hominũ vitã permanare poſſit. Idẽ li. iiij. tuſ. Nam cũ eſt cõcupita pecunia nec adhibita continuo ratio quaſi quędã ſocratica medicina quæ ſanaret eam cupiditatẽ: permanat in venas et inhæret in viſceribus illud malum. i. deſcendit & penetrat. Plau. in cap. per tranſlationẽ poſuit ꝓ vulgare. Ne arbitri dicta noſtra arbitrari queãt: neue permanet palam hæc noſtra fallacia.

¶ Permaneo. es. pen. cor. vſq; ad finem maneo. Ply. Iunior. Tunc demũ lente cunctãterq; veniũt: nec tamẽ permanent: ſed ante finem recedunt. Per tranſlationẽ ponitur pro perſeuerare. Terẽ. in Hecy. Vnde ira inter eas interceſſit quæ tam permanſit diu.

¶ Permitto: ſino. vt Permitte me legere. Interdũ dedo. Curtius lib. j. Sexaginta dierũ inducias pacti vt niſi intra eos auxiliũ Darius ipſe miſiſſet dederent vrbẽ. poſt q̃ nihil inde ꝑſidij mittebat̃ ad præſtitutũ diẽ permiſere ſe regi. Interdũ incito. Siſen. li. iij. Et inde equũ concitatũ princeps ad hoſtiũ permittit aciem. Interdũ præcipito. Idẽ. lib. iiij. Multi ꝑmiſſis armis ex ſummo ſe permitterẽt. Interdum cõmitto. Sal. Ea poteſtas per ſenatũ more Romano magiſtratui maxima permittit̃. Idem. M. Petreio legato exercitũ permittit. Et permittere eſt quaſi ad finem mittere. Col. lib. viij. Hoc genus caſei poteſt etiam trans maria permitti.

¶ Permeſſus: fluuius Bœotiæ ex Helicone prouenĩẽs phœbo & muſis ſacer. Virg. in Sileno. Tum canit errãtem Permeſſi ad flumina gallum. Declinatur etiã. hic permeſſis. idis. vel idos. Mar. Quid tibi cum cyrrha? quid cum permeſſidos vnda?

¶ Pernæ a pede vel a græco πτέρνα dicũtur tã priores q̃ poſteriores coxæ porcinæ ſalitæ cum toto pede quos Mar. petaſones appellat. Plyni. Caſtrantur ſues poſt bidui mediũ ſuſpẽſę pernis prioribus. Quidã dicũt pernam proprie pedem ſignificare. quo vocabulo Hiſpani nũc vulgo vtũtur. a quo pernæ ſuillę. Vnde & compernes qui ſunt longis pedibus. Ab huius pernæ ſimilitudine piſcis quoq; genus perna dictus eſt ex cõcharum genere circa Pontias inſulas frequẽtiſſimũ: ꝙ ſtent veluti ſuillo crure longo in arena defixi.

¶ Pernio: morbus pedũ ex nimio frigore proueniens et calcaneũ infeſtans pręcipue. Ply. Rapum domeſticum perniones feruens impoſitum ſanat: & crudum tuſum cum ſale prodeſt cuicũq; vitio pedũ. Huius diminutiuũ eſt perniunculus. Idem. Perniunculos curat et Cotyledon cum axungia.

¶ Pernix. icis. p. pro. a Pernitor. ris. qui nimiũ nititur. Vnde aliquãdo ſumit̃ pro celeri. Virg. li. iiij. Pedibus celerẽ & pernicib⁹ alis. Aliquãdo pro nimiũ perſeuerãte. Idem li. iij. Geo. de tauro ferociẽte. Et inter Dura iacet pernix inſtrato ſaxa cubili. Hiero. ad Deme. pro vtroq; ſignificato poſuit. Equorum curſu a clamore pernicior fit. Hic pernicior & perſeuerantior intelligi poteſt. Pernix vero pernicis. pe. cor. a Perneco. as. fit ꝓ pernicioſo. Et in fœminino genere ſumitur pro morte.

¶ Pernicitas velocitas. Ply. Alibi cauda villoſa homines naſci pernicitatis eximię.

¶ Pernicies: mors. a Perneco. Neco autẽ a Nex. Hinc Pernicioſus pro mortifero.

¶ Pernicialis: mortalis. Plyn. Pernicialia & Braſſicę cũ vite odia.

¶ Perniciabilis: ad necem omnia ducẽs. Liui. Multos exinaniuit rigor niuis inſolitus: multorum exuſſit pedes: plurimorũ pręcipue perniciabilis fuit.

¶ Pernox generis ois: ſignificat per noctẽ: non q; tota nocte nunq̃ dormiat. Ply. de luna ſic inquit. Creſcens ſemper aut ſeneſcens: & modo curuata in cornua: modo æqua portione diuiſa: modo ſinuata in orbem maculoſa: eadẽq; ſubito ꝑnitens immẽſa orbe pleno ac repente nulla: alias pernox: alias ſera: ex parte diei lucem ſolis adiuuãs: deficiẽs: & in defectu tamen conſpicua. Cũ eñ dicat alias pernox: alias ſera: & ſera idẽ ſit quod tarda: pernox cita ſignificare conuenit. hoc eſt vt ego ſentio nocte modo ad ſurgẽdũ cita: modo tarda. Alterũ eñ ex altero declarat̃. Liui. lib. v. Prælũq; ante lucẽ ſed luna pernox erat: commiſſum eſt: & haud incertius diurno ꝑliũ fuit. Hic pernox ſignificat q; luna per totã noctem erat: ſiue lucebat. Hinc Pernocto.

¶ Pernocto. as. per noctẽ moror: verſor. vigilo. oro. quieſco. ambulo. ſto. habito. dormio: vel quicq̃ aliud facio ſiue bonũ id ſit: ſiue malũ. Non aũt totã noctẽ in ſomnẽ duco. Hoc eñ rariſſime euenit: vt quis per totã noctẽ euigilet. Vñ illud Terẽ. in Adel. Sed ſi hic pernocto cauſę qd dicã Syre? ita interꝑtor. Si hic ꝑ noctem moror: nõ aũt ſi vigilo per totã noctẽ. qd ad rẽ nõ pertinet: cũ ille de pernoctatione ſua in vrbe qui ruri pernoctare ſolebat loquat̃ ne pater ſi rure ſe abſentem noctu deꝑhenderet ſuſpicioſus exquirat cur nõ rus redierit. Et illud in Hecy. Nam negabas nuptũ filiã te tuã poſſe pati cũ eo qui meretricem amaret & pernoctaret foris. Ci. pro Cluentio. Cũ eſſet adoleſcens apud mulierculã quandã atq; ibi pernoctaret .i. per noctem moraretur. Idem pro Archia. Adoleſcentiã agũt: ſenectutẽ oblectant: ſecundas res ornant: Aduerſis perfugiũ atq; ſolatium prębent delectant domi: nõ impediũt foris: pernoctant nobiſcum peregrinantur ruſticãtur .i. hoſpitãtur per noctẽ morant̃: verſantur: ſtãt: & huiuſmodi vt pernocto ſit quicquid generatim per noctẽ fieri poſſit. Idẽ pro domo ſua. Propter inopiã tecti in foro pernoctans. i. dormiens. Pompo. Pernoctare extra vrbẽ dicitur qui nulla parte noctis in vrbe ſit. Eſt & Abnocto qd ſignificat per noctẽ ſeu noctu abſum. Ser. in lib. v. æn. Hoc etiam illa lex iuris indicat q; cũ tribuno plę. abnoctare ab vrbe nõ liceret. Licebat tamẽ exire poſt noctem mediam & ante mediam reuerti.

¶ Pero genus calceamẽti ruſtici ex corio crudo cõtra niues hymbreſq; ac frigora. q; Perã veteres pellẽ dicebãt pẽdẽtẽ a collo ad lũbos. Iuue. Quẽ non pudet alto per glaciẽ perone tegi. Virg. li. vij. priſcos latinos perone in bellis vſos oſtẽdit. cũ inqt. Veſtigia nuda ſiniſtri Inſtituere pedis: crud⁹ tegit altera pero. Vict. vero. Ex vlua inqt paluſtri factis ponib⁹. Vbi q̃ſi ꝓ culeo & vtre accepit. Pero ẽt fuit nomẽ Nelei filij. & frater Neſtoris.

¶ Peronat⁹. qui Perones aſſumpſit. Perſius. Nauim ſi poſcat ſibi peronatus arator.

¶ Peroſus: ex per & oſus. Oſus aũt participiũ eẽ puto verbi odio ꝓ quo defectiuũ odi manſit in vſu. Vñ oſor verbale. Nã ſicut a prandeo prãſus ſum cũ tñ & prandi dicamus: ita & oſus ſum ab odio capim⁹ ꝓ quo eſt odi pñtis & ꝑteriti pfecti tẽporis. Ter. in Adel. Et illud rus nulla alia cauſa tã male odi niſi q appe eſt. Plau. in cap. Odi ego aurũ: multa ſæpe multis pſuaſit perperã. Capiũtur ſimiliter Oſus exoſus & peroſus: & actiuę ſignificationis ſunt & participia. qd oſtẽdit oſurus futuri tẽporis. Exẽpla oĩm pferã. Feſt⁹ ſcribit Oſi ſũt ab odio declinaſſe antiquos: teſtis. C. Graccus in ea q̃ eſt de lege Minutia cũ ait. Mirũ ſi quid his iniuriæ fit ſemp eos oſi ſunt. qd nũc quoq; cũ ꝓpoſitione elatũ frequens eſt cũ dicimus peroſi. Col. li. x. Neq; ea curatorẽ fraudulẽtũ tantũ: ſed etiã immũdã ſegniciẽ peroſa eſt. Quinti. libr. j. Qui modo legitimam diſciplinã nõ ſunt peroſi. Plau. in Am. ſimplici vſus ẽ. Inimicos ſemp oſa ſum. Verbali autẽ in Aſi. Madidum. nihili. incõtinentẽ atq; oſorẽ vxoris ſuę. Exoſus. Virg. lib. v. poſuit. Iuppiter omnipotens ſi nõdum exoſus ad vnũ Troianos. Exoſus paſſiue etiam dicitur ab Eutropio.

¶ Perogigamus. qui admittit vt ſaltat equam: Eo eñ adiutante equa alligata celerius admittitur. Var. lib. ij. de re ruſti. perogitam appellat.

¶ Peroro. as. finio perago ſiue vſq; in finẽ dico ſicut dicimus orare ſignificare ſiue dicere. Lactã. lib. v. Cũ q̃ Tertullianus eãdẽ cauſam plene perorauerit in eo libro cui Apologetico nomẽ eſt. Ci. lib. ij. de legibus. Video Platonẽ idẽ feciſſe oẽm q̃ſ orationẽ ei⁹ de legib⁹ peroratũ eſſe vno ęſtiuo die. Hoc tñ verbũ ſignificat perfecte ſiue quãtũ perfecte poſſum oro. Vnde peroratio dicit̃ finis orationis. Sed quia in hac parte vtimur plęrunq; affectibus: ideo vſurpamus plęrũq; perorare pro ipſa affectuũ cõmotione. Quintilia. At iſta legẽ recitat: & in cadauere filij perorat. i. indignationem cõmouet.

⁎ Perorri populi ſunt Aethiopiæ non multum remoti ab Atlante monte. Cc.

⁎ Perotta genus Carthæ nuper inuentæ. Cc.

⁎ Perotti a perontibus dicti ſunt. Cc.

¶ Perpendo. is. prope examino. Vide in dictiõe Pẽdo.

¶ Perpenſe aduerbium ſignificat prope examinate ac ponderate. Amb. lib. de Caim. Ex quo cognoſcit̃ nec illud ocioſe ſcriptum: ſed perpẽſe & examinate qd legimus in regnorum libris.

¶ Perpendiculars geometriæ vocãt qd recte in aliqd incidit. vt radij ſolis recte ex alto in aquã deſcẽdentes perpendiculares appellantur. illos integros: hos cõfractos in aqua videmus apperere.

¶ Perpendiculũ inſtrumẽtum fabri materiarij ſeu cæmentarij quo plũbo a filo & gnomone pẽdẽte rectitudo ſeu obliquitas operis perpenditur .i. examinatur. Aſcon. Perpendiculũ linea laterũ æqualitatẽ a ſummo ad imũ latitudine probans. Cic. li. ij. Acad. Atq; ſi crederemus nõ egeremus perpendiculis: nõ normis: non regulis. Perpendiculi inuentor fuit Dædalus.

¶ Perpetro. as. pe. cor. ex per & patro. ſignificat perficio & plęrunq; in malam partem.

¶ Perpes. etis. pe. cor. generis omnis idem qd perpetuus. a quo fit perpetim. perpetuo.

¶Perpeto is.pe.cor.ex per et peto.ſignificat cõtinuo .i. valde et ſine intermiſſione peto: perago: pficio. Vnde Perpetem et Perpetuum dicimus integrum: ſolidũ et nunq̃ interruptum.

¶Perperi penul.cor.indocti: ſtulti: praui: mendaces. Actius. Deſcribere eum inter perperos popularis.

¶Perperam pe.cor.aduerbiũ ſignificat praue: pueſe Plaut. Quid tu ſemper agit perperam. Exponũt pperam petulanter ſeu inconſtanter. vt eſt illud Apoſtoli Charitas non agit perperam.i. non eſt incõſtans. Perperos enĩ grece inſtabilis eſt et leuis et mẽtis inops. Et haec in eos intendit qui leuitate quadam et incõſtantia pleraq; innouant. Poteris et hoc pacto intelligere. Non agit perperam.i.contumelioſe.

¶Perpetitudo modo prauitatem: modo ſtultitiam ſignificat.

¶Perpero as.deprauo: quaſi nimis exacte paro.

¶Perpetuus a.um. vt accipitur a Theologis id eſt cui et principiũ datur et finis: vt mũdus et homo exterior Sempiternũ qđ ex ſemp et æternũ cõponitur id intelligitur: qđ principiũ habet nũq̃ habiturũ finem. vt ſũt angeli et dæmones et interior homo. Aeternũ qđ nec principiũ habuit nec item finẽ habiturum eſt. vt deus. Quae differentia nulla eſt apud Oratores: vt ex libris Ciceronis de natura deoꝝ: et in Tuſcula. intueri licet. Eſt quando Perpetuũ ſignificet continuũ. Vnde perpetuã orationẽ dicimus continuam. Ouid. Ad mea ꝑpetuum deducite tempora carmen.

¶Perpetuo as.perenno: cõtinuo. Aug. lib. iiij. ciuita. dei. Gaudiũ verum ppetuabatur ex deo in quem flagrabat charitas ex corde puro. Næuius. Miſerũ me cui datũ eſt vt hunc ſolus perpetuem laborem.

¶Perpeſſus qui nimis cum labore & dolore paſſus eſt a Perpetior fit.

✱ Plexa ligata: a quo Perplexa intricata et abſtruſa: et Perplexe aduerbium: hoc eſt implicite inordinate. Et Perplexabile figuratur p quod aliud audit: aliud ſentitur. Plau. Nec vllum verbum facit perplexabile. Cc.

¶Perpluere ſignificat per medium pluere. Quintil. lib. vi. Quum cœnaculum perplueret.

✱Perpol aduerbium iurandi. Cc.

✱ Perq̃ compoſita dictio ſemper poſitiuis adiũgitur: et verbis. Cc.

¶ Perrepto as. frequentatiuum a Perrepo: ſignificat tarde et cum labore incedo. Ter. in Adel. Perreptaui vſq; omne oppidum ad portam et ad lacum.

¶Perrumpo perfecte ſeu per mediũ rumpo. Col. lib. ij. Sic omes radices hærbarũ perruptę necantur. Liu⁹ lib. viij. Qui aliquoties impetu capto prumpere nõ poterat hoſtium agmen detraxit frænos equis.

¶Perſcribo ad finem vſq; ſcribo. Liu⁹. Facturus ne ſim operæprecium ſi a primordio vrbis res geſtas populi Romani perſcripſerim.

✱Perſebolis Perſidis regia. Ptolemęus tamẽ hanc vrbem Perſopolis nõ Perſebolis vocat. et ſic legendum opinor. Lege Ptolemæum lib. vi. Cc.

¶Perſephone pe.cor. dicta eſt Proſerpina: et ſignificat virtutem ſeminum: quam olim raptam ab Orco dicunt. Quia vt inquit Aug. defuit terræ fœcunditas.

¶Perſequor in bonã et in malam ptem accipi poteſt. In bonã. vt Si quid aut quem quoad poſſumus ſequamur. Et ſic ſignificat qđ cœperã pſeuero exequi. Nã vt inqt Dona. Perſeueratio nomẽ pſequẽtis oſtendit. Perſeqtur enĩ qui nõ deſinit ſequi: qđ eſt quaſi pfecte ſequor. Teren. in An. Is hinc bellum fugiens: mecum in Aſiã pſequens pficiſcitur. Cice. p Deio. Spem infinitam pſequi noluit. Ply. Qui mihi oẽs ſuaderent vt coeptum opus pſequi feſtinarẽ. In malum ſignificat inſector: vlciſcor. Plau. Quid me miſerã atq; innocentem perſequaris? Sal. Et accepta iniuria ignoſcere q̃ perſequi malebant.

¶Perſeuero as.pe.pro. ex ꝑ et ſeuerus cõponi puto. Nõ enĩ Seuero legitur. Et ſignificat cũ cõſtãtia animi et quaſi quadam ſeueritate continuo. Hinc Perſeuerãtia quæ eſt in ratione bene conſiderata ſtabilis ac ppetua permanſio.

¶Perſes nomen fuit regis Perſarum ſeu Macedonũ: qui ab Aemylio ductus eſt in triumphum Romã cũ filijs: perijtq; in carcere animi mœrore confectus: vel vt alij tradunt vigilijs maceratus. ✱ Fuit et alter Perſes Solis et Perſæ nymphæ filius: ex Tauricæ regionis cruentiſſimus. Cc.

¶Perſeus ei. et Perſes is. vel Perſi. ſicut Achilles. is. Achillis et Achilleus ei. eſt nomen pprĩi viri. de quo multa pclara geſta narrãt. Hic fertur Cephei gener: q Andromedã ceto ppoſitã liberatã a periculo vxorem duxerit: q nobilitatis et virtutis cauſa ad ſidera dicit pueniſſe. A quo Meduſam: vt eſt i fabulis Harpe vulcania quę ex adamãte facta fuerat: interfectã eſſe conſtat. Cic. lib. ij. de natu. Deoꝝ. Cepheus paſſis palmis ſubſequitur ſeptentrione. Hunc antecedit Caſſiopea ad pedes Andromadæ Perſeus deſcribitur.

✱Perſeis nymphę nomen a Perſeo ſic dicta. Cc.

¶ Perſia æ. ſeu Perſis idis. et Perſida æ. orientalis regio a Perſe ſeu a Perſeo rege ſic dicta: cuius ppli Perſæ dicti ſunt. Proper. Perſarũ ſtatuit Babylona Semyramis vrbem. Item Perſi. Luca. lib. x. Ex Pharijs Perſiſq; fuit Macedũq; tyrãnis. Hęc regio ſicut Ptole. ſcribit lib. v. a ſeptẽtrione Medis terminat: ab occaſu Suſiana: ab ortu ſolis duabus Carmanijs: a meridie parte ſinus Perſici. Eius oppida ſunt Axima: Perſepolis: Dioſpolis. Ibi primũ inuẽta eſt ara magica. Ad eã Nẽbroth gygas poſt cõfuſionem linguarũ abijt: Perſaſq; ignẽ colere docuit. Primus in ea rex: ſicut refert Iuſti. lib. j. fuit Cyrus. In ea lapillorum multa copia. Et primã Sybillam in ea natã ferunt: quę hęc de Chriſto prenunciaſſe traditur. Panibus ſimul quinq; et piſcibus duobus hoim milia in eremo quinq; ſatiabit: et reliquiaa tollens. xij. cophinos implebit in ſpem multorum.

¶Perſicus. a. um. pe.cor. qđ ex Perſia eſt. vt regnũ pſicum. Iuue. Nec Crœſi fortuna vnq̃ nec pſica regna Sufficerent animo. Dicimus etiã Perſicũ ſinũ: qui ab oriente eſt maris rubri: q vero ex aduerſo eſt Arabic⁹ dicitur. Ponitur quãdoq; Perſicus p diuite et opulento. a Perſarũ. ſ. diuitijs luxuq;. Hora. Perſicos odi puer apparatus. Plau. p peracuto poſuit.

¶ Perſica poma dicta ſunt q ex Perſia primo adducta fuerint.

¶Perſideo es. pe.cor. ex per et ſedeo.

✱Perſillum vas erat picatum in quo vnguentum ſeruatur: quo vngebantur Quirini arma. Cc.

¶Perſpicio ad plenũ video cognoſco ve. Cic. in Læl. Quidã ſæpe in parua pecunia pſpiciũtur q̃ ſint leues: quidã vero quos res pua mouere nõ potuit cognoſcũtur in magnis. Hinc Perſpicientia. Idem lib. j. offi. Sed omne quod eſt honeſtum id ptium quatuor oritur ex aliqua. Aut enĩ in perſpicientia veri ſolertiaq; verſat. id eſt perfecta cognitione.

¶Perſpicuum dicitur p cuius medium videmus: ſed magis ad incorpalia pertinet: Pellucidũ ad corporalia Ply. Tã claras pſpicuaſq; ſententias. Sic dicimus Perſpicuam orationem. i. claram & apertam. Perſpicuitas ſplendor ac facilitas.

¶Perſpicax conſideratus: acutus. Perſpicacitas con-

ſideratio et acumen.

¶ Perſoluo is: perfecte ſoluo. Decius Brutus. Tantũ me tibi debere exiſtimo: quantũ pſoluere difficile eſt. Eſt eñ ꝓpͤe ꝓpter debitum vel ꝓpter alicuius virtutes et beneficia erga aliquem. Lact. li. xij. Vt vnicuiq; ꝓ merito aut præmiũ perſoluat aut pœnam. Virg. Perſoluant grates dignas et pręmia reddant.

¶ Perſono. Vide in dictione Sono. as.

¶ Perſonã diffiniũt philoſophi eſſe naturæ rationalis indiuiduã ſubſtãtiam. Tria igitur neceſſaria ſunt vt aliqd perſona dicatur. ſ. ꝙ ſit indiuiduũ. Nõ eñ in vniuerſalib⁹: ſed in ſingularibus tm̃ pſona dici poteſt: ꝙ ſit in genere ſubſtantiæ. Nã accidentia quũ per ſe non exiſtant nec p ſe agant: pſonã cõſtituere non poſſunt. Et ꝙ ſit qd rationale: qm̃ id eſt perſonãs q̃tũ ad ipſam actionẽ: qd in ſe habet ꝙ poſſit agere vel non agere. Et hoc habent ſolum rationabilia. Ideo de ratione perſonę eſt ꝙ ſit quid rationale. Nõ ergo lapidis vel arboris vel irrationalis animalis: ſed vel dei: vel angeli: vel hois pſona dicitur. Perſona etiã dicit̃ facies conficta a Græcis πρόσωπον vocata. Nã caput (vt Baſſus inqt) et os cooperimento pſonæ tectũ vndiq;: vnaq; tm̃ vocis emittendæ via apiũ: qm̃ nõ vaga neq; diffuſa eſt in vnũ tãtũmodo exitũ coactã vocẽ et magis claros canoroſq; ſonitus facit. Ob eam cauſam pſona dicta eſt o litera ꝓpter vocabuli formã ꝓductiore. Vnde pſonati dicuntur q huiuſmodi pſonis tecti ſunt. Et ꝓpͤe hiſtriões Artellanici ſunt. Perſonata quoq; fabula dicit̃ quę agitur a pſonatis hiſtrionibus. Hanc iuniores Laruam vocãt. Hinc p tranſlationẽ pſona ſumitur ꝓ qualitate: qua alius ab alio differt: tũ in animo: tũ in corpe tum in extrapoſitis: quę a Rhetoribus numerantur in attributis pſonæ. Animi: vt quo ſtudio ſe exerceat literarum ne an militaris diſciplinæ. Et iracundus ne ſit an mitis: Luxurioſus an temperans. Corpis: vt Adoleſcens ne ſit an ætate adultus: Pulcher an deformis. Extrapoſitoꝝ: vt Diues an pauper: Clarus an obſcurus. Vnde in ſcænis Hiſtriones pſonas accipiunt: hoc eſt facies aut ſerui: aut ancillę: aut militis: aut paſiti. Et in vno homine multę poſſunt eſſe pſonę: vt pſona iracundi: mitis: leñ. Item pſona p̃ceptoris: mariti: patris. Hinc Grãmatici pſonas cõſtituũt: pſonã ſecũdã et tertiam. Perſona etiã genus hęrbę: de qua Col. li. vij. Venena viperæ depellitur ſup ſcarificationẽ ferro capta hęrba quã vocant pſonam trita: et cum ſale impoſita. Exigua quoq; fiſtula ex ære ſiue marmore aut alia materia ex qua aqua exilit e fonte: et ꝓpter ſigna quę fieri in ea ſolent: pſona quandoq; vocatur: Sipunculus proprie dicitur.

¶ Perſonatus q pſonis: hoc eſt laruis indutus eſt. Perſonata vero vulnera ſunt quę latent.

¶ Perſonatus us. ipſa in pſonis actio. Vnde dicimus hiſtrionem perſonatum agere in ſcænis.

¶ Perſonale quod ad pſonam ptinet. Vnde pſonalis actio: quæ in perſonam fit. Perſonale vero verbũ qd per pſonas diſtinguitur: cuius cõtrariũ eſt Impſonale.

¶ Perſonatia genus hærbæ quam Græci forte Petaſiten vocant. Ply. Folio perſonatię nullum eſt latius. Perſolata etiam hęrbæ genus: quam vt ait Ply. Gręci vocant Arction: et aliquando Proſopiten: quã nemo ignorat. Folia habet ſimilia cucurbitis. Dicta Perſolata a perſola: qd nomẽ apud veteres: vt Placidus Grãmaticus inquit: ſignificabat perſonam.

¶ Perſto as. permaneo: perſeuero. Gel. Hoc mõ perdius pernoxq; perſtabat. Lactan. lib. j. Vt in perpetuũ vanitatis illorum monumenta perſtarent.

¶ Perſiſto. is. Vide in dictione ſiſto.

¶ Perſtino. as. pe. cor. Vide in dictione Deſtino.

⁎ Perſpiſſo aduerbiũ ſignificat tarde. Plaut. Quia qđ bene promittunt aruſpices perſpiſſo eueniũ. Co.

¶ Perſtringo. gis. valde ſtringo: ſeu breuiter aut ſummatim ſtringo: dico vel ſcribo. Hiero. Hęc a me perſtricta ſunt breuiter. Perſtrigere vero eſt obtenebrare: obtundere. vt quũ oculi nimis luce: aut aures nimio ſonitu perſtringuntur. Lact. lib. ij. Horum pulchritudo ac nitor perſtringit oculos. Hora. lib. car. Iam nunc minaci murmure cornuum perſtringis aures iam litui ſtrepunt. Vide infra.

¶ Perſuadeo non ab actu ſed ab effectu pſuaſionis ſignificationẽ habet: vt ſit pſuadere ſuadẽdo inducere. Sed diſtinguẽdũ eſt. Nã aut id fit vt qs inducat̃ ad id credendũ: aut ad id faciendũ. Si ad id credẽdũ: et dicã Perſuaſi hoc tibi: tũc ſic exponerẽ. hoc tibi ſuadendo credere feci. Vel ſic. Dũ hoc tibi ſuadeo credidiſti. Au. lib. ci. Dei. Nã ſcio ꝗbus viribus opus ſit: vt pſuadeat̃ ſupbis quãta ſit virtus humilitatis. Cic. lib. j. ad Herẽ. Si aĩus auditoris pſuaſus fuerit. i. ad credẽdũ induct⁹ fuerit. Qđ ipẽ Cic. ſic expoit licet p alia verba. i. ſi orõ aduerſarioꝝ fidẽ fecerit auditoribus. Sin ad faciendũ tunc ſic. Perſuaſi tibi vt hoc faceres. i. ſuadendo tibi in aĩm induxi vt hoc faceres. Etiã in pñti: vt Cæſ. com. iiij. Idoneũ quendã hoiem et callidũ delegit gallũ ex illis quos auxilij cauſa ſecũ habebat. Huic magnis prę mijs pollicitationibuſq; pſuadet vt ad hoſtes tranſeat et qd fieri velit edocet. Qui vbi ad eos venit timorem Romanorũ ꝓponit: perſuadet. i. ſuadendo inducit in animũ. Qđ oſtenditur ex affectu: qm̃ Gallus ex ſuaſione præmiorũ inductus trãſiuit ad hoſtes. Qđ tamẽ nõ eſt alienũ a vocabuli ſignificatiõe: qñ pfecte ſuadere eſt maxime ſuadẽdo in animũ inducere alteri: vt id credat ſeu faciat. quod quũ perfecte fit: is cui hoc ſuadetur quodãmodo id credere aut facere ꝓpellit̃. Ideo Perſuadeo hoc modo nõ pfecte ſuadeo ſignificare dicitur: ſed quaſi ſuadẽdo in aĩm perfecte induco: vt ab effectu qui ſequitur perfectę ſuaſionis magis q̃ a ſignificatiõe vocabuli ſenſus capiat̃. Simili modo fit in Exoro quũ ſignificat orans impetro. Et Excogito quod eſt p cogitationẽ inuenio. eo ꝙ exorando. i. pfecte orãdo impetratur qđ oratur. et Excogitando. i. pfecte cogitando inuenit̃ qđ quęrit̃. Nec hmõi ſignificatiões ꝓpͤe ſumũtur ex vi ꝓpoſitionũ et verborũ quæ nõ progrediũtur: niſi q̃tũ ſignificatio eorũ ꝓtendit̃: q̃ in Perſuadeo eſt pfecte ſuadeo. Exoro pfecte oro: ſed ex effectu rei: quæ ex eis cõſeqiur et pficitur. Verũ nõ eatenus ipſa a ꝓpria eorũ ſignificatione recedere dixerim quin ſignificare poſſint perfectã ſuaſionẽ. Nã Perſuadeo pfecte ſiue maxime ſuadeo ſignificare docet Teren. in An. quũ ait. Ipſus mihi Dauus qui intimus eſt eorũ cõſilijs dixit: et is mihi pſuadet nuptias q̃tũ queã vt maturẽ. Idem in Phor. Sed vbinã Getã inuenire poſſim vt rogẽ qđ tpa cõueniendi patris me cape perſuadeat. Hic pſuadeat maxime ſuadeat ſignificat. Similiter Lact. lib. xj. Quid M. Tullius in ſuis officialibus libris nõne hoc idẽ pſuadet nõ eſſe omnino largiẽdũ: id eſt maxime. Qđ eſt cõtra eos q volũt pſuadere tm̃ in effectu eſſe: Suadere in actu. vt eſt Sipõtinus: q ait. Suadere eſt hortari aliquẽ ad id quod intendimus Perſuadere eſt ſuadendo aut diſſuadendo aliquid hominem in opinionem noſtram inducere.

⁎ Perſuo in totum ſuo: ex per et Suo. Cc.

⁎ Perſum valde ſum. Gel. Platoni et Socrati perfuit familiaris. Cc.

¶ Pertædeo. des. dui. a quo Pertædeſco: quod eſt tædio vehementer afficior. Gel. Iamq; omnes finem cu

perent v erbiſq; eius defatigati pertęduiſſent.

¶ Pertæſus.a.um pticipiũ ſine verbi origine: vt inqt
Ser.et regit acũm. Sed poteſt eſſe a Pertædeo. Sueto.
in Cęſa. Et quaſi pertęſus ignauiã ſuã q nihil tum a ſe
memorabile actũ eſſet. Ambro.lib.Hexa. Turtur vbi
iugalis ppnj fuerit amiſſione viduata ptęſa thalamos
et nome habere coniugij: eo q primus amor fefellerit
eam. Virg.lib.iiij. Aenei.genituo iunxit. Si non ptæ-
ſum thalami tędęq; fuiſſet.

¶ Per tempus ſignificat opportune. Terent. in Ecy.
Per tempus accędamus.

¶ Pertendo ad finem tendo. Aug.lib.xvj.ciui.Dei.
Quoto quiſq; anno vitę ſuæ filiũ genuerit ad iſtũ ge-
nerationu ordinem ptinentẽ qui pertẽdit ad Habraã.

⁎ Per te aut me aut aliũ ſtare dicitur: quũ nos aut aliqd
aliud ne quid fiat cauſa ſumus. Ply. Omnia iam para-
ta erant niſi per eum ſtetiſſet. Cc.

¶ Pertimeſco ſignificationẽ ſui primitiui habet. Non
em retinet ſignificationẽ paſſiuam innatam. Lact.lib.
iij. Quare nõ eſt q philoſophus tm̃ honoris habeamꝰ:
vt eorum eloquentiam pertimeſcamus.

¶ Pertineo.es.pe.cor.ad finem vſq; teneo. Hiero.ad
Ocea. Tunc me tenebat Eremus atq; vtinã ptinuiſſet
Aliquãdo Pertinere eſt ptingere. Cęſar Com.j. Ex eo
oppido pons ad Heluetios ptinet. Et Pertinere attine
re. Nã ea ptinere ad nos dicũtꝰ quæ dñij noſtri ſunt: et
ea quę aliquo iure poſſidemus: quis nõ ſint noſtri do-
minij. Item ea quæ in nulla noſtra cauſa ſunt: ſed eſſe
poſſunt. Hinc aliquãdo ptinere ad me accipimus pro
eo qđ eſt officiũ meum eſſe: ſiue onus mihi incumbere
Et ptinere ad nos de aliqua re: eſt nos curare et magni
pendere eã rem. Hiero.lib.ij. Reg. Siue eñ fugerimꝰ
nõ magnopere ad eos de nobis pertinebit: ſiue media
pars ceciderit e nobis non ſatis curabunt.

¶ Pertento as. vehemẽter tento: valde explor. Virg.
Latonæ tacitum ptentant gaudia pectus. Ter.in An.
Sed ea gratia ſimulaui vt vos pertentarem. Alibi leui
ter tento. vt Blanda viciſſim gaudia ptentãt. Sunt eñ
multa quę pro locis intelligũtur. vt Impotẽs et ſatis &
minus: et nihil potẽs. Aliquãdo ptentare eſt ſępe tẽta-
re. Virg.lib.iij. Geor. Nõne vides vt tota tremor per-
tentet equorum Corpora.

¶ Pertinax pe. c. q nimia tenax eſt a ptineo. Plaut.in
Cap. Quid tu ais tenax ne pater eius ẽ? Et ille. immo
ædepol pertinax. Pertinaces igitur ſunt qui id vehe-
mẽtius tenent quod tenere nõ debent. Aliquãdo po-
nitur p pſeuerãte in bonã partẽ quũ plærunq; in malã
legatur. Et ſic a ptẽdo fit. Nam vt inqt Var. In quo nõ
debet ptendi et ptendit: ptinacia eſt. In quo vero opor
teat manere ſi in eo pſtet pſeuerãtia vocatur. In bonã
ptem. Val.Max.lib.j: Nõ mirũ igitur ſi p eo impio au-
gẽdo cuſtodiendoq; ptinax eoꝝ indulgentia deorũ ſp
excubuit: q tã ſcrupuloſa cura puula quoq; momẽta
religiõis examinari videãtur. Sene.li.xij.de bñfi. Vicit
malos ptinax bonitas. Liuius. Vincit tamẽ oĩa ptinax
virtus. Hinc Pertinacia q̃ vt inqt Cic. pſeuerãtiæ fini-
tima eſt: & tã in bonũ q̃ in malũ ſumitur. Suet.in Cęſ.
Ne patientia et pertinacia hoſtis animi ſuorum frãge-
rentur. Actius. Pertinaciam indocti poſſident.

¶ Pertexo is. pago: pficio. Trãſlatio a textoribus q
primo telam ordiũtur: et orſam deinde texũt. Cic.lib.
ij.de Oratore. Et ptexe modo Antoni qđ exorſus es.
Proprie tñ ptexere eſt valde vel ad finẽ vſq; texere.

¶ Perturbo valde turbo. A quo Perturbatio quæ eſt
auerſa ratione contra naturam animi commotio. Au-
ctor Cice.lib.iiij. Tuſcula.

¶ Peruagor et Peruago pe.cor. p aliquẽ locũ vagor.
Cic.lib.iij.ad Hęren. Sed illud facere oportebit vt idẽ-
tidem primos quoſq; locos imaginũ innouãdarũ cau
ſa celeriter animo puagemus. Liui.lib.j. Nunc errabũ
di domos ſuas vltimum illud viſuri peruagarentur.

¶ Peruello.is. vellico: et punctiunculis torqueo. Cic.
lib.iij. Tuſc. Quid moeres? cur ſuccumbis cediſq; for-
tunæ? quæ peruellere te forſitan potuerit et pungere:
non potuit certe vires frangere.

¶ Peruenire ſignificat ad finem venire.

¶ Peruẽtores auctore Aug. ſunt qui ad potẽtũ quo-
rumlibet tanq̃ inacceſſibiles amicos conueniẽtium p-
ſonarum interpoſitione ambitione ac arte pertingũt.

¶ Peruerto modo cõuerto: modo deprauo ſignificat.

¶ Peruerſi inqt Hiero. qui de recto declinãt ad puerſi
tatem. vt Diabolus: Iudas: et Hęretici: et ſupbi oñes.

¶ Perueſtigo pe.pro. nõ ſolum quęro ſed quærẽdo in
uenio vel acquiro. Veſtigo aũt quęro. tractum a veſti-
gija tanq̃ a ſignis indicijſq; quibus ad rei notitiam per
uenimus. Cice.lib.ij.de Orato. Noſſe regiones intra
quas venias et perueſtiges quod quęras.

¶ Peruicax pe.cor. durus: cõtentioſus: nulli cedẽs: p-
ſeuerãs cum quadam vi. Ter.in Ecy. Adeon peruica-
ci eſſe animo vt puerum præoptares perire? Hinc per
uicacia duricies: obſtinatio.

¶ Peruigilo vſq; ad finẽ vigilo: vel totã noctẽ inſom
nem duco. Mar. Nã vigilare leue eſt: puigilare graue.

¶ Peruigiliũ multa vigilatio et cuſtodia. Ply.lib.xj.
Peruigilio quidẽ vincunt̃ cibi. Et Peruigiliũ ſacrũ no-
cturnũ quo vigiliæ indicũtur: vt p totã noctẽ vigilet̃.
Liui.li.xxiij. Caſtra Cãpana vt puigilio neglecta ſimt̃
oĩbus portis inuadit. Sueto.de Cali. Nec alia de cauſa
videt̃ eo die quo petij puigiliũ indixiſſe: q̃ vt initiũ in
ſcænam prodeundi lumina temporis auſpicaretur.

¶ Peruius a.um. p qđ iri poteſt. Sic dicimus virginẽ
eſſe cœli peruiam. Aliquando dicitur penetrabile.
Ouid.lib.ij.Meta. Domus eſt imis in vallibus huius
Abdita ſole carens non vlli peruia vento.

¶ Peruolo as.pe.cor. vſq; ad finem volo.

¶ Peruolo.puis.puult.pe.cor. valde cupio. Liui. Per
uelim ſcire vtrũ q diſcedũt: an q retinet̃ de me querãt̃.

¶ Peruſia Hetruriæ ciuitas. A qua Peruſinus.a.um.
Prop. Si Peruſina tibi patrię ſunt nota ſepulchra.

¶ Peruinca hęrba vulgo nota quę in longũ creſcit ob
nia queq; vinciẽs ac pueniens. Folia habet lauro ſilia
Ideoq; Chamedaphne: hoc eſt pua laurus appellatur.
Florem facit violæ ſimilem: et coronamẽtis adhibet̃.

¶ Pes.dis.ima pars corpis. De quo ſupra in dictione
Pedes. Hinc deducũt̃ p cõpoſitionẽ multa. vt vnipes
bipes: tripes: ſemipes: ſonipes: cornipes: flexipes: pla-
nipes: loripes: ſolidipes: alipes. curuipes.

⁎ Pes præterea eſt animal fœdũ: ex quo Pediculus et
Pedunculus pro eodem. Cc.

¶ Peſſulus pe.cor. q̃ ſi puꝰ pes: inſtrumẽtũ quo oſtiũ
claudit̃: Cadenacius vulgo dr̃: claueq; mox ſubdita re
ſeramus. Apu. Tũ Myrmex tandẽ claue peſſulis ſub-
iecta pandit fores. Idẽ. Subdita claui peſſulos reduco
Hiero.in Cant. Peſſulũ oſtij mei apui dilecto meo. Vñ
Oppeſſulata ianua.i.peſſulis firmata. Feſtus. Obices
ſunt peſſuli ſeræ. Dictus peſſulus q ne peſſũ det̃ oſtiũ
affigi ſolet et annecti. Huius diminutiuũ eſt Peſſellus.

¶ Peſſum aduerbium ſignificat modo retrorſum: mo
do deorſum: quaſi ad pedes vel ſub pedibus. Ply.lib.
iiij. Peſſum iere vitę pretia: oẽſq; a maximo bono libe
rales dictę artes in contrarium cecidere.

¶ Peſſundo as. cõculco: reprimo: arceo: et peſſum eo:
hoc eſt cedo vel retrocedo.

¶ Peſtis: peſtilens: peſtilẽtia: et peſtilitas in vna ſigni-

ficatione accipiũtur. Lucre. libro. vj. Hęc igitur ſubito clades noua peſtilitaſq;. Cice. lib. j. de fato. Inter locorum naturas quãtum interſit videamus alios eſſe ſalubres: alios peſtilentes. A peſtilẽtia fit peſtilentioſus. a. um quod peſtilentiam affert. Aug. lib. ij. Conf. Iamq; peſtilẽtioſum et impoſterum piculoſum ſentiebat coercere termino cõiugalis affectus: ſi reſecari ad viuam non poterat.

¶ Peſſi fœminarum medicamenta quæ in molli lana naturalibus coram conduntur.

¶ Peſſimon. is emporium Phrygię habens templum maximum vt inquit Strab. magnæ venerationis matris deum: quam Andigaſtan vocãt. Hic locus magnifice ab Attalicis regibus ſtructus eſt: et templo et porticibꝰ ex albo lapide Romani celebre reddiderũt eductã inde Deæ ſtatua et Peſſimuntia appellata.

¶ Petala a Græcis dicũtur arborum frondes πέταλον latine folium. Vnde Petalion foliatum. Vide in dictiõe Foliatum. Et Bracteas antiqui Petalia a tenuitate nominabãt. Cariotarum quoq; petalia vocãtur kalendis ianuarijs miſſitari ſolita. De quo Ouid. Martia.

¶ Petaſus pe. cor. capitis tegmen galero pſimile ſiue ipſe galerus. Fitq; a græco πετάννυμι quod eſt extendo: cuius aoriſtos eſt petaſa. Vnde petaſus quod alio noĩe Schiadion dicũt. hoc eſt vmbellam. Vnde apud Plaut. legitur q Pſeudulus ipſe a Carino quærit. Sic etiã opꝰ eſt chlamyde et machæra et petaſo. q hęc tria eſſent militaris hominis ornamẽta. Hinc Petaſati qui galero et capitis ornamẽto vtũtur. Sueto. de Augu. Aeſtate aptis cubiculi foribus ac ſæpe in periſtylo ſaliente aqua atq; etiam vẽtilante aliquo cubabat. Solis vero ne hiberni quidẽ patiẽs: domi quoq; nõ niſi petaſatus ſub dio ſpansbatur. Per tranſlationẽ vero petaſus dicitur quiddã in galeri formã ædificijs ſuppoſitũ extenſum et explicatũ in metæ formam ſe cõtrahens. Ply. lib. xv. Supra in quadratũ pyramidis ſtãt quinq; quatuor in angulis: et in medio: vna in vno latere pedũ quinũ ſeptuagenũ: alterę centenũ quinquagenum ita faſtigiatæ vt in ſummo orbis æneus et petaſus vnꝰ omnibus ſit impoſitus: ex quo pendeãt excepta catenis tintinabula: quę vento agitata longe ſonitus referãt. Sunt qui petaſum accipiãt ꝓpinna quã gladiatores in galeis habebãt: ſed nõ cõgruere videtur. Alij accipiũt petaſum ꝓquodam calciamẽti genere allegãtq; Plau. in Amph. dicentẽ. Ego has habebo vſq; in petaſo pinnulas. Et apud Lact. accipitur petaſus pro alato Mercurij calciamento. Idem quoq; Plaut. in Amphi. Itidem habet petaſum. quum ſerui pileum habere nõ poſſent: niſi quum facti fuiſſent liberi.

¶ Petaſo pe. cor. caro porcina: quã alij coxam: alij eã partem ſuis dicunt quæ ab alis incipit et coſtas cõpræhẽdit: quibuſdam veluti virgulis pinguibus diſtincta. Fruſtum de perna præciditur: et ſale obrutum: deinde in fumo ſuſpenſum aſſeruatur. Mart. Muſteus eſt propera charos ne differ amicos Nam mihi cum vetulo ſit petaſone nihil. Huius diminutiuum eſt petaſunculus. Iuue. Siccus petaſunculus et vas Pelamidum.

¶ Petaurum genus ludi et machina quædam lignea. Quo quidem ludi genere hoĩes ꝑ aera rotarũ pulſu iactabãtur. Mar. Quã rota tranſmiſſo toties impacta petauro. Dici etiam poteſt petaurũ ſupra qđ hoĩes agilitate corporũ inſignes ludũt: vt haſtæ circa quas ſe voluant. Funes ſupra quos etiã reciproci ambulant. Circuli per quos ſe more piſcium tranſmittunt. Tabulę e quibus in aera pendent vno brachio ſe ſuſtinẽtes. Græci dicunt petaurum eſſe laqueum et aſſeres quibus domos tegunt. Iul. Pollux exiſtimat caudam eſſe in quã ſe cortis alites cubitum ituræ conferunt.

¶ Petauriſtę qui ita ludunt et leuioribus ſaltibus mouentur. Varro lib. ij. de Vi. pa. Nec minus aliquo in genere ſunt ludi: velitis: Galli: Germani: Petauriſtę. Qui et Petauri dicuntur a πεταυρα volare.

¶ Peto is. petiui. vel petij. petitum. ſignificat oro ſiue obſecro: vel volo. Petere vt inqt Var. ꝓprie eſt aliqđ ſuppliciter et precario poſtulare. Et ſic vnũ tm̃ exigit actm̃. Te aũt ꝑ vetere nr̃a neceſſitudine etiã atq; etiã peto vt eiꝰ filios q in tua poteſtate ſũt mihi potiſſimũ cõdones. In malum. Sal. in Iug. Ipſe acer bellicoſus at is quẽ petebat: quietus imbellis erat. Sic in bonũ dicimus. Pater ſalutẽ filij petijt: ſeruus beniuolentiã dñi In malum. vt hic petit caput alterius aut famam. Hęc enĩ in hoĩs pniciem petũtur. Aliquãdo petere eſt inſtãter poſcere. Vnde petulcus & petulãs. Liuꝰ lib. j. Iam Horatius cęſo hoſte victor ſecundã pugnam petebat. Aliqñ inſidias tendere. Plãcus. In quo caſu hãc capio voluptatẽ: q certe quo magis me petiuerũt: tanto maiorẽ his fruſtratio dolorẽ attulit. Aliquãdo violẽter aggredi. Cic. ꝓ Liga. Quid enĩ Cubero tuus ille diſtrictꝰ in acie Pharſalica gladius agebat: cuius latus ille mucro petebat? Aliquãdo manere: expectare. Virg. li. ix. Troianos hęc mõſtra petũt. Aliquãdo cupere. vt apđ eundẽ lib. iij. Geor. Pulchrãq; petit ꝑ vulnera mortẽ. Aliquãdo pcurrere. Liui. lib. xxij. Hiſpano pũctim magis q cęſim aſſueto petere hoſtẽ. Aliqñ ingredere. Virg. Euãdrũ petimus. Aliquãdo eligere. vt Idẽ. Principio ſedes apibus ſtatioq; petẽda. Aliqñ pficiſci. Sueto. in Veſpa. Et Cutilias ac Reatina rura vbi æſtiuare quotãnis ſolebat: petijt. Aliqñ influere. vt Campũ petit amnis. Quãdo vero cõſtruitur cũ abltõ inſtrumentum ſignificãte ꝓ inſtrumẽti diuerſitate diuerſa ſignificat: ſiue in rem: ſiue in pſonã referatur. Nã petere manu eſt ducere. Virg. Tartareũ ille manu cuſtodẽ in vincla petiuit. Petere pedibus eſt ire. Apul. Dũ pedibus iter faciens ꝓpinquũ rus peterẽ. Petere gladio aut veneno: aut lapide: aut cornu et hmõi: eſt inuadere: ferire: et ſaluti inſidiari. Idem. Iam cornu petat et pedibus q ſpargat arenã. Et. Malo me Galathea petit laſciua puella. Suet. in Tibe. Miſſum in arenã aprũ iaculis deſup petijt. Petere curſu: adipiſci: obtinere. Virg. Quæ littora pxima curſu Cõtendũt petere. Petere blãdicijs eſt blãdiri. Quint. Nouercã blãdicijs petit. Petere muneribꝰ: oſculis: p̃cibus: eſt cõciliare. Apu. Qui me lachrymis precibuſq; petijſſet. Petere oculis eſt cõtẽplari. Petere auribus: audire. Petere naribus: olfacere. Petere tactu: palpare. Iungitur interdũ huic verbo abltũs. Cic. Audes quicq̃ ab iſtis petere? Nunq̃ vero vel raro duos accuſatiuos habet. Huius cõpoſita ſunt Appeto: Competo: Expeto: Impeto: Oppeto: Perpeto: Præpeto: Repeto: et Suppetit: quæ habent penultimam correptã.

¶ Petitio poſtulatio. Aliqñ etiã gladiatorũ impetus. Cic. Qz ergo tuas petitiões ita cõiectas vt vitari nullo modo poſſent pua quadam declinatione concutiunt.

✱ Petæſſa Rhodos aliquando nominata eſt. Cc.

¶ Peteſſo is. antiquum verbũ idem quod peto: ſicut Impetraſſo: Recõciliaſſo: Commõſtraſſo: qualia apđ Plautũ plurima. Cic. lib. ij. Tuſcu. Qui hanc gloriam peteſſunt: nullum fugiunt dolorem. Plau. in Trinum. Vtram potius harum mihi artem expeteſſam.

¶ Petigo. pe. pro. morbi genus: qui et Impetigo dicitur: q vicina petat ſeſe late ſumma cute diffundẽs: occupat plærunq; totum vultum: oculis exceptis.

¶ Petimia hulcera in humeris iumentorum q ima. i. profunda petant.

¶ Petulans pe. cor. improbus. A quo petulantia im-

probitas quum alios per contumeliam petimus. Cice. Deſine bonos petulantiſſima inſectari lingua. Quandoq; ponitur ꝓ ſuperbo. Idem Petulāter diues. Quandoq; pro laſciuo. Ouidius. Quinetiam vt poſſem verbis petulantius vti: Nō ſemel ebrietas eſt ſimulata mihi. Et generaliter Petulantia eſt laſciuamentum ſiue effrenatio immodica ad quodlibet vitium: a petendo dicta.

¶ Petulcus laſciuus. Virgi. Hædiq; petulci. Vnde meretrices quoq; petulcas veteres dixerunt: a petendo.

¶ Petilus pe. cor. tenuis: exilis. Lucilius. Inſignis varis cruribus et petilis.

¶ Petilia vrbs Brutiorum a Philoctete cōdita ἀπὸ τοῦ πέτασθαι .i. volare: quia ex augurato locum delegit.

¶ Petilanſura ſignificat vngulam equi albam.

⁎ Petiſia poma ſunt parua gratiſſimi ſaporis. Cc.

¶ Petoritum pe. cor. genus vehiculi. Horat. lib. j. Ser. Atq; caballi Paſcendi ducenda petorita: nūc mihi curto Ire licet mulo.

¶ Petra lapis tenerior mitiorq; ac minor. Vnde gemmæ lapides non ſaxa dicuntur. Hinc Petroſus. a. um. quod eſt petris abūdans. Eſt et Petra Arabiæ oppidū quod Nabathei incolunt. Vnde pars ea Arabiæ vocatur Petrea.

¶ Petrea pars Arabiæ. Et Petrea mulier quæ pompā ꝓcedens in colonijs ac municipijs imitabať anū ebriā: ꝙ pedes in petras frequenter impingeret.

¶ Petroleon oleum quod ex petris naturę ſpōte fluit.

¶ Petronius nomen viri proprium. Quo nomine vocatus fuit auctor non ignobilis.

¶ Petronia nomen vrbis Vitellij. de qua apud Suet. Et Petronia nomen fluuij in Tyberim defluētis dictū ꝙ per petras fluat.

¶ Petrones ruſtici dicti ſunt a veterib⁹ a petrarū aſperitate et duricia. Hinc Plautus Petronē veruecem ducnorem eleganter dixit: vbi ait in Cap. Qui petroni nomen induunt verueci ſectario: ego ſi in via petronem publica conſpexero: et petronem et dominum reddā mortales miſerrimos.

¶ Petroſelinon: quaſi petrarum apium: nam inter lapides melior naſcitur. Eſt hærba nota quę inter apij genera numeratur: cōponiturq; ex petra et σέλινον apiū.

¶ Pexo. as. a pecto is. Vnde pexæ veſtes quæ pectine contextę. Et pexati qui pexis veſtibus ſunt induti. Mart. Pexatus pulchre rides mea zoile ſemp. Sunt q dicūt pexas veſtes eſſe piloſas cōtrarias raſis: quę pilis carent. In quē ſenſum accepiſſe videtur Hiero. contra Ioui. quū ait. Ante nudo eras pede: modo nō ſolū calciato: ſed et ornato. Tūc pexa tunica et nigra ſubucula veſtiebaris ſordidatus et pallidus: et calloſam operę geſtitans manum: nunc lineis et ſericis veſtibus et Atrebatū ac Laodiceæ indumentis ornatus incedis. Ibi eñ pexā tunicā puto intelligi raſam et quaſi lacerā Nam vbi Perſius dixit. Pexuſq; togaq; recenti. Probus. Barba (inquit) tonſurę genus eſt: quo iuuenes ſic tonſi Pexibarbi appellantur. Nos præpoſitionem addimus Depexa. Teren. Depexum dabo.

¶ Pezitę fungi qui ſine radice aut pediculo naſcūtur: quaſi pedeſtres. Dicti ꝙ non tollant ſe altius a terra. πεζὸς pedes. etiam in ludo ſcacchorum πεζός.

P. ante H.

¶ Phæacū ciuitas in planitie eſt: quę ab vtraq; pte habet duos editiſſimos vertices in quibus adhuc ſunt arces. Phęaces vero populi fuerūt Corcyrę. Vnde & Corcyra Phæacia dicta eſt: q̄ in littore maris Ionij eſt. Scribitur in prima cum æ. diphth. Hinc Phęacius. a. um. et Phęacus. a. um. vna ſyllaba minus. Propert. libro. iij. Nec mea phęacas ęquant pomaria ſyluas.

¶ Phaeton dictio triſyllaba. Nam ae diuiſas ſyllabas habet et aſpiratur. Dictus ἀπὸ τοῦ φαένειν. ſol dicitur vt inqt Ser. in li. v. Aenei. Itē li. vj. a luce ardoris ſui.

¶ Phętuſa fuit vna ex filiabus Solis.

¶ Phæcaſius calceus. Vnde Phæcaſios ſeu phæcaſiatos ſacerdotes et deos vocamus. Seneca ad Lucilium Si quem palliatum aut phæcaſiatum conſpexeris.

¶ Phędrus nomē viri proprium: quo ſignificatur clarus: alacer.

¶ Phęſtus mons ſeu promontorium Cretę. Fœminino vero genere ciuitas in eo.

¶ Phagedęna cū diph. in penul. Nam grece φαγέδαινα ſcribitur ἀπὸ τοῦ φαγεῖν. hoc eſt ab edēdo: et eſt ex hulceratio vſq; ad oſſa celeriter depaſcens cū inflammatione ſaniem male olentē emittēs et ad mortem ꝑducēs. Auctor Iul. Pollux. Ply. lib. xx. Hulcera q̄ phagedęnas vocāt folia et radix recens cum melle ſanāt. Et apud Col. putatur eſſe morbus quē in iumētis vermē appellāt. Idē apibus tribuit lib. x. Sępe etiā (inqt) vitio quod Gręci φαγέδαιναν vocant intereunt.

⁎ Phagones a phago verbo gręco quod eſt edo dicuntur voraces: et eo verbo Plautus vtitur. Cc.

¶ Phagus. us. et phagi arbor glandifera ἀπὸ τοῦ φαγεῖν comedere. Virg. in Culi. Vmbroſæq; manent phagus hederæq; ligantia Brachia. Hinc phagineus a. um et phaginus. a. um. pe. cor. pro materiato ex ea arbore Ouid. lib. viij. Meta. Illic Phagineus dura clauo ſuſpē ſus ab anſa. Virg. Poſt valido nitens ſub pondere phaginus axis.

¶ Phaliſci populi Hetruriæ: quorū oppidum Phalerij vocabatur. Sūt qui arbitrētur Phaliſcos vocari quos nunc corrupte Montem Flaconem appellant.

¶ Phalacron Græci caluū dicūt. Vnde corui aquatici Phalacrocoraces dicuntur inquit Ply. Hinc loca ſatis fruticibuſq; nuda Phalacras appellant: quaſi calueta: vt quæ nihil ferunt. Apud Columellam Glabreta dicuntur.

¶ Phalara ciuitas a Phalaro amne Ithomæ Mineruæ proximo.

¶ Phalarica a phalis. id eſt turribus dicta eſt: quia turres defendat. Vel a Phalari Siculo tyranno. vt Amianus inquit. Hęc vt Vegetius ſcribit ad modū haſtę valido pręfigitur ferro: quod in lōgitudine habet pedes tres: vt cum armis corpus tranſfigat. Inter cuius tubam et haſtile ſulfur reſina bitumen ſtuppa conuoluūtur infuſa oleo: quod incendiarium vocāt: baliſtę impetu deſtinata prærupto munimine ardens figitur ligno turritamq; machinam incendit. Eſt aūt magna et parua Phalarica. Vnde Lucan⁹ dixit Phalaricam neruis mitti tortilibus. Vir. vero ait Turnum manu iaculari potuiſſe. Vnde libro. ix. Sed magnū contorta phalarica venit Fulminis acta modo.

¶ Phalaris. idis. nomen proprium Agrigentinorum regis crudeliſſimi. Cuius extant epiſtolę.

¶ Phaleræ ornamenta equorum ἀπὸ τοῦ φάλου dicūtur. ſeu a verbo græco quod illuſtrare ſignificat. Virgilius libro quito Aeneidos. Primus equū phaleris inſignē victor habeto. Inde Phaleratus. a. um. i. phaleris ornatus. Suet. in Clau. Craſſus fungi equo phalerato et in veſte palmata. Et non tantū equorum ſunt ornamenta Phalerę q̄ equitū et nobilium. Liuius. lib. xij. tradit Comitia Flauij ędilitia tantū habuiſſe indignatis: vt plerıq; nobiliū aureos anulos et phaleras depoſuerūt. Ply. libro. xxxiij. refert olim ab ordine equeſtri

phaleras fuiſſe poſitas ex indignatione. Apud Terē. Phalerata dicta leguntur pro ornatis.

¶Phalera portus Athenienſis celeber.

⁎ Phalerium vrbs Tyrrhenæ: Hetruriȩ. Inde phalerius a.um. Stephanus.

⁎ Phalora vrbs Theſſaliȩ. Inde phalorenſis. Stepha.

¶Phalæciū carmen dictū a Phalæco inuētore. Cōſtat ſpondæo: dactylo: et tribus trochæis. hoc et hendecaſyllabum a ſyllabarum vndena menſura vocatur.

¶Phalęnę quidam piſces in mari. Amb. Quid gladios loquar. aut ſerras aut canes mariticos: aut phalænas: aut zigænas? Balenam dicūt eſſe.

¶Phalangæ ſunt quibus baiuli ferēdis oneribus vtūtur: quas σκευαφόρα Plato appellat. Ply. lib. vij. Phalangę fuſtes ſunt nodis carētes: qbus Afri prȩliū contra Aegyptios primi fecerūt. Iul. Pollux. Phalanges (inqt) phalangia dicūtur ligna: qbus ſubiectis naues trahi ſolēt. Sic Nonius ſcribit phalāgas ſignificare fuſtes teretes: qui nauibus ſubijciuntur. Scribit Hieron. Aethiopas vicenos dētes elephātoꝝ grandes: et e materia ebeni cētenas phalanges tertio quoqꝫ anno tributi vice regibus pendere ſolitos. Latine Palangę dicuntur. A quo fit Palango gas. quod eſt onus aliquod huiuſmodi fuſtibus tranſueho. Affra. Et capream vnam ſemilaceram quaterni ſimul palangabāt.

¶ Phalangarij qui aliquid oneris phalangis tranſuehūt: qui modo Tetraphori: modo Hexaphori dicuntur. Item Phalangarij appellati ſunt milites qui erant in phalange: quales habuit ad imitationem Alexādri Magni Alexander Syrius Romanorum Imperator. vt auctor eſt Lampridius.

¶Phalangium genus aranei: ꝙ omnibus internodia terna ſint in cruribus. Sunt qui phalangij nomine omnes araneos intelligant. Dicitur et Phalanx.

¶Phalāx. langis. dictio Macedonica: qua nō proprie legio ſed quadrata acies et cuneus militans intelligitᷣ: quādo. ſ. pes pedi: clypeus clypeo: vir viro in acie conferebatᷣ. Et hoc peculiare fuit Macedonū inſtitutum. vt auctor eſt Liui. et meminit Curti⁹: cuius hæc verba ſunt. Macedones phalangem vocāt peditum ſtabile agmen: vir viro: armis arma conſerta ſunt. Cæſar. Milites noſtri e loco ſuperiore pilis miſſis facile hoſtiū phalangem perfregerunt. Vnde ꝓculdubio accipitur phalanx ꝓ armorum connexione atqꝫ teſtudine. Hinc per tranſlationem a ſatyrico poeta dictum eſt. Iunctæqꝫ vmbone phalanges. Item Phalanx eſt regula cōtinēs lances. i. libram. Et Phalanx ab Ariſtotele genus aranei: quod et Phalangium dicitur Tarantola. Item phalanges dicuntur digitorum internodia.

¶Phaneus mons in promontorio Chij a Phaneo rege dictus.

¶Phaneſij populi in inſulis Oceani ſeptētrionalibus qui vt Solinus ait habēt aures adeo effuſas vt reliqua viſcera contegant illis.

⁎ Phaneta ſol dicitur quia quotidie renouat ſeſe. ἐπειδὴ φαίνεται νέος. i. quoniam apparet nouus. Cc.

¶Phantaſiæ imagines rerum inſidentes animo. Phātaſma. atis. viſum quæ ſpecies vna et nomen eſt eorū quæ dormientes videre ſibi videntur. Phantaſticus imaginatiuus.

¶Phanaticus dicitur qui diuino ſpiritu afflatus eſt: et cui multę vanę apparitiones ſunt: quales inſanientem Aiacē percepiſſe poetę ferunt. Hūc morbū Errorē vocauit Horat. Aut phanaticus error et iracunda Diana.

¶Phanio nihil aliud ſignificat q̄ boni pedis hominē. id eſt cuius aduētus afferat aliquid fœlicitatis: ſicut ſolemus dicere ſecūdo pede introijſſe: cuius introitū proſperitas aliqua ſit conſecuta: vel melius qm̄ φανῶ eſt appareo. i. apparitorē vulgariter dicerent: qui ex voto et deſideratus tandem appareat.

¶Pharmacum pe. cor. Grȩci φάρμακον medium verbum: quod pro veneno & pro medicamēto accipi poteſt. Vnde Caius Iuriſcon. Qui pharmacum dicit debet addere bonum vel malum.

¶Pharmacopola pe. pro. dici poteſt vnguentarius q pharmaca. i. venena vel medicinas vēditat: quales ſūt qui vulgo Herborarij vocantur. Componitur eñ ex pharmacon et πωλέω vendo. Hora. in Sermo. Ambubaiarum collegia pharmacopolę.

¶Pharmacodes odor medicamenti.

¶Pharmatuſæ ſunt duę inſulæ exiles iuxta Atticam regionem in mari Salaminiaco: in quarum altera vt inquit Strabo lib. ix. ſepulchrum Cyrces viſitur.

¶ Pharaones appellantur Aegypti reges: quod cognomen fuit dignitatis vt ſcribit Euſeb. Et vt docet Ioſephus lib. viij. Antiqui. Pharaonis nomen ſecūdū Aegyptios ſignificat regem. Et reges quū primū perueniebant ad imperium hoc nomen accipiebant.

¶Pharmaceutice græce φαρμακευτικὴ medicina quę medicamentis curat. Nam veteres tria medicinę genera fecerunt. Empœricen quę ſolom experimentis conſtat. ἐμπειρίαν eñ Græci experientiam vocant. Latralepticen quę vnguentis: et Clinicen quæ victu & venenis corporibus medetur. Sunt tamen qui Clinicen in duas partes diuidant. Vnam Dietitecen quę victu medetur. Alteram Pharmaceuticen quæ medicamentis.

¶Pharæ numero plurali vrbs in Creta a Miſenijs cōdita. Habentur aliæ in Miſenia et alibi.

¶ Pharia a Ptolomæo Plynioqꝫ. A Strabone vero Pharus inſula contra Dalmatiam et Iaderam quę nūc vulgo Liſna Illyrico ſermone dicitur. Eſt et vrbs in ea a qua Phanenſes populi.

⁎ Pharias ſerpens eſt ſulcum dum ſerpit cauda in terra faciens et ſuper eam fere ambulans. Lucanus. Et contentus iter cauda ſulcare pharias. Cc.

¶Pharos olim inſula Aegypti oblonga paruaqꝫ contra Nili oſtia: nunc continenti coniuncta. quæ portum Alexandriæ efficiebat: ſic appellata a nauclero Menelai ibi ſepulto quum fuiſſet ibi ab aſpide interemptus. Lucanus. Pharos inſula quondam In medio ſtetit illa mari. In ea turris ingens in petra poſita quę mari circūluitur: auro lapide octingentis talentis: a Philadelpho Ptolemęo Rege Soſtrati Gnidi architecti Alexandrinorum amici opera poſita fuit ob ſalutem nauigantiū quæ nomen ab inſula accepit. Scribit Solinus ab hac Pharo turri Pharos vocari machinas in portubus ad prælucendi miniſterium fabricatas: quoniam ex hac Pharo Alexandrina dirigebātur nocturnis facibus accēſis. Papinius. Lumina noctiuagę tollit Pharus ęmula lunæ. Scribit Egeſippus lib. iiij. a Græcis Latiniſqꝫ Pharon appellari ex ipſius rei vſu: eo ꝙ longe videatur a nauigantibus: tanq̄ Phanos quod ſignificat lucidum immutata litera Pharos dicatur. In hac Alexander nouam vrbem condere ſtatuit: ſed quum magnæ ſedis capax nō eſſet ex illius aduerſo condidit Alexādriam. Hinc Pharius. a. um.

¶Phariſæus nomē ſectæ Iudæorum religioſæ. Erāt eñ apud Iudęos tres ſectę: Phariſęorum: Saducęorū: et Oſſęorum. A Phariſęus fit Phariſaicus. a. um. Hieronymus contra Vigilan. Quaſi ſepulchra phariſaica foris dealbata.

⁎ Pharphariades vrius ex collib⁹ Imai ſiue Tauri mōtis. Cc.

¶Pharſalici cāpi Theſſaliæ in quibus ciuilium bello

rum detonuerunt procellæ: a Pharſalo oppido appellati: qđ ſitum eſt in ripa fluminis Ocnipei: a quo Pharſali dicti. Sunt q Pharſaltam puinciā dicāt a Pharſalo duce: q̄ pũmo Aemathia ab Aemathio: poſtea Theſſalia a Theſſalo: deinde a Macedone Macedonia. Poſtremo a Philippo rege Campi Philippici.

¶ Pharnax. acis. pe. cor. nomen ꝓpriū Mithridatis filij. Luca. Nec Pharnacis arma relinquas Tygranemq; meum. Hic a Cæſare (vt L. Florus ſcribit) vno et non toto prælio more fulminis obtritus eſt.

¶ Pharetra pe. cor. vbi ſagittæ reponūtur ı a φέρω καὶ τραῦμα. Et qui eam ferunt Pharetrati dicuntur.

¶ Pharuſij ꝑpli in Africa verſus oceanū occidentalē.

¶ Phaſe hebraice latine tranſitus dicitur: quia tunc ex Aegypto in patriam remigrauere Iudęi.

¶ Phaſſæ per duplex ſſ. a Græcis Palumbi dicuntur.

¶ Phaſeolus Phaſilus ſiue Phaſelus: ſeu etiā Paſeolus vel Paſilus genus legaminis. Col. lib. ij. Ab hoc recte Phaſelus terrę mādabitur vel in veruacto vel melius pingui et reſtibili agro. Idem. Phaſeoli modij quatuor obruuntur totidem operis.

¶ Phaſellus. Vide in dictione Faſellus.

¶ Phaſma. atis. latine apparitio: monſtrū: viſū dicit̃.

¶ Phaſis. is. vel idis. Colchorū pręgrandis fluuius: de quo Luc. Colchorū qui rura facit diuiſſima Phaſis. Hic vt Amb. lib. Hexa. ſcribit. De ſeptētrionali parte cauſcaſeis mōtibus fuſus cū pluribus alijs in Euxinū ſe ꝓcipitat mare. Ply. lib. vj. Nauigatur Phaſis q̄libet magnis nauigijs. xxxviij. M. d. p. Inde minoribus longo ſpatio ı pontibus cētum viginti peruius. Græce etiam Phaſis latine fama dicitur.

¶ Phaſiani aues notæ a Phaſi fluuio ad nos traducti ab Argonautis. Nāq; ex ea regione in Gręciā trāſportatę ſunt. Mat. Argoa primū ſum tranſportata carina Ante mihi notum nil niſi Phaſia erat. In hanc auem Ityn Terei mutatum Mythici fabulantur.

¶ Phaſianarius qui phaſianos paſcit. Pau. Iurecōſul. Phaſianarij autē et paſtores anſerū non continentur.

¶ Phedon Athenienſis in cōiurio a triginta Athenienſium tyrannis necatus fuit. Huius filiæ virgines erant quæ vt virginitatē ſeruarēt morte inuicem ſe cōplexæ in puteū pręcipitauere. Fuit et alius hoc nomine Philoſophus Elidenſis Socratis auditor: ingenio liberali Qui vt qdā ſcripſerūt ſeruiuit lenoni pinde quaſi meritorius puer: quęſtuariumq; mancipiū. eū Cebes Socraticus emiſſe dicit̃: habuiſſeq; io philoſophū diſciplinis: atq; is poſtea philoſophus illuſtris fuit. Cuius nomini Plato librū de immortalitate animæ dedit: et alio nomine Phedon inſcribitur.

¶ Phegor lingua hebræa Priapus appellatur. vt ingt Hiero. contra Iouinianum.

¶ Pheneum oppidum in Arcadia. Pheneus vero amnis in Alpheum defluens.

¶ Pheræ vt ait Strab. Pelaſgicorum campoꝝ terminus ad Magneſiam: q vſq; ad Peliū montē porrigunt̃ Emporiū Pheræ hn̄t Pagaſas: quo ex loco Pelius Iaſonē ac nauē Argo emiſit. Vnde Pagaſeus & Pheręus appellatus fuit. Fuit tamē alius Iaſon Pheręus tyrannus. Sed de Theſſalo Iaſone intellexit Cice. lib. j. offi. quum dixit. Pheręum Iaſonem cæteris anteponunt.

¶ Pherecydes pe. cor. philoſophus et poeta tragicus ex Syro inſula. Floruit regnante Seruio Tullo apud Romanos. vt Cice. lib. j. Tuſ. refert. Hic primus dixit aīos hoim eſſe ſempiternos. Prim⁹ ſcripſit ſoluta oratione: vt Apul. in floridis auctor eſt. repudiato verſuū nexu: quē Pythagoras magiſtrū coluit. Perijt phthiriaſi. i. pediculari morbo. De quo Sere. Sed qs nō pauueat Pherecydis fata tragœdi Qui nimio ſudore fluens aialia tetra Eduxit turpi miſerū quę morte tulerūt.

¶ Pheretrum. Vide in dictione Feretrum.

¶ Phiala pe. cor. vas vini vel aquæ plærunq; ex auro conflatum. Omnia eñ vini vel aquę vaſa Phialæ dici poſſunt. Vnde Iuue. Aurea vocat phialas dicens. Virro tenet phialas: tibi non committitur aurū. hoc eſt vaſa aurea: quæ Virroni commendata ſunt. Græci ἀπὸ τοῦ πίνειν πιὸς φ. i. a bibendo.

¶ Phidias ſtatuarius clariſſimus: q Mineruæ ſtatuam egregie fabricauit amplitudine cubitorū. xxvj. q̄ ebore et auro cōſtabat. In cuius ſcuto Amazonū pręliū cęlauit: et deorū gygantūq; dimicationē. In ſoleis Lapitharū et Centaurorū. A Plynio dictus eſt artifex nūq̄ ſatis laudatus. De quo Quintil. lib. xij. Phidias dijs q̄ hominibus efficiendis melior. In ebore vero longe citra ęmulū vel ſi nihil niſi Mineruā Athenis: aut Olympium in Helide Iouem feciſſet. Hinc Phidiacus. a. um penul. cor. Propertius. Phidiacus ſigno ſe Iuppiter ornat eburno.

¶ Phidicia cœnationes Lacedęmonij ſeu cōuiuia nominabāt: ſiue q philias. i. amicitiæ cauſa inſtituta ſint ſiue potius a pſinonia. φειδώμαι eñ ſignificat parco et abſtineo. φειδὼ parcitas et parſimonia. φειδωλὸς parcus. Vnde et Phidicia cōuiuia de parca et frugi. Ci. lib. Tuſc. Quid victum Lacedemoniorū in phidicijs nonne videamus? Conueniebant eñ ad phidicia conferētes ſinguli farinæ medimnū: vini choros octo: caſei quinq; minas ſicuum quinq; ſemis minas.

¶ Phidippus ꝓprium viri filij Theſſali. De quo meminit Homerus. Eſt et ꝓpriū Comici apud Terētiū. Cc.

¶ Philos latine amor ſiue amicus. Philetus amabilis.

¶ Philanthropos pe. pro. latine humanus. i. amās homines. Quo nomine dictum eſt lapæ genus: q veſtibus hominum adhęrēs eos amare videatur. Philanthropia humanitas. i. amor erga homines.

¶ Philandros amans virum.

¶ Philadelphus amator fratris. Philadelphia fraternitas: amor fratris. Et Philadelphia nomen ciuitatis in Myſia regione Aſiæ terrę motibus cōcuſſa: cuius Incolę in agris magna ex pte degebāt. In hac fuit vna ex ſeptem eccleſijs. Supra Philadelphiā orientē verſus exuſta regio patet ſtadijs longa quingētis: quadringētis lata: vbi nullæ arbores pręter vitē inueniūtur: quæ exuſtum vinum fert ita elegans vt nulli cedat. Summa camporum facies cinerulenta eſt: montana: petroſa: & nigra. Quidam ex crebro fulminū ictu id cōtigiſſe arbitrantur: nec dubitāt quæ de Typhone dicuntur hoc in loco fabulari. Sed credibilius eſt ſubterraneū ignē qui poſtea defecerit regionem exuſſiſſe.

⁎Philagathus benignus. Cc.

⁎Philarchus amator imperij. Cc.

¶ Philaretus proprium nomen viri: et latine amator virtutis dicitur. Gręce eñ ἀρετὴ virtus dicitur.

¶ Philargyria ex argyrion quod apud nos argentum ſignificat componitur: & auiditas argēti ſiue auaritia tranſfertur.

¶ Philalethes veri amator latine dicitur.

⁎Philema oſculum. Philetes amator oſculorum. Cc.

⁎Philenorum aræ dicuntur quæ Siculo Peloro oppoſitæ in media quodammodo Syrtium tellure poſitæ ſunt. Cc.

¶ Philocalus dici poteſt amor boni: vł mundus: politus: elegans. Philocalia amor pulchritudinis.

¶ Philomella nomē mulieris Pandionis filię Athenienſis Regis et ſororis Prognes: q̄ quū a Tereo cōpreſſa fuiſſet tandem (vt eſt in fabulis) deorū miſeratione in

auem ſui nominis conuerſa fuit: quæ et Luſcinia dicitur. Nec ceſſat deflere cantu dulciſſimo iniuriam quã paſſa eſt: et interpretatur amabilis.

¶ Philonicus iurgioſus amator victorię.

¶ Philotium fœminę proprium. per amatoriam adulationem dictum.

¶ Philo philoſophus hebræus: qui ſapiētię librũ ſcripſiſſe dicitur. Fuit et alius Philo Biblius: vt Euſeb. li. Euang. præparationis teſtatur. Hos Porphyrius lib. iiij. magnis laudibus decorauit.

¶ Philoſophia amor et affectatio ſapientię. Sophia ſapientia dicitur. Hæc ſcientia diuidiť in tres ptes: in Moralem: Naturalem: et Rationalem. Prima cõponit animum. Secũda rerũ naturam ſcrutatur. Tertia ꝓprietates verboꝝ exigit et ſtructuram. Moralis gręce Aethice dicitur. De qua Sene. Philoſophia animũ format et fabricat: vitamq́ diſponit: actiones regit: agenda et omittenda demõſtrat. Sine hac nemo ſecurus eſt. Hęc ampliſſima artiũ dicitur. Apul. diſciplinã regalem appellat tam ad bene dicendũ: q̃ ad bene viuendũ reptã. A Philoſophia fit Philoſophus amator ſapiētię. Philoſophicus a. um. Philoſophaſter philoſophoꝝ imitator Philoſophor aris. Cic. li. j. de natu. Deoꝝ. Et quũ minime videbamur: tum maxime philoſophamur.

¶ Phileſius cognomen Apollinis. Græci φιλήσιον amabilem dicunt: quia lumen eius exoriēs amabili veneratione oculorum conſalutamus.

¶ Philippus nomē viri ꝓprium. et latine equorũ amator. bellicoſus dicitur. Quo noīe dictus eſt Alexandri Magni pater: et Romanorũ Impator: qui primus ex Romanis Impatoribus Chriſtianus fuiſſe ꝓhibetur.

¶ Philippi. ciuitas Thraciæ: quã Philippus Macedonũ Rex ędificauit: et a nomine ſuo Philippos nominauit. Virg. Romanas acies iterũ videre Philippi. Hinc Philippicus. a. um. vt Campi philippici. In cãpis philippicis primo Cæſar et Pompeius: poſtea Auguſtus et Brutus cum Caſſio dimicauerũt. Hinc etiam Philippenſis et hoc philippēſe. vt Philippēſes ciues: et Philippenſe bellum: quod apud Philippos geſtum eſt.

¶ Philippei ſeu philippi ſunt aurei nũmi pretioſi: quorum apud Plau. frequēs mētio eſt. vt i Penu. Hic ſunt numerati aurei trecenti nummi q vocantur Philippei.

¶ Philoſarca amator carnium. Hiero. Nos ſimplices et philoſarcas. i. amatores carnium.

¶ Philologus amator verborũ vel ſtudij.

¶ Philolaus nomen viri proprium: et latine amor populi dicitur.

¶ Philoponus amator laboris. Philoponia amor laboris.

¶ Philoſomatos amator corporis: σῶμα Græci dicũt corpus quaſi σῆμα. i. animæ ſepulchrum: tanq̃ ibi ſepulta ſit.

¶ Philopſychia cupiditas vitæ. Philopſychus cupidꝰ vitæ.

¶ Philotimos honorum cupidus.

¶ Philetęrus amans amicos.

¶ Philoleutheros amator libertatis.

¶ Phileremus amicus ſolitudinis. pe. pro.

¶ Philocharis charus amicus.

¶ Philogathus nomen viri proprium: quo ſignificatur benignus.

¶ Philocompus amator iactantiæ.

¶ Philoctetes. tis. vel tæ. nomen Pœantis filij et Herculis comitis: quaſi amoris poſſeſſor. Proper. Tarda Philoctetæ ſanauit crura Machaon.

¶ Philomathes diſcendi cupidus. Philomathia amor diſcendi.

¶ Philopolites amator patrię.

¶ Philoſtorgus amicus: beniuolus: neceſſariꝰ. Philoſtorgia indulgentia: amor parentum.

¶ Philtra latine amatoria genus veneni amorē et vt plurimũ inſaniam ingerentis. φίλτρον enĩ apud nos amatoriũ dicitur. Ouid. lib. ij. de arte. Philtra nocent animis: vimq; furoris habent. Iuue. Hic Theſſala vendit Philtra: quibus valeat mentem vexare mariti.

¶ Philo nomen philoſophi academię principis: cui ſe totũ tradidit Cicero vt ipſe in Bruto teſtatur admirabili quodã ad philoſophiã ſtudio cõcitatus: quũ ille in bello Mithridatico domo fugiſſet: Romamq; veniſſet.

¶ Philohiſtoricus amator hiſtoriarũ. Hiero. ad Pauli. Quantus inter quatuor prophetas temporꝫ conſcius et totius mundi philohiſtoricus lapidem præciſum de monte ſine manibus claro ſermone pronuntiat.

¶ Philozous gręce φιλόζωος nimis cupidus vitæ.

¶ Philoænus vinoſus: amator vini: potator.

¶ Philoxenus hoſpitalis. Philoxenia hoſpitalitas.

¶ Philodulus pe. pro. amator ſeruorum.

¶ Philopęs pueranus: pędico: amator puerorum.

¶ Phimoſis dicitur quum glans membri virilis ita tegitur prępucio: vt nudari non poſſit.

¶ Phiſon nomē fluuij: qđ teſte Ioſep. li. j. ſignificat inundationē: q eductus in Indiã in pelago late diffunditur: quod Geta nuncupatur a Græcia. Hic circuit omnem terram Euilath: vbi eſt aurum terræ: ibi carbunculus et lapis pretioſus.

¶ Phyllon per duplex ll. latine folium dicitur vna litera detracta. Hinc Pētaphyllon: Melamphyllon: Platyphyllon: et huiuſmodi multa.

¶ Phylon per ſimplex l. ſignificat gentem: genus: nationem.

¶ Phylarchus latine princeps gentis.

¶ Phylira pe. cor. ꝓprie arbor: quã latini Tiliã vocant q̃uis alij dicãt eſſe membranã tenuiſſimam inter corticem et lignũ tilię. Ex hac arbore fiebant coronę: quę in magno honore apud antiquos fuerũt. Hora. lib. j. car. Diſplicent nexæ phylira coronę. Ouid. li. Faſt. Ebriꝰ incinctis phylira cõuiua capillis. Plyn. vero lib. xxiiij. accipit phyliras ꝓ capillamētis filiſq; tenuiſſimis. Phylira (inquit) croci nimiũ ſalem cibis eximũt. Et li. xiij. Præparãtur ex papyro chartę diuiſe acu in prætenues ſed q̃ latiſſimas phyliras. Mart. lib. de nup. philologiæ accipit phyliram ꝓ membrana tenuiſſima. Cuius hæc verba ſunt. Libri in phyliræ cortice ſubnotan.

¶ Phylura idem quod phylira. ſ. membrana & tenuiſſimum capillamentum.

¶ Phylaca pe. cor. locus cuſtodię: hoc eſt carcer. Plau. Illic eſt abductꝰ recta in phylacam vt dignus eſt. Phylaciſta carceris cuſtoa.

¶ Phyllis nomen Lycurgi Thracũ Regia filiæ: quæ Demophoonta Theſei filium ex troiano bello redeũtem amauit: et in coniugiũ ſuũ rogauit. Ille ait ante ſe ordinaturum rem ſuam: et ſic ad eiua nuptias reuerſurum. Profectus itaq; quum tardaret: Phyllis & amoris impatientia et doloris impulſu qꝛ ſe ſpretã eſſe credebat: laqueo vitã finiuit: et cõuerſa eſt in arborē Amygdalũ ſine folijs. Poſtea reuerſus Demophoon cognita re eius amplexua eſt truncũ: qui velut ſponſi ſentiret aduentũ folia emiſit. Vnde etiã Phylla ſunt dicta a Phyllide quę ante petalia dicebãtur. Eſt et Phyllis amnis Bithyniæ: a quo Phylli Phyllienſeſq; dicuntur: vt inquit Strabo.

¶ Phima atis. genus tuberculi mollis furunculo rotũdioris planioriſq;: quod in pus cito conuertitur.

¶ Phyſis latine natura dicitur: a quo Phyſicus natura

lis. Phyſica orū. naturalia: vt phyſica Ariſtotelis. Vnde
& metaphyſica ſupernaturalia.

Phyſiologus de naturis diſſerēs. Hiero. cōtra Ioui.
Legam⁹ phyſiologos & reperiem⁹ turturis hāc eſſe na
turam: vt ſi parē perdiderit: alteri nō iungatur.

Phyſionomia naturæ regula. Nam id verbū ſignifi
cat mores naturaſq; hominū coniectatiōe quadam de
oris & vultus ingenio ſciſcitari.

Phyſeter eris. pe. p. genus piſcis marini admirabili
magnitudine. φυσάω ſpiro vl' ſufflo. Vnde Ruffus in
Arato. Delphinos virides & phyſeteras anhelos.

Phygethlon vt iquit Cor. Cel. Tumor eſt nō altus:
latus: durus: rubicūdus cū vehementi inflammatione
punctioneq; ac mēbrorū diſtentione. neq; materia ma
gnopere in pus conuertitur.

Phyton ſine h in ſecunda p̄tium quod capitur p̄ te
locata. Vulgus fictū appellat. Inde emphytioſis. Phy
ton etiam latine planta. Phython cum th. in vltima ſi
gnificat ſerpentem.

⁎ Phla iſula eſt in Tritone Africę palude vt author eſt
Herodotus. Cc.

Phlanates populi ſunt: a quibus nomē ſinui eſt indi
tum quē modo nautæ Q uernariū appellant: alij carna
rium: p̄pter naufragia p̄celloſo ferme ſemp trāſitu. In
receſſu eius Senia vrbs: cui⁹ a tergo ſpecus ſunt: vnde
vehemētes nulla fere nō hora vēti perflāt: eaq; res inſa
mem ſinū eū reddit. Dicti phlanates ab oppido phla
no: vnde ſinus omnis hic phlanonicus vocatur qui a
Pola colonia Iaderam vſq; diffunditur.

⁎ Phlebes dicūtur venę q̄ ſanguine ferueant. Cc.

Phlebotomia: inciſio venæ. q̄ fit ad ſanguinem mi
nuendū ſedandi feruoris gratia. φλὲψ enim latine ve
na. Phlebotomū ferrum quo vena ſecatur.

Phlegmon latine inflammatio quoties ſanguis vti
lis & mediocriter craſſus fertur ſubitus in aliquam cor
poris partem: ſed phlegma pituita.

Phlegethon fluuius infernalis flammis ęſtuantibus
rapid⁹ a φλέγω ardeo. Verg. Quæ rapidus flāmis am
bit torrentibus amnis Tartareus phlegethon torquet
q; ſonāntia ſaxa. Hinc phlegetōthicus a. um.

Phlegma atis. pituita. Inde phlegmatic⁹ q̇ ex phle
gmate laborat. Phlegma vt inquit Aug. lib. xj. ci. dei.
in capite domicilium habet.

Phlema dicitur cum ex labore viæ ſanguis defluit
circa talos.

Phlegonitis lapillus q̄ in eo flāma quædam intus
ardere videatur.

Phlegyas Martis filius rex Lapitharum in theſſalia
pater Ixionis & Coronidis. a quo phlegyę populi theſ
ſaliæ ſunt cognominati.

⁎ Phlegon vnus ex equis ſolis ἀπὸ τοῦ φλέγω. i. ar
deo dictus. Cc.

⁎ Phlegręus vnus ex cētauris Ixiōis & nubis fili⁹. Cc.

Phlegræi campi duo fuere alter in græcia a phlegra
theſſalię valle: vbi gygātes cum cœleſtibus pugnaue
re. Vel ἀπὸ τοῦ φλέγειν: quod eſt vrere atq; inflāmare:
quoniā terra p̄liorum concitatrix eſt: dū ibi gygantum
bellū exarſit. Alter in cāpania p̄pe Cumas: in quo Her
cules cum his p̄lium cōmiſit. De quo Strabo lib. v. ſcri
bit. Fortunat⁹ erat & cāpus nomine phlegreus: in quo
non a gygātibus geſta fabulæ diuulgant. Ita dictus a
colle qui olim plurimū ignis euomebat: quem Veſu
uium ſcriptores appellant. Ex hoc Hercules exiſtima
tur: ſicut Diodo. meminit: gygantes fugaſſe.

Phlegmones inflāmationes ſiue collectiones: quas
& impetus noſtri vocant.

Phleos herba paluſtris ad nexus vtilis: ex qua phloi
nę veſtes ab Herodoto etiam dicuntur.

⁎ Phlox græce latine flamma. Cc.

Phlyctena latine puſtula: quarū tria ſunt genera Ex
anthemata quę Plyn. eruptiones pituitę & papulas ap
pellat. Pſydracion paulo durius eſt ac ſubalbidū & acu
tum. Epynctis quæ tertium diſcrimen eſt.

Phlius unus eſt vrbs ī medio Sicyonij argiuiq; agri
vbi religioſiſſime colebātur Hebe. Caſtellum phliuum
nominat Plynius.

Phoca piſcis bos marinus a ſono mugit⁹. Ver. li. iiij.
ge. Et turpes paſcit ſub gurgite phocas. Hic corio & pi
lis tectus parit in terra pecudū more: canū modo coit.
In ſomno mugit. a quo præcipue vituli nomē accepit.
Fuit & nomē Imperatoris Romanorum.

Phoce es: oppidum Bœotię.

Phocea vrba minoris phrygiæ vt inqt Ptol. Athe
nienſiū colonia: vn̄ profecti ſunt qui Maſſiliā apd̄ Gal
los non procul a Rhodano cōdidere. Dicta phocea q̄
vituli marini magno numero cōparuiſſent vrbē cōdē
tibus. Eſt & ī Caria phocea mōti Mycale appoſita. Ab
hac phocēſes: vt a græcorum Phocide phocēſes. Ab
vtraq; phocaicus. Vnde muricē phocaicū Ouidius po
ſuit a Phocęa non procul a Sardibus.

Phocea populi Ionum: qui primi longis nauibus ſe
cundum Herodotum vſi ſunt.

Phocis parua græcorum regio: vbi oraculum del
phicum. Luc. lib. v. Maſſiliæq; ſuę donatur libera pho
cis. In ea enim eſt oppidum Delphi ex helicone mon
te. Fons Caſtali⁹ & Cephiſus amnis & mōs Parnaſus:
in quo Apollinis templum. Hinc phocides & phocæi
dicti ſunt qui Maſſiliam condiderunt. Hos varro ſcri
bit trilingues eſſe: q̄ græce & latine & Gallice loquan
tur.

Phocion Athenienſis, vir clarus cognomento bo
nus pauper. Fuit enim ſemper pauper cum ditiſſimus
eſſe potuiſſet propter frequentes ei delatos honores.
Hic neq; ridere neq; lachrymare ab vllo vnq̄ eſt viſus.
Et in concione cum quis dixiſſet. Cogitabundus vide
ris o Phocion. Recte coniectas. Cogito enim ſi qua va
leo in his breuitate vti quę apud Athenienſes dicturus
ſum. Huic cū legati philippi Macedonū regis ingentia
munera offerrent hortarenturq; vt ea acciperet. Quis
enim ipſe facile his careret: liberis tamen eius eſſent ne
ceſſaria: quibus difficile foret in ſumma paupertate ad
paternam gloriā peruenire. Si mei inquit ſimiles erūt:
idem hic agellus alet illos qui me ad hanc dignitatem
perduxit. Si diſſimiles: nolo meis impenſis illorum al
iq; augeri luxuriam.

⁎ Phocuſa inſula vna ex Sporadibus. Cc.

Phœbus Apollo qui Iouis & Latonæ filius fuit eo
dem partu cum Diana genitus: quæ & ipſa phœbe vo
citata eſt: diuinationis & ſapientiæ deus a poetis exiſti
matus & medicinæ repertor. Dictus phœb⁹ quaſi φόσ
βιος ab φῶς & βίος. i. lux vitæ.

Phœbas adis. fanloqua q̄ phœbei numinis conce
pto afflatu fureret & agitaretur in bacchantis imaginē.
Sidonius. Nec ſic intortum violatæ phœbados vltrix
In danaos fulmen iecit.

Phœnix Agenoris filius Cadmi frater qui phœ
nicibus imperauit: a quo phœnicia: & phœnix arbor
palma: & color ruber: a quo phœniceus. a. um. vt co
lor phœniceus: quod & phœnicium dicit. i. purpureū.
Similiter phœnix auis a purpureo pennarum colore
dicta toto orbe celeberrima in arabia naſcens aquilæ
magnitudine quæ annis ſexcentis & ſexaginta viuere
dicit gñis tā maſc. q̄ fœ. Hiero. in expoſitiōe ſymboli.
Quid mirum videt ſi virgo cōceperit: cū orientis auem

quem phœnicem vocat: in tantum ſine coniuge naſci vel renaſci conſtet: vt ſemper vna ſit: & ſemper ſibi ipſa naſcendo vel renaſcendo ſuccedat. Idem ad Præſidium. Phœnix auis eſt in India & per quingentos annos de Libano implet ſe aromatibus & ſic nidificat & indicat ſacerdoti Heliopolitano menſe famenoth. aut famurth. Implet aram ſacerdos ſarmentis & ibi confert phœnix aromata & electrum aræ imponit. Et primo ſolis ortu phœnix quidem mouet pennas. Solis vero calore accenditur electrum: & ſic exuruntur aromata & ipſa phœnix incendit. Craſtino die de cinere gignitur vermis: ſecundo pēnas affert. tertio ad antiquā redit naturā. & ſic ad ſua loca reuertitur. Ambr. lib. hexa. Phœnix auis in locis Arabię phibeť degere: atq; eā vſq; ad annos quingētos lōgęua ętate procedere. quæ cū ſibi finē vitæ adeſſe aduerterit: facit ſibi thecam de ture & myrtha: & cæteris odoribus: in quā impleto vitę ſuę tēpore intrat & moriť: de cu⁹ carnis humore vermis exurgit: paulatimq; adoleſcit: & pceſſu ſtatuti temporis induit alarū remigia: atq; in ſupioris auis ſpeciē formāq; reparať. Eſt & phœnix nomen fluuij in theſſalia in Aſopum fluētis. Et phœnix qui ex phœnicia eſt populus. quem Ioſephus ſcribit inueniſſe græcas litteras. Vñ Luc. Phœnices primi (famæ ſi crediť) auſi Māſuram rudibus vocē ſignare figuris.

¶ Phœnicia regio ī Syria a Phœnice rege ſic vocata Iudęæ cōtermina. In ea ſunt Tyros & Sydō vrbes: Carmelus & Libanus montes: in quo tura leguntur.

¶ Phœniciū color rubēs. Hiero. in expoſitiōe pſal. Si fuerunt peccata veſtra ſicut phœniciū velut niuē dealbabo. Nā græci φοινικόν phœnicium vocant.

¶ Phœniſſa mulier ex phœnicia.

¶ Phœnicis idis: purpura: pānus rubens. Phœniceus puniceus ruber.

¶ Phœnicopterus pe. cor. auis rubētes pēnas habens gręci vocāt phœnix rubrū & πτερόν alā. Iuue. Et ſcythicę volucres & phœnicopterus ingens.

¶ Pholua fuit vn⁹ ex cētauris Ixionis ex nube filius.

¶ Pholoe mōs Arcadię ſyluoſus. de quo Luc. lib. vij. Silicet ipſe petet Pholoen petet ignibus Oethon.

¶ Phonaſcus vocis pnūciationiſq; magiſter & moderator. dictio gręca. Quintili. lib. xj. Sed cura nō eadem oratoribus quę phonaſcis. Sueto. de Augu. Pronūciabat dulci & pprio quodam oris ſono: dabat & aſſidue phonaſco operam. Is enim vocem intorquere remittere/lenire/ exaſperare docebat. Facto nomine a verbo φωνέω: qđ ſignificat loquor.

* Phorbas Triopę filius. de quo Vergilius. v. æneidos Phorbāti ſimilis funditq; has ore loquelas. Cc.

¶ Phorcys huius phorcys & phorcyn phorcynis nomen Neptuni filij.

¶ Phoſphorus penul. cor. latine lucifer ſtella.

¶ Phragmon nomen ſtatuarij & pictoris egregij ſicut & Polycletes.

¶ Phraſis eloquētię corpus: & dicendi modus. Dicta a φράζειν: qđ eſt fari & differere. Hiero. in prolo. li. ix. Secūdus gręcus eſt qđ ex ipſa phraſi pbari poteſt. Quintil. Macer & Lucretius legendi quidē: ſed nō vt faciant phraſin. A phraſis fit Theophraſtus.

* Phrenę a latinis pręcordia dicuntur. Cc.

¶ Phrenitis morbus lædens mentem & ad inſaniā furorēq; deducens ἀπὸ τοῦ φρενὸς. i. deturbatio mētis. Inde phreneticus qui ex eo vitio laborat. Apud Iuue. phreneſia penul. pro. legitur. Cum furor haud dubius cum ſit manifeſta phreneſis. Aliter Serenus protulit. Ex vitio cerebri phreneſis furioſa mouetur: Amiſſaſq; refert frendens amentia vires.

* Phrixus Athamātis regis Thebarum ex vxore Nephile filius fuit. Cc.

¶ Phronimos latine prudens. phroniſis prudētia. Cicero lib. j. offi. Princepſq; omniū virtutū eſt illa ſapientia: quā gręci ſophiam vocāt. Prudentiā enim quā gręci phroniſin dicunt aliā quandam intelligimus: quę eſt rerum expetendarum fugiendarūq; ſcientia.

¶ Phrygia regio minoris aſiæ a phrygio amne: qui eā a Caria diuidit. Vel a Phrygia cecropis filia. vbi Dardania a Dardano Iouis filio. Inde a Troe Eryc̄thonij filij Dardani filio Troia: in qua Ilion. Duę tamen feruntur phrygiæ maior. ſ. & minor quæ Epictetus dicta fuit. Phryges Chriſtianā fidem tenuerunt diu. Sed emerſit apud eos montanus quidam qui ſe paracletum nominauit gentemq; illam infecit: cū quo mulieres Priſca & Maximilla relictis viris ſuis incedebāt: & illius inſpiratione pphetiſſæ dicebantur: multiſq; erroribus & phrygiam & vicinaa regiones impleuerūt. Phrygia ab aquilonis parte eſt Galatiæ collimitata. A meridie Lycaoniæ Piſidię Mygdoniæq; cōtermina. In ea eſt Ida mōs & Tmolus & pactolus fluuius. Ex ea fuit Sibylla nona quæ ſic vaticinata eſt. Tuba de cœlo vocem luctuoſam emittet. tartareum chaos oſtendet dehiſcens terra. Venient ad tribunal dei reges omnes. Deus ipſe iudicabit pios ſimul & impios. tunc demum impios in ignem & tenebras mittet. Qui autem pietatem tenent iterum viuent.

* Phrygius fluuius vide Phrygia.

¶ Phryx gis. gñis maſcu. pro eo qui eſt ex Phrygia: Hiero. Cōpelle phrygem & pōucū: vt locuſtam comedat. Diciť & phrygius a. um. Vergi. li. ix. de mulieribus loquens inquit. O vere phrygiæ.

¶ Phrygiones qui acu pingūt: vel qui veſtes acu auro intexunt. Phryges eñi primi inuenere talem texturam Ply. lib. x. Pictas veſtes iam apud Homerum fuiſſe video. Vnde natę triumphales acu factæ: id phryges inuenerunt. Ideoq; phrygiones appellati ſunt. Idem appellat Dardanum aurum.

* Phrynos rana grādiſſima quam latine rubetam vocamus. Cc.

¶ Phthia ciuitas theſſaliæ a qua phthius & phthiota. Vnde Achilles phthius dictus eſt. Ouidius. Qz ſine me Phthijs caneſcant æquora remis. Et videam puppes ire relicta tuas.

¶ Phthiotis idis. dicta ē vna ex quattuor Theſſalię partibus: vt inquit Strabo.

¶ Phthiriaſis morbus pedicularis ἀπὸ τῶν φθειρῶν: quod pedes & pediculos vocamus. Vnde phthiropha gi dicti ſunt populi ſolis piſcibus viuentes: a tenuitate victus: quaſi pediculis veſcantur. Hi ſunt iuxta pontū Euxinum. Hoc morbo extinctus eſt Sylla dictator & Pherecydes poeta.

¶ Phthiſis tabes morbus quo pulmonis exulceratio fit ex pituita a capite diſtillante. ἀπὸ τοῦ φθίνειν: quod eſt tabeſcere. Vnde phthiſici vocanť. Sunt q phthiſin phthonem quoq; appellent: ſed illud genus maxime quo ſanguis reijciť: quali morbo laboraſſe Theopompum & ab Aſclepio curatum tradunt.

¶ Phthongus ſonus. Vnde diphthōgus. Quā ob cauſam phthongus & harmonia in cœlo dicanť Vide Ptolemæū libr. iij. harmonicę inſtitutionis. ὅτι φθέγγομαι ἐστὶ τὸ αὐλαίω ἔνθεν ὁ φθόγγος παράγεται. * Id eſt qm̄ φθέγγομαι eſt loquor vnde phthongus deduciť. Qz autē Pythagoram dicant aliqui primū inueniſſe cœlū harmonia volui: an alij Suidas noſter explicat.

¶ Phucus animal volatile paruum: a phago comedo Vide in dictione fucus.

⁎Phum vocant aliqui Nardum Agrion ſiue creticum folio olcris atri: caule cubitali: geniculato in purpura albicante: radice obliqua villoſaq;: & imitante auium pedes. Cc.

¶Phut inde phutei: vt Ioſeph⁹ ſcribit Mauritaniẽ populi. Fuit autẽ phut Chamẽ filius: cuius parer Noeus. Ita enim a græcis vocari dicitur: quem hebræi Noe dicunt: vel potius chanoch.

⁎Phycites apđ Indos inuenitur gemma fuci colorem habens. Cc.

⁎Phylaca dicit̃ cuſtodiẽ locus vnde prohibemur exire Plaut⁹. Illinc eſt abductus rectam phylacam. Cc.

⁎Phycoſtalaſſion. herba quam latini fucum marinum vocant. Cc.

P. ante I.

¶Piaculũ ſacrificiũ cultus & quicquid agit̃ ſeu pbetur pro ſatiſfactiõe peccati. Ver. Ea prima piacula ſunto. Hora. lib. car. Teq; piacula nulla reſoluent. Hoc eſt nullis hoſtijs te expiabis. Aliquãdo dicit̃ crimen: flagitiũ. Hiero. in lib. Iudi. Nunq̃ tãtum nefas & tã grande piaculum factum eſt in Iſrael. Vergi. libro ſexto. Diſtulit in ſeram cõmiſſa piacula mortem.

⁎Piacularis porta Romẽ appellata ob quædã piacula quæ ibi fieri ſolebant. Cc.

¶Piare ſignificat colere. Plau. Vbi piem pietatẽ ſi iſto more morata tibi poſtulẽ placere. Quãdoq; cõtaminare/pulluere: qđ & impiare dicit̃: queãdmodũ ſacrũ ponitur p execrabili. Quandoq; pie amare. Neuius. Nemo eſt qui magis ſuos piet liberos. Aliquando purgare. Verg. Et culpã miſerorũ morte piabunt. Huius verbi cõpoſita ſunt expio: qđ ex purgo. Impio: cõtamino Hiero. in plo. Aggei. Sed cũ memoratus popul⁹ multis tẽporibus idolis ſeruiendo etiã effuſione ſanguinis innocẽtiũ ſe grauiter impiaſſet. lxx. annorũ captiuitatem eundem populũ ſtatuit ſuſtinere.

¶Piatrix ſacerdos. quẽ expiare ſolita erat.

¶Piamen ſeu piamẽtum erat id quo in expiando vtebãtur. Eſt tamẽ dictio magis poetica q̃ oratoria: nam grandis eſt differentia de vſu dictionũ: quẽ varijs ſcribendi generibus cõueniant. alijs vtitur ſatyricus: alijs orator: alijs hiſtoricus.

¶Piaculare qđ ad ſatiſfactionẽ peccati pertinet. Liui. lib. j. Itaq; vt cẽdes manifeſta aliquo tum piaculo lueretur: imperatũ patri vt filiũ expiaret pecunia publica. Is quibuſdã piacularib⁹ ſacrificijs factis q̃ deide gẽti Horatiẽ tradita ſunt. Piacularia triſtia per quẽ malum fieri opinabãtur. Nã a ſuperis felicitarẽ: ab inferis dijs infelicia dari cenſebant. Piacularia auſpicia dicebant̃: quæ ſacrificãtibus triſtia portẽdebãt: cum aut hoſtia ab ara profugiſſet: aut pcuſſa mugitũ edidiſſet: aut in altã partem corporis q̃ oporteret cecidiſſet.

¶Piabile qđ purgari põt: cuius cõtrariũ eſt inexpiabile. Aug. ſup Io. Viderũt ſe ingenti crimine impietatis aſtrictos: quãdo illũ occiderũt: quem venerari & adorare debuerũt: & hoc putabant eſſe inexpiabile.

¶Piens a pio as. cum ſignificat pie amo. A quo pientior pientiſſimus. Piens tamẽ in vſu non eſt.

¶Pietas (inquit Cice. lib. artis veteris) eſt per quã ſanguine cõiunctis patriẽq; beniuolis officium & diligens tribuit̃ cultus. Aug. vero ſic. Pietas pprie dei cultus intelligi ſolet. quam grẽci Euſebiam vocant. Hẽc tamen & erga parẽtes officioſe haberi dicitur. More aũt vulgi hoc nomẽ etiã in operibus miſericordiẽ frequentatur. Qđ ideo arbitror eueniſſe: q a hẽc fieri pcipue deus mãdat: eaq; ſibi vel pro ſacrificijs: vel præ ſacrificijs placere teſtatur. Ex qua loquendi conſuetudine factũ eſt: vt deus ipẽ dicat̃ pius: quem tamẽ græci nullo ſuo ſermonis vſu Euſebian vocant. Quis Euſebian pro miſericordia illorum, etiam vulgus vſurpet. Huius contrariũ eſt impietas: quæ ab iniuſtitia ſic diſtingui ſolet: q illa in deum: hæc dici in homines poteſt. Per illã contẽptatione delinquitur: hac opere & factis peccat̃. Pietas etiã a Romanis dea putata eſt.

¶Pius. a. um. qñq; religioſum ſignificat. Ver. Dij me⸗ hora pijs. Qñq; miſericordẽ: benignũ. Ci. Nõ ſecus in me pius q̃ parer in filios. Qñq; caſtũ. Quintil. Et pios amores ac pudicos. Hui⁹ cõtrariũ eſt impius. Exiſtimo autẽ q deductũ ſit a græco pius immutatiũcula quadam πραθσ γα βσ ι λέγεται. i. praoa ra in i dicit̃ pius.

⁎Picagmus Ixionis & nubis filius Centaurus. Cc.

¶Picea genus arboris: quã Ply. lib. naturalis hiſtoriẽ: quintam ſpeciem cedri ſcribit eſſe.

¶Piceus a. um. a pix fit.

¶Pico as. ſignificat pice quicq̃ linio. Ply. libr. xxxvj. Sed vaſa tuentur picãdo parietes: qm̃ & tectoria calx roditur. Sciteq; dictum eſt ad tecta eos pice: ad vinum calce vti: qm̃ ſic muſta condiunt. Huius cõpoſita ſunt compico: & impico. Vnde Col. libro. vij. Si dolore neruorũ claudicat: oleo & ſale genua/poplites/& crura cõpicanda ſunt: donec ſanentur.

¶Picatus a. um. qđ pice linitũ eſt: ſeu cõditũ. vt vinũ picatũ. Antiqui em̃ vinũ pice cõdiebãt: qđ picatũ vocabãt. Ply. Pice & reſina condire muſta vulgare Italiæ eſt. Erat & picatũ aliud qđ ſponte naturẽ ſuẽ picis ſaporem recipiebat: & hoc in agro viennẽſi peculiariter naſcebatur. Ply. Iam inuẽta vitis per ſe in vino picem habens reſpicienſq; Viennenſem agrum.

¶Pic⁹ auis parus vncoꝝ vnguiũ. cauat arbores i qb⁹ pullos educat: & ſcãdit in ſubrectũ felũ modo. Dicta a pico Saturni filio: qui ei nomẽ dedit. vt docet Ply. lib. x. Et qm̃ hæc auis Marti ſacra eſt: qñq; Picus martius dicit̃. Picos Romani veteres vocabãt: quos grẽci gryphes vocãt. beluẽ quadrupedes auitiq; viſu: & forma terribiles: corpore leonino: roſtro/alis/pedibus aq̃lis ſimiles. habitare in hypboreis mõtib⁹ in aſiatica ſcythia ferunt̃: vbi aurũ & gẽmẽ naſci perhibent̃: ibiq; tanta rabie in hoies deſẽuiũt vt terrã ipam inhabitabilẽ faciãt: et quaſi geniti eſſe videant̃ ad plectẽdã auaritiæ temeritatẽ. Plau. Pici diuites qui aureos mõtes colũt eos ſolus ſupero. Sed hoc vt multa alia fabuloſum eſt. Fuit & Pic⁹ rex latinorũ: Fauni pater: & latini regis auus: augurũ peritiſſimus: & prim⁹ hac aue vſus eſt in auſpicijs. Oui. Picus in auſonijs proles ſaturnia terris.

¶Pica q̃uis fœmi. videat̃ a picus: lõge tamen diuerſẽ ſignificatiõis eſt. Nã auis eſt magnitudine palũbẽ: alis vario colore & pſertim cæruleo depictis humana verba pferẽs. Mar. Pica loquax certa dñm te voce ſaluto. Si me nõ videas eſſe negabis auem. Eſt & alia pica ſub vẽtre alba ſupius nigra: q̃ varia appellatur.

¶Picenũ regio Italiæ i qua eſt Aſculũ: a Pico martio aue dicta: cui⁹ ductu & auſpicio Sabini cũ aſculũ pficiſcerent̃ in vexillo eoꝝ pic⁹ cõſedent. Nã ſicut Stra. lib. v. ſcribit. Conditores picentiũ e Sabinorũ terra pfecti ſunt: a qbus orti ſunt. Picenũ quondã vberrimẽ multitudinis. Nãq; trecẽta & ſexaginta millia picẽtiũ in fidẽ Romani populi venere. Ea nũc Marchia Anconitana dicit̃. Incipit a Troento amne vſq; ad Iſauꝝ fluuium: qui nũc Folia dicit̃. Et hic apennino: hic mari ſupo terminat̃. Habet ciuitates Piſaurũ: Fanũ fortũẽ: Senã gallicam: Vrbinũ: Anconã: Camerinũ: Firmũ: & Aſculũ.

¶Picenus a. um. nomẽ poſſeſſiuũ: vt picenus ager.

¶Picens tis. nomen gẽtilẽ: vt homo picens ex Pice⸗

no.hinc picentinus.a.um.
⁎Picinũ genus olei qđ ex pice fit. Cc.
⁎Pictanũ vinũ greci vocant qđ pucinũ appellam⁹.gi-
gnit̃ in ſinu Hadriatici maris nõ ꝑcul a Timauo fõte ſa
xeo colle maritimo afflatu paucas ãphoras coquẽte.
¶ Picra amara dicit̃. Hiero.ad Alga. Vidi ego nauſeã
& capitis vertiginem antidoto quod appellatur πικραι
id eſt amara ſępe ſanari.
¶ Picturatus varia pictura exornatus & acu pict⁹. Vn
de picturatę veſtes dicunt̃ nõ a picturo qđ nõ inuenit̃:
ſed ſimplex participiũ vel participij tantũ vox eſt. Ver
gi. Fert picturatas auri ſub tegmine veſtes.
¶ Pierus pe.cor.nomẽ patris nouẽ picarũ. Ouid.li.v.
met. Pierus has genuit Pelleis diues in aruis.
¶ Pieria mons & ciuitas bœotię: quã prim⁹ pierus Li-
ni pater ędificauit: muſis ſacer. Hinc pierides muſę: ꝗ
in pieria ex Ioue & Mnemoſyne natę ſint vt inqt Stra.
Vel a pieria regiõe macedonię A ematihia ante dictę. A
nemore ita appellata. Cui nomẽ eſt pieris. Et pieres po
puli ſunt dicti: quibus extinctis Macedones ea loca in
coluere. A pieria fit pierius.a.um. Vnde pierium car-
men. Muſę antẽ ſuauiſſimũ viaticum ad labores vitæ.
Vnde Theocritus οὐδὲν ποτ τὸν ἔρωτα πεφύκει φάρ-
μακον ἄλλο νικία οὔτ' ἔγχριστον ἐμοὶ δοκεῖ οὐτ' ἐπίπα-
στον ἢ ταὶ πιερίδες. ⁎ Id eſt Nullũ aliquãdo amorem
produxit: aliud venenum neꝗ dulce mihi videtur neꝗ
ſparſum q̃ pierides.
¶ Piget piguit & pigitum eſt. Sta.libr.vij. Nec pigitũ
paruoſꝗ lares humileſꝗ ſubire. Dicit̃ & pigeo ges.pi-
gui. & cõſtruitur cũ accuſatiuo: ſignificatꝗ dolere ſeu
moleſtum eſſe: vt inquit Augu. quaſi pigritiam ſigni-
ficat. nam cum dicimus Piget me feciſſe hoc eſt dicere
nõ ſurgit meus animus probare qđ feci. Plau. in pſeu.
Id quod pudet facilius fertur: q̃ id quod piget. Teren.
in phormi. Quære obſecro ne plus minuſve faxit: qđ
nos poſtea pigeat. Quando vero imperſonale eſt con
ſtruit̃ a parte ante cũ accuſatiuo vel datiuo. Plau. Non
dediſſe te pudet me: quia non accepi piget. Ouidi.lib.
ij.meta. Pigetꝗ Actorũ ſine fine mihi ſine honore la-
borum. Inuenitur etiam pigendus: quod eſt a pigeor
verbo deponenti. Differentiam inter pigere & pude-
re vide infra in dictione pudeo.
¶ Piger tardus cuius contrarium eſt impiger ꝓ diligẽ
te. hinc pigritia. pigricies. pigredo. pigritudo: & pigri-
tas pro tarditate & ignauia. Cice.libro.uj.de rep. Nun-
quid viri fortiſſimi fortitudo impigritas patientia? Et
lib.iiij.tuſ. Quę autẽ ſubiecta ſunt metu ea ſic definiũt
pigritiam metum cõſequẽtis laboris.
¶ Pigreo es. piger ſum a quo pigreſco & pigreſio idẽ
ſignificantia.
¶ Pigro as. detineo ac retardo. Accius. Melius pigraſ
ſe q̃ properaſſe nefas.
¶ Pigmẽta ſunt vnguẽta quibus vtunt̃ puellæ ad ve-
nuſtandã faciem: vt fucus. ꝑ trãſlationẽ vero dicũtur
mẽdacia & fraudes: qa nõ eſt naturalis color: ſed artifi-
cialis. Ci.li.ij.de ora. Tã integrę ſniæ: tã veræ: tã nouę:
tam ſine pigmentis fucoꝗ puerili: vt mihi non ſolũ tu
incẽdere iudicẽ: ſed ipẽ ardere videaris. Accipit̃ etiam
quãdoꝗ ꝓ cõfectione ex diuerſis ſpecieb⁹ ſuaui & odo
rifera. Hier. Deniꝗ & hi quibus intellectus herbarũ eſt
pigmentorũꝗ peritia: ferũt quędã eſſe pigmẽta: quo-
rum ſi odorẽ ceperint nõnulla aĩalia cõtinuo intereunt.
alia vero eodẽ odore recreantur: vitãꝗ recipiunt.
¶ Pigmentatus.a.um. qđ eſt pigmẽtis ornatũ. Hiero.
ad Paulinũ. Totũ flaccidũ molle nitidũ atꝗ formoſũ
quęſitis hinc inde odoribus pigmentatum.
¶ Pigmentarius qui facit vel vendit pigmenta. Hier.
in exo. Compoſuit & oleum ad ſanctificatiõis vnguẽ-
tum & thymiamata de aromatibus mundiſſimis ope-
re pigmentarij.
¶ Pigmentarius a.um. qđ ad pigmenta pertinet.
¶ Pignus oris. & eris. a pugno vt Caius de verbo. ſi-
gni. inquit. Quia res quæ pignori dantur manu tradũ
tur. Et eſt proprie quod creditori datur vt ſit ſecur⁹. Et
hoc modo ſæpe dicitur cum aut munus noſtrũ: aut ali
quid ſimile pignus eſſe amoris & beniuolentiæ volu-
mus. Vergilius. Ipẽ pater dextrã Anchiſes haud mul-
ta moratus Dat iuueni: atꝗ animũ pręſenti pignore fir
mat. id eſt ſecurum facit vt qui dat pign⁹. Vlp. inter pi-
gnus & hypothecam hoc differre ſcribit: ꝙ pignus di-
citur cũ ad creditorẽ tranſit. hypotheca cũ non tranſit.
Quoniã vero filij videntur tanq̃ pignora inter virum
& vxorem eſſe: tum vinculi ne alioqui forte diuortium
fiat: tum charitatis: factum eſt vt pignora pro filijs ca-
piantur. Nam vt inquit Ambr. Cum p̃mium nuptiarũ
ſit partus fœminarũ: merito mẽtes coniugales ꝑ filios
veluti per quædã quaſi pignora inter ſe arctius copu-
lantur. Ouidi⁹. Dulcia ſollicitę geſtabant pignora ma-
tres. Aliquando pignus ſumitur pro eo qđ deponitur
ab ijs qui ſimul decertant apud ſequeſtrũ. Vergil. Tu
dic mecum quo pignore certes.
¶ Pignoro ſiue pignero pigneras. ſignificat rẽ pigno-
ri do. Sueto. de Vitel. Vtꝗ ex aure matris detractum
vnionẽ pignerauit ad itineris impẽſas. Huius cõpoſita
ſunt oppignero: & repignero: de quib⁹ alibi. Inuenitur
etiã pigneror deponens in eadem ſignificatione.
¶ Pigneratitius a.um. ex ſupino verbi pignero nomẽ
deductum ſignificat quod pig nori datum eſt: vt res pi
gnoratitia. Et pignoratitius vir: cui pignus capere li-
cet. Vlp. Quæritur in pignoratitio creditore an pigno-
ris perſecutio denegetur.
¶ Pilus prima cor. capillus. Nã ambo cõuertunt̃. Ply.
Si ouiũ lacte hędi aut caprarũ agni alerentur cõſtat fe-
re in his lanam duriorẽ: in illis capillũ gigni tenuiorẽ.
a quo pilo as. Eſt & pilus nomẽ generale. Nam pilum
pro capillo Idẽ Ply. poſuit. In capite inquit cunctorũ
animaliũ homini plurimus pilus. Pili longiores ac pro
ni in colla atꝗ armos veſtientes iubę dicuntur. Pili ve-
ro craſſiores rigidi quales habent ſues vocantur ſetæ.
Pilus vero prima ꝓd. qđ & pilũ dicitur: telum romanũ
a perimendo dictum quaſi perilum: vt inquit Var. Hu-
ius haſtile erat pedum quinꝗ & ſemis: & ferrũ trigona
li figura nouem vnciarum. a quo pilati dicũtur: pilo ar
mati. Mar. Et pilata redit tãꝗ ſubitꝗ co hors. Generali
ter tamẽ pila Var. auctore tela romana ſunt: ſicut geſſa
gallorũ: & ſariſſę macedonũ. Hinc & primipilus dicitur
centurio. Et p̃pilatę haſtę: quæ ferreas iã bẽt cuſpides:
quaſi p̃ferratę. Propilatum dicitur vbi non eſt ferrum:
ſi modo in mucronẽ exacutũ ſit ad formã pili factũ vt
cornua locuſtarum: quibus natãt. Præferratũ vero pi-
lum in molendo propterea vocatur apud Plyniũ. vt a
pilo ruido diſtinguatur ad molas videlicet quas aqua
verſat vtili. Nec tam ꝙ ſine ferro eſt: id nomẽ habet: q̃
ꝙ aſperum impolitumꝗ. Nam & ruidus panis appella
tur: qui parũ coctus rugoſuſꝗ ſit: q̃q̃ rubidus fere ſcri
bitur. Præterea pilus ſiue pilum a pinſendo: ſeu a pilũ-
no: vt inquit Seruius: Inſtrumentum: quo quippiam
in mortario teritur. Plyni⁹ lib. xviij. Quippe & Hetru-
ria ſpicam farris toſti pinſente pilo p̃ferrato: fiſtula fer
rata: & ſtella intus dẽticulata: vt niſi intenti pinſant cõ-
tidantur grana: ferroꝗ frangantur.
⁎Pilo pilos emitto. Actius. Tum primum pilabãt ge
ntæ. Afranius. Meum præterea corpus nunc pilare pri
mum cœpit. Cc.

❡Pila læ.a pinſo vas cõcauum:ꝙ antiqui ſiccata frumenta in pilas immiſſa pinſebãt. Idem in eodem. Tũdatur granum eius in pila lignea. Similiter vaſa illa concaua medicorum vſui ap̃ta in quibus Ptyſanæ fieri ſolent pilę dicũtur. Item pila eſt colũna ſtans: quam græci ϛήλην vocant a ſtando:ꝓprie ſtelas gręci appellant ſtantes in monumẽtis columnas. Apul. lib.tertio me. Pila media quę ſtabuli trabes ſuſtinebat. Feſt⁹. Pila quæ parietem ſuſtentat ab opponendo dicitur. Plynius libr.xj. Ruentes cęras fulciunt pilarum inſtar: interius a ſolo fornicatus vt ſit aditus ad ſarciẽdũ. Item pila eſt qua luditur ab πάλλω æquo: ꝙ forma ſphærica ſit: quæ omni ex parte æqua eſt: vel a pilo : ꝙ pilis impleri ſolet. Item pila capitur pro quacunq; re rotunda inſtar pilæ luſoriæ.

⁎Pilæ inuentorem tradunt Pythum fuiſſe. Ce:

❡Pilatim aduerbiũ a pila pro columna : ſignificat per pilas. Vitr. Pilatim ſtruuntur ędificia.

❡Pilula quaſi parua pila. Plyn. Naſcuntur in eo pilulę nucibus nõ abſimiles : intus habentes floſculos molles lucernarum luminib⁹ aptos. Idem. Scarabeus qui pilulas voluit. Et ea venena quæ hac forma ſumimus vulgo pilulas nominam⁹. Idem. Vetus axungia phthiſin in pilulis ſumpta ſanat. Hæ græco vocabulo catapotia dicuntur.

❡Pilum nouacula: culter raſorius:& haſtile quinq; pedum & ſemis. de quo in dictione pilus.

❡Pilani dicti ſunt milites qui pilis pugnabant: qui antea primipilares vocabãtur: mutata n in re.

❡Pilo as. pen. cor. a pilus qui in carne eſt ſignificat pilos emitto. Accius. Tunc primũ pilabant genę. A fra. Meum p̃terea corpus nũc pilare primũ cœpit Interdũ etiam pilare eſt pilos detrahere. Mar. Q; pectus & crura pilas. Hinc cõponitur depilo. Pilo as. pen. ꝓd. gręcũ eſt:& ſignificat complano. A quo fiunt compoſita cõpilo: expilo: oppilo:& ſuppilo.

❡Pilates genus lapidis candidiſſimi. Cato. Lapis candidior q̃ pilates.

❡Pilentum vehiculi genus: quo matronæ ferebãtur. Idem videt̃ qđ petoritum qđ quattuor rotarum: ab hiſpanis introductum. Varr. de lin. la in conſuetudinem ſua ætate primum veniſſe ſcribit. Eſtq; eius formę qua noſtri temporis principũ Italiæ mulieres vectant̃. Ita libratum vt cõſidentes in puluinis in aere ſuſpendi agitate videantur.

❡Pileus tegmẽ capitis: qđ & pileum dicitur. Plaut. Vt ego hodie raſo capite caluus accipiã pileũ. Perſi⁹. Hãc nobis pilea donant. Ponit̃ quãdoq; pileus ꝓ libertate. Vnde legim⁹ apud hiſtoricos ad pileũ ſeruos fuiſſe vocatos: qđ ſignificat ad libertatẽ: cui⁹ inſigne eſt pileus. Liui. lib. xxiiij. Poſtero die ſerui ad pileũ vocati:& carcere vincti emiſſi. Sueto. in Tibe. Seruiſq; ad pileũ fruſtra vocatis in ſiciliam ꝓfugit. Accipiebant enim ſerui pileum raſo capite: qui manumittebantur.

❡Pileolus & pileolũ cum accentu in antepen. Hor. in epi. Vt cũ pileolo ſoleas cõiũia tribulis. Hiero. ad Fabiolam. Pileolus rotundus eſt: quaſi ſphæra media ſit diuiſa & pars vna ponatur in capite. hoc græci & noſtri tiaram nonulli galerum vocant. Idem ad Paulinũ neutro genere dixit. Pileolũ textura breue: charitate latiſſimũ ſenili capiti confouendo libenter accepi:& munere:& muneris auctore lętatus.

❡Pileatus qui pileo indut⁹ eſt. Vnde ſerui pileati qui pileo impoſito vendebantur.

❡Pilumnus qui ſtercorandorum agrorum: & piſendi frumenti vſum inuenit. Iouis vt putant filius:& Dauni pater. Ser. lib. ix. æn. Pilũnus & pitũnus fratres fuerunt dij. ho rũ pitũnus ſtercorãdc ꝙ inuenit vſum agrorũ: vñ & ſter q̃linius dict⁹ eſt. pilũnus vero pinſendi frumẽti: vñ a piſtorib⁹ colitur. Et ab ipſo pilũ dictũ eſt.

❡Pina per ſimplex n gen⁹ piſcis ſiue cõchę. Ci. li. ij. de natura deorũ. Pina vero ſic em̃ gręce dicit̃ duab⁹ grandibus obſita conchis: cũ quis piſciculus ſquilla dict⁹ ſocietatem coit. in aliquibus cancer cibi aſſectator.

⁎Pinarius dicit̃ famelicus nã pina dicit famem. Ce.

❡Pinna per duplex nn ꝓprie penna eſt quæ pluma. i. mollior & exigua pẽna non eſt. Nã pẽna nomẽ generale eſt ad plumas & pinnas. Var. lib. iij. de re ruſ. de colũbis. Qui iã pinnas habere incipiũt: in nido relinquũt illiſis crurib⁹. Idẽ de gallinis. Eligat fœcundas plerũq; rubicũda pluma nigris pinnis. Colu. lib. ix. Siccus etiã puluis & cinis vbicũq; cohortẽ porticus vel tectũ ꝓtegit iuxta parietes reponẽdus eſt: vt ſit quo aues ſe perfundant. Nam his rebus plumã pinnaſq; emundant. Pinna etiã acutũ ſignificat: vnde & pinnę murorum. i. ſummitates. Pinnas etiã geſtare gladiatores ſolebant. vnde pinnirapi rętiarij dicuntur: ꝙ pinnas e galeis mirmilonum tacto igte exciperent.

⁎Pinna pręterea eſt Conchę genus: naſcitur in limoſis ſubiectis ſemp nec vnq̃ ſine comite quem pinnotherã alij pinnophylacem vocant. Ce.

❡Pinnirapus pe. cor. gladiator. Cõpoſitum nomẽ ex duob⁹ corruptis ſcilicet pina & rapio. Iuuena. Hic plaudat nitidi p̃conis filius inter Pinnirapi cultos iuuenes: iuueneſq; laniſtę.

❡Pinnula diminuti. a pinna. Et eſt ſumma pars auris ab acuitate dicta. Aliquando parua pinna: id eſt pẽna. Col. libro. ix. Inhibeturq; cupiditas incubandi pinnula per nares traiecta.

❡Pinnaculum faſtigiũ & ſummitas ædificij in acumẽ tẽdẽtis: ſiue ꝙ veteres pinnã acutũ dicebant. Vnde bipennis ſecuris quæ vtrinq; aciem habet. ſiue ꝙ pinnaculis addi pinna cõſueuit: quæ facili motu ventorũ indicet flatum. qđ genus nunc penniculum dicitur.

❡Pinnaces & per diminutionem pinnacidia dicuntur tabellæ in quibus capita omniũ rerum continent̃:& latine indices dicimus.

❡Pinnacothecę: locus erat prope atrium: in quo pictę tabulæ reponebantur. In tablino rerum in magiſtratu geſtarum monumenta continebantur. Var. ſcribit multos ſpectatum veniſſe Luculli villas: vt viderẽt pinnacothecas.

❡Pinus arbor tam maſculini q̃ fœminini generis & tam quartę q̃ ſecũdę declinationis eſt: quę & pinea dicitur. Ambr: Quis pineam vidẽs nõ ſtupeat? Pineus a. um. qđ eſt natum ex pinu Pinea fronde apud Iſthmũ victores coronabãtur. Pinetum locus pinis conſitus.

⁎Pinguedo & pinguetudo licet Serui⁹ grãmaticus latina ee neget in vſu: a latinis vſurpant̃. Plyni⁹. Omni pinguedine detracta in olla caro decoquitur. vide Beroaldum in Seruium.

❡Pinaſter pinus ſylueſtris miræ altitudinis. Plyn. lib. xvj. Pinaſter nihil aliud eſt: q̃ pinus ſylueſtris.

❡Pind⁹ lapitharũ ſedes mõs theſſalię apollini muſiſq; ſacer. Acarnaniã ab Aetolia diuidit. Sũt tñ qui hoc nomẽ cũ y pſilo ſcribãt. Eſt & nomẽ vrbis theſſalicę a pindo mõte appellata iuxta quẽ eſt fluuius eiuſdẽ nõis.

❡Pinguis non macer. aliquando ponitur pro infœcũdo. Ver. Et pingues hortos. Aliquando pro impedito & inepto. Ci. Qđ ipſi Antiocho pingue videt̃ & ſibi ipſi contrarium. Hinc cõponitur præpinguis quod eſt valde pinguis. Col. li. iiij. Ideoq; nõ eſt vineis apta vix etiam arbuſtis niſi præpinguis. Pingue vero ſubſtantiuum neutri generis dicitur quod inter carnẽ & cutem

eſt ſucco liquidũ. Ver. Et oẽs Impendunt curas denſo diſtẽdere pingui. A pinguis fit impinguo as. Hier. Impinguatus incraſſatus recalcitrauit.

¶ Pingueſco is. a pingueo es. fit. Col. li. ij. Omne emaciatum armentũ medica pingueſcit. i. pinguefit.

¶ Pinguefacio ſignificationis actiuæ eſt: pinguefio paſſiuę.

¶ Pingo gis xi. ctum. pingere eſt formam alicuius rei ductis lineis repręſentare. Hinc pictor qui pinxit: & pictura ars pingendi. in qua ſuperioribus tẽporibus floruere Zeuſis: Paraſi⁹: Apelles viri cãtatiſſimi. Hac vero tempeſtate Andreas Mãtinea Patauinus mantuani principis aulicus vir in omni virtutũ genere p̃ſtantiſſimus: dignus certe qui a poetis & a cæteris ſcriptoribus celebret: cũ nulli vel integritate: vel pingẽdi arte ſit ſecũdus. huic accedũt Ioannes Belius Venetus: Leonardus Florẽtinus: & Vincẽtius Brixianus excellẽtiſſimo ingenio hoies: vt qui cũ omni antiqtate de pictura poſſint cõtendere. Per tranſlationẽ pingere ponit̃ pro imaginari. Hiero. ad Dama. Q̃ đ erã voce prõpturus ante mihi cogitatione pingebã. Huius verbi cõpoſita ſunt depingo q̃đ eſt pingẽdo deſcribo: denũcio: demõſtro. Lactã. li. iiij. Cũ eñ quidã miniſtrorũ noſtrorũ ſacrificãtibus demonijs aſſiſterẽt: impoſito frontib⁹ ſigno deos illorũ fugauerunt ne poſſent in viſceribus hoſtiarũ futura depingere. i. denũciare. Idẽ lib. v. Quid vobis inanem iuſtitiã depingitis & optatis cadere de cœlo tanq̃ in aliquo ſimulachro figuratam. i. fabricatis. Hiero. ad Pau. Tito p̃cipit vt inter alias virtutes ep̃i quem breui ſermõe depinxit. i. deſcripſit. Terẽ. in phor. Probe horum facta imprudens depinxit. i. elocutus eſt. Expingo ſicut pingo. Plyn. Iam vero & onerarijs nauib⁹ quoniam & pericula expingimus ne quis miretur & rogos pingi. Cõpingo & impingo vide alibi.

¶ Pinſo is. ſui. piſtum vel pinſitũ pila tundo: vel molis frãgo. Col. li. j. Panicum pinſitum: & euolutũ furfure: ſed miliũ quoq; pultẽ q̃uis i copia maxime cũ lacte non faſtidiendã p̃bet. Põp. Cũ neq; molis molui: neq; palmis pinſui. vnde piſtor. nã ante molarũ vſum frumenta in pilis pinſebãt. Var. Nec pinſorem vllum noſſent niſi eũ qui in piſtrino pinſeret farinam. Perſ. O Iane a tergo quẽ nulla ciconia pinſit.

¶ Pinſo as. in eodem ſenſu. Var. li. j. rerum ru. Promẽdo diem vt in piſtrino pinſetur ac torreatur. i. tũdatur: vel frangatur.

¶ Pinſito as. frequẽtatiuũ a pinſo is. Plau. in aſi. Qui polentam pinſitant: id eſt cõtundunt.

¶ Pindo is. pindi pinſum. Idẽ q̃đ pinſo. Vnde pinſor qui nunc piſtor dicit̃. nã erat vtriuſq; rei artifex: hoc eſt qui frumenta pinſebat: & qui panes coquebat.

⁎ Pinton inſula vna eſt ex cunicularijs inter Sardiniã & Corſicam. Cc.

¶ Piſtor a pinſo is. qui frumẽta in pilis pinſit. Nũc aũt dicitur qui panẽ coquit ſeu facit. Ply. li. xviij. Piſtores romæ non fuerunt ad Perſicũ vſq; bellũ annis ab vrbe cõdita ſuper quingentos octoginta. Suet. in Cæſ. Domeſticã diſciplinã in paruis ac maioribus rebus diligẽter adeo ſeuereq; rexit: vt piſtorẽ alium q̃ ſibi panẽ cõuiuis ſubijciẽtẽ cõpedib⁹ vinxerit. Var. in ſaty. de edulijs. Si q̃tum operę ſumpſiſti: vt tuus piſtor bonum faceret panem. Atteius Capito Piſtores tantum eos qui far pinſebant nominatos eſſe tradit: eoſq; coquere ſolitos panem toſtum lautioribus. Piſtorem & coquum apud antiquos eoſdem fuiſſe accepim⁹. Piſtorẽ etiam habebant in numero ſeruorũ. Vnde ait Iurecõ. Si quis ſeruos habuerit p̃prios: ſed quorum operas locabat: vel piſtoricas vel hiſtrionicas ſeruorũ appellatiõe hos legaſſe videtur.

¶ Piſtrix mulier quę panẽ coquit. Et piſtrix belua.

¶ Piſtris is. nauis. Ver. li. v. Velocẽ Mneſthe⁹ agit acri remige piſtrin. Piſtis vero latine fides.

¶ Piſtura ars pinſendi. Plyn. lib. xviij. Piſtura nõ omnium facilis: quippe & Hetruria ſpicam farris toſti pinſente pilo præferrato.

¶ Piſtorius a. um. quod ad piſtorem pertinet: vt ars piſtoria. Idem in eodem. Ad operis piſtorij genera trãſeunte cura. Hierony. in gene. Omnes cibos qui fiunt arte piſtoria.

¶ Piſtoricus. a. um. idem q̃đ piſtorius. Vnde Iuriſconſultus operas piſtoricas dixit.

¶ Piſtrinum & piſtrina ę. penul. pro. locus in quo pinſitur & panis fit. Quandoq; etiam capitur pro laborioſo ſeruitio. Tractũ a ſeruis: qui ob noxam a dñis in piſtrinum traduntur. Proprie Suet. in Augu. Et modo vnguẽtariã tabernam: modo piſtrinum Ariciæ exercuiſſe obijcit. Plyn. lib. xviij. piſtrina fœmineo genere vtitur. E ſiligine inquit laudatiſſimus panis: piſtrinarũq; opera laudatiſſima.

¶ Piſtrilla æ. dimi. a piſtrino ſecundũ Priſ. Nam diminutiua quãdoq; diuerſa ſunt a genere nominũ primæ poſitiõis: ſicut a ſcuto ſcutella. At Dona. a piſtrina deducit. & ſumitur p̃ molendino a manibus. Ter. Apud ipſum lacum eſt piſtrilla.

¶ Piſtrinenſis & hoc piſtrinenſe q̃đ ad piſtrinum pertinet. Apu. in aſinũ reformat⁹ molas piſtrinẽſes per circuitus multiuios circũegiſſe ſe feſtiuiter ſcribit deſcribẽs quales eſſent miniſtri in piſtrinenſi cõtubernio.

¶ Piſtillum ſiue r inſtrumentum quo in mortario lapideo & maxime Thebaico plumbeo piſtillo terere moliuntur.

¶ Piones popłi in Myſis aſię: q̃ ſupra Caicũ amnẽ ſita eſt: ab vrbe dicti quã Piõis cõditor pionias vocauit.

¶ Pipiones columborum pulli: vt apud Lampridiũ in Alexandri vita.

¶ Pipare dicuntur gallinæ cũ vocẽ emittunt. ſ. cum faciunt pipi. Varr. in aboriginib⁹. Mugit bos: ouis balat: equi hinniunt: gallina pipat.

¶ Pipio is. p̃priũ eſt vocis pullorum. Col. libr. ix. Die vndeuiceſimo aiaduertat an pulli roſtellis oua percuderint & auſcultet ſi pipiant. Sunt etiã qui hoc verbũ paſſeribus tribuãt: vt in carmine quod Ouidio aſcribitur. Peſſimus at paſſer triſtia flendo pipit.

¶ Piper nomen arboris q̃đ eſt barbarum. Per. Rugoſumq; piper. Dicitur & piperi inuariabile: ſicut gũmi: nauci: mancipi.

¶ Piperatũ vinũ dicit̃ q̃đ pipere & melle cõditum eſt.

¶ Piperites pe. p. herba q̃ & ſiliquaſtrum dicit̃ caule rubro & lõgo dẽſis geniculis folijs lauri guſtu piperis.

¶ Pipulum. cõuitium. Plau. Ita me bene amet Lauerna te iam niſi reddi mihi vaſa iubes pipulo hic differã ante ædes.

¶ Pirata nomen latronis qui primus mare infeſtauit: a quo oẽs ſpoliatores & p̃dones piratæ dicti ſunt. alij piratam a περάω tranſeo deducunt: quia. ſ. ex trãſuerſo ſimulac piratæ viderent inſulã in eã tranſeundo mari impetũ faciẽtes illam dep̃dabant̃. vel q̃ piratę ſemper maria permeant. pirata græce latine p̃do. & piraticam facere dicuntur prędones.

¶ Piraterũ habitaculũ piratarũ eſt: vt ſcribit Am. de hoſtibus carnalibus non metuendis. qui etiam ſubdit. Tamdiu in piraterio ſumus: q̃ diu in hac carne poſiti p̃donũ ſpiritualiũ tentationibus ſubiacemus.

¶ Piſa ciuitas in ſummo montis vertice condita inter oſſam & olympum: iuxta quam Ioui ſacra dicta olym-

pia celebrabant: Eſt & hoc noie oppidũ Arcadiæ ꝓpe alpheũ amnẽ: a qua hi q Piſas i ualia cõdiderũt venere dictas a ciuitate priſtina. Vñ Verg. lib. x. Alphœæ ab origine piſę Vrbs Hetruſca ſolo. hic piſeus Piſea piſeum.
¶ Piſſa grę. lat. pix. vñ piſſelęon oleũ qd ex pice fit.
⁎ Piſſaſphaltus pix miſta bitumini quę in Apolloniatarum agro reperitur. Cc.
⁎ Piſſoceron eſt melliginia genꝰ ex cęra & pice ſiue gũmi ſiue reſina miſtum. Cc.
¶ Piſę arum. ciuitas Tuſciæ a qua piſani dicũtur q ex ea originem ducunt. de hac Luca. Hinc tyrrhena vado frangentes ęquora Piſæ.
¶ Piſum genus leguminis: cuius caules ſpargũtur in terram niſi habeant admmicula. Col. li. ij. Similis quoq; ratio eſt piſi quod tum facilem & ſolutam terram deſyderat. Hinc piſones.
¶ Piſones appellati ſunt quidam Romani nobiles q; optime piſa ſererent: ſicut a lente lentuli.
¶ Piſaurus fluuius Piceni: a quo piſaurũ ciuitas ei ſuperpoſita noiata eſt. Seruius vero ſcribit piſaurum dictum: q; illic aurũ pẽſatũ ſit. Nam cũ Camyllus gallos interemiſſet: aurũq; qd galli a romanis acceperant pro capitolio non euerſo recepiſſet: & ſigna ciuitati appendiſſet: ciuitati nomen dedit.
¶ Piſidę fuerunt populi in aſia minori quondam Solimi appellati. vt Ply. lib. v. refert.
¶ Piſiſtratus nomen ꝓprium viri. Quo nomine dictꝰ fuit Hippocratis filius Athenarũ tyrannus cui ob ſummam eloquẽtiã athenienſes ſe & libertatẽ ſummiſerei quo tẽpore Romę Ser. Tul. regnabat. q̃uis Solon ipſe quoq; ſummus orator pro libertate ſtaret. Idem primꝰ apud Athenas bibliothecam inſtituit.
¶ Piſcis: qui in aquis degit. piſces pro ſigno cœleſti tãtum pluraliter declinatur. Col. lib. xij. Quintodecimo calendas Martij ſol in piſces trãſitum facit. A piſcis fit diminutiuum piſciculus.
¶ Piſcari eſt piſces venari: ex quo fit compoſitum ex piſcor: de quo alibi.
¶ Piſcatus us: ipſa piſcatio & actus piſcãdi. Ply. Quos venatus aucupia piſcatuſq; alebant. Plau. in ru. Piſcatum hamatilẽ ſaxatilemq; aggredimur.
¶ Piſcatorius. a. um. quod ad piſcatorem pertinet: vt nauis piſcatoria. & ludi piſcatorij qui fiebãt pro quęſtu piſcantium.
¶ Piſcarius. a. um. idem quod piſcatorius: vt hamꝰ piſcarius. Plau. in ſti. Arundinem fert ſportulamq; & hamum piſcarium.
¶ Piſcarius qui piſces vendit. Var. Inter piſcarios nemo vendebat. Idem dicitur cetarius: q̃uis cetarij potꝰ ſint qui magnos & ſalſos piſces vendunt.
¶ Piſcaria ę. locus vbi piſces venduntur. Var. Nullus in piſcaria piſcis erat.
¶ Piſcoſus. a. um. locꝰ in quo piſcari facile eſt. Oui. li. iij. met. Eſt prope piſcoſos lapidoſi Orathidis amnes. Aliquãdo piſcoſus dicitur piſcibus plenus.
¶ Piſculentus locus: vbi multi piſces morantur: & in quo ẽ facile piſcari. Cat. Fluuiũ magnũ pulchrũ piſculentũ. Plaut. in ru. Qui ſalſis locis incolit piſculẽtis.
¶ Piſcinalis & hoc le. qd eſt piſcis: vel qd ad piſces pertinet. Vnde apud Palladiũ piſcinales cellæ legitur.
¶ Piſcina locus & ſtagna ab initio dicta ſunt in quibus viui piſces coercentur. Var. libro. iij. de re ru. Piſcinas voco eas quæ in aqua dulci aut ſalſa incluſos habẽt piſces ad villam. Mar. Piſcina rhombum paſcit & lupos vernas. Hæ viuaria quoq; vocantur. Sed quoniam in piſcinis natare etiam ſolebant inualuit conſuetudo: vt omnes in hunc vſum collectæ aquæ: ſiue frigidæ: ſiue calidæ piſcinæ dicant. Videnturq; a piſcibus dici: q̃uis in his nihil piſcium ſit. ſed forte piſcinæ dictæ ſunt in balneis q; hoĩes piſcibus ſimiles natando fiant. Ci. Latiorem inquit piſcinam voluiſſem vbi iactata brachia nõ offenderent. Ply. Si natare latius aut tepidius velis in area piſcina eſt: ꝓximo puteus: ex quo poſſis rurſus aſtringi. Quinetiã vaſa lignea ampliora ad tenendum aquã piſcinę vocantur. Plyn. Decoquitur in aqua & in piſcinas ligneas funditur. Eadem generali vocabulo & natationes appellantur.
¶ Piſcinarius qui piſcinas piſcibꝰ refertas habet. vnde Cic. Lucullũ & Hortẽſium piſcinarios appellat.
⁎ Piſenor Centaurus Ixionis & Nubis filius. Cc.
¶ Piſtoria ciuitas quam Ptole. ponit inter mediterraneas Tuſciæ ciuitates. Eſt enim inter Florẽtiam & Lucam. a qua piſtorienſes.
⁎ Piſor a piſendo ſiue pinſendo dicitur vnde piſores ſiue piſtores veteres dicebãt tam eos qui frumẽta piſebant. i. tundebant (piſere eñi tundere eſt) q̃ qui panes coquebãt. Varro. Nec piſorem vllum noſcent: niſi cũ qui in piſtrino piſeret farinam. Cc.
¶ Piſtis grece lati. fides. piſtoo fidẽ accipio & do.
¶ Pitaciũ particula corij: qua aliqd repetiaꝛ. Hiero. in Ioſue. Calciamẽta ꝑantiqua: quę ad indiciũ vetuſtatis pitacijs cõſuta erãt. Quãdoq; accipitur ꝓ breui epiſtola: quãdoq; pro ſchedula de mẽbrana exciſa.
¶ Pitacus penult. cor. phũs mityleneus. hic ex Leſbo tyrãnum Melandrũ depulit. & certantibus athenienſibus atq; Mityleneis dux in bello factus Phrynonem Athenienſium ducem ſingulari certamine interfecit. vnus ex ſapientibus fuit.
¶ Pitane ſiue pitana vrbs æolica quę portus duos habuit. Ab hac pitanei & pitanitæ nominãtur. vbi & Archeſilaus Academicus natus eſt: qui cũ Zenone apud Polemonem didicit. Fama eſt apud Pitanã lateres inuentos eſſe qui ſuper aquas innatarẽt: quod & de alijs locis traditum eſt.
¶ Pitheci ſunt ſimij. πίθηκοσ. Pithecos enim ſimia dicitur. a quibus inſulæ vbi eorum eſt maxima copia pithacinæ ſiue pithaculę dictę ſunt.
¶ Pithacuſę inſulę in mari tuſco contra campaniam a pithecis ſimijs vt auctor eſt Stra. dictæ ſunt. Ply. vero a figlinis doliariorum quæ ibi ex creta fiebant. Dolia enim gręci πίθοι ſimias pithecon vocant. In harũ ſummitate oppidum fuit: quod plurali numero pithecuſæ dicebatur. Ouidꝰ. Steriliq; locatas Colle pithecuſas habitantum nomine dictas.
⁎ Pithonoſcomes locus eſt in aſia in cãpis patentibus vbi primo aduentus ſui tẽpore ciconię cõgregant & eã q̃ vltima aduenerit lãcinãt vniuerſę atq; ita abeũt. Cc.
⁎ Pitho vna ex nymphis & ſuadela ſiue ſuaſio dicit. eſt & vna ex Atlantidibus. Cc.
⁎ Pithyſma ſputum qd & ptiſma dicitur. Cc.
¶ Pitiſſo as. parũ vini paulatim & quaſi tentãdi gratia guſto. Ter. Pitiſſando modo mihi qd vini abſumpſit dicẽs hoc aſperũ pater: hoc eſt alterum lenius.
¶ Pityocampę: vermes e pinu arbore naſcẽtes morſu venenato nec diſſimili a bupteſtis morſu. Ply. Vſus ſæpe contra cantharidas bupreſtim pinorum: quas pityocampas vocant. gręce πιτυόκαμπαι.
⁎ Pitpit veteres oſcorũ lingua ꝓquidquid dixere. Cc.
¶ Pituita penult. ꝓd. morbus ex catarrho proueniens græce phlegma dicit. Hora. in Ser. Lenta feret pituita vides vt pallidus omnis. Macer. Cum mulſa bibitum pituitæ noxia ſoluit. habet pituita domicilium in capite vt inqt Au. Plato in Timeo pituitã ait eſſe oĩm languorũ originem: qui ex diſtillatiõe ſunt: ex eaq; gigni

malas valitudines plurimas: qm̄ in plurima loca illabitur. Quęcunq; autē partes corporis tumeſcere dicunt̄. ab illius incendio & cōbuſtiōe vexant̄. Quę cum expirat extrinſecus varios exitu ſuo tumores producit. Intrinſecus vero cohibita vrentes edaceſq; morbos procreat. Tunc aũt peſſima quādo puro ſanguini miſta ligaminū fila ſuo ex ordine dimouet & iterdū penetrat in medullas: aduſtiſq; radicib⁹ inde aīæ vincula quaſi nauis funes reſoluit & amputat. Pituita etiā catarrh⁹ dicit̄. Pituita etiā in gallinis dicit̄. Col. lib. ix. Sępe etiā iā validiorib⁹ remedijs factis atq; ipſis matrib⁹ etiā vitanda pituitę pernicies erit. Hinc pituitoſus qui vulgo dicitur phlegmaticus. Cice. lib. j. de fato. Inter locorū naturas q̄tum interſit videamus: alios eſſe ſalubres: alios peſtilentes: in alijs eſſe pituitoſos & quaſi redundātes: in alijs exiccatos atq; aridos.

⁎Pixacanthum ſpuię ſpecies quā chironiū vocāt. Cc.

❡Pix eſt quę fit ex arborꝝ reſinis ad ignē decoctis. Reſina vero eſt liquor craſſus ex arboribus fluens: & ſępe ſua ſpōte ſiccatus ad ſolē. Pix liquida coquit̄ ad nauiū & ad multos alios vſus. Ply. li. xiiij. Pix in Italia ad vaſa vino cōdēdo maxime ꝓbatur Brutia e picea reſina. Hinc pico as. de quo ſupra.

P. ante L.

❡Placeo es. cui. citū. placere eſt gratū eſſe. Cuius contrarium eſt diſplicere. Hiero. in ꝓlo. paralip. vtrūq; cōplexus eſt. Orationū itaq; veſtrarū adiut⁹ auxilio miſi librum beniuolis placiturum: tamen inuidis diſplicitu rum eſſe nō ambigo. Aliquando placere eſt efferri: gloriari & confidere. vt ego placeo mihi: tu places tibi: ille placet ſibi. Quintil. Placeas licet tibi opum tuarū fiducia diues: ſi mihi idē inuidere nō expedit pares ſumus. Hinc etiam cōplaceo: qđ ſignificat etiā placeo. Ter. in and. Poſtq̄ me amare dixi: cōplacita eſt tibi. Diſpliceo nō placeo. Idē in heau. Heuheu q̄ ego nūc totus diſpliceo mihi? Perplaceo valde placeo. Idē ibi. Perplacet. Habetq; impersonale paſſiuę vocis. Cypri. Si homini bona placetur: dominus offenditur.

❡Placidus a. um. mitis ſedatus: q; illa quę quieta ſunt omnibus placent. Terē. in Adel. Ille ſemper egit ſuam vitā in ocio: in cōuiuijs: clæmēs placid⁹ nulli lędere os: arridere oībus. Dona. Clęmēs eſt circa recte agētes: placidus etiā circa delinquētes. clæmēs aio: placid⁹ vultu. Hinc placiditas: quā Var. in ouib⁹ eſſe aſſerit cū ait. In quia primū nō ſine cauſa putant oues aſſumptas: & ꝓpter vtilitatē: & propter placiditatē. Maxime eñ quietę & aptiſſimę ad vitam hominum.

❡Placido as. placidum ſeu placatū facio. Ambr. lib. de Abel. Graues motus noſtræ adoleſcentiæ fida ſenectutis ſtatione placidantur.

❡Placitus. a. um. participium. Teren. in prolo. hecy. vbi cognitæ ſunt placitæ ſunt.

❡Placitum nomen ſignificat conſenſum & veluti pactionem firmatā. Plyn. Eadem ætas Neronis principatu ad Theſſalum trāſiliuit delētem cunctorū maiorum placita & rabie quadam in omnes ęui medicos perorantem. Hiero. in gñ. Non poſſumus extra placitum eius quicq̄ aliud loqui tecum.

❡Placo as. mitem ac placidum facio: propitio. Placabilis ꝓpicīabilis. Cuius cōpoſitum eſt cōplaco pe. pro. Gel. Conciliate ſibi atq; cōplacare iudices debent: ſenſuſq; eorū expectatione cauſæ ſuſpenſos angēteſq; honorificis verēdiſq; ſentētijs cōmulcere: nō iniurijs atq; imperioſis minitationibus confutare.

❡Placenta libum farinaceum quod fit ex farina ſiliginea caſeo melle: dicta q; nobis placeat vel q; ea ſolerēt deos placare: vel dicitur a gręco πλακοῦς.

❡Plæruſq; raq; rumq;. vnde in nō tā ſingulari q̄ plurali Plęraq; pen. cor. in ablatiuo ꝓducitur. Hora. in epiſtolis. Si qđā nimis antiquę: ſi plęraq; durę. Idē. Plæraq; differat & p̄ſens in tēp⁹ omittat. Plęriq; mō capit̄ pro maxia pte. Sal. Plæroſq; ſenectus diſſoluit niſi q ferro aut beſtijs interiere. Modo ꝓ eo qđ eſt nōnulli. Quintil. Videas plæroſq; ira percitos. i. nōnullos. Solet etiā eē ſyllabica adiectio: & pro vna orōnis parte poni: vt eū dicimus plæriq; oēs hoc factitāt. Significat eñ oēs. Terē. in an. Quod plęriq; oēs faciunt adoleſcētuli. Diphthōgatur autē qm̄ ἀπο τοῦ πλήρεος fit qđ plenū frequens ſignificat. Cōuerſa eñ e lōga in æ dipht. vt i ſcęna: thęca: lęthe alijſq; permultis dictionibus ſeruat̄. Similiter plærūq; qđ a plæruſq; deducit̄ dupliciter ſumi poteſt. Vno modo pro eo qđ eſt fere ſemp. Alio modo (ſed rariſſime) pro eo qđ eſt nonnunq̄. Quintil. Excuſſa ſunt plærunq; vitia verberibus. i. nonunq̄. Et ab aliquibus putatur nomen: ab aliquibus aduerbium. Inuenitur etiam plęrus ſine adiectione. Pacu. Periere Danai. plæra pars peſſundata eſt.

❡Plaga ꝑcuſſio: vulnus verber. Verg. Plagiſq; peremptum Tōla per integrā ſoluūtur viſcera pellē. Aliquādo plagæ rętia dicūtur rariora ad capiēdas feras: q; plagis. i. foraminibus plena ſint. Cice. li. iij. offi. Sūt ne igitur inſidię tendere plagas etiam ſi excitaturus non ſis. Vergil. Rætia rara plagę lato venabula ferro. Vbi Ser. ſcribit plagas ꝓprie illos funes dici quib⁹ Ręt̃a tendūtur circa imam & ſummā partem. Rurſus cœli vel terræ ſpatiū ampliſſimū: qđ etiā tractus & clima a græcis dicitur plaga appellatur. Vergi. li. vij. In medio dirimit plaga ſolia iniqui. Itē grande linteū tegmē candidum qđ ſudonē vocant lecticariā quale eſt quo nūc vtūtur mulieres Romanæ: olim paſſim in vſu erat. Var. de vi. pa. Chlamydes: plagæ: vela: vaſa aurea. Idem. Eburneis lectus & plagis ſigillatis. & habet p̄mā cor. niſi cū ſignificat vulnus: quod gręce dicit̄ πληγὴ. Ouidius de triſ. Nō habet in nobis iam noua plaga locum. Huius diminutiuū eſt plagula. i. parua plaga.

❡Plagiarius qui plagas. i. vulnera infert. & plagiarius qui hominē quem ſcit liberum eſſe emit vendit ve aut pro ſeruo tenet. Item qui libertū emit vel vēdit. Itē qui ſeruo aut ſeruæ pſuadet vt a dño dña ve fugiat: vel eū eā ve inuito vel inſciente dño celat: vinctū habet: emit vel vēdit. Dictus plagiarius q; lege Fāuia plagia dānatus eſſet. Lex ipſa plagiaria: crimē plagiariū vocatur. Mar. Impones plagiario pudorem. Plagiarium vocat furem librorum ſuorum.

⁎Plagium etiam ſignificat ip̄m crimen. Cc.

❡Plagiator idē qđ plagiarius. Hier. ad Florentiū. Magiſtrū aũt pueri tui: de quo dignatus es ſcribere: quem plagiatorē eius eſſe nō dubiū eſt: ſæpe Euagrius preſbyter me p̄ſente corripuit. cui ille reſpondit. Ego nihil timeo. dicit ſe a dño ſuo fuiſſe dimiſſum.

❡Plagoſus dicitur grāmatic⁹ ludimagiſter: q; plagas inferat. Vñ Domitij marſi verſus eſt. Si quos Orbili⁹ ferula ſcuticaq; cecidit. Et plagioſus eſt qui ſuauitate verborum retrahit a propoſita virtute.

❡Plago as. plagam infero. Auguſt. lib. xxj. ci. dei. Cū iuſtiſſime annoſas pœnas ſeruus in compedibus pendat: qui verbo aut ictu celerrime tranſeunte vel laceſſiuit dominum vel plagauit.

⁎Planaratrum dicitur aratrum in quo cuſpis vomeris palę effigiem habet. Cc.

⁎Planaria inſula eſt vltra Corſicam a ſpecie ſic dicta q; ęqualis freto exiſtat: ideoq; nauigijs fallax. Cc.

¥Planaſia inſula eſt in mari Tyrrheno nõ lõge ab Ilua Author Pto. li. iij. Cc.

¶Planus a. ũ. dicit cuius figura æqualis eſt. Quoniã vero plana nullum impedimentum habẽt quin vndecũq; videri poſſint: planũ quandoq; pro aperto & manifeſto ponitur. Et ſic habet pe. pro. Planus vero pe. cor. ſumitur pro ſcurra non quidem ſimpliciter: ſed certi atq; ſui generis impoſtore deceptoreq; a fallendo dictus. Hora. Nec ſemel irriſus triuijs attollere curat Fracto crure planum. Inter planos maxime celebres fuare Cephiſodorus & Pantaleon: q deceſſurus vtrũq; filium decepetit ſeorſum his ꝓdendo qua parte domus infodiſſet aurũ qđ nuſq̃ erat.

¶Plane aduerbiũ. i. certe: manifeſte. Q nq; oĩno. Cic. Trebat. Quare ſi plane a nobis deficis: moleſte fero. Aug. li. ij. con. Quid erat ille affectus animi? Certe enim plane turpis erat.

¶Planities ęqualitas. Sallu. Nam vti planities erat inter ſiniſtros mõtes & dexteram rupẽ aſperam octo cohortes in fronte cõſtituit.

¶Planitudo idẽ qđ planities. Col. lib. v. Perticæ cacuminũ modicæ planitudinis: q̃ tñ depundiaris orbiculi craſſitudinẽ nõ excedant optime pangunt.

¶Planidus idem quod planus. Col. lib. iij. Curamq; adhibeto: vt a ſuperiore & ſicciore & exiliore in planidiorem humidiorem: pinguiorem agrũ trãſferas.

¶Plano as. planum facio. Cuius cõpoſita magis ſunt in vſu: videlicet complano: quod eſt totum planum facio. Gel. lib. ij. M. Cato in lib. quem de agricultura cõſcripſit. Semẽ cupreſſi ſerito crebro ita vt linum ſeri ſolet: eo cribro terrã inſernito dimidiatũ digitũ: iã id bñ tabula: aut pedibus: aut manibus cõplanato. Deplano & explano: de quibus alibi.

¶Planula a complanando dicta eſt: pro inſtrumentõ fabrili quo aſſamenta leuigantur & poliũtur. Nam dolabra idem videtur eſſe quod aſcia vt inqt Do. qui inquit: Dolare eſt aſcia cędere. Et planulæ ſunt quas nos lamas vocamus. Fores eñ cum planulis ferreis parietibus cardinibus coniunguntur: & ſuper illos deuoluũtur.

¶Planipes: qui pedes planos habet. Vnde comœdiæ ſiue fabulæ genus dicitur planipedia. vbi nullo procedebatur cultu: q actores pedibus planis. i. nudis proſcænia introirent. Diom. ſcribit planipedem græce mimũ ſignificare: q actores planis pedibus. i. nudis itrarent ꝓſcęniũ. non vt tragici actores cum cothurnis: neq; vt comici cũ ſoccis: ſiue q olim non in ſuggeſtu ſcęnę: ſed in plano orcheſtrę poſitis inſtrumentis mimica actitarent.

¶Plancæ tabulæ planę a planitie ita appellatæ. Plyn. lib. viij. Nec pontes aſini tranſeant p raritatẽ plancarũ tranſlucentibus fluuijs.

¶Planci qui ſupra modũ pedibus plani ſunt. i. qui pedes imos graciles habent planos ęqualiter: quaſi tabellis quæ plancę vocant. Quo nomine dictus eſt Rõanus quidam cuius extant epiſtolæ luculenter ſcriptæ. Qui teſte Euſebio cum galliam comatã regeret Lugdunũ condidit: quę ciuitas Senecę tẽporibus deflagrauit incendio. Hi etiam Ploti dicũtur. Vnde poeta dict9 eſt primo Plotus. propter huiuſmodi pedes. Deinde Plautus.

¶Planta cum de pedibus dicitur ſignificat totam partem inferiorem digitoſq; & vngues. Verg. in Moreto. Cruribus exilis ſpatioſa prodiga planta. Si vero de arboribus: ea eſt quæ transferendi gratia: vel de arboribus rapta: vel ex ſeminibus eſt orta. & de herbis quoq; dicitur. Verg. Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum Depoſuit ſulcis.

¶Plantaria ipſæ plantę in terra natæ: quæ cum radicibus tranſferuntur de vno loco in alium. Verg. Syluarumq; alię preſſos propaginis arcus Expectant: & viua ſua plantaria terra. Plantaria etiam dicuntur plantarum loca. Plyn. lib. xvij. Quędam in plantario iſita eodem die transferuntur.

¶Plantari9 a. ũ. quod plantari debet: ſeu quod ẽ aptũ vt plantetur. Col. li. vj. Ipſę autem arbuſculæ hoc modo poſſunt trãſferri: anteq̃ plantarias arbuſculas effodias ſolo: rubrica notato partem eius quæ meridiem ſpectet.

¶Plantaris & hoc are. quod eſt plãtę pedis. Sta. libro j. theb. Summa pedum propere plantarib9 alligat alis.

¶Plantiger plantas gerens. Vnde plãtigeræ arbores: quæ ex ſeſe pullulando plantas emittũt. Ply. Siliqua plantigera eſt in imis partibus.

¶Planto as. notę ſignificationis. vt homo quidã plãtauit vineam. Huius compoſita deplanto: quod eſt cõtrarium ſuo ſimplici. Nam deplantare ſignificat quod plantatum erat euellere. Ply. Sed vtraq; infirmiſſima: & quæ cortice nituntur tantum vel leui aura ocyſſime deplantãtur. Col. li. ij. Ne aut cornu bos ad ſtipitẽ vehementius offendat: aut extremo iugo truncum delibet: ramumq; deplantet. Explanto ſignificat ſicut deplanto. Idem. Vt ſit quæ teneri adhuc pampini capulis ſuis illigent ne ventus explantentur. Et libro. vj. Anteq̃ explantes arbuſculam. Supplanto ſubt9 plantõ. de quo alibi.

¶Plantago hærba: cuius duo ſunt genera. ſ. maior & minor.

¶Planetæ ab errore dictæ ſunt ἀπὸ τῆσ πλάνησ. i. ab errore. πλανήτησ. i. erraticus & vagus: vel a verbo græco πλανάομαι erro. Latini ab inceſſu vocant errantia & erraticas ſtellas. Nigidius errones appellat. Nam vt ait Ser. interdum in hauſtrum: iterdum in ſeptentrionem: plærunq; contra mundum: nonnunq̃ cum mundo feruntur. Vnde Vergili9 de Mercurio. Quos ignes cœli Cyllenius erret in orbes. Sunt autem ſeptem planetæ. Saturnus: Iuppiter: Mars: Sol: Venus: Mercurius: Luna. Sed quinq; contra mundum feruntur: & cũ mundo quãdoq; retrogradi ſunt. Sol vero & luna ſemper contra mundum.

¶Plango is. xi. ctum. fleo: vnde planctus & plangor. aliquando plangere eſt percutere. Lucil. Plangunt littora fluctus. Oui. Plangebant corpore terram. Hic plãctus & plangor pro ꝑcuſſiõe. Luc. Exigit ad ſæuos famularum brachia planctus. Syl. Liuentia planctu Brachia. Catul. Procedunt leuiterq; ſonant plangore cachinni.

¶Plaſis gręce latine formatio dicitur. hic plaſtes plaſma & plaſmo.

¶Plaſtes fictor qui figulinam artẽ exercet: qui & figulus dicit. Hiero. Mollis cæra & ad formandum facilis: etiam ſi artificis & plaſtę ceſſent manus: tamen virtute totum eſt quicquid eſſe poteſt.

¶Plaſtice fictoria vł figlaria: ars figlina qua finguntur imagines ex argylla. ἀπὸ τοῦ πλάττειν quod ẽ fingere: vnde & proplaſtice dicitur ars faciendi typos. i. formas quibus formandis figlinis operibus vtuntur. Dicitur etiam proplaſtice pro ipſa forma: quam ad formanda alia opera adhibent. Plyn. Arceſilai proplaſticen pluris vænire ſolitam conſtat ab artificibus ipſis q̃ aliorum opera.

¶Plaſma atis: & plaſmatum figmentum quod & figlinum opus dicitur: quod formatum eſt. Item plaſma emplaſtrum a πλάττω fingo: componoq;. Perſ. Lig

do cũ plaſmate guttur Mobile colluerit. Antiqui enim nonnulli emplaſtrum ex pluribus liquoribus reb⁹ com mixtis vocem adiuuãtibus faciebant. Cato. de plaſmatis bibendis.

¶ Plaſmo as. figmentũ aliquod efficio.

¶ Platos græce latine dicit latitudo. Vnde Plato: platea: platanus: & multa alia.

¶ Patyophthalm⁹ quaſi dilatans oculos. πλατὺς enĩ latus ὀφθαλμὸς ocul⁹. Quo noĩe dict⁹ eſt lapis ſpumę candidę nitẽtiſq; qđ ſtimi appellãt: alij ſtibani: alij alabaſtrum: alij turbaſin. Nã dilatat oculos & eoꝝ fluxiones exulcerationeſq; inhibet.

⁎ Platyphyllon lactucę genus. Cc.

⁎ Platycerotes beluæ lata cornua hñtes. Cc.

¶ Platea via latior: fereq; militaris ꝓtoria conſulariſq; dr̃. Quandoq; etiã capitur pro arca in quã cõuenire populus ſolet: curtus pe. cor. apud Catul. Lampridius i heliogabalo. Plateas i palatio ſtrauit lacedęmonija & porphyreticis ſaxis. Eſt & nomẽ auis quæ ad ea volat quę in mari merguntur: & capita eorum morſu corripit: donec capturã extorqueat. Dicta platea a latitudine corporis.

¶ Platęa cũ diph. vrbs bœotię. Plyni. Platęæ numero plurali. hinc Platęenſes populi dicti.

¶ Platanus pe. cor. arbor late ſpargentibus ſe ramis a πλατὺς latũ. Petronius arbiter. Nobilis ęſtiua platanus diffuderat vmbras. Eſt aũt tã maſ. q̃ fœ. gñis: & tã q̃rtę q̃ ſcdę decli. Ver. in cul. Nã primũ prona ſurgebãt valle patẽtes Aeriæ platanus. Idẽ in Ge. Et ſteriles platani malos geſſere valentes. Hic platanetũ & platanon ꝓ loco platanis cõſito.

⁎ Platanodes Achaię ꝓmontoriũ. Cc.

¶ Plato phũs. ab humerorũ latitudine dict⁹. Hic antea ex aui paterni nomine Ariſtocles vocabat. Fuit egregio corporis habitu: & i palęſtra ſe exercuit apud ariſtonẽ palæſtriten: a quo primũ cognominatus eſt plato. Natus eſt Athenis eo die: quo apud Delõ Apollo. ſtuduit picturę & tragœdias: poemataq; edidit. Adeo autem in omni diſciplinarum gñe: & p̃ſertim in phia excelluit: vt diuinus Plato & phõꝝ Homerus vocat⁹ ſit. Ci. lib. tuſ. q. platonicæ maieſtatis maxim⁹ eſt buccinator: adeo vt ipm deũ appellet. quẽ Labeo iter ſemideos cõmemorãdum putauit. Cui defuncto Magi vti deo immolauerunt.

¶ Platicerotes belue lata cornua habentes.

¶ Plauti a planta pedib⁹ q & ploti noiant. ſoleas quoq; dimidiatas q̃bus vtebant in venando quo planius pedẽ ponerẽt ſemiplotia appellabant.

¶ Plaudo is. ſi. ſum. Eſt aũt plaudere quoties alicui ꝓ re bñ geſta cõgratulamur: lętitiãq; oſtendimus. Amb. li. ij. de virgi. Quę põpa illa? quãta ãgeloꝝ lętitia: plaudentiũ q habitare mereat in cœlo: q̃ cæleſtẽ vitã vixit i ſæculo? Seneca. Vnã rẽ adijciã & fauere ac plaudere te iuuabit. Fit etiã quandoq; in derſum: vt eſt apud Ezechielẽ: pro eo q plauſiſti manu & pcuſſiſti pede & gauiſa es ex toto affectu ſup terram Iſrael. Hui⁹ cõpoſita ſunt applaudo: qđ eſt alicui plaudo. Hiero. Cũ q̃ labia torqueatis: trahatis capilliũ: applaudatis pede: fidẽ eccleſiæ aptiſſime confitebor. Supplaudo: de quo alibi. Eſt & plaudeo es. Hiero. in eccle. Caput ſuũ mouebit & plaudebit manu.

¶ Plauſus us. Cice. in Cato. Quibus cũ a cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus.

¶ Plauſibile fauorabile iucũdũ populare: qđ plauſu ppli excipi põt. Cic. Qm̃ plauſibilia hæc nõ ſunt vt in ſinu gaudeant: glorioſe loqui deſinãt. Sic oratio plauſibilis dicta eſt: quæ placet & plauſum populi meretur.

¶ Plauſtrũ currus: q ex omni pte ſit palã: qđ in eo vehitur: Vt inquit Var.

⁎ Plautus vide ploti.

¶ Plecto is. xi. ctum ſecundum Priſ. vel xui. ſecundũ aliquos xũ. ſignifi. punio ferio. ἀπὸ τοῦ πλήττω ferio. Hie. in lib. iudi. Si ſeptẽ crines capitis mei licio plexueris: & clauũ hunc circũligarũ terrę fixeris infirmus ero. Aug. lib. de ci. dei. Nã ſi omne nunc peccatũ manifeſta plecteret pœna: nihil vltimo iudicio reſeruare putaret. Huius paſſiuum eſt plector. Ter. in phor. Tu iam lites audies: ego plectar pendẽs. i. feriar: vt inqt Do. Hinc plectrum & plagę.

¶ Plector deponens non eſt in vſu: ſed habet compoſita amplector: complector: circumplector: implector vnde implexus quod eſt implicatus. Gregor. Sed cũ ex lectione alia redemptoris noſtri ſententia ad mentẽ reducitur: ex huius nobis lectionis verbis quęſtio valde implexa generatur. Perplector perfecte ligo. Hier. ad Paulinum. Tenent ſe mutuo: ſibiq; pplexi ſunt: & quaſi rota in rotam voluitur. Ter. in eunu. Pergin ſceleſta mecũ perplexe loqui. Dona. Ideo perplexe ga ſtatuerat vitium celare virginis. Hinc perplexor: quod ẽ valde ligo ſeu in dubio pono. Plau. in aul. At ſcio quo vos ſoleatis pacto pplexarier. Pactum non pactũ eſt: non pactum: pactum eſt: quod vobis lubet. Idem in Aſi. Neq; vllum verbum faciat perplexibile. id ẽ ambiguum multum.

¶ Plectilis penulti. cor. quæ plexa eſt. Plaut. in bacch. Pro gabea ſcaphiũ: pro inſigni ſit corolla plectilis.

¶ Plectrum inſtrumẽtum citharœdi quo fides plectũtur. i. percutiunt. a πλήττω percutio. Mar. Feruida ne trito tibi pollice puſtula ſurgat: Exornent docilẽ garrula plectra lyram. A noſtris dicit quandoq; pecten. Vergi. Iam pectine pulſat eburno. Plectrum etiã q̃nq; calcar ęneũ quod olim gallis gallinaceis addebatur dum inter ſe pugnarent.

¶ Plębs bis. vł plębes bei. idem quod vulgus. Hoc ẽ vilior pars populi. Gel. Plębs in qua gẽtes ciuium patriciæ non inſunt. Ply. Tanta plębei conſternatione vt primo pulſus ex ea regione: mox & interẽptus ſit. Huius diminutiuum eſt plębecula.

¶ Plębeſcitũ plębis ſtatutum. Sciſcere enĩ ſtatuere ẽ. Scita vero plębis appellantur ea quæ plębs ſuo ſuffragio ſine patribus iuſſit plębeio magiſtratu rogante vt pote Tribuno. In populo enim omnis pars ciuitatis & omnes ordines continent: in plębe neq; equites ſunt neq; patricij.

¶ Plębeius a. ũ. qđ eſt plæbis: vt plębei ędiles.

⁎ Et plębeiæ pudicitiæ ſacellum Romæ vt ſacra cætera colebatur. Cc.

¶ Plegma atis. rętę crines intorti. hoc eſt tricę & omne textum.

¶ Plẽmyriũ fluuius ſicilię q per agrum Syracuſanum labit. a πλημμύρω quod eſt exundo.

¶ Plenus a. um. quod eſt vacuo contrarium. hoc eſt in quo nihil eſt vacui ſed integrũ atq; perfectum eſt. hinc plenitudo perfectio.

¶ Pleniluniũ vide in dictione luna.

⁎ Pleon ſiue pleion græce ſignificat plus. Cc.

¶ Pleonaſmos latine cumulatio: ſiue adiectio. Figura quoties ſuperflua addunt. vt Sic ẽ ore locuta. πλέως enim plenus dicit.

¶ Pleo es. q̃uia nõ ſit i vſu habet tñ compoſita. Compleo: expleo: impleo: a quo adimpleo. oppleo: repleo & ſuppleo. Lact. lib. vij. Et replebunt montes cadaueribus oſſibuſq;.

¶ Pleiades ſtellę q̄ taurū pficiūt p̄ter caput qđ ortu ſuo pmę nauigatiōis tps oñdit. πλειάδεσ latine vergilię dñr a verni tēporis ſignificatione quo oriunt̄. Nam vere exoriunt̄ & circa æquinoctiū: earum ortus matutin⁹ eſt. Hygin⁹. Inter huius tauri finitionem & caudā arietis ſtellę ſunt: quas noſtri Vergilias: græci pleiades dixere. Fuerunt Athlantis filię ſeptem ex Pleione nympha cū quibus Iuppiter cōcubuit. Vñ & pleiades dictę: & ex hoc relatę ſunt in numerū ſyderū. Vulgo pulcenaria dicunt̄. Vel a pluralitate πλειονεσ. Pleones em̄ græca lingua plures dñr. Plures autem ſimul apparere certum ē. Pherecydes tradit ſeptē ſorores fuiſſe Lycurgi filias ex Naxo inſula. Et quia Liberū educauerūt a Iouiciter ſydera fuiſſe relatas. Harū noīa putant̄ Electra: Alcinoe: Celeno: Merope: Aſterope: Taygete: Maia. quarum ſeptima vix cerni poteſt. Oui. li. iij. faſt. Pleiades incipiūt humeros releuare paternos: Quæ ſeptem dici: ſex tñ eſſe ſolēt. Seu ꝙ in amplexu ſex hinc venere deorum. Nā ſteropē marti cōcubuiſſe ferūt. Neptuno alcinoen: & te formoſa Celeno. Maian & electrā taygetēq; Ioui: Septima mortali merope tibi Siſyphe nupſit. Poenitet & facti ſola pudore latet. Siue ꝙ Electre Troię ſpectare ruinas Nō tulit: ante oculos oppoſuitq; manū. Fit autem quādoq; hæc dictio tetraſyllaba. Proper. Nō hæc pleiades faciunt nec aquoſus Orion. Aliquando abijcitur e. & dicimus pliades. Sta. lib. j. ſyluarū. Nec par ęgęas hyades pliadūq; niuoſum Sydus & olenijs dignum petiiſſe ſub aſtris.

⁎ Plęriq; a plus deducit̄ qđ auctores aliquādo vſurpāt p eo quod eſt plures & maxima ex parte. & plęrūq; qđ ſignificat fere ſemper. Plærīq; omnes vna pars orationis. i. plærīq;. Terēti⁹. Quod plærīq; omnes faciūt adoleſcentuli. Cc.

¶ Plethron quidam pro iugero accipiūt. Alij duo plethra ſingulis contineri iugerib⁹ exiſtimāt: vt Hero mathematicus in plethro pedes centum: in iugero ducētos contineri ſcribens.

¶ Pleuritis idis. dolor laterū. græce πλευρὰ τῆσ πλευρᾶσ latus dr̄. Hinc pleureticus qui hunc morbū patit̄. Sūt etiā q hunc morbū pleureſin vocēt. Macer. Coſtarū quā pleureſin attica lingua.

⁎ Plexa ligata. a quo pplexa. i. itricata atq; abſtruſa. C.

⁎ Plexaura nympha ſic dicta ꝙ plene fruatur. πλήθω impleo & ἀύρω fruor. quo nomine vocata ē vna Atlātidum. Cc.

⁎ Pliades vide pleiades. Cc.

¶ Plico as. aui. tū. & plicui plicitū. a quo quattuor compoſita: Applico: complico: explico: & implico: ſimiliter duplex p̄teritum & duplex ſupinum hñt. Reliqua ſolum in aui. atum terminant vt duplico: triplico: quadruplico: multiplico: replico: ſupplico. Significat autē plicare nectere & veluti rugas facere. Tractum a gręco Complico ſimul plico: cumulo. Hier. in plo. Iob. Si fiſcellā iunco texerē: aut palmarum folia complicarem vt in ſudore vultus mei comederē panem meum. Lac. lib. v. Quid lęno niſi vt bouis exuat? qd fur niſi vt plura complicet? Implico innecto inuoluo. Sal. li. iiij. hiſt. Implicitæ rates myſteria prohibebant. Lactā. li. ij. Nā cum bello ciuili brutiano implicitus graui morbo abſtinere p̄lio ſtatuiſſet. Aliquādo iplicare ornare. Plaut. Implicat ad ſpeculum caput. Circūplico. Gel. Surculo compari quem habebat capite ad funem proīde vt debere fieri ſciebat circumplicabat. Replico diſſoluo. Plau. Replica tricam atq; extende. Et replicare rurſus explicare: dicere. Hieron. ad Lucinum bęthicum. Hęc & ipſe intelligis quo animo replicem. Plyn. Quam ſæpius ille replicaſſet tandem perſuaſit. Duplico: a quo conduplico: multiplico: & ſupplico: de qbus alibi.

¶ Plicatile quod plicatur: vt nauis plicatilis: cū facta ē corija. Et plicabilis criſta vpupę.

⁎ Plionen nympham ferunt ex qua & Atlāte atlātides genitę dñr vnde & nomē ſumpſerunt pliades dictę. Cc.

⁎ Pliſſima veteres p plurima vſurparunt. Cc.

¶ Plodo is. ſi. ſum ſignificat quatiēdo ſiue collidēdo: & manibus: pedibuſve ſonū aliquē facio. Cui⁹ cōpoſita ſunt Applodo quod eſt iuxta: ſeu ad aliquid plodo. Quintil. Complodere manus ſcænicum eſt: pedes applodere interim licet. Feſtus. Sūt qui appludam ſorbitionis liquidiſſimum genus putent ꝙ flatu deijciat̄ & quaſi applodatur. Applodere per tranſlationem eſt fauere ac teſtari honorem illo motu. Cōplodo: explodo: diſplodo & ſupplodo: de quibus in explodo.

¶ Ploro as. Vide in dictione fleo. Eius compoſita ſunt comploro ſimul ploro. Liuius lib. j. Tum demum palam facto: & cōploratione in regia orta Ser. pręſidio firmo munitus primus iniuſſu populi volūtate patrum regnauit. Deploro: exploro & imploro: de quib⁹ locis ſuis.

¶ Ploſtrum idem quod plauſtrum. Nam au. in o. ſępe conuertitur. Huius diminutiuum eſt ploſtellum. Augu. lib. de ci. dei. Nam hoc turpe membrum per Liberi dies feſtos cum honore magno ploſtellis impoſitum prius rure in compitis: & vſq; in vrbem poſtea vectabatur.

¶ Ploti qui planis ſunt pedibus exiguam & fere nullā in medio concauitatem habentes.

⁎ Plotæ inſulæ antea dicebant̄ q̄ nunc Strophades dicuntur. Cc.

⁎ Plotiam arundinem vocant ſubtiliorem ꝙ nexibus apta ſit. Cc.

⁎ Plotus poſtea Plautus dictus eſt poeta comicus Vmber Sarſinas. Cc.

⁎ Ploximū dr̄ capſa vbi plurima reponunt̄. C.

¶ Pluma mollior & exigua pēna. Hinc plumeus a. um vt lectus plumeus. Implumis & hoc implume: quod ē ſine pluma: vt Auis implumis. Sūt qui dicant plumā quorūdam lingua ſignificare acum. Vñ plumarius. a. um. vt opus plumariū. ⁎ Itē plumeus & plumiger. Cc.

¶ Plumula dimi. parua pluma. Columel. li. ix. Plumulæ ſub cauda clunibus detrahendę ne ſtercore coinquinatę dureſcāt: & naturalia p̄cludant.

¶ Plumarius aria. arium. qđ ex pluma eſt. Et plumarium dicitur opus acu factum: qđ gręci a liciorum multiplici varietate polymitarium appellant. Hiero. in exo. Decē cortinas de byſſo retorta variatas opere plumario facies.

¶ Plumarius qui acu depingit. Vñ ibidē legit̄ ꝙ Achiſamech fuerit optimus lignorū artifex & polymitari⁹ atq; plumarius. Cato de libe. educā. Etenim nulla q̄ non didicit pingere pōt bene iudicare ꝙ ſit bene pictū plumario: aut textore in puluinaribus plagis.

¶ Plumatile pe. cor. qđ ex plumis factū eſt. Plau. Comatile aut plumatile plumis implere. Nonius clauatū interp̄tatur: aut ex pluma factum.

¶ Plumo as. plumā facio. Vnde plumatū eſſe pēnatū dicimus. Gel. lib. j. Auicula eſt parua nomen eſt caſſita habitat nidulatq; in ſegetibus id ferme temporis: vt appetat meſſis pullis iā iā plumātib⁹. Et plumare ē acu pingere. Flaui⁹ Vopiſcus. Laneas tunicas purpura micantes & plumanti difficultate pernobiles.

¶ Plumeſco cis. a plumeo es. fieri cōuenit. pēnat⁹ fio. Aug. li. iiij. cō. Aut quid tū aberat paruulis tuis longe tardi⁹ ingeniū cū a te longe nō recederent vt in nido eccleſiæ tuæ tuti plumeſcerent.

¶Plumbũ duplex eſt:albũ.ſ.& nigrũ: album ſtãnum dicit. Nigri plumbi duplex origo ẽ. Aut enĩ ſua ſpõte naſcit vena:nec quicq̃ aliud ex ſe parit:aut naſcit cum argento:mixtiſq; venis conflat. Primus liquor qui in fornacibus fluit: album plumbum & ſtãnũ vocat. Secundus argentũ. quod remanſit galena dicit: & latine plumbago.

¶Plumbeus a.um. qđ ex plumbo eſt: vt imago plumbea. Aliqñ dicit nigrum. Vnde Plau. Plumbeũ hoiem appellat liuidũ. Per tranſlationẽ quoq; plumbeum ingeniũ obtuſum dicit: & quod penetrare cogitando nõ poteſt.

¶Plumbago cõis vena plũbi & argẽti: grece molibdẽna. Plyn. Frequens & his plumbago. hoc eſt vt in ſole plumbei videant.

¶Plũbarı⁹ a.ũ. qđ ad plũbũ ptinet: vt plũbaria officina. Ply. Pſimmythiũ quoq; hoc eſt ceruſam plumbariẹ dant officinæ.

¶Plumbarius ij. qui ex plumbo facit opera.

¶Plumbo aa. ferrumino. Plyn. Neq; argẽtum ex ſtãno plũbat: qm̃ pri⁹ liqueſcit argẽtũ. Hic replũbo: quod eſt reſoluo. Iurecõſultus digeſtis de auro & argento legato Emblemata vaſis & lapidibus incluſa replumbari poſſe ſignificat.

¶Plũbatura mõ ferruminationẽ ſignificat: mõ quãcũq; cõiuncturã plumbo factam.

¶Plũbatæ dñr pilę plũbeę: quas veteres peregrino vocabulo Manobarbulos vocabãt. A quo & milites qui his vtebant manobarbuli appellati ſunt.

¶Plus pluris gñis neu. In obliquis vero & nũero plurali triũ generum eſt. Et ſecundũ Priſ. cõparatiuum eſt ſignificatiõe tñ nõ voce: ab eo qđ eſt multum. At Gel. lib. v. non comparatiuum ſed abſolutũ dicit. Vnde Ambr. formauit cõparatiuũ: cum dixit. Cuius parentes dum requiſiſſet cœpit offerre plurima & pluſtora promittere. vbi etiã cõparatiuũ ſuppoſuit ſuperlatiuo quod fieri conſueuit. Ouid. lib. ix. met. Sed q̃ cum tibi ſit iunctiſſima iũctior eſſe Expetit. Dicim⁹ autem plus hac re: & plus hanc rẽ. Terẽ. in eu. Nõ plus triduũ. Vitr. lib. vij. Aſſeres directi diſponant inter nec plus ſpatium habẽtes pedes binos. In plurali Plura & pluſia. Do. Antiqui hoc cõplure & hęc cõpluria: qđ noſtri cõplura dicunt. Ci. in pthagora. Cõfirmãda genera cõpluria. Credo quia veteres hic & hæc plures & hoc plure. nõ hoc plus dicebant. Gel. vero refert Capitonem docuiſſe pluria latinũ eſſe: plura vero barbarum. Nũc autem de vſu & pluria & plura dicimus. Vnde & cõpluria & complura. Terẽ. in phor. Multa aduenienti vt fit noua hic compluria. Sed differũt ab inuicem plura & complura: q; plura poſſunt eſſe duo: complura duo eſſe non poſſunt. Illud cõparatiuum: hoc minime. ideo q; non regit caſum. Complurimus non reperit: ſed tñ plurimus. Eſt etiã plus aduerbiũ. Et plus ſatis dicimus pro eo quod eſt maxime: & pluſ q̃ ſatis. Ter. in eu. Accede ad ignẽ hũc iã caleſces plus ſatis. Componit qñq; plus & dicimus perplus. Ab eo fiũt deriuatiua. Pluralis & hoc plurale: & pluratiu⁹ a.um. vt pluralis vľ pluratiuus numerus.

¶Plurifariã aduerbium ſignificat pluribus modis: ſiue pluribus locis. Suet. de Tibe. Cubicula plurifariam diſpoſita tabellis ac ſigillis laſciuiſſimarum picturarũ adornauit.

¶Pluſcul⁹. a. um. diminutiuum. a plus: q̃uis plus a maſculino vel fœminino nõ veniat. Et ſignificat parum plus: vel aliquanto plus. vn pocho plu. Terẽ. in phor. Tũ pluſcula ſupellectile opus eſt. Idem i hecy. Primũ dies compluſculos.

¶Plurimus ſuperlatiuũ a mult⁹: qđ etiã quãdoq; pro longo ponit. Vergi. Iãq; aſcẽdebant collẽ qui plurim⁹ vrbi iminet. Vnde apud eũdẽ nux plurima. i. lõga: qua ſignificatur amygdalũ.

¶Pluteus machina ad expugnãdos muros ad ſimilitudinẽ caſſidis. Cõtexit e vimine: & corijs ptegit: ternisq; rotulis quarum vna in medio: duæ in capitib⁹ apponuntur. in quãcũq; partem voluens admouentur. Hos obſidẽtes muris admouent: applicantq; i eorum munitione ſagittis: ſeu alijs miſſilibus defenſores de propugnaculis exturbant vt ſcalis aſcendendi p̃ſtetur occaſio vt inquit Vege. Ceſar. Sempq; hoſtibus ſpes victorię redintegretur: eo magis q; deuitos pluteos turrium videbant nec facile adire apertos ad auxiliandũ aiaduertebant. poſtea vero etiam tabulę quibus aliqd p̃ſepiretur eodem nomine dictæ ſunt. Liui. Cratibus pluteiſq; & linteis contectus. Suet. in Cal. accipere videtur pluteum pro fulcro tori diſcubitorij cum inquit Quoſdam ſummis honoribus functos cœnari modo ad pluteum: modo ad pedes ſtare ſuccinctos linteo paſſus eſt. Mar. Nam pluteo vindicetur⁹ erat. Librorum quoq; & tabularum ſignorumq; repoſitoria plutei appellantur. Iuue. Et iubet archetypos pluteum ſeruare Cleãthas. Hic plutealis & hoc pluteale. Vnde a Cicerone ſigilla pluteralia imagũculę pluteis. i. tabulis incluſę. Tabula inſuper qua vtuntur ij qui litteris dãt operam & ſcribunt pluteus litteralis dr̃. Perſ. Nec pluteũ cędit nec demorſos ſapit vngues: Pluteum etiã dicebant ſpatiũ id quod inferiores colũnas a ſuperioribus p lõgitudinẽ & fronte diſpeſcebat.

¶Pluto Saturni filius ex Opi coniuge & frater Iouis atq; Neptuni. Qui cũ ad regni diuiſionẽ veniſſet Plutoni qui natu minor erat & Ageſilaus vocabatur i parte occidentis obtigit ſecus inferum mare. Ioui plaga oriẽtalis neptuno inſulæ. Hinc datus eſt locus fabulæ: vt Ioui imperium cœli: Neptuno maris: Plutoni inferorum obtigerit. Pluto autem Summanus: dis: orcus: vragus ab vrgendo: Vedius Iuppiter dictus fuit. Idem ge talia eſt appellatus: quaſi mora quies ſit ærumnarum.

¶Pluo. ſi. plui: plutum. quãdoq; ſuppoſitum habet: ſed non appoſitum. Hierony. in Gñ. Non enim pluuerat dominus ſup terram. Et iterum. Ego pluam ſuper terram. Aliquando id quod pluit ponitur in nominatiuo. Tibul. Multus & in terris deplueretq; lapis. Vale. Max. In piceno lapides pluuiſſe ait. Au. lib. iij. ci. dei. Sed cum pluit terra cum pluit creta cum pluunt lapides: non vi grando appellari ſolet hoc nomine ſed omino vel terræ: vel cretæ: vel lapidum pluuia. Quandoq; ablatiuum appoſitum habet. Liui. lib. vj. de bel. mace. Tarracinæ & Amiterni nunciatum eſt aliquoties lapidibus pluiſſe. quandoq; actiũ: vt deus pluit aquam: pluit mãna. Quandoq; id ſup quod pluit in ntõ ponitur. Hierony. in Eze. Tu es terra immunda & nõ compluta in die furoris. Quin. lib. vj. Cum cœnaculũ eius perplueret. Hui⁹ compoſita ſunt appluo. Ply. Niſi appluat exanimat. Cõpluo. Var. Deorſũ quo ipluebat dictum impluuium. Surſum qua compluebat compluuium. Depluo deorſum pluo. Impluo int⁹ ſiue ſupra pluo. Col. libro ſecundo. Tremellius quidem aſſeuerat priuſq̃ impluerit ab auibus aut formicis ſata edi vbi æſtiuis ſerenitatibus ager aret. Perpluo per medium pluo: quod vernaculo ſermone dicimus itrsplouere. Plautus in Tri. Benefacta benefactis alijs pertegito ne perpluant. Quint. Cum cœnaculum eius pplueret.

¶Pluuia. æ. eſt iugis & lenta aqua dum pluit.

¶ Pluuiꝰ a. ū. vt aqua pluuia. q̄ pluta eſt. Ply. Terrēq̄ ſi mortarijs admixta aqua pluuia. Hor. lib. j. car. ventos pluuios vocat: hoc eſt pluuiā inducentes. Col. ver pluuium nominat: in quo ſępe fit pluuia.

¶ Pluuialis ſeu pluuiatilis adiectiua eiuſdē ſignificationis cum pluuius. Feſtus. Compluuium quo de diuerſis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locū. Col. lib. x. Infoſſi lacus ſignino conſtruunẽ qui receptā pluuialem aquā cōtineant. Et dies pluuiales ab eodē dicti ſunt: in quibus pluit.

¶ Pluuioſus a. ū. vt annꝰ pluuioſus in quo fuerunt frequentes pluuiæ.

⁎ Plyniꝰ Veronēſis naturalis hiſtorię ſcriptor ſic dictus a verbo gręco (vt nōnulli putāt) πλύνω. i. lauo. Cc.

P. ante N.

¶ Pneuma atis. ſpiritꝰ: flatus. pneumaticꝰ ſpūalis. Vñ pneumatica organa dr̄ ſpiritalia. Ply. li. xix. E puteo perticis pneumaticiſq̄ organis tollēdo. Dicitẽ & in muſica ratio pneumatica.

¶ Pneumō latine pulmo: qđ a πνέω ſpiro deſcēdit. Vñ pneumonia qđ & peripneumonia inflāmatio pulmōis cū ex alijs cauſis: tū ex diſtillatione vehementi vl' ſynāchia vel ſuſpirio vl' pleuritide prouenēs vt ſanguis tñ copioſꝰ excreari ſoleat. Hic pneumonici q̄ laborāt ex pulmone: q̄ latie dici pñt pulmonarij: ſicut a Col. ouis pulmonaria dicta eſt: cuꝰ pulmo afficitẽ.

P. ante O.

¶ Poculū ꝓprie vas quo bibitẽ a potiōe dictū. Augu. lib. xix. ci. dei. Nō eñ calix & potio quā cōtinet calix ſimul dr̄ poculū: ſed calix ſolꝰ. Sic tñ q̄ potioni cōtinendę ſit accōmodatꝰ. Sumitẽ tñ q̄nq̄ ꝓ eo qđ bibimꝰ. Ver. Pocula ſi q̄n ſęuę infecere nouercæ.

¶ Pocillū diminutiuū paruū poculū. Plyn. li. iiij. L. papyrius imperator aduerſus Samnites dimicaturꝰ votū fecit ſi viciſſet Ioui pocillū vini. Plau. in aſi. Tecum vna poſtea: tecū ęque pocilla potitet.

¶ Pocillatores pincernæ q̄ miniſtrāt pocula mēſę īgerētes. Vñ Ganymedes q̄ a dijs raptꝰ ferẽ: vt Ioui pocula miniſtraret: pocillator appellatꝰ eſt.

¶ Podagra pe. cor. pedū dolor. ποῦς & ἄγρα. atrocitas Mar. Litigat & podagra Diodorꝰ flacce laborat. Oui. lib. ij. de pon. Soluere nodoſam neſcit medicina podagrā. Podagra morbꝰ ꝑegrinus ē. Nā ſi Italiæ fuiſſet antiquiꝰ latinū nomē inueniſſet. Nō eñ roma cū ſudādo & laborādo viuebat hoc malū cognouit. Eſt aūt podagra rubens: hoc eſt calida. Eſt frigida. eſt multiplex. de q̄ apud medicos. Podagra etiā dr̄ pedica: laqueus quo capiuntur animalia.

¶ Podager podagricus & podagroſus: q̄ podagra laborat. Aen. Nūq̄ poetor niſi podager. Pla. in mer. Sed tādē ſi podagroſis pedibꝰ eſſet Euthicus.

¶ Podalyrꝰ ꝓpriū nomē Aeſculapij filij & fratris Machaonis medicinę artis ꝑclari: q̄ cū græcia ad Troiā ob medicinā ꝓfectꝰ eſt. A pedū magnitudine ſic appellatus. Medicinā aūt diuinā ꝓfecto videri oportet: ſi illđ quod in ꝓlogo prognoſticoꝝ ſcribit his verbis græce Hippocrates fuerit adiūctū quacūq̄ via poſſet futuri habere rationē. ἅμα δὲ καὶ εἴ τι θεῖον ἔνεστιν ἐν τῇσι νούσοισι καὶ τούτου τὴν πρόνοιαν ἐκμανθάνειν· οὕτω γὰρ θαυμάζοιτο τότε δικαίως καὶ ἰητρὸς ἀγαθὸς ἂν εἴη. ⁎ .i. Siẽ vero & ſi qđ diuinū ē in morbis huiꝰ prudētiā ediſcere. ſic eñ admiratiōi habereẽ tunc iuſte & medicꝰ bonꝰ eēt.

¶ Poderis pe. cor. talaria tunica duplici ſyndone vt inquit Hieron. quā Ioſephꝰ biſſynā vocat. Hæc adhæret corpori: & ita arcta ē: & ſtrictis manicis: vt nulla omnino in veſte ſit ruga: & vſq̄ ad crura deſcēdit. Solēt milites habere lineas quas camiſias vocāt ſic aptas mēbris & aſtrictas corporibus vt expediti ſint vel ad curſum vel ad ꝑlia: dirigēdo iacula: tenēdo clypeum: enſem vibrādo: & quocunq̄ neceſſitas traxerit. Ergo & ſacerdotes parati in miniſterium dei vtuntur hac tunica vt habentes pulchritudinē veſtimentorum nudorum celeritate diſcurrant. Dicta poderis a ποδῶν. id eſt a pedibꝰ.

¶ Podex poſterior pars corporis pudēda: q̄ ex ea pedes fluere videnẽ. Iuue. Et podice lęui cędūtur tumidę medico ridente mariſcę.

¶ Podia funis in naui: quo tenditẽ velū.

¶ Podium locus ad ſpectandū habilis: a pede nomen habens. ſiue quia pedis modo proiectura illa q̄ podiū facit ꝓcedat: ſiue q̄ ad pedes ædificiorum ſtrui conſueuiſſet: ſiue q̄ in eo pedibus hæreamus. Nūc vulgo dr̄ Meniana. Solet eñ fieri extra domus parietem locus porrectus inſtar pulpiti mutilis e marmore ſuppoſitis Iuue. Omnibus ad podiū ſpectantibus. Sueto. de Nero. Cæterum accubans primum paruis foraminibꝰ: deinde toto podio adapto ſpectare cōſueuerat. Sed & aſſeres tornatos in cōciauibꝰ & alijs locis ſupcilij modo parietibus ſuffigi ſolitos in quibꝰ candelabra & poma & codicilli ſuſtinenẽ: podia maternus ſermo appellat. Huius diminutiuū eſt podiolum.

¶ Pœcile fuit porticus Athenis noiata ex varietate picturæ. Græci eñ ποικίλον varium dicūt. ποικιλίαν varietatē. Vnde & lapis ſimiles vocatus eſt Pyrrho pœcilos a varietate rubētiū macularū. In hac aūt porticu Zenon phūs diſcipulos docebat. Vnde & ſtoica ſecta nomen accepit: & philoſophi ſtoici nuncupati: qui antea zenonij ab ipſo doctore appellabantur. στοὰ enim gręce porticus vocatur. Plyn. lib. xxxv. Hic & Athenis pinxit porticum quæ pœcile vocatẽ gratuito.

¶ Pœnus carthaginēſis: a phœnix: ſed aſpiratio detrahitur & œ in u mutatur in deriuatiuo punicus. a. ū. nō pœnicus. Vide infra in dictione punicus.

¶ Pœnulus diminu. eſt a pœnus. Vnde plautina fabula nomen ſumpſit.

⁎ Pœnica pauimēta dicta ſunt Numidico marmore ſtrata. Cc.

⁎ Pœninſula dr̄ q̄ quaſi inſula eſt: et vndiq̄ fere aquis clauſa: breui tamen anguſtia q̄ iſthmos dr̄ cōtinenti adnectitur. qualis eſt Pelopōneſſus quam nunc Moream appellant. Cc.

¶ Pœna ſupplicium a pēdēdo: vt Var. inq̄t. quo q̄s ob delictū afficitẽ. Alij a græco qđ eſt ποινή.

⁎ Pœnio veteres ꝓ punio dixerunt. Cc.

¶ Pœnarū vero octo genera Cicero cōmemorat. Dānum: vincula: verbera: talionem: ignominiā: exilium: ſeruitutem: mortem. Hinc punio: quaſi pœnio: pœna afficio.

¶ Pœnam pendere eſt multam ſoluere: quia hoc penſo ærę fiebat.

¶ Pœnalis & hoc pœnale: quod ad pœnam pertinet. Vnde & pœnalis actio.

¶ Pœnitet ebat. tuit. quaſi pœna tenet. Pœnitere dicimus cum quæ ipſi fecimus: ea nobis poſt incipiunt diſplicere & moleſta eſſe. Ci. Nam qđ obiectum eſt de impudicitia: quodq̄ omniū accuſatorum nō criminibus: ſed vocibus maledictiſq̄ celebratū eſt: id nunq̄ tā acerbe feret. M. Cælius vt eum pœniteat nō deformem eſſe natum. Quoniam vero his etiam q̄ nobis: aut tędio: aut pudori ſunt pœna quædam eſſe videtur: fit vt pœnitet aliquando pro tædet: pudet: ſeu dolet accipiatur. Liuius lib. j. Nec me eorum ſententiæ eſſe pœnitet. Ci.

in Cato. Nũ igit̃ ſi ad centeſimũ vixiſſet annũ ſenectu-
tis eũ ſuæ pœniteret? Accipit̃ interdũ pro parũ videt̃.
& a pœnuria deduci ſentit Gel. Ter. Me quum hic ope
ris fiat pœnitet. i. parum videt̃: quod a ſeruis fit. Cice.
lib. j. offi. Tam diu ſũt velle debebis quoad te q̃tum p
ficias non pœnitebit. Inuenitur etiam pœniteo pœni-
tes. & pœniteor deponens. Nam ſicut pœnitet me dici
mus. i. pœna tenet me. Ita pœniteor paſſiue: hoc ẽ pœ
na teneor. Hierony. in eccleſiaſtico. Fili ſine conſilio
nihil facias: & poſt factum non pœnitebis. Et in actib⁹
apoſtolicis. Pœnitemini igitur & conuertimini: vt de-
leantur peccata veſtra. Hinc fiunt participia pœnitẽs:
pœniturus: & pœnitendus. Actius. Neq; te neq; quen
q̃ arbitror pœniturum tuæ laudis. Col. lib. ij. Itaq; hic
ager ſiue exercet̃ ſiue ceſſet: colono eſt pœnitendus
ac tanq̃ peſtilens refrigendus.

¶ Pœnitentia & pœnitudo in vno ſignificato accipi-
untur: & a pœnitet quoad primum ſignificatum fiunt.
Hierony. in lib. ꝶ. Triumphator in Iſrael non parcet &
pœnitudine non flectetur. Nec enim homo eſt vt agat
pœnitentiam.

¶ Poeta ἀπὸ τοῦ ποιεῖν: quod eſt facio effingo: quaſi fi
ctor. Eſt enim qui eleganti a carmina fingit. Apd́ græ-
cos aũt poetæ per excellentiam quinq; ſunt: vt his ver
bis ſcribit interpres Oppiani de piſcibus. ποιηταὶ μὲν
κατ' ἐξοχὴν εἰσὶ πέντε ὅμηρος εὔπολις ἡσίοδος ἀντί-
μαχος νίκανδρος καὶ πανύασις. ✱. i. poetę quidem p ex
cellentiam ſunt quinq; Homerus Eupolis Heſiod⁹ An
timacus Nicander & Panyaſis.

¶ Poema atis. & poematum & poeſis poetarum op⁹:
eſt figmentum ſiue fictio. Plaut. in aſin. Nam nec fictũ
vnq̃ nec pictũ in poematis. Sunt tamen qui diſtiguãt
inter poema & poeſim: ꝙ illud ſit inuentio parua: quæ
paucis verbis exprimitur: Hæc vero textus ipſe ſcri-
ptorum & opus totum. Lucilius. Item queuis nõ ma-
gna pars poema eſt: poeſis opus totum totaq; illa ſum
ma eſt vna.

¶ Poetic⁹ a. ũ. qd̃ ad poetã ptinet. Hinc poetice aduer
bium: qd̃ eſt more poetarũ.

¶ Poetice ars ipſa: ſicut grãmatice & rhetorice.

¶ Poetria æ. & poetris idis. p modũ patronymici fœ.
Perſ. Poetridas picas cãtare credas pegaſeum melos.
Cornutus. Poema vł poetriã cõponentes.

¶ Poetor aris. in poetica exerceo ſiue poetã ago. Aen
nius. Nunq̃ poetor niſi podager.

¶ Pogonia dici põt barbata: gen⁹ cometę. πώγων. i.
barba. Ply. li. ij. Pogonias vocant cuius inferiore ex p
te in ſpecie barbæ longę ponit̃ iuba.

✱ Poetificus. a. ũ. quo vſus ẽ Aennius q caballinũ fon
tẽ poetificũ noiauit. Cc.

✱ Pol iurantis aduerbium. & pprie iuramentum mulie
rum. Cc.

✱ Polegrados inſula vna ex Sporadibus. Cc.

¶ Polis græce latine ciuitas & vrbs dr̃. Vñ neapolis.
Hinc politic⁹ a. ũ. qd̃ ẽ ciuile. Ci. Sed q̃ põt eſſe hoi poli
tico delectatio: cũ aut homo imbecillus a valentiſſima
beſtia laniatur.

¶ Polypiron ſepes fertiles multi frumenti.

¶ Polio πῶλιον ſignificat pulli aſinini fimũ quẽ equa
initio partiõis ante fœtũ effundit vt inqt Ariſtoteles.
Plynius vero polean vocat.

¶ Polio. is. iui. vel polij politũ. ſignificat orno & qua
ſi politico more cõpono. Hinc politum dicimus cultũ:
ornatum. Et politiones agroꝝ cultus diligentes: ſicut
poliuones veſtimentorum mundicię & cult⁹. Ci. Pub.
Lentulo. Nunc vt Apelles Veneris caput & ſumma
pectoris politiſſima arte perfecit. Huius compoſita ſũt
depolio: expolio: & ppolio: q̃ perfectionẽ actus deno-
tãt. Feſt. Depolitum perfectum: quia omnes perfecti-
ones antiqui politiones appellabant. Ci. lib. ij. ad he-
rẽ. Difficillimum eſt inuentum expolire expedite pro-
nunctare. Idem L. Luceio. Tu interea non ceſſabis &
ea quæ habes inſtituta perpolies. Repolio ruſ⁹ polio.
Col. lib. ij. Sin protinus vſui deſtinantur: ſcilicet fru-
menta nihil attinet repoliri iſtiſq; eſt vmbra refrige-
rari.

¶ Politia a polis q̃ eſt ciuitas latine ciuilitas interp̃tat̃.
Hiero. Scotoꝝ natio vxores pprias nõ habet: & quaſi
Pollitõis politiã legerit: & Catonis ſectet̃ exemplum:
nulla apud eos cõiunx ppria eſt: ſed vt cuiq; libitũ fue
rit: pecudũ more laſciuiunt.

✱ Politiones agrorũ cult⁹ diligẽtes dñr: ſicut politiões
veſtimẽtorũ. hoc eſt mũdicię & cultura. Cc.

¶ Polities mundicies & ornatus dicit̃.

¶ Polimenta teſticuli porcoꝝ cũ caſtrant̃: ꝙ ad ſimitu-
dinem veſtium poliant̃.

¶ Polleo es. per duplex ll poſſum: valeo. Cic. in para.
Nec eſt vlla res quæ plus apud eũ polleat q̃ ipſi⁹ volũ-
tas atq; iudiciũ. Liu. lib. j. Multũ illi terra plurimũ mari
pollent. Et pollere ſplẽdere. Ply. li. xxxvj. Ex oleo & a
qua cilicię cotes pollẽt. Huius compoſita ſunt præpol
leo. qd̃ eſt vltra alios polleo. Liu. li. j. Ardeam Rutuli
habebãt gẽs vt in ea regione atq; in ea ętate diuitijs p-
pollens. Repolleo: a quo repolleſco: quo vſus ẽ Col.
lib. v. Plurimarũ ſtirpiũ natura ſic cõmodat: vt circa ci
catricẽ nouellis frõdibus repolleſcat. i. repululeſcat. ęq
polleo: æquiualeo.

¶ Pollentia potentia. Plau. in ru. Nec ineptorum poti
or ſit pollentis. Et pollentia dea potentix: quæ a Rõa-
nis colebatur. Item pollentia Plynio auctore oppidũ
fuit in maiore Balearium. Fuit & altera Pollẽtia iuxta
alpes inclyta lanarum nobilitate. De qua Syl. lib. viij.
Fuſciq; ferax pollentia villi. Fuerunt & pollentini i pi
ceno in quinta regione Italiæ non multum diſtantes a
Tolentinatibus: vt indicat Ply. li. iij.

¶ Pollex digitus groſſus man⁹: ꝙ vi & poteſtate iter
cæteros digitos polleat: nec in ſiniſtra ceſſat nec min⁹
q̃ tota manus ſemp in officio eſt. Vnde & apud gręcos
ἀντίχειρ ãuchir vocat̃. q̃ſi prosmus: & q̃ſi altera man⁹
videatur Alio noie appellat̃ Hallux. ἀπὸ τοῦ ἅλλομαι
ſalto. ꝙ cõſtrictis manu pximũ digitum ſolus ſcandat.

¶ Pollicaris & hoc pollicare adiectiuũ a pollex. Plyn.
Digitoꝝ hois longitudo illis & interim falcata pollica-
ri latitudine.

¶ Polliceor verbum cõe ſcd̃m Priſ. Nã in ſignificatio
ne paſſiua vſus ẽ Oui. de arte. Pollicitis diues quilibet
eſſe põt. Eſt aũt polliceri vltro ſeu ex pactione aliquid
pmittere. Cõpoſitum ex pol particula affirmatiua ſiue
a porro. ſiue a poly: quæ multũ ſignificat per exceptio
nem: & liceor. Hinc fit pollicitor frequentatiuũ: a quo
pollicitatio.

¶ Polemon pe. cor. philoſophus Athenienſis Philo-
ſtrati filius. Qui cũ in iuuentute petulans eſſet: & aliqñ
ebrius & coronatus Xenocratis ſcholam igreſſus fuiſ-
ſet: eius oratione q̃ tunc de pudicitia erat: adeo mores
immutauit: tantũq; in phia pfecit vt Xenocrati in ſcho-
la ſuccederet.

¶ Pollis inis. & pollen inis. a polleo deduci videt̃. flos
tritici. Plynius libro. xviij. Ex aphrico tritium eſt emo
dijs redire ſemodios & pollinis ſextarios quinq;. Ita
enim appellant in tritico: quod florem in ſiligine.

¶ Pollinari⁹ a. um. quod ad pollinem pertinet. vt Cri
brum pollinarium quod de lino nõ de ſetis equorũ fit
ad pollinem purgandum. Nam cribra quæ ad excutiẽ

dam farinam fiunt:excuſſoria dicuntur. Plyn.in eodē Cribro⁊ genera galliæ ſetis equo⁊ inuenere:hiſpanię lino excuſſoria ac pollinaria.

¶Pollintor curator piſtrini qui pollinario cribro pollinē excutit. a polline farina deductū nomen.Cato. Operariū mercenarium pollintorem diutius eundem ne habeat die.

¶Pollincere eſt farinā in piſtrino lucrifactā diuidere: & pollincio ipſa diuiſio.

¶Pollinctor cū c accurator funerū & redemptor dicit. i.qui funera morientū curat:quaſi pollutorum vnctor. i.cadauerum curator. Vnde pollinctum funus dictum a pollinctorib⁹ vnctū. Pollincere ē curare vngereq; cadauera. Apu. Pollinctor eius funeri dū vnctionē parauit. Hūc Feſtus polluctorē pronūciare videt. Quas tu quit pollucere merces liceat.&c. Plau.in aſi. Ecquis currit pollinctorē accerſere. Pollincere ad pollinctū emere ſiue corpus mortuū curare. Pollinctus ipſa curatio. Plaut. Carthaginēſes fratres duo fuere eorum alter viuit:alter eſt mortu⁹. Propterea apud vos dico cōſidērtas:quia mihi pollictor dixit:qui eum pollinxerat. Hic pollinctura ipſa accuratio. Idem in Sti. Hodie pollinctura eſt. Libitinarius dicebatur qui neceſſaria funerib⁹ vendebat:& qui rationibus præerat Libitinę deę:in cuius templo quæ ad ſepulturam pertinebant vendebātur:ſicut docet Plutar.in proble. Seneca lib. vj.de benefi. Vota libitinariorū eē:vt mortea plurimo⁊ optent qđ illis q̄ſtuoſiſſimum eſt.

¶Polluceo es.xi. verbū ſacrificale& reddentiū libamēta deis. Significat enim pollucere multum dedicare vł deuouere.ex poly multum & luceo.ꝙ is qui talia facit multum luceat:ob lumina ſacrificiorum. Vel pollucere eſt libamenta herculi in arā porrigere: & ſacrificium polluctum:ꝙ Herculi decima data ſit. Plautus in Sti. Vt decimam partem Herculi polluceam.i.ſplēdide dedicem. Hoc verbo vſi ſunt auctores quoties opiparas dapes velut in ſacrificium dei & in primis Herculis factum erant:cui deo decimas omnium rerum Romani voto reddebāt. Vnde Macro. Catillones eos proprie dicit qui ad polluctum Herculis vltimi cum venirent catillos ligurribant ad polluctum:hoc eſt ad magnificum epulum quale Herculi ſolebat fieri. Pollucibilis cœna dicta eſt opulenta. Hinc pollucibiliter ſplendide & laute. Plautus in bac. Paſcite paraſitos opſonate pollucibiliter.

¶Polenta & pulenta vtroq; modo dicitur. quæ ſic fit. Perfuſum aqua hordeum ſiccant nocte vna: poſtero die frigunt. deinde molis frangūt ſeruantq; in multos dies. Vnde in Ioſue ſcribitur. Et comederunt de frugibus terrę die altero & azymos panes & polentam eiuſdem anni. Inuenitur etiam in hoc polenta. Ouidius libro quarto meta. Dulce dedit teſta quod coxerat ante polenta.

¶Polluo is.lui.lutū.quaſi porro lauo. ſed per contrarium ſępenumero ponitur pro īquino :ſiue p antiphraſim:ſiue ꝙ ea quæ inquinantur madefieri neceſſe eſt. Lactan.lib.iiij. Omnis ſcelere ac libidine polluebamus Hinc nocturnam genituram ſomno ſparſam pollutionem appellant.

¶Polubrum vas trulleum:quo manus lauamus. vulgo bacile dicitur. Liuius. Argenteo pollubro & aureo gutto. Fabius pictor. Aquam manib⁹ dato :pollubrū ſiniſtra manu teneto:dextra vaſum cū aqua.

¶Polus quaſi cœli cardo. Duo autem ſunt poli.ſ. Arcticus id eſt borealis:& Antarcticus hauſtralis. Et ab altero in alterum protenditur axis a quibus ſuſtinetur. Borealis altiſſimus his quæ ſunt in noſtro hemiſpherio. hauſtralis imus & depreſſus:& qui a nobis videri non poſſit. Dict⁹ polus a πολῶ verbo greco qđ verto ſignificat & circūago.

¶Polyādros latine multos viros hñs. Polyandriū loc⁹ vbi ſunt multa ſepulchra publica.

¶Polyarna multo⁊ agno⁊. Var.lib.ij. de re ruſt. Veteres poetę alios vocāt polyarnas:alios polymelas: alios polybutas:id eſt multorum agno⁊:multarū ouiū: multorum boum.

¶Polycarpus nomē viri ꝓpriū quaſi multi fruct⁹ ſiue fructuoſus. καρπὸν enī fructū dicunt.

⁎Polycaſte Neſtoris filia fuit. Cc.

¶Polycrates pe.cor.nomē ꝓpriū tyrāni q regnauit in ſamo inſula. Hic& opib⁹& felicitate apud hiſtoricos inclyt⁹ eſt:q quoad vixit nō tā fortūę alūn⁹ dici potuit:q̄ partus. Sed mora infamis & ærūnoſa docuit neminem ante obitū merito dici poſſe felicem. Fuit enī ab Orete Satrapa perſarum captus ſuſpenſuſq;.

¶Polycletus penul.p. Statuarius eximius diligentia & decore ſupra cæteros:vt inquit Quintil. Nam ex ęre ſigna fecit nobilitata ſcriptorum p̄conio.cū primus fecit aſtragalizontes hoc eſt talis ludentes:quo opere nullū abſolutius iudicant. Fuit Sytonius & diſcipul⁹ Ageladæ.

¶Polychroni⁹ diuturnus longæu⁹ & mult tpis. Sicut Oligochroni⁹ q parū viuit. Vñ cornices dictę ſunt polychronię qm nouē ętates viuere dicant.

¶Polyceros pe.cor. latine cornut⁹: ſiue mlta cornua habens.

¶Polydamas pe.co.nomē ꝓpriū viri Troiani:& latine dr valde domas. Perſ. Nō mihi Polydamas:nec troiades Labeonem prætulerit.

¶Polydorus pe.p.nomē filij priami: & latine ſignificat multa donans. polydonia munificentia.

¶Polydoris inſula propontidis.

¶Polyęglas inſula a caprarum multitudine.

⁎Polygrammi gemma eſt multis lineis diſtincta. Cc.

¶Polygalon hærba palmi altitudine in caule ſummo folijs lenticulę: q̄ potata lactis vbertatē īducit. Vnde & a lactis abundantia nomen accepit.

¶Polygolatō hærba ſine folijs:aſparagi caule in cacumine aculeum habens.

¶Polygennetō quaſi multorum generum.

¶Polygonius multo⁊ angulo⁊. Polygonū pe.p. hęrba a geniculorum multitudine quā nos ſanguinariam vocam⁹ folijs rutę & graminis ſimilis. Succus ei⁹ infuſus naribus ſupprimit ſanguinē. Col.lib.vij. Sanguinalis hærba: quā gręci polygona appellāt. Hoc nomē veteres vſurparunt pro fœcundo.

¶Polylog⁹ pe.c. multiloqu⁹. polylogia multiloquiū.

¶Polyonemon quaſi multarū tibiarū hærba cunilę ſimilis ſemine pulegij ſurculoſa multis geniculis.

¶Polymedia Troadis oppidū helleſponto adiacēs.

¶Polymnis ſeu polymneia. nā πολύμνεια ꝺs græcis ſcribit:ſed latini polymnia dicunt pe.cor. Hor.lib. j.car. diuiſit diphthongū. Euterpe cohibet nec polymneia: vbi etiam y ſequentibus m.& n. more gręco corripit. Fuit vna ex muſis. ſic dicta quia tm̄ ſuauitate poetas reddit gloria īmortales:ab πολὺ multū. μνεία memoria. Vnde & p̄eſſe rhetoribus dr qbus opus eſt multa memoria. Sunt qui a πολὺ & hymnos deducunt qđ eſt laudatio: qꝫ laudationibus præſit:& ſcribunt polyhymnia: vt apud Oui. li.faſt. v. Diſſenſere deæ quarū polyhymnia cœpit.

¶Polymitus.a.um.pe.cor.a poly & μίτος filum: qđ nos licium dicim⁹. a liciorum multiplici varietate. Vnde veſtis polymita quæ multis licijs contexta eſt. ſicut

Monomita dicuntur q̃ vno licio cōſtant. Dimita q̃ duobus. Trimita quæ tribus. Plyn. Plurimis vero licijs texere quæ polymita appellāt: Alexādria inſtituit. Hinc polymitarius a. um. vt op⁹ polymitarium: quod & plumarium dicitur. q̄nquidē Hiero. Plumarios & polymitarios artifices p eodē fere poſuit. Polymitarij enim dicunť qui artē polymitariā exercent.

¶ Polymyxos lucerna quæ multos habet angulos & in his funiculos illuſtrādis cōuiuis accōmodata. Marti. Illuſtrē cū tota meis conuiuia flāmis: Totq; geram myxos vna lucerna vocor.

¶ Polymorphus multiformis. μορφὴ enī forma.

¶ Polypharmacus pe. cor. venenis vel medicinis abūdans.

¶ Polyphemus pen. prod. Cyclops Neptuni filius ex Thoa phorci filia ingenti corpore: qui vnum tantum oculum in fronte habuit. Quo noīe Garrulus illuſtris ſignificatur.

¶ Polyphagus pe. cor. qui multum comedit: & latine dici pōt manduco. Eſt. n. mlťi cibi capaciſſim⁹. ſicut pāphagi populi cuncta comedentes.

¶ Polypodiū herba dicta ſiue q radix eius veluti cirros ad ſimilitudinē polypi piſcis habeat: ſiue q farina eius indita naribus polypū conſumit. Hanc herbam noſtri filiculam nominăt: ſimilis eſt enī filici: piloſa radix.

¶ Polypus pen. cor. gtīū facit polypi & polypodis piſcis eſt ex mollium genere: a multis pedibus appellat⁹ ex poly & πούς pes: quaſi multipes. Vñ a nōnullis octopes dē. Hui⁹ piſcis ingeniū ſicut ſcribit Amb. li. hexa. fraudulentum eſt: qui vadoſo in littore petrā nact⁹ affigitur ei: atq; eius nebuloſo ingenio colorē ſubit q ſiſi ſpecie terga obduct⁹ plurimos piſcium ſine vlla ſuſpicione fraudis allapſos dum nota nō pcauent & ſaxum opīnantur: caſſibus furtiuæ artis includit: & ſinu quoſdam ſuæ carnis intercipit. Et a polypo piſce dictus eſt polypus narium morbus cum caro interiora naſi occupat intumeſcens maxime flā͂ccuro a ſimilitudine marini polypi: q eius carni ſimilis ſit. Tunc enim caro radices agit plurimas q̃ tanq̃ pedes ſunt. Cato de re ruſ. Et ſi polypus in naſo introierit braſſicam erraticam aridam tritam in malum conijcito: & ad naſum admoueto. Hinc polypoſus: qui eo morbo laborat. Mar. Naſutum volo non polypoſum. Magn⁹ vero Baſilius ὥσπερ φασὶ τὸν πολύποδα τὴν χρόαν πρὸς τὴν ὑποκειμένην γῆν οὕτως αὐτὸς τὴν διάνοιαν πρὸς τὰς τῶν συνόντων γνώμας μεταβάλλεται. *. i. vt aiūt polypum colorem pro ſubiecta terra: ſic intelligentiam pro conſilijs mutari.

¶ Polyptoton pe. p. qđ multiplicem habet caſum. ex πολὺ: quod eſt multiplex & πτῶσις caſus. Figura q̃ diuerſis caſibus ſententia variatur: vt ex nihilo nihil i nihilum nil poſſe reuerti.

¶ Polypyron p ypſilon ſignificat multi frumenti.

¶ Polypoetes perithoi & hyppodames filius.

¶ Polyſyndeton pe. cor. ab πολὺ multus. σύνδεσμος coniunctum: quaſi multipliciter coniunctum. Figura cum ſermo multis coniunctionibus concatenať. Verg. Tectumq; laremq;: Armaq; amyclæumq; canē Creſſamq; pharetram.

¶ Polyſyntheton pen. cor. figura cum ſniīę multorum articulorum conuenienti copia continētur: vt Ille hūc pœna conſtrictum trahebat. Hic autem vociferabatur concurſus vero non mediocris erat cum tamē omnes opitulari vellent ſed nemo auderet: neq; ibi magiſtrat⁹ aderat: nec circūſpicientes quo potiſſimū cōfugerem⁹ reperiebamus.

*Polyteba oppidū Meſopotamiæ. Eſt etiam nigri genus hellebori qđ melampodiū nominant. Cc.

¶ Polytrichō: herba q multitudinē capillo₂ faciat. τρίχες enī capilli dicuntur: vulgo capilli veneris vocanť q multa habeant capillamēta. Appellatur & a quibuſdam polythrix: & Calythrix. Plyn. Polythrix in vino data morbo regio medetur.

¶ Polytropus. pe. cor. multimodus prudens.

¶ Polytes. penulti. producta alter priami filius ex Hecuba.

¶ Polyxena. pe. cor. priami filia. Oui. Placet achilleos mactata polyxena manes. Græce dicif multorum peregrina: ſeu q amor peregrinari faciat mētes ab ingenio ſuo: ſeu q apud multos libido vt peregrinabunda vagetur.

*Polyzonos gemma nigra multis zonis candicantibus. Cc.

¶ Pomœriū quidam ſcribunt cum œ. diph. & compoſitum volunt a poſt quaſi poſt mœrium. hoc ē murū. Nam mœrus murus dicitur. Virgil. lib. x. Atq; ipſis pꝛlia miſcent aggeribus mœrorum. vt pomœrium tam intra q̃ extra murū dicatur. Quidam non a poſt ſed a pene præpoſitione: aut a pro componi exiſtimant: vt ſit terrænum quod circa mœnia in orbem eorum cum ædificio intrinſecus & omni cultu extrinſecus vacuum ſinebatur. Vnde Liui. li. j. Aggere & foſſis & muro circundat vrbem: pomœrium profert. Idem. Pomœriū eſt circa murum locus quem in condendis vrbib⁹ quōdā Hetruſci qua murum ducturi erāt certis circa terminis inaugurato conſecrabāt. Et hoc ſpacium quod neq; habitari: neq; arari fas erat non magis q poſt murū eſſet q̃ q murus poſt id: pomœriū romani appellarūt & in vrbis incremento quantum mœnia pceſſura erāt tantū termini hi conſecrati proferebanť. Feſt⁹. Pomœrium quaſi promurium. i. proximum muro.

¶ Pomeridianus. a. ū. a poſt & meridie. qđ poſt meridiem fit. Augu. lib. viij. con. Cum imperator pomeridiano Circenſium ſpectaculo teneretur: exiſſe deambulatum in hortos contiguos. Dicitur & poſtmeridianus. Quintil. lib. iij. Poſtmeridianis ſcholis Ariſtoteles præcipere artem oratoriam cœpit. Sic dicitur Antemeridianus. Aug. lib. ij. acad. Quod cum factum eſſet & i eo pene totum antemeridianum temp⁹ conſumptū videremus: redire domū inſtituimus.

¶ Pomiliones & pomili nani. i. homines paruæ ſtaturæ paulum ſupra terram extantes. Habent quandoq; membra enormia qualem Mar. deſcribit in illo diſticho cui nomen eſt pomilius. Si tantum ſpectes hominis caput: Hectora credas. Si ſtātē videas Aſtyanacta putes. Scribitur etiam a nonnullis per. u. pumiliones. Colu. ſcribit pumiles aues niſi quem humilitas earū delectat non probo. Hui⁹ fœmininū eſt pomilis.

¶ Pompa. omne ſpectaculum: & apparatus ſolennis cum oſtentatione & ſpecie quadam triumphali tam in aduerſis q̃ in proſperis & lætis. a græco πέμπω mitto. Dicitur enim pompa nuptiarum: pompa ſacrorum: pompa funerum. Cicero. Sed iam e pompa in veram aciem deſcendamus. Significat etiam longum incedentium ordinem in ſupplicatiōe quam nos hodie proceſſionē appellamus.

*Pompeij populi dicūtur quos Sarnus amnis abluit.

*Pompeianæ ficus ad ſiccandum erant optimæ. Cc.

*Pompilus piſcis a nonnullis nautilus dictus. Cc.

*Pomponiana pira dicebantur ab Inſitore: & cognomine mammoſa appellabantur a ſimilitudine mammæ. Cc.

¶ Pomum generale nomē eſt omnium fructuum qui

ex arboribus eſui apti prouenīunt: ſiue mollium: ſiue durorum. Nuces vero ea dūtaxat poma vocantur: quæ duro operimento ſunt. Dictum pomū vt docet Var. quaſi potomō ꝙ in eius inſitione potu .i. aquatione īdigeat. Nā illi per ſiccitatem aquā addi opus: vt ſtabilia matureſcāt ſiue ꝙ vicem potus in cibis prębeat.

Pomariū locus arboribꝰ pomiferis cōſitus: qd̄ latini etiam Viridariū appellāt: greci pradiſum. Prop. Nec mea Phæaces ęquāt pomaria ſyluas. Ouid. lib. iiij. me. Id metuēs ſolidis pomaria clauſerat Athlas mœnibus. Aliqñ pomariū dicit̄ locus vbi reponunt̄ poma. Vñ Ply. docet pomaria cōtabulari in loco ſicco & frigido in ꝗbus ſint feneſtrę ſeptētrionales q̄ ſerenis diebꝰ pateſcāt. Hinc cōſtat falſum eſſe qd̄ a ludi magiſtris docetur: Pometū pomos pomaria poma reſeruant.

⁎Pomiferum ferens poma: vt arbor pomifera. Cc.

Pomona: pomorum dea: ſicut Mellona mellis dea.

Pōponiꝰ nomē hiſtorici: q de ſitu orbis ſcripſit. Fuit & alius vir Romanus Atticus cognominatus ad quem Ci. epiſtolas ſcripſit. Pomponia nomē matris Scipiōis.

Pōdus dicit̄ qd̄ graue eſt: vt in euāgelio. Nos q portauimus pōdus diei & ęſtus. Itē pōdus qd̄ librādo ad ſtaterā ponderat̄. Hier. i lib. Reg. Pōderabat capillos ducētis ſiclis pōdere publico. Interdū ponit̄ pro numero: hoc eſt multitudine. Var. E gręcia cōportaſſe magnū pōdus animi artificū. Interdū pro auctoritate. Ci. Appio. Sed idē ſcribit meas litteras maximū apud te pōdus habituras. Hinc pōderoſus a. um. qd̄ eſt graue.

Pōdero as. libro. Plau. Dū Nūmularius pōderaret argentū. Aliqñ ſignificat qd̄ vernacula lingua dicimꝰ. Vēder a pois. vt li. ij. Reg. Semel in anno tondebat̄: qa grauabat eū cæſaries: pōderabat capillos capitis ſui ducētis ſiclis pōdere publico. p tranſlationē pōderare eſt examinare cōſiderare. Lact. li. iij. Mors ex ꝑteritis vitæ actibus ponderāda eſt. Hinc componit̄ ꝑpondero: qd̄ eſt prius pondero: ſeu prius examino. Ci. li. iij. offi. Neq; ea volūt prępondera ri honeſtate.

Pōdo indeclinabile & generis oīs. & modo ꝑ libra ponit̄. Nā pondo & librā idē fuiſſe Feſtus innuit: cū inquit. Duo aſſes ſinguli librā & pōdo efficiebāt. Modo ſignificat pōdus. xij. librarū. Liu. Argenti pondo bina & ſex libras in militē ꝑſtaret. Modo ponit̄ pro hoc noīe pōdus. Hier. in li. Nume. Fuerūtq; i ea acetabulū argēteum pondo centū triginta ſicloꝝ. Et apud Liuium ſcribit̄ coronā auream librę pōdo Ioui dicatam fuiſſe. Nec caret ſingulari: vt quidam exiſtimāt: cū Col. dicat pondo libram & quadratam abijci oportere. Pondo igit̄: ita duodecim libras continet: ſicut Aſſis duodecim vncias. Et dicimus Duopondo & Trepondo: vt Quit. li. j. teſtat̄. Ab his dipondium Tripondium: & Aſſipondium. pro vnū pondo. ꝙ id erat librę pondus.

Pono is. poſui. & poſiui poſitū. Plau. in Vitu. Nūc vt apud ſequeſtrū vitulū poſiuimus. Eſt autē ponere collocare cōſtituere. Virg. lib. j. ge. Vrbe velit poſita tēplis ſibi ferre dicatis. Ci. Primū cū ſtante rep. facere ſolebamus: vt in agēdo plus q̄ in ſcribēdo operę poneremus. Aliqñ deſinere: qñ eñ ceſſemus ab opere collocare quodāmodo ac reponere videmur id qd̄ agebamꝰ. Virgi. li. vij. Cū vēti poſuere omniſq; repēte Reſedit flatus. Aliqñ Erigere ędificare. Idē. Poſuitq; immania tēpla. Vñ in antiquis marmoribꝰ legimus: Bene merēti poſuit. Aliqñ deponere. Idē. Ponūtq; ferocia pœni Corda volēte deo. Aliquādo Apponere. Mar. Nolo mihi ponas rhombū mullum ve bilibrē. Hinc poetæ fabulas & ſcripta ſua ponere dicebantur ꝙ in ſcœna hæc ſpectatoribus quaſi in conuiuio apponebant. Iuue. Pone tigillinū .i. affer in ſcęnā aliquid de tigillino ſcriptum. Aliquando pingere. Hora. Solers nūc hominē ponere nūc deū. Nam de ſculptore & pictore loquitur. Huius verbi compoſita ſunt. Appono: qd̄ eſt aliquid antepono. Ply. Nihil ei ꝑter ſecundarium panem oleraq; appoſuit. Interdum ſubiungo. Vnde appoſitum dicitur caſus qui verbo ſubiūgitur. Item apponere eſt iuxta vel ad aliquid ponere. Ci. lib. ij. artis ve. Gladium prope appoſitum e vagina eduxit: & illū alterū occidit. Antepono: præfero. Compono. Circumpono: vt in euan. Circumponenſq; calamo. Depono. Diſpono: Ordino: quaſi in diuerſis locis pono. Hiero. in lib. Reg. Audiuit famam ſeruus tuus ꝙ diſponat Saul venire in Celā. Hinc diſpoſitio quæ eſt rerum in ordinem collocatio. Diſpoſitum decretum conſtitutum. Vnde ex diſpoſito dicimus. i. de induſtria & quemadmodū a nobis conſtitutum eſt. Macrob. An altius quiddam cui remotis arbitris opus ſit cogitaturi ex diſpoſito conueniſtis. Expono. Impono. Poſtpono: quaſi retropono. Cice. Tironi. Oīa poſtpoſui dummodo ꝓceptis patris parerem. Repono. Sepono: ſeorſum pono remoueo. Suppono. Summitto. Apul. Suppoſuitq; humeros oneri. Aliquādo ſignificat adulterinū loco veri ſubijcio. a quo Suppoſitus ptus dicit̄ qñ fœtꝰ alteriꝰ matris nō verę matri ſubijcit̄. Ply. Nā filiꝰ patris teſtamētū ſuppoſuiſſe dicebatur. Suppono: & Suprapono. vt i euā. Et lapis ſuprapoſitꝰ erat ei. Trāſpono: vltra pono. Et omnia habēt pe. ꝓdu.

⁎Ponon greci laborem & dolorem dicunt. Cc.

Poſitio: eſt quam gręci vocant θέσιν.

Poſitus. us. idē qd̄ poſitio ſiue ſitus. Ouid. in faſ. Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor Trinacris a poſitu nomen adepta loci.

Poſitiuus: a. um. qd̄ primo poſitum eſt: nec aliūde deriuatū: a quo Grāmatici poſitiuū a cōparatiuo & ſuplatiuo diſtingūt: ꝙ illud ſit quaſi fundamentū iſtorum.

Poſitura: nota qua ſenſus i oratione diſtingunt̄. Item dicit̄ ſitus ſiue poſitio. Gel. Vt aīaduerteret̄ quo hītu quaq; forma quaq; poſitura ſtellarū aliquis naſceret̄. Sic ſyllabam dicimus eſſe longam poſitura.

Pone: qñ graue accētū habet ꝑpoſitio vl' aduerbiū eſt & ſignificat ꝓpe vl' poſt. Virg. Pone ſubit cōiūx ferimur per opaca locoꝝ. Val. max. li. j. Mox humani igenij prona volūtate vetita ſcrutādi pone reſpiciēs aīaduertit immēſę magnitudinis ſerpētē cōcitato impetu omne quicquid obuium fuerat proterentem.

Pōs: a pēdeo: ꝙ veluti i aere pēdeat. Et ſignificat oīne per qd̄ ſup aquas trāſimꝰ. Vñ & ꝑ ſcala nauiū q̄nq; ponit̄ Vir. Interea Aeneas ſocios de puppibus altis Pōtibꝰ exponit. Hinc Depōtanus. Vñ ſenes depontanos appellatos eſſe legimus a pontis deiectione: hoc eſt ferēdi ꝑ pontes ſuffragij ademptione.

Ponticulus dimi. paruus pons. Ci. lib. v. tuſ. Et cum foſſam latam cubiculari lecto circūdediſſet: eiuſq; foſſæ tranſitū ponticulo ligneo coniunxiſſet.

⁎Pōtorobos herba eſt quā nōnulli Pæoniā vocāt: a quibus granis q̄ fere ſunt erui magnitudine. verū pētorobū legēdū puto: ex πέντε & ὄροβος: vt ex Dioſcoride caſtigato colligere eſt. Cc.

Pōtones naues qbꝰ i traijciēdis amnibꝰ loco pōtiū vtimur. Papi. Quia via cōfirmari ſolet: vl' ciuitate tenꝰ: vel vſq; ad viā publicā: vl' vſq; ad flumē: i quo pōtonibꝰ traijciat̄. Apul. Et ſi vado nō poterūt: pōtonibus tranſibūt.

Pontifex: ſacer magiſtratus: vt iquit Scęuola a poſſe & facere dictꝰ: vel vt ingt Var. a pōte: quia ſublicius pōs a pontificibus factus eſt primū & reſtitutus ſępe. Erāt autem maiores & minores pontifices inter quos ſumīnꝰ q pōtifex maximꝰ dictus eſt ꝙ maximarū rerū q̄ ad ſacra & religionē ptinēt iudex ſit: vindex cōtumacię priuatoꝝ magiſtratuū. Numa eñ pōtificē fecit: eiq; ſacra oīa tribuit

eiuſq; ſcitis ſacra oia priuata & publica ſubiecit: iſtituitq; vt idē pontifex nō coeleſtes modo cerimonias: ſed iuſta quoq; funebria placādoſq; manes edoceret. auctor Liu.

¶ Pontificatus. us. pontificis dignitas: ſicut cōſulatus.

¶ Pontificius a. um. qd̄ eſt pontificis: vt ius pōtificium qd̄ ius canonicum dicitur.

¶ Pōtificalis & hoc pontificale qd̄ ad pōtificē ptinet. Vn̄ pontificales libri: in quibus ſacræ cerimoniæ continētur.

¶ Pontus generis maſculini Nerei filius: & Neptuni: vt Euſe. li. j. præparati. ſcribit. Vnde pontus mare dici videtur. Alij pontum dici exiſtimant mare ab ποντίζω qd̄ eſt mergo. Vel ab πόνοσ qui eſt labor quia ſit laboribus plenus. Ridicule per cōtrarium dici arbitrantur q; careat pōte. Proprie autem id mare pontus appellatur: qd̄ a palude Mæotidis vſq; in Tenedum protēditur. Pontus fœ. generis Inſula eſt de qua Vir. Viroſaq; pontus caſtorea. Eſt & prouincia aſiæ minoris a Ponte rege ſic cognominata nobilis crudelitate Medeæ. Hęc vt Stra. refert ab occidente haly flumine clauditur: ab oriēte Colchide: a meridie minori Armenia. Ptol. vero aliter lib. v. Ait em̄ ab occaſu ore pōti & thracio boſphoro. A meridie regione quæ proprie Aſia dicitur. A ſeptentrione parte Euxini maris terminať. Eius ciuitates ſunt Calcedon. Nicomedia. Nicea. hic regnauit Mithridates. Eupator & Pythodoris regina. Ex ponto fuit Aquila veteris teſtamenti tranſlator & interpres. Et Martion Hęreſiarches: qui q̄uis chriſtianus videri vellet: alium tamen creatorem omnium rerum eſſe dicebat q̄ Chriſti patrem: illumq; maiorem aiebat. Hinc Ponticus. a. um. Hiero. contra Ioui. Compelle phrygem & ponticum: vt locuſtas comedat: nefas putabit.

¶ Pōtina palus. Volſcorum palus iuxta forum Appij: haud lōge a Tarracina. diſtatq; ab vrbe. xx. paſſuū milibus. de qua Luci. li. iij. Et qua pontinas via diuidit vda paludes.

¶ Pontia. Inſula nō longe a Palmaria in ſinu Caietano in qua turtures ac coturnices cum ad Italiam veniūt prima volatura requieſcendi cauſa paucos dies morantur. Auctor Var. Eſt etiam pontia vrbs ad quā pontonibus traijciebatur.

¶ Popa. pinguedo. Perſius. Aſt illi tremit omento popa venter. Hinc popana pinguia vnguenta dixerunt veteres. Iuue. Ridendaq; multo Pane tumet facies aut pinguia popana ſpirat: & hinc miſeri viſcātur labra mariti.

¶ Præda a pſēdo vt inqt Var. quaſi parida q̄ manu parta ſit. Et eſt vt Gel. lib. xiij. inquit p̄prie corpora ipſa rerū quæ capta ſunt. Manubiæ vero pecunia ex venditione prædæ redacta.

¶ Prędaceus a. um. quod ex p̄da eſt. Gel. lib. iiij. Aegre paſſus q̄ cui ſalus impij ac reipub. accepta ferri deberet ratione pecuniæ p̄dacea poſceretur.

¶ Prædatiuus a. um idē quod prædaceus. Gel. Ex manubijs. i. ex pecunia prædatiua.

¶ Prædor aris. a p̄da fieri Var. docet. Et habet vtranq; ſignificationem. Hiero. in Eſaya. vęh q predaris nonne ip ſe p̄daberis. Grego. Deprædari deſyderāt qui theſaurū publice in via portāt. Legit & p̄do as. Hiero. in lib. Iudith. Prædauit quoq; oēs filios tharſis. i. depopulatus ē

¶ Prędator populator. Ioui vero p̄datori tēplū fuiſſe legimus: non q̄ p̄dæ p̄eſſet: ſed q̄ ei aliquid ex p̄da in partem p̄dæ debebat. Nā mos Romanorū fuit vt bella geſturi de pte p̄dæ aliquid numinibus pollicerentur.

¶ Prædo onis. qui p̄datur. cuius diminutiuū p̄donulus a Catone vſurpat. Pręſdones ſunt qui populandam alienam inuadunt prouinciam.

¶ Prædium a p̄da. eo q̄ capti ab hoſtibus agri militib⁹ diſtribuebantur. Vel dicit a p̄ſtando vt inqt Varro ſicut p̄des. Alij a prius ſeu valde dādo. Eſt aūt p̄diū ruſticū & vrbanū. Vnde anteurbana p̄dia vocabant q̄ vrbi erant propiqua. Ager locus in rure quē colimus. Aruū ea ps agri quę ſementi dat. Fōdus etiam pars agri eſt. Singula enim prata: ſingulæ vineæ: ſinguli horti: ſingula oliueta: pomaria: paſcua: ſalicta: nemora: venatoria: piſcatoria: loca ſiue villā atq; ædificiū: ſiue piſcinā: ſiue viuaria habeant ſiue non habeant: ſinguli fundi ſunt. Et hoc in agro dūtaxat. Nā i vrbe: oppido: vico: caſtello: quicqd tale eſt p̄diū vocat. Eſt itaq; fructus ruſtica poſſeſſio prędiū & vrbana & ruſtica. Poſſeſſio generale nomen ē. Nā & tabernæ & hoſpitia & horrea in vrbe poſſeſſiones dicūtur. Et ſimpliciter omnia bona immobilia. Dicit poſſeſſio etiā nō ipſa proprietas: ſed vſus & actio poſſidendi.

¶ Prædiolum paruū p̄dium. Cic. M. Cælio. Sed mea p̄diola tibi nota ſunt: in his mihi neceſſe eſt eſſe ne amicis moleſtus ſim.

¶ Prędiatorius a. um. qđ ad p̄diū pertinet: vt lex prędiatoria. Cic. p Cor. balbo. Etem ſi Qu. ſcæuola ille augur cū de iure p̄diatorio conſuleret homo iuris peritiſſimus conſultores ſuos nōnunq̄ ad Turium & Caſelium p̄diatores reijciebat

¶ Prædiatores dicuntur periti iuris ad prædia pertinentis.

¶ Prædeſtino as. pen. cor. ex pręe & deſtino. Vide in dictione Deſtino.

¶ Prædenſus valde denſus. Ply. lib. viij. Culter vocat p̄denſam priuſq̄ p̄ſcindatur terrā ſecans.

¶ Prædiſco ante intelligo. Virg. lib. Geor. p̄diſcere ventos.

¶ Prædico as. pe. cor. aperte ſeu publice dico celebro diuulgo laudo. Cic. Luceio. Ignoſces mihi de me ipſo aliquid p̄dicanti. Sall. Ipſum Craſſum ego poſtea pręedicātem audiui tantā illam contumeliam ſibi a Cicerone impoſitam. Iñ p̄dicatio: dictio celebritas. & apud Logicos decē p̄dicamenta q̄ de oībus p̄dicant. Et p̄dicatū qđ grāmatici appoſitū vocāt qđ p̄dicat. i. dicit de ſubiecto. Et p̄dicator. i. laudator & cuiuſcunq; rei diuulgator.

¶ Prædico. is. pen. pro. ante ſiue prius dico. Terē. in an. Sed dico tibi ne temere facias: neq; tu hoc dicas tibi nō p̄dictū. Iñ p̄dictio qđ p̄dicit ſiue p̄nūciat vel p̄diuinatur Cic. lib. j. de diui. Ex quo ſæpe gñe Hariolorū etiā & Vatū furibūdas p̄dictiōes vt Octauiano bello Cornelij Culeoli audiendas putauerunt.

¶ Præditus. a. um. pe. cor. nō dicit ornatus ſed quaſi affectus participiū ſine verbo puto: quaſi a p̄do is ex pre & do. Et accipitur tam in malā q̄ in bonā partē: vt prædit⁹ ſum honore: p̄ditus ſum damno. Ci. pro Rabi. Senectute affectus morbo præditus. Et pro Muræ. Idem ſqual-

lore ſordibus confectus morbo lachrymis ac mœrore p̄
ditus.

Præduro as.pe.pro.p̄ter morem duro.Col.lib.iiij.de
rubrica.Verum eſt in opere difficilior q̄ neq; humentem
fodere poſſis:q̄ ſit glutinoſiſſima:nec nimium ſiccā qa
nimium præduratur.

Præeo is.ante eo.Amb.huic verbo datiuū iunxit li.
de offi.Alterū inq̄t cū i clero repiſſem iubere me ne vnq̄
preiret mihi quia velut quodam inſolentis inceſſus ver-
bere oculos feriret meos.

Præfacio is.ex p̄ & facio ſumitur ſicut præfero:vt ſi di
cam Præ me facio:ſicut p̄ me fero.Quintili.lib.viij.Sit
igitur cura elocutionis q̄ maxima dū ſciamus tamen ni-
hil verborū cauſa eſſe faciendū cum verba ipſa rerū gra-
tia ſint repta:quoꝝ ea ſint maxime ꝓbabilia quę ſenſum
animi noſtri optime promunt:atq; in animis iudicū qd̄
volumus efficiūt:ea debēt p̄facere ſine dubio & admira
bilem nō ſic quo modo ꝓdigia miramur:& iucūdā orati
onē non deformi volūtate:ſed cū laude ad dignitatē cō-
iuncta.Quod mirū videt̃ vt ſub vna p̄poſitiōe duo ver
ba diſſimili voce diſſimiliq; ſignificatiōe eſſent prolata.

Præfatio.onis.a præfatus deducit̃ & ſignificat id qd̄
præloquimur antē q̄ ad rem veniamus.Hiero.in præfa.
pſalm.Vnde conſueta præfatione cōmoneo tam vos q
bus labor iſte forte deſudat q̄ eos qui iſta habere volue-
runt:vt quæ diligēter emendaui:cū cura & diligētia trāſ-
ſcribantur.Huius diminutiuū eſt præfatiūcula.Hiero.
Ideo græco & hebræo p̄fatiuncula vtraq; p̄miſſa eſt.

Præfari ante fari.Col.Quas ordine ſuo tunc demū p
ſequar cū p̄fatus fuero quæ reor ad vniuerſam diſcipli-
nam maxime pertinere poſſe.Hinc præfatus ta.tum.

✕Præfanda dicunt̃ turpia q̄.ſ.ea præfari oporteat.So-
lemus eñ in præfando his verbis vti:ſi licet dicere:ſi cō-
memorare fas eſt:qd̄ dictu quoq; fœdū eſt:honore dico
honor ſit auribus veſtris & etiā huiuſmodi.Cc.

Præfero pe.co.ante fero prepono.Ply.Q̄ hominem
rudem atq; ignarum ſibi præferret.Item prænuncio ſeu
oſtendo.Liui.Vultus tuus neſcio quid ingens malum p̄
fert.

Præfericulum a p̄fero vas æneum ſine anſa patēs ve-
luti peluis qd̄ præferre in ſacrificijs ſolebant.

Præficio is.pen.cor.ex p̄ & facio ſignificat prepono.
Vnde præfecti dicuntur qui alicui rei agende p̄poſiti ſūt
Et p̄fecti vrbiū quos græci latiniq; lingua Perſica Satra
pas vocāt magiſtratuſq; eorū p̄fectura dicit̃.Plau.in Am.
Qui p̄fect⁹ ē Thebanis legiōib⁹.Idē i Caſ.Qui ruri es in
p̄fectura tua.Eſt.n.p̄fectura vrbis:p̄fectura militaris:&
p̄fectura rei pficiēdæ.Aegyptus diuidit̃ in p̄fecturas op
pidorum quas Nomos vocant.Thracia diuiſa ē in Stra
tageas quinquaginta ita eñ vocāt p̄fecturas.Militaris p̄
fectura qua qs legioni vel exercitui præficitur.ſic etiam
dicuntur præfecti fabrorum.

Præfectus prætorij talis apud Cęſares erat:qualis olī
apud reges tribunus celerū:& apud dictatores magiſter
equitū.Gerebat enim ſecundas partes poſt Cæſarem:p̄
erat q; diſciplinæ publicæ emendandæ.

Præfica pe.cor.mulier in funere cōducta ad lamenta-
bilem cantū quæ dat cæteris modū plāgēdi quaſi in hoc
ipſum præfecta.Neuius.Hæc quidem me Hercle præfi-
ca ſi mortuum laudat.

Præfeſtino ante tp̄s feſtino.Col.li.xxi.Satis erit per
dimidios mēſes exequi quodq; negocium:quia neq; p̄-
feſtinatū opus nimiū immature videri poſſit ante.xv.di
es factū:nec rurſus poſt totidem nimium tarde.

Pręfigo is.pen.pro.p̄cludo.Vir.lib.iij.Geor.Multi iā
excretos ꝓhibent a matribus hœdos.Primaq; ferratis p̄
figunt ora capiſtris.

Præfiguro as.pe.pro.p̄ nōſtro repſento.Lactā.li.vi.
Inflāmauit libidinē q̄ aſpectu maxime incitat̃ ac ſe qſq;
in illis imaginibus p̄figurat.Et p̄figurare eſt in figura p-
nunciare ſiue p̄ſignare.Hiero.Duodecim ꝓphetę in vni
us voluminis anguſtias coarctati mlto aliud q̄ ſonāt in
littera præfigurant.

Pręfinio is.pen.pro.prius ſtatuo ſiue ante determino
aut determinate tracto & aſſigno.Cic.Mario.Sed eo vi
diſti multū q̄ p̄finiſti ne pluria emerē.Idē p Roſci.Quę
dies in lege p̄finita eſt.Teren.Haud licebat loqui niſi p̄-
finito.i.niſi aſſignato tempore.

Pręfloro as.āte flores facio.Gel.Et futuri gaudij fru-
ctum ſpes tibi iam præflorauerit.

Pręfluo ante fluo:a quo præfluxus & pręfluuium pro
fluore alicuius rei ante acto.

Præfoco as.pe.pro.ſignificat ſpiritum faucibus clau
do.Ouid.in ibin.Præfocent animæ gnoſia mella viam
Hinc p̄focatio uuluæ fit cū vulua reſiliendo afficit vita-
lia hoc eſt cor cerebrumq;.

Præfrigidus valde frigidus.Ply.lib.xvij.Septentri-
onaliq; & p̄frigido ſitu.

Præfringo prius frango.Col.lib.ij.Et pręfractas ſtir-
pes ſummaſq; radices quibus ager arbuſto conſitus im-
plicat̃ omnis refodiat ac perſequatur.

Pręfulgeo p̄ter modū fulgeo.Cic.lib.iij.ad Herē.Tū
nec nimis illuſtres:nec vehemēter obſcuros locos habe-
re oportet:ne aut obcæcētur tenebris imagines:aut ſplē
dore p̄fulgeant.Interdū ante fulgeo.Hiero.in prologo
Iob.Rogo vbicūq; p̄cedētes virgulas videritis:ſciatis
ea quę ſubiecta ſunt in Hebraicis voluminibus nō habe
ri.Porro vbi ſtellę imago p̄fulſerit:ex Hebręo in noſtro
ſermone addita.

Præfurnium os patens furni.

Pręgelidus qui multum aut nimis frigidus ē.Colum.
lib.ij.Ea locis p̄gelidis ac niuoſis vbi ęſtas humida & ſi-
ne vaporibus recte committitur.

Pręgeſtio valde geſtio.Cic.p M.Cęlio.Pręgeſtit ani
mus iam videre primū lautos iuuenes mulieris beatę ac
nobilis familiares.i.valde cupit.

Pręgandis valde grandis.Cic.Erat vas vinarium ex
vna gemma p̄grandi trulla excauata manubrio aureo.

Pręgrauo as.pe.cor.ſupra modum grauo.Augu.li.
viij.co.Aegritudo animi eſt quia non totus aſſurgit ve-
ritate ſubleuatus conſuetudine p̄grauatus.

Pręgnās quaſi ante gnatum:vel ante genitricem.Eſt
eñ p̄ ante & proprie p̄gnans dicitur quę iam occupata ē
in generando quod conceperit.

Pręhendo & prendo is.di.ſum.Plau.in Amp.Mi vir
& manū p̄hendi & oſculum detuli tibi.Luc.Manus quę
prenderat hęſit.Huius compoſita ſunt apprēhēdo qd̄ ē
valde ſeu perfecte p̄hendo.Comp̄hendo.Col.libro.vij.
Cum deinde buculos comp̄hēderis perduc extra ſtabu-
lum.Quod etiam ad mentem transfertur:pro percipio
ſiue intelligo.Lact.lib.iij.Non immerito ſummum bo-
num non comprehenderunt.Dep̄hendo & rep̄hēdo.Vi
de loris ſuis.

Prehenſo as.frequenter p̄hendo.Liui.li.iiij.Miſſo ſe
natu p̄hēnſantur a principibus tribuni ſuadendo monē
do pollicendoq;.

Pręiacio ante iacio.Col.lib.ix.Mox p̄iaciuntur in gy
rum moles ita vt complectantur ſinu ſuo & tamen exce
dant ſtagni modum.

Prejudico āte iudico.Hiero.cōtra Ioui.Neq; dei poſ-
ſum⁹ ſcire iudicia & ex noſtro arbitrio illius ſentētię p̄iu-
dicare.Aliquando p̄iudicare eſt nocere.Idem contra Vi
gil.Paucorum culpa non pręiudicat religioni.Pręiudi-
cium vt inquit Aſco.dicitur res quę cū ſtatuta fuerit aſ-

fertur iudicaturis exemplum quod ſequãtur. Iudicium autem res quæ cauſam litemq; determinat. Quinti. Præiudicia ſunt a rebus iudicatis quę pares fuerũt: aut ex iudicijs ad ipſam cauſam pertinentibus: aut ab eiuſdẽ cauſæ pronunciatione. Prȩiudicium ergo quod in eadẽ cauſa vel ſimili prius eſt latum. Vlpi. Interdum euenit vt p̃iudicium iudicium publice fiat. Laurentius Valla. Prȩiudicium quaſi ſententia quędam ante iudicium: ſicut ſi eſſent duo de officio aliquo contendentes: cũ lis in longũ procedit: magiſtratus iubet interea dum ſententiam ferat: alterum officio fungi quaſi iudicans iam nũc ſe ꝑ ea parte ſentire penes quem eſſe vult rem de qua litigat̃. Et hoc præiudicium dicitur quod poſſidentem adiuuat & obeſt excluſo.

✶Prȩiuro ante alios iuro. a quo p̃iurator p̃iuratrix & prȩiuratio. quam ij facere dicuntur: qui ante alios conceptis verbis iurant. Cc.

¶ Prælicenter nimis licenter. Gel. Qꝫ verba finxit prælicenter.

¶ Præloquor pe. cor. ante ſiue prius loquor. Lactã. lib. iiij. Daniel quoq; ſimilia prælocutus eſt.

¶ Prælum a p̃ & luo componitur: eo ꝙ ex humore fluẽti præluat̃. i. madefiat. Sunt enim præla proprie trabes in torculari qbus vua calcata premit̃. Torcular tota ſtructura. lacus qui muſtũ continet. q̃uis ſæpe ponatur pro ipſo torculari. Hiero. in prolog. Salomonis. Neq; ſic noua cudimus vt vetera deſtruamus. Et tamen cum diligẽtiſſime legerit: ſciat magis noſtra ſcripta intelligi quæ non in tertium vas tranſfuſa coacuerint: ſed ſtatim de p̃lo puriſſimę cõmẽdata teſtę ſuum ſaporem ſeruauerint.

¶ Prælium a prælo quidam deducunt: quia ſicut in prælo humor vuarum: ita in prælio ſanguis hominis fluat. Quidam a premendo ꝙ dimicando ſe inuicem hoſtes premant. Et eſt conflictus qui fit in bello. Virgi. autẽ honeſte prælium pro coitu poſuit cum de equo ætate cõfecto loquitur. Siquando ad prȩlia ventum eſt. Nam & in coitu dimicatio quędam eſſe videtur.

¶ Prȩliaris & hoc prȩliare quod ad prȩlium pertinet. Vnde præliares dies quibus fas eſt hoſtẽ bello laceſſere: vel ablata repetere. ſed eligere ad pugnandum diem tũc Romanis licebat cum ipſi bellum inferrent. Alioqui cum exciperent nullus obſtabat dies quo minus vel ſalutem ſuam: vel publicam defenderent dignitatem.

¶ Prælior aris. dimico. Cæſar lib. v. Equeſtribus prælijs ſæpe ex equis deſiliunt: ac pedibus prælantur: equoſq; eodẽ remanere veſtigio aſſuefecerũt. Dicimus etiam Ego prælior p̃lium. Hiero. lib. j. ꝑ. Quia prælia domini tu præliaris.

¶ Præliganeum vinum apud Catonem a p̃ligando dr̃.

¶ Præludo ante ludo. Virgi. lib. iij. Geor. Et ſparſa ad p̃dam præludit arena.

✶Præludium dicitur illa modulatio vocum quæ ante initũ cantus fieri ſolet: quæ & præcentio dicitur. Cc.

¶ Præluo is. ante purgo ſiue ante fluo.

¶ Prælumbo as. lumbos p̃fringo. Nȩuius. Coepit vnũquẽq; prælumbare fuſtibus.

¶ Præmãdo as. ante ſiue prius mãdo. Vatinius Ci. Dicitur mihi tuus ſeruus Anagnoſtes fugitiuus Naidacis eſſe de quo tu mihi nihil mandaſti: ego tamen terra mariq; vt conquireretur præmandaui.

¶ Præmaturus a. um. ſimile ac diſſimile eſt huic nomini prȩcox. Eſt enim p̃maturus anteq̃ ſit maturus collectus vt poma p̃matura. i. nondum matura. Et per tranſlationem p̃matura ætas: præmatura legatio: præmatura elocutio. hoc ẽ immatura. q̃ q̃ matura ipſum in frugibus ꝓprie dicatur

¶ Præmeditor prius meditor. Cic. lib. ij. ad Heren. Si reus nihil horum fecerit accuſator dicet eum vſq; p̃meditatum fuiſſe quid ſibi eſſet vſui venturum.

¶ Prȩmercor prius emo. Plau. in epi. Aedepol ne iſtam tempore gnato tuo ſumus præmercati.

¶ Præmetium: a p̃meto verbo quod ſignificat ante ſeu prius meto ſeco vel p̃cido quod prælibationis cauſa prȩmetitur. Erat enim quod de ſpicis quas primo metendo collegiſſent Cereri ſacrificabant.

¶ Præmitto ante mitto. Plau. in am. Me a porta præmiſit domum: vt hæc annunciem vxori ſuæ.

¶ Præmium eſt quod in ludis proponitur dandum ei q̃ fortiter fecerit: vel q in aliquo certamine victor euaſerit. Differtq; a pretio. ꝙ prȩmium ſolum pro recte factis datur. Pretium vero etiam pro malefactis. Sall. Vicit tamẽ in ſenatu ꝑs illa q vero p̃tiũ aut gr̃as ãteferebãt. Liui. Si malos imitabor: tũ p̃tiũ ꝓ noxa dabis. Proprie tamẽ pretium eſt qđ datur pro re empta. Terẽ. Pretiũ ſperans illico produxit ac vendidit. Sunt qui præmium dicant quaſi p̃uium: quia primo proponitur quod dandũ eſt victori deinde certatur. Aliquãdo præmium pro pecunia ponitur. Nȩuius. Sine præmio ſum. Marſupium reliqui domum. Hic præmioſus pro pecunioſo. Actius. Diuitem ac præmioſum aurum. Præmiator p̃do. Nȩuius. In ſcæna vos nocturnos coepit p̃miatores tollere.

¶ Prȩmodum. prima ſyllaba acuta ſignificat ſupra modum. Gel. Parentes inquit p̃modum.

¶ Præmoderor ante moderor. Gel. Cretenſes quoq; p̃lia ingredi ſolitos præcinente ac præmoderante cithara greſſibus.

¶ Præmonſtro ante monſtro. Hiero. Nemo appræhendet illud niſi ego præmonſtrauero.

¶ Præmoneo es. pen. cor. ãte moneo. Col. lib. j. Ideo p̃moneo ne villicum ex eo genere ſeruorum qui corpore placuerunt inſtituamus.

¶ Præmordeo es. Gellius. Plaut. in. Tri. Neq; præmordiſſe dixit: ſed prȩmorſiſſe. Ni fugiſſem inquit medicũ credo præmorſiſſet.

¶ Præmorior quaſi ante tẽpus morior. Hiero. ad Marcellam. Et cum quotidie ſecundum corpus loquor præmorior in cæteris: non nos perpetuos ęſtimemus vt poſſimus eſſe perpetui. Idem ad Euſto. pro ſimplici poſuit In frigido corpore & ante hominem ſuum iam carne p̃mortua ſola libidinum incendia bulliebant.

¶ Præmunio is. pe. ꝓ. prius munio aut prius induo. Ci. pro Cælio. Quamobrem illa q̃ ex accuſatorum oratione p̃muniri iam & fingi intelligebant fretus veſtra prudentia non pertimeſco.

¶ Prȩnarro ante narro. Terẽ. in eun. Recte ſane interrogaſti: oportuit rem prȩnarraſſe me.

¶ Præneſte generis neutri. Et hæc p̃neſtis nomen vrbis in Latio. ꝙ locus in quo ſita eſt montibus præſtet. Et ſic cum diph. ſcribitur. Seru. ἀπὸ τοῦ πρίνου hoc eſt ab ilice q̃ ibi abũdat deducit. Soli. a Prȩneſte Vlyſſis nepote & Latini regis filio. Olim Polyſtephanos dicta. i. multarũ coronarum. Lege Plutarchum. Quidã a Cæculo Vulcani filio conditam ferunt ſuper Aretino monte. Virgi. libro vij. Nec p̃neſtinæ fundator defuit vrbis. Vulcano genitum pecora inter agreſtia regem Inuentumq; focis omnis quem credidit ætas. Cæcul⁹. Et illud. Cum primam aciem prænestæ ſub ipſa ſtraui. In hac fuit fortunæ templum illuſtre: vñ certa edebantur oracula. Syri. Sacriſq; dicatum Fortunæ Præneſte iugis.

¶ Prænomen. Vide in dictione Nomen.

¶ Prænoto. as. pe. cor. ex p̃ & noto: ante noto: Inſcribo Noto vero frequentatiuum eſt a Noſco. Hiero. in prologo lib. Reg. hoc verbum difficile perfacile declarauit cũ ait. Quintus eſt canticum canticorum quem titulo Sira

ſirim prænotãt. Sextus eſt Daniel. Septimus Debreiamin.i.verba dierũ: quod ſignificantius Chronicon totius diuinæ hiſtoriæ poſſumus appellare. Qui liber apud nos paralipomenon inſcribitur.

¶ Prænuncio ante nuncio. Terẽtius in phormi. Abi ac p̄nuncia hanc venturam.

¶ Præoccupo.as.pen.cor.ex p̄ & ob & capio. Vide in dictione Occupo.

✱ Præoccupatio vide occupatio. Cc.

✱ Prepeſinthus inſula vna ex Cycladibus. Cc.

¶ Præopto ante ſiue prius opto. Teren. Adeon peruicaci es animo vt puerum preoptares perire?

¶ Præparo pen.cor. ante paro quæ mihi vtilia fore credo. Cic.lib.iij.offic. Facile totius vitæ curſum videt: ad eamq; degendam præparat res neceſſarias.

¶ Præpedio is.pe.cor.ex p̄ & pedio: ſignificat prius pedibus deuincio: per trãſlationem vero quaſi pedibus vehementer obligo. Hier. ad Helio. Neq; vero ſcio qua te nunc dicas compede præpediri. Plau.in caſ. Timor præpedit dicta linguæ.i.valde impedit.

¶ Præpedimentum ante pedimentum. Plau. Non falla ciæ p̄pedimentum obijciatur.

¶ Prepeto tis.ante vl' prius peto.i.vado. habet pe.cor. Feſtus. Præpetere dicebant pro anteire. hinc præpes.

¶ Præpes etis.generis omnis idem quod velox. Virgi. Et p̄petis omnia pennæ. Voluit pleriq; hoc nomen ſignificare velocitatem in altum volantis. Dicebãtur & p̄petes ab auguribꝰ aues q̄ opportune p̄uolabant: aut idoneas ſedes capiebant. vt inquit Hygin. Alij voluit eſſe quæ ingentibus & patulis & porrectis alis volitant.

¶ Prepilatæ haſtę ſunt quę ferreas habent cuſpides quaſi p̄ ferratæ. p̄pilatũ etiam dicitur vbi non eſt ferrũ ſi modo in mucronem acutum ſit vt cornua locuſtarum quibus natant.

¶ Præpinguis valde pinguis. Col.li.iiij. Itaq; nõ eſt vineis apta etiam arbuſto niſi p̄pingui & viuida terra.

¶ Præpono antepono per electionẽ. Lactã.li.vj. Quiſquis aũt p̄ſentia bona p̄poſuerit iuſtitiæ. hinc p̄poſiti q rebus aliquibus p̄fecti ſunt. Interdũ preponere eſt prius ponere tempore p̄cepto. Sall.in Iug. Vbicũq; res poſtulabat præſidium eſt p̄poſitum.

¶ Prepoſterus a.um.pe.cor. Vide in dictione Poſterus.

¶ Præproperus a.um. valde ſeu nimis celer. Cice. Treba. Sed ex tuis litteris cognoui p̄properam quãdam feſtinationem tuam.

¶ Præpondero magis pondero. per trãſlationẽ vero p̄ponderare ſignificat pluris eſſe ſiue pluris æſtimari debere. Gel. Nam cum in rebus aut paribus aut non longe ſecus vtilitas amici & honeſtas noſtra cõſiſtit: honeſtas procul dubio p̄ponderat. Amb.ad Simplici. Præponderat futuris prẹſentia: & violentia moderatis: & plura paucioribus: & iucunda ſerijs: & aſpera mollia: & triſtibus lẹta: & illecebroſa rigidioribus: & p̄propera tardioribua.

¶ Præputium: pellis quæ glandem hoc eſt ſummam colis partem tegit: dictum q; membris putentibus prẹeminẹat. Vel a p̄putãdo. Nam illam Iudẹi prẹputant. quam quia retinebant gentiles dicebantur quaſi p̄putiati. hoc nomine improbant eis Iudæi non eos ſimpliciter immũdos: ſed ipſam immundiciam vocantes.

¶ Præripio is.pe.cor. ante capio p̄occupo. Plaut.i caſ. Huc veniſti ſponſam p̄reptum meam? Hic p̄ ad temporis & perſonę antecesſionem referri poteſt. Aliquãdo temporis. Cic.li.offic. Facile celare tacere diſſimulare inſidiari p̄ripere hoſtium conſilia. id eſt præoccupare ſiue præ noſcere aut p̄uenire. Ply. Iunior lib.de viris illuſtribus. Immatura morte p̄reptus nõ potuit præſtare qualẽ promiſerat regem. Aliquando dignitatis non temporis antecesſionem denotat. Cic. pro Gallo. Demoſthenes tibi p̄ripuit ne eſſes primus orator.

¶ Prærodo pe.pro. vẹhementer rodo. Col.lib.iij. Nam ſi ſæpius cacumina manu p̄fracta: aut a pecore p̄roſa fuerint: in perpetuũ corrumpuntur.

¶ Prærogo as.pen.cor. ante impendo. Hiero. in quodã ſermone. Tu p̄rogata cunctis virginum cateruis: tu ſequeris agnum quocunq; perrexerit. Hinc prærogatiua.

¶ Prærogatiua æ. p̄ſtantia & antelatio qua quis aut præfertur: aut p̄ferri alteri debet. Paul. Iurecõſul. Veteranorum priuilegium inter cætera etiam in delictis habuit p̄rogatiuam vt ſeparentur a cæteris in poenis: hoc eſt cæteris p̄ferãtur. Nec ad beſtias itaq; veteranus datur: nec fuſtibus cæditur. Amb.in paſto. Nec p̄rogatiuam mihimet ſcientiæ ſi hæc meis conſacerdotibus charitatis intuitu p̄rogem vendicabo. Dicitur & p̄rogatiuum. Cice. pro Muræ. Etenim ſi tanta illis comitijs religio eſt: vt adhuc ſup omne p̄ualeat p̄rogatiuũ: quid mirum in hoc fẹlicitatis famam ſermonemq; valuiſſe.

¶ Prærumpo prius rumpo: prius excido. Aug. Hæc q facit prẹrupto paſſionis muro violenter ad coelorum regna conſcendit.

¶ Prẹruptus diſiectus auulſus. Virgi.lib.iij.Geor. Adde tot egregias vrbes operumq; laborem: Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis. Col.lib.iiij. Præruptior vero collis vel in quattuor pedes vertendus.

¶ Præs dis. ſp̄õſor qui ſe obligat. iterrogatuſq; a magiſtratu an prẹs ſit. Ille reſpondet prẹs: hoc eſt ſe p̄dem eſſe hoc eſt promittit ſe ſi quid incommodi fiat plene ſatiſfacturum. a p̄ſtando dictus. quia tam debet p̄ſtare populo quod promiſit q̄ is qui pro eo prẹs factus eſt. Aſco. Prẹdes dicuntur ſatiſdatores locupletes pro re de qua lis eſt apud iudicem ne qui tenet diffidens cauſę poſſeſſionem deteriorem faciat. Differunt autẽ p̄des a vadibus: Quoniam vas appelletur qui pro alio vadimonium promittit: & proprie datur in re capitali. Prẹs vero in lite nũmaria. Auſo. Quis ſubit in poenã capitalis ſupplicio? Vas. Quis cũ lis fuerit nummaria? quis dabitur? prẹs.

¶ Præſagio is.pen.prod.iui.itum.ex prę & ſagio ſignificat ante ſentio. Proper. Venturam melius p̄ſagit nauita noctem. Cic.lib.ij.de diui. Neq; enim verbum conſuetudo approbaſſet: ſi ea res nulla eſſet omnino. Præſagibat animus fruſtra me ire cum exibam domo. Sagire enim ẽ acute ſentire. ex quo Sagearij qui multa ſcire volunt: & Sagaces dicti canes. Is igitur qui ante ſagit q̄ oblata res eſt: dicitur p̄ſagire id eſt futura ante ſentire. Ineſt igitur animis p̄ſagitio extriſecus iniecta atq; incluſa diuinitus. Inuenitur etiã p̄ſago as. a quo p̄ſagatio. & p̄ſagor. eris pro p̄ſagio: ſeu p̄diuino. Plaut. in bac. Plus p̄ſagitur mali.

¶ Præſagus a. qui vel quæ prẹſagire nouit. Claud. Heu mens p̄ſaga futuri. Sagę autem dictæ ſunt anus quę mlta ſciunt. Prẹſagium p̄ſenſio diuinatio.

¶ Prẹſcio ante ſcio a quo Prẹſcientia ſciẽtia de futuris. Hinc Prẹſciſco. Prẹſcius a.um. Aug.lib.v.ciui.dei. Cõfiteri deũ eſſe: & negare p̄ſcium futurorum: apertiſſima inſania eſt.

¶ Præſcribo ante ſiue prius ſcribo. Cic. Seruio. Sic eñ p̄ſcripſimus ijs quibus ea negocia mandauimus. Interdum p̄ſcribere ſignificat prẹnotare intitulare inſcribere. Hæc enim quattuor tituli ſignificatione ſumuntur. Hiero. in prologo Salomonis. In canticis autem canticorũ nec filius Dauid: nec Rex Hieruſalem p̄ſcribitur. Virgili. Nec Phoebo gratior vlla eſt: Q̄ ſibi quæ Vari prẹſcripſit pagina nomen. Inde prẹſcriptio titulus. Idem Hiero. in prologo pſalmorum. De ijs autem qui ſine titulis ſunt traditio vero talis eſt: vt cuius auctoris præſcriptio

præceſſerit:cęteri qui in titulo ſequunt̄:ipſius eſſe credā-tur. Cic.lib.j.offi. Ex quo fit vt ager Arpinas Arpinatū dicatur: Tuſculan⁹ Tuſculanorū: ſimiliſq; priuatarum poſſeſſionū p̄ſcriptio:ex quo quia ſuum cuiuſq; fit eorū quæ natura fuerant communia:quod cuiq; cōtigit id q̄ſq; teneat. Interdum ſignificat præcipere determinare legem ponere. Idem lib.iij.offi. Sed hoc natura pręſcribit vt homo homini quicūq; ſit ob eam ipſam cauſam ꝙ is homo ſit conſultum velit:neceſſe eſt ſecūdum eam naturam omnium vtilitatem eſſe communem. Lactan.libro vj. Id autem ip̄m bene facere quid ſit idem ipſe p̄ſcribit præſtare auxilium depreſſis & laborātibus:impertiri victum non habentibus. Va. Quoniam præſcriptum erat ne qui Angiportum tranſgrederetur. Secūdū hāc ſignificationem p̄ſcriptum & præſcriptio pari modo pro pręcepto vel ordine lege regula ſeu forma ſumūtur. Tractū vt docet Porphyrio a magiſtris ludi q̄ ſcripta pueris dāt p̄cipiuntq; imitari. Seneca.lib.iiij.epiſtolarum. Pueri ad præſcriptum diſcunt. De præſcriptione. Cic.lib.iiij.tuſ. Omnium autem perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiam quæ eſt a tota mente a recta ratione defectio:ſic auerſa a pręſcriptione rationis vt nullo modo appetitiones animi nec regi nec contineri queant. Interdū p̄ſcribere eſt ponere. Terentius in And. Tute ipſe his rebus finem p̄ſcripſiſti pater:prope adeſt cum alieno more viuendū eſt mihi. Interdum p̄ponere. Ci.in Cato. At ſenatui quæ ſunt gerenda p̄ſcribo:& quo modo Carthagini male iam diu cogitanti bellum inferatur:multo ante denūcio. Interdum prænunciare ſiue p̄dicere. Idem in Vati. At tibi idem p̄ſcribo ne tuas ſordes cū clariſſimorū virorum ſplendore permiſceas.

¶ Pręſeco as.pe.cor.p̄ſecui pręſectum prius ſeco. Col. lib.iij. Radicem harundinis acuta falce pręſectam impēdenti pluuia diſponito. Accommodatur quandoq; immolationi. Liui.lib.v. Inſeritur huic loco fabula immolante rege Veiētium vocem haruſpicis dicentis qui eius hoſtię exta proſecuiſſet ei victoriam dari exauditā. Sueto.in Augu. Nūciata repente hoſtis incurſione ſemicruda exta rapta foco proſecuit: atq; ita prælium ingreſſus victor rediit.i.partem reddidit Marti:partem ad veſcendum reſeruauit.

¶ Pręſegmina partes corporis inciſæ:vel amputatiões rerum ſuperfluarum. Vnde quæ ex vnguibus animaliū ſcindūtur pręſegmina vocantur. Plau. Cū ipſi pridē tonſor vngues dempſerat collegit:omnia abſtulit p̄ſegmina. Huius ſignificationis eſt Reſegmina. Ply.li.xxviij. Omnia perſecuti ſumus vſq; ad reſegmina vnguium.

¶ Pręſideo.des.pen.cor. differt a pręſum licet quandoq; indifferenter ponantur. ꝙ p̄eſſe generaliter cuilibet etiam vili officio eē poteſt. Pręſidere maioris aut quaſi maioris auctoritatis ſemper eſt. Nec mirum cū a ſedeo componatur qđ præ ſe fert quādam dignitatem: vt pręſes ſit quaſi iudex vel quaſi princeps:ideo p̄ſidens & præſtans omnibus:vt iuſtitiæ ſubueniat & oppreſſis opem ferat. Cic. Quamobrē vos dij patrij penates qui huic vrbi atq; impio p̄ſidetis. Sue. Pręſedit & Actiacis ludis.i.p̄fuit

¶ Pręſes a p̄ſideo ſicut Reſes a reſideo deſes a deſideo. Et is eſt qui maius in prouincia imperium habet omnibus poſt pricipem. Aliquādo dicit̄ Auxiliator & defenſor. Liui. Dij deæq; qui capitolium icolitis ſiccine veſtrū militem ac p̄ſidem ſinitis vexari ab inimicis?

¶ Pręſidiū proprie dicitur p̄fectus aliquis cum parte militū qui ad cuſtodiam & defenſionem arcis vel perſonæ vel oppidi p̄ſidet. Dictum pręſidium auctore Var. quia extra caſtra p̄ſidebant in loco aliquo quo tutior legio eſſet. Vnde ſæpe legimus p̄ſidium Hannibalis Capua Tarento Rhegio pulſum eſt. Cæſar. Eo operę facto præſidia diſponit:caſtella communit:quo facilius ſi ſe inuito tranſire conarentur prohibere poſſit. Iureconſulti de re militari. Qui relinquit præſidiū:peccatum deſertiōis incurrit. Deſertor autem capite puniri ſolet:q̄uis non omnes deſertores ſimiliter puniendi ſint. Per tranſlationem vero omne auxiliū & ſalutis propugnaculum p̄ſidiū dicitur:quā vulgo munitionem dicere ſolem⁹. Auxilium vero ab aduentu cū acceſſerint ei cui adiumēto ſunt alienigenę. Subſidium dictum a triarijs qui in acie tertio ordine extremis ſubſidio ponebantur ꝙ ſubſidebant: ab eo ſubſidium appellatū. Plaut. Agite ſubſidete omnis quaſi ſolēt triarij. Inde ſubſidium ad impetus hoſtium ſuſtinendos cum ſua non poſſint vi obſiſtere mitti dicit̄ vulgo Succurſū dicimus. Cæſar de geſtis in Italia. Ad eum mittit niſi ſubſidiū ſibi ſummittatur:ſeſe diuti⁹ ſuſtinere non poſſe. Multæ tamen ſunt tranſlationes & migrationes in alienū locum: vt cū inquit Cæſar. His difficultatibus duę res erant ſubſidio:ſcientia atq; vſus militum. Sed nunc de proprietate loquimur. Suffragia cm̄ in concionibus & declarādis magiſtratibus dicunt̄. Opē ferre ē pene deſtitutos adiumēto aliquo ſubleuare. ſicut ſuppetias ire & occurrere ſuppetias eſt fere ſubſidio ire. Hircius de geſtis Cæſaris in Aphrica. Elephantiſq; turritis interpoſitis armatiſq; ſuppetias ire cōtēdit. Et paulo poſt. Labienus cum vniuerſo equitatu fugiētibus ſuis ſuppetias occurrit.

¶ Pręſidiarius a.ū. quod parat̄ vt p̄ſidio ſit. Col.lib.v. Et præſidiarij malleoli propagandi ſunt.

¶ Præſertim aduerbium ſignificat pręcipue hoc eſt ante alia.

¶ Pręſtes itis.idem eſt quod p̄ſes antiſtes. Nam antiqui ſic p̄ſtites dixerunt:vt nunc antiſtites.

¶ Præſum ante alios ſum:vt homo cæteris animātibus pręeſt.i.ea ſupat vel antecedit. Et p̄eſſe ſignificat præfectum eſſe. Sall. Et pro cuiuſq; opibus Romę per totam vrbem vigiliæ haberentur:hiſq; maiores magiſtratus p̄eſſent.

¶ Præſens a p̄ſum fit ſicut a poſſū potēs:ab abſum abſens. & ꝓprie ſignificat qđ nunc fit: vel ſine mora. Aug. lib.xj.ciui.dei. Præſentia nuncupantur ꝙ ita ea dicimus eſſe p̄ ſenſibus:ſicut p̄ oculis quę p̄ſto ſunt oculis. Virg. pręſentemq; viris intentāt omnia mortē. Amb.ad Simplici. Moyſes ille quo nemo deū vidit pręſentior. Quandoq; præſens dicitur nō quod nūc fit:ſed qđ tunc fiebat id eſt tempore illo tūc pręſenti. Cic. Ego incolumitati ciuium primū & poſtea dignitati:ille præſenti potius q̄ futurę dignitati conſulebat. De mortuo loquit̄. Ergo non nunc p̄ſenti ſed tunc. Sic capitur in pręſens:in p̄ſentia & impræſentiarū.quę ſignificāt p̄ſenti tempore. hoc eſt qđ vel pręſens eſt:vel fuit:vel erit. Pro tempore illo pręſenti. Sall. Si cauſa peccandi in pręſens minus ſuppetebat. Hora. Pleraq; differat & præſens in tempus omittat.id eſt in ſuum tempus. Terent.in phor. Prouiſum eſt ne in p̄ſentia hæc hinc abeat. Cę. Cæſar ſuos a p̄lio cōtinebat ac ſatis habebat in p̄ſentia hoſtem rapinis ꝓhibere. Cic. lib.ij.ad Heren. Impræſentiarum hoc interſerere non alienū fuit vt huius inſtantiæ garrulam diſciplinā contemneremus. Hiero.in leui. Septem diebus finitur conſecratio ſicut impręſentiarū factū eſt. Nam illud qđ Valla lib. iiij.inq̄t. In rē p̄ſentē non tempus ſed locū ſignificare:vt apud Cic.lib.off. Vt ſi cōſtitueris cuipiā te in rē p̄ſentem eſſe vēturū.i.ad locū de quo eſt controuerſia:hoc nō fit ex vocabulo præſentem:ſed ex re quæ ꝓ loco capit̄. Pręſentē vero ꝓprie q̄ p̄ſentat̄ ſiue ſita eſt in loco ipſo, vt cū de finibus agrorū cōtrouerſia eſt. Vn̄ dicit̄ vulgo. Super factū ipſum iuimus.i.ſuper rem ip̄am de qua eſt controuerſia. Verumtamen in rem præſentem: pro loco ita ac-

cipi debere nõ puto: vt etiam de re alia q̃ de loco nõ poſ-
ſit intelligi: vt cum de aliqua re in iudicio contenditur: ſi
quis in rem ipſam præſentem id eſt cum præſentat & agi
tur coram iudice aduocatus alicui non venerit. Quãdo
q; p̄ſens ſignificat quodam modo præſtans & potens q̃
ſi præſit. Et ideo præſtans ſit: quia ſtatim operetur. Præ
ſentius pręſtantius: præſentiſſimum præſtantiſſimũ vt
apud Virgilium. Quo non præſentius vllum. Vnde pr§
ſentiſſimum periculũ: præſentiſſima medicina: præſen-
tiſſimum remediũ: præſentiſſimũ venenum. i. potens &
in primis efficax. Quod etiã p̄ſentaneum vocatur. Ply.
lib. ij. Idẽ podagris cũ articulorũ morbis decoctũ aceto
illinũt p̄ſentaneo remedio ſuſpirioſis prodeſt p̄ſenſq; q;
ſtatim aut ſanat aut occidit. Quãdoq; p̄ſens ponit̃ pro
forti. Teren. in phor. Animo virili p̄ſentiq; vt ſis para.
Quãdoq; pro ꝓpicio: quoniam is qui præſens eſt nobis
propiciat̃ facile ſi inuocet̃: & citius q̃ is qui p̄ſens non eſt
Virgi. lib. j. Geor. Et vos agreſtum p̄ſentia numina fau-
ni. i. ꝓpicia quorum præſentia fauor eſt inquit Ser. Terẽ
tius in phor. Nõ tu hũc habeas p̄ſentem deum. Veteres
p̄ſente pro p̄ſentibus dixerũt. Pompo. Qui apd̃ forum
p̄ſente teſtibus mihi vendidit.

¶ Præſentia tiæ. Sall. Tũ M. T. conſul ſiue præſentiam
eius timens: ſiue ira cõmotus: orationem habuit luculen
tam atq; perutilem reipub. quã poſtea ſcriptã edidit.

⁎ Præſente pro præſentibus: ſicut abſente ꝓ abſentibus
lectum eſt: locutio tamen minus latina. Cc.

¶ Præſento as. quaſi pręſens facio. Quin. libro. xj. Fru
ſtra docemur ſi quicqd audiuimus præterfluat: & exem
plorum legẽ reſpõſorũ dictorũ beneq; factorum q̃ velut
quaſdam copias quibus abundare quaſq; in promptu
ſemper habere debet orator eadẽ illa vis non præſentat.
Huius compoſitum eſt repræſento: qd̃ eſt rurſus pręſen
to: & interdũ ad mentem reuoco. Cic. Curioni. Dies pro
miſſorum adeſt quem etiam repræſentabo ſi adueneris:

¶ Præſentaneus a. um. quod in p̄ſens ſubito fit. Lactã.
lib. de ira dei. Dixeram non eſſe iram dei temporalem ſi
cut hominis qui præſentanea commotiõe feruеſcit. Sic
pręſentaneum remediũ quod ſtatim ſanat. de quo ſupra

¶ Præſepe is. pen. pro. & p̄ſepium & pręſepes. foe. gene
ris a p̄ſepio deducitur. Plaut. Pręſepes mea eſt. Var. Cõ-
tra illic laudabat̃ villa ſi habebat culinã ruſticã bonam p̄
ſepes laxas. Præſepe aũt ſtabulũ dicitur in quo equi mu
li & cætera animalia continentur. Virgi. Ignauũ phucos
pecus a p̄ſepibus arcent. Idem. Stabant tercentum niti
di in p̄ſepibus altis. Pręſepe etiã quandoq; lupanar dici
tur. Ci. in piſo. Verũ audis in p̄ſepibus: audis in ſtupris:
audis in cibo & vino: aut gulę. Hora. Scurra vagus non
qui certum p̄ſepe teneret. Præſepium vero locus in quo
pabulũ animalibus porrigit̃. Apul. lib. vj. me. Præſepiũ
meũ hordeo paſſim repleri iubet: foenũq; bactriano ca-
melo ſufficiens apponi. Col. In ſtabulo ſint ampla præ-
ſepia. Lignũ vero ad quod equos capiſtris (ita enim ipſa
lora dicuntur) religare ſolemus non aliter q̃ ad inſulã vł
vncinum Vacerra nominat̃. Hiero. in ſermone de virgis
aſſumptiõe: & p̄ſepe & pręſepiũ vſurpauit pro loco quo
pabulũ animalibus p̄betur. Ad p̄ſepe inquit nato puero
mltitudinẽ angelorum cantantẽ audiſti. Et paulo poſt. Cũ
eiſdẽ magis deũ puerũ in p̄ſepio adoraſti. Præſepia nũe
ro plurali. parua nubecula in coelo: q; in ea aſelli ſtabula
ri videant̃. Ply. Tũc in ſigno cancri duæ ſtellæ paruæ a-
ſelli appellatæ: exiguum inter illas ſpaciũ obtinente nu-
becula quã præſepia appellant. Hæc cũ coelo ſereno ap-
parere deſierit: atrox hyems ſequitur.

¶ Præſentio ante vel prius ſentio. A quo præſentiſco
quo frequentius vtuntur auctores. Plau. in Am. Nunc
ne legio præſentiſcat clam illuc redeũdũ eſt mihi. Ter. in
heau. Et ea gratia ſecũ adduxiſſe ne id tu pręſentiſceres:

¶ Præſtino as. pen. cor. a præ & ſtino ſignificat præpa-
ro præordino. Plaut. in epi. Vt ei præſtines argẽtum pri
us q̃ veniat filius. Vide rurſus paulo poſt.

¶ Præſentiſco is. Vide in dicti. p̄ſentio de quo modo.

⁎ Pręſiderare dicim⁹ cũ maturius hyberna tẽpeſtas mo-
uetur: quaſi ante ſyderis tempus. Cc.

¶ Pręſtituo pri⁹ ſtatuo p̄ſcribo p̄deſtino. Oui. Dij ſum-
mum p̄ſtituere diem. Lact. lib. vij. Alter ad p̄ſtitutũ tem
pus cũ iam ſponſor eius diceret̃ præſentiã ſui fecit.

¶ Præſto as p̄ſtiti præſtitũ & pręſtatũ. Vnde & p̄ſtaturus
ſignificat multa. Nã cum accuſatiuo iũgit̃: ſignificat ex
cello ſupero. Quintil. li. j. Præſtat tamẽ ingenio alius ali
um. Quãdoq; nõ exprimit̃ accuſatiuus: ſed ſubintelligi
tur q̃uis datiuus etiã poſſet intelligi vt apud Sall. Primũ
omniũ qui vbiq; ꝓbro atq; petulantia maxime p̄ſtabãt:
Col. lib. ij. Quis candore præſtet: pondere tamẽ vincit̃.
Si dtĩs ſubintelligat̃ ſignabit antecellere qd̃ dtõ conſtru
itur. Si actĩs excellere. Ci. lib. j. offi. Quorũ vero patres
aut maiores aliqua gloria p̄ſtiterũt: ij ſtudent plerũq; in
eodẽ genere laudis excellere. hic more ſuo verbum qua-
ſi difficile aperuit. prius p̄ſtiterũt ponẽs. poſtea excellere
Datiuo. Terẽ. in eun. Homini homo qd̃ p̄ſtat? qd̃ id eſt
quantũ præſtat hoc eſt antecellit. Cice. in Lael. Nãq; hoc
præſtat amicitia propinquitati: q; ex propinquitate be-
niuolentia tolli poteſt: ex amicitia nõ poteſt. Sall. tamẽ
vſum ablatiuo cenſeo. Oẽs homines qui ſeſe ſtudent p̄-
ſtare cæteris animantibus. Hic enim p̄ſtare interpretor:
p̄ſtantiores reddere. Et ideo ablatiuo iungitur quoniam
cõparatiue ſtat. Illud aũt in primo offic. Difficile eſt autẽ
cũ præſtare omnibus cupiueris ſeruare æquitatẽ quæ eſt
iuſtitiæ maxime ꝓpria. peſſe vel p̄ſidere ſignificat. Ideo
datiuo nõ ablatiuo iungitur. Quãdoq; p̄ſtare eſt ſatiſfa
cere ſeu cautionem dare. Et eſt verbum iuriſconſultorũ
qui ſcribunt p̄ſtandũ eſſe dolũ: p̄ſtandam noxam & alia
cõſimilia. Ci. li. iij. offi. Quicquid eſſet in prædio vitij id
ſtatuerũt ſi venditor ſciret niſi nominatim dictum eẽt p̄
ſtari oportere. Quãdoq; cõcedere. Idem in eodẽ. Si aũt
non omne dictũ præſtandũ eſt: quod dictũ nõ eſt: id præ
ſtãdũ putas? Quãdoq; beneficiũ dare. Pli. Plura hic mi-
hi præſtitit q̃ parentes. Quandoq; cauere fugere timere
Idem Torqua. Simus igitur ea mente quam ratio & ve
ritas præſcribit: vt nihil in vita nobis p̄ſtãdũ præter cul-
pam putemus eaq; cũ careamus humana omnia placate
ac moderate feramus. Quãdoq; re ipſa perficere ſiue p-
ſoluere. Idem. Et quoniã præſtitimus quod debuimus
moderate quod euenit feram⁹. Lactã. lib. iiij. Homines
malunt exempla q̃ verba: quia loqui facile: præſtare dif
ficile. Quãdoq; Tribuere. Liui. lib. vj. Pacem quã nos p̄
ſtitimus eã a vobis petimus. Lact. li. j. Quid tales dij p-
ſtare hominibus poſſũt. Quãdoq; exhibere: reddere: re-
præſentare: & tunc habet actĩ reciprocũ. Cic. Lentulo:
Sed p̄ſta te eũ q mihi a teneris vt gręci dicũt vnguiculis
es cognitus. Aliqñ etiã ſine accuſatiuo reciproco. Idem
Ter. Neq; legis improbiſſimę poena deductus ẽ quo mi
nus hoſpitij & amicitiæ ius officiũq; p̄ſtaret. In tertia ve
ro pſona: ſingulari ſignificat melius eſt. Sall. Quouſq;
patiemini tandem o fortiſſimi viri. Nõne emori p virtu
tem præſtat: q̃ hanc vitam miſeram atq; inhoneſtã vbi
alienæ ſupbiæ ludibrio fuerimus per dedecus amittere?

¶ Pręſtantia excellentia. a p̄ſtans fit Gel. lib. j. Scite ſub
tiliterq; ratiocinatum Pythagorã philoſophũ dicit in re
perienda modulandaq; ſtatus longitudiniſq; eius p̄ſtan
tia.

¶ Pręſtabilis excellens. Gel. Chilo pręſtabilis homo ſa
piẽtiæ. Et præſtabilis qui facile præſtat. hoc eſt donat &
remittit. vt eſt illud propheticum. Quia benignus & mi

ſericors eſt & præſtabilis ſuper malicia. Item præſtabile
quod præſtari poteſt.

¶ Præſto aduerbiũ vt puto loci: qđ iungitur verbo ſum
vel fui & aliquando Adſum. Habetq; eaſdem ſignifica-
tiones quas adſum vt ſignificet præſens ſum: præſidio
ſum: faueo: iuuo. De primo Cic. pro lege agraria. Pub.
Seruilius rullus tri. plę. decẽuir dicit pompeio ſalutẽ. Te
volo curare vt mihi ſummopere præſto ſis auxiliumq;
adducas dũ eos agros quos tuo labore cepiſti ego mea
lege vendam. De ſecundo. Idem pro Murę. Ius ciuile di
dicit: multum vigilauit: laborauit: multis præſto fuit.
Item præſto eſſe ſignificat aduenire ſiue comparere. Idẽ
ad Heren. Hirundines æſtiuo tempore præſto ſunt: hye
me pulſæ recedunt.

¶ Præſter genus ſerpentis venenati qui alio nomine Di
pſas dicitur. Vnde apđ Pli. li. xxij. Hæmorrhoidũ & præ
ſterũ. Luc. Oraq; diſtendens auidus ſpumantia præſter.
Eſt & præſter ventus turbo dũ ardentior & accenſus fue
rit vniuerſa amburens ac proterens.

¶ Præſtolor. pe. co. ex præ. & ſtolor. Stolor autẽ a ſto de
ducitur. Nam Feſtus inquit. Præſtolari is dicitur qui an
te ſtando ibi quo venturum excipere vult moratur. præ
ſtolari igitur ſignificat manere expectare. Plau. Dũ cum
domi præſtolor adoleſcẽs aduenit. Ci. li. ij. inuect. dtõ iũ
xit. Qui tibi ad forũ Aureliũ p̃ſtolarẽtur. Alias p̃ſtolari
ſignificat præſto eſſe vt inqt Do. & parere atq; obſequi.

¶ Pręſtringo ante ſtringo ſeu valde ſtrigo. Lactã. li. vij.
Tum quorum peccata vel pondere vel numero præua
luerint præſtringentur igni atq; comburentur. Interdũ
præſtringere eſt claudere obtenebrare.. Verbum a præſti
giatoribus tranſlatũ qui aciem oculorum ſuis vafra mẽ
tis pręſtringere conſueuerũt. Vnde p̃ſtigium. cuius inuẽ
tor fuit Mercuri⁹. Ci. Exiſtimat ſe gemmę nitore & auri
ſplendore aſpectus oim̃ p̃ſtringere. Interdum attingere
Idem de ſignis. Ignoſcite rei magnitudo me breuiter pręſtringere
atrocitatẽ criminis nõ ſinit. Interdũ radere. Idẽ
in phil. Cuius quidẽ portam Capuæ pene præſtrinxiſti.

¶ Pręſtigiator dicitur qui circumaſtantibus ita oculorũ
aciem p̃ſtringit: vt non aduertant dolum. Qui & pręſtri
ctor vocatur. Dicitur & p̃ſtigiatrix apud Plau. in Amp.
Quidam p̃ſtigiator dici putant a ſtyge & tenebris q̃ ita
aciem oculorum præſtringat vt res aliter videri faciat q̃
ſint. Varro a ſcientia dici putat.

¶ Præſtrigię ſeu p̃ſtigiæ incãtatiões: deluſiões: que quo
niam dexteritate aliæ appareãt q̃ re vera ſint: illi qui eas
faciunt dicuntur pręſtigiatores. Hiero. Nolite potentiã
domini magorum pręſtigijs adęquare.

¶ Pręſtruo. is. prius ordino ędifico ve. Col. li. j. Quippe
ab imo præſtructa valenter reſiſtent contra ea quæ poſt-
modum ſuperpoſita incumbẽt.

¶ Pręſideratio eſt cum maturior tẽpeſtas hyberna p̃pro
pero rigore improuiſo opprimitur.

¶ Præſula præſilio is fit quod eſt ante ſalio & is appellat̃
apud antiquos qui primus erat inter ſalios martis ſacer
dotes a ſaliendo dicti in portandis ancilibus. Hinc pręſu
latus pro ipſa dignitate.

¶ Pręſultor qui ſaltãtium choream ducit.

¶ Pręſulto as ante ſalto. Liui. li. vij. Si tu permittis volo
ego illi belug oſtendere quando adeo ferox pręſultat ho
ſtium ſignis me ex ea familia ortum quę gallorũ agmen
ex rupe tarpeia deiecit.

¶ Præſumo is prius ſumo. Plyn. lib. xxxvj. Theophra
ſtus auctor eſt potores in certamine bibendi præſumere
farinam. eius ſcilicet lapidis. Per tranſlatiõem p̃ſumere
eſt temere audere. Hiero. Hãc garrula anus: hanc delirus
ſenex: hanc ſophiſta verboſus: hanc vniuerſi præſumũt
lacerant: docent anteq̃ diſcant.

¶ Præſumptio ante ſumptio. Vnde apud rhetores præ
ſumptio dicitur cum in aduerſarij cauſa vel i iudicis opi
nione contrarium nobis eſſe aut fore arbitramur præoc
cupamus dicere et cum ratione diſſoluere. Quinti. li. ix.
Mire vero in cauſis valet præſumptio quæ πρόληψις di-
citur cum id quod obijci poteſt occupam⁹: quę pręcipue
procemio cõuenit. Plyn. orator ad Pauli. ſimpliciter di-
xit. Ego beatiſſimum exiſtimo eum qui bonę ac manſu
rę famę præſumptiõe perfruitur: certuſq; poſteritatis cũ
futura gloria viuit.

¶ Præſumptuoſus & p̃ſumptor in malam partem acci
piuntur. Hier. in p̃fa. li. de natiuitate virginis. Res quidẽ
actu non difficilis: ſed periculo veritatis admodum præ-
ſumptuoſa. Idem in prolo. euãg. Si aũt veritas eſt quęrẽ
da de pluribus cur non ad gręcam originem reuertentes
ea quę vel a vitioſis interpretib⁹ male edita: vel a pręſum
ptoribus imperitis emendata peruerſius. vel a librarijs
dormitantibus: aut addita ſunt aut mutata corrigimus.

¶ Præſcurreſis pen. cor. a dormio dicitur.

¶ Præſidatus. Aug. li. v. cõ. Suppetit amicorum maio-
rum copia vt nihil aliud feſtinemus vel p̃ſidatus dari põ
teſt & ducenda vxor.

¶ Pręſtino as. pe. cor. emendo tenco. Plau. in epi. Vt eũ
p̃ſtines argento priuſq̃ veniat filius.

¶ Prætego is. pe. cor. puelo: ãte tego. Lact. li. v. Tum vi
tia ſua capillis & pallio & qđ maxime eſt velamẽtum di-
uitijs pręteg ebat.

¶ Prætendo antetendo. Leo papa. Nõ deſinit hoſtis an
tiquus deceptionis laqueos vbiq; prętendere. Quãdoq;
pręfero. Verg. li. iiij. Ge. Fumoſq; manu prętende ſequa
ces. Quandoq; pręmonſtro exhibeo. Lact. lib. iij. Quid
contemptus ille rerum qui magnificis verbis prætendit.
Cice. Priuatorum munus ẽ æquo & pari cum ciuibus iu
re viuere neq; ſummiſſum & abiectum neq; ſe efferẽtem
prætendere. Quandoq; prætexo. Vergi. li. ij. ge. Riuos
deducere nulla Relligio vetuit: ſegeti pręte ndere ſepem
Lactan. per tranſlationem lib. iiij. dixit. Ne ſi fuiſſet alie
nigena iuſtam poſſent excuſationem de lege prætende-
re: id eſt allegare.

¶ Prætento as. prius tento. Quint. li. iiij. Sed quid in in
greſſu parcius & modeſtius p̃tentanda eſt iudicis miſeri
cordia.

¶ Præter prepoſitio quæ cum a præ deſcendat ſcribitur
per ę dip. Et modo ſeparatur: modo componitur. Sepa
rata vim excipiẽdi habet: & ſemper accuſatiuo iungitur
vt nullum timeo præter deum. Aliquando ſignificat vl
tra. Quinti. Multa erant præter hęc quę obijci merito po
tuiſſent. Ply. li. x. Præter hominem ſomniare equos: ca
nes: boues: pecora capris palam eſt. Aliquando ſignifi
cat ante. Cic. in Ver. Præter oculos ſoli ferebant. Aliquã
do ſine. Sall. Pręter rerum capitalium condẽnatos. Ali
quando contra. Teren. in an. Pręter ciuium morem atq;
legem. Compoſita vero plærunq; ſignificat vltra. Et cõ
ponit̃ cũ dictione incipiente ab e vt p̃tereo f. vt p̃terfluo
g. vt p̃tergradior m vt p̃termitto u vt præteruolo.

¶ Præter ſpem ſignificat ex inſperato. Sic p̃ter opinio
nem ex inopinato: vel contra ſpem: ſeu cõtra opinionẽ.

¶ Præterea aduerbiũ deductũ a præter: ſignificat vltra
ea quæ dicta ſunt. Et interdum habet pronomẽ tam ſin
gularis q̃ pluralis numeri incluſum. De ſingulari Vergi.
Si duo præterea tales Idæa tuliſſet terra viros. id eſt præ
ter eum ſcilicet Aeneam. De plura. Cice. Lentulo. Præ-
terea quidem de conſularibus nemini poſſum erga te eſ
ſe teſtis id eſt præter eos. Et non ſolum p̃tereum vel eos
ſed etiam te: vt te doctum exiſtimo pręterea neminem. i.
præter te. Præter me. vt mihi credis præterea nemini. Eo
dem modo præter nos: præter vos: præter illos. Et pręter

ea quãdoq; ponit̃ pro poſtea. Vergi. Pręterea haud ſupplexaris imponit honores.

℄ Præterq̃ tota vna dictio ſemper requirit præcedentẽ caſum: quia idem verbum ſubintelligitur: vt nemo id dixit pręterq̃ Cicero. Nullius id intereſt p̃terq̃ patris. Nulli id placuit præterq̃ Cæſari. Neminem præterq̃ prętorẽ timeo. O vos omnes præterq̃ Plato legite. A nemine p̃terq̃ a Socrate didici. Significat etiam aliterq̃. Liuius libro .j. Vocata ad conſilium multitudine quæ coaleſcere in populi vnius corpus nulla re pręterq̃ legibus poterat iura dedit.

℄ Præterq̃ ꝙ .i. niſi. Ply. Omnia nobis ex voto ſucceſſerunt præterq̃ ꝙ in itinere defunctam matrem audiuimus. Sunt qui putent eſſe vnam tantum dictionem.

℄ Præterq; ſignificat inſuper: præterea. Ply. libr. xxiij. Præterq; ſerpentium ictus.

℄ Præterpropter tota vna dictio ſignificat præterq̃ propter: hoc eſt propter aliã cauſam q̃ propter eã de qua loquimur: vt præterpropter vitã viuitur: hoc eſt ꝓpter aliam cauſam viuitur: q̃ vt viuatur: vt puta ꝓpter laudem vł propter gloriam. Aennius. Ocio q neſcit vti plus negocij habet: q̃ cũ eſt negociũ in negocio. Nã cui qd agat inſtitutũ eſt: nullo negocio id agit: ſtudet ibi mẽteq; animũq; delectat ſuũ. Ocioſo initio animus neſcit qd velit Hoc idem eſt eñ neq; domi nunc nos nec militię ſumus Im⁹ huc hic illuc: cũ illuc vẽtũ ẽ: ire illic libet: icerte errat animus p̃terpropter vitam viuitur.

℄ Prętereo is. iui. & p̃terij præteritum ſignificat vltra eo Teren. in eu. Dum hæc reputo: imprudens villam prætereij. Vnde tempus præteritum quod iam non eſt: ſed vltra iuit. Et præteriti dicuntur extincti. Propertius. Fas ẽ p̃teritos ſemper amare viros. Itẽ præteriti dicuntur qui in petitione magiſtratuum repulſam habuerunt: vt ſæpe apud Ciceronem inuenies.

℄ Pręterbito tas. penul. correpta. frequentatiuum ſignificat freq̃uẽter eo. Interponitur b. quaſi p̃terito tas. Plautus in epid. Caue p̃terbites vllas ædes quin roges ſenex hic vbi habitat Periphanes platenius.

℄ Pręteremitto intactũ relinquo. Lactantius lib. v. Miror ꝙ Apuleiũ p̃termiſit cui⁹ ſolẽt & mlta & mira mẽorari.

℄ Præteruecho vltra veho. Auguſti. Præteruectus omnem villam.

℄ Præteruolo as. pen. cor. celeriter prætereo. Lactan. li. ij. Qz callide periculum præteruolauit. Proprie tamen p̃teruolare ſignificat vltra volare.

℄ Pręetexo xis. prius texo: prius facio: ſeu prius ordino vt Ciceronis exemplum a Priſciano prolatum indicat. Sic omnia quæ fiunt: quæq; aguntur leuioribus principijs natura ipſa prætexuit. Aliquando ponitur pro contego abſcondo: quaſi aliud q̃ ſit oſtento. Vnde.

℄ Prætextum dicitur illud velamẽtum quo moueri aliquis videtur ad aliquid agendum: cum tamen alia cauſa moueatur. Sue. de Cæl. Et prætextum quidem illi ciuilium armorum hoc fuit: cauſas autem alias fuiſſe opinantur. Vergili. Non tamẽ Anna nouis prætexere funera ſacris Germanam credit.

¶ Prohibeo ex ꝓ & habeo: ſignificat veto: ꝓcul teneo auerto. Vir. Prohibe infandos a nauibus ignes. Plau. Placide egredere: et ſonitū ꝓhibe forium et crepitum cardinū ne q̄d hic agitemus. Inhibeo vero retineo: cōprimo. Hoc enī differt a ꝓhibeo: ꝙ ꝓhibere gn̄ale ſit etiā ante rē inceptā. Inhibere re iā īcœpta. Illud vetat ne q̄d facere incipias: hoc ne ꝑgas: ſed potius deſiſtas Virg. Quid genus hoc hoīm: quæ ve hūc tā barbara morem Permittit patria? hoſpitio ꝓhibemur arenæ. Idē. Parcite iā Rutuli: et tela inhibete Latini. Hinc nautę inhibere remis dicunt̄: quū nauem retro vertere volētes currentis impetum remorum impreſſione retardant. Iuſti. Ita ceſſum inhibete remis: et a bello diſcedite.

¶ Procœmiū latine initiū vel exordiū ſiue p̄fatio dicit̄ Dictū ꝓœmiū ꝙ οἴμη cātus dicit̄. Nā ſicut Citharœdi pauca illa q̄ anq̄ legitimū carmen inchoēt emerēdi fauoris gratia canūt: ꝓœmiō cognominauere: ſicut oratores ea quæ prius q̄ cauſā exordiātur ad cōciliandos iudicū animos preloquunt̄ eadē appellatiōe ſignarūt Sunt tamē qui Procœmiū appellatū velint: q̄d Græci οἶμον viā nomināt: ꝙ prohœmiō ante rei ingreſſū ponatur. Ideoq; cū h. ſcribendū putant. A Procœmiū fit

Procemior.aris. quod eſt exordior.

⁎Proiectus puer dicitur expoſitus:qui ſi nutriatur dicitur Proiectitius. Cc.

¶ Proijcio is pe.cor.quaſi porro iacio: extẽdo:porrigo.Vir.Proiectaq; ſaxa Pachyni.Idẽ. Proiecto dum pede læuo Aptat ſe pugnæ. Silen. Vetꝰ atq; ingẽs erat arbor ilex:quæ circũ ꝓiectis ramis maiorem ꝑtem loci ſummi tegebat. Hinc ꝓiectus.us.ꝑ extẽſione. Lucre. Qualibet immani ꝓiectu corpis extet. Interdũ Proijcere eſt abijcere. Cice. Quid ſi cũ ex vrbe ꝓieceris. Interdũ dimittere:derelinquere. Virg. Non ego vos poſt hac viridi proiectus in antro Dumoſa pendere procul de rupe videbo.

¶ Proinde cũ accẽtu in pe. Componitur ex ꝓ et inde. ſignificatq; ideo:ideo q;:itaq;:ꝓpterea:ꝓpter hoc:qua ꝓpter. Semp enĩ dependet ex ſuperiore ſententia. Hiero. in ꝓlogo Sap. Hunc Iudæi Philonis eſſe affirmãt:qui ꝓinde Sapiẽtię noiatur:quia in eo Chriſti aduẽtus euidẽter exprimitur. Liui.li.i. Satis ſcitur origini Romanæ et deos affuiſſe et nõ defuturã virtutẽ ꝓinde ne grauarẽtur. Ponit̃ q̃nq; ꝓ aduerbio ſimilitudinis. Terẽ. in Phor. Proide explicare quaſi nõ noſſes. Sal. At hi cõtra ignauiſſimi hoies ꝑ ſummũ ſcelus oia eis ſocijs adimere quę fortiſſimi viri victores reliquerant:proinde quaſi victoria triũphũ facere demũ id eſſet imꝑio vti. Quandoq; pro deinde. vt apud Plautũ Proin dicitur pro deinde. Terent. in Eunu. Proin tu dum tempus etiam atq; etiam cogita.

¶ Prolectibile titillatio incẽtiuõve atq; illectamentũ. Sido. ad Vectionem. Nemo ita naturæ firmæ eſt vt ꝓlectibilibus careat occultis.

¶ Proles progenies. Colu. lib. viij. de caprino pecore Parit autẽ ſi eſt generoſa proles frequenter duos: non nunq̃ trigeminos.

¶ Proletarij a prole dicti ſunt q in plębe romana pauperrimi erãt:neq; amplius q̃ mille quingentõ ęris in cenſum deferebant. Qui vero nullo aut ꝑq̃ puo ære cenſebãtur Capite cenſi vocabantur. Aug. lib. iij. ciuita. Dei. Tum vero tã multa bella vbiq; crebruerunt vt inopia militum proletarij illi q eo q; proli gignendę vacabãt ob egeſtatem militare non valentes: hoc nomẽ acceperant: militię conſcriberentur.

¶ Prolepſis dici poteſt p̃ceptio: ex πρὸ ante:et λῆψισ ſumptio ſiue acceptio.

¶ Prolixo as. Vide in dictione Lixo.

¶ Prolixum quaſi porro laxum:quod lõgum latũq; eſt. Ter. in Eunu. Accipit nemo melius neq; prolixiꝰ. id eſt largius. Aliquando dicitur ſuperfluum. Vnde prolixam orationem dicimus. ⁎Prolixitas longitudo quæ et Prolixitudo a veteribus dicta eſt. Pacu. Oro in me neflectas fandi prolixitudinem. Cc.

¶ Prologus ꝓloquiũ ſiue p̃fatio:ꝓponit enĩ narrãda.

¶ Prologium principiũ:quaſi proloquium: a græco λόγοσ. Plautus. Exanimauit me ꝓlogio ſuo.

¶ Proloquor pe.cor. ꝓlogo vtor: vel multum ſiue vltra loquor in longũ. Plaut. in Epi. Nã quid ego apũ te parem ꝓlog? Ego illã hodie volo facere libertã meam Quãdoq; ꝓloqui eſt ante ſiue ſimpliciter loq. Augu. lib. i. Con. Nõne tibi ꝓlocutus ſum aduerſum me delicta mea. Quãdoq; eſt ſummã rei breuiter eloq. Varro aũt ſic habet. Proloqui eſt quũ qđ in aĩo habemus loquẽdo efferimus. Ter. Cenſen me vllum potuiſſe verbum ꝓloqui.i.proferre. Aliquando proloqui eſt ſententiam ferre. A quo proloquium ſentẽtia in qua nihil deſideratur:quod etiam pro exordio ponitur.

¶ Prolugeo ſolito diutius lugeo. Feſtus. Prolugere dicuntur qui ſolito diutius lugent.

¶ Proluo is. ex ꝓ & lauo:quod e prima in tertiã trãſit cõiugationẽ:ſicut Abluo. ſignificat multũ ſiue multo tẽpore lauo. Perſi. Nec fonte labra ꝓlui caballino. Nõ enĩ oino negat:ſed negat multum labra lauiſſe:et hoc humilitatis cauſa. Augu. lib. iij. ci. dei. Abruptas etiã imbribus ꝓlutas eſſe regiones. Aliq̃n ꝓluere eſt ſuperfluere. Col. lib. ij. Quũ impetus aquarum ꝓluit terram nudatiſq; radicibus germina non patiũtur coaleſcere.

¶ Prolutio. onis. Vide in dictione Scatungo.

¶ Proluuies immunditia cuiuſcunq; rei ſordidæ. Vir. Fœdiſſima ventris Proluuies.

¶ Proluuium idem quod proluuies. Per tranſlationẽ dicitur ꝓfuſio et ꝓdigalitas:quum q̃s more aquę opes ꝓfundit. Ter. in Adel. Quæ res tã repẽte mores mutauit tuos? qđ ꝓluuiũ? quæ iſta ſubita eſt largitas?

¶ Promereor bene ago: beneficiũ p̃ſto. Virg. lib. iiij. Nunq̃ regina negabo Promerita. Terẽ. Ita me velim ames ꝓmerentẽ pater.i.bene agentẽ. Inde ſocij ꝓmerentur:quãdo beneficijs alliciũtur & beniuole artificio cõciliantur. Plau. tamẽ in Amph. in malam partẽ ſumpſit. Quid mali ſum here tanta ex re promeritus?

¶ Promercalia mercimonia ſũt vẽditiõi expoſita. Col. li. xij. Pecuniã dñi neq; i alijs rebꝰ ꝓmercalibꝰ occupet Quidã aũt ꝓmercalia ꝓprie dici volũt res q̃ ꝓtio minoris emũt̃: vt poſtea pluris diſtrahant̃: quarũ rerũ negociatores græco vocabulo Propolę nuncupantur.

¶ Prometheus pe.p. nomen viri ꝓpriũ:ἀπὸ τῆσ προμηθείασ.i.a ꝓuidẽtia. Fuit enĩ prudẽtiſſimꝰ. hic primꝰ aſtrologiã Aſſyrijs indicauit:quã reſidẽs in mõte Caucaſo nimia cura deprehenderat. Hic ꝓpter nimiã ingenij excellentiã hoies finxiſſe exiſtimat̃: quia vt inquit Lact. Simulacrũ hominũ primus de molli luto formauit:ab eoq; nata Plaſtice eſt. Hic fuit pater Deucalionis et filius Iapeti:qui fuit vnus ex Titanibus. A Prometheus fit patronymicũ Promethides penul. ꝓdu.

¶ Promineo es.pe.cor.ex ꝓ et maneo: quaſi ante vel extra in longum maneo. Vnde Promontorium. Ply. Simiæ dentes vt homini elephanto intus ad mandendum quattuor præterq̃ eos qui prominent.

⁎Promiſceo. Vide Miſceo. Vnde Promiſcuus.a.um. Vnde Grãmatici ꝓmiſcuũ genus Epicœnon et quaſi incertũ ſiue cõfuſum vocãt. A quo Promiſcue aduerbiõ miſte:cõfuſe:incerte. Pro quo veteres etiam Promiſcam dixerunt. Cc.

¶ Promitto is. polliceor. Cice. Iam enĩ totũ qđ tibi ꝓmiſeram præſtiti. Quandoq; ꝓmittere eſt ꝓducere et quaſi in magnitudinẽ mittere: ſiue porro.i.longe mittere. Plau. in Ru. Capillũ ꝓmittã optimũ eſt: incipiãq; hariolari. Virg. Promiſſaq; barba. Quandoq; minari. Idem. Promiſi vltorẽ et verbis odia aſpa moui. Huiꝰ compoſita ſunt Appromitto:quod eſt ꝓ altero ꝓmitto. Compromitto quod ſignificat litem ad boni viri arbitrium mitto. A quo Compromiſſum ip̃a facultas arbitro data. Tractũ ab eo q; vterq; litigans ſimul promittit ſe arbitri ſententiæ pariturum. Repromitto firmiter ſeu etiam promitto. Hiero. ad Dama. Hos verſꝰ eſſe aſſumptos: q; ille qui repromittebatur de genere dicendum venerit ſaluaturus Iſrael.

¶ Promo is. pſi. ptum. ꝓfero:eloquor:expono. Plau. in Ciſt. Accipias claues ſi quid tibi opus erit in promptu ꝓmito.i.extra capito. Virg. Lætiq; cauo ſe robore promunt Teſſandrus Stelenuſq; duces.i.educũt. Lactan. lib. v. Longũ eſt vniuerſas virtutis ſpecies ꝓmere: vt de ſingulis doceam. Huius compoſita ſunt Depromo: qđ eſt extraho:extra do:declaro. Virgi. lib. xj. Et vltrice pharetra Deprome ſagittã. Plau. in Amph. Quid faciã nũc ſi tres viri me in carcerẽ cõpegerint: in

de cras e prõptaria cella depromar ad flagrũ. Lac. li. iij. Idem in opere valde ſero in quo pcepta vitę deprõpta ex philoſophia Ciceroni filio dabat. i. excerpta. Hiero. Propter ſimpliciores quaſq; id me depromere cõpelliſtis. i. deſcribere. Expromo pfecte promo. Ter. in heau. Nemo ē meorũ amicorũ hodie apud quem expromere omnia mea occulta audeam.

* Promnion gēma (quæ & Morion) nigro colore trãſlucens. Cc.

¶ Promptus dicif qui iam paratus eſt ad agendum: & in quo nulla mora eſt: quaſi iam pductus. Sal. Natura ferox: vehemēs: manu promptus erat: maximũ bonũ in celeritate putabat. Sic dicimus promptus ingenio q ingeniũ ad omnia paratum habet. Per tranſlationem promptus ponif p manifeſto & aperto cum res a ſecretiore loco educitur: vt parata nobis & ad manus ſit. vn de dicim⁹: res eſt in prõptu quaſi manifeſta. Ci. li. j. offi. Quæ q̃ q̃ ita ſint in promptu vt res diſputatione non egeat. Sallu. Aliud clauſum in pectore: aliud in lingua promptum habere.

¶ Promptulus diminutiuum. Hierony. in plo. Dani. Quidam e noſtris ſatis ad loquendum promptulus Ezechielem adduxit in medium.

¶ Promptarius. a. ũ. Ex quo aliud depromif. Plaut. in Am. Inde cras e prõptaria cella depromar ad flagrũ. Nam ibi promptaria cella p carcere poſuit: quia e carcere ad ſupplicium promuntur noxij.

¶ Promptarium locus in quo res ad vſum neceſſariæ ita repoſitæ ſunt: vt ſtatim pmi ac pferri poſſint. Am. lib. hexa. Quid eſt igitur os homini niſi quoddam ſermonis hauſtum: fons diſputationis: aula verborum: promptarium vocis?

¶ Promus & condus apud veteres p cellario ſumebãtur: q inde promant: & ibi condant. Plaut. in aſi. Ego ſum promus: condus: pcurator peni. Promus qui pęeſt cibarijs pmendis: qui victum familiæ pmit. Condus qui recondit in cellam penuariam ipſa penora. Nam in potentiorũ domibus alius eſt promus: alius condus: alius alij miniſterio aſſignatus. Apul. in apolo. Promũ librorũ appellat illũ qui libris promendis pręeſt.

¶ Promulſis. idis. potio ex mulſo condita. Ci. Papi. Habuiſſes non hoſpitem ſed contubernalem. At quē virum? nõ eum quem tu es ſolitus pmulſide cõficere. Hinc Promulſidaria vaſa dicunf quibus mulſum cõtinetur. Scribit Pompo. Iuriſcon. Legatis vaſis ſcutellas & promulſidaria contineri.

¶ Promontorium quaſi pemineã mons. ſignificat. n. montē in mari pminentē. Ply. li. xxxvi. Promontoria aperiuntur mari & rerum natura agitur in planum.

¶ Promulco nauis agi dicif cum ſcapha ducif fune. a promulcendo. Nam non neceſſitatis tantum cauſa fit: ſed vt nauis quietius agatur.

¶ Promulgo. as. publico: palã pnũtio: quaſi puulgo. Feſtus. Leges pmulgari dicunf cum primũ in vulgus eduntur. Col. li. j. C. Licinius damnatus eſt q agri modum quem in magiſtratu rogatione tribunitia promulgauerat immodica poſſidendi libidine tranſcendiſſet.

* Vnde verbalia Promulgator promulgatrix pmulgatio. i. Diuulgator diuulgatrix diuulgatio. Cc.

¶ Promurale dicif cum extra muros qui ambiunt ciuitatem alius ducif murus: & eſt murus ante murum: qui et antemurale vocatur. Dicitur etiam locus promuralis qui eſt ante murum. Hiero. Cum autem venerit ad promuralem locum. i. ad futuri ſęculi ſtatũ: ibi ad eam dicit oſtende mihi faciem tuam.

* Pronepos & pneptis: nepotis & neptis fili⁹ & filia. Cc.

¶ Pronomen ideo dicif quia vice nominis fungif. Nã ſicut dicendo nomen explicamus perſonã: ſic pnomē tacito nomine. vt cũ dicimus hic legit ille ſcribit.

* Pronuba dicif quæ nuptijs pęeſt celebrandis: & ea ex parte vxoris: ſicut auſpex ex parte viri. Inde Iuno pronuba dicebatur: quia nuptijs præeſſet. Cc.

* Pronubo nuptijs præſum. Vide Nubo.

¶ Pronurus. pen. pducta. nepotis vxor dicitur.

¶ Pronus pprie dicif in anteriorē partē flexus. Ouid. lib. j. met. Pronaq; cũ ſpectent animalia cætera terram: Os homini ſublime dedit. Per trãſlationem vero quis dicitur pronus. i. inclinatus ad virtutes vel ad vitia. Itē pronus dicitur qui eſt contrarius ſupino. Ply. li. xxviii. Supini cubitus oculis conducunt. At proni tuſſibus. Item ponitur pro vicino: ſicut altus pro longe poſito. Verg. Ventiſq; vocatis Prona petit maria. i. litori vicina. Dicif & pronis in tertia declinatione: vt apud Terē. in phor. Alia traba pronis in humũ accedens proxime frangit ramos cadentes.

¶ Propago. inis. & Propagea gis. pen. pd. vitis vetula et ſuppreſſa: vt ex vna plures fiãt. dicta q porro pangatur. i. longe figaf. Verg. Flexos ppaginis arcus. vbi prima pducif. Aliqñ ſignificat gñs. & ſic prima corripitur. Idem. Si Romana potens Itala virtute ppago.

¶ Propago. as. pe. pro. vitem vetulã ſupprimo. & per tranſlationem ponitur pro extendo: dilato.

¶ Propalã. pe. cor. i. clare: aperte & in ppatulo. Cic. li. j. de ora. Nõ explicata veſte neq; pp oſito argento: neq; tabulis & ſignis propalam collatis.

¶ Propalo. as. pe. cor. manifeſto: in lõgũ creſco. Aug. lib. ix. cõ. Cũ eñi ppalata & effoſſa digno cum honore transferrenf ad Ambroſianam baſilicã quos vexabãt immũdi ſpiritus ſanabanf. Col. li. iij. Deinde ex eo ſulco quaſi ramos foſſarũ facies. per quos vt quæq; virga poſtulauerit propaletur: atq; ita terra adoperita.

¶ Propatulũ late patens atq; apertũ quaſi porro patulum. Sal. Viros muliebria pati: mulieres pudicitiam in propatulo habere. i. in publico.

* Propatruus dicif maximus patru⁹ frater proaui. Cc.

¶ Prope graui accētu pnũtiata penultima pp oſitio eſt et ſignificat iuxta. Curtius. Cum ppe id oppidũ copię conſtitiſſent. Interdũ ſignificat ex ppinquo. Mar. li. j. Hic vbi ſydereus ppe &c. Prope vero vltima acuta ponitur p aduerbio fere ſeu quaſi. Ply. Et in foribus tēpli prope collapſus expauet. Ter. in an. Prope adeſt cum alieno more viuendũ eſt mihi. Cõparatiuũ propior ppinquior: ſuperlatiuũ pximus: ppinquiſſimus ac nobis adhęrens. Veteres tamē non ſolũ propinquũ & nobis hęrentē proximũ dicebant: verũetiã lõge remotũ: ſi tamen inter duo diſcreta nihil mediũ extitiſſet. Verg. Proximus huic longo ſed proximus interuallo. Aliqñ ponif p maxime ppicio. Tert. Gradiuũ teſtor qui de⁹ eſt nobis omniũ pximus. Mar. Nec ppior q̃ phœbus amet. Interdũ nõ habet vim ſuplatiui: & propinquũ ſignificat: quapropter cõparatiuũ facit proximior qđ ppinquiorē ſignificat: & ab eo fit Proximitas: & pxime aduerbiũ. Vege. Proximior & dextra ſit q̃ plagã poſſit inferre. Vlp. li. xxx. ad edictũ. Si quis pximior naſceretur cognatus. Aliquãdo pximus in ſacris litteris intelligif omnis homo: quia vt inquit Aug. Nemo eſt cũ quo ſit malum. Et pximus eſt qui tecum natus eſt ex Adam & Aeua. omnes pximi ſumus cõditione terrenæ natiuitatis. Sciendũ q propius & proximus & proxime pter cõparatiuorũ ſuplatiuorũq; naturã cõſtruuntur cũ actõ. Cic. Proximus põpeiũ ſedebã. Propius vt bē mouēt. Sal. Proxime Hiſpaniã Mauri ſunt. cõpoſitũ a Prope eſt Deprope qđ ſignificat ex propinquo.

¶ Propediem aduerbiũ temporis quaſi prope eſt dies

quando hoc fiet.i.cito. Teren. Et illum tibi ſaluū affu‑turum eſſe hic confido propediem.

℞ Propemodum.i.pene quaſi prope menſuram.

℞ Propilo.as.pen.prod. Vide in dictione Pilus.

℞ Propinquus a ꝓpe deductū. Et modo ſignificat eū qui prope eſt: modo affinē. vnde ꝓpinquitas affinitas. Propinquo.as.propinquus fio. Verg. Fuge nate pro‑pinquant.a quo fit appropinquo.

℞ Propello.is.propuli ꝓpulſum. vide in dictiõe Pello.

℞ Propendo.is.ſignificat ſurſum pēdere cū qd in ſta‑tera ponderat᷑: ſicut depēdere deorſum pēdere. Plau.in Aſi. Vbi manus manicę cõplexę ſunt atq; adductę ad trabē: nec depēdis nec propēdis. Am.tamē propendo pro depēdo poſuit: cū per tranſlationē dixit. Atrocio‑rem ſcelerū reatū vitia reliqua ſequūtur: quoniam quo flagitioſa pepēderint: eo inclinant cętera. Item propē‑dere eſt diu ſiue multū: aut a lõge examinare Quintil. Dabam his octū refrigerato inuentionis amore diligē‑tius repetitos tanꝗ propenderem.

℞ Propenſus vehementer inclinatus. Cice.lib.officio. Quinetiam ſiquis eſt paulo ad voluptatē propenſior. Et propenſus quaſi vltra tenſus. Perſ. Cum tibi calue Pinguis aqualiculus ꝓpēſo ſeſquipede extet. Cornu. Cum tu o calue Senator abundãtia ciborū pinguis ſis et ventrem habeas vltra ſex pedes extenſum.

℞ Propetro.as.pe.cor. Vide in dictione Patro.as.

℞ Propero.as.pen.cor.a prope fit: & ſignificat feſtino celeriter eo. Nam qui in aliquē properat: id agit vt illi ꝓ‑pinquior ſit. Sallu. Quattli diſceſſus erat in Galliā pro‑perãti.i.celeriter eunti. Et ille dicit᷑ properare ꝙ feſtinã‑ter aliqd agit vel dicit. Verg. Multa forent ꝗ mox cœlo properãda ſereno. Lact.lib.vj. Et cū viuere ſe putãt ad mortē cõcitatiſſime properãt. Nonius. Feſtinare & pro‑perare veteres diuiſerunt. Cato. Qui vnū quid mature tranſigit properat. Qui multa ſimul incipit nec ꝑficit: feſtinat. Verū vtraq; verborū ratio ſub hac ſignificãtia proxima eſt veritati: vt ſit ſępe animi ꝓperare ſtudioſe ad res aliquas cõtendentis. Feſtinare corporis neceſſi‑tati obſequētis. Verg.lib.iiij. Et medijs properas aqui‑lonibus ire per altū. Et lib.ij. Feſtinate viri: nam quæ tã ſera moratur Segnities. Huius cõpoſita ſunt: apprope‑ro qd eſt iuxta propero. Cic.pro Milo. Cū hic inſidia‑tor qui iter illud ad cędē faciēdã approperaſſet. Depro‑pero valde ſeu celeriter ꝓpero: properãter facio. Hor. lib.ij.car. Quis vdo deproperare Apio coronas curat ve myrto. Impropero: intro propero. Ply.lib. xxxvi. Intus labyrinthū inextricabilē: quo ſi quis improperet ſine glomere lini: exitū inuenire nequeat. Aliqñ iprope‑rare eſt crimen vel aliqd aliud obijcere. Inde imprope‑riū. A propero fit ꝓperatio properantia & properitas.

℞ Properus.a.um.pe.cor.idē qd celer. Plaut. Properã video ancillam venientem. Hinc fit properior proper‑rimus: & compoſitum præproperus.

℞ Propere aduerbium. Sal. Tum propere conſul du‑cit exercitum.

℞ Properatim. Cęcil. Properatim in tenebris iſtuc con‑fectum eſt opus.

℞ Properiter. Catul. Animula miſerrima properiter abit.

℞ Properanter fit a ꝓperans. Actius. Remiſq; nixi ꝓ‑peranter nauim in fugam tradunt.

✱ Propetro ſignificat mando aliquid perfici. Actius. Age vero propetra quod cœpiſti fieri. Inde Prope‑tratio. Cc.

℞ Prophaſis. penultima correpta. dici poteſt latine p̄‑textus excuſatio.

℞ Propheta.æ.& Prophetes.is.maſc.genere Prophe‑tis.idis.vel idos.& Prophetiſſa.æ.in fœminino a πρό‑φημι qd eſt prædico. Hiero.in lib.Iudi. Erat aūt Deb‑bora prophetis vxor Laphideth: ꝗ iudicabat populū. Et in euangelio. Erat Anna prophetiſſa filia Phanuel. Eſt autem propheta qui futura p̄nuntiat ab eo primū intellecta. Alias vera non poſſet dici prophetia. Vete‑res vt inquit Feſtus antiſtites Phanorum oraculorūq; interpretes prophetas dicebant.

℞ Propheto.as.p̄dico. Licet quãdoq; ꝓphetare ſit lau‑des deo canere: vt in li. Nūoꝝ. Cūq; requieuiſſet in eis ſpiritus: prophetauerunt: nec vltra ceſſauerunt.

✱ Propilare acuere eſt. & propilatū acuminatū: & quaſi ad pilæ formam factum. Cc.

℞ Propnigeon locus in balneis: in quo ignis incluſus exæſtuat. pnigos latine æſtus & ſuffocatio. pnigo ſuf‑foco.

℞ Propitius.a.um. quod eſt placidum fauenſq;: a pro‑pe & ito.as. vt quidam aiunt. Nam qui nobis fauent prope nos ire conſueuerunt. vel dicitur propitius proe‑ſus pius. aut porro.i. valde pius.

℞ Propitio.as. ſiue propitior.aris. ꝓpitium reddo pla‑co. Hinc repropitior: quod eſt rurſus propitiū reddo. Hierony.libro.ij.Reg. Et repropitiatus eſt deus terræ. Propitiatio ſacrificium.

℞ Propitiabile: qd eſt ad propitiandū aptū. vnde ꝓpi‑tiabilis hoſtia. Dicitur & ꝓpitiale. Item propitiabile qd facile flectitur. vt propitiabile numen.

℞ Propitiatorium locus in quo placari ſolet deus: licet et pro tabula quadam poni videatur in Exodo poſita ſuper arcam. vnde ſcribitur. Facies & propitiatorium de auro mundiſſimo.

℞ Propina.pen.pro. dici poteſt ante famē. ex pro ante πεῖνα fames. Et vt nõnulli dicūt locus erat iuxta Ther‑mas & balnea publica: vbi poſt lauacrum a fame & ſiti reficiebantur. vnde & alij ex latina prępoſitione pro: & græca dictione compoſitum potius volunt: ita vt indi‑cet id quod datur pro eſurie.

℞ Propino.as.pe.pro. ex πρὸ ante & bibo: vel a πί‑νω προπίνω: qd ſignificat poſt potū tradere. proprie ſignificat poculū: vt quis bibat p̄guſtare ac porrigere. Plau.incur. Propino magnū poculū: ille bibit. Quæ conſuetudo inde initiū habuit ꝙ græci ſolenni die quē Philotheſiam vocant miſcere aureis atq; argenteis po‑culis vina ſolebant quæ e manu geſtantes ſumētes ori parumper admouebant: deinde alteri cui vellent offera‑bãt. Hoc vero propinare. quod eſt p̄bibere dicebatur. Hinc factum eſt vt propinare ſit cibum potūq; extra‑ordinariū voluptatis gratia cum amicis aſſumere. In‑terdum eſt ſimpliciter porrigere. Ter.in Eu. Hunc vo‑bis comedendum & bibendum & deridendū propino. Spartianus. Vuluam inciderit: venenatā partem fratri edendam propinans & ſibi innoxiam reſeruans. Ply. lib.xx. Quidam ad vuluæ dolorem radicem cum vi‑no dulci propinant.

℞ Propenticon latine comitatiuū a προπέμπω comi‑tor præmitto. vnde eſt titulus apud Sidonium propē‑ticon ad libellum.

✱ Proplaſtice dicitur ars ipſa faciendi typos hoc eſt for‑mas: quib⁹ formandis Figulinis operibus vtunt᷑. Cc.

℞ Propolis.pen.cor. quaſi ſuburbanū. Et id dicit᷑ qd apes ante alueū faciunt. Var. Propolim vocãt qd apes faciunt ad foramen introitus porrectū in aluеum ma‑xime æſtate fauorum ſtabilimentū: quo omnes frigo‑ris aut iniuriæ aditus obſtruuntur.

℞ Propolæ.pe.pro. negociatores: qui merces p̄emūt minoris: vt poſtea pluris vēdant. πρὸ enim ante πω‑λέω vēdo. Lamprid. in Commodo. Imitatus ꝓpolas

circūforaneos equos curules ſibi comparauit. Cic.cōtra Piſo. Piſtor domi nullus: nulla cella: panis & vinū a propola atq̄ decopa.

¶ Propyleū latine veſtibulū vel porticus: qui eſt ante domū. Ci.li.ij.offi. Phalereus Demetrius qui Periclem principem grēciæ vituperabat ꝙ tantā pecuniam in ꝓclara illa propylea profuderit. Plynius. Protogenes cū Athenis celeberrimo loco Mineruę delubro propyleū pingeret: adiecit paruulas naues longas in his quæ pictores Parerga appellant.

Propontis. ontidis. æquor patens atq̄ diffuſum. Hæc anguſtijs Boſphori Thracij cū Euxino ponto cōiūgiť. Nā geographi primas anguſtias maris ſe coarctantis Helleſpontū vocant. Inde expatiať æquor. Quę laxitas Propontis appellať. Vbi iterū in arctū coit & ſtringitur: illæ anguſtiæ Boſphorus Thracius nūcupatur. Vbi iterū effunditur Pontus Euxinus: qui curuatus in figurā Scythici arcus, committiť oſtio Mæotidis paludis: idq̄ oſtiū Cimerius Boſphorus vocatur. A propōtis fit Propontiacus. a. um. Ouid. lib. j. faſt. Hincq̄ propontiacis hærentem cyzicon oris.

¶ Propono. is. ſtatuo: delibero. Sene. Id in primo animo ꝓponendū vt recte viuamus. Aliquando ꝓponere ſignificat promittēdo ponere: & oſtēdere. vt propono ludum: propono p̄miū. Cicero. Quis eſt qui ꝓpoſito tanto p̄mio nō excitetur? Aliquādo eſt extra ponere ſiue palam oſtendere. Ply. lib. xxxv. Idem perfecta opera ꝓponebat in pergula tranſeuntibus. Sal. Poſtulauere p̄ſertiq̄ vt ꝓponeret: quę cōditio belli foret: quę p̄mia armis peterent. Aliquando anteponere: docere. Lact. li. iiij. Pœnitentiam nobis in illa circūciſione ꝓpoſuit: Aliquando procul ponere.

¶ Propoſitum dicitur quod mente ſtatutum eſt: & intentio hominis. Plyni⁹. Hoc ei propoſitum erat vel ſuperare: vel cedere.

¶ Propoſitio quęſtio habens aliquid quod diſputatione ſoluendum ſit: & a græcis problema dicitur. Dialectici definiunt propoſitionem ꝙ ſit oratio verum vel falſum ſignificans. Cicero libro ſecūdo ad Heren. Propoſitio dicitur per quam oſtendimus ſummatim quid ſit quod probare volumus.

¶ Proportio. Vide in dictione Portio.

¶ Proprætor dicebatur qui extra ordinariam pręturā gerebat.

¶ Propriū a prope fit: & diciť qđ peculiare eſt vniuſcuiuſq̄. Hoc enim maxime prope eſt: quod propriū eſt. Verg. Hūc mihi ds propriū virgo ſata nocte laborem. Hinc ꝓprietas & ꝓprie: qđ eſt peculiariter. Aliquando dicitur diuturnū. Siſen. At qui metu & ſuſpitione propriam habere quietē non poterat. Plau. Atq̄ illū amatorem tibi propium futurum in vita: id eſt perpetuum.

⁎ Inde Proprietarius.

¶ Propter ſignificat alicuius cauſa. Et accipitur loco cauſalis coniunctionis: vt propter niuē frigeſcunt homines. Verg. Te propter Libyæ gentes Numidūq̄ tyranni Odere. id eſt tui cauſa. Aliquādo aduerbium eſt et ſignificat prope. Teren. in adel. Nimiū iſthoc abiſti: propter hunc aſſiſte.

¶ Propterea ſignificat ob eam cauſam: ſicut quapropter: propter quam cauſam.

¶ Propudium dicebant cum maledicto nudari turpitudinem nolebant: quaſi porro pudendum: vel a quo pudor & pudicitia procul ſint. Propudia virorū apud Plyn. intelligitur immodica aut certe obſcœna venus et probroſa mollicies. Plaut⁹ meretriculam propudiū vocat. Hinc dicuntur

¶ Propudioſa dicta ꝙ pudicitia ſit procul a pudore. Sido. Igitur hic proxime abrupto cōtubernio ancillæ propudioſiſſimę: cui ſe totum conſuetudine obſcœna adduxerat. i. impudiciſſimę.

¶ Propugno. as. vehementer & de longe pugno. vnde Propugnator. Liuius lib. iiii. Quid a vobis ſperentur an honores quos aduerſarijs veſtris potiuſq̄ reip. propugnatoribus datis.

¶ Propugnaculū eſt munitio. vel quaſi locus munit⁹ vñ vehemēter certari poſſit & defendi ꝓcul. Verg. li. iiij. Et propugnacula bello tuta parant.

¶ Propulſo. as. frequētatiuū a propello: ſignificat de longe pulſo: ſeu procul fugo. Liuius. li. j. Tamen cum mœnibus bellū ꝓpulſare poſſet in aciē copias eduxit. Col. lib. vij. Euincendi ſunt aut quauis peſtiferi morbi et exquiſitis remedijs propulſandi.

¶ Proquęſtor qui quęſturā extraordinariam gerit.

¶ Proreta. pen. prod. dicitur qui cuſtos eſt & gubernator in nauis prora.

¶ Prorito. as. penultima produc. ſignificat prouoco. Colu. Vt peluſiaci proritet pocula zythi.

¶ Proripio. is. penultima cor. quo ad effectum ſignificat procurro ſiue profugio. Sed quando accuſatiuo ꝓcurrentis aut profugiētis conſtruitur ſignificat ſubito deduco: vel ſubito traho. Liui. de. ij. bel. pu. E manib⁹ ſacrificātium cum ſeſe proripuiſſet. Sal. Deinde ſe domum ex curia proripuit.

¶ Prorepo. is. vero pe. pro. Vide in dictione Repo.

¶ Prorogo. as. pen. cor. Vide in dictione Rogo.

¶ Prorumpo. is. vltra ſiue valde rumpo. Cæſ. lib. iiij. Celeriter ad eas munitiones peruenerūt atq̄ prorumptis his prius in hoſtiū caſtris conſtiterūt: q̄ plane ab his videri: aut quid rei gereteť cognoſci poſſet. Verg. li. j. ge. Rurſus in obliquū verſo prorumpit aratro. Quādoq̄ prorumpere eſt vltra emittere: euomere. vnde Prorumptum effuſum fluēſq̄. Idem. Vnde per ora nouē vaſto cum murmure montis It mare proruptum. Et lib. iij. Interdūq̄ atram prorumpit ad æthera nubem. Quod Ser. exponit pro euomuit aſſerens nouam hanc eſſe locutionē. Non enim dicimus ego prorumpo hanc rem. Hoc modo vſus eſt Teren. in Eu. Iam me erumpere licet hoc mihi gaudium. Quādoq̄ eſt irrumpere: qđ eſt quadam vi progredi proſilireve.

¶ Prorſus & prorſum dicimus: quaſi porro verſus. ſignificat oīno. Noni. Prorſus & ab radicibus euulſa eſt arbor. Interdū poniť ꝓ nō recte: & vere. Idem in Adel. Eo pacto prorſus illic alligaueris filium. Quādo vero nomen eſt ſignificat rectū. vnde prorſi limites dicunť in agrorum menſuris: qui ad orientem directi ſunt.

¶ Prorſum rurſum ſignificat retro ante: vt dicim⁹ ſurſum deorſum: intro foras: hac illac.

¶ Proruo. is. ruere facio proijcio. Liui⁹. Mare fluminibus inuexit montes lapſu ingenti ꝓruit. Idem lib. ix. Excitati arma capiunt: Dolabræ calonibus diuidūtur ad vallum proruendum: foſſaſq̄ implendas.

¶ Proſa vnde & Proſella diminutiuū. Plyn. lib. xviij. Sed proſellis binis terniſq̄ ſic erant.

¶ Proſcęnia ſunt pulpita ante ſcænam: in quibus Scęnici Hiſtrioniam agebant. Verg. lib. iij. geor. Et veteres ineunt proſcænia ludi.

¶ Proſapia generis longitudo: ſiue ꝓgenies antiqua: a profupando. i. iaciendo & diſijciēdo quaſi porro Sparſia & quaſi iactis liberis. Aliqui a proſupero: ꝙ proſuperent: hoc eſt ſuperſint & ſuperabundent liberi.

⁎ Proſedanum vitium eſt arietibus & hircis circa coitū proueniens ex nimio labore. huic morbo ruſtici medentur genere Satyrij quod Crategonon appellant: cū in cibum porrigitur. Cc.

¶ Proſedę dicunẽ meretrices eo ꝙ ante ſtabula ſedeãt.

¶ Proſcindo.is. valde vel vltra ſeu ſubtus ſcindo. Vñ dicimus terrã ꝓſcindi cũ primũ aratur: inquit Var. Cũ iterũ offringere dicũt. ꝙ prima aratione glebę grandes ſolent excitari. Cũ iterãtur offringere vocãt. Tertio cũ arant iacto ſemine boues lirare dicunẽ .i. cũ tabellis ad vomerem ſimul & ſatum frumentum operiunt in porcis: & ſulcant in foſſas quo pluuialis aqua dilabatur. Per tranſlationẽ proſcindere eſt infamare: contumelijs laceſſere: lacerare. Sue. in Augu. Hunc fœdiſſimo conuitio coram ꝓſciderũt. Plyn⁹. Hic eſt Mamura Catulli Veronenſis carminibus proſciſſus.

¶ Proſcribo aliquid per ſcripturã venale ꝓpono & publico: vñ proſcriptũ venale expoſitũ: quia quæ erant vẽdẽda publice ſcribebanẽ. Nã ꝓſcribi domus dicunẽ quãdo appoſita inſcriptione venales vel locãdę ſignificanẽ. Ci. li. iij. off. Claudius ꝓſcripſit inſulã vendidit. Item proſcribere eſt relegare: damnare. Hor. in ſer. Proſcripti regis rupili pus atqꝫ venenũ. Ply. de Silla. A genũ exitus vitę eius omniũ ꝓſcriptoꝝ ab illo calamitate crudelior fuit. Tractũ ab eo ꝙ hi proprie proſcribi dicuntur vt Vlpianus teſtaẽ: quoꝝ nomina clara litteris vt de plano recte legi poſſint ante tabernã vel ante eũ locum in quo negotiatio exerceẽ: non in loco remoto: ſed euidenti ſcribunẽ. Hinc Proſcriptio: damnatio: & Proſcriptus damnatus. Item eſt in aliquem penetrabile telum intorquere. Macro. Non eſt facile in eum ſcribere qui poteſt proſcribere.

¶ Proſecta dicta ſunt ab antiquis viſcera: quæ in ſacrificijs proſecaſſent. Luca. lib. vj. Si pectora plena Sępe dedi & laui calido proſecta cerebro.

¶ Proſeletus. pe. pd. aduena peregrinus aduentitius.

¶ Proſelenus. pen. pd. dicitẽ ante lunam. nam componitur ex ꝓ ante & σελήνη luna: ꝙ ſelas .i. ſplendorẽ habeat: & ἄνω. id eſt ſuperne. Nã a ſole lumen accipit. Et proſeleni dicunẽ ante lunã geniti: quo noie dicti ſunt Arcades. Sta. Arcades aſtris lunaqꝫ priores.

¶ Proſequor. pen. cor. ꝓprie ſignificat vltra ſiue poſt ſequor. Cicero lib. ij. offi. Sequitur vt hæc officioꝝ genera ꝓſequar. Plaut. in ciſ. Si is hac aut hac ſocci video veſtigiũ in puluere ꝓſequar hac. Aliquãdo ꝓſequi eſt cum affectu animi. vt Proſequor te amore: odio: laude honore: cõtumelija & huiuſmodi. Et fere ſemper cum ablatiuo. Cic. in Ver. acti. iiij. Iſte iratus hominẽ verbis vehementioribus proſequitur. id eſt inſectatur. Idem Metello. Domus tua deniqꝫ tota omnibus ſummis officijs proſequuta eſt. Interdũ ꝓſequi eſt pſeuerare: exequi qđ cœptum eſt. Ambroſi. Et bene ſabbato cœpit vt ipſum ſe oſtẽderet creatorem: quia opera operibus intexeret & ꝓſequeretur opus quod ipſe iam cœperat. Interdum eſt quaſi deducere: & comitari. Hierony. ad Iulianum. Inter multorum officia propinquorum: & conſulares amicos tuorum exequias proſecutus es. Diuerſis alijs modis vſurpatur. Lactan. libr. ſecundo. Siquidem ſacrilegia ſua iocularibus etiam dictis proſequebatur. id eſt condiebat. Idem lib. quarto. Quam Tullius vniuerſis eloquentię ſuæ verbis ꝓſecutus eſt. id eſt deſcripſit: tractauit: vel laudauit. Cice. lib. j. Tuſ. Quid totum prope cœlum ne plures proſequar nõne humano genere completum eſt? id eſt vltra hominẽ. Idem in Cato. Quam palmam vtinam dij immortales tibi reſeruent: vt tui sui reliquias proſequare. id eſt viriliter aſſequaris: vel ꝓſpere conſequaris. Teren. in Adel. Ego ius meum proſequar. Plaut. in cap. Nunc Barbarica lege certum eſt ius meum proſequi. id eſt ꝓ viribus obtinere. Colu. lib. j. Ac rurſus pmio ꝓſequamur eos qui ſtrenue ſe gerunt.

¶ Proſodia cum accentu in pen. latine accentus dicitur qui lex eſt ſiue regula ad eleuandã deprimendãve ſyllabam vniuſcuiuſqꝫ particulæ orationis accõmodata. Et alio nomine apud græcos τόνος dicitur. Fit autẽ proſodia a πρὸς græca prępoſitione quæ ſignificat ad: & ᾠδὴ cantus.

¶ Proſerpina. penulti. cor. luna Iouis ex Cerere filia: a græcis perſephone dicitur. Ouid. lib. iiij. Faſt. At neqꝫ Perſephone digna eſt ꝑdone marito. A proſerpendo dictã Proſerpinam Aug. lib. vij. ciui. dei. ſignificareqꝫ fœcunditatem ſcribit. Quæ cum aliquando non eſſet: dicta fuit rapta ad inferos: & tunc ceſſarunt inſtrumenta ruralia. Qua redeunte inſtituta ſunt ſolennia apud Athenas. Serpere enim videtur veluti ſerpens dũ modo in dextram: modo in ſiniſtram mouetur: ꝓpter qđ et omniuaga dicitur. Dicta eſt Libera: Diana: Lucina: Triuia: Hecate: & Noctiluca.

¶ Proſumia gen⁹ nauigij leuis ſpeculatorij. Plaut. De nocte ad portum ꝓuectus ſum proſumia. Cęci. Qui ꝓ gubernatore ſe gerens prope vertit proſumiam. Hę naues etiam Geſeoretæ vocantur.

¶ Proſeuche obſecratio vel oratio quæ ad deum funditur. dicta quaſi προσευχή. Quia attentione opus ſit προσέχω enim eſt attendo vel intendo: vel adhibeo. Iuue. videtur ponere pro eo loco vbi ꝓcibus & obſecrationibus mendici a tranſeuntibus ſtipem mendicabãt: vel victitabant. Ait enim. Ede vbi conſiſtas in qua te quęro proſeucha. Nam in ingreſſibus pontium mendici tuguria habebant vnde a prætereuntibus mendicarent ſtipem.

⁎ Proſitium dicitur qđ profectũ proijcitur. Cc.

¶ Proſocer. pen. cor. Vide in dictione Socer.

¶ Proſopis. pen. cor. inſula in Delta Nili: in qua eſt ciuitas Atarbechis: vt ait Herodotus.

¶ Proſopeia ad verbum dicitẽ perſonæ factiua. Cõponitur eñi ex πρόσωπον: qđ perſonã ſignificat: & ποιῶ facio. Figura eſt cum perſona aliqua fingitur: vt cum inanimatum loquitur ad animatũ: vel econuerſo. Hor. Quid amplius mare o terra ardeo:

¶ Proſonomaſia latine annominatio dicitẽ: quæ fit ſimilitudine aliqua vocum & vicinitate quadam verborum. vt quis locus aut lucus: vt ex oratore arator: vt deligere oportet quem velis diligere.

¶ Proſper qui dat felicitatem: felix ꝙ recipit. vt ſydus proſperũ: ſub quo natus eſt felix. Sueto. tamẽ de Cæſare ſcribit eũ fuiſſe proſpera valitudine .i. bona & quaſi felici. Vnde improſpere: qđ ponitẽ pro non bene. Col. lib. primo. Nam vbi quid perperã adminiſtratũ ceſſit improſpere: vitaẽ qđ fefellerat: illuminatqꝫ rectã vtã docentia magiſteriũ. Et Vergilius. Sis felix noſtrũqꝫ leues quęcunqꝫ laborem. pro eo qđ eſt proſpera & benigna. Dicitur & Proſperus. a. um. Ci. li. vj. de rep. Deinde eſt hominũ generi proſperus & ſalutaris.

¶ Proſpero. as. & proſperor deponẽs. ꝓſper fio. Aug. in ꝓlogo li. ci. dei. Qui res humanas ita proſperari voluit vt ad hoc multoꝝ deoꝝ cultũ: quos Pagani colere conſueuerunt: neceſſarium eſſe arbitrentur.

¶ Proſilio proſilis. Vide in dictione Salto.

¶ Proſpicio. is. i. ante ſiue a longe video: prouideo: curo: caueo. Ci. Ser. Sul. Tanq̃ ex aliqua ſpecula ꝓſpexi tempeſtatem futuram. Pro cauere ꝓuidere conſtruitur cum datiuo. Terẽ. in Adel. Ego iam proſpiciam mihi. id eſt conſulã ſiue prouidebo. Ply. Nam & rebus illius non minus q̃ meis proſpiciebam.

¶ Proſpecte aduerbiũ cõſulte. Hieron. cõtra Ioui. Ex quo volũt dei diſpẽſatione eſſe factũ vt qui improſpecte vouerat errorẽ votorũ filiæ morte ſentiret.

¶Proſpectus.us.ipſa a longe viſio. Verg.li.ij. Geor. Non animū modo vti paſcat proſpectus inanē. Docet Paul. Iuriſcō. Proſpectū ex inferioribus & ex ſuperioribus locis eſſe: Lumen ex inferiore loco non eſſe.

¶Proſpicuus intentus ac vigil.

¶Proſpicientia cura: prudētia. Amb. Quid em̄ tā morale ad perſuaſionē: q̄ q̄ videas q̄ etiā quę ſunt irrationabilia ſic dei proſpicientia veſtiant: vt nullo horū vel ad gratiam egeant vel ad ornatum?

¶Proſpiro.as.pen.pd. vltra longe ſpiro. Cato. Nam venæ eorum vbi ſufflatæ ſunt ex cibo non poſſunt ꝑſpirare in toto corpore.

¶Proſtaſis ſiue Proſtaſia præfectura vel præſidentia latine dicitur.

¶Proſtheſis appoſitio ſiue additio. Figura cū in principio dictionis additur littera: vt gnatus pro natus.

¶Proſterno.is.ante ſterno: vinco: profligo: qd̄ fit cū hoſtes in acie ſteroun̄. Sal. Proſtratiſq; militibus fugę ſe dedit. Aliquando ſignificat in terram deijcio. Apu. Puellāq; reluctantē tandē proſtrauit. Ambroſius aliter dixit in diua Agnete. Inter hæc lecto proſternitur.

¶Proſtituo.is.quaſi ante ſtatuo: meretricandā pbeo. vnde proſtituere pudicitiam ſignificat vulgo ſui corporis poteſtatem facere. Hinc meretrices proſtitutę dicuntur. Sue. de Nerone. Suā pudicitiā vſq; adeo pſtituit: vt cōtaminatis pene omnibus membris viroꝝ ac fœminarum inguina inuaderet.

¶Proſtibulū modo ipſum ſcortū dicit̄ q̄ quęſtus copioſioris gratia cōcurrētibus illuc aduenis manſiones ante ſtabula habuere. A pſtituēdo q̄ in eo loco ſe pſtituāt meretrices. Hiero. Proſtibula regnū dei nō poſſidebūt. Modo ipſum lupanar. Idē in Ezech. Aedificaſti tibi lupanar: & feciſti tibi proſtibulū in cunctis plateis: et iterum deſtruent lupanar tuū: & demolientur proſtibulum tuū. Dicit̄ & Proſtibula.æ. Plaut. in Perſa. Hic faceret proſtibulam propediem.

¶Proſto. as. proſtiti proſtatum. a longe ſto. Plautus in cur. Hi ſaltem in occultis locis proſtant vos in foro ipſo. Item proſtare eſt pro pretio ſtare ſeu viuere. Iuue. Quid referam q̄ta ſiccum iecur ardeat ira Cū populū gregibus comitū premit hic ſpoliator Pupilli proſtātis. Idem. Et ad circū iuſſas proſtare puellas. Itē proſtare ante ſtare. Quint. Iubet proſtare gladio cinctum.

¶Proſtoton morbus quo rigore mentum pectori intenditur.

¶Proſubigo.is.pen.cor. ex pro & ſub & ago. ſignificat vehementer ſuffodio. Verg. lib. iij. Georg. Et pede proſubigit terram: fricat arbore coſtas.

¶Proſum.es.pfui. vtilitati ſum: quaſi ꝓ aliquo ſum. Ter. in Hecy. Quicquid eſt: id qd̄ reliquit profuit. i. pro nobis fuit: ſicut exponit Donatus.

⁎Proſumię nauigia erant leuia ſpeculatoria. Plautus. de nocte ad portū prouecti ſunt Proſumia. Cęci. Qui pro gubernatore ſe gerens prope vertit proſumiā. Ce.

¶Protaſis dici poteſt ꝓpoſitio. Do. in ꝓlog. Teren. Protaſis primus actus eſt initiūq; dramatis.

¶Protheſis dicit̄ ꝑpoſitum ſiue ꝑpoſitio: vt a. ab.

¶Protelo.as.penultima pd. longe differo: protraho. Luci. Quem neq; lucanis oriundi a montibus tauri ꝓtelare validis cornibus. Hieronymus. Inediam plus q̄ vnius diei victoris exercitus protelauit. Per tranſlationem ſumitur pro pturbo: exagito. tractum ab aſſiduo telorum tactu. Teren. Ne te iratus ſuis ſæuis dictis protelet. Siſen. lib. iij. Romanos impetu ſuo protelant. Item propello & longe excludo. Turpil. Propter peccatum pauxillum indigniſſime patria protelatum eſſe ſæuitia patris.

⁎ Protempore aduerbialiter vſurpamus pro ratione temporis. Ce.

¶Protendo vltra tēdo. vt protēdo pedē. Hiero. Cum dextrę manus protēſione cupitū indicās iter. Verg. li. j. Geor. Hinc a ſtirpe pedes temo protentus in octo.

¶Protero.is.penultima cor. vltra ſius de longe tero. Plau. Ego hic te mulier quaſi ſus catulos pedibus proteram. Et in Amphi. Fœdant & proterunt hoſtium copias iure iniuſtas.

¶Proterreo.es.a lōge terreo. Sta. lib. ij. the. Protinus idē vltro iaculo parmaq; Menetē Proterrebat agens.

¶Proteruus: petulans: procax. Hæc tria multum ſimilia ſunt: quandā enim laſciuiā: libidinēq; declarāt: tum iniuriam in dictis & in factis. Dictus proteruus in quo impudens & arrogās audacia: a proterēdo. qui omnia ſub pedibus eſſe velit: & nullus ſit pudor in petendo & audendo. Ci. Si vidua libere proterua petulāter diues effuſe libidinoſa meretricio more viueret. Hinc Proterue & Proteruiter aduerbia.

¶Proteruia petulantia. Quo etiā nomine ſignificatur ſacrificiū quoddā: vt teſtat̄ Macro. in quo mos fuit: vt ſiquid ex epulis ſuperfuiſſet igne cōſumeret̄. Hinc eſt iocus ille Catonis. Nam cū Albidius quidā bona ſua comediſſet: & nouiſſime domū quę ei reliqua erat incēdio perdidiſſet proteruiā eū feciſſe dicebat. Quod em̄ comeſſe non potuerat id combuſſiſſet.

¶Proteruio.is. laſciuio: inobedio: petulanter ago.

¶Proteſilaus nomen viri proprium qui in initio Troiani belli ab Hectore interfectus fuit.

¶Protrepticus inſtructiuus & exhortatiuus. Symmachus in epi. Indulge ſtilo aliqd cudas calicū ſeu protrepticū ſcribe. Auio. Libellū inquit inſtar protreptici inſerā. Iulius Capitolin⁹ ait librū: cui titulus eſt Hortēſius ſcriptū eſſe a Cicerone ad exemplar protreptici.

¶Proteus nomen Oceani filij.

¶Prothyra. penul. cor. ſunt veſtibula in domorum ianuis. Auctor Victruuius: quaſi ſit magnum ſecretum Nam θύρα ianua: πρὸ ante.

¶Protinus. penultima cor. componi videtur ex pro & tenus. i. a longe q̄tum fieri poteſt. Liuius lib. ix. Cū ad alias anguſtias protinus pergerent ſectas delectu arborum ſaxorūq; ingente obiacente mole inuenere viam. Verg. En ipſe capellas Protinus æger ago. i. longe a finibus: vt ſit protinus quaſi porro tenus. Quidam etiā exponunt pro valde. Quandoq; ſignificat ſtatim ac ſine intermiſſione. Verg. Protinus ad regem curſum detorquet Hiarbam. Quādoq; conſequenter: deinceps: deinde. Idem lib. iiij georg. Protinus aerij mellis cœleſtia dona Exequar. Quandoq; iugiter. Idem. Traiecto miſſa lacerto Protinus haſta fugit ſeruatq; cruenta tenorē. Quādoq; omnino: vt Quū Protis vtraq; tellus vna foret. Hic Ser. exponit. i. cōtinue. Cum autem additur negatio ſignificat non ideo: ſicut fit in continuo et ſtatim. Quintil. Non autem vt quicquid p̄cipuū neceſſario eſt: ſic ad efficiēdū oratorem maximi protinus erit momenti. Apud veteres etiam Protinam dicitur. Ter. Protinam me conijciam in pedes.

¶Protollo.is. differo: prolongo. Gel. Neq; vltra decimū menſem fœtura mulierum protolli poteſt. Plau. in caſ. Protollo mortem mihi.

¶Protous vnus ex ducibus græcis qui ex Magneſia venit ad Troiam.

¶Protos grece πρῶτος. latine prim⁹. proton primū.

¶Protocollum prima concinnatio: & raptim confecta ſcriptura quæ meliorem compoſitionē deſyderat. Eſt enim ꝓprie quod breuiter & ſuccincte a tabellione notatur: vt extendi deinde atq; abſolui poſſit. κόλλα

gluten dicitur: κολλητικὸς glutinatio: vel glutinatura: κολλητὴς glutinator: κολλάομαι glutino. Et quis in cerę glutino quę p tabulas extēſa erat protocollū. i. prima conglutinatio vocata eſt. Aliqui κῶλον: qđ eſt membrum: quia primū ſit ſcripturę membrum.

¶ Protocomos latine primū comans dicitur.

¶ Protagoras. penultima cor. nomen philoſophi. Hic dixit ſibi non liquere vtrum eſſet aliquid deus. propter quod Athenienſes ipſum vtpote impiū ſuis finibus expulerunt: libroſq; eius in concione exuſſerunt. Fuit ex Philao oppido Theſſaliæ Iſiphili filius: vxoremq; habuit Laodomiam Acaſti filiam.

⁎ Protœnor vnus ex Bœotiorum ducibus. Cc.

¶ Protogenes. penultima cor. ſignificat aliquem primi generis: & a poetis ſumitur pro eo qui ſe talem confingit. Iuue. Non eſt Romano cuiq̄ loc⁹ hic vbi regnat Protogenes aliqs. Hoc nomine quidam clarus pictor etiam eſt appellatus.

¶ Protogenis nomen Deucalionis & Pyrrhæ filiæ.

¶ Protogenus primogenitus: habet pen. cor.

¶ Protologia cum accentu in penul. prima locutio: antiloquium.

¶ Protomartyr primus teſtis. Protomedicus primus medicus: qui & Archiatrus dicitur.

⁎ Protomedicus q princeps eſt medicorū. & gręca voce: ſed viſitata apud nos dicitur Archiatrus. Cc.

¶ Protomyſtæ Myſtarum princeps. Myſtæ autem ſacerdotes appellant: qui myſteria eccleſię ſecreta regunt et adminiſtrant.

¶ Protonotarius prim⁹ notarius. Notarius vero a nota deducitur. Sed iudiciorum notarij barbare dicūtur.

¶ Protopages & Protopagus nuper vel primo fabricatus.

¶ Protoplaſtes ſiue Protoplaſtus primo format⁹. Vnde & Adam protoplaſtus dictus eſt.

¶ Prototomus. pe. cor. primę ſectionis. Vnde primus caulis qui ſuccidițur vel cima braſſicę a prima ſectione ita appellatus eſt: quæ vere fit. Eſtq; ipſorum caulium delicatior tenuiorq; cauliculis. Col. lib. xi. Sed iam prototomos tempus decidere caules. Mar. Et faba fabrorum prototomiq; rudes.

¶ Prototocos primus genitus: vel primo enixa.

¶ Prototypon. pen. cor. exemplar. Prototypus primitiuus dicitur & archetypus.

¶ Proueho. is. produco: hoc eſt vltra ad locū: vt cum ego me loco vnde diſceſſi vltra plus vel minus vehor. Plaut. in Ru. Quid ego deliqui? rogas qui arrhabonē a me accepiſti ob mulierem: & eam hinc abduxiſti? Nō auexi. Cur negas? qa pol puexi: auehere nō qui miſer. Per tranſlationem Leo pa. Iſti ſunt qui te in hanc gloriam prouexerunt. Sic dicimus aliquā ætate prouectū et prouecta prudentia.

¶ Prouenio producor. Vnde Prouentus dicunt reddi tus & nō tantū bonarū rerū: ſed etiam malarum. Plaut. Calamitatum & miſeriarum tot prouentus.

⁎ Prouerbium dicitur quaſi cōmune omniū verbū vel q verbū pro verbo ponat. Eſt eñ ſentētia quæ in ore omniū verſatur. Modo aperta & ſimplex vt obſequiū amicos veritas odium parit. Modo obſcura: & aliud ſignificās q̄ verba exprimere videant: vt equus Seian⁹ Inde Prouerbialis & hoc prouerbiale. Cc.

¶ Prouideo. as. pe. cor. ſignificat ante vel a longe & futurū aliquid video antē q̄ ſit factū. Ply. Hoc eñ ſapiētis eſt omnia quę ventura ſunt puidere. Cic. li. ii. de diui. Medicus morbū ingraueſcētē ratione puidet: inſidias imperator: tēpeſtates gubernator: & tamē ipſi ſępe falluntur. p nihil ſine certa ratione opinant. quoniā vero ea quæ puidemus ſi mala ſunt aut vitamus aut emendamus: factum eſt vt puidere modo vitare ſignificet. vt apud Teren. in an. Quę ſi non aſtu puident me aut herum peſſundabunt. Modo remediū pbere. Ci. Satis iam omnibus quæ neceſſaria erant puiſum putabant. Hinc puidentia & prudentia dicunt. Idem. Id enim ſapientis eſt puidere: ex quo Sapientia appellata eſt prouidentia. Et iterum. Tanta memoria pteritorū: futurorūq; prudentia. Quidam prudentiā a puidentia diſtinguūt vt prudentiam dicant in rebus humanis: puidentiam in diuinis. Alij Prudentiam definiūt rerum bonarum & malarum & vtrarūq; ſcientiam: Prouidentiam vero per quā futurum aliquid videt anteq̄ factum ſit. Vnde puidentia aliquando pro deo ponitur. Quintil. Nullam ego res humanas deſpicere puidentiam reor. Idem de Cicerone. Dono quodā puidentię genitus: in quo vires ſuas eloquentia experiratur.

¶ Prouidus videns ante: diligens: ſolers.

¶ Prouida aduerbium diligenter ſignificat.

¶ Prouincia dici videt q procul vinci videat. Proprie enim prouincię dictę ſunt regiones longe ab Italia bello acquiſitę: q eas Romanus populus pulcerit. Vnde Aegeſippus ſcribit Romanos cum in ius ſuū vincendo redigerent procul poſitas regiones appellauiſſe prouincias. Primo omniū Sicilia prouincia eſt appellata: ſicut docet Cicero in quarta Ver. Et prouinciarum alię erant conſulares: alię ptorię. Redigere autem regiones in prouinciæ formam nihil aliud eſt q̄ regionē ſubijcere imperio Romano: & ad eam gubernandā mittere prefectum. Et quoniam pfecti ad eas gubernandas cū officio mitti ſolebant: factū eſt etiam vt ipſi magiſtratus: & omne onus nobis impoſitū prouincia appellet. Teren. in Phor. O Geta prouinciam cœpiſti durā. Eſt et prouincia regio Galliæ Narbonenſis Rhodano finitima qui eam a Celtis ſeparat.

¶ Prouinciales dicti ſunt qui ex puincijs ſunt. ſiue vt Vlp. inquit qui in prouincija domiciliū habēt. Prouincialiū nomine omnes pter Italicos appellabant. vnde Colu. libro ſexto caput facit de agricultura prouincialium vinearū cum alibi de agricultura Italicarū ſcribit Plynius orator libro epiſtolarum octauo. Italicus es an prouincialis?

¶ Prouinciatim aduer. ſignificat p ſingulas puincias.

¶ Prouoco. as. pe. cor. pprie ſignificat a longe voco. Liui⁹. lib. vij. Gallus magnitudine atq; armis inſignis prouocat per interptem vnū ex Romanis qui ſecū ferro decernat. Aliqn puocare eſt inuitare incitare hortari & hoc tā in bonū q̄ in malū. Cicero. Tuis litteris amātiſſimis ſum prouocatus. In malū ſignificat laceſſere. Ply. Q̄uis eñ multis prouocatus iniurijs: nūq̄ tamen ab amicitia receſſi. Interdum eſt profugere: & ferme idē eſt quod appellare niſi q prouocare magis eſt q̄ appellare. & proprie ad maiores potentioreſq;: quorum ope atq; gratia indigemus pertinet prouocatio. Et iūgitur accuſatiuo cum ad. Ci. Cum alter ad ſenatū puocaſſet: alter vero appellaſſet tribunos. Aliquādo ſine ad. Liu: lib. iij. Non ita ſe inuidiam pertimuiſſe: vt nihil in æquitate & miſericordie ciuiū ſuorum ſpei habeat. Q ſi in dicta cauſa in vincula ducatur: iterū ſe tribunos plebis appellare & monere ne imitent quos oderint. Q ſi tribuni eodem fœdere obligatos ſe fateant tollendæ appellationis cauſa: in quā conſpiraſſe decem viros criminati ſint: ait ſe prouocare ad populum: implorare leges de prouocatione & conſulares & tribunitias eo ipſo anno latas. Quē enim prouocaturū: ſi hoc indemnato in dicta cauſa nō liceat? Cui plebeio & humili præſidium in legibus fore: ſi Appio Claudio nō ſit? Se documēto

futurum vtrum nouis legibus dominatio an libertas firmata ſit: & appellatio prouocatioq́ʒ aduerſus iniuriam magiſtratuum oſtentata tantum inanibus literis: an vera data ſit. Apul. Nihil prodeſt prætorem aut poteſtatem aliã ꝓuocare. Appellatio aotẽ ꝓuocatioq́ʒ inuẽtę foerũt p remedio aduerſus iniurias magiſtratuũ.

¶ Prouolo.as. penultima correp. ante ſeu vltra volo. Ply.lib.x. Tunc vniuerſę prouolent ſi dies mitis futurus eſt Liui.lib.ij. per tranſlationem pro procurro poſuit. Sic primõ ioſenſis haſtis prouolant duo Fabij: totamq́ʒ mouerunt ſecum aciem.

¶ Prouoluo.is. ante voluo. vt prouolutus pedibus. Aliquãdo ꝓuoluere eſt voluere ſeu ruere facere. Liui⁹. Ingentia ſaxa in ſubeuntes prouoluentibus barbaris.

¶ Proximus. Vide in dictione Prope.

⁎Proximunũ pontificale pomerium ꝓximi muri. Cc.

¶ Proxeneta. gręci προξενητής.ου. licitator mediator vel conciliator. a προξενέω qđ eſt concilio: vel induco ad aliquid faciẽdõ. Iam apud nos qui medius eſt vt res emantur & vendantur Proxeneta dicitur.

¶ Prudens quaſi prouidẽs: & interdũ ſapiens: interdũ ſciens dicit̃. Vnde iuriſprudentes vocant̃ qui ius ſciũt. Et iuriſprudentia: iuriſſcientia. Hoc tamẽ inter ſe differũt prudens & ſciens ſecũdũ Donatũ: qꝫ prudens eſt q intelligentia ſua aliqd cognoſcit. Sciens qui alterius iudicio rẽ percipit. Hoc eſt prudens per ſe: ſciens p alios. Teren. in an. Et prudens ſciens viuus vidensq́ʒ pereo. Sic imprudentia pro inſipientia & inſcientia. Aug. de libero arbitrio. Prudentia eſt appetendarũ & vitandarũ rerũ ſcientia. Prudentiæ eſt ſicut docet Macrob. ad rationis normã quę cogitat: quęq́ʒ agit vniuerſa dirigere ac nihil ꝑter rectũ vel laudabile facere. Prudẽtię inſunt ratio intellectus circũſpectio prouidẽtia docilitas cautio. Socrates omnes virtutes putabat eſſe prudentias. Ariſtoteles. Impoſſibile inquit eſt prudentẽ eſſe quem piã niſi ſit bonus. Prudentis eſt bene cõſulere. Plato in legibus ait prudentiã omniũ virtutũ ducẽ eſſe. Græce dicitur φρόνησις. Plau. in tru. Quæ hic habet phroneſium: omnem ex pectore mouit meo phroneſin.

¶ Prunus arbor quæ pruna ꝓducit. Prunetum locus prunis conſitus.

⁎Pruneoli fungi q & ſpineoli dicti ſunt ignoti prorſus veterib⁹. qđ certe inter tot gulę irritamẽta mirãdũ ẽ. Cc.

¶ Pruna a carbone ita diſtinguit̃ qꝫ illa q̃diu ardet pruna dicit̃. Carbo cũ extincta fuerit. Dicta pruna a purẽdo. Verg. Et cinis obductę celabat lumina prunæ.

¶ Pruina. a perurẽdo: qꝫ fruges & virgulta perurat.

¶ Prurio.is. quaſi peruror. Eſt enĩ prurire ꝓprie libidine ſcalpendi ardere. Plau. in Am. Sentes pruriunt. A quo Pruritus.us. q eſt ex curſus humoris ſpirabilis incluſi contra naturã. Quæ voluptas quoniã in libidine ſimilis eſt: quippe nihil aliud eſt genitura q̃ excurſus huiuſmodi humoris ad rem naturalem: fit vt etiam hęc voluptas prurigo dicatur & tentigo.

¶ Pruſa vrbs apud Myſios ad radices olympi quam Pruſias cõdidit qui cũ Crœſo bellũ geſſit. Hinc ortus eſt Dion philoſophus: qui de regno ſcripſit: & Traiani tẽpora claruit. Ab hac Pruſenſes dicti ſunt. Eſt & altera pruſa ſub Hippio mõte ſeu fluuio vt eſt apud Ptolemęũ. Hoc ſũt diſcrimine a Pruſa quę ſub Olympo eſt dirimitur. Hæc enim a Plynio Pruſias dicit̃ quę Cyos quondam fuerit. a qua Pruſienſes vocantur.

⁎Prymneſius palus: ad quem funis nautic⁹ religatur: quem alij Soſilla dicunt. Cc.

⁎Prymno nympha Oceani filię. Cc.

⁎Prymneſis vrbs Mæonię in finib⁹ Lydiæ ſiue Phrygiæ ac Myſiæ. Cc.

¶ Prytaneum: locus erat Athenis in arce digniſſimus vbi iudices & magiſtratus habere conſilium ſolebant. Cicero lib. primo de ora. Et vt ei victus quotidianus in Prytaneo publice ꝓberetur. Dionyſius Prytanea vocauit curias: in quibus ſacra fiebãt ab ijs qui maximã in vrbibus habent poteſtatem. Prytanis magiſtratus pręfectus adminiſtrator vt cõſulatus quem publici cõſilij principem appellabãt a verbo πρυτανεύω qđ eſt guberno & magiſtratum exerceo.

P. ante S.

¶ Pſaltes. latine cantor. pſalmus canticum. a ψάλλω canto qꝫ ad pſalterium cantaretur.

¶ Pſallo.is. cano. & proprie de pſalmis dicit̃. Aliquando pſallere ponitur pro prędicare vt eſt illud. Sic pſallam nomini tuo.

¶ Pſalterium. gręca dictio eſt. qđ hebraice Nablon: latine organũ laudatoriũ dicitur. Et eſt vt Hieron. ſcribit in modũ quadrati clypei cum decem chordis ſicut ſcriptum eſt. In pſalterio decem chordarũ pſallite illi. Et in expoſitione pſalmorũ ſic ait. Pſalterium proprie gen⁹ organi muſici meli⁹ ſonans q̃ cithara: ſimilitudinẽ habet citharæ: ſed non eſt cithara. Inter pſalteriũ & citharam hoc intereſt: qꝫ cithara deorſum percutitur: pſalterium ſurſum: qđ verbo volgari polyphthõgum dicit̃. Et alio in loco. Cithara deorſum habet cauamen & ſex chordas habet: pſalterium deſurſum habet cauamen. Aug. Pſalterium eſt organũ qđ quidẽ manibus portatur ꝑcutiẽtis: & chordas diſtinctas habet. Sed illũ locũ vnde ſonũ accipiunt chordę illud concauũ lignum qđ pẽdet & tactum reſonat quia recipit aerem pſalterium in ſuperiore parte habet. Cithara autẽ hoc genus ligni cauũ & reſonans in inferiore parte habet. Itaq́ʒ in pſalterio chordæ ſonũ deſuper accipiũt. In cithara chordæ ſonum ex inferiori parte accipiunt.

¶ Pſalma. qꝫ pſallitur diapſalma interpoſitũ a pſallendo ſilentium. vt ſympſalma dicitur vocũ copulatio in cantando ita diapſalma diſiunctio vbi quædã requies diſtinctæ continuationis oſtenditur.

¶ Pſalmodia cum accentu in penul. ex pſalmo & odia qui eſt cantus mixtus: vt cum aliquis ad muſicum inſtrumentum canit.

¶ Pſaltria. cantrix a pſallendo. Fidicina quæ ſequebatur & amabat Hiſtriones. Amabat enim qui cantabãt quotidie in ſcæna.

¶ Pſecas. adis. gutta ſiue ſtilla dici poteſt. Apul. libro de mundo ab Ariſtotele ſumens & pſecadas interpretatus: ſtillicidia vocat.

¶ Pſegma. atis. idem fere quod flos æris. Plynius libro. xxxiiij. In ærarijs officinis & pſegma fit. Græce ψῆγμα.

⁎Pſeucanchoſa herba ſimilis Anchuſæ: a quibuſdam Enchiſa & Doris dicta. Cc.

⁎Pſeudobunion genus herbæ. Cc.

¶ Pſeudo nomen oĩũ generum & inuariabile per mutationem caſuum: & latine falſus dicitur.

¶ Pſeudolus. falſus ſeruus. Vnde & Plautinæ fabulæ pſeudoli nomen inditum eſt.

⁎Pſeudoſpeten veſpã vocãt quę ſingularis volat. Cc.

⁎Pſeudiſodomon genos ſtructurę in ædificijs. Cc.

¶ Pſeudologus. falſidicus. Pſeudo lograph⁹ falſari⁹. Pſeudo graphię fabulę deformationes. Pſeudo angelus falſus nũti⁹. Pſeudo prophetę: falſi vates. Pſeudo martyr. falſus teſtis. Pſeudo adelph⁹ falſus frater. Pſeudo dictamũ: falſum dictamũ gen⁹ herbę q̃ in Creta ſilis pulegio naſcit̃. Pſeudo nym⁹: falſi nois. Pſeudo porti-

cus falſus porticus. Nā in ędificijs partes q̄ fiūt ad imitationem: nec integrū: nec principalem: ſed p̄catiū aut temporariū vſum p̄bent quaſi alienū opus mentientis hoc nomine inſigniri ſolent. vt Pſeudipteros: & Pſeudo au le: ſimiliaq; his complura in Vitruuio.

¶ Pſeudothyrū quaſi falſum oſtiū. Vnde pro poſtico ſumit. Oroſius. Verūtamen ſequenti anno tāta fames Romæ fuit vt medio foro imperator correptus a populo conuitijs & fragminibus panis turpiſſime infeſtatus ægre per pſeudothyrū in palatiū refugiēs furorem excitatę plębis euaſerit. Cic. in Ver. Ea quēadmodū ad iſtum poſtea pſeudothyrum reuertātur: tabulis vobis et teſtibus iudices planum faciam.

¶ Pſilon. latine tenue dicitur.

¶ Pſilotrom: vnguentū depilatoriū. de quo fit mētio apud Auicennā & Galenū: vbi Salamandras legimus habere vim pſilotri depilatoriam.

¶ Pſilli. populi Libyæ prope Garamantas: a Pſillo rege dicti: vt inquit Plynius. li. vij. quorū corpori ingenitū fuit virus exitiale ſerpentibus. Scribit Plutar. Catonē iter per deſerta Libyes facientē ſecū Pſillos duxiſſe qui morſibus ſerpentū mederētur partim ore trahētes venenū: partim ſerpentes cantibus medicantes.

¶ Pſychomantiū: locus vaticinij: vbi fiebat manium euocatio. ψυχὴ em̄ anima & μαντεία diuinatio.

¶ Pſimmythium dicitur quod nos ceruſam nominamus. fit ex plumbo.

¶ Pſitta. piſcis genus quem nos paſſerem vocamos. Ariſtoteles. Torpedo occulit ſe & paſtinaca & aſell⁹ & rana & pſitta & ſquatina.

¶ Pſittacus. papagallos vulgo dicitur. auis ex India q̄ vocē homanā ſuper omnia reddit: & q̄dē ſermocinās. Mar. Pſittacus a vobis aliorum nomīa diſco. Hoc per me didici dicere Cæſar aue.

¶ Pſycholutres dicit̄ qui frigida aqua corpus lauat: & balneo frigido lętatur. ψῦχος frigus. λουτρὸν balneū et lauacrū. Vnde fit pſycholutres. qđ ſignificat lauacri frigidi cultor. Senec. li. xij. epiſtolaꝝ. Ille tātus pſycholutres qui kalendis Ianuarijs Euripum ſalutabat.

¶ Pſydracion genus puſtularū ſubalbidarū acutarūq;

¶ Pſythium genus paſſi.

¶ Pſyria. inſula iuxta Chium.

¶ Pſole. latine præputium. Auctor in Priap. Pſoleon ille vocat quod nos pſoloenta ceraunon.

¶ Pſophis. idis. nomē ciuitatis a Pſophide Erycis Sicani filia. Ouid. lib. v. met. Vſq; ſub orchomenon pſophidaq; cyllenenq;. Sūt & alię pſophides multis locis. Verū Arcadicæ pſophidis nomē vetus reddūt phegeā a conditore impoſitā phegeo Alphiſibei filio. niſi quis a Phaginea glande potius exiſtimet.

¶ Pſora. cutis aſperitas & ſquāmoſa: & videt̄ alia a ſcabie: cū Ply. lib. ij. dicat. Arida cū reſina impetiginem & ſcabiem quā Pſoram & Lichenas vocāt: ſanat. Fit aūt a ψῶ ſcalpo. Nā qui pſora laborāt vlcera ſiue puſtulas ſupra modū contingere palpare & ſcalpere cupiunt.

P. ante T.

¶ Pte ſyllabica adiectio. Quęre in dictione Met.

¶ Ptera. ſiue vt Vitr. appellat pteromata: in tēplis muri duo ſunt ait Stra. lib. xvij. ad altitudinē eoꝝ vtrinq; ſurgentes ita dicti q alarū ſpecie quaſi protegant.

✱ Pteris gręce latine filix. Cc.

¶ Pterygium in oculis vocat̄ membranula quędā neruoſa quæ oriens ab angulo: vel a nariū vel temporum parte ad coronā vſq; interim & pupulā operit. Ply. lib. xxxiiij. Cathimiæ effectus ſiccare ſanare ſiſtere fluxiones: pterygia & ſordes oculorū purgare. Pterygiū vero in digitis apud Paulum Aeginetā eſt cū caro excreſcit partē illā cōtegens q̄ eſt in vngue. Pterygiū inq̄t appellatur. qđ vitiū ex Paronychia fere naſcatur. At Celſus Pterygion dicit eſſe cū recedit ab vngue caruncula cū magno dolore. Videt̄ em̄ diminutiuū eſſe ab πτερὸν. i. ab ala quā tūc videt̄ efficere caro ab vngulis diſcedēs. Ply. lib. xxiij. Illinitur eadē cū fico & pterygijs digitoꝝ ex vino. Hæc in oculi ſuperficie. Idem. Cum etiam cū oleo paronychias & pterygia tollit.

¶ Pterna vocat̄ pars inferior naualis veli. circa mediā fere Trachelon. ſumma pars Carcheſiō nominatur.

¶ Pterophoros: eſt regio apud Ripheos montes. Ibi creduntur eſſe cardines mūdi extremiq; ſyderum ambitus.

¶ Ptiſana. pe. cor. hordeum decorticatum: vel hordei ſuccus ſiue aqua. apud Col. videtur eſſe pultis gen⁹ ex farina hordeacea in qua eſt maxima vis reſtaorandi vires & nutriendi. apud græcos πτισάνη. apud latinos ptiſana per ſimplex ſ. Hinc ptiſanarium p vaſe in quo coquitur: vel tunditur. Hor. in Ser. Quid ceſſas agedū ſume hoc ptiſanarium oryzæ.

¶ Ptolemæus nomē propriū Lagi gregarij militis filij qui maximę auctoritatis fuit apud Alexandrū Macedonem. poſt cuius mortē Aegypto & Aphrica & magna Arabię parte potitus regnauit annis. xl. a quo oēs deinceps Aegyptij reges Ptolemęi appellati ſunt. Hic frequentiſſime apud amicos & cœnabat & dormiebat. Q ſi aliquādo cœnam p̄beret rebus illorū vtebatur. Accerſebat em̄ ſcyphos ſtrata ac menſas. Ipſe præter neceſſaria poſſidebat nihil: quin alios locupletes facere regale magis eſſe dicebat q̄ locupletari. Et eſt nomen a græco deductū. Gręci q̄ppe πτολεμεῖν καὶ πολεμεῖν pugnare dicunt. Sic igitur ab πτολεμῶ Ptolemæus dicitur ſicut ab τιμάω quod eſt honoro: Timæus. Hic duos filios habuit: Ptolemæum philadelphū: & Ptolemæū ceraunū. Philadelphus in regno ſucceſſit vir doctiſſimus Stratonis diſcipul⁹: qui bibliothecā illā celeberrimā fecit: q̄ vſq; ad p̄mū Alexādriorū & Romanorū bellū durauit. regnauit annis. xxxviij. Cui ſucceſſit Ptolemęus cognomēto Euergenes qđ latine dici beneficus poteſt. Hic. xxvi. annis regno potitus moritur. Cui ſucceſſit Ptolemæus philopater. xvij. regnans. Poſt eum Ptolemæus epiphanes qui annis. xxiiij. regnauit. Tum Ptolemæus philomater. xxxv. Deinde Ptolemæus Euergetes. xxix. Poſtea Ptolemęus phiſcon qui & Sother. xvij. Poſtremo Ptolemæus Dionyſius qui caput magno Pompeio abſcidit. Foerūt & alij hoc nomine vt Pyrrhi regis filius: & Cypriorū rex qui ſuis diuitijs Romanū locupletauit ærariū. Item aſtrologus natione Aegyptius quem Traiani & Hadriani temporibus floruiſſe conſtat.

¶ Ptolemæus. a. um. poſſeſſiuum. Propert. Et Ptolemęæ littora capta Phari.

¶ Ptolomais. idis. vel idos. & Ptolomaida. dę. nomen quinq; vrbium. quarum vna eſt in Aegypto: de qua Hiero. ad Euſto. Per arenas Syriæ peruenit ad Cohoū quę nunc Ptolomais dicitur. Altera in Aethiopia. alia in Phœnicia. alia Nili fluminis. alia in Cyrenaica prouincia Aphricæ.

¶ Ptyas. dicitur aſpidis ſpotum perniciosum. ἀπὸ τοῦ πτύω quod eſt ſpuo.

✱ Ptynge auis rapax quā alij Hybridem vocāt: noctu volans venatur more aquilę pugnat etiam cum aquila ita acriter vt ſæpe ambæ implexæ deferātur in terram; et viuæ a paſtoribus capiantur. Cc.

¶ Ptoſis. latine ruina: & caſus nominū.

P. ante V.

¶ Pubes proprie lanugo q̄ maribus. xiiij. anno. fœminis. xij. circa pudenda oriri incipit. Quod quia maturitatis eſt ſignū: factum eſt vt mas pubes ſiue puber vocetur q̄ primū ad generandū aptus eſt: & fœmina ſimiliter ad concipiendū. A quo impubes. bis. vel impuber qui nondū lanuginem emiſit: ſiue qui nōdū ad pubertatis annos peruenit. Plyn. li. xxxiij. Corticem eius impubeſcētem puer impubis ſi defracto ramo detrahat. Pubes etiā honeſte pro parte pudēda ſumit. Virg. Prima hoīs facies & pulchro corpore virgo Pubetenus. Item pro iuuenum multitudie. Idē. Haud aliter puppeſq; tuæ: pubeſq; tuorū. Liuius lib. j. Cum pube alba nū in arcem p̄ſidio armiſq; obtinendā auocaſſet. Interdum etiā pro populo. Vnde pube præſente dicim⁹ hoc eſt populo præſente: ab ijs qui puberes ſunt omnē populum ſignificantes. Transfertur etiā ad alia. Virgil. lib. xij. Pubentibus caulem folijs. & lib. iiij. Pubētes herbæ. Sciendū q̄ pubes pro lanugine: pro parte pudenda: & pro multitudine ſubſtantiuū eſt & facit genitiuū pubis. Sic etiā Impubis is. qui adhuc inueſtis eſt: adiectiuū eſt. Vnde Impubis Iuli. Et Hor. in Epo. dixit impube corpus. Ouid. lib. iij. me. Impubeſq; genæ. Cic. vero libro quarto inuecti. ait. Filiuq; eius impuberem legatum a patre miſſum. Liuius libro ſecūdo. Laudatamq; virginem p̄te obſidū ſe donare dixit: ipſa quos vellet legeret. Productis omnibus elegiſſe impuberes dr̄. Ergo Impubem dicimus ab eo qđ eſt pubes. Salluſtius. Puberes oēs interfici iubet.

⁎ Puber vide pubes.

¶ Pubeo es. pubes ſum. vt Pubentes herbę. & fit a pubes is. A quo pubeſco lanuginē emitto. Virgili⁹ libro tertio. Et nunc æquali tecum pubeſceret æuo. Interdū pubeſcere ponitur pro creſcere ſiue producere. Cicer. lib. j. de natura deorum. Nam & fruges & reliqua q̄ terra parit & tempeſtates ac temporum varietates: cœliq; mutationes quibus omnia quæ terra gignat maturata pubeſcant. Vir. li. ij. Geor. Hinc omnis largo pubeſcit vinea fœtu. id eſt exuberat.

¶ Pubereſco. puber fio ſiue creſco. a puber.

¶ Pubertas. ętas in maribus q eſt ann⁹. xiiij. in fœminis. xij. Itē pubertas eſt emiſſio ipſis pubis: a qua anni pubertatis dicti ſunt. Col. lib. iiij. At citra naturę quandam pubertatem.

¶ Publicus a. ū. qđ non eſt priuatū alicuius ſed ppl̄i. Hinc reſp. res ppl̄i. Abuſiue tn̄ publica dicta ſunt bōa ciuitatis. Sola enī publica ſunt q Ro. ppl̄i ſunt.

¶ Publica ſacra q̄ p ppl̄o fiebant: ſicut priuata q̄ p ſingulis hominibus familijſve.

¶ Publica via q̄ in ſolo populi eſt: cuius ſolum publicū eſt: ſiue qua iter populo eſt. Publicas vias Romani partim p̄torias: partim conſulares appellauerūt. Sunt viæ priuatæ: ſunt & vicinales quę in vicis ſunt: vel q̄ in vicos ducunt. Preterea. aliæ ruſticę dr̄r alię vrbicę. Militares vias q̄ inter publicas ſunt latiores vt capere poſſint milites agminatim iter faciētes. Vnde & illis nomē Sue. de Auguſt. Iuuenes primo modicis interuallis p militares vias dehinc vehicula diſpoſuit. Curtius. Cū hoc agmine Darius paulū declinauit via militari. Viæ militares vt Paulus inquit exitū ad mare aut i vrbem: aut in flumina publica aut ad aliā viā militarē habent.

⁎ Publice & publicitus aduerbia a publico nomine deriuantur. Cc.

¶ Publicum conſilium dictus eſt ſenatus. Cice. lib. de pra. Pericles Athenis plurimos annos princeps conſilij publici fuit.

¶ Publico as. publicū facio manifeſto. Iuſti. Nō contentus voluptatū ſuarū tacita conſcientia niſi etiā matrimonij reticenda publicaret. Et publicare ē rē aliquā publicā ſeu in reip. poteſtate facere. Cicero lib. ſecūdo artis veteris. Lex eſt apud rhodios vt ſi quis roſtrata in portu nauis deprætenſa ſit: publicetur. Cum magna in alto tempeſtas eſſet vis vētorum inuita nautis rhodiorum in portum nauim coegit. Quæſtor nauim populi vocat: nauis dominus negat oportere publicari.

¶ Publicanos appellarunt maiores eos qui vectigalia & alios Populi Romani redditus exigendos certo cōſtituto pretio redimebant: qui daciarij vulgo dicunt. Horū ordinē & numero ampliſſimū: & pſonarū dignitate potentiſſimū fuiſſe cōſtat. Cic. pro Plancio. Flos equitum Romanorū ornamentum ciuitatis: firmamētum reipu. publicanorū ordine cōtinetur. Vlp. Publicani ſunt qui publico fruuntur. Nam inde nomen hn̄t. Et oēs qui aliquid a fiſco conducunt recte vocant publicani.

¶ Publicola: cognomē Publij Valerij q prim⁹ cū Bruto poſt exactos reges conſul effectus eſt q̄ coleretur a populo: ſiue q̄ populum coleret.

¶ Publius. p̄nomen eius qui populo grat⁹ fuit.

¶ Publipor: publij puer. i. ſeru⁹. Sic Marcipor Marci puer. Veteres enim a prenominibus puerorum ſeruos in familia nominabāt. Vnde a Lucio lucipores: a Quinto quintipores. Et hoc eſt quod Plyn. ait id genus ſeruos dominorū fuiſſe gentiles. i. eodem nomine appellatos quo domini appellabant.

⁎ Pucinum vrbs eſt Iſtrię in mediterranea vt Ptolemæ ſcribit li. iij. ca. j.

¶ Pudorem philoſophi diffiniunt eſſe modeſtiā quæ animum reprimit ne procaciter aut inordinate aut turpiter peragat. Cur aūt erubeſcant quos puduit dicitur a philoſophis quoniam pudefactis ſanguis a de corde i omnes corporis partes diffunditur ita vt ſuperficiem occupet. Pudor a verecundia ſic ſeparatur a quibuſdā vt pudor ſit rei turpiter actę: verecundia etiam recte facti atq; honeſti.

¶ Pudeo des. dui. itū. cū actō. Luc. Semp metuit quē ſæua pudebūt. Impersonale. Pudet Puduit & puditū eſt: ſcđm Priſc. Et a pte ante cōſtruit cū actō & aliqn̄ cū datiuo. Syn. li. vij. Reſides ad bella vocant Quis pudeat certare ſenes. quis pro quibus. Plaut. in Bac. Neq; me neq; te tuis int⁹ puditū eſt facta q̄ facis. Vbi patet q̄ nō ſolū cū gtō ſed etiā cū ablatō a pte poſt cōſtrui pōt. Differt aūt pudere a pigere: q̄ pudere verecundię ſit: pigere pœnitētię. Sal. i Iug. Nā poſtea q̄ feceris icertū habeo pudeat an pigeat magis. Do. Pudere eſt i his q̄ turpiter fiunt. Pigere in his q̄ cū dāno ac malo. Pudere ad dedecus pigere ad decorē refert. Ter in adel. Fratris me quidē pudet pigetq;. Compoſita ſunt Depudet & Diſpudet. pe. cor. qđ eſt bis ſeu valde pudet: Idem i eun. Diſpudet mihi ſic data eſſe verba. Suppudet parum pudet.

¶ Pudefio is. a pudefacio fit quod ſignificat pudorē in icio. Gel. Tibia tam pudefactus oris deformitate abiecit. i. verecundatus.

¶ Pudens. verecūdus. Cui⁹ cōtrariū eſt Impudēs. a q̄bus pudenter & impudenter.

¶ Pudibūd⁹ q pudore deducit. Pudibūde cū pudore.

¶ Pudēda vulua q̄ & verēda dr̄r. q̄ vt ait Au. li. xiiij. ci. dei. libidinis nos maxime pudet.

¶ Pudic⁹. caſtus. a quo fit pudicitia caſtitas. quorum contraria ſunt. Impudicus & impudicitia. A pudicus etiā fit depudico. as.

¶ Pudicitia modo pro caſtitate: modo ꝓ religioſa mũ
dicia ac puritate. Virg. Caſta pudicitiam ſeruat dom⁹.
Quandoq; pro dea q̃ Romę colebatur.

¶ Puer tribus modis dr̃. Primo cũ ſeruũ ſignificam⁹.
Terẽ. in an. Et puerũ inde abiens cõueni chremis. Secũ
do cum puerum contrario nomine puellæ dicimus ma
rem denotantes. Tertio cum ætatem puerilem intelli-
gimus. Ponitur interdum etiã pro filio. Virg. Aſcaniuſ
q; puer. Interdũ pro Cinœdo. Et eſt generis cõmunis
ſcdm Priſ. Liui. in odyſ. Sancta puer Saturni filia. De
clinatur & hic puerus. hæc puera. ſicut puell⁹ & puella.
Plaut. in mer. Tu puere abi hinc intro ocyus. Var. Pro
perate viuere pueræ: quas ſinit ætatula ludere eſſe ama
re & veneris tenere leges.

¶ Puerpera. mulier q̃ recẽs peperit ſiue puerũ ſiue puel-
lam vulgo Paiola dr̃. Oui. de Latona. Magna gemelli
perę venerantur numina diuæ.

¶ Puerperium tps quo puerpera ex dolore partus cu-
bat. Aliquãdo etiam proles ipſa. Gel. diuo Auguſto i
perante ancilla eius in agro laurente peperit quiq; pue
ros qui pauculos dies vixerunt. Mater quoq; nõ mul-
to poſt mortua: monumẽtũq; ei factum iuſſu Auguſti
in via laurentina in quo ſcriptũ fuiſſe conſtat numerũ
puerperij. Sue. de Cali. Cũ Agrippina bis i ea regione
filias enixa ſit & qualiſcũq; part⁹ ſine vllo ſexus diſcri
mine puerperiũ vocitet: ꝙ antiqui etiã puellas pueras
ſicut pueros & puellos dictitarant.

¶ Puerilis & hoc puerile quod ẽ pueri: vt ętas puerilis:
facta puerilia.

¶ Pueritia. ętas puerilis. Q̃nq; etiã ſumit̃ pro puritate
Var. Ea erat matronę ſimplicitas & pueritia & honeſtas

¶ Puerilitas. ſignificat actũ aliquem puerilem. Sene.
Qui pueritiam eius: ſiue potius puerilitatem ludibrio
habuit.

¶ Puaraſcere dñr qui exacta infantia pueritiã inchoãt.
A quo Repueraſcere qd̃ eſt in puerilem ætatẽ reuerti.
Quod de ſenibus fere dr̃ cum deſipere vitio ætatis in-
cipiunt. Ci. in Catone. Ex hac ætate repueraſcã & in cu
nis vagiã. Plau. i Mer. Senex cũ extẽplo eſt iã nec ſen-
tit nec ſapit: aiunt ſolere eum rurſum repueraſcere.

¶ Puellus dimi. a puer. ſignificat puũ puerũ ſiue puũ
filiũ. Lucil. Cũq; hic tam formoſus tibi ac te dign⁹ puel
lus. Sic puella a puera ꝑ diminutionẽ.

¶ Puellaris & hoc puellare idem qd̃ puerilis. Quintil.
de filia defuncta. Tũ ætate tam puellari pręſertum meæ
comparata.

¶ Puellaſcere eſt effœminari. Pacu. Puellaſcũt laſciuia
adoleſcẽtes. Aliqñ reflorere & quaſi ad pueritiam redi-
re. Var. Qui nõ ſolũ in nube fiunt communes verũeti
am veteres puellaſcunt.

¶ Pugnus a pũctione. i. percuſſiõe: vel a pugna. Do
na. in Adel. An pugnus a pugna ſit dictus an ab illo
pugna. Quidẽ a greco deducunt πυγμη

¶ Pugna: lucta vel p̃liũ. licet q̃nq; apud poetas ꝓ ſtu-
pro ponat̃. Teren. Dabit hic aliquã pugnã. Hu⁹ dimi-
nutiuũ eſt pugnicula.

¶ Pugno as. dimico. refertur q; ad animata vt pugno
cum hoſte. Lact. lib. iij. Mutorũ animaliũ q̃ ob hoc vel
acerrime pugnant. Quandoq; pugnare eſt cõmittere.
Gel. lib. ij. Dum Pyrrhus rex in Italia eſſet & vnam at
q; alteram pugnã proſpere pugnaſſet. Huius cõpoſita
ſunt. Depugno quod idem eſt qd̃ pugno. Plaut. i Sti.
Ita ingeniũ meum ẽ qui cũ viris depugno multo facili
us q̃ cũ fame. Cõpugno ſimul pugno. Hier. in pręfat.
lib. paral. Totius q; orbis inter ſe trifaria varietate com
pugnat. Expugno: pugnando vel oppugnando vin-
co. Et de pſonis oppidis caſtris nauibus cæteriſq; hui-
uſmodi dr̃. Interdũ expugnare nõ eſt pugnando vicẽ
re: ſed ſolũ oppugnare. Hie. li. ij. machabeorũ. Simon
applicuit ad bethſurã & expugnabat eã multis diebus.
Et in pſ. Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea et
eñi non potuerunt mihi. Expugnatur autem nauis ſe
cũdũ Calliſtratũ iurecõſ. cũ ſpoliat̃: aut mergit̃: aut diſ
ſoluit̃: aut pfũdit̃: aut funes eius exciduntur. Iuſti. Oc
cupata arce tarẽtinorũ expugnatis veterib⁹ incolis. Li
ui. Vna duas naues expugnauit. Oppugno pugnãdo
vincere contendo. Impugno valde aduerſor. cõfuto.
Lactan. lib. vij. Redeunt protinus vitia quæ virtutem
ſemper impugnant. Propugno aduerſus pugnantes
pugno: ſeu procul me defendo. Vnde & propugna-
cula. Repugno pugnando reſiſto contradico refra-
gor.

¶ Pugnax. bellicoſus. a quo pugnacior. pugnaciſſi-
mus. & pugnacitas. Aug. lib. viij. con. Sed tñ conſue-
tudo aduerſus me pugnacior ex me facta erat. Et li. v.
Nulla pugnacitas calumnioſarũ q̃ſtionum extorque-
re mihi potuit.

¶ Pugillus diminutiuũ ſignificat paruũ pugnũ.

¶ Pugillaris. maſ. generis. & hoc pugillare ſiue pugil-
lar. Auſo. Bipatens pugillar expedi. Et pugillarem in
eum. legim⁹. In plurali pugillares & pugillaria. Apul.
Dolebam me hercle ꝙ pugillares & ſtylum non habe
bam qui tam bellum tabellã pernotarẽ. Catul. ad Egna
tium. En negat mihi veſtra reddituram pugillaria ſi pa
ti poteſtis. Sũt aũt pugillares tabellæ ceteræ: vł ligneę
ſiue alterius materiæ in quibus ſtylo ſcribimus. dictę ꝙ
pugno comprehendantur: vel a pungendo ꝙ ſtylo in
his pungendo ſcribatur. Varijs autem nominibus dice
bãtur pugillares apud veteres. Alij duplices: alij tripli
ces: alii quintuplices nominabantur. Erant & citrei ebo
rei membranei dicti: qui ex citro ebore membranis erãt
confecti.

¶ Pugil a pugna. Vel a pugno. Eſt aũt qui pugnare cõ
ſueuit: a quo Pugilatus. tus. pugilum viſus.

¶ Pugilice aduerbiũ ſignificat firmiter valẽter. Plaut.
in Epi. Quid hercle nr̃ filius? valet pugilice atq; athle-
tice.

¶ Pugillari inquit Aug. eſt encraticũ facere.

¶ Pugio. gñs teñ. dictus a pugno quo facile appręhẽ-
ditur. vel ꝙ eo præſentius pugnetur: vt inquit Feſt⁹.
Frõti. li. ij. ſtratagematõ. Q. Serton⁹ cũ acie decertaret
barbarum qui ei nũciauerat Hirtuleum perijſſe pugio
ne traiecit.

¶ Pugiunculus paruus pugio. Ci. Hiſpaniẽſem pugi
unculum Gn. piſonem appellat.

¶ Pulcher a. um. quod antiqui pulcrũ dixere. qd̃ non
eſt deforme. a pollendo. ꝙ polleat forma. Ex quo intel
ligi datur hoc nomẽ aſpirationẽ nõ habere licet vſus vi
cerit cui vix repugnari poteſt: vt pulcher i primo & qn
to caſu cum aſpiratione ꝓnuncietur. Natura autẽ non
ineſſe aſpirationẽ docere hoc ſatis põt: ꝙ eius diminu
tiuum Pulcellus. a. um. aſpiret̃ minime. Eſt autem pul
chritudo vt Cic. lib. iiij. tuſc. inquit: quædam apta figu
ra membroꝝ cũ coloris quadam ſuauitate. Interdum
pulcher ſumitur pro bono: ſicut bonũ pro pulchro. Te
ren. Forma bona fortaſſe. & econtrario malum pro de
formi. Interdum pro forti. Virgilius. Satus hercle pul-
chro Pulcher Auentinus.

⁎ A pulchro fit comparatiuum pulchrior. & ſuperlati
uum pulcherrimus pulchrius pulcherrime pulchre &
pulchriter. pulchralis pro pulchro. Aenni⁹ pulchrali-
bus ludis. & pulchritas ꝓ pulchritudine. Cæci. Dij bo
ni quid illud eſt pulchritatis. Cc.

¶ Pulchreſco is. pulcher fio. Auguſtin. Quicqd pul

chreſcit viſu: quicquid lenocinatur odoratu: quicquid molleſcit attactu.

¶ Pullus qđ quidã p ſyncopã a puell⁹ dici voluẽt ſignificat nouellũ.i. paruũ puerũ & puti filiũ. Vnde paruos fœtus quorũcũq; animaliũ: qnetiã arboꝝ atq; plantarũ pullos dicimus: vt pullus hirũdinis: pullus aſini: pulli ranarũ. Hor. in Ser. Abſentis ranę pullis vituli pede p̄ſſis. Quinetiam priſci pullos dicebant ſuos catamitos. Vnde Qu. Fabius cui Eburno cognomẽ fuit propter candorẽ q; ei⁹ natis icta eſſet fulmine: pul⁹ iouis appellatus eſt.

¶ Pulluli. plantarioꝝ ſunt. Pullulus enim a pullus deductꝰ p diminutionẽ.

¶ Pullulo as. pen. cor. quaſi fœtifico. Nã pullulare dicimus arbores cũ a radice nouæ plantæ ſurgunt. Ply. Natura & Plantaria demonſtrauit multaꝝ radicib⁹ pullulante ſobole dẽſa & pariente matre quos enecet. Eꝰ quippe vmbra turba indigeſta premit: & in lauris: platanis: ceraſis: prunis: paucorũ in hoc genere rami parcunt ſoboli: vt vlmoꝝ palmarumq;. Nullis vero tales pulloli proueniunt niſi quarum radices more ſolis atq; imbris in ſumma tellure ſpatiantur. Huius eſt cõpoſitũ. Expullulo quod ſignificat extrapullulo: vł extra fructũ pduco. Col. li. iiij. Nec dubiũ quin gẽmæ q̃ cacumini pxĩmę ſunt infœcũdæ in eo relinquantur ex qb⁹ pãpin⁹ expullulat.

¶ Pullulaſco is. pullulans fio. Idẽ li. v. Ex nouello palmite vitis pullulaſcit.

¶ Pulleſco is. idẽ qđ pollulaſco. Col. lib. v. Quicquid eſt ſupra vetuſta brachia amputeť: & ita ex nouello palmite vitis pulleſcit. Hinc fit cõpoſitũ. Repulleſco. Idẽ ibi. Cum fere plurimarum ſtirpium natura ſic ſe commodet: vt iuxta cicatricem nouellis frondibus repulleſcant.

¶ Pullaſter & pullaſtra. ſignificant gallum ſiue gallinã adoleſcentes. ſicut etiã a nobis dñr lingua vernacula. Nõ eñt diminutiua ſũt. Sic a M. Varrone pullaſtrę dñr iuuencæ gallinæ. Ait eñi. Et ea q̃ ſubijcias potius veterãs q̃ pullaſtras & quæ roſtra aut vngues non habeant acutos.

¶ Pullicenus diminutiuũ a pullus: & eſt qui ex gallinarum ouis naſciť. Helius Spartian⁹ ſiue Lãpri. de Alexandro ſeuero. Et ne earũ paſtus grauaret annonã ſeruos habuit vectigales q eos ex ouis & pullicenis & pipionibus alerent.

¶ Pullinus. a. ũ. quod ẽ pulli. Vnde pullini dẽtes quos primũ equi iaciunt.

¶ Pullarius qui pulloꝝ curã habet. Liu. lib. x. Nã cum pulli nõ paſcerenť pullarius auſpiciũ mentiri auſus tripudiũ ſoliſtimũ nunciauit conſuli.

¶ Pullatio apud Col. accipitur pro fœtura pulloꝝ q̃ & pullicium dicitur.

¶ Pullicies ipſa pullatio. Col. li. ix. de turture. Huius auis ętas ad ſaginã nõ tã vet⁹ eſt idonea q̃ nouella. Ita q; circa menſem: cum iã confirmata eſt pullicies eligiť. Idẽ de apibus. Cũ primo vere in eo vaſe nata eſt pullicies nouus rex eliditur.

¶ Pullus a. um. qđ eſt natiui coloris. i. nõ plene obſcurũ atrũ. Leucopo contrariũ. q; pulli ouiũ fere eo colore naſcunť. Virg. Ne maculis infuſcent vellera pullis. Tibul. Concidit ad magicos hoſtia pulla deos. Vñ veſtis pulla dř fuſca atra quã quis in luctu induiť. Ci. in Vati. Atq; etiã & a te ſcire cupio quo cõſilio: aut qua mente feceris vt in epulo. Q. Arrhij familiaris mei cum toga pulla accumberes? Sunt tamen qui dicant hunc colorem hiſpanũ ſiue bæthycum dici. a quo pullati etiã bęthycati dñr. Martia. Et bęthycatus ſimul atq; leucopatus. Cuius efferationem dicunt: q; natiuus color in Hiſpania ſubnigrior eſt. Ideoq; minus vilis. Hic enim color ad nigredinem tendit alicubi plenior: alicubi dilutior. Huic proximus color eſt niger qui & fuſcus dř & ater. Similiter pullus color dř impluuiatus: quaſi fumo ex ſtillicidio implut⁹. Plau. Impluuiatus facit veſtimentis noia. Itẽ Suaſus: vt apud eundem. Sordida & Suaſa amictus togula. Ponitur tamen pullus pro nigro. Columella. Atq; oleris pulli radix. hoc eſt oleris atri.

¶ Pullatus: pulla veſte indutus. Hoc eſt lugubrem habitum ferens ex parentũ morte: qui & atratus diciť. q mos a Lydis cœpi⁹ fuit. Cic. in Vati. Quis vnq̃ cœnauit atratus cũ ip̃e epuli dñs. Q. Arrhius albatus eſſet. Quandoq; pullatus accipitur pro viliori perſona ſiue rudi & imperita. Sue. de Aug. Militem ſecreuit a populo: multis ex plæbe pprios ordines aſſignauit: p̄textatis cuneũ ſuum: & proximum pædagogis: ſanxitq; ne quis pullatorum media cauea ſederet. Quintilia. Ferire pectus: frontem cędere: mire ad pullatum circulum facit. Hoc eſt ad cumulum rudium atq; imperitorum hominum.

¶ Pulligo. idem quod pullus color. Ply. Fuluas oues tarentũ habet & alias ſuæ pulliginia.

¶ Pullegiũ. genus hærbæ ſeu fruticis medicinalis. Eſt eñi calida & ſicca in tertio gradu. Amb. ad Felicẽ. Nõ mediocrẽ ſumpſi ad conualeſcendũ gratiã quaſi quodam tui alloquij pullegio refotus. Hie. Pullegiũ apud indos pipere p̄cioſi⁹ eſt. Col. li. ix. Pullegij ſurculis fumigentur.

¶ Puluis gñis maſculini & fœ. Properti. Sit mihi ꝓpetuę puluis hetruſca dolor. Diciť aũt puluis vt quidam putãt a pellendo q; pellať vi venti. Apud antiquos etiam puluer dicebatur. Sed ab eo qđ eſt puluis gñis erit puluis. A puluer vero pulueris. Verũ i vſu tantũ ẽ puluis in recto: pulueris in obliquis.

¶ Puluiſculus & puluiſculũ diminutiua ſunt a puluis. Et generaliter de omni puluere dici poteſt. Apule. Niſi vt perſi mundicias dẽtiũ nitellas oris ex arabicis frugibus tenuẽ candificũ: nobilem puluiſculũ complanatorẽ gigniuę. Neſcio quid puluiſculũ. Proprie aũt ſignificat puluerem illum quo vtunť puellæ q; & cinis dicitur. ad cuius differentiam alius cinis immũdus appellatur. Virgil. Et cinerem immundum latos iactare per agros. Hinc Puluereus puluerea puluereũ & Puluerulent⁹. a. ũ.

¶ Puluero. as. in puluerem redigo. Col. li. xiij. Priuſq̃ vineæ puluerentur. Hinc pulueratio quę eſt genus culturæ vt inquit Serui. quo imminutæ glebæ vitibus applicantur.

¶ Puluereſco: in puluerem redigor. qđ a Puluereo fit: vnde & Diſpuluereo pro diſſoluor.

¶ Pulex aial notũ dictũ q; ex puluere generet. Quo nomine etiam dictus eſt vermiculus hęrbis & p̄cipue braſſicis infeſtus. A pulex fit Pulicin⁹. ſicut a muſca muſcinus: a formica formicinus.

¶ Pulicoſus. pulicibus plenus. Col. lib. viij. Pulicoſę cani remedia ſunt: ſume ciminõ tritõ pari pondere cũ veratro aquaq; miſtum & illitũ: ſeu cucumeris anguinei ſuccus. Vel ſi hęc non ſunt: vetus amurca per totũ corpus infuſa.

¶ Pulmo: eſt vnum ex viſceribus de natura ſui ſpongioſus: & ideo ſpũs capax. q diuiditur in ſimilitudinẽ vngulę bouis: & duæ illę ptes fibræ vocantur ſicuti i oĩbus viſceribus. Reſpiram⁹ aũt pulmone. Vnde Perſi⁹. Qui pulmo aię p̄larg⁹ anhelet. Attolliť eñi ſpũs attrahendo: & emittẽdo deprimiť. Ex pulmone naſcitur ta

bes quã græci pthiſim vocant. Tunc enim pulmo ta-
beſcit. Ouidius. Cernis vt e molli ſanguis pulmone re
miſſus Ad ſtygias certo limite ducat aquas. Apud ve
teres pluraliter tantum pulmones dicebant̃ ſicut & cer
uices. Plaut. in Cur. Pulmones diſtrahuntur: cruciatur
cor. Cicero lib. ij. tuſcula. Quę latet iinhærẽs morſu la-
cerat viſcera vrgenſq; grauiter pulmonum haurit ſpi
ritus.

⁎Pulmonea poma dñr quę vulgo centum ſolida ap-
pellantur. Cc.

❡Pulmonarius. a. ũ. qđ laborat pulmonis morbo: vt
ouis pulmonaria apud Col. quã li. vij. ait curari ſiliter
vt ſuẽ inſerta p auriculã quã Veterinarij conſiligmẽ vo
cant. Dicit̃ etiã Pulmonarij⁹ de morbo quẽ gręco voca
bulo pneumonicum & peripneumaticũ appellant. Et
herba pulmonaria vocat̃ a medicis q̃ eſt folijs mollib⁹
albo maculatis.

❡Puluinar pe. prod. quaſi pluminar eſt qđ capiti dor-
mituri ſupponitur⁹ ad puluinorũ ſimilitudinẽ. Iuu. Fœ
da lupanaris tulit ad puluinar odorẽ. Quo etiam noĩe
dicitur lectulus qui in templis ſterni conſueuit numini
dicatus. Vnde lectiſterniũ nuncupatur ſicut docet Au
guſt. lib. iij. ci. dei. Liu. Curatũ lectiſterniũ: & p triduum
habitum: decẽuiris ſacrorũ curantib⁹: & puluinaria in
conſpectu fuere Ioui & Iunoni. alterũ Neptuno & Mi
neruæ. Tertiũ Marti & Veneri. Quartũ Apollini & Dia
nę. Quitũ Vulcano ac Veſtæ. Sextum Mercurio & Ce
reri. Videt̃ aũt dici puluinar a pluma qua fulcit̃. Abuſi
ue tamen puluinaria p tẽplis dñr. Inde apud Liuiũ le
gitur: Ad oĩa puluinaria ſacrificatũ fuiſſe. Vident̃ etiã
accipi pro illis puluinis in quibus ſimulacra deorũ recũ
bentia collocant̃. Acron. Puluinaria dicebant̃ aut lecti
cę diuorum aut tabulata in quibus ſtabant numina vt
eminentiora viderentur.

❡Puluinus ſeu puluillus. a pluma quaſi pluminus q̃
plumis pullorum fiat. Ceruical ſeu plumatius. Hiero.
in terra pro puluillo capiti ſupponebãt. Quandoq; ac
cipit̃ pro lecto. Ci. in Ver. actio. vij. Nã vt mos fuit bi-
thyniæ regibus lectica aperta foro ferebat̃ in qua pul-
uin⁹ erat perlucidus melitenſi roſa factus. Apul. Quat
tuor eunuchi cõfeſtim puluinis cõpluribus vẽto tumẽ
tibus pluma delicata terreſtrem nobis cubitum perſtru
unt. Item puluini vocantur qui ſcabellis ſubimponũ
tur quo mollior ſit ſeſſio. Hoc ẽ lectuli quidam exigui
lana vel ramento vel pluma vel alio genere pleni: vul
go Cuſſini. Ci. Afferri iuſſit puluinos: & oẽs in ſuis ſe-
dibus ſederunt. Iuue. De puluino ſurgat equeſter. Et
Puluini areolæ terra elata inter duos ſulcos in hortis q̃
porca a porrigendo in agris appellatur. Habet eñ ve-
luti puluinorum in quibus ſedemus ſimilitudinem: p
pter quod & Torus a quibuſdam dr̃. Plyn. Areis diſti-
gui: eaſq; reſupinis puluinorum toris ambiri ſingulis
tramitũ ſulcis qua dat̃ acceſſus homini ſcatebriſq; de-
curſus. Col. lib. xij. Vlpicum habet velut alium plures
cohærentes ſpicas. Hęq; cum ſint diuiſę liratim ſeri de
bebunt: vt in puluinis poſitæ minus infeſtent̃ hyemis
aquis. Idem li. iij. Oim aũt gentiũ ramos circa Kalẽdas
martias in hortis per puluinos arearum diſponere con
ueniт. Item Puluinus arena durior q̃ in modũ ſaxi la
pideſcit. Vict. lib. v. Puluinus firmiſſime ſtruat̃. Item
Puluinus Machina qua naues in portum ſubducunt̃.
Ouidius. Collaq; pręlorum noſtra ferenda dedi.

❡Puluinatus. a. um. quod ẽ ad ſimilitudinem puluini
molle ac cõuexũ. Ply. Lanuginoſo ac puluiato calice.

❡Puls victus ãtiquiſſimus ex farina aqua melle ſeu
caſeo ouo decocto factus quo pro pane veteres vtebã
tur. Dicta q̃ ita ſonet cum aquą feruenter aſpergitur.

❡Pultari⁹ a pulte accipitur pro vaſe pultis. Cor. Cel-
ſus. Si cæteri defecerũt caliculus aut pultarius oris cõ
preſſioris ei rei commode aptatur.

❡Pulmentum ipſa puls. vel aliud cibarium ad modũ
pultis factum. Apul. Ius porcorum pullorum piſciũ
& ius pulmentorum largiſſimas epulas.

❡Pulmentarium etiam dicitur qđ inter cibos ſumitur
in ſimilitudinem pultis factum. Hoc eſt quod pulmen-
ti vicẽ prębet. Iuue. Venter qui pulmẽtaria condit. Ply
nius primũ in latio cibum pultem fuiſſe: non panẽ ſcri
bit: argumentoq; ad id eſſe q̃ pulmentaria p cibis ſua
etiam ætate dicerẽtur. In euan. quoq; legimus. Nunq̃d
pulmentarium habetis? Poſſet etiam dici pulmentariũ
pulmenti repoſitorium.

❡Pulmentarium teſtuacium dicitur: torta que coquit̃
ſub teſta.

❡Pulticula. dimi. a pulte. quo vſus eſt Ply. li. xxvj.

❡Pulpa. qñq; dicit̃ neruus ille qui ab aliquib⁹ dicitur
ηυροι Inter pulpas inquit Plyn. & venas diſcrimẽ facile
venę latiores cãdidioreſq; ſunt: pulpę fiſſilibus inſunt.

❡Pulpamentũ a pulpa dictũ eſt: & accipitur pro cibo
lautiore. Ter. Lepus tute es: & pulpamentum quęris.

❡Pulpitũ locus ãte ſcęnã editior in quo oĩs comœdia
recitabat̃. Græce λογειον. Ponit̃ etiã p ſuggeſto. i. pro
quocunq; loco edito vnde ſermo habeat̃ ad populum.

❡Pulſo. as. frequentatiuum a pello ſignificat ſępe per
cutio verbero. Ci. de ſuppli. Lictores conſiſtunt valen
tiſſimi ad pulſandos verberandoſq; hoies exercitatiſſi
mi. Ter. in adel. Sed quis hoc oſtium pulſauit? Trãſfer
tur & ad animum. Amb. Dehinc terrorib⁹ pulſat. Plau
tus in epid. Id ego experior cui in vnũ multa confluũt
q̃ meum pectus pulſant. Interdum pulſare eſt violare
lædere. Virgi. lib. xij. Pulſatos referens infecto fœdere
diuos. Interdũ ſonare: vt pulſo lyram. Pertinetq; pul
ſare ad homines: ſonare ad inſtrumenta: vt ſonat cam
pana. Vnde dicimus. Pulſatũ eſt ad tertiam: nõ autẽ ſo
natum. Cum autem dicimus pulſo cithara idem eſt qđ
cano vel ludo. Virg. Iam pectine pulſat eburno. Huius
cõpoſita ſũt. Cõpulſo. Expulſo. qđ ẽ valde pulſo. Au.
Mortuus eſt qui q̃tumlibet expulſes q̃tumlibet lanies
q̃tumlibet vellices nõ expergiſcitur. Propulſo de quo
ſupra.

❡Pulto as. idẽ quod pulſo. fitq; a ſupino pulſum quo
antiqui vtebantur. Plau. Pultando confregi fores. Te
ren. Ceſſo iam pultare oſtium.

❡Pulſus eſt ille vbi coniungit̃ manus lacerto. Ply. Ar
teriarũ pulſus in cacumine membrorum euidens maxi
me index morborũ in modulos legeſq; metricas p ęta
tes ſtabilis aut citatius aut tardius. Idem alibi pulſum
pcuſſum appellat. Nam vitę gubernacula tenet & ictu
crebro aut languido valitudinẽ indicat. Nã lib. vij. ſic
ait. Venarũ inæquali aut formicante percuſſu. Sed hoc
ax arterijs eſt.

❡Pumex. lapis cauernoſus qui ad corpora lęuigãda
laudatiſſimus eſt. Virg. lib. xij. Vt cũ latebroſo pumice
paſtor. Catul. fœ. gñe protulit. Pumices pręcipui ſũt
in æolijs inſulis. Probatio eorũ eſt in candore ac mini-
mo pondere. & vt maxime ſpongioſi atq; aridi ſint ac
teri faciles. Nec in fricando arenoſi.

❡Pumicoſus. a. ũ. quod pumicis vel naturã vel ſimi-
litudinẽ hẽt. Et pumicoſus dr̃ loc⁹ pumicib⁹ plenus.

❡Pumico as. pe. cor. pumice polio. lęuigo. Tibul. Pu
micet & canas tondeat ante comas. Vnde pumicatũ pu
mice politum.

❡Pumilis pe. cor. pu⁹ nanus. Col. li. ix. pumiles aues
niſi quẽ humilitas earũ delectat: nec pp̃ter fœcundita-
tẽ nec pp̃ter aliũ redditũ nimiũ probo.

¶ Punct⁹ qđ niſi deprauate barbareq; dr̃ in neutro. Sene. punctũ eſt adhuc pũcto minus quod incolim⁹. Ply. li. ij. Nõ aliud eſt terra vniuerſa q̃ mũdi pũct⁹. Tradũt Geometræ punctum eſſe corpus indiuiduum in quo neq; lõgitudo neq; latitudo neq; altitudo dep̄hendit: & ob incomprehenſibilẽ breuitatẽ ſui in partes diuidi nõ poſſe. qđ protractũ lineã efficit. i. corpus vni⁹ dimẽſionis. Longũ enim eſt ſine lato & duobus punctis ex vtraq; parte ſolam longitudinẽ terminantibus cõtinetur. Hanc lineam ſi geminamus alterum corpus efficit qđ duabus dimenſionibus extruitur longo latoq; ſed alto caret: puncta aũt quattuor cõtinet per ſingulas. ſ. lineas binis. Et hoc græci ἐπιπολὴν. noſtri planum ſiue ſuperficiem vocant. Quandoq; tamen punctum ſumitur pro temporis vel horæ momẽto. Cic. Cecinnæ. Ita q; ne punctũ quidem temporis in ipſa fortuna fuiſſe. quandoq; pro minima cuiuſq; rei particula. Idẽ p Plancio. Nam q; queſtus es plures teſtes te habere de volti\-nia q̃ quot in ea tribu puncta tuleris. Quandoq; p ſuffragijs & fauore. q̃m veteres ſuffragia non ſcribebant. Sed puncto notabant. Vnde expuncti dicebantur viles: electi: ſiue fauore priuati. Hora. Omne tulit punctũ qui miſcuit vtila dulci. hoc eſt ſolus ſuffragia iudiciũ tulit qui & vtile & dulce ſcripſit: quoniã prodeſſet & delectaret.

¶ Punctim aduerbiũ ſignificat per punctiones infixionesq; gladij: ſiue pungendo.

✱ Punctim cæſimq; puerbiũ a gladiatoribus tractum q in hoſtem irruentes nunc punctim nunc cęſim lanci\-nant. Cc.

¶ Pungo. is. pupugi vel punxi punctum non ſolũ de ferro ſed de quacũq; alia re dicit. Var. Admota aſpia cũ pupugerit ſi non occidat ſciat ex pſillorũ eẽ ſtirpe. Hiero. ad Marcellã. Nudiuſtertius de beatę memorię lea aliqua dixeramus: illico pupugit aim. Huius compoſita ſunt. Compungo. qđ eſt rotũ pungo ferio ſeu ſigno. Cic. lib. ij. offi. Ad eã ex epulis in cubiculũ veniens barbarum & eum quidem vt ſcriptum eſt compunctũ notis thraicijs diſtricto gladio iubebat anteire. i. ſignatũ vel pcuſſum. Vnde ſequit. O miſerũ qui & barbarũ & ſtigmaticũ fideliorem putaret q̃ coniugem. Expungo foras mitto. Perſi. Quem pximus hæres Impello expungam. Comut⁹. Propne expungã. i. foras mittam. Tractũ a militibus qui expuncti dñr dum e militia mittunt. Repungo. de quo alibi.

¶ Punio. is. iui. itum. Quod & pœnio dr̃ quaſi pœna afficio. Hinc Impunitus nõ punit⁹. Sal. Impunitos eos dimiſere. Impunitas.

¶ Punicus. a. um. pe. cor. quaſi pœnicus a pœnus qui a phœnicia detracta aſpiratione. Vir. Punica regna vides. Et punicus color: ſiue puniceus: q ẽ coloris rubentis q græce phœnicoa dr̃. Hora. Puniceis inuecta roſis Nã exuperãtiam ruborisq; ſplendorem teſte Gellio ſignificat. Punica mala granata quæ hoc cognomen ſibi circa carthaginẽ vendicarũt vbi & multa & inſignia naſci perhibentur. Granata dicunt a granis quibus ſũt referta.

¶ Pupus: puer puul⁹ tenerior. pupa puellula. Var. Mãmã lactantis ſugentem paſcere pupũ. Auſo. Barbara q̃ latias vicia alumna pupas. Mar. Pupam ſe dicit Gellia cum ſit anus. Et a ſimilitudine pupa quoq; paruula puellaris imago dicitur. Var. in origo. Itaq; breui tẽpore magna para in deſyderium puparum & ſigillorũ veniebat. Moris aũt fuit veterũ puellarũ paruula quædã puellaria ſimulacra ex linteo inſuere: deinde tomento ĩfarcire: tum veſtibus amicire. Has virginea pueritiam egreſſæ Veneri tanq̃ virginitatis ſuæ inſignia condonabant vt fauſtum futurum matrimonium cederet. Vnde Perſ. Dicite pontifices in ſacro quid facit aurum? Nempe hoc quod Veneri donatæ a virgine pupæ.

¶ Pupulus & pupula diminutiua a pup⁹ & pupa. Catul. Dep̄hendi modo pupulũ puellæ.

¶ Pupillus ſiliter a pupua deriuat pro ĩpube q deſijt eſſe in patris poteſtate: vel morte vel emancipatione. Hiero. Pupill⁹ dicit qui nõ habet patrem. Orphan⁹ q nec patrem nec matrem.

✱ Pupillaris a pupillo deducitur ide pupillaris ætas pupillare negotium. Cc.

¶ Pupilla a pupa diminutiuũ ſicut & pupillus p mare. Et pupilla pars oculi parua in media cornea ſita in qua vis ſpeculi redditur. Et eſt diminutiuũ a pupula. Oui. Suſpicor & fama eſt oculis quoq; pupula duplex. Et Ply. lib. xj. ſcribit abſolutam vim ſpeculi in oculis vt tam parua illa pupula totam imaginem reddat hominis.

¶ Pupula. Vide in dictione Pupilla.

¶ Pupulum: vrbs eſt a latere meridionalis Sardiniæ.

¶ Puppes & puppis: vtroq; modo dicitur pro naui. Ouidius de pon. Dum mea puppis erat valida fundata carina.

¶ Purpuriſſum color factitius quo genas oblinũt mulieres. porphyra a græcis a noſtris purpura. hic porphyriacus purpureus. Ouid. & porphyriacis figere labra genis.

¶ Purgo as. mundo quaſi purem ago. Hoc eſt educo. Col. libro tertio. Itaq; cauatum foramẽ cum purgauerimus vndiq; adraſos ſurculos inferimus. Terentius in adelp. Piſces cæteros purga dromo: congrum iſtũ in aqua ſinito ludere pauliſper. Per tranſlationem purgare ſignificat excuſare. Idem in eu. Sed heus tu purgon ego me de iſthac thaidi q; eam me amare ſuſpicata ẽ. Purgari rationes dicuntur quãdo deciduntur ſupflua aut obſtantia collatione facta accepti & expenſi. Hui⁹ verbi compoſita ſunt. Depurgo. Expurgo pfecte mũdo: ſeu palam excuſo. Colu. lib. ij. Cum rurſus amplioe meſſis puenerit quicquid exteretur capiſterio expurgãdum erit. Idem libro quinto. Delaballa conuenit expurgari quicquid emortuum eſt: deide falce radi viuo tenus. Terẽt. in hecy. Quod me accuſat nunc vir ſum extra noxam ſed non facile expurgatu: ita animum induxerunt ſocrus omnes eſſe iniquas. Perpurgo valde purgo. Cato de re ruſ. Aluum mouebit & poſtridie p purgabit ſine periculo. Repurgo rurſus purgo. Lact. libro quarto. Pollutos & aſperſos maculis repurgabit.

¶ Purgamen ſeu purgamentum ſordes quę ex re aliqua immunda & lurida tergitur & repurgatur. Græce peripſima dicitur. Columella lib. j. Sterquilinia quoq; duo ſint. Vnum quod nous purgamenta recipiat & in annum conſeruet: alterum vero ex quo vetera vehiantur.

¶ Purus a. um. mundum ſine ſorde. Hinc pura veſtimenta a veteribus dicebantur quæ ſacerdotes ad ſacrificia ſumebant. i. non obſita non fucata: non maculã habentia. Et pure lautum quod aqua pura lotum erat. Et purum aurum quod expurgatum coctumq; eſſet. Vlpi. Purum locum eſſe diffinit qui nec ſanctus nec ſacer nec religioſus eſt. Huius contrarium eſt Impurus quod modo ſordidum contaminatumq; ſignificat. Cicero. Cur multis illum ingenuis: q̃ multis matrib⁹ familias in illa tetra atq; impura legatione vim attuliſſe exiſtimatis? Modo improbũ. Teren. Mei loci atq; ordinis hominem haud impurum.

¶ Puritas.& mundiciam:& inanem ſimplicitatem ſignificat. Cuius contrarium ē impuritas: turpitudo ſeu improbitas.

⁎ Purifico mūdo a quo purificatio: & quo nōnulli vtūtur purificus. Cc.

⁎ Purime dixerūt veteres pro puriſſime. Cc.

¶ Puro as. purū facio quaſi purem extraho. a quo Depuro pe. p. Vnde depuratum dicimus mundatū. Sup puro de quo loco ſuo.

¶ Purulentus a. um. qđ ſanie plenū.

¶ Purpura piſcis ex concharū genere: annis ſeptenis viuens. Congregatur verno tempore: mutuoq; attritu lentorem quendam veluti cerę emittit. Sed nobilē illū ſuccū ad tingendas veſtes in medijs faucibus hēt. Reliquo tpe fere ſterilis. Cū vita ſuccū emittit. Et ideo viuas capere oportet. Hinc purpureus color dicit̄. qui nigricantis roſæ ſplendore ſublucet: cęterorū oim colorum gratiſſimus & tingendis veſtibus maxime expetitus. Hinc purpureæ veſtes dictę ſunt Tyriæ a loco vbi purpura fit. Purpureus tamē niger color eſt p̄cipue de mari qđ ex altitudine nigrū accipimus. Virg. li. iiij. Ge. In mare purpureū violentior influit amnis. Inde purpuraſcit. i. purpureū fit. Ci. li. ij. aca. Quid mare nonne cęruleum: aut eiꝰ vnda cū eſt pulſa remis purpuraſcit? Am. Quid igit̄ deſcribā purpuraſcētes violas: candida lilia: rutilātes roſas? Sciēdū aūt eſt vt Vict. iqt: purpura ꝑ ſolā ꝓpinquitate calorē habet. Et puniceū quidē ꝑcreat Aprica. i. quaſi violaceū colorē. Tyroa aūt rubeū. Purpura in violę colorē tēdēs violacea dr̄. Cor. nepos. Me iuuene violacea purpura vigebat. Accipit̄ qñq; purpureꝰ ꝓ pulchro. Virg. Et ꝓ purpureo pœnas dat Scylla capillo. Purpura a pelago pelagia appellatur.

¶ Purpureꝰ. a. um. qđ ē totū ex purpura. Purpuratꝰ a. um. qđ ē purpura ornatū. Vñ purpurati legūtur: ij qui apud principes dignitate anteerāt. Cice. li. j. tuſcu. Iſtis q̄ſo iquit iſta horribilia minitare purpuratis tuis. Hier. ad Saluinā. Deinde purpuratorū ꝓpinquus ſocius cōſobrinus iiſdem cum ambobus ſtudijs eruditus nō eſt inflatus in ſuperbiam: nec cęteros hoies adducta fronte contēpſit. Inuenitur tñ quandoq; purpureꝰ pro purpurato. Hora. li. j. car. Et purpurei metuunt tyrāni.

¶ Purpurarius a. um. quod ad purpuram pertinet: vt officina purpuraria in qua purpura fit. Plynius. Alterum genus eius eſt in purpurarijs officinis.

¶ Purpuriſſum: genus coloris factitij quo vtuntur pictores. & cum purpuris pariter tingitur. Plynius libro xxxv. Et reliquis coloribus quos a dñis dari diximus propter magnitudinē pretij ante oēs eſt purpuriſſum e creta argentaria cum purpuris pariter tingitur.

¶ Purpuriſſa color qui bombyci miſtus mulierum genas tingit.

¶ Purpuriſſo. as. purpuriſſa inficio. Plau. in tru. Iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habes.

¶ Pus puris gñis maſ. ſanies eſt & quęcunq; humor in putredinem verſus. Hinc purulentus. a. um. quod eſt ſanie plenū. Hier. ad Oceanū. Quoties lauit purulentam vulnerū ſaniem quam alius aſpicere nō audebat.

¶ Puſio. paruus puer. Veteres enim puſum & puſam pro puero & puella vſurpabant. Ci. pro Cælio. Et propter nocturnos quoſdam manes metu tecum ſemper puſio cum maiore ſorore cubitauit. Capitur tamen fere ſemper pro maſculo ſcorto.

¶ Puſtula eſt ſpecies occultę vomicę: ſiue tuberculū in ſūmitate cuius naſcēs. Mar. Feruida ne trito tibi pollice puſtula ſurgat. Exornet docilem garrula plectra lyrā. Gręci puſtulas vocāt phlyctenas quarū tria ſunt genera. Exanthemata q̄ Plyn. eruptiones pituitæ: aliquando papulas vocat. Pſydracion paulo duriꝰ eſt: ac ſubalbidū & acutū. Epynctis puſtula ſubliuidū modice humeſcens & plena ſanguinis in tibijs & pedibus: fere noctu maxime infeſtans a quo nomen.

¶ Puſtulatum argētum a puſtulis dicit̄ q̄ in argēto cęlato in aſpredinem quandam excisę viſuntur ſicut puſtulæ in corpore oriunt̄ ſimiles illis puſtulis que ex verruca vel ſudore naſcuntur.

¶ Puſula eſt tumefactio illa leuis q̄ in coquendo pane ſolet aſſurgere quā Feſtus hetan quoq; vocari ſcribit ꝙ pro re nullius pretij ponit̄. Puſula etiam morbi genus: qui alio noie dicit̄ ſacer ignis. Col. li. viij. Eſt etiā inſanabilis ſacer ignis quā puſulam vocant paſtores. Hinc puſuloſus. qui eo morbo laborat. Idem ibi. viuā pecudē q̄ fuerit puſuloſa reſupinam obruamus.

¶ Puſillus diminutiuum eſt a puſio. i. paruulꝰ. a quo fit aliud diminutiuum puſillulus.

¶ Puſillanimis: q ē puſilli animi. quē gręci Micropſychon dicunt. a quo puſillanimitas ⁎ & Puſillanimiter aduerbium. Cc.

¶ Puteal p̄toria tribunal vel ſubſelliū dr̄. Hor. Forum Putealq; Libonis mādabo ſiccis. Perſ. Si puteal multa cautꝰ vibice flagellas. Et puteal quo coopitur puteꝰ.

¶ Puteus. q ꝑpetuas habet aquas: vt docet Augu. & de viuo fonte manantes. Dictꝰ ꝙ puteat dū cauat̄. Ciſterna ē q̄ refrigerat aquas ſuas externas & aduētitias poſſidet. Huius diminutiuū ē puteolus.

¶ Puteolus ciuitas Campanię: ab aquę calidę putore dicta: vt inqt Feſtus: licet alij purēt a multitudine puteorū earūdem aquarū gratia factoꝝ. Hæc etiā vocata eſt Dicęarchia a iuſtitia adminiſtratiōis & gubernationis: a Samijs cōdita vt voluit Euſe. eo tpe quo Tarquinij a Bruto ſunt expulſi. Hinc fit puteolanꝰ. a. um. Ci. Thermo. Cluuius puteolanꝰ valde me obſeruat. ⁎ Legit̄ frequentius pluratiue.

¶ Puteanus a. um. qđ ex puteo eſt. Vñ aquā puteanā dicimꝰ. Ply. li. xiiij. Deinde q̄tū expſſere adijciūt vini cetis aquæ puteanæ: vt & ſecūdariū paſſio faciat.

¶ Putealis & hoc puteale eiuſdē ſignificationis. Oui. Vt quo dux pœnus merſit putealibus vndis.

¶ Puteariꝰ q puteos fodit. Ply. Depſſis puteis ſulphurata vel aluminoſa occurrentia putearios necant.

¶ Putor fœtor.

¶ Puteo es. putui. fœteo. & mali odoris ſum. producit primā ſyllabam. Hor. Putet aper rhombuſq; recēs. Perſiꝰ. Nec inuideas ꝙ multa fidelia putet In locuplete penu. Hinc puteſco mali odoris fio.

¶ Putidus a. um. pe. cor. & putulentus a. um. quod eſt mali odoris. Ci. Putidas ac pecunioſas aures. Nonius Putidū nō ſolū ab ore fœtido & grauiꝗ qđ narib ꝰ ꝓbet̄: ſed etiā qđ auribꝰ triſte inſuaue auſterū rancidum putidū dici poſſe auctoritas vetuſtatis admiſit. Hinc putidiuſculꝰ dimin. Ci. Cæſari. Sumꝰ eñ putidiuſculi q̄ ꝑ te vix licet: verū vt video licebit. ⁎ Alij pudēnuſculi

⁎ Putidā orationē dicimꝰ ꝑ metaphoram quæ (legūt. auribꝰ auſtera inſuauis & (vt ita dicam) rancida eſt. Cc.

¶ Quid ita? ſignificat cur. Quidni? ſignificat certe: vẽ certũ eſt. Videlicet cur nõ? Et duæ partes ſunt ſecũdum Priſ. ſicut cur nõ. Ter. in eu. Habeſne hominẽ amabo. Quid ni habeã? Veterea eñi ni pro ne ponebãt & ne ꝓ nõ. Plau. Ni ſtulta ſis. & ne vult pro non vult.

⁎ Quid tum deniq;: quid ergo: & quid tum poſtea. & quid itaq;. Et quid interea. & quid demum. Quę oĩa ſignificant quo ꝑtinet iſtud de quo loq̃ris? ſiue quid attinet hęc dicere? ſiue qđ ſibi vult hic ſermo? Co.

¶ Quidnã: & nũquid & quidne. Interrogatiua vel nomina vel aduerbia. Quid tum deniq;? quid ergo? quid itaq;? quid poſtea? quid interea? ſignificant quo pertinet illud de quo loqueris? ſiue quid attinet hæc dicere? aut quid ſibi vult hic ſermo.

¶ Quid hois habes? cũ contẽptu diciẽ. Teren. in hecy. Sed quid mulieris vxorem habes?

¶ Quid quęris? ſignificat qđ plura? vel qđ op⁹ eſt verbis? Modus dicendi cũ paucis volum⁹ oſtẽdere aliqđ. Hora. Quid q̃ris? viuo & regno ſimul iſta reliqui.

¶ Quidquid vt quidã aiũt mutat d in c ne bis interrogare videamur. Sic quicq̃ ne ſi d ſcriberetẽ: modo conſimili qđ ſit q̃ interrogare videamur. Sed nõ eſt ratio ſatis ponderoſa: vt putẽ non reꝑhendendũ qui ſcripſerit quidqđ. & quidq̃. Eſt autẽ quidqđ ſubſtantiuũ ſicut & quid. Ideo genitiuum ſubſtantiui vel adiectiuũ exigit: vt quidqđ pecuniarũ quidqđ molle. quodcũq; adiectiuum. Ideo ſubſtãtiuũ in eodem caſu patiẽ. ſicut & qđq; vt quodcũq; cælum. adiectiuũ vero reſpuit.

¶ Quidam. Vide in dictione Aliquis.

¶ Quidẽ aduerbiũ affirmandi. quo ſignificatur certe. Et tribus modis in oratione accipi ſolet. Vno ad diſtinguẽdas res: vt ego quidẽ ſcribo tu vero legis ille autem dormit. In quo modo duob⁹ tantũ coniũctiõ⁹ vti poteſt ſcilicet vero & autẽ. Altero quaſi per exceptionẽ ei⁹ qđ affirmes. Quitil. Torquebis qdem filiũ ſed fatebiẽ mater. Cic. libr. iij. offi. Ab optimis illis quidẽ viris ſed nõ ſatis eruditis. Pluresq; i hoc modo comites habere hoc aduerbiũ poteſt: verũ: verũtamen: ſed tamen: at: attamẽ: cęterũ. Tertio cũ nulla ſequitur ex prædictis coniũctionibus: vt apud eundẽ. Aut eñ nemo: qđ quidẽ magis credo: aut ſi quiſq̃ eſt ille ſapiens fuit. Eius cõpoſita ſunt eqdem & Siqdem de quibus alibi.

¶ Quilibet vnus quẽ tibi capere libet. Recentiores tamen philoſophi pro vniuerſali termino accipiunt. Ponitur etiam aliquando pro vili & obſcuro. Ply. lib. vij. Bis ab Annibale capt⁹ neq; cũ quolibet hoſte res fuit. Huic ſimile eſt Horatianum illud. Nõ cuiuſuis eſſe hominis Corinthum ire.

¶ Quipote. penu. cor. ſignificat Quomodo poſſibile eſt. cõponitur autem ex qui & pote.

¶ Quippe ſignificat quia certe. Virg. Sed læta & fortia ſurgunt Quippe ſolo natura ſubeſt. Interdũ ſignificat quidẽ. hoc eſt certũ eſt. Idem. Atq; hoim querit curare triũphos. Quippe vbi fas verſum atq; nefas tot bella per orbẽ Tam multæ ſcelerũ facies.

¶ Quies. ſubſtantiuũ fœ. generis. q̃uis etiam adiectiuum triũ generũ inueniatur. Sal. lib. ij. hiſt. Et in quiete noie hiſtrionis vix ſane burbuleiũ appellabat. A quo ſimiliter Inquies generis oĩs ſecundũ Priſ. Poteſt facere genitiuũ quietis & quiei quintę declinatiõis. Vnde & Requies requiẽ & requietẽ accuſatiuũ facit. Cice. in Cato. Vt meæ ſenectutis requietẽ delectamẽtaq; noſcatis. Differt vt qdam aiũt quies & tranqllitas. ꝙ quies corporis ſit: trãquillitas animi. Cic. in prolo. lib. de ora. Nam qui locus quietis & tranquillitatis pleniſſimus fore videbatur in eo maximę moles moleſtiarũ & turbulẽtiſſimę tẽpeſtates extiterunt. Eſt aũt ꝓprie quies ſomnus. dicta quaſi qui tibi es & nullo alio negocio diſtineris. Tũc eñ cætera negocijs vacamus cum dormim⁹. Sal. Nãq; animus impurus dijs hoibuſq; infeſtus neq; vigilijs neq; quietib⁹ ſedari potuit: ita cõſciẽtia mentẽ excitam vexabat. Propter qđ etiã quies pro tranquillitate accipiẽ. Cui⁹ cõtrariũ eſt inquies. hoc eſt cura & ſollicitudo & moleſtia. Hinc quiet⁹ trãquillus: inquiet⁹ turbatus: ſollicitus. Quietudo & inquietudo.

¶ Quieſco. is. quieui quietũ modo dormio ſignificat:

modo ſto nõ moueor. vt cũ dicimꝰ Quieſco. Modo curis ſiue labore vaco. Modo qeſcere facio ꝑſertim ſi accuſatiuo iungatur. Vñ Ser. in buc. Requierũt flumina curſus: id eſt quietos eſſe ſecerunt. Sic Sal. Paululũ requietia militibꝰ. Quieſco em̃ ego aliter dicimꝰ & aliter quieſco ſeruũ. i. qeſcere facio. Plau. Quieſce tumultũ hũc qui eſt ante hoſtiũ. hinc cõponũt ut Acquieſco. aliquantũ quieſco. Cice. Ser. ſulp. His vero tẽporibus habemus aliud nihil in quo acquieſcamꝰ. Quãdoq; ſignificat: cõſentio cõdeſcendo. Hiero. in prolo. iudith. Sed quia hũc librũ ſynodꝰ Nicena in numero ſanctarũ ſcripturarũ legitur cõputaſſe acquieui poſtulationi veſtræ Cõquieſco bene quieſco. Ci. Lẽtulo. Tu niſi ꝑfecta re de me nõ cõquieſti. Requieſco ſicut quieſco. Virg. Hic tamẽ hac mecũ poteris reqeſcere nocte Frõde ſup viridi. i. dormire. Idẽ. Et mutata ſuos reqerũt flumina curſus. id eſt quietos eſſe fecerũt. Hier. in Gñ. Et requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat.

⁎Quiuiatis ãtiq ꝓcuias dixere. Actiꝰ. Qui neq; quiuiatis eſſet nũq̃ potuimꝰ multa rogãtes ſcire. Cc.

¶Quin varijs modis dicitur. Nã aliquãdo ponif pro cur nõ? Cũ ſcilicet increpantes vel interrogãtes vel exhortãtes dicimꝰ. Quin venis? quin fugis? Virg. Quin tu aliquid ſaltem potius quorũ indiget vſus: Viminibꝰ molliq; paras detexere iunco? Cic. pro Rabi. Quin cõpeſcitis iſtam vocẽ indicem ſtultitiæ? Aliquãdo pro ꝙ ſeu vt. Idem. Nõ dubito quin eo ſis animo quo ego eiſſem ſiqd tu me rogares Terẽ. Nõ dubiũ eſt quin vxorem nolit filius. Aliquãdo pro quinetiã. i. inſuper: pręter id: ſiue atq; etiã. Tunc em̃ per hanc particulã magia cõfirmamus. Virg. Quin aſpera Iuno Quę mare nunc terraſq; metu cœlũq; fatigat: Cõſilia i meliꝰ referet. Quin & quinimmo quãdoq; dicitur. Aliquãdo ita ponif quaſi videatur eſſe cõtrarium priori ſignificatui: ꝙ non: vł vt nõ. Cic. Non idcirco cauſas Iſocrates non defendit quin id vtile eſſe & honeſtũ exiſtimaret. Similiter cõ dicimus. Nõ poſſum me cõtinere quin geſtiã. id eſt vt nõ vel quominus geſtiã. Virgil. Hic tibi nequa moræ fuerint diſpẽdia tãti Quin vatem inſanã aſpicias. i. vt nõ. Aliquãdo ponitur pro qui nõ. Cice. Nemo eſt noſtrorum quin vota victoriæ ſuæ fecerit.

¶Quinimmo quin potius. vt quinimmo beati qui audiunt verbũ dei & cuſtodiũt illud.

¶Quintilis. Iulius menſis dictus. ꝙ ſit quintꝰ a Martio qui apud antiquos primus anni mẽſis erat.

¶Quinque nomẽ numerale. & inuariabile. a quo Quintus. a. um. Quinus. a. um. Quinarius. a. um. Quinquies. quincũx. Quinq;meſtris. Quincupitius. Quincuplex. Quindecim. quinquaginta. Quingenti. quinquageſimus & huiuſmodi.

¶Quinquertium. & Quinquẽrtiones. Vide in dictione Pentathli.

⁎Quintus & Quintius ſunt cognomina. Vnde Quintis porta trãſtyberim a Quintio cincinate. Et Quintana porta in caſtris: poſt prętoriũ: vbi vęnaliũ rerũ forũ ſolebat eẽ. Et Quitipor ſeruile nomẽ apđ veteres. Cc.

⁎Quita claſſis alijs aucta: fundas lapideſq; miſſiles huius ordinis homines ſecũ gerebãt. In his accẽſi cornicines tibicineſq; in tres centurias diſtributi. vndecim milibus hęc claſſis cenſebatur. Cc.

⁎Quinqueuiratus dicif officium ſiue magiſtratus in quo ſunt quinq; viri & hi quinqueuiri vnico vocitantur ſicut triumuiri. Cc.

⁎Quintilis mẽſis ideo dictus eſt ꝙ quintus in ordine eſſet: ſed poſtea in honorẽ Iulij cæſaris dictatoris. M. Antonio. M. filio conſule legem ferente Iulius appellatus eſt. Cc.

¶Quinquatria. orum ab eo quod quinquatre in ſingulari. ſicut bacchanale & vulcanale. Feſta erant quæ quinq; diebus Palladi fiebant: vt Oui. li. iij. faſ. innuit ita appellata quoniã quinq; diebus poſt idus celebrabãtur. Nam dies poſt idus ater erat. Inde quinquatria quaſi quinq; ab atro die. Primo die fiebãt ſacrificia: tribus ſequẽtibus gladiatores in theatro certabant: quinto die erat luſtratio. Vnde ait. Vna dies media eſt poſt fiunt ſacra Mineruę: Nomina quæ a iunctis quinq; diebus habẽt. Sãguine prima vacat nec fas cõcurrere ferro. Cauſa ꝙ eſt illo nata Minerua die. Altera treſq; ſup ſtrata celebranf arena Enſibus exertis: bellica læta dea eſt Sunt qui dicãt hãc diem Munuſculorũ quoq; eſſe. quo tempore matronę inter ſe inuicem munera miſſitabant & cœnas ſeruis apponebãt: vt viri Saturnalibus. Dicif & quiquatrus ſicut triatrus ſexatrus ſeptimatrus decimatrus. Iungiturq; hæc particula atius quę nihil ſignificat ſupplemẽti cauſa. Var. li. ij. dę lin. la. Quinquatrum diem vnũ feſtũ eẽ dicit ſic appellatũ: ꝙ erat poſt diem quintũ idus Martij. ſicut Sexatrꝰ ab Tuſculanis vocaf dies poſt diem ſextũ & ſeptimatrꝰ poſt diẽ ſeptimũ. Declinatur autẽ ſubſtãtiue in pluralitã tertiæ q̃ ſecũdę decli. ſicut cętera feſtorũ noĩa. Iuue. Incipit optare & totis quinquatribus optat. Ci. Ita tumultuoſę contentiões ita moleſtę quinquatria afferebantur. Diomedes vero quinquatrę a prima declinatiõe protulit.

¶Quincunces vnciæ quinq;. hinc quincũcialis ordinũ tatio de qua apud Var. Ply. & Col. fit mentio. Quincũcialis vero hęrba dicif vt trientalis a mẽſura. id eſt q̃ folio quincũcem aut triẽtẽ æquet amplitudine. Quincũces etiã vſurę ſunt quoties ex centũ nũmis (vt exempli gratia ſit) quinq; nũmos vſurę noĩe percipimus. Sic ſemiſſes vſuræ: trientes: beſſes & huiuſmodi.

¶Quirites pe. pro. romani dicti ſunt. a quirino. i. a Romulo vrbis romæ cõditore. qui a quiri haſta quirinꝰ appellatus eſt ꝙ haſta aſſidue vteretur. q̃ ſabinorꝝ lingua quiris dicitur. vñ quidã ſecurim dictã putant. quaſi ſemiquirim. q̃q̃ a ſecando etiã dici poteſt. Siue ꝙ Cures vicerit. Siue ꝙ gręci regẽ κύριον dicunt. Conſtat aũt romanos eo tempore græcos fuiſſe. Ouid. in faſ. Siue ꝙ haſta quiris priſcis eſt dicta latinis Bellicus a telo venit in aſtra deꝰ. Siue ſuo regi nomẽ poſuere quirites. Seu quia romanꝰ vicerat ille Cures. Alij quirinũ dici exiſtimant ob generis nobilitatem a patre ſuo quirino hoc eſt Marte: Romani enim Martẽ dum ſæuiret gradiuũ: dum tranquillus eſſet quirinũ nominabãt. Et q̃q̃ hoc nomẽ quirites quidã tãtum pluraliter declinari velint. apud poetas tamẽ reperimꝰ quiritẽ a quiris. qritis. vel quirites itis. vel hic & hæc quiritis. In genitiuo plurali quiritũ & quintũ per ſyncopã. Perſius. Heu ſteriles veri quibus vna quiritẽ vertigo facit. Oui. An ſi pulſaſſem minimũ de plębe quiritem.

¶Quirinus pe. pro. Vide in dictione Quirites.

¶Quirinalis collis dictus eſt ꝙ in eo quirini templũ erat: ſiue ꝙ in eum cõmigrauere ſabini a curibꝰ venientes. Et Quirinalis porta romę dicta ꝙ ea in collem quirinalem itur: vel ꝙ ꝓxime eam eſſet quirini ſacellũ.

¶Quirinalia vocabãt diem quo ſacra quirino fiebãt.

¶Quirito. as pe. pd. qđ & quiritor dicif ſignificat clamo: romanos cõmoueo & qritium auxilium inuoco. Var. Quiritare qrites ciere. Nonꝰ. quiritare ẽ clamare. Luc. li. vij. ſaty. Cõcurſans veluti ancarius clareq; quiritans. Ab Apul. ponitur pro ſuppetias petere.

¶Quiſquiliæ: purgamenta terrarum. & quicqd ex arboribus minutia ſurculorum foliorũq; & florũ decidit vnde nomen venit quicquid cadit velut quis quęrat illas ob id. Cæcil. quiſquilias volantis dixit. Et Nęuius

Deturbate ſaxo homo nō quiſquilia eſt.

¶ Quiſquilium vocant exiguū fruticē ilicis producētem coccum quod granum eſt ad tingēdas veſtes gratiſſimum. Hinc natū eſſe putatur vt veſtis coccina litteris per imperitiam interceptus ſquallata vulgo hodie dicatur pro quiſquiliata.

¶ Quo accipitur pro quanto vt cum dicimus. Eo magis: quo magis. Aliquādo eſt aduerbiū loci. Vir. Quo ve teneris iter? id eſt ad quē locū tenditis. Aliquādo eſt coniūctio & ſignificat vt. Ply. Neq; eñ id feci quo tibi moleſtus eſſem. Aliquādo ponitur pro quare vt inqt Dona. Terē. in an. Quo æquior ſum pāphilo. Et quo pro ad quid: vł in quē vſum. Hora. Quo mihi fortuna ſi nō cōceditur vti? id eſt ad quid vultis mihi eſſe bona fortunæ. Sic venuſte interdū deſunt verba in oratiōe. Et apud Eſaiam. Quo mihi multitudinē victimaꝝ veſtrarum? Hinc fiūt cōpoſita Vſq; quo quoad quocirca quouſq; quomodo quoquomō quoquo verſus quoq̄ quoq; Aliquo aliquotiea.

¶ Quoad componi videł ex quo & ad. ſed præpoſterè ſicut hactenus quatenus. Et ſignificat donec ſiue q̄diu vel quouſq;: vt quoad viuam ero tibi amicus. Cic. lib. offi. Tam diu autē velle debebis quoad te quātum pficias nō pœnitebit. Nihil aūt differt ita loqui. Quoad viuā & quoad moriar. hæc enim q̄uis contraria eſſe videanł. idem tamen ſignificāt. quoniā duo tēpora cū inter ſe oppoſita ſunt atq; ita cohærentia: vt alterius finis cum alterius initio miſceatur: non refert vtrum per extremitatē prioris: an per initiū ſequentis locus ipſe cōfinis demōſtretur. Poteſt autē eſſe interrogatiuū. Teren. in phor. Quid ſenē quoad expectatis veſtrū? Relatiuum. vt Quoad iuſſiſti paruı. Infinitū vt Quoad libet ſtudeo. Cic. Treba. Itaq; ego quoad opinatus ſum me in prouinciam exiturum quæ tibi vltro obtulerim meminiſſe te credo. Aliquando rei & ingenij facultatē ſiue temporis cōmoditatem ſignificat. vt apud eundē in Læl. Vt quoad poſſem & liceret ab eius latere nunq̄ diſcederem: id eſt quantū. Aliquādo quantitatē rerum tantum denotat. Idem p lege agraria. Audite vos qui ampliſſimi populi ſenatuſq; iudicio exercit⁹ habuiſtis & bella geſſiſtis quoad ad quēq; peruenit aut puenerit ex prędā: ex manubijs: ex auro coronario. Et ſic ſemp exponitur pro quantum.

¶ Quoadeius tota vna dictio ſignificat vſq; vł inquātum vel quantum ad eiua vires. vel quantum ab eo. Cice. libr. j. de oratore. Officium eſt de ijs rebus poſſe dicere quæ ad vſum ciuilem moribus & legibus conſtitutæ ſunt cum aſſenſione auditorum quoadeius fieri poterit. Idem. Elaboro quoadeius facere poſſum vt conſilia hoſtium intelligam.

¶ Quoaduſq; eiuſdem ſignificationis eſt ſcilicet quātum vel quouſq;. Actius. Nihil te impedio quoaduſq; rem peragas.

¶ Quocirca. ſignificat quamobrem.

¶ Quouſq;: q̄diu: vel vſq; ad quod tempus. Et ponitur interrogatiue. Cicero. Quouſq; tandē abutere Catilina patiētia noſtra? Relatiue: vt quouſq; volui comedi. id eſt tā diu comedi. q̄diu volui. Infinite: vt quouſq; eſſes didici. Aliquādo ſignificat vſq; ad quē locum. vt Quouſq; agri tui fines protraxiſti.

¶ Quomodo tota vna dictio. ſignificat quemadmodum. Cice. Quomodo potuiſſem te conueniſſem. Tale eſt ac ſi diceretur. Si quattuor pedibus ad te venire neceſſe fuiſſet. Quoquomodo. i. qualicunq; ratione: vtcunq; qualitercunq;.

¶ Quoquouerſus. vel quoquo verſum ſignificat verſus omnes partes. quod vernacula lingua dicimus. In qual mane ſe voglia. vt quoquouerſum ſe verterit anima hominis ad dolores figitur alibi preterq̄ in te.

¶ Quoq̄ ſignificat aliquo id eſt ad aliquam partem locum ve.

¶ Quoq; ponitur pro etiam. Seneca. Tu quoq; ſimili modo exercere te debes. Aliquando pro ſimiliter. Virgi. Vocabere tu quoq; votis.

¶ Quominus ſignificat vt nō. Aug. ſuper Io. Si quominus dixiſſem vobis. Interdum ſtatim. Virgi. Et quominus arua inſequił. Quādoq; ſunt duę partes. Amb. ſuper Lucam. Fide tutus putet ſibi quo minus ea requirat magis poſſe ſuppetere.

¶ Quo iure: quaq; iniuria. prouerbiale eſt. quaſi p fas nefas: velis nolis. Teren. in an. Quo iure quaq; iniuria me pręcipitem in piſtrinū dabit.

¶ Quoniā coniūctio cauſalis. vt quoniā prodeſt lege Poteſt etiā eſſe ſubcōtinuatiua. vt qm̄ ambulat mouetur. Interdū auctore Feſto ſignificat poſtq̄.

¶ Quod nomen relatiuū eſt: & coniunctio cauſalis cū ponitur p quia. vt q; ſcribas lætor. Et non caſtigo te q; odio habeam: ſed quo meliorē efficiam. vbi enim poteſt eſſe q; ibi etiā quia. Et vbi poteſt eſſe vt ibi poteſt eſſe quo. & e contrario. Vt non te caſtigo. quia odio habeam: ſed vt meliorē efficiam. Quandoq; ponitur pro ſed. & in principio clauſulæ locari ſolet. Cicer. Q; ſi qs a me huius conſilij mei cauſam quærat: ita reſpondeo. A quod fuit quoddam quodpiam quodq; quodcūq; quodlibet vnūquodq;.

¶ Quondam aduerbiū temporis. & modo ptm̄ tempus denotat. pro olim: vel aliquando. Cicero. Fuit iſta quondā in hac rep. virtus. Modo p̄ſens. Virgi. Quondā etiam victis redit in p̄cordia virtus. Ponił quandoq; pro ſemper. Idem. Vt quōdam in ſtipulis magn⁹ ſine viribus ignis.

¶ Quorſum: verſus quem locū quaſi quo verſum. vt quorſum vadis? quorſum ſeruus tuus iuerat tu iuſſiſti. quorſum ſit res euaſura dubito.

¶ Quot nomē numerale: vt quot nūmi tibi ſūt. Scio quot nūmos habes. habeo tot quot tu.

¶ Quotquot id eſt omnes qui.

¶ Quotidie. Vide in dictione Cotidie.

¶ Quotēnis. ſignificat quot annorum. habet eñ antecedentia nomina numeralia vel compoſita ex numeralibus & anno. vt anniculus biennis triennis. vt tu es biennis quotennis ille. quidam etiam vſurpant quotēnium ſicut ſeptennium.

¶ Quotenus: relatiuū diuiſiuū ſignificat vſq; ad quē numerum. Cicero. ad Atticum. In ripa neſcio quotennorum iugerum.

¶ Quotus relatiuū ordinale. quo ſignificatur Cui⁹ numeri: ſiue in quo numero aut ordine. vt ſum primus in ciuitate: quotus es in tua. quādoq; ponił p quot. Mar. Dic quotus es: quāti cupias cœnare: nec vllū Addideris verbū: mēſa parata tibi eſt. i. quot eſtis. & quot tecū habes. quādoq; ſignificat cōtinuam quantitatē & ponitur pro quātus. Iuuen. quota portio fæcis achææ.

¶ Quotuſquiſq; in ſingulari. idem ſignificat quod nomen numerale quot: vt quotuſquiſq; eſt qui aliter ſentiat? Augu. lib. xix. ciui. dei. quotuſquiſq; hoim eſt cui profunditas vtilitatis huius appareat. Et eſt vetus eleganſq; locutio per interrogationem & ad paucitatē refertur: vt quotuſquiſq; ſtudet? hoc eſt q̄ pauci ſunt qui ſtudeant. Cice. pro Plancio. quotuſquiſq; iuris peritus eſt: quotuſquiſq; diſertus eſt?

¶ Quotuplus: ad menſuram vel ad pondua referł. vt meus ager reddit decuplū quotuplum nō reddit tuus.

¶ Quotuplex quot generum.

R LITTERA ſemiuocalis eſt: & liquida quæ poſt mutam in eadem ſyllaba poſita præcedentem ſyllabam modo longam modo breuem facit vt Ouidius in dictione patrem exemplum poſuit. Iam patrem famuloſq; patris: lucemq; timebam. vbi pa. ſyllaba. & producitur & corripitur. Et apud græcos in initio dictionum r littera recipit aſpirationem. vt Rhadamanthus Rhea & huiuſmodi. Conuertitq; nonnunq̄ in l vt intelligo pro interlego Pelluceo properluceo. In ſimplicibus vt niger nigellus vmbra vmbella. In ſ vt arbos pro arbor. odos pro odor Tranſit in duo ſſ vt vro vſſi gero geſſi. In u conſonantem. vt ſero ſeui. Tero triui. In n vt Aeneus pro æreus.

R. ante. A.

¶ Rabies iei & rabia. ę. a rapio: morb⁹ canū cū veluti furore quodā acti: huc atq; illuc rapiunť nec vllū gens locū inueniūt. Alii rabiē quaſi rauiē dici putāt a raucitate vocis quā rabioſi habēt ſimilē canis latratui. hinc

¶ Rabioſus qui rabiē habet. Ply. lib. xxix. Datur morſis a rabioſo ne rabidi fiant. Ponitur quādoq; Rabioſus pro iracundia pleno qui veluti rabie agitatus videatur.

¶ Rabioſulus diminutiuum. Ci. Treba. Primas illas rabioſulas ſat fatuas dediſti.

¶ Rabidus qui rabiem habet.

¶ Rabio is. nimia ira & quaſi rabie agitor. Var. qd eſt qđ latras: quid rabis: quid vis: Cæcil. Rabia rabere ſeait.

¶ Rabula a rabie vt qdā volūt & a raui. i. raucitate: vt is ſit Rabula q i negocīis agēdis acer ē & rabioſ⁹. Vñ & pro aduocato & cauſa⁊ patrono accipi ſolet. Vel dī a radendis aurib⁹. Nā vt a fādo fabula: a nādo nabula a ſtādo ſtabula a paſcēdo pabula. ita a radēdo rabula. Nec alia rōne rabulas i foro dictos puto q̄ q̄ radāt. i. offēdāt aures & vt ait Quit. Nimia verbioſitate ferīāt. q̄ſi ab iſtrumēto illo nūcupati qđ rabula cōmodi⁹ q̄ radula vocari poſſit. hodie quoq; vulgus ipſos garrulos & linguaces ab alio inſtrumento Iudiculas & piſtilla cognomiat. Quintil. ſuper oia petit illa q̄ Cic. in ora. Non ei declamatorē aliquē de ludo: aut rabulā de foro ſed doctiſſimum aut pfectiſſimū quęrimus. Idē. Quaſi rabulę qui ſibi diſerti nō videntur niſi omnia tumultu & vociferatione concuſſerint.

¶ Racemus pe. p. pars botryonis ſiue potius ipſe botryon q & botrys more græco & botryus hoc eſt integer vuę racem⁹. Eſt eni illa teſta vua⁊ plurima genera continēs.

¶ Racemoſus ſa. ſum. quod eſt racemis plenum. Plyn. hederæ modo racemoſa eſt. Racematus a. um. quod racemos habet Idem libro. xviij. de panico. Paruis racemato paniculis.

¶ Racematus malleolus. ex quo pāpini pullulāt vel ſteriles vel certe minus feraces vt inquit Col. lib. iiij.

¶ Racha. nomē hebręū ē inqt Hier. qđ idē eſt qđ κενὸς i. inanis aut vacu⁹ quē nos poſſum⁹ vulgata iniuria abſq; cerebro nūcupare. Quidā etymologiā hui⁹ nois de græco trahere voluerūt putātes dici pānoſū. Gręce eni ῥάκος. rachos dicit. Sed nos hui⁹ verbi ppͥetatē ſubtilius pſpiciētes nihil intelligim⁹ aliud eſſe racha niſi vocē incognitā irati animi cōmotionē ſignificātis quales ſunt interiectiones apud grammaticos. ſicut a dolēte heu. Ab iraſcēte hem. & hmōi. Aug. ſup Matthęum. Racha vox indignantis animi motum ſignificans.

¶ Rado R is. ſi. ſū. cōplano īcido extirpo mūdo. Col. li. ix Sic tñ ne qđ radaľ. Hier. i leui. Die ſeptia radet capillos capitis barbā q; & ſupcilia ac toti⁹ corpis pilos. Iuue. Nā Sergiolus iam radere guttur cœperat. p tranſlationē ponit pledo laceroq;. Quintili. lib. iiij. Ne ieiuna atq; arida traditio auerteret animos: & aures pſertim delicatas raderet. hoc eſt offenderet fatigaretq;. Huius compoſita ſūt Abrado. Adrado. iuxta rado. Col. lib. iij. reliquā partē q̄ cōtinēs matri eſt adradito ne ſupuacua ſarmenta pcrect. Circunrado. Idem. libro. iiij. Quod recentiſſimum eligatur ſarmentum & leuiter circūraſum vt cortex tātum detrahaľ. Corrado. Derado. de aliquo rado. Plyn. Quod deraſum eſt terit & cribratur. Exrado extra rado. Col. li. iij. poſtea ſurculos quos iſerere voles eradito tam alte q̄ cineum dimiſiſti: ſed ita ne medullam neue alterius partis corticē lędas. Interrado in medio rado. Idem in eodem. Nam ſi ſpiſſe poſueris neq; i terra quid ferre poteris: nec ipſæ fructuoſæ erunt niſi interraſeris. Obrado circunrado. Et omnia habent penul. pro.

¶ Raſito as. pe. cor. ſignificat ſæpe rado. Gel. lib. ij. Cōperimus aūt cæteros quoq; in his tēporibus nobiles viros barbā in eiuſmodi ætate raſitauiſſe.

¶ Raſores qui radunt. Et p tranſlationem fidicines qui videnť chordas ictu radere.

¶ Raſura ipſe radendi actus. Col. lib. v. Eaq; raſura ita deducitur.

¶ Raſamētum. Idem. Terebra gallica non ſcobem ſed raſamenta facit.

¶ Raſilis & hoc raſile. pe. cor. quaſi raſum nihil extātis ac redundantis plenitudinis. Virg. tñ Et torno raſile buxum. quaſi raſibile dixit.

¶ Raſorius a. um. quod ad radendum ptinet. Vnde dicimus cultros raſorios.

¶ Radix dicta eſt q̄ ſæpe effoſſa pa⁊ p terrā radiť: vt arbor melius fruticeſcat. Plyn. Cum pali defixi radices cepiſſet. Huius diminutiuum eſt Radicula.

¶ Radicula parua radix. Col. li. iiij. Idē pœnus auctor pbat vinacea pmiſta ſtercori depoſitis ſeminib⁹ in ſcrobē mouere q̄ illa puocēt & alliciāt nouas radiculas. Et radicula vocaľ herba ſuccū habēs lanis cōmodiſſimū: hanc græci Struthion: & lanaria ob id a noſtris vocaľ.

¶ Radico as. pe. pdu. radicē facio. & radicē capio diciľ. Ply. li. xviij. Frumēta multis radicanť fibris. Hinc cōponiť. Eradico qđ eſt vſq; ad radices euello. Hie. in pfa. ps. Cogitis ergo vt veluti quoddā nouale ſciſſum iā aruum exercea & obliqs ſulcis renaſcentes ſpinas eradicem.

¶ Radifico as. ſimiliter ſignificat radices facio.

¶ Radicitus pen. cor. aduerbium ſignificat a radice. vnde & p omnino quandoq; ponitur.

¶ Radius ſplendor a ſole micans. Var. O ſumme ſol q totam hanc mundi compagem tuis radiis illuſtras. Trāſferť & ad fulgorem oculorum. Plynius. Cuius ex oculis radii nocte micantes cernunť. Gel. Stoici cauſas eſſe videndi dicunt radio⁊ ex oculis in ea quæ videri queunt emiſſionem. Item radius diciť virga qua Geometræ lineas iudicant. Virgi. Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem. Inuenta autē eſt hæc ars tempore quo nilus plus æquo creſcens cōfudit terminos poſſeſſionum. ad quos innouandos adhibiti ſunt philoſophi qui lineis diuiſerunt agros. Inde Geometria diciľ. cum non tantum terrę ſed etiā maris & cæli & aeris ſpatia metiri conſueuerunt. Item textoris inſtrumentum quod vulgo druellā nomināt quo telę annectunť radius diciľ. Idem. Excuſſi manibus radii reuolutaq; pēſa. Radii quoq; rotarum dicuntur. vt apud eundem. Hinc radios triuere rotis. Inſtrumētū etiā quo raduntľ mēſuræ radi⁹ vocaľ qđ alio nomie hoſtoriū nomināt. Plau. Dii deq; oēs tātā nobis lęticiā tot gaudia ſine radio cumuletis. Et radii dicūť oliuę oblongæ. Virgi. Nec pingues vnam in faciem naſcunť oliuæ Orchades & radii & amara pauſia bacca.

O.

¶Radio radios emitto: fulgeo. Hie. in pro. pſal. Vbicū q̄ aſteriſcos .i. ſtellas radiare in hoc volumine videritis: ibi ſciatis de Hebræo additū qđ i latinis codicibus non habet̃. Oui. li. ij. me. Argēti bifores radiabāt limina valuæ. Hinc cōponitur. Irradio qđ eſt illuſtro & quaſi intus radio. Plau. Faciunt quod conſuerunt: irradiant ſalibus menſam: omnis ad riſum prouocant.

¶Radula pe. cor. Inſtrumentū ferreum a radēdo dictū. Vnde pix radulana eſt dicta quæ radula eraditur. Ply. li. xiiij. Radulana pice ac reſina condire muſta.

¶Ragades & ragadia fiſſuræ ſunt & rimæ inter ſedis vitia annumeratæ quorū crebra mentio eſt apud Ply. Auicēna non ſolum in ano ſed in mētula naſci ragadas prodidit. De quo & in dictione Condylomata.

¶Ralla genus veſtis a raritate. Nam rarum facit diminutiuum Rallum. Plau. Toga ralla tunica ſpiſſa.

¶Rallum a radendo ferrum illud quo vomeres identidem purgantur in arando.

¶Ramex genus Herniæ. Vide i dictiōe hernia. hinc Ramicoſus q patit̃ illū morbū. Col. lib. x. alter accipit Ramices cū mgt de Viuario cōſtituendo. Deinde p trāſuerſa lateꝝ caua trāſmittunt̃ ramices q exit⁹ ferarū obſerēt

¶Ramentū tenuis cuiuſq; rei particula: a radendo quaſi raſura. Vñ ramēta auri: ramenta argenti: lignorū & cæterarū rerū dicimus: cū forat̃ aliqd animalis extritu ſiue excurſu. aut ex arena fluuiorū. Vñ Ply. li. xxxiij. Apud nos trib⁹ modis fluminū ramentis. ſ. aurum inuenit̃: nec vllū abſolutius aurum eſt curſu ipſo trituq; perpolitum.

¶Ramus arboris pars eſt cuius diminutiuū eſt Ramuſculus. Dicitur & ramulus. Col. Et cum primum germina tumebunt de ramulis anniculis eos legato.

¶Ramale idem quod ramus. Ouidi. lib. viij. metamor. Multifidaſq; faces ramaliaq; arida tecto. Perſius. Vt ramale vetus.

¶Rameus a. um. qđ ex ramo eſt. Virgi. li. iiij. Georgi. & ramea coſtis Subiiciūt fragmēta thymū caſiaſq; recētes

¶Ramnus gen⁹ ſentiū aſperrimū aculeis & flore gratiſſimū: ait Hiero. ſup illud p̄s. Priuſq̄ intelligerēt ſpinę veſtrę ramnū. At Rhamnus cū h genitiuū facit rhamnūtis ſicut Amathus untis. Trapezus untis. Et eſt atticę regionis pagus. ex quo format̃ Rhamnuſius a um. quod eſt ex rhamno. Teren. in an. hoc certe ſcio Rhamnuſium ſe aiebat. Inde Rhamnuſia indignationis dea quam græci νεμεσιν vocant. Nam cum Narciſſus formę bonitate abuteretur ſupbius: recte fingit̃ eiuſmodi dea aduerſus eū q bonis p̄ſētibus ſit indignus. Nemeſis inquā idignationē ſignificat. cui⁹ ſimulachrū pulcherrimū eo in loco colebatur. Quod quidem marmoreū tradūt a Phidia vlnarum in altitudine decem factum. De hac Oui. li. v. de tri. Exiget ad dignas vltrix rhamnuſia pœnas.

¶Rana genus animalis paluſtris. Ranarū aliæ ſunt terreſtres licet in aquis dulcibus degāt: alię marinæ. Ex terreſtribus quædā i vepribus tantū viuūt & Rubetę appellantur. Aliæ inter harūdines fruticeſq; verſant̃. Eſt & rana arborē ſcandens: & ex ea vociferans: ob id a calamis calamita. Ranę etiā morbus eſt qui bobus accidere ſolet Col. li. vij. Solēt etiā faſtidioſa cibo afferre vitioſa incrementa linguę quas ranas vocant veterinarii.

¶Ranūculus diminutiuū eſt a rana. Amb. li. hexa. Culices & ranunculi circa genitales ſtrepunt paludes.

¶Ranceo ces. cui. rancorem habeo ſiue puteo.

¶Rancor putor quidam a ranceo nomen verbale: ſicut Acor ab aceo. albor ab albeo. Palladius in rebus ruſticis Receptacula olei ſemper ſint munda ne nouos ſapores veteri rancore infecta corrumpant.

¶Rancidus a. um. quod eſt rancore putidū. Hor. Rācidū aprū antiqui laudabāt nō quia naſus Illis nullus erat ſed credo hac mente q̄ hoſpes Tardius adueniens vitiatū cōmodius q̄ Integrū edax dñs conſumeret. Huius eſt diminutiuū Rancidulus. Iuue. Non tamen his illa vnq̄ opſonia fiunt Rancidula.

¶Rantum dixerunt veteres quadrantē: q̄ in eo & trienteratis fuerit effigies. quemadmodum nauis in aſſe.

¶Rapio pis. pui. ptū. ſignificat per vim aut cū feſtinantia ſiue cum furore rapio: traho: euello: aufero. Teren. in an. Sublime hunc intro rape quantum potes. Lact. li. v. Alios etiā in cōſortio mali ſui rapiunt: quaſi habituri ſolatiū de perditione multorū .i. trahunt. Virg. Quid faceret quo ſe rapta bis cōiuge ferret .i. ablata. Et li. j. Ge. At q̄ illū in p̄ceps p̄no rapit alueus amni .i. ſubito rapit. Aliq̄n rapere eſt vim afferre vitiare. Et proprie de virginib⁹ atq; impuberibus pueris etiā ſi loco nō dimoueant̃. Vir. Et rapti Ganymedis honores. Sen. Rapta raptoris aut mortē aut idotatas nuptias optet. Compoſita Abripio arripio: corripio: deripio: diripio: eripio: irripio: pręripio proripio & ſurripio.

¶Rapto as. frequenter rapio: traho. Virg. Ter circū iliacos raptauerat hectora muros. Et li. iij. Ge. Sed me parnaſi deſerta per auia dulcis Raptat amor.

¶Raptito as. penul. correpta aliud frequētatiuum a rapto raptas.

¶Rapax auidus & rapinis ſemper intentus. Suet. Inopia rapax: metu ſęuus. hinc rapacitas. Col. li. j. Niſi maxima vel negligentia ſerui vel rapacitas interuenit.

¶Raptor qui rapit. Ambro. Raptores non niſi aliena diripiunt.

¶Rago onis. idem quod raptor. Pompo. Ne vos cōturbent auri argentiq; rapones.

¶Rapidus velox ab eorum qui rapiunt celeritate dict⁹. Vñ Amnis rapidus q cum celeritate & furore labitur.

¶Raptio Rapina & Raptus diſtinguunt̃ ab iuicē q̄ raptio ad perſonā: rapina ad rem: Raptus ad ſtuprum referatur. Terē. in adel. Diſperii theſiphonē audiui filiū vna in raptione fuiſſe cū æſchino. Cic. Quas res luxuries in flagitiis: crudelitas i ſuppliciis: auaricia i rapinis: ſupbia in contumeliis efficere potuiſſet. Idē. Matronarū cædes: virginū raptus. Col. etiā rapinas vocat culturas rapoꝝ.

¶Rapinator a rapina raptor dicit̃. Lucil. Homo impudicus impune eſt rapinator.

¶Raptim aduerbium ſignificat cum feſtinatione.

¶Rapa ę. dicit̃ q̄ paſſim rapiat̃. Palladius. Rapa mutatur in napos in alio ſolo p bienniū ſata. Alio vero nap⁹ tranſit in rapā. Dicit̃ & rapū neu. genere. Mar. Hæc tibi brumali gaudētia frigore rapa. Var. Ex ſemine braſſicæ vetere ſato naſci aiunt rapa: & cōtra ex raporū braſſicā. Col. li. ij. Ab his leguminib⁹ ratio eſt habēda: naporū raporūq; magis vtilia rapa ſunt. Hier. vero ad Euſto. Vix raris fabis & rapibus cū rudi hordeaceo pane ſaturātur.

¶Rapulum diminutiuum a Rapum. Hor. in ſer. Capt⁹ vt aiebat cœnę acris circum rapula. Et iterum. Cum rapula plenus atq; acidas mauult inulas.

¶Rapunculus a rapo radicis exiguæ qui comeditur in acetariis. Rapunciū vernaculi noſtri dictitant.

¶Rapacia orū: rapoꝝ frondes quas homines decoctas in cibum ſumunt. Ply. Et homini non minor rapaciorū gratia q̄ cimarum.

¶Raphanus penul. cor. genus radicis notæ comeſtibiliſq;. Ply. Fertur in templo Apollinis delphici adeo cæteris herbis prælatus raphanus: vt ex auro diceretur: beta ex argēto: rapum ex plūbo. Refert Alexander aphrodiſeus eſſe calidū. humores exſiccare & attenuare. Mouere ex humoribus ſp̄us: ac eos exhaurire & exinanire dū per os eructat. Eſt & aliud raphani genus. Armoracia a noſtris dicit̃. Quidā hoc nomen aſpirant in prima.

¶ Rarus a. ū. ꝓprie dr̄ qđ nō eſt denſum. Interdū ponit̃ ꝓ præſtāti: qm̄ oia p̄clara rara ſunt. Virgi. Hic tarū tn̄ vidimus holus. Hiero. Rara eſt virtus nec a plurib⁹ appetit̃.

¶ Rarenter aduerbiū idē quod raro. Gel. libr. j. A rarus non dicit̃ rare: ſed alij raro dicunt: alij rarenter.

¶ Raro as. rarū facio. Cui⁹ cōpoſita ſunt Diſraro & Interraro. qđ eſt in medio rarū facio. Col. lib. v. vtitur.

¶ Rarefacio. Idem lib. vj. Hoc autē facile cōtingit ſi prius rarefeceris etiā eas partis ſupra quas ramū ſecaturus es fœno aut ſtramentis texeris.

✳ Rareſio paſſim rarefacio. Cc.

¶ Raripilus a. um. penul. co. qđ habet raros pilos. Col. in pręfa. Et id ipſum aliter curat̃ mutilū & raripilū: aliter cornutum & ſetoſum.

Rareſcere ſignificat rarꝫ fieri ſiue deficere. Col. li. iiij. Negligētia cultorū magna pars depit & interius ſeminū cæteraq; virētia rareſcūt. Lact. i. lib. vij. Ita enī iuſtitia rareſcet: & ipietas & auaricia & cupiditas & libido crebreſcet

¶ Raſtrū & raſter maſ. gnīs. Terē. At iſtos raſtros iterea depone. Vir. Raſtraq; incurues acuū tribuere ligōes. Dicunt̃ autē raſtra ſeu raſtri q & rutabri vocant̃ ꝑ ꝑte qbus p fœniſecia feſtucas abradim⁹. a quo abraſu raſtelli ſunt noiati vt inqt Var. li. j. de re ruſ. Tū de pratis inqt ſtipulā raſtellis eradi atq; addere fœniſecio cumulū quo facto ſicilīēda prata. i. falcibus conſectāda. Verū & ſtabulariorꝫ vſibus deputant̃. Iiſdē quoq; terrā effodiūt. Sue. in Nero. Tubaq; ſigno dato primus raſtello humum effodit & corbulæ congeſtam humeris extulit.

¶ Raſtelli. Vide in dictione raſtrum.

¶ Ratus a. ū. pticipiū a Reor reris qđ ſignifi. puto: Imaginor. Priſ. Reor quoq; ratus facit pticipiū vt puto diſferentiæ cā: q a ritus aliud ſignificat: & retus ꝓ reatus dicebant: quō ſaucius ꝓ ſauciatus: laſſus ꝓ laſſatus. Plau. in am. Victis hoſtibus quos nemo ſuparī poſſe ratus eſt Aliquādo ratus dicitur firmus: certus. Ter. in Hecy. Ne quod ego egiſſem eſſet ratum.

¶ Ratifico as. approbo & quod actū eſt confirmo. Veteres ratare pro ratificare dicebāt. vn̄ ē irritare contrarium

¶ Ratio a ratū ſupino fit. Et ē vis illa animi qua a cæteris aialibus homo diſiūgit̃. Quæ ſic diffinit̃ ab Auguſt. li. ij. de ordine. q ſit mētis motio ad ea q̄ diſcutiunt̃ diſtinguēdi & cōnectēdi potēs. Vn̄ ab Horatio ponit̃ ꝓ rōcinatiōe & diſcurſu animi ad inueſtigādū verū. Ci. li. ij. ad Herē. Rō eſt cā q̄ demōſtrat verū eſſe id qđ intendimus breui ſubiectione. Seneca. Quid eſt rō niſi naturæ imitatio Sequit̃ rō naturā: & bonū ſine ratiōe nullū ē: & virtus nō aliđ q̄ recta ratio. Aliquādo tn̄ ratio ponit̃ pro reſpectu & cura. Cic. Plāco. Peto a te vt me rationē habere velis: & ſalutis & dignitatis meæ. Sic dicimus habēda ē rō honoris: nō rei familiaris. Idē lib. ij. offi. Habēda ratio ē rei familiaris: quā quidē delabi ſinere flagitioſum eſt. Si vero iūgat̃ cū ꝑpoſitione cū: ſignifi. negociū. Idē in Cato. Rationem habet cū terra q̄ nūq̄ recuſat impiū. Et ad Atticū. Cū oibus muſis rationē habere cogito. Aliquando ponit̃ ꝓ cā: vt apud eundē. M. Cato. Cū aūt ad Cibiſtra ꝑpter rationē belli quinq; dies eſſem morat⁹. Aliquādo ꝓ modo via & forma. Sall. At ego vobis inqt ſi modo vultis eſſe viri rōnem oſtēdā qua tāta iſta fugiatis. Et rō quādoq; dicit̃ ſupputatio vel calcul⁹ ſiue expēſa. Plau. in aul. Supputat̃ ratio cū argētario. Idē i Am. Et vt res rationeſq; virorū omniū bene expedire vultis. Vn̄ rōnarius codex in quo accepti & expēſi rōnes deſcribūt̃. Sueto. in Cæſa. Seruitia recētiora immēſo p̄tio & cuius etiā ipſum puderet ſic vt vetaret rōnibus inferri idē nolebat in rōnario pſcribi eam ſummā quā impēderat in emptione ſeruorū. Ratio etiā ꝓportio dicit̃ vt ſi quādo numerus ad numerū habet ꝓportionē quātiōs rectū dicimus rationē vel duplā vl' triplā vt quattuor ad duo: & ſex ad duo. Rationē purgare. Vide in dictiōe Purgo. Rationē cōſtare ē ęquā legitimāq; rationē oſtēdi aut appere oſtendi poſſe. Ply. iunior. Mirū eſt q̄ ſingulis dieb⁹ in vrbe ratio aut cōſtet aut cōſtare videat̃ plurib⁹ cūctiſq; nō cōſtet

¶ Ratiūcula diminutiuū. Terē. in phor. Erat ei de ratiūcula iāpridē apđ me reliquū pauxillulū nūmorum.

¶ Rationale: philoſophi dixerūt eſſe qđ ratione vteret̃ vel vti poſſet. Vnde dicimus hoiem eſſe animal rationale & mortale. Hic gn̄e poſito qđ animal eſt dictū videm⁹ additas duas differentias qbus admouēdus erat homo & quo ſibi redeūdū eſſet: & vn̄ fugiendū. Nā vt ꝓgreſſ⁹ aiæ vſq; ad mortalia lapſus eſt ita regreſſus eſſe in rōem debet. Vno verbo a beſtijs quod rationale: alio a diuinis ſeparatur qđ mortale dicit̃. Illud niſi tenuerit: beſtia erit. Hinc niſi ſe auertit diuina nō erit. Rōnale ſubſtātiuū genus veſtis ſacerdotalis eſt. Hiero. ad Fabiolā. Rōale etiam dicit̃ genus veſtis apud Hebræos oſuin: græce logion: nos rationale poſſumus appellare. pānus eſt breuis ex auro habēs magnitudinē palmi per quadrum & duplex ne facile rumpatur.

¶ Rationabile dicit̃ qđ cū ratione factū dictūve eſt. Cuius cōtrariū eſt Irrationabile. Itaq; domū aliquā rationabilē poſſum⁹ dicere: nēmq; ſermonē. Rationales aūt vel illū q hāc fecit: vl' nos q loquimur. Ergo ꝓcedit ratio ab aia rationali in ea quæ vel fiūt rōnabilia vel dicunt̃. Duo ergo ſunt i qb⁹ potētia vel vis ratiōis poſſit etiā ipſis ſēſibus admoueri opa hoim quæ vident̃ & verba q̄ audiūtur. In vtroq; autē vtit̃ mēs gemino nūtio pro corporis neceſſitate. Vno q oculorū eſt: altero qui auriū. Ita cū aliquid videmus cōgruētibus ſibi partib⁹ figuratū nō abſurde dicimus rationabiliter apparere. Itē cū aliqđ bene cōcinne ve audimus: nō dubitamus dicere q rationabiliter ſonat. Irratiōabile vero qđ his caret. Quin. li. ij. Sed quia carent ſermone q̄ id faciūt muta atq; irrationabilia vocantur.

¶ Rationarius liber in quo rationes rerum geſtarū continentur. Sue. in Aug. Rurſus tædio diuturnæ valetudinis cū etiā a magiſtratibus ac ſenatu domū accitis rationariū impe. ij tradidit. Et rationarius liber accepti & expenſi: vt ſupra in dictione ratio. Itē Rationarius q rationariū conficit vel qui rōnibus præeſt. Marcellinus. Quidam ex mercatore opulento rationarius apparitor.

¶ Ratiocinor pe. cor. ſignificat p rationē quādā depræhendo: colligo: cōputo. Gel. lib. j. Plutarchus in li. quem conſcripſit ſcite ſubtiliterq; rōcinatū Pythagoram dicit in reperienda modulādaq; ſtatus longitudini ſq; eius p̄ſtantia. Cicero libro. j. Tuſ. At nos metiendi ratiocinandiq; vtilitate inſpecta huius artis terminauimus modū. Hinc ratiocinatores dicti ſunt q calculatores vulgo nominantur. Mar. Nec calculator nec notarius velox maiore quiſ q̄ circulo coronetur. Ratiociatio inquit Aug. lib. de immortalitate animæ: eſt a certis ad incertorum indignationem nitens cogitatio.

✳ Ratumena auriga fuit qui cū in ludis Circenſibus excuſſus fuiſſet equi ſui cum corona & palma in capitoliū peruenerunt ſedemq; ter luſtrarūt ex quo factum eſt vt porta per quam intrauerant ratumena diceretur. Cc.

✳ Ratariæ naues a ratium ſimilitudine appellatæ ſunt Cc.

¶ Ratis & rates ſecundum Probum efferri poteſt. Et ꝓprie rates dicuntur connexe & recte compactæ inuicem trabes q̄ p aquam trahunt̃. Abuſiue a poetis vſurpātur pro nauibus. Virgi. Diſiecitq; rates.

✳ Raudum dicebat̃ æs. Vide in dictione Rudus.

✳ Rauduſcula porta Romæ appellata eſt a Raudo idē q̄ eo q æratą erat. Cc.

¶ Rauenna vrbs in octaua regione Italiæ: Sabinorum oppidũ in ora littoris Adriaci olim tota ligneis cõpacta ædificijs: aquis diffuſa: põtib⁹ ac Lẽbis pagrata. a Theſſalis cõdita p lubeẽ. Et cum a mari fiũt inũdationes non mediocrẽ accipit ptẽ cœni paluſtris. De hac Syrius lib. viij. Lẽta paludoſo pſcindũt ſtagna Rauẽnę. Hic ortus eſt Caſſidorus ſenator q multa cruditiſſime ſcripſit.

¶ Rauis raucedo vocaẽ q̃ fit aut nimia ſiccitate propter clamorẽ: aut nimio humore ad vocis loca fluẽte: ex qb⁹ vox hoi plerũq; negaẽ. Plaut. in aulu. Huccine deduxiſti me ad ſenẽ parciſſimũ vbi ſi qd poſcamus ad rauim poſcamus priuſq̃ qcq̃ deẽ? Hinc rauio is. & rauus a. um.

¶ Rauũ veteres dixerũt obtuſum. Vñ raua vox obtuſa & pa; liqda. Rauus color obtuſus. i. mixtus niger cũ fuluo: color iter flauũ & ceſiũ. Ci. li. iiij. acad. Quia nobiſmetipſis tũ cęruleũ tũ rauũ videẽ qd q; nũc ſole collucet.

⁎ Rauiliæ dicunẽ qui rauos oculos habent quemadmodum qui cæſij Cæſiliæ. Cc.

¶ Rauiſcellus diminutiuũ a rauo. Plaut⁹. Quis inquit hæc mulier & ille rauiſcellus qui venit.

¶ Raucus qui nimio clamore vel alia cauſa vocẽ obtuſam habet. Aliquando tamen refertur ad optimam vocem. Virgi. Dãt ſonitũ rauci p ſaxa liquẽtia cygni. Hinc raucitas & raucedo pro vocis obtuſitate.

¶ Rauœ vermes terreni radices arborum lędẽtes. Ply. Olea vbi q̃rc⁹ effoſa ſit male ponię qñ vermes qui raucę vocantur in radice quęrcus naſcuntur & tranſeunt.

¶ Raucio is. rauſi rauſu;. rauc⁹ ſum. a quo Irraucio. Eſt & rauceo es. a quo rauceſco & irrauceo.

R. ante. E.

¶ Rep̃poſitio p apocopen a retro facta videẽ. Vñ reſpicio retro aſpicio. reuertor retrouertor: repoſco rẽ datã retro poſco. Et nõ niſi cõpoſita repeniẽ: quæ etiam alias ſignificationes habet. Nã quãdoq; pfectionẽ denotat vt recognoſco. Quãdoq; reciprocationẽ: vt redamo. quãdoq; cõtra ſiue aduerſus. vt reluctor repugno reſiſto. qñq; iterũ atq; iterũ ſeu ſæpe: vt reputo. quãdoq; de nouo: vt renouo qd eſt rurſus nouũ facio. quãdoq; inde: vt remoueo. quãdoq; valde vt redũdo. quãdoq; lõge. Virgi. lib. iij. Italiã petere & terras tẽtare rpoſtas. Ser. i. lõge poſitas. quãdoq; denotat cõtrarietatẽ ſuo; ſimpliciũ: vt retego qd tectũ erat denudo: reſigno qd ſignatũ erat aperio recludo clauſum patefacio. qñq; habet diuerſam licet nõ contrariã a ſuis ſimplicibus ſignificati rationẽ: vt reſciſco. Nã cũ ſcire ſit cognoſcere: reſcire tñ ſiue reſciſcere nõ eſt rurſus cognoſcere: ſed factũ aliquod occultius & inopinatũ inſperatũq; cognoſcere: aduertere. De hoc loco ſuo. Sic reſpõdeo qd nõ ſolũ redico aut repromitto: ſed re atq; affectu ſatiſfacio. Habet aliquãdo re eandẽ ſignificationẽ quã habet ſimplex. vt repſento. Componiẽ autẽ cũ dictione ab a incipiẽte: vt redamo redarguo. b vt rebello. c vt recurro. d vt reddo. e vt redeo. f vt refero. g vt regredior. h vt redhibeo. i vt reijcio. l vt relego. m vt remigro. n vt renitor. p vt repugno. q vt requiro. s vt reſarcio. t vt retineo. u vt reuertor. Sed cũ a e & h interponitur d cauſa eupho.

¶ Reapſe ſignificat re ipſa. Pacu. Si nõ eſt ingratum reapſe quod feci.

⁎ Realis actio diciẽ quæ in bona tantũ extendiẽ. Cc.

¶ Reate ciuitas in Vmbria: ex qua Veſpaſian⁹ originẽ duxit.

¶ Reatus us. culpa crimen.

¶ Rebello as. ex re & bello ꝑprie ſignifi. repugno. Vñ rebelles dñr q in fide nõ pmanẽt: & iuſſis poteſtatum repugnant. Et rebellio repugnantia. Rebellare vulnera ſeu alia vitia dñr qñ ſemel curata repullulãt. Pli. Strumea herba eſt qua rurſus ſata rebellare credũt hærbarij quæ curauerunt vitia.

¶ Rebla regio Babyloniorum vel vrbs quæ nunc Antiochia dicitur.

¶ Reboo as. ex re & boo mugio. Græcũ eſt vt inqt Seruii. in cõ. Ge. Nã apd latinos nullũ verbũ eſt qd añ o finalẽ habeat o: excepto ichoo: qd tñ maiores aliẽ ſcribebãt adſpirationẽ interponẽtes duab⁹ vocalib⁹ & dicebãt incoho. p trãſlationẽ tñ reboare ſignificat reſonare. Virgi li. lib. iij. Ge. Reboant ſyluæq; & magnus olympus.

¶ Recaleſco rurſus caleſco. Ci. li. iij. de natura deorum: Quod noſtris quoq; corporibus cõtingit cũ motu atq; agitatione recaleſcunt.

¶ Recaluaſter dimi. ẽ ſignifi. eũ q fronte calua ẽ: nõ toto capite quaſi recaluatul⁹. Legi q̃ndã alioqui eruditũ exponẽtẽ recaluaſtrũ eſſe retro caluũ: qd falſum eẽ conſtat ex auctoritate Hiero. in leui. ſcribẽtis. Si a fronte ceciderint pili recaluaſter & mũd⁹. Di & recalu⁹. Plau. in ru. Ecquẽ re caluũ ac ſilonẽ ſenẽ. Hiero. contra Iou. Recalua fronte. de Socrate. Hinc recaluo as.

¶ Recanetũ ciuitas i Italia q̃ a Priſcis Recinata dicebaẽ

⁎ Recedo is. abeo diſcedo. Vñ Receſſ⁹ pro diſceſſu. Aliqñ p trahor extẽdor: a quo receſſus p ſpacio. Curt. In eo nemore lõgo receſſu domus erat. Et Recedere ẽ retro cedere: a quo fit aduerbiũ receſſim: qd ẽ retro cedẽdo. Pla. Receſſim cedam ad parietem.

¶ Recello is. reduco: reclino: ſicut excello in altũ extollo. Apul. li. x. de aſi. Illa eñ quoties ei parcẽs nates recellebam accedẽs: toties niſu rabido & ſpinam prælẽdẽs ad eam appliciore nexu inhęrebat.

¶ Recelliclunię dictæ ſunt meritorię meretrices quæ de ſultura quędã & aſſultura mouẽt clunes: vti venus cõcinior inſcẽſori pręſtetur. Plau. An vis inter iſta verſarier pſedas piſtorum amicas recelliclunias alicarias.

¶ Recẽs nomẽ ſignifi. nouũ: hoc eſt qd nup accidit. Vnde recẽtior: recẽtiſſim⁹: aduerbiũ recẽter. Ci. Horũ recẽtiorũ nũq̃ dictũ ab vllo qd ſciẽ. Idẽ Au. Cecinæ. Commemorarẽ nõ ſolũ veterũ ſed horũ etiã recẽtũ vel ducũ vel comitũ tuorũ grauiſſimos caſus. Inueniẽ etiã Recẽs aduerbiũ. Plau. Qui recẽs ex agro venerat. Virgi. Sole recens orto. i. recenti tempore.

¶ Recẽtari: renouari: & denuo recẽs fieri. Acti⁹. Iã iã albicaſcit Phœb⁹ & recẽtaẽ cõe lumẽ hoibus & voluptas:

¶ Recẽſeo es. recognoſco & ſummã totius populi p numeros colligo. Vñ recẽſus p recẽſione & recognitiõe diciẽ. Et recẽſiti q p recẽſum numerati ſunt. Sue. in Cæſa. Recẽſum populi vicatim p dños inſularũ egit. Et in li. numeri ſcriptũ eſt q recẽſiti ſint a viginti annis omnes qui poterãt ad bella procedere:

¶ Recido is. pe. cor. recidi recaſum ſignifi. retro ſiue iterũ cado: & ſp pdu. re. Prop. Recidit inq; ſuos mẽſa ſupina pedes. Am. de obitu Satyri: p ſimplici poſuit. Semper optaui vt ſi q̃ pturbationes vel eccleſiam vel me manerẽt: in me potius ac meam reciderent domum.

¶ Recidiu⁹ a. ũ. pe. p. ſignifi. qd recidit. Vir. li. iiij. Et recidiua manu poſuiſſem pgama victis. i. q̃ reciderũt q̃ſi Didoni ſe purgãs dicat Aeneas. Si mihi licuiſſet ruinas Troiæ ptin⁹ inſtauraſſe: nõ tot tãtiſq; laborib⁹ ac periculis cõdere nouã vrbẽ q̃ſiſſem. Siliẽ capiẽ illud ex lib. vij. Quin idem Veneri partus ſuus & Paris alter Funeſtæq; iterum recidiua in pergama tędę. Licet Seruius interpretetur recidiua poſt caſum reſtituta. Quod minime verum eſt: cum nunq̃ reſtituta fuerint Nã & ſi febres a Ply. recidiuæ dicanẽ: non ꝑprie neq; ex vocabuli ſignifi. fit: ſed ex appellatiõe tñ: q̃ſi recidiuorũ febres ꝑpẽ eos qui i eas icidũt & poſt ea; depulſionem reſtituunẽ rediuiuæ

proprie nõ recidiuę dicunt̃: qa tũc nõ recidũt ſiue non de
pellunt̃ ſed reuiuiſcũt & integrant̃. Recidiuus igit̃ q reci
dit. i. qui retro vel rurſus cadit: & nõ poſſit pmanere. Vn
de etiã eius ſimplex Cadiu⁹ q cadit. Ply. lib. xv. Colligi
mala poſt ęquinoctiũ autũnale neq; ante ſextãdecimã lu
nã: neq; ante primã horã: cadiua ſepari: ſtramẽtis: ſtoreis
paleiſ ve ſubſterni: rara cõponi vt limites puij ſpm̃ ęqua
lẽ accipiãt. Similẽ ſignificationẽ habent reliqua noia in
uus terminata: vt natiuus: votiuus: rediuiuus.

Recido is. cidi. ſum. pen. p. ex re & cædo: qđ incido ſi
gnifi. q̃ſi retro ſeco. Vñ reciſos ramos dicim⁹. i. r̃ſecatos.

⁎Reciſamẽtũ a recido paruũ fruſtũ & quaſi ramentũ ex
aliquo reciſum. Ply. Ocyſſime vero ęruginẽ cõtrahit æs
coronariũ reciſamẽtis in acetum additis.

Recipio is. pe. cor. ex re & capio. Proprie recipere dici
mus qñ quis aliquid quod tradidit recipit. quaſi retro vl'
rurſus capit. Liui. lib. ix. Recipiãt arma q̃ p pactionẽ tra
diderũt. Quãdoq; p admittere: accipere. Ci. li. ij. offi. Cy
rillũ quẽdã ſuadẽtẽ vt ĩ vrbe maneret: Xerxẽq; reciperẽt
lapidibus obruerũt. Quãdoq; p reuocare. Virgi. Sic ore
effata recepit ad ſeſe. Quãdoq; in tutũ reducere: liberare.
Idem. Medioq; ex hoſte recepi. Hinc receptus us. pro re
ductiõe. Et recipere ſeruũ Vlp. dicit refugiũ eſſe abſcõdẽ
di cã ſeruo p̃ſtare: vel in ſuo agro vel in alieno loco ædi
ficio ve: qđ receptũ dare vulgo dicit̃. Quãdoq; ſimplici
ter reducere. Plaut. in cap. In me cõtinuo recipiã rurſum
domũ. Quãdoq; recupare. Cic. in Cato. Tarẽtum vero
qua vigilãtia quo cõſilio r̃cepit: tũ qdẽ me audiẽte ſalina
tori q amiſſo oppido fugerat in arcẽ gloriãti atq; dicen
ti. Mea opa Quinte Fabi Tarẽtũ recepiſti. Et certe inqt
ridẽs niſi tu amiſiſſes nũq̃ recepiſſem. Quãdoq; excipe
re ad vſum ſuum & r̃ſeruare. qđ fit cũ vẽditis cæteris ſibi
qppiã reſeruat. Plau. Vbi nũc adoleſcẽs habet: poſticulũ
hoc recepit cũ ædes vẽderet. Hinc receptitius ſeruus ap
pellatus eſt nuptę mulieris pprius: quẽ. ſ. cũ dotẽ marito
daret: ſibi reſeruauit. quoties eñ mulier in dãda viro do
te aliqua ex ſuis bonis retinet: nec ea ad virũ tranſmittit
recipe ea dicit̃. Quñq; pſternere. Vir. lib. viij. Totũ cui cõ
minus ẽſem Cõdidit aſſurgẽs & mĩta morte recepit. qđ
& pro accepit exponi poteſt. Sicut cũ dicimus. Accepit
eũ crudeliter vel malis modis. Significat etiã faciẽda ſuſ
cipe & cũ obligatione pmittere. Cicer. Craſſo. Quæ tibi
pmitto ac recipio ſanctiſſime eſſe obſeruaturũ. Quãdo
q; ſimpliciter pmittere. Cecinna ad Cic. Sed tñ ego filio
dixerã librũ legeret & ea cõditione daret ſi recipes te cor
recturũ. Ci. Bruto p polliceor poſuit cũ inquit. In ipa cã
exponẽda ſatis etiã de pbitate dixi: ſed tamẽ ſeparatim
ex me recipio fore eũ tibi & voluptati & vſui. Nã & mo
deſtũ hominẽ cognoſco & prudẽtem & a cupiditate om
ni remotiſſimũ: pterea magni laboris: ſũmæq; induſtrię
neq; hæc polliceri debeo quę tibi ipſi ſi bene cognoris iu
dicãda ſunt. Seruat Ci. morẽ ſuum vt difficile verbum
recipio p facile polliceor poſtea doceat.

Recepti in ciuitatẽ dicũtur qui cũ ſuffragio ciues ſunt
effecti: vt apud Liuiũ ſæpe legit̃. Et receptus mosẽ quẽ
ſponte ciuitas alienum aſciuit.

Receptus us. reductio. i. quo ſe tutus recipit exercit⁹.
Vñ receptui canere dicimus cũ tuba exercitus e p̃lio re
uocat̃. Vir. li. xi. Planicies inculta iacet: tutiq; receptus.

Receptitius a. um. qđ reſeruat̃. Vnde receptitius ſer
uus appellatus eſt nuptæ mulieris pprius quem reſerua
uit cũ dotẽ marito daret. Qui & ſupdotalis dicit̃ dñę fu
turus iugis comes.

Recepto as. frequẽtatiuũ a recipio. Teren. Meum re
ceptas filium.

Receptaculum locus in quem ſe tuto recipiunt. Cic.
Omnium bonarum artium receptaculum.

Recipatia a veteribus dicebat̃ cũ inter ciuitates pęre
grinas lex cõuenit: vt res priuatę reddantur ſingulis re
cuperenturq;.

Recidipna: veſtes quas vocãt coenatorias. Iuue. Ru
ſticus ille tu⁹ ſumit recidipna Quirine. Cõpoſitũ nomẽ
ex latino & græco. ſ. ex recinio. Δεῖπνον vero coenam ſi
gnificat. Eadẽ etiam Triclinaria dicũtur.

Reciniũ veſtis antiquiſſima quadrata vt ĩquit Varro
Cuius mediã partem retrorſum iaciebãt. Vnde Recini
ati mimi. Ser. in cõ. lib. j. ęñ. Recinus dicit̃ ab eo qđ poſt
tergum reijcitur: quod vulgo mauorte dicitur.

Reciprocus a. um. pe. cor. qđ eſt repetitum. Vnde pro
nomen reciprocũ dicitur quia in ſe ipſum reflectit̃. Var
a recipiẽdo deriuat r̃ciprocũ: & id eẽ aſſerit quod aliquũ
de pfectum redit eo vnde pfectum eſt.

Reciproco as. repeto: reflecto: remitto: retrogradior.
Liui. lib. ij. de bello punico. Cũ iã ſpiritũ includeret ven
tus nec reciprocare aĩam ſineret auerſi a vẽto parũper cõ
ſedere. Gel. In eã phyſtulã p quã ſpirit⁹ reciprocatur. Ci
ce. lib. j. de diui. Si quidẽ iſta ſic reciprocat̃: vt ſi diuina
tio ſit: dij ſint: & ſi dij ſint: diuinatio ſit.

Recito as. ex re & cito ſignifi. ſcripturã clara voce vt
❡ Salſamentarius. a. um. qd ad ſalſamenta pertinet. Ply. Quin et teſtis cadi ſalſamentarij tuſis cum axungia vetere miru͂ in modum pdeſt. Col. lib. ij. Ita rurſus in ſole ſiccata et mox refrigerata cōdatur in vaſis olearijs ſalſarijſq;.

❡ Salſura idem quod ſalſamentum. Col. lib. ix. Nulla tm̄ equo q̄ p̄dictæ ſalſurę pabula commode dantur.

❡ Salitura idem quod ſalſura. Colu. libro. xij. Poſt ſalituram muſti.

❡ Salſedo. inis. ip̄e ſalis ſapor.

❡ Salina locus vbi fit ſal. Ply. lib. xxxj. Fit ſal vulgaris plurimuſq; in ſalinis affuſo mari: nō ſine aquæ dulcis riguis: ſed imbre maxime iuuāte. Sed qm̄ Sal pro facetijs ponitur: nōnu͂q̄ p apophthegmatibus et facetijs et ſcōmatibus tranſlatiue apud Ciceronem poſitu͂ reperitur.

❡ Salinę. arum. vrbs Sicilię iuxta Lilybœum palmis abundans: q; iuxta eam ſalinæ fuerunt. i. foſſæ in quibus fit ſal.

❡ Salinu͂ vaſculum in quo ſal reponitur: tu͂ ad menſę vſum: tum ad ſacrificia paratu͂. In eo em̄ cu͂ ſale dijs primitię offerebantur. Perſius. Purum et ſine labe ſalinum. Ponitur tamen p quocunq; vaſe fictili menſæ pauperis. Hora. libro. ij. car. Cui paternum ſplendet in menſa tenui ſalinum.

❡ Salinator dictus eſt Liuius Romanus propter vectigal: quod nouum ex ſalaria annona commētus eſt in cenſura.

⁎ Salmoneus Aeoli filius fuit regnauitq; per Elidem qui quum diuinos ſibi honores petulantius quæreret Iouemq; in iaciendis fulminibus imitaretur: ab eo fulminatus in infernum detruſus eſt. Cc.

❡ Salnacidus. a. um. quod ſalis ſaporem habet. Ply. Nam nitroſas aquas atq; ſalnacidas et fæculentas addita polenta vtiles eſſe aiunt.

❡ Salum mare a ſapore ſalis: vel a verbo græco σαλεύω quod ſignificat mouere: fluctuare. Virgil'. Per q; vndas ſuperante ſalo.

❡ Salio is. quartę coniugationis et prima correpta: ſignificat ſale condio. Tibul. Farre pio placet et ſaliēte ſale. Huius præteritum ſaliui: ſupinum ſalitum. Vnde ſalitus et ſalitur'. Liui. Saliturus iſta eſſe mittā ſalem. Cor. Seuerus. Ad quem ſaliti pomiliones afferebātur

❡ Sallo is. per duplex ll. tertię coniuga. ſalli ſaltum et ſalturus in eadem ſignificatione. Vnde ſaltus et ſalturus: ſalſus et ſalſurus. Lucil. lib. iiij. Sallere murenas et frigidaria terræ. Participiu͂ paſſiuæ ſignificationis in dus poſuit Col. lib. viij. quu͂ inquit. Q; ſi ea res ęgritudinē non depellit vendenda ſunt pecora. Vel ſi neq; id contingere poteſt: ferro necanda ſallendaq;.

❡ Salio is. p ſimplex l. ſaliui vl' ſalij. ſeu ſalui diuiſas ſyllabas: ſupinu͂ ſaltu͂. Et habet primā cor. Virg. Mollibus in pratis vnctos ſalire per vtres. ſignificat ſalto. Cōpoſita tamen magis pręteritu͂ p ui faciunt. vt Aſſilio aſſilui tum. Cōſilio. lui. tum. Deſilio. lui. tum. Virg. Deſiluit Turnus bijugis. Deſſilio: Exilio extra ſalio. Inſilio: Proſilio: vltra ſeu foras vel ante ſalio: pru͂po. Lact. lib. iiij. Nanq; quum ſtatim pateret̄ ictu virgę rupe pcuſſa pſiluit fons aquæ. Virgil'. lib. v. Haud mora pſiluere om̄es: ferit aurea ſydera clamor. Liui. libr. ij. Prope attonitus miraculo rex quum a ſede pſiluiſſet. Pręſilio ante ſalio. Reſilio. Subſilio: ſurſum deorſum ſalio. Hie. lib. ij. Reg. Micol vidit Dauid ſubſilientem Tranſilio vltra ſalio. Liui. lib. j. Vulgatior fama eſt ludibrio fratris Remu͂ nouos tranſiluiſſe muros. Salire tamen dicitur animalia ratione carētia: quādo mares ineunt fœminas. Nā ſaliendo aſcēdunt. Vnde Lęta ſalitur ouis. A ſalio fit ſalto frequētatiuu͂. Cuius cōpoſita mutāt a in u. vt Aſſulto: Conſulto: Diſſulto: Deſulto: Exulto: Proſulto: Præſulto: Reſulto: et Subſulto. Plau. in Caſ. Vt feſtinabat miſer: vt ſubſultabat poſtq̄ vicit villicus. Tranſſulto. Idem in Capt. Tu trāſſultas ego miſer vix adſto præ formidine.

❡ Salto. as. ſignificat tripudio. Sal. Sed in his Sēpronia quæ multa virilis audacię commiſerat, Hęc mulier

genere atq; forma preterea viro liberiſq; ſatis fortunata fuit: literis græcis atq; latinis docta: pſallere et ſaltare et cātare elegātius q̄ neceſſe eſt pbę: multaq; alia quę luxuriæ inſtrumenta ſunt. Hinc ſaltatio & ſaltus p ipſo ſaltandi actu.

℄ Saltito.as.pe.cor.frequentatiuum eſt a ſalto.as.

℄ Saltatio eſt illa hominū iactatio: quam vulgus tripudium vocat.

℄ Saltatus.us.idem qđ ſaltatio. Liuius. Per vrbem ire canentes carmina cū tripudijs ſolenniq; ſaltatu iuſſit.

℄ Saltus.us.et ſalti.denſior ſylua et inuia eſt: q ibi arbores ſaliant: in quo paſci et æſtiuare pecudes ſolent. Sūt q dicāt ſaltus eſſe loca arboribus expedita: quia facile in his ſaltetur. Virg.lib.iij. Geor. Saltibus in vacuis paſcūtur plena ſecundū Fluminis. Ponitur & pro loco nemoroſo vbi latrones inſidiari cōſueuerunt. Et Saltus ceruorum eſt. Idem lib.ix. Tum demum ſaltu præceps ſeſe omnibus armis in fluuium dedit.

℄ Saltuarius ſyluarum ſeu ſaltus cuſtos. Pompo. Dominus proprietatis etiā inuito vſufructuario: fundū vero ędes per ſaltuariū vel inſularium cuſtodire pōt.

℄ Saltuoſus locus ſaltibus plenus.

⁎ Saltiæ ppli ſunt iuxta pontum Euxinum: a veteribus ſic dicti. Alr cm Phthyrophagi vocantur. Cc.

℄ Saltim ſiue ſaltuatim ſignificat p ſaltus. Gel. Nos vna æſtate in Aſia et Græcia geſta literis iccirco continentia mandauimus: ne velicatim aut ſaltuatim ſcribēdo lectorum animos impediremus.

℄ Saltem coniunctio p defectionem dicitur: quaſi ſi aliter non poteſt. Vel vt inqt Gel. u.litera abiecta. Nā a principio ſalutem dicebant: qđ nos ſaltem dicimus. Nam quum alia quædam petita et nō impetrata ſunt. Hinc ſolemus quaſi extremū aliquid petituri quod negari minime debeat: dicere: hoc ſaltē fieri aut dari oportere: tanq̄ ſalutem poſtremo petētes: quam impetrari ſit ęquiſſimū. Ser. Saltem. vel hoc tractū a captiuis: q cū tenerentur ab hoſtibus dicebāt ſublatis omnibus ſalutem cōcede. Hinc per ſynæreſim natus eſt ſermo: vt in conceptu rerum multarum petituri aliquid Saltem dicamus.

℄ Salax dicitur libidine pruriēs: fortis in coitu & creber: cuius membrū facile ſalit.i.arrigit. Et ſalire dicuntur quadrupedes dū coeunt. vel quia ex humore ſalſo citatur libido. Vnde Venus dicta eſt e mari orta. Varro. Gallos ſalaces. Et ſalaces aquę ſcaturiētes: quaſi e terra pſilientes. Vnde etiā nymphę ſalaces dicūtur. Oui. Nymphæq; ſalaces.

℄ Salacia dea aquæ a ſalo ciendo appellata. Vnde et a poetis ſumitur pro aqua. Pacu. Hinc ſęuitiam ſalacię fugimus.

℄ Salebrę a ſaltu dictę ſunt loca inæqualia & aſpa: quę quaſi ſine ſaltu præteriri nō poſſunt. Per tranſlationē Cice. de fini. bono. dixit. Hic ſi diffinire: ſi diuidere potuiſſet: ſi loquēdi: ſi deniq; conſuetudinē verbo ꝶ teneret: nūq̄ in tātas ſalebras incidiſſet.i. in tātas aſpitates: ſiue incultas orationes. Hinc ſalebroſus.a.um. quod multas habet ſalebras.

℄ Salij ſacerdotes Martis: ſic dicti q in portādis ancilibus ſaltare eos mos eſſet. Liui. Numa ſalios.xij. Marti Gradiuo legit: tunicæq; inſigne dedit: et ſup tunicā æneū pectori tegmē cęleſtiaq; arma: quę ancilia appellantur: ferre: ac p vrbem ire canētes carmina cū tripudijs ſolenniq; ſaltatu iuſſit.

℄ Sali p ſimplx i.auiculę ſunt: quas Ariſt. Aegithos appellat fœcūditatis magnę: vt perdices gallinęq;.

℄ Saliaris et hoc ſaliare. quod ad Salios ptinet. Vndē ſaliares cœnę appellatæ ſunt quas Salij faciebant amplíſſimo apparatu. Ex quo opipare ac copioſę cœnæ ſaliares dicuntur.

℄ Saliunca herba e terra ſtatim exiliens folioſa quidē ſed breuis. vt inquit Ply. li.xxj. et quæ necti nō poſſit radici cohæreret.

℄ Salix arbor a ſaliendo: vel q ſata: vel caſu terrę cōpacta ſalit ac ſurgit. Hæc arbor talem habet naturam. Eſt quidem lignum infructuoſum. Et dicitur ſi qs ex illa accipiat potionem: aut manducet: filios non facit.

℄ Salignus.a.um. quod ex ſalice materiatum eſt. Virgil. Eſt tuguri cuſtos armatus falce ſaligna.

℄ Salicetum et per ſyncopen ſalictum: locus ſalicib⁹ conſitus. Var. Idoneus locus eligendus vbi facias ſalictum et harundinetum.

℄ Salicaſtrum genus labruſcę in ſalictis naſcens.

℄ Sala nomen ſex vrbium: & nomen fluuij in Germania. vt Strabo lib.vij. ſcribit. Inter quem et Rhenum quū Druſus Germanicus belligeraret: domitis hoſtibus victor oppetijt.

℄ Salaconia ſuperbia: et ſalacones ſuperbi dicuntur. Salacon enim vt inquit Suidas: vir fuit q cū pauper eēt ſe diuitem ſimulabat.

℄ Salentinorum regio quę nūc vt quidā volunt terra Idrunti ſiue terra de Bari vocatur: in Italia ſita eſt & Apuliæ finitima. De qbus Virg.lib.iij. Et Salentinos obſedit milite campos. In ea eſt Iapigiū pmontoriū: quod et Salentinum dicitur. Sal. Omnis Italia coacta in anguſtias ſcinditur in duo pmōtoria: Pachynum et Salētinū. Salentini ppli dicti q in ſalo amicitiam fecerint Idomenęus et Locrenſes. Hos Strabo ſcribit eſſe Cretenſes. Salentinus lacus eſt Salentinorū iuxta Anduriam oppidum. Hic ad margines vſq; plenus: neq; exhauſtus minuitur: neq; ſupfuſis augetur aquis.

℄ Salaſſi popli alpium Boijs Eluetijſq; finitimi: quos Cato Tauriſcæ gentis eſſe arbitratur. Salaſſorū tellus auri fodinas habet: diuq; olim potētes fuerūt: ſed Auguſtus eos deuictos omnes ſub corona vendidit. Auctor Strabo. libro.iiij.

℄ Salamin ſiue Salamis & Salamina: inſula in Euboico mari contra Athenas ſita: in qua vrbs eſt eiuſdē nominis: vbi Thelamon et Aiacis et Teucri pater regnauit. Sed quū Teucer a bello Troiano reuerſus de Aiacis inimicis vltus non fuiſſet: expulſus a patre in Cyprum nauigauit: ibiq; vrbem aliam condidit noīe Salaminam: quæ nūc Coſtantia dicitur: vbi amnis nomine Cōſtātia peſtifer et æſtuoſus. Dicta Salamina pria a Salamine Aſopi filia. Sed Suidas noſter multa. et ſaxum in quo ſedit Theſeus et Ceres.

⁎ Salaminius ex Salamine vrbe. Vnde Solon Salaminius dicitur. Cc.

℄ Salamādra animal Lacerti figura ſtellatum: nūq̄ niſi magnis imbribus pueniens et æſtate deficiēs: cui tātus rigor eſt vt ignem tactu extinguat nō aliter q̄ glacies. Et licet venenatiſſimum ſit: nā ſi arbori irrepſerit oīa poma veneno inficit: & eos qui ederint interimit. Idem facit ſi in puteum cadat. A ſuibus tamē ſine nocumento manditur. Noſter Suidas. ζῶον ὡσ σαῦρα τὸ μέγεθοσ πῦρ ὡσ λυόμενον τὴν φλόγασ σβεννύειν καὶ αὐτὸ μὴ πίμπρασθαι. ⁎ i. Animal lacertæ magnitudine ignem ſubiens flammam extinguit nec cōburitur.

℄ Salanga mons altiſſimus mari imminens inter Britanniam et Hyberniam. a Salāga Barculari primi habitatoris Hyberniæ filio dictus. Hodie mōs dñi appellatur a templo beati Dominici ibi condito.

℄ Saliuum et Saliua ſputum: q fere ſalis ſaporem habet: vł a ſaliendo q in ore ſaliat et creſcat. Saliuam virginem dixit Aug. quę ſtomacho ieiuno manauit.

¶ Salito as. ſanum facio. Ply. lib. ix. Congregantur verno tpe purpuræ mutuoq; attritu lentorē cuiuſdam ceræ ſaliuant. Colu. lib. vij. Tunc panacia et eryngij radices fœniculi ſeminibus miſcendæ: et cū defruti ac molliti tritici farina cādentiq; aqua cōſpergenda: eoq; medicamine ſaliuandum ægrotum pecua.

¶ Saliuarius qui ſaliuat. Ply. ibi. lib. ix. Quę duriora teſtę vt ſunt murices purpurę ſaliuario lētore pariunt.

¶ Salmaces fons in Caria iuxta Halicarnaſſum dict⁹ venereus ab amœnitate incolarum: vbi paulatim homines allecti omnem feritatem depoſuerunt.

¶ Salmo genus piſcis qd in Rheno et Rhodano inuenitur: et præfertur alijs piſcibus marinis.

¶ Salo fluuius qui et Bilbilia dicitur: quo temperatur ferrum atq; acrius redditur.

¶ Salon regio Bithynię paſcendis bobus idonea. Vnde et Salonenſis caſeus.

¶ Salone vrbs inſignis Liburniæ inter Dalmatas et Illyricos: quam Pollio deuicit.

⁎ Salpa genus piſcis circa Ebuſum: obſcœnus alibi: et qui coqui non poſſit niſi ferula pcuſſus. Ce.

¶ Salus incolumitas. Aliquādo etiam remediū. Vir. Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutē. Et Salus dea ſalutis credita. Vnde Salutaris porta Romæ appellata ab huius deæ ęde quę ei proxima fuit.

¶ Saluber pe. pro. maſc. ge. ſalubris fœmini. ſalubre neutri. Et hic et hęc ſalubris et hoc ſalubre: quod præbet ſanitatem. Vnde aer: cibus: locus ſalubres dicūtur Col. lib. j. Salubri cœlo. Idem. Fundū ſicuti ne fœcūdiſſimi quidē ſolet cū ſit inſalubris: ita nec effœti ſit parandū. Aliquādo ſalubris accipitur ꝓ ſano. Sal. Gen⁹ hominum ſalubri corpe. Liui⁹. Grauiore tempore anni circūacto defuncta morbis corpa ſalubriora eē cœpere. Hinc ſalubritas ſanitas.

¶ Salutaris idem quod ſaluber: hoc eſt ſanitatē pbēs: vel ad ſanitatem præbendam idoneum. Ca. ad Octa. Nulla remedia tam faciūt dolorem ꝗ quæ ſunt ſalutaria. Salutaris digitus q pollici eſt ꝓximus: q & Index dicitur. Sue. de Aug. Dextręq; manus digitū ſalutarē tam imbecillū interdū ſentiebat vt torpētē cōtractūq; frigore vix cornei circuli ſupplemēto ſcripturæ admoueret. Martianus de nupt. Verū quidā redimitus puer ad os cōpreſſo digito ſalutari ſilentium commonebat Dicitur aūt ſalutaris: vel quia non ſalutamus niſi viſa et indicata. Virg. Italiam lęto ſocij clamore ſalutant. vel quia eo cōprimimus os ad ſilentium: quod ſalutare eſt pręceptum.

¶ Salutariter aduerbium ſignificat quod vulgo dicit̄ ad ſaluamentum. Plancus Cic. Quadraginta milium paſſuum ſpatio relicto cōſedi eo conſilio: vt vel celeriter accedere: vel ſalutariter recipe me poſſem.

¶ Saluto. as. ſalutem dico: viſito: colloquor. qd non accedentibus tm̄: ſed abeūtibus quoq; attribuitur. vt Sta. lib. iiij. Theb. Stāt tamē et nota puppim de rupe ſalutāt. Ter. in Adel. Opperiar hominē hic vt ſalutem et colloquar. i. viſitem. Et ſalutare eſt venerari. Terē. Hinc deos domū ſalutatū pgam. Vnde mortuos & res inanimatas venerātes ſalutare ſolemus: nō ſalutē imprecātes quę nulla in his eſſe poteſt: ſed venerationem indicentes. Huius cōpoſita ſunt Conſaluto ſimul ſaluto. Liui. lib. j. Vtrūq; regem ſua multitudo conſalutauerat. Obſaluto ſalutandi gratiā offero. Reſaluto me ſalutantem ſaluto. Inſalutatus non ſalutatus.

¶ Saluus. a. um. quod eſt ſanū. A quo Saluo as. qd ē ſaluum facio. Vnde et Saluator qui ſaluat: græce dicit̄ Soter. Salutifico idem quod ſaluo.

¶ Salue verbū ſalutantis: hoc eſt ſaluus ſis. Et habet tm̄ ſalueto: ſaluete: et ſaluere. vt Iube Scipionē ſaluere. i. ſaluta Scipionem. Vide in dictione Valeo.

¶ Salutiger quo nomine vtitur Apu. videtur eſſe nō qui dat ſalutem: ſed qui nuntiat tāꝗ interpres et adminiſter ſuptorum. Plau. in Aul. Salutigerulos pueros.

¶ Saluia hęrba dicta ꝙ diuerſos ſanet morbos. Græce Elelſphacon dicitur. Prodeſt Paralyticis: et contra ſerpentium morſus remedium exhibet.

¶ Salpyga pe. pro. genus formicarum venenatarum Luca. libro. x. Quis calcare tuas metuat ſalpyga latebras? Cicero appellat eas ſolifugas.

¶ Salgama pe. cor. appellabantur a priſcis quęcunq; conditanea ad victū noſtrū in vaſis ſeruabātur: vt puta pyra: ſici: vuę: rapæ. Col. Tpe nō alio vili quoq; ſalgama merce. Inde Salgamarij qui ſalgama vendunt.

⁎ Sam veteres ꝑeam dixerūt. Et Sas pro eas. Ce.

¶ Samaria ciuitas regalis in Iſrael: quę nūc Sebaſten dicit̄ ab Auguſti nomine. Sed et omnis regio quæ fuit circa eam a ciuitate nomen accepit. Ea eſt Palęſtinę inter Iudęam et Galilæam ſita. Hinc Samaritani et Samaritæ dicti ſunt qui Samariam habitāt. Hiero. ad Alga. Hoſtili inter ſe Samaritani atq; Iudæi diſcordant odio. Idem ibi. Non receperunt eam Samaritæ.

¶ Ssmara ꝓmontorium in oceano orientali vbi deſinit Caucaſus.

¶ Samarobrinæ fuerunt ppli in Gallia inter Belgas: vbi Cęſar Gallorū concilū induxit. Hanc Cameracenſem eſſe vrbem nōnulli autumant: quā Sabis fluuius interfluit.

¶ Sambuca dictio barbara quo ſignificatur quoddā inſtrumētū muſici generis. vt eſt apud Danielē. Cum audieritis ſonū ſambucę. Hiero. ad Darda. oſtēdit quō ſambuca conficeretur. Eſt et genus machinę militaris qua vrbes expugnari conſueuerūt: in qua ſic funes intendebant: ſicut in organo muſico chordę.

¶ Sambuciſtria quæ ſambuca canit.

¶ Samos altitudo et ſummitas interpretat̄. Et eſt nomen duarū inſularū. Vna eſt in mari Icario modica et Iunoni dicatiſſima: ꝙ in ea nata fuerit et educata: & Ioui nupta. Scribit Var. Samon prius Parthenion nominatā: vbi antiquiſſimum fuit templū & ſimulacrum in habitu nubentis figuratū: et ſacra eius anniuerſaria nuptiarum ritu celebrabātur. A qua et Iuno Samia dicta eſt. In ea Pythagoras quoq; philoſophus ortū habuit: necnō et vna ex ſibyllis quę exinde Samia dicta eſt: quā ferūt de Chriſto prædixiſſe. Tu enī ſtulta Iudæa deū tuū nō cognouiſti ludentē mortaliū mentib⁹: ſed et ſpinis coronaſti: horridūq; fel miſcuiſti. Fiebāt etiā in ea vaſa fictilia egregie ex creta fabricata: quę Samia vocabātur. Ferūt hanc inſulam Thracię adiacere quę poſtea ex commiſtis Thracię pplis Samothracia appellabatur. Virg. Threiciāq; Samū quę nūc Samothracia fertur. Altera vero eſt Samos inſula a Ply. collocata ppe Ithacā apud Dulychiū. De qua videt̄ Sueto. intelligere quū nō multum diſtet ab Epyro: vbi de Augu. ait. Ab Actio quū in Samū inſulam in hyberna ſe recepiſſet. Same vero vt inqt Ser. ciuitas Thraciæ eſt in Cephalea. Apud Strabonem tamē legimus Samum et Samen: Samum vrbem eſſe: Samen vero inſulam. Sunt q ſcribāt Samothraciā inſulam eſſe ꝗ prius Dardania vocabatur a Dardano: qui palladium Mineruę ſecū eo ferēs cōfugiſſe traditur: poſt Samijs inſula bello eiectis cū eo ſe in Thraciā ex Aſia recipe rēt inditum nomen: vt ꝓ Dardania Samothracia vocaretur.

¶ Samius. a. um. quod e Samo eſt. vt homo Samius Veteres tamē quādoq; Samiū ꝓ acuto ponebāt. et Sa

miare ꝑ acuere: et quaſi ſamlæ teſtæ acumē inducere.
¶ Samia ſubſtātiuum vaſa a Samo inſula dicta: ſicut
Maiorica ab Hiſpania. Cice. lib. iiij. ad Hæren. Nos Sa
mijs delectabimur.
¶ Samnites pe. pro. popłi in Samnio: qđ nūc Aprut-
ciū vocamus: regio Italiæ inter Picenū: Campaniā: et
Apuliam. Vrbes in ea ſunt Adria: Aquila: Amiternū
Sulmo: Ortona: Arpinū: Aquinū: Athina: Beneuen
tum: Corfiniū. Vel Samnites dicti ſunt a Samnio col-
le: in quo e Sabinia veniētes cōſederūt: et eiuſdē nomi
nis oppidū ędificauerūt. Quidam etiam Samnites ꝑ
duplex nn. ſcribūt. Hi quondā apud Caudinas furcu-
las Romanū exercitum ꝓfligauerunt: quos poſtea L.
Papyrius ſub iugum miſit.
¶ Samniones a Samnijs dicūtur: q ſūt in dictis fatui
et in motibus obſcœni. Cice. lib. de Orato. Quid por
ro tam ridiculum q̃ Samnio eſt: qui ore: vultu: imitan
dis moribus: voce: deniqꝫ corpe ridetur ipo. Quidam
tamē Sanniones a ſanna deductū nomē arbitrātur: q̃
ſit os diſtortum cum vultu.
¶ Sāpſucus hęrba quam nūc Maioranam appellant:
alioqꝫ nomine Amaracus dicitur.
¶ Sancio is. iui. itum. vel ſanxi ſāctū ſignificat aliqd
ſanctū vel cōſecratū facio ſub ſanguine hoſtiæ. Vnde
ſāctū auctore Ser. dr̄ quaſi ſāguine cōſecratū. Et ſan-
ctio vocatur lex cū terrore pœnę. Aliquādo Sācire eſt
firmare: munire: roborare. Terē. in Hecy. Aliud ſi ſci-
rem qui firmare meā apud vos poſſem fidē ſāctius q̃
iuſiurandū id pollicerer tibi. Inde Sāctio et Sācta res
dicit̃. i. res decreta et inuiolabilis. Martianus ait Sāctū
ꝓprie dici quod ab iniuria hoīm defenſum atqꝫ muni-
tū eſt. Tractū a Sagminibus hęrbis: quę Legati popłi
Romani ferre ſolebāt ne qs eos violaret. Iuue. Vt ſan
ctam filius om̄i Aſpiciat ſine labe domū vitioqꝫ carē-
tem. Vlp. de Verbo. ſig. ſcribit Sāctū eſſe qd nec ſacrū
nec ꝓphanū eſt: ſed ſanctione aliqua firmatū. vt ſāctæ
leges: hoc eſt ſāctione quadā ſubnixę. Alij dicūt San-
ctum eſſe religioſum et ſacrū incorruptū. Virg. Sācta
ad vos aīa atqꝫ iſtius inſcia culpæ Diſcēdam. i. incor-
rupta. Idē. Tuqꝫ o ſāctiſſima cōiūx Fœlix morte tua:
id eſt caſtiſſima. Vñ ſāctus vir dicit̃ integer moribus.
Dona. Sāctū dicit̃ qđ om̄i obſeruatione inuiolatū eſt.
Et ſcđm ſcripturarū ſacrarū idioma Sāctū dicit̃ mun-
dum: purificatum: atqꝫ expiatū. Vñ ſancti dicūtur fide
liū filij: ꝙ quaſi cādidati ſint. et nullis idololatrię ſordi
bus polluātur. Vaſa quoqꝫ ſancta in tabernaculo legi-
mus: et cętera quæ ad ritū cerimoniarū ptinēt: cū vtiqꝫ
ſancta eſſe nō poſſint: niſi ea quæ ſentiūt et venerātur
deum. Sic & Berſabee ſanctificata ſcribitur ab immū-
dicia ſua. et ipſum templum Sāctuarium nominatur.
¶ Sāctus. a. um. pticipiū a Sācio. De quo mox. Cuꝰ
diminutiuū formauit Hiero. cōtra Ruffi. quū inqt. Ti
bi quaſi religioſus et ſāctulus pſonā humilitatis impo
nis. Ab aduerbio ſancte fit pſancte: quod eſt valde fir
miter. Plau. Idqꝫ pſancte iurauit ſe facturum.
¶ Sāctitas: Sāctitudo: et Sāctimonia idē ſignificant.
¶ Sanctuariū ſacer locus: templū: ſacrariū. Sāctuariū
quoqꝫ ſiue ſanctuaria Ply. Mithridatis appellauit: quę
alio loco arcana: et Plutarchus ἀπόρρητα vocauit.
⁎ Sāctifico a ſanctus: quaſi ſanctū facio. A quo San-
ctificator. Sāctificatrix. Sāctificatio. Cc.
¶ Sāctimoniales dicūtur monachæ. Aug. ſup Pſal.
Iubilate. Inuenies ſāctimoniales indiſciplinatas: num-
qd ideo ſanctimonium repræhēdendum eſt?
¶ Sanctimonium vocatur ſāctimonialium profeſſio
¶ Sādalium calceoꝝ genus ſiue caligarum. Gręci σαν
δάλιον ſoleā dicūt. Ter. in Heau. Vtinā tibi cōmitiga-
ri videā ſandalio caput. Hinc Sādalarius Apollo di-
ctus eſt a vico cuius meminit Geł. lib. xvij. In ſanda-
lario forte apud librarios fuimus.
¶ Sādaliotis Sardinia inſula denominata eſt ab effi-
gie ſandalij: hoc eſt ſoleæ: quā nōnulli Ichnuſam vo-
cāt a ſimilitudine veſtigij: quod græce ἴχνος dicitur.
⁎ Sādaſtros gemma eſt quā aliqui Garamātida vocāt
Habet velut in tranſlucido ſtellātes intus aureas gut-
tas: et fere Hyadū numero. Sādaſitē alij nomināt. Ni-
cander Sādaphorion. Alij Sandareſon. Cc.
¶ Sādaracha genus coloris qui inuenit̃ in aurarijs et
argētarijs metallis: adulteratur ex ceruſa in fornace co
cta. Hæc ſi torreatur æqua pte rubrica admiſta Sandy
cem facit: q̃q̃ hāc hęrbam eſſe Virg. ſcribat. Hoc nomi
ne autē quidam ſignificari Vernicē: cuius fumus pręce
teris dolorem dentium leuare dicitur: vt eſt apud Aui
cennam. Græci σανδαράχην dicunt.
⁎ Sandaracinus color a Sandaraca. Nęuius. Sādara-
cino ore. Cc.
¶ Sādyx. ycis. pe. p. ſi Vergilio et eius interpreti Ser-
uio: necnō et qbuſdā creditur: maſ. ge. hęrba eſt delica
tæ olfacturæ: breui caule: et in alijs Fœniculo ſimilis.
Virg. Spōte ſua ſandyx paſcētes veſtiet agnos. Prop.
Illaqꝫ plębeio vel ſi ſandycis amictu. Huius hęrbæ pe
culiaris laus inqt Ply. lib. xxij. ꝙ fatigato venere cor-
pori ſuccurrit. Naſcit̃ in inſula maris rubri. Eſt et San
dyx genus coloris ex ſandaracha et ceruſa factus. A
Sandyx fit ſandycinus. a. um. vt color ſandycinus: q
eſt flammeus ex rubrica et ſandaracha factus.
¶ Sanates populi qui ſupra infraqꝫ Romam habita-
uerunt. Quod nomen ideo eſt inditum: quia quū de-
feciſſent a Romanis: breui poſt in amicitiam quaſi ſa-
nata mente redierunt.
¶ Sanus ꝓprie dicitur integer et incorruptus. A quo
ſanitas incolumitas. Transfertur quoqꝫ ad aīm. Vnde
dicimus hoīem ſana mēte ſanoqꝫ cōſilio. Ex quo Inſa
nus: demēs: qui mentē nō habet integram. Et Inſania
ſtultitia: quæ et Inſanitas dicitur. Cice. Inſipiētia quaſi
inſanitas eademqꝫ demētia. Et Inſanio pro Deſipio.
Interdum tamē Sanū dicitur quod ſanitatem præbet.
Siquidem dicimus ſanum aerem: & ſanū cibum: qua-
ſi ſalubrem et ſanitatem prębētem.
¶ Sano. as. ſanū facio: redintegro: et incolumitati re-
ſtituo. Hic fiūt compoſita Cōſano qđ eſt ſiľ vel oēs ſa-
no. Coł. lib. v. Et ſic vitis laniata ſcabraqꝫ putreſcat
humoribus: nec plagę cōſanētur. Reſano rurſus ſano
Lact. lib. v. Quibus poſtea electis oēs qui reſanati fue
rint adhærēt religioni. Et habēt penultimā ꝓductam.
¶ Saneſco ſanus fio. Col. li. vij. Sed vulnera facta in
arduum ſaneſcūt. Huius compoſita ſunt Cōſaneſco et
Reſaneſco. Idem lib. v. Tum etiam vitem minus cica
tricoſam reddit: qm̄ id ex quo viride et tenerum decer
ptū eſt celeriter cōſaneſcit. Lact. li. v. Nō modo vt ſuſ-
ceptis deoꝝ cultibus reſaneſcāt: ſed etiā vt ptinaci ob
ſtinatione depoſita corpia cruciamēta deuitent.
¶ Sane aduerbiū quādoqꝫ affirmatiue ponit̃ p eo qđ
eſt certe. vt Ita ſane? Sane vero. Qñqꝫ permiſſiue: qñ
aliqd aduerſario tribuimꝰ. vt Sit ſane vt vis: p eſto vt
vis. Cice. Quid em̄ habet cōmodi? qd nō potius labo
ris? Sed habeat ſane. hoc eſt in bona hora: aut i dei no
mine. Quint. Tulerit ſane filius nr̄ merito pœnas: de-
derit ſpm̄ ſupplicio: nihil de præteritis loquimur. q. d.
Esto ita: ſit vt tu vis. Qñqꝫ ponit̃ p valde: qm̄ q ſanꝰ
eſt validus eſt. Sue. Bellū ſane difficile geſſit. Iūgit̃ nō
nūq̃ cū et: affirmatiuaqꝫ eſt. Quinti. Et ſane quis cōci-
piat vel declamātis habitum vel orātis vocem: inceſ-
ſum: pnūciationē: illū deniqꝫ animi et corpis motum.

Item cum q̃. Gel. Saneq̃ vtile eſt.

¶ Sanies ſanguis corruptus: quod quidā a Tabo ſic diſtinguūt: vt illud de mortuo: hoc de viuo dicatur. Virg. Et ſanie taboq; fluentis.

✱ Sagenos gēma eſt: quā et Pęderoten vocamus. Cc.

¶ Sanguis quod et Sanguen neutro gñe ab antiquis dicebat. Lucre. Viſceribus viſcus gigni: ſāguēq; creari. Dicitur aūt ſanguis qui eſt intra venas: cruor fuſus ſiue ſanies. Ponit interdum ꝑ genere. Virg. Troiano a ſanguine duci Audierat. Quoad primū ſignificatū fit compoſitū Exanguis. Quoad ſecūdum fit Cōſanguineus: licet ſanguineus aliud ſignificet.

¶ Sanguen modo ſanguis dicitur: modo arbor cuius cortex ad ſanguinis ſimilitudinem rubet. A quo Sanguineus. a. um. vt virga ſanguinea.

¶ Sanguineus. a. um. Modo ad corpus refertur: et ſignificat plenum ſanguie. Modo ad aīm: et ſignificat crudelem cruētumq;. Apul. Immani ac ſanguinea voce pterruit. Modo ad arborem et ſignificat qđ eſt ex arbore: quæ Sanguen appellatur. Ply. Si quis duas virgas ſanguineas manu retulerit.

¶ Sāguinolentus idem quod ſanguineus. Var. Itaq; ꝓpter amorem impij magiſtratus gradatim ſeditionibus ſanguinolentis vrbem pturbauere.

¶ Sāguinarius ſæuus et crudelis. Cice. Itaq; grauē illam ac ſanguinariā vocē audiuimus. Sic ſāguinarius hō dicit a Sene. q gaudet humano ſāguie et crudelis.

¶ Sāguinaria hærba dicta eſt: quia ſucc⁹ eius infuſus naribus ſupprimit ſanguinē. Col. lib. viij. Eſt etiā grauis pnicies hęrbę ſanguinariæ: quā ſi paſta eſt ouis: toto vētre diſtenditur cōtrahiturq;: et ſpumā quādam tenuē tetri odoris expuit. Græci eam Polygonō vocāt.

¶ Sāguinare eſt ſanguine manare. Quint. in Decla. Tunc repetitis ſanguinauere plāctibus iam cōualeſcētes lacerti. Et iterum. Mulier quę ſanguināntes ad iudicem porrigit lacertos.

¶ Sāguiſuga pe. pro. vermis qui et Hirudo dicitur et Sanguiſugia.

¶ Sāguiculus ſanguis hædi ſiue ſuis in cibum formatus. Ply. Vtūtur ad vtrūq; vitium et coagulo hædi in vino myrteo magnitudine fabę poto et ſanguine eiuſdem in cibum formato: quem Sanguiculum vocant.

¶ Sanga Cātabrorum fluuius.

✱ Sanga præterea eſt ſerui nomē apđ Ter. in Eu. Cc.

¶ Sāgaris fluuius Gallogręcię q p Phrygiam defluens tandem in Propōtidem influit.

¶ Sāna p duplex nn. irriſio: quæ vt inqt Hiero. ab occipitio diſtorto ore et labris cōtractis fit anterioꝝ dentium oſtēſtatione. Quo vocabulo vſus eſt Iuue. Inūc et dubita qua ſorbeat aera ſanna Tullia. Hinc Sāniones et Sannij vt inqt Probus: q̃uis et Sāniones dicāt q ſic irridēt. De ſanno as. qđ eſt p faſtidiū derideo. Sānno as. De quo alibi. Silr Sānatores q eo mō irrident.

¶ Sātones et Sātoni pe. cor. et Santonici populi quidam Gallię nō longe a Toloſatium finibus: quæ ciuitas eſt in Prouincia vt Cęſar cōmēta. j. ſcribit. Luca. li. j. Gaudetq; amoto Santonus hoſte. Iuue. Tempora ſantonico velas adopta cucullo.

¶ Sannaus lacus de quo Ply. lib. ij. Lacus (inqt) Sannaus in Aſia circūnaſcēte abſynthio inficitur. A Ptolemæo Sannis appellatur. Apud Græcos p ſimplex n. ſcribitur.

✱ Sanſuccus hęrba eſt de qua ſupra. Vnde Sanſuccinum. Cc.

✱ Santernam noſtri vocāt quod Græci Chryſocollā: hoc eſt auri ferruminationem. Cc.

¶ Sanſæ oſſicula oliuarum. Col. lib. xiij. Et quum eſt oliua in ſanſam redacta: tūc ſal coct⁹ tritusq; manu ꝑmiſcetur cum cęteris aridis condimētis.

¶ Sapa a ſapiditate dicitur: et eſt muſtum vſq; ad tertiam ptem: vel vt quidā volūt ad dimidiam ptē decoctum. Vide in dictiōe Defrutum. Græce Hepſema ab ἕψειν quod eſt decoquere dicitur. De hoc Mar. Et Laletanę nigra lagena ſapę.

¶ Sapio is. ſapiui vel ſapij ſapitum pe. pro. vel ſapui ſapitum pe. cor. ꝓprie ptinet ad ſenſum corpis: vt ſit ſape quod vulgo dicit ſaporitum eſſe. Iuue. Qui meminit calidę ſapiat qđ vulua popinę. Hinc ſapor et ſapidus. Aliquādo ſape saporē habere: quod vernaculo ſermone dicimus ſape de la coſa. vt hoc ſapit hæreſim. Hie. ad Pamma. Simplices epiſtolę tuę olent prophetas: apłos ſapiūt. Transfertur et ad aīm ꝓ ſapientē eſſe: ſeu rectam ſentētiam vel opinionē habere. Terē. Si ſapis neq; pręter quas ipē amor moleſtias habet addas: et illas quas habet recte feras. Augu. lib. j. de ciui. Dei. Tribulationis tēpe ꝓbauerunt q̃ recte ſapuerint. Mart. Nubere vis Priſco? nō miror Paula ſapiſt. Quādoq; dtō iungit. Plaut. in. Tri. Haben tu amicū aut familiarem cui pectus ſapiat? Huius cōpoſita ſunt Deſipio et Reſipio. Vide in dictione Deſipio.

¶ Sapientia eſt rerū diuinarū atq; humanarū ſcientia. Grece Sophia dicit. Et q eā ꝓfitet Sophus hoc eſt ſapiēs appellatur. Quod nomē inditū fuit illis ſeptē clariſſimis viris. ſ. Thalcti Mileſio: Soloni Salaminio ſeu Athenieſi: Chiloni Lacedęmonio: Pittaco Mithylenęo: Bianti Pryeneo: Cleobolo Lydio: Periādro Corinthio. Sed poſtea Pythagoras primus nō ſophū ſe: ſed Philoſophū appellauit: hoc eſt non ſapientem ſed ſapiētiæ amatorem. Et ſcientiā ipam nō ſophiam: ſed philoſophiam nuncupandā exiſtimauit: q nullus hominum ſed ſolus deus ſapiens eſſet.

¶ Sapor qui ſapit. Sapoꝝ vero decē ſunt gña vt docet Ply. ſ. dulcis. ſuauis. pinguis. amarus. auſter⁹. acer acutus. acerbus. acidus. et ſalſus. Idem Ply. exiſtimat omibus animalibus ſenſum guſtus eſſe. Tria vero naturæ rerum elemēta: ignem: aerem: aquam ſine ſapore: ſine odore: ſine ſucco.

¶ Sapidus. a. um. quod gratum ſaporem habet. Cui⁹ cōtrarium eſt Inſipidus ſine ſapore. vt caſeus ſapidus vinum inſipidum.

¶ Saperda dici poteſt ſapiēs: elegans. Var. Omes videmur nobis eſſe belli: feſtiui: ſaperdæ: quū ſimus a canopi. Et Sapda genus eſt conchę mali ſaporis. Et nōnūq̃ ꝓ ſterquilinio ponitur. Perſius. Et quid agā? rogitas? en ſaperdam aduehe ponto.

✱ Sapinos genus gemmæ eſt: quæ et Paranites. Cc.

¶ Sappho p p. āte ph. nomē mulieris vatis. Ferūt nōnulli fuiſſe duas hoc nomine: quarū vna Erexia: quæ et antiquior Lyrica: qua tēpeſtate Alcęus claruit Terſicorus et Pittacus tpe Tarquinij Priſci. Ea plectrum prima inuenit. Scripſit lyricos modulos: epigrāmata elegidia: iābos: & monades. Altera Mitylenæa longe iunior: cuius pulcherrimū opus ad amicū Phaonē extat. Scripſit et alia multa apud Græcos: vt merito noſtra inter Lyricos poetas annumeretur. Antipater aūt Sidonius in Epigrāmatis. μνημοσύνα ρ ἔλεφ᾽ ἀμβοσ ὅτ᾽ ἔκλυε τᾶσ μελιφώνου ἐκ πφοῦσ μὴ δεκάταν μοῦσαν ἔχουσι βροτοί. Id eſt Mnemoſynē matrē Muſarū cepit qñ audiuit dulciſonam vocem Sapphus: nunquid decimam Muſam habent mortales?

¶ Sapphirus per p. ante ph. et penultima ꝓdu cta: lapis precioſus coloris aerij. Vnde fit Sapphirin⁹. a. um. Hieronymus in Exodo. Sub pedibus eius quaſi op⁹ lapidis ſapphirini.

¶ Sapphiratus ſapphiris maculatus et variagāter in-
textus. Sidonius. Ac ſi ſub verſicolorib⁹ figuris ver-
nans herbida cruſta ſapphiratos.

⁎ Saprum Greci vocant putre et marcidum. Cc.

⁎ Sapſa a veteribus dictum eſt ꝑ ipſa. Aennius. Quæ
res ſapſam loco ſeſe oſtendat. Cc.

¶ Sarra nomen vxoris Habrae: et nomē ciuitatis quę
poſtea Tyrus dicta eſt. A qua ſarran⁹. ſed id quoqꝫ no
men a piſce quodam accepit qui illic abundat. Et Sar
illa lingua vocat̃. Ex cuius ſanguine ſericum in pur-
puram tingebatur. Eſt et Sarra inſula Epyros: a qua
Sarrana etiam dicuntur.

¶ Sarranus a. um. quod ex Sarra Tyro eſt. Vnde Sar
ranę veſtes Tyrię dictæ ſunt: quæ et Oſtrinę et Purpu
reę. Vir. Et ſarrano dormiat oſtro. Iuue. Aut pictę ſar-
raoa ſerentem Ex humeris aulæa togæ.

¶ Sarnus fluuius Campanię oriens a Sarano, mōte in
ter Pompeianū agrū et Salernū iuxta oppidū Sarni
in radicibus mōtis poſitū A quo Saraſtes popłi ſunt
cognominati. Virg. Saraſtes pp̃łos: et quæ rigat ęquo
ra Sarnus.

¶ Sarraca nomen eſt duarum vrbiū: quarū vna eſt in
Media: alia in fœlici Arabia.

¶ Sarracem popłi poſt Nabatheos: a Sarraca vt Ste-
phanus inquit quæ eſt ps Arabiæ.

¶ Sarracū vehiculi genus: quo ligna et lapides vehi
conſueuerūt. Iuoe. Longa coruſcat Sarraco veniente
abies. Idem. Frigida circūagūt pigri ſarraca bootę.

¶ Sarraballa chaldaicū nomē neu. ge. et numeri plu-
ralis: ſunt brachę. vt apd̃ Danielem Prophetā. Quidā
dicūt eſſe fluxas veſtes et ſinuoſas: quæ a Germania
Rhenones dicūt: veſtes pelliceę: qbus in caſtris vtūt.

¶ Sarcaſmos latine dicitur iocus cū amaritudine. vt
apud Virg. Referes ergo hæc & nuntius ibis Pelidę ge
nitori: illi mea triſtia facta Degenerēqꝫ Neoptolemū
narrare memento.

¶ Sarcarius fluuius eſt quē in Phrygia eſſe aiūt qdā.

¶ Sarcina pe. cor. ꝓprie vtenſilium eſt: et eoꝝ quæ ad
cultum et ad cæterū vſum ptinēt. veluti faſcis quē qs
in itinere faciēdo cōportare poſſit. Hinc milites quū ca
ſtra mouere volunt: ſarcinas colligere dicūtur. Et qui
in aliam domum remigrāt: ſarcinas ſuas cōponere ſo
lent. Res etiā noſtras domi ciſtis capſiſqꝫ cōpoſitas et
ſarcinas vocamus. Quint. Iacēt relictę ſine herede ſar
cinæ. Per tranſlationem quādoqꝫ ſarcina ponitur pro
inutili onere. Augu. Et hāc corpis ſarcinā aliquādo de
ponerem. Huius diminutiuum eſt Sarcinula.

¶ Sarcino as. ſarcinas ſumo. Interdum ſarcinare capi
tur pro ſuere. Lucił. Sarcinatorem eſſe ſummum: ſue
re centonem optime. Huius cōpoſitum eſt Cōſarcino
qd̃ eſt ſarcinas colligo: quod vernacula lingua dicim⁹
enſardelare: o ſamare. Geł. lib. j. Verſus hi ſunt Cęcilij
trūca quædam ex Menandro dicentis et cōſarcinantis
verba tragici tumoris.

¶ Sarcinatrix mulier quę veſtes ſuit.

¶ Sarcio is. iui. itū. et ſarſi ſartū. ſignificat integrū fa-
cio. Vnde Sartores dicti qui veſtes ſarciūt. et Sarta te
cta opa publica quæ locātur: vt integra præſtētur. Et
Sarte integre. Itē Sarcire cōponere. Tractū a veſtibus
quæ diſſutę ſarciūtur. i. componūtur. Per tranſlationē
ponitur ꝓ damnū ſoluere. Pacu. Tu damni noſtri cau
ſa fuiſti: tu nobis ſarcito vt debes. Hinc componit̃ Re
ſarcio ꝓ inſtauro et quaſi nouam formam induco.

⁎ Sarcion eſt gemmę ſpecies colorem carneum pręſe
ferēs: aliter Smaragdites vocata. Cc.

¶ Sarta tecta. Vide in dictione Sarcio. de quo modo.

¶ Sargacæ populi Pomponio auctore iuxta Męoti
dem: quorū oppida Mermetion: Panticapheū: Theo
doſia: Hermiſium.

¶ Sarrio is. iui. itum. ſignificat ſarculis fodio: purgo:
quod fit quū ſegetes leuiter ſcalpendo: et raſtris a no-
xijs herbis purgamus. Plau. Semp occant priuſq̃ ſar
riunt ruſtici. Ply. lib. xviij. Qui ſarriet caueat ne fumē
ti radices ſuffodiat. Hinc componitur Reſarrio: quod
eſt rurſus ſarrio. Idem. Cū hyeme prægelida captæ ſe-
getes eſſent: reſeuerunt reſarrientes campos.

¶ Sarculum genus raſtri: hoc eſt crates illa dentata: q̃
ſubtrahitur ſatis: a ſarriendo vel ſerendo vt inqt Var.
Alij putāt eſſe ligonē: ſeu quam vulgus Vannam vo
cat. Hora. lib. car. Gaudentem patrio findere ſarculo.

¶ Sarculo. as. ſarculo fodio. Col. lib. vj. Primo plan-
tę ſarculari debēt ita vt ſimplex ſtylus altitudinē ma-
ximę ſcrobis excedat.

¶ Sartor purgator. Plaut. Sator ſartorqꝫ ſcelerum et
meſſor optime.

¶ Sartura ipſa purgandi actio. Ply. lib. xviij. Sartura
nocere et vineę et ſegeti exiſtimatur.

¶ Sarritor pe. pro. qui ſarrit. Colu. lib. ij. Tritici modij
quatuor vel quinqꝫ bubulcorum opas occupāt quat-
tuor: occatoris vnam: ſarritoris duas. Sarritura pur-
gatura.

¶ Sarcophagus pe. cor. latine carnē comedēs dicitur
Ply. Sarcophagus lapis eſt fiſſili vena: corpa defun-
ctorū cōdita in eo abſumi intra quadrageſimū diē con
ſtat exceptis dentibus. Ideo nomē habet a carne eden
da: σάρξ σαρκὸς eīn caro eſt: φάγω comedo. Vnde cō-
uenienter ꝓ ſepulchro poni cōſueuit. Aug. lib. xviij. ci.
Dei. Quia eñi arca in qua mortuus ponitur quod oēs
iam ſarcophagum vocant: σορὸς græce dicitur: a no
ſtris pro ſepulchro vſurpatur.

⁎ Sarda gēma vulgaris primum Sardibus repta: vo-
catur et Sardachates. Cc.

¶ Sardanapalus pe. pro. vltimus Aſſyriorū Rex: de
quo Iuſtinus lib. j. Fuit hic oīmis generis luxurię dedi
tus: nec erubuit inter ſcortoꝝ greges nere et muliebri
hitu fœias oīs laſciuia āteire. Quāobrē indignati Aſſy
rij tali fœminæ parere duce Arbace deſciſcentes bel-
lum Sardanapalo intulerūt. Qui vict⁹ in Regiam ſe
recepit: et extructa pyra ſe atqꝫ diuitias in incendium
miſit. Hic fuit a Nino trigeſimus rex vt inquit Dio. li.
iij. Bibli. Et moriēs cōdidit hoc epithaphiū. Ede: bibe:
lude Et quū te mortalē noueris pręſētib⁹ exple delicijs
animū: poſt mortem nulla voluptas. Iuue. Et venere
et cœnis: et plumis Sardanapali.

¶ Sardanis vir Lydius: qui Crœſo ſuadere conat⁹ eſt
vt Perſis bellum inferret.

¶ Sardis tm̄ pluraliter vrbs Lydiæ magna poſterior
Troianis rebus: et Crœſi regia. Hora. Quid concinna
Samos: quid Crœſi regia Sardis? Terminat aūt ntm̄
et actm̄ in is ꝓductā: quomō Trallis et Syrtis. Ex Sar
dis fuere duo Diodori oratores: quoꝝ iunior Strabo-
nis amicus fuit: et hiſtorias ſcripſit et poemata. In Sar
dis eccleſia fuit vna ex ſeptem Aſiæ: quarum Ioānes
meminit.

¶ Sardinia inſula in Tyrrheno ſeu Liguſtico mari a
Sardo Herculis filio: ſicut Strabo et Solinus ſcribūt:
qui e Libya veniens cum multitudine colonoꝝ inſu-
lam occupauit: quū antea Sādaliotis appellaretur ab
effigie ſoleę: quā Græci Sandalion vocāt: et Ichnuſa
a ſimilitudine veſtigij: quod græce dicitur Ichnos. Hu
ius latitudo eſt millium paſſuum. lxxxxviij. Longitu
do. ccxx. q̄q̄ alij ſtadia multa adijciāt. Mirū in ea inſu-
la neqꝫ lupū gigni: neqꝫ ſerpentē repiri. Habet ciuita-
tes multas: ſed oīm p̄clariſſima Calaris eſt: vbi coralio

rum piſcatio eſt. In qua diui Auguſtini patris mei oſſa
tādiu conqeuere quoad ab He'itprādo rege Papiā trāſ
lata ſūt. Hæc ciuitas Iole a priſcis appellabaē a Iole illa
quā hercules pdītiſſime amauit. inſulā Pœni occupaue
re: ſed a romanis expulſi tādē prio bello punico amiſe
re. A Sardinia Sard⁹ ſardo⁹ & ſardinēſia adiectiua fiūt.

℄ Sardinenſes qui ſardiniā incolūt vt ibi negocienē.

℄ Sardi: indigenę qui in Sardinia nati ſunt.

℄ Sardous. a. um. poſſeſſiuū. Ouid. li. iiij. faſtorū Sar
doaq; regna ſiniſtris Reſpicit a remis.

℄ Sardoa hærba apiaſtro ſimilis quę naſcitur in ſardi
nia &l fontiū defluuijs largius puenit. ea ſi quis veſca
tur neruos contrahit & rictu diducit ora. vt qui moriun
tur: veluti ridentium facie intereant.

℄ Sardonyx ſardonychis pe. cor. ſicut onyx onychis.
a quo componiē: tā maſ. q̄ fœ. generis. Cōponiē em̄ ex
Sardo: qui lapis fuit in ſardinia primū cōpert⁹ coloris
rubei: & onyx gēma cui eſt cādor ſubcādidus vnguis
humani ſimilitudme: quaſi vtriuſq; colorē obtineat. Iu
ue. In manib⁹ dēſi radiāt teſtudine tota Sardonyches.
Perſi⁹ fœ. gñe dixit. Et natalitia tādem cū ſardonyche
alb⁹. Diciē & Sardonych⁹ & Sarda. Iuue. Arguit ipſorū
quos littera linguaq; princeps Sardonych⁹. Ply. E di
uerſo ad hæc ſarda vtiliſſima q̄ nomen cū ſardonyche
cōmunicauit: ipſa gēma vulgaris & primū a Sardib⁹ re
perta. Ptolemæus ſardonychen a ſardonyche Indiæ
monte deriuari ſcribit.

℄ Sardonychatus ſardonyche ornatus. Mar. Cuius &
hinc lucet ſardonychata manus.

℄ Sardo as. antiqui pro intelligo vſurpabant. Neuius
Quod bruti nec ſatis ſardare queunt.

℄ Sarepta vrbs ſydoniorū vbi diuinus vates Helias
eſurientē viduā miraculo pauiſſe crediē. Hinc Sarepta
nus. a. ū. Sidoni⁹. Vina mihi nō ſunt gazetica chia pha
lerna: Quęq; Sareptano palmite miſſa bibas.

⁎ Sargus piſcis genus. Cc.

℄ Sarmenta: virgulę vitium ſuperuacuæ abſciſſæ. In
de ſarmentitius. a. um. quod eſt ex materia ſarmento
rum. Colu. libr. vij. Verum vulnera eius ſarmentitio ci
nere linenda ſunt.

℄ Sarmentus nomē viri ꝓprīū qui ſcurrilitate claruit.

℄ Sarmatæ: populi ſcythiæ iuxta Danubiū in mæoti
cam paludē vergētes: q a græcis Sauromatę dicunē. &
regio eorū Sarmatia dr̄. Plyn. li. iiij. Sauromatas gētes
ſcytharū gręci vocāt: quas ſarmatas romani dicūt. Di
cti Sauromatę ab oculis lacertę. σαῦρος enim lacerta
eſt: ὄμμα oculus. Vtuntur plauſtris pro domib⁹: paſcū
turq; lacte equino. Vnde quidā eos ἱππημολγούσ: hoc
eſt equorum mulſores: alij γαλακτοφάγουσ id eſt lacti
phagos vocāt. A ſarmatia fit Sarmatis tidis. Ouid. Ter
reat haud manes ſarmatis vmbra meos. Sunt aūt duæ
Sarmatię ſecundum Ptolemęū. quarum vna eſt in Eu
ropa quæ vt libr. iij. ſcribit ſeptentrione oceano termi
naē: ab occaſu parte germanię: a meridie Lazigib⁹ me
tanaſtis. In ea eſt Oliba quā nunc Ruſſiam & Tartariā
eſſe crediderunt. Altera Sarmatia eſt in Aſia: vt idē li.
v. refert: quæ a ſeptentrione terra incognita terminaē
ob occaſu Sarmatia europę & Tanaifluuio. In ea ſunt
Cauſij montes.

℄ Sariſſa: haſta ꝓlōga. Liui. li. xxvij. Prælōgas haſtas
macedones ſariſſas vocāt. Suidas. σάρισσα εἶδος ἀκον
τίου ἑλληνικὸν δόρυ μακρὸν παρὰ μακεδόσι. ⁎ Id eſt
Sariſſa ſpēs iaculi gręci haſta ꝓlōga apd̄ Macedones.

℄ Saronicus ſinus eſt contra corinthiacū: ſuū habens
nomē a ſaron: qd̄ quercū ſignificat apud gręcos: quia
olim redimitū erat quercubus.

℄ Sarpa: vinea putata. Nam ſarpere antiqui pro pur
gare vſurpabant.

℄ Sarpedon penul. pd. rex Lyciæ: qui troianis aduer
ſus grecos tulit auxilium.

℄ Sarrę populi ſunt europę: ſcythię cōtermini: q vt Pō
ponius ait: ob ſæua hyemis admodū aſſiduæ demerſis
in humū ſedibus: ſpecus aut ſuffoſſa habitāt: totū bra
chati corpus niſi qua vident etiā ora veſtiti.

℄ Sartago patella in qua caro frigitur: a σάρξ quæ ca
ro eſt nomen aſſumpſit: latine frixoriū diciē: ab ipſo fri
xationis ſono. quia crepitū confuſum in frictu emittit.
Hiero. in lib. Mac. Iuſſit ignem admoueri & adhuc ſpi
rantem torreri in ſartagine. Apud antiquos etiam ad
alios vſus adhibebatur.

℄ Sarſina vetus ciuitas in Aemylia: ex qua Plaut⁹ poe
ta comicus ortus eſt.

⁎ Sas veteres p ſuas dixere & Sam p eam. Aenni⁹. Vir
gines nā ſibi quiſq; domi Roman⁹ habet ſas. Idē. Nec
q̄ſq̄ phiam i ſomis vidit priuſq̄ ſam diſcere cœpit. Cc.

℄ Sason onis. pe. pdu. fluuius: de quo Syrius. Adria
ci fugite infauſtas ſaſonis arenas. Et alibi. Expauit ſo
nitus tremefacto littore ſaſon.

℄ Sathanas interꝑtatur aduerſarius. Quo noīe appel
latus eſt diabolus: ꝙ Chriſti aduerſarius ſit. Quicquid
enim animęad deū tēdēti reſiſtit & aduerſaē: & qcquid
paci contrariū eſt: hoc ſathanas eſſe nominaē. Sicut le
gitur in regnorū libris: quia ſuſcitauit de⁹ Salomoni ſa
thanā aduerſus eū qui erat pacificus.

℄ Satarchę ppli in Scythia: qui vt Solin⁹ refert dāna
to auri & argēti vſu ſe a publica auaritia abdicauerūt.

℄ Satis aduerbiū: & per apocopen Sat. ſignificat abū
de quātum opus eſt. Cic. li. artis veteris. Longū eſt qd̄
pluribus ſententijs vltra q̄ ſatis eſt ꝓducię. Aliquādo
poniē loco nois. vt ſatis eloquētię habeo. Sic etiā noīa
pro aduerbijs ponunē. vt Sponte ſua. mane nouū. Et
cū ſatis ſignificet quātitatē: Sati⁹ tamē cōparatiuū qua
litatē denotat: quia deriuatiuū nō ſemp ſeruat ſenſum
primitiui. Virgi. Nōne fuit ſati⁹ triſtis Amarillydis iras
Atq; ſuperba pati faſtidia? id eſt melius.

℄ Satin pro ſatiſne? Teren. Satin ſana es?

℄ Satiſaccipio dictum eſt eodem modo quo & ſatiſfa
ctio. Vnde & ſatiſacceptio q̄ eſt vt Pōpo. inquit ſtipula
tio quæ ita obligat ꝓmiſſorē: vt exꝓmiſſores quoq;
ab eo accipiantur. i. qui idem promittant.

℄ Satago is. pen. cor. ex ſat & ago compoſitū videtur
vnde ſategi ꝓteritū: ſatactum ſupinum facit. Et eſt ſat
agere anxium eēe: & quod vulgo dicitur ſatis habeo qd̄
agam. Ter. in heau. Nā hic Clinia & ſi is quoq; ſuarū ſua
rum ſatagit: attamē habet bene & pudice eductā igna
ram artis meretricię. Aliquādo ſignificat diligentē eſſe
ſeu feſtinare. Plaut. in aſi. Nunc ſatagit: adducit domū
et vltro: & ſcribit nummos. Aliquādo iuuari. vt in hym
no. Magne pater Auguſtine ꝓces noſtras ſuſcipe: & ꝓ
eas conditor nos placare ſatage.

℄ Satagytæ populi in Aſia ſcythica: vt libro. iiij. teſta
tur Herodotus.

℄ Satiſdo as. ſignificat fideiubeo: ꝓmitto: p vadē ſi
ue fidē meā pignori do & re ipſa certifico. Ci. Sulpitio.
Primū vt ſi qd ſatiſdādum erit ampli⁹ eo noīe peti cu
res: vt ſatiſdeē fidei meę. Caius. Satiſdatio eodem mo
do appellata eſt quo ſatiſfactio. Nā vt ſatiſfacere dici
mur ei cuius deſyderiū implem⁹ ita ſatiſdare dicimur
aduerſario noſtro aliquē dare qui pro eo qd a nobis pe
titur: ita caueat: vt eū hoc noīe ſecurum faciamus.

℄ Satiſfacio tantū facio quantū ſatis ſit irato ad vindi
ctam inquit Aſco. Et cōſtruiē cū datiuo: ſed cū pro pu
nio poniē accuſatiuū poſtulat. Ci. ad herē. Nō cōueniē
cenſores iſtū ſatiſfacere: ex eo ꝙ ait ſe non potuiſſe itā

adeſſe vt iuratus fuerat.

⁎Satnoisfluuius eſt phrygiæ. Cc.

¶ Satiſpræſto as. idem eſt quod ſatiſdo.

¶ Satio as. a ſat deduci videt̃: & ſaturo ſeu expleo ſignificat: ptinetq; ad oẽs ſenſus: & freq̃uẽter ad animũ. Ci. i Cato. Satiari delectatiõe nõ poſſũ vt meę ſenectutis requiẽ oblectamẽtũq; noſcat. Ad corp⁹ vſus ẽ Col. li. ix. Satiatq; ſemodi⁹ cibi i dieb⁹ ſingulis vicenos & cẽtenos turtures. Hinc cõponit̃ Exatio. Satiabilis q̃ ſatiari põt facile. cui⁹ contrariũ eſt Inſatiabilis. Salu. Auaritia inſatiabilis eſt: neq; copia neq; inopia minuitur.

¶ Satietas plerũq; pro faſtidio ſumitur. Cice. in Cato. Omnino vt mihi q̃dẽ videt̃ ſtudiorũ oim ſatietas facit vitę ſatietatẽ. Dicit̃ & ſatias p ſatietas. Terẽ. i eunu. Ex meo ppiquo rure hoc capio cõmodi neq; agri: neq; vrbis odiũ me vnq̃ pcipit: vbi ſatiaa cœpit fieri cõmuto locũ. Sallu. Hi ſatnbus occupatis externorũ agros inuaſere: frumẽtiq; ex inopia graui ſatias facta.

¶ Satur a. um. q̃d eſt cibo plenum. Terẽ. in ecy. ſed tũ cũ ſatura atq; ebria eris puer vt ſit ſat̃ facito. Sumitur interdum pro fœcundo & abundãte. Perſius. Nec rus ſaturum laudare. Virg. lib. ij. Geor. Saltus & ſaturi petito longinqua Tarẽti. Vbi Ser. ſat. in aut fœcundi aut quod iuxta oppidũ Saturum. Tarẽtum enim & Saturum vicina ſunt Calabriæ ciuitates.

¶ Saturo as. pen. cor. ſicut ſatio capitur: & ſimiliter ad omnes ſenſus ptinet. Cic. Iracundiã meam ſatura tuo ſanguine. Noni⁹. Expleri & ſaturari hãc habẽt differentiã. Expleri eſt tãtũmodo plenũ eſſe: ſaturari ſupra modũ. Cic. li. vj. de rep. Graues enĩ dñæ cogitationũ libidines infinita q̃dã cogũt atq; iperãt queq; expleri atq; ſaturari nullo mõ poſſunt. Cui⁹ cõpoſita ſũt. Exaturo q̃d eſt pfecte ſaturo. Apu. Sed ille libidine exaturat⁹ iacebat i grabatulo. Obſaturo. de quo alibi. Hinc ſaturitas p ſatietate. Plau. I cap. Proin tu deũ hũc ſaturitate tranquillum facias tibi. Quandoq; p fœcũditate. Ci. in Cato. Neq; ſolũ officio q hoim generi vniuerſorũ cultura agrorũ eſt ſalutaris: ſed etiã delectatione quã dixi & ſaturitate: copiaq; rerũ oim quę ad victum hoim & ad cultum etiam deorum pertinent.

¶ Satulo as. idem quod ſaturo. Varro. Neq; in puluere mitico coquam carnes quibua ſatulem corpora & famem ventris.

¶ Saturnus a poetis fingitur deus. q annis ſaturetur: vel quia ſe in deuorãdis filiis ſaturauit. Ex ſe enim natoa comediſſe fingitur: quia conſumit ętas temporum ſpacia: anniſq; præteritis inſaturabiliter explet̃. Ouid. Tẽpus edax rerum tuq; inuidioſa vetuſtas Oia deſtruitia vitiataq; dentibus æui Paulatim nigra conſumitia omnia morte. Vnde a gręcis cronoa dicit̃: quod tẽp⁹ deſignat. Alij philoſophi interp̃tantur ſaturnum cronon velut a ſatietate intellectus: eo q gręce ſatietas croa intellectua vero ſiue mens νοῦς dicitur: vt ſit nomen cõpoſitum ſaturn⁹ ex prima parte latina & poſteriore gręca: ipſa ſatietas mentia. Sũt qui ſaturnum a ſatu deducant: quoniã peritiã ruris & ſatorum omniũ prim⁹ edocuiſſe fertur. Quidam a verbo quod græci dicunt σάθη. quo virilia ſignificantur. q patris pudenda abſcidiſſe atq; in mare piecisſe dicit̃. vnde Venerem pcreatã ferunt: quę a ſpuma vnde coaluit aphrodites nomẽ accepit. Hic ſaturni⁹ a. ũ. vt Iuno ſaturnia q̃ fuit filia Saturni. Verſus quoq; quos olim Fauni vateſq; canebãt ſaturnios antiqui nominabãt vt ait Varro.

¶ Saturnia ſubſtãtiuũ nomen regionis & nomẽ oppidi. Virg. Ianiculum huic illi fuerat ſaturnia nomẽ. Editiora etiam loca: vt Diod. ſcribit: ſaturnia dici conſueuerunt. Poſſedippus autẽ poeta in epigrãmatis ſcribit Lyſippũ ita feciſſe iter alia quæ ſcribit habitũ Saturni. τίπτε δὲ ἀπ᾽ ἄκρα βέβηκας ἀεὶ τροχάω· τί δὲ ταρσοὺς ποσσὶν ἔχεις διφυεῖς ἴπταμ᾽ ὑπηνέμιος. χειρὶ δὲ δεξιτερῇ τί φέρεις ξυρόν. & ſubditur. ἡ δὲ κόμη τίνα τῆς ὄψεως; ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι· νὴ Δία. τάξόπιθεν πρὸς τί φαλακρὰ πέλει.

¶ Saturnalia orum. feſta ſeptem ſeu quinq; dierũ mẽſe decembri Saturno dicata: erantq; pleni lętitię in quibus romani ſynthesin veſtẽ ſumebãt. Dies quoq; quibus munera vltro citroq; mitti remittiq; ſolebãt Saturnalia ſeu ſaturnalitia dicebantur. Sueto. in Aug. Saturnalib⁹ & ſi quãdo alias libuiſſet modo munera diuidebat modo nũmoa omnis notæ.

¶ Saturnalitius a. um. quod ad ſaturnalia ptinet. Mar. Saturnalitię ligulam miſiſſe ſelibrę.

⁎ Saturninus mons quondam dicebatur qui poſtea tarpeius. Cc.

¶ Saturea herba fragrãtis odoris quę & Cunila dicit̃ & Origanũ heracleoticũ a ſaturo dicta q nullũ fere cõdimentũ ſine ea fiebat: ppter q̃d ſaturitatẽ inducere videbat̃. Col. Et ſatura thymi referẽs tymbræq; ſaporẽ. Alij tymbrã vocãt. Venerẽ emortuã ſuſcitat in cibis ſũpta. Vñ ex græco vt q̃dã volũt nomẽ ſibi vẽdicauit: quaſi ſatyrea vt ſatyri in venerem proni & ſalaces.

¶ Saturum vrbs calabrię fuit nõ longe a Tarento. Vnde Saturelanus a. um. poſſeſſiuũ. Hora. Me ſatureiano vectari rure caballo. Quidam etiã Satyrũ ſcribunt. Vnde & nonnulli agrum in quo Tarentum conditum eſt Satyram vocari affirmant.

¶ Satelles miles mercede conductus: vt ab imperatoris latere nõ diſcedat. Et Satelles qui ſontibus capiendis pręeſt: qui & apparitor dicitur.

¶ Satellitium ipſa ſatellitum actio. Auguſt. lib. quinto conf. Procuraui aliam non vtiq; coniugem quo tanq̃ ſuſtentaretur & produceretur vel integer vel auctior morbus animæ meæ ſatellitio perdurantis conſuetudinis in regnum vxorium.

¶ Satrapa penul. cor. dictio perſica: & apud nos ſignificat pręfectũ. Suidas. σατραπεία ἐπαρχία σατράπης δὲ σατραποῦ εἶδος ἀξιώματος. ⁎ Id eſt Satrapia eſt prouincia & ſatrapes ſatrapæ genus dignitatis.

¶ Satyri dicti ſunt q in libidinem ſemper proni ſint: a virili membro quod veteres gręci σάθην appellabãt. Hi ſunt vt Ply. lib. v. ait aĩalia quadrupedia in ſubſolanis Indorum mõtibus perniciſſima humana effigie tam recurrentia. Veteres huiuſmodi monſtra pro ſilueſtribus dijs coluerunt. Vnde Hiero. Vidit homunculũ (inquit) aduncis naribus & fronte cornibus aſpera: cui extrema corporis in caprarum pedes deſinebant. Et premiſſo ſigno crucis cum quiſnam eſſet iterrogaſſet Antonius: reſpondiſſe fertur. Mortalis ego ſum vn⁹ ex accolis eremi: quoa vano errore deluſa gentilitas faunos ſatyroſq; & incubos appellat.

¶ Sentis ſpina: q; a tangentibus q̄ primum ſentiaṫ. Hic Senticoſus a. um. ſpinoſus & aſper. Lucil. Q; ſenticoſa verba pertorquet.

¶ Senticetum locus in quo ſentes ſunt.

¶ Sentus piloſus horridus: quaſi ſpinoſus. Terē. in eu. Video ſentum ſquallidum ęgrū annis panniſq; obſitū.

¶ Senones populi Gallię finitimi Belgis qui olim vrbē Romanā incēderunt & capitolium obſederunt. hos Furius Camillus aggreſſus adeo cecidit: vt incēdiorum veſtigia gallici ſanguinis vndatione deleret. Scribit Verrius ideo Senonas appellari: quia noui venerūt ex tranſalpina gallia quaſi cenonas littera immutata. καινὸς eñ græce latine nouus dicitur.

¶ Seorſum aduerbiū vernacula ligua ſignificat da parte. Hiero. lib. j. Reg. Da partem quam dedi tibi: & pręcepi vt reponeres ſeorſum apd̄ te. Diciṫ & Seorſus. a. um. remotus. Virg. lib. de eſt & non. Pariter nonnunq̄ ſępe ſeorſis obſiſtunt dubijs.

¶ Separo as.pen.cor.diuido diſtraho a ſe & paro. Hinc diſſeparo:& aduerbium Separatim diuiſim. Sal. Oĩa virtutis praemia ambitio poſſidet: neq̃ mirum: vbi vos ſeparatim quiſq̃ conſilium capitis.

¶ Sepes is.& ſeps pis.foe.generis quę obiecta itroitum prohibet.

¶ Seps maſ.generis paruus ſerpẽs:ex cuius ictu mẽbra percuſſa putreſcũt ab σήπω qđ eſt putrefacio. Nam quicqd momorderit:reſoluit̃ i putredinẽ. Luc. Oſſaq̃ diſſoluẽs cũ corpore tabific⁹ ſeps. Ply.li.xxix. Lacerta quã ſepa:alij chalcidicẽ vocãt. Auſo. An libyae ferale malũ ſit romula vox ſeps. Suidas tñ σὴψ ὄνομα ὁ σκώληξ λέγει ✱.i. Ses ſetos tinea dicit.

¶ Sepio is.iui.itum.vel ſepſi ſeptum:ſignificat teneo:ipedio.dictum a ſepibus quae obiectae intercludunt iter. Hiero.i Eſaia. Sepiuit eam & lapides elegit ex ea. Huius compoſita ſunt Conſepio. Circunſepio. Interſepio. Prę ſepio:quod eſt ſepem ante facio.

¶ Septa generali vocabulo dicunt̃ oĩa loca munita & quodam ſepimẽto vallata. Inde ſtabula ouilia bubilia caprilia & id genus reliqua:ſepta nũcupant̃. Vñ & ſepta aliquãdo ꝓ ouilib⁹ ponunt̃. Virg. Quis multa meis exiret victima ſeptis. E cõuerſo Luc. Et miſerę maculauit ouilia romę. Inde in Martio cãpo loca incluſa tabulatis i quibus ſtans Populus Romanus ſuffragia ferre cõſueuerat ſepta dici meruerũt ad ſimilitudinẽ ouilium. De quibus Mar. In ſeptis Mamura multũ q̃ diuq̃ vagatus. Var.de re.ruſt.appellat ſepta omnia quę habet incluſa animalia quae paſcunt̃. Idẽ inquit intra ſepta villę habeas aquam. Apud eũdẽ iſcriptio eſt de fundi ſeptis. A ſepio munio. Inde ſeptus locus:ſepta villa:ſeptum tectũ. Iuriſconſulti accipiunt ſepta pro obijcibus & clauſtris q̃bus vtimur ad impetus fluuiorum coercẽdos.

¶ Sepimẽtum id dicit̃ quo aliquid ſepit̃. Var. Primũ naturale ſepimẽtum quod obſeri ſolet virgultis aut ſpinis: qđ habet radices viuae ſepis.

¶ Sepia genus piſcis q̃ emiſſo cruore atro occultat iter. Perſ. Nigra q̃ infuſa vaneſcat ſepia lympha. Eſt & ſepia ſcopulus iuxta Athenienſiũ littus:vt iquit Herodotus. Suidas σηπία ὁ ἰχθύς. ἀριστοφάνης. κάθησο τοίνυν σηπίας μασσώμενος ἤγουν τρυφῶν διὰ τὴν ἐξουσίαν. ✱.i. ſepia piſcis. Ariſtophanes. Sedebas igit̃ ſepias premẽs tã q̃ delicians propter poteſtatem.

¶ Sepius ciuitas quae nunc Sipontum dicit̃ a ſepiarum multitudine fluctibus eiectarum.

¶ Sepũ:qđ & Seuũ dicit̃:fit ex animalibus vna parte dẽtatis & cornigeris. Hic Sepatius a.um.qđ ex ſepo eſt:vt cãdelę ſepatiae. Apul. Tota domus cõplet̃ tędis:lucernis cęreis ſepatijs & cęteris nocturni luminis iſtrumẽtis. Sũt qui legant Sebũ & Seboas.

¶ Sepelio is.pe.cor.iui.itum.& ſepultum. Ouid.in hero. Et ſepeli lachrymis perfuſa fidelibus oſſa. Q đ verbũ a ſepio quidam deducũt:quia cadauer terra:vel alio materiae genere circunſepitur.

¶ Sepultus dicit̃ quocunq̃ conditus ſit:humatus vero non niſi humo contectus. Aliquando ſepultus ſumitur pro eo qui mortuo ſimilis quaſi ſine ſenſu iacet. Virg. Inuadunt vrbem ſomno vinoq̃ ſepultam.

¶ Sepulchrũ locus i quo corp⁹ oſſaq̃ hoĩs ſepulta ſunt: quaſi ſeorſum a pulchro:vt inquit Ser. propter recordationẽ doloris. Vel dicit̃ a ſemis: q̃a pulchrũ ſuꝑficie itus oſſibus plenũ eſt. Vel ſecũdum Do. q̃ ſine re pulchra ſit. Aut q̃ ibi ſine pulſo ſint.i.mortui. Aut a ſeparãdo q̃ illic aiae a viuis ſeparẽtur. Sed melius eſt:vt ſepulchrũ dicat̃ a ſepeliẽdo ſicut ſimulachrũ a ſimulãdo: & lauacrũ a lauãdo. tamẽ cum h ſcribẽdum cẽſeo. Sepulchri autem appellatione omnis ſepulturae locus continetur.

¶ Sepulchrale:qđ ad ſepulchrũ pertinet:vt cerimonię ſepulchrales quę pertinẽt ad funerationẽ impẽſam ſtructuraq̃ ſepulchrorum. Titulus eſt apud iuriſcõſultos de religioſis & ſumptibus funerũ. Ci.refert leges quibus pręcipitur ſepulchrorum magnificẽtiam eſſe minuendam.

¶ Sepultura quãdoq̃ ſepulchrũ dicit̃:quãdoq̃ ſepeliendi actus. Ply. Poſt ſepulturã alię Maniũ ambages ſunt.

¶ Seplaſia:fuit forũ Capuę in quo Vnguẽtarij negociabant̃:cuius delicijs fractã fuiſſe punicam ferociam teſtat̃ Val.max.li.ix. Ci.contra Rul. Iã vero qui metus erat tunicatorũ illorũ in Albana & Seplaſia. Hinc Seplaſiarius pro vnguẽtario & effoeminato. Lãpri.i heliogabalo. Pinxit ſe:vt Cupedinarium:vt Seplaſiariũ: vt Popinariũ: propter vnguẽta quae Seplaſiae conficiebantur.

¶ Sepono is.pe.pro.diuido & miſſum facio qđ dicim⁹ mettere da canto. Quit.lib.xij. In cõſilijs vero quę ratio ſuadẽdi eſt ab honeſti q̃ſtione ſepoſita.i.diuiſa. Liu.li.j. Pecuniam in ędificationẽ eius templi ſepoſuit. Lactan. lib.ij. Seponatur interim nobis hic locus de ira dei diſſerẽdi. Hiero. Sepoſitis occupationibus quibus arctabar huic vnam lucubrationẽ dedi.

✱ Septangulus dicitur qđ ſeptem angulos habet. Cc.

✱ Septennis id eſt ſeptem annorum. Cc.

✱ Septẽber mẽſis dictus eſt q̃ ſit ſeptimus i ordine. Cc.

¶ Septẽtriones ſunt ſeptẽ ſtellae ex quibus quaſi iuncti triones figurant̃. Scribit Var. Triones ruſticoꝝ vocabulo boues vocari quaſi teriones:hoc eſt arãdę terrę ac colẽdę idonei. Vel ideo magis hę ſeptẽ ſtellae triones appellatę ſunt:quoniã ita ſitę ſunt:vt ternę queq̃ ſtellę proximę inter ſe trigona.i.triquetram figurã cõſtituant:quã recẽtiores vocãt triangulũ. Ex ſeptẽ ſiquidẽ ſtellis duę pariles vno i loco videntur q̃ pro bobus accipiunt̃:reliquę quinq̃ plauſtri figuram deſignant. Itaq̃ & proximum huius ſidus bubulcus.i.bootes appellat̃:qui more bubulci currũ ſequit̃. Hoc ſidus a figura:quia ſimile plauſtri videtur antiqui gręcorũ ἅμαξαν.i.plauſtrũ dixerunt:noſtri a bobus iunctis ſeptentriones appellarunt. Ab his etiam vẽtus ſpirat:qui hauſtro obiectus eſt:& latine ſeptentrio: & ſeptentrionalis ventus & ſeptentrionarius. Graece vero q̃ ab Arcto flet Aparctias appellatur.

✱ Septẽ nũerale nomen eſt.quid ſignificet notũ: a gręco tamen (vt plęraq̃ alia) deductum. Illi enim ἑπτά dicunt. Spiritu aſpirato in ſ mutato & vocali vltima in em nos ſeptẽ dicim⁹:ex quo multa deductiua habẽt originẽ. Cc.

¶ Septicollis dicta eſt vrbs Roma:q̃ ſeptem colles habeat. Palatinum Quirinalẽ Auẽtinum Cęlium Viminalem Exquilinũ & Ianicularem.

¶ Septunx nomen dictum a ſeptem & vncia.

✱ Septiana mala dicũtur a Septio libertino eorũ primo inſitore:inſigni rotunditate. Cc.

¶ Sequana penultima correpta fluuius Belgarum i Gallia iuxta quem habitãtes Sequanici dicti ſunt:& Sequani. Hodie Burgundię ducatũ incolentes heluetijs heduis ac lingonibus finitimi. Luc.lib.j. Optima gens flexis in gyrum ſequana frenis. Mar. Hanc tibi ſequanicę pinguẽ textricis alumnam.

¶ Sequeſter ſtris.ſtre. Et hic & haec ſequeſtris & hoc ſeq̃ſtre. Et ſequeſter a.ũ. Et pace ſequeſtra iquit Virgi. Plau. Haud fugio ſequeſtrum. Eſt autem ſequeſter apud quẽ plures eandem rem de qua controuerſia eſt depoſuerũt. Dictus vt docet Gel. q̃ eius qui electus ſit vtraq̃ pars fidẽ ſequatur. Eſt eñ medius inter duos altercantes apud quem aliquid ſeponitur. Quapropter Vir. pacem ſequeſtram inducias appellauit:q̃ media ſit inter bellum praeteritum & futurum. Vnde Aſco. Sequeſtres ſunt apud quos pecunia deponitur. Ci.in Ver. Aut ſequeſtros aut interpretes corrumpendi iudicij.

¶ Sequeſtro as. apud Sequeſtrũ depono. Vñ ſequeſtrata res dicit̃. Interdũ ſequeſtrare eſt ſeparare. Hiero. Quia petitis vt vobis diuerſos pſalmos per ordinẽ ſequeſtrẽ.

¶ Sequeſtro aduerbium. Cato. Per deum immortalem nolite vos ſequeſtro ponere.

¶ Sequor eris. ſecutus ſũ a ſeco fit: & eſt verbũ cõmune ſecundũ Priſ. Vnde & in Eu. legimus i ſignificatione paſſiua. Et perſequemini de ciuitate ĩ ciuitatẽ. Huius cõpoſita ſunt Aſſequor. Conſequor. Exequor. Inſequor. Obſequor. Perſequor. Proſequor. Subſequor. Pediſequ' a. Odorinſequus. quæ omnia habent pe. cor.

¶ Sequela pe. pro. ipe ſequendi actus.

¶ Sequax qđ aliquid ſequit̃. Sene. Cęteriq; Ariſtippi ſequaces. Leo papa. Sed tu iudaicę cęcitatis ſequacior nõ imitaris fidẽ gẽtiũ. Aliquãdo ſignificat id qđ ſe ſpargendo dilatat. Perſi. Quorũ imagines lambũt hederę ſequaces. Sequacem vero materiam appellat Ply. inhęrẽtem.

¶ Sera per ſimplex r inſtrumentum eſt quo clauduntur oſtia: ab Aſſerere qđ ſignificat admouere. q' foribus admotę ferę opponũtur defixæ poſtibus. habetq; primam cor. Iuue. Pone ſeram: cohibe: ſed quia cuſtodiet ipſos? Hanc etiam patibulum vocant: q' ea remota valuæ pateſcũt. Var. a farrire deriuat qđ eſt aperire. Eſt & Sera nomen vrbis ĩ Aſia ſcythica.

¶ Sero as. claudo. Col. li. vij. de mulę fœminib' loquẽs. Fœmina inquit ſerari & interdum iniuri ſolent. Huius cõpoſita ſunt Obſero pro occludo. Ter. in eu. Tu abi atq; obſera oſtium intus. Reſero aperio.

¶ Serra p duplex rr iſtrumẽtũ dẽtatũ a quo ligna & lapides ſecant̃. Col. li. vj. Vno ictu arborẽ pcidi ſi min' ſerra deſecari. Mar. Et pingues tunicas ſerra ſecare potes. Itẽ Serra iſtrumẽtũ ligneũ dẽtatũ quo trahẽtibus bobus homines torquebant̃. Itẽ eſt genus piſcis maritimi: vt apud Amb. li. hexa. Serra p̃liari dicit̃ cũ aſſidue accedit̃ receditur: q; nec vllo tp̃e cõſiſtit̃: vt ſerra facit dũ aliqđ ſecatur.

¶ Serrula diminutiuũ parua ſerra. Col. li. iij. Etſi fieri poteſt iuxta aliquẽ nodum ſerrula deſecato.

¶ Serro as. ſerra per medium ſeco. Hier. lib. ij. Reg. Populum eius adducẽs ſerrauit. Syrius li. vj. Auro ſerrauit ramos Iunonius anguis.

¶ Serratus a. um. qđ eſt ſerra factũ. Et qđ ad modũ ſerrę factũ eſt. Vñ ſerrati dẽtes: q inter ſe diſtincti ſunt ad ſimilitudinẽ dentiũ ſerrę pectinatim ſeſe ſtipãtes. Ply. Dentiũ tria gñ̃a. Serrati: aut cõtinui: aut exerti. Serrati pectinatim coeũtes ne cõtrario occurſu atterãt̃. vt ſerpẽtib': piſcib': canib'. Continui: vt hoi: equo. Exerti: vt apro: elephãto

¶ Sero is. ſeui ſatũ: ſignificat ſemino. Hiero. i leui. Si triginta modijs hordei ſerit̃ terra: Quinquaginta ſiclis vẽdetur argẽti. Aliqñ ſignificat planto. Lact. li. ij. Terrã ſtudioſe coluit: ac vineã ſua manu ſeuit. Vñ arguunt̃ qui auctorẽ vini liberũ putãt. Per tranſlationẽ Serere quãdoq; capit̃ pro generare. Vnde Satus. i. generatus. Huius cõpoſita ſunt Aſſero. Circunſero. Ply. lib. xxj. Et geniſtas circunſeri aluearijs gratiſſimũ. Cõſero. Deſero. Diſſero. Extero Inſero. Interſero. Obſero. Reſero. & Subſero. quæ habẽt pe. cor. dẽ quibus locis ſuis.

¶ Sero is. rui. diuiſas ſyllabas ſertũ ſignificat admoueo Vñ Aſſerere manũ veteres dicebãt cõprehẽdere: cũ eam pręhẽdebant in libertatẽ. Itẽ texere & ordinare: quoniam ea quę ordinantur annectuntur inuicẽ atq; cohęrẽt. Inde Serta coronæ dicuntur: & Series.

¶ Seranus cognomẽ ſumptum a Sero pro ſemino ſeu planto. Cornutus. Q. Cincinatus cum ſuum agrũ & araret & fereret: Dictatura ei a Populo Romano delata eſt. Qui contra Samnites pfectus victor extitit: qui a ferendo Seranus appellatus eſt.

¶ Series ordo & quaſi q̃dã rerũ cõtinuata pgreſſio: a ſerẽdo. i. ordinãdo dicta: vt i ſerie oratiõis. i. ĩ cõtextu. Val. max. Quis cõpos mẽtis domeſticę peregrinęq; hiſtoriæ ſeriẽ fœlici ſuperiorũ ſtilo conditã: vel attẽtiore cura vel pręſtantiore facundia traditurum ſe ſperauerit?

¶ Seres populi aſię ſcythicæ a Sera vrbe ſic dicti. apud quos arbores ſunt q nõ ſoliũ folia: ſed lanã quoq; pferũt tenuiſſimã. Nã ex earũ frõdib' caniciẽ depectũt aqua pfuſam: ex quo vellere veſtimẽta cõficiũt q Serica nuncupant̃. Virg. Velleraq; vt folijs depectãt tenuia feres. Huius nois noiatiuus ſingularis eſt Ser. Sidonius. Aſſyri' gẽmas Ser vellera tura Sabeus. Auſo. Iã pelago volitat mercator veſtifluus ſer. Nam & vermiculus ipe: vt auctor eſt Pauſanias: Ser appellatur.

⁎ Sergia oliuę genus. Cc.

¶ Sericus a. um. pe. co. qđ eſt confectum ex ea lana. Vnde veſtẽ ſericam dicimus. Hinc fit holo ſericus. vt veſtis holoſerica: ex ſerico contexta ſine alia materia. Subſericus a. um. qđ non eſt plene ex ſerico.

¶ Sericum ſubſtantiuum: veſtis ſerica. Hiero. ad Paulã Habeant ſibi cæteri ſi velint ſuas opes: vaſe gẽmato bibant: ſerico niteant: plauſu populi delectẽtur & p varias voluptates ſuas diuitias vincere nequeant.

¶ Sericatus qui eſt indutus ſerico. Sueto. de Calig. Armillatus in publicum proceſſit: aliquãdo ſericatus & Cycladatus.

¶ Sericarius textor ſericorum. Iul. Firmicus li. viij. Matheſeos refert ſericarium textorẽ naſci qui habuerit horoſcopum in. xxviij. parte arietis.

¶ Serius fluuius Ciſalpinæ Gallię per Bergomatẽ agrũ in Aduã fluens. a quo Vallis Seriana in eodem agro populoſa artificioſaq; noiata eſt.

¶ Serius. a. um. ſignificat graue. Terẽ. in eu. Ait rem diuinam feciſſe & rem ſeriam velle agere mecum.

¶ Serio aduerbiũ ſignificat vere & cum grauitate. Plau. in amph. Nunc quidẽ pręter nos nemo eſſe dic mihi verũ ſerio. i. ſine riſu. Terẽ. in eu. Miſit porro orare: vt venirẽ ſerio. i. cum effectu.

¶ Seria ſunt quę iocis opponunt̃. Nam ſunt vera & grauia. Acti'. Vos nugas aſſertis: nos ſeria loquimur. Mar. Parce pcor ſocero ſeria forſan amat.

¶ Serus a. um. modo tardũ ſignificat. Plau. Quid tã ſera aduenis? Hinc Col. li. j. Comparatiuum formauit. Sationes eius duas ſeruamus: alteram maturã per mediam ſemẽtem: ſeriorẽ alteram mẽſe Februario. Actius. Ne ſi forte paulo q̃ tu veniam ſerius. modo ſignificat grauem magnũ. Sal. Serum bellum in anguſtijs futurum. Virg. Seraq; terrifici cecinerunt omina vates.

⁎ Serilla nauigia dicimus. Cc.

¶ Sero aduerbiũ ſignificat tarde. Sen. in trag. Sero noſ illa referat ſenectus nemo ad id ſero venit. Aliquãdo ſignificat veſpere qđ eſt poſt occaſum. Aliquãdo poſt tẽpus. Qđ eñ poſt ſolis lucem eſt: id vere poſt tẽpus dici poteſt. Cic. cum accuſator Milonis idẽtidẽ interrogatus pſtaret: quo tẽpore Clodius eſſet occiſus: vrbane reſpõdit. Sero: quaſi poſt id tẽpus quo debuiſſet occidi.

¶ Serum ſubſtantiuum ſignificat extremam partẽ diei Liu. Erat iam diei ſerũ. Sue. in Aug. Nec multo poſt nauali p̃lio apud actium vicit i ſerum dimicatione protracta: vt i naui victor pernoctauerit. i. i horam veſpertinã. Et Serum dicit̃ aqua lactis ad multos morbos vtilis. Virgi. Acremq; moloſſum paſce ſero pingui.

¶ Serotinus a. um. pe. cor. a ſero pro veſpere fit. vt hora ſerotina: & tempus ſerotinum. Et ſerotin' a ſero pro tarde: vt poma ſerotina quæ poſt legitimum tẽpus: vel tardius cęteris matureſcunt. Col. lib. iij. Locis frigidis & autũni tẽporibus aquoſis præcoces ſerito: locis hybernis ſerotinas ſerito.

¶ Seria æ. vas fictile oblõgũ. Liu. li. iiij. de ſecũ. bel. pu. Et in vico hiſtrio fontẽ ſub terra tãta vi aquã fluxiſſe: vt ſerias doliaq; q̃ i eo loco erãt ꝓuoluta: veluti ꝑet' torrẽtis tulerit. Eſt & Seria nomẽ vrbis Tuditanorũ in hiſpania.

¶ Seriola dimi. a ſeria. Perſ. Seriolę veterẽ metuẽs dera dere limũ. Et ſeriti eſt orcariũ ordo directus.

¶ Serapis & is. idis. Et Seraphis cũ ph. ab aliqb' ſcribiẗ cuius pe. indifferẽs eſt. Mar. Vincebant nec q̃ turba ſerapim amãt. Idem. Iſtum ſeraphin Nilus veneratur Oſirin Fuit cognomen Oſiridis. De quo i dictione Apis dictũ eſt. Serapiũ vero dicitur ędes ſerapidis: ſicut tẽplũ Iſidis Iſium. Lampridius in Alexandro. Iſium & Serapiũ decenter ornauit additis ſignis.

¶ Seraphim cũ m. tam neu. q̃ maſc. generis eſt. Hier. ad Furiam. Hæc ſunt duo ſeraphim ter glorificantia trinitatem. Seraphin cũ n pluralis numeri neut. generis eſt pro choro angelorũ. Vnde quotidie in miſſa dicimus. Beata ſeraphin ſocia exultatione concelebrant.

¶ Serta coronę dicunẗ a ſertis: hoc eſt a digeſtis inuicem floribus frondibuſq;: ex quibus ab initio fieri coronę ſolebãt. Et ſubſtantiuũ eſt. Virg. Sertiſq; recẽtibus halant. Et Serta procul tñ capiti delapſa iacebãt. Cũ tamen dicam' Sertus a. um. vt ſertos flores ſertas coronas. Luc. Accipiunt ſertas nardo florente coronas.

⁎ Sertula regia herba eſt a ſertis quę ex ea fiunt ſic dicta. quę & Melleatothos a gręcis dicitur. Cc.

¶ Sermo loquela a compoſitis & ſimul cõtextis verbis. Eſt autẽ Sermo: vt Ci. li. iij. ad herẽ. ſcribit. Oratio remiſſa & finitima quotidianę locutioni. Ser. Sermo eſt cõſertio oratiõis & cõfabulatio duorũ vel pluriũ. Huius dimi. eſt Sermũculus. Hiero. ad Mar. Duas epiſtolas quas ad ſororem tuam Paulã huic ſermunculo annexui.

¶ Sermocinor pe. cor. ſermonẽ facio. Ply. lib. x. Super oĩa humanas voces reddũt Pſyttaci & quidem ſermocinantes. Hiero. Inter has ſermocinantes ſuſpiciunt aliter coruum in ramo arboris conſediſſe.

¶ Serenus a. um. pe. ꝑd. ſignificat trãquillũ ſine nubib' ſine ibre: q id maxime tẽpus ſationi aptũ ſit. Q̃nq; ponitur pro ſicco. Virg. Vnde ſerenas Ventus agat nubes.

¶ Sereno as. clarifico: tranquillo. Virgi. Vultu quo cœlũ tempeſtateſq; ſerenat.

¶ Sereſco is. ſiccus fio: quaſi ſereneſco: & ſeren' fio: quoniam ſerenitas ſicca eſt. Lucil. Deniq; fluctiuago ſuſpenſę littore veſtes Vueſcunt: tandẽ candenti ſole ſereſcunt. Aliquãdo Sereſcere eſt in ſerum abire. Ply. li. xj. Omne autẽ lac igne ſpiſſaẗ: frigore ſereſcit.

¶ Seriphus inſula i ęgeo mari vna ex cycladib' vt Stra. li. x. ſcribit. a qua fit adiectiuũ Seriphius a. um. vt ẽ illud Themiſtoclis. Neq; eñ vel tu ſi athenienſis eſſes clarus extitiſſes: aut ego ſi ſeriphius eſſem ignobilis.

¶ Serpo is. pſi. ptũ. ſignificat repo. & q̃nq; quaſi in modũ ſerpentis circuo & paulatim decurro. Hier. Cũ leni iuxta murmure ſerperet riuus. Hinc componuntur Inſerpo intro ſerpo. Claud. li. j. Et raucũ bibulis iſerpere murmur arenis. Proſerpo porro ſerpo. Plyn. Hęc hærba niſi ſata ſit mire proſerpit. Hinc proſerpina.

¶ Serpens modo participium modo nomen tam maſ. q̃ foe. gñis. & generale eſt ad oĩa quæ ſerpunt citra vſum pedum. a ſerpendo dictum. Hinc Serpentinus a. um. vt vox ſerpentina.

¶ Serpula a veteribus dicebaẗ quã nos ſerpẽtẽ dicimus.

¶ Serpillus hęrba paruorum foliorum capillis per terrã ſerpentib' a quib' nomẽ accepit. Et in gręco aſpirationẽ habet ἕρπιλλον λεγουσιν ὅτι ἕρπω τὸ ἑρπίζω. x. i. Serpillum dicũt q ἕρπω eſt ſerpo. In multis eñ noĩbus que in graeco aſpirationẽ habẽt pro aſpiratiõe ſ ponĩẗ. vt if ſex hepta ſeptem herpillum ſerpillum.

¶ Serperaſtra vocãt inſtrumenta quę geniculis puerorũ alligantur: vt cũ his deprauata corrigant crura: a ſerpendo dicta. ſerpunt enim magis pueri q̃ grandiantur.

¶ Seruo as. libero. Vir. Seruatum ex vndis ſtrophadũ me littora primũ Accipiũt. Itẽ cuſtodio tueor. vt dij patrij ſeruate domũ: ſeruate nepotẽ. Itẽ ſolicite ac diligẽter obſeruo. Plau. in aſi. Tuus ſeru' ſeruet Venerine eas det an viro. Itẽ inhabito poſſideo. Vir. li. iuj. Ge. Centũ quæ ſyluas: centũ quę flumina ſeruant. Itẽ Teneo. Idẽ li. vij. Curuã ſeruãs ſub imagine falcẽ. Hui' cõpoſita ſũt Aſſeruo. Plau. i cap. Aſſeruate iſtũ ſultis ſerui: ego ibo vt conueniã ſenẽ. Conſeruo. Ci. li. ij. offi. Res familiaris q̃ri debet his rebus a quib' abeſt turpitudo: cõſeruari aũt diligẽtia & parſimonia. Obſeruo: pręſeruo: & reſeruo.

¶ Seruus dictus a ſeruo as. Aug. lib. xix. ci. dei. Origo vocabuli ſeruorũ inde crediẗ ducta q ij qui iure belli poſſent occidi a victoribus cõſeruabanẗ ſerui fiebant a ſeruando appellati. Et eſt ſeruus qui domino alieno contra naturã iuris inſtitutionis ſubijciẗ. Huius diminutiuũ eſt Seruulus. Compoſitum conſeruus: qui in ſeruitute pariter eſt: hoc eſt qui eiuſdem domini ſeruus eſt.

¶ Seruio is. iui itum. proprie ad ſeruos pertinet. Eſt eñ ſeruire i ſeruitute eſſe. Interdũ parcere: ſeruare. Ter. Rus habitatum abij cõcedẽs vobis: & rei ſeruiens. Huius cõpoſita ſunt Aſſeruio. Ci. li. ij. tuſ. Toto corpore cõtẽtioni vocis aſſeruiunt. Deſeruio: Inſeruio qđ eſt obſequor & q̃ ſi officiũ ſeruiẽtis alicui ꝓſto: ſiue in rebus & negocijs alicuius ſtudioſus ſum. Ci. li. j. offi. A quo plurimũ ſperant etiã ſi ille his nõ eget: tñ ei potiſſimũ inſeruiũt. Subſeruio parũ vel leniter ſeruio. Interdũ quadro cõuenio reſpondeo. Teren. Venire me aſſimulabo: tu vt ſubſeruias orationi vbicunq; opus ſit verbis.

¶ Seruitus penul. cor. ipſa ſeruiendi conditio. Aliquando dominatus dicitur. Ter. i an. Vt ſemper tibi apud me iuſta & clæmens fuerit ſeruitus.

¶ Seruitiũ idẽ quod ſeruitus. Ter. Ego Pãphile hoc tibi pro ſeruitio debeo conari manib' pedib' nocteſq; & dies capitis periculũ adire dũ proſim. In plurali vero ſeruitia q̃nq; ipſi ſerui dicuntur. Sal. Interea ſeruitia repudiabat quorũ in initio magnę copiæ ad eum cõcurrebant.

⁎ Seruius & Seruilius cognomina ſunt virorũ. eſt præterea Seruilius locus romę a conditore ſic vocatus. Cc.

¶ Seruile quod ſeruorum eſt: vel quod ad ſeruos pertinet: vt ſeruilis conditio & ſeruile officium.

¶ Serapta ciuitas phoeniciæ apud quam naſcebaẗ vinũ laudatiſſimum. Vnde Seraptanum vinum. Sidonius. Quæq; ſeraptano palmite miſſa bibas.

¶ Serotum. vide in dictione Scrotum.

¶ Serbonis palus iuxta montem Caſium auctor Herodotus.

⁎ Seſelis hærba eſt quam nonnulli vocant Sile. Cc.

¶ Seſſio modo ipſum ſedendi actum ſignificat modo ipſum ſedile. Cice. Tot locis ſeſſiones gymnaſiorum. id eſt tot ſedilia.

¶ Seſſiles pe. cor. lactucæ dicuntur quaſi ſedentes.

¶ Seſquialtera proportio eſt quę tantundem & dimidiũ habet.

¶ Seſquiplum idem qđ ſeſquialterum qđ graeci Hemolion appellãt. Verbum autem Seſqui vt Augu. interpretatur pro eo qđ eſt e abſq; dictum videri poteſt. Erat & vſuræ genus ſeſcuplum in iure pontificio damnatum. Quod fit cum datur ſumma aliqua & recipitur ſumma illa cum ſua plica id eſt medietate: vt diſt. xlvij. Non licet foenerari miniſtris altaris vel lucra quæ ſeſcupla dicuntur accipere. At Sexcuplum per x diciẗ quælibet res ſexies multiplicata.

¶ Seſquipes: vnum pedem & ſemis cõtinet. Sic ſeſqui-

menſis vnus mēſis cū dimidia parte alterius. Var. li. j. de re ruſt. Annus eſt diuiſus i quattuor partes tot⁹. Et idem ſubtilius i ſeſquimēſes octo. Seſquilibra libra vna cū dimidio alteri⁹. Seſq̄hora vna hora cū dimidia. Seſquiculeare vas qd̄ cōtinet culeū & dimidiū alterius. Seſquimodius q̄ cōtinet vnū modiū cū dimidia pte alteri⁹. Var. li. j. de re ru. Vt nucea itegras quos vno modio cōprehēdere poſſis ꝙ putamina ſuo quæq; habent loco natura cōpoſita: cū eaſdē ſi fregeris vix ſeſquimodio cōcipere poſſis. Seſquiopera. Col. lib. ij. Fabæ occantur ſeſquiopera.

¶ Seſtertius & ſeſtertiū per ſ ante t quaſi ſemis tertius eo ꝙ cōtineat i ſe aſſes duos & dimidiatū tertiū. Veteris conſuetudinis fuit: vt ſemis anteponerēt. vt ſemiſquartus: ſemiſquintus: ſemiſtertius a quo Seſtertius. Et eſt cōpoſitio Attico more facta. Illi. n. ἑπτάμισυ τάλαντα. hoc eſt ſeptē ſemi talēta dixerūt ſeruātes illud: vt expreſſius numerus pro dimidio caperet̄. Apud romanos ex ere ſignato cōtinet libras duas ac ſemis depōdiū ac ſemiſſem & per duo ll & ſ notabat̄: vt apud Ci. i ver. Valebatq; mille nūmos: vt ex Plinio itelligi licet: q ſcribit Aſinium celerē ſeſtertijs octo mulū emiſſe. Q d̄ precium fuiſſe Octo miliū nūmū Macrobius tradit. Et nemo i ordie equeſtri ſedebat ſpectatur⁹ niſi ſeſtertia. xl. milia poſſideret. apd̄ eruditos quādoq; ſeruat̄: vt ſeſterti⁹ maſculino gn̄e vſurpet̄ ſignificātes minutulā ſummā: ſeſtertia vero pro maioribus ſummis: vt. cccc. ſeſtertia pro quadringētis milibus: q̄ ſumma eſt ſenſus equeſtris. Eſt etiā ſeſtertiū gen⁹ veli triplici licio texti: vt tertiū filū duobus ipar ſit. Sue. in Aug. Ita vt i extremis ſpatijs ſubſultim dicurreret ſeſtertio vel Lodicula iuolutus. Huius dimi. eſt Seſtertiolus vel Seſtertiolum cum accentu in antepe.

⁎ Seſtos vrbs erat in oſtijs Ponti. Cc.

⁎ Setania ſpecies meſpili arboris q̄ fert fructum grādiorem & candidiorem acinoſq; ligno molliori. Cc.

¶ Setę dicunt̄ pili craſſiores rigidiq; atq; erecti q̄les ſues habēt. Vñ ſetoſum ſiue ſetigerū aïal vocat̄. Et a ſue dictæ ſunt ſetæ: quaſi ſuetæ: a quo & Suo ia. deducitur.

¶ Setuoſum a veteribus dicebat̄ obſcurū. Liu. Setuoſe abs te dat̄ quod conſecuta ſapiens ægre contulit.

¶ Setia vrbs Campaniæ: a qua Setinum vinū. Mar. Pēdula pontinos quæ ſpectat Setia campos: Exigua vetulos miſit ab vrbe cados.

¶ Seuerus a. um. pe. pro. quaſi ſecus. i. iuxta verum. vel dicit̄ a ſęuus detracta a & prima ſyllaba correpta. Et modo ponit̄ pro graui & cēſorio. Virg. Romulidis Tatioq; ſeni curibuſq; ſeueris. Modo pro crudeli & aſpero. Idem Q ui tetricæ horrentis rupes montemq; ſeuerum. Modo pro triſti vitabili. Idem. Inuidia iſœlix furias amnemq; ſeuerum. Hinc Aſſeuero & Perſeuero.

¶ Seueritas grauitas q̄ eſt ps iuſtitię qua iudex nihil omnino de ſupplicio remittit: neq; a vero diſcedit: adeo vt videat̄ miſericordię cōtraria. Vñ & pro crudelitate & quadā naturę toruitate ponit̄ quę & Seueritudo dicit̄. Plaut. Q uid illud eſt ꝙ illi caperat̄ frons ſeueritudine?

⁎ Seueriana genera ſunt pyrorum ab iſitore Seuero (vt opinor) dicta. Cc.

¶ Seuum pinguedo ex qua fiūt candelę. Ply. li. iij. Seuū ex omento pecudis. Serenus. Parua ſabucus ineſt hircino colbita ſeuo. Et eſt cornigerorū dūtaxat quę i vna parte dentata ſunt: & quę i pedibus talos habēt. Biſſulca vero & q̄ pedes ſciſſos i digitos habēt: & carēt cornibus nō ſeuū: ſed adipē habēt: q cōcret⁹ eſt: & cū refrixit facile frāgit: ſempq; eſt i fine carnis ſine ſenſu: q a nec arterias habet: nec venas. Contra pingue iter carnē cutēq; eſt ſucco liquidū qd̄ etiā in aliq̄bus ſine ſenſu eſſe manifeſtum eſt. Vñ ſues viuētes a muribus tradūt roſas. Id pingue i ſue laridū dicit̄. Hinc Seuoſus a. um. qd̄ iſtar ſeui vngit. Legitur tamē & Sepum. a quo Seuo as. ſeu Sepo as. qd̄ eſt ſeuum ipono: ſeu candelas ex ſeuo facio. Col. lib. ij. Ferijs autem ritus maiorum etiam illa permittit: far piſere faces icidere: candelas ſeuare: ſeu vt quidam legunt ſebare: aut ſepare.

¶ Seuoco as. pe. cor. ſeorſum ſeu in alteram partē voco ducove. Ci. li. ij. phil. Et ob ei⁹ cōſilij ſocietatē cū iterficeretur Cæſar: tum te a Trebonio vidimus ſeuocari.

⁎ Sex numerale nomen a gręcis dictum aſpiratione i. ſ. verſa. Illi enī ἕξ dicunt. ex quo ſextus ta. tū. Aduerbiū ſexies. & ſexagita: & ſexcēti tę ta & ſexagenus na. num. C.

¶ Sextans ſexta para aſſis: hoc eſt duæ vnciæ.

¶ Sextarius dicit̄ ꝙ ſit ſexta para Congij. quę menſura apud antiquos tam liquidis q̄ aridis ſeruiebat. Cice. li. ij. offi. Si emere ſextarium aquæ mina cogeretur.

¶ Sextula ſexta pars vnciæ.

¶ Sexus maſc. generis: & hoc ſexus ſexi. ſecundū Priſ. Plau. iru. Virile ſexus nunq̄ habui vllū. Var. li. j. de anal. Sexus vtrunq; virile an muliebre an neutrum ſit dici poteſt habitus vel natura ab ἕξω futuro indicatiui: qd̄ eſt habebo: aſpiratione in ſ. murata.

¶ Shilon inſulam Indiæ eſſe docet Aug. lib. xxj. de ci. dei. Q uæ ex eo cæteris terris pręfertur ꝙ omnis arbor q̄ in ea gignitur nunq̄ folijs nudatur.

S. ante I.

¶ Si coniunctio quādoq; adiunctiua: vt ſi venias faciā. Q uandoq; cauſalis: vt eris doctus ſi legas. Q uādoq; approbatiua: vt ſi conceſſa peto. Et ſi qua eſt cælo pietas. Ser. ibi. Si exponit pro ſiquidem. Et tunc iungitur indicatiuo. Nam ſubiunctiuo coniuncta abnegatiua eſt: vt facerem ſi poſſem. Ponitur interdum pro vtinam. Virgilius libro. vj. Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus Oſtendat. Interdum pro poſtq̄. Terētius in phor. Herus ſi redierit molendum vſq; in piſtrino. Q uandoq; pro nō Hieronymus in lib. numeri. Q uibus iratus dominus iurauit dicens. Si videbunt homines iſti qui aſcenderūt ex ægypto terram &c. Nōnunq̄ pro quia ſeu ſiquidem. Eſt enim confirmātis. Plautus in amp. Si ſimilem rem ipſe in legem iuſſit eſſe Iuppiter. Virg. lib. j. Ge. Veſtro ſi munere tellus Chaoniam pingui glādē mutauit ariſta. Eius compoſita Sin: Siquid: Siue: O ſi: etſi: ſiquis.

⁎ Siambis inſula eſt in oceano Britannico. Cc.

¶ Sieſt vt admiſerit. i. ſi admiſit apud Teren.

¶ Sibaris oppidum antiquiſſimum ab vrbe. xij. milib⁹ paſ. diſtans. Aliud eſt oppidum calabrię qd̄ tercenta militum milia cōtra Crotoniatas armauit. Cuius populi Sibaritæ dicti ſunt & vitijs & luxuria intemperantes: qui a crotoniatis turpiter victi fuere. Vñ apud idoneos auctores ſibaris pro mollicie capitur ꝙ ſcilicet omnium molliſſimi & delicatiſſimi fuerint ſibaritæ. Ex quo vice prouerbij ſibaretice & ſibaricę delicię dicuntur: & ſibaritici ludi cum modum excedunt: ſibaritici libelli laſciui improbi petulantes. A ſibaris etiam fit ſibaritanus a. um. Scribitur a nonnullis per y pſilon. Fuit & hoc noie fluuius in Calabria & Iuuenis apud Hora. Lydia dic p oēs te deos oro Sibarim cur properes amando perdere.

¶ Sibilus penultima correpta in ſingulari generis maſculini. In plurali maſculini & neutri. Hieronymus in lib. Iudi. Q uare habitas inter duos terminos: vt audias ſibilos gregum? Idem contra Ioui. Hęc ſunt ſibila ſerpentis antiqui. Luc. li. ix. Cerberus orphęo lenuit ſibila cantu. Eſt autem ſibilus qui fit ore: vt equi bouis & huiuſmodi ſi ad bibēdum ducantur. Col. li. ij. Sibiloq; allectari quo libentius bibant. Q d̄ tamen & de vento & huiuſmodi dicitur. Virg. i buc. Nam neq; me tantum venientis ſibilus

hauſtri. Nec percuſſa iuuãt fluctu tã littora: nec q̃ Saxo-
ſas inter decurrunt flumina valles.
¶ Sibilo ſibilũ facio. Hiero. Per trãſlationem ad chteſi.
Q đ per os eorũ intolerabilem diabolus ſibilet blaſphe-
miã. Huius cõpoſita ſunt Aſſibilo qđ eſt iuxta ſeu retro
ſibilo. Clau. lib. ij. Gorgoneiſq; premẽs aſſibilat hydris.
Exibilo extra vel valde ſibilo aut tumultuari ſibilatione
eijcio. Ci. in parado. Hiſtrio ſi paululum ſe moueat extra
numerũ: aut ſi verſus pronunciatus vna ſyllaba breuior
aut longior: exibilatur & exploditur.
¶ Sibylla cũ y ante geminũ ll puella dicit: cuiꝰ pectus nõ
decipit: & q̃ vaticinat: vt Lact. & Var. teſtant. Et a cõſilijs
deorũ nũciandis veteres hoc nomẽ impoſuerũt. Aeoles
eñ σιοὺσ deos dicũt. βουλὴ ſentẽtia ſeu conſiliũ dicit. Er
go ſibyllas quaſi ſibullas. i. q̃ dei ſentẽtias dixerũt. Hier.
cõtra Ioui. Q; ſi Aeolici ſermonis genere ſibylla θεοβου
λὴ appellatur: recte conſiliũ dei ſola ſcribit noſſe virgini
tas. Sibyllas decẽ fuiſſe ſcripſit Var. Pria fuit pſica. Se-
cũda Libyca. Tertia Delphica. Quarta Cumæa i Italia.
Quita Erythrea. Sexta Samia. Septima cumana: amal
thea noie. Octaua helleſpontia. Nona phrygia. Decima
tyburtina noie Albunea. Suidas autẽ plura ſcribit de ip
ſis & alio modo: ſed qm̃ Suide noſtri mentio facta eſt co
dices ipreſſi ſunt emẽdandi: vbi eſt maximus error: nam
dicit σίβυλλα ρωμαϊκὴ λέξισ ἐσὶν ἑρμηνευομένη προφῆ
τισ ἤγουν μάντισ. ✠. i. Sibylla romana dictio eſt iterpre
tata propheta & vates. imo debet dicere σίβυλλα ρωμαϊ
κὴ λέξισ οὐκ ἐσὶ. ✠. i. Sibylla romana dictio non eſt. σιὸσ
eñ Aeolice dicit deꝰ βουλὴ cõſiliũ: qm̃ ſcit deoꝝ ſecreta
¶ Sibur veteres vocabãt callidum & cautum.
¶ Sic aduerbiũ affirmãtis: vt feciſti ne hoc? Sic. Quãdo
q; ſimilitudinis. Virg. Nõ ſic aggeribus ruptis cum ſpu-
meus amnis exit. Quãdoq; optãdi. Idẽ. Sic pater ille de
um faciat: ſic magnus apollo. Eſt & cõiũctio illatiua. Ci.
Sic tot ſimul virtutes cõtinentię grauitatis iuſtitiæ fidei
defecerũt. i. igitur. Nõnunq̃ capit pro valde. Apul. Nec
ego rebar ſic multorũ id opus dierum eſſe. Frequentius
tamẽ i hoc ſenſu cõpoſitum ſicq; reperitur. Duplicat etiã
maioris expreſſionis cauſa. Virg. Sic ſic iuuat ire per vm
bras. Fit autem ſic a ſi.
¶ Siccine aduerbium interrogantia eſt. Plau. Siccine tu
illam? ſiccine nos habes ludibrio omnis?
¶ Sicut & ſicuti aduerbia ſimilitudinis ſunt. Interdũ ta-
mẽ nõ res ſimiles: ſed diuerſas & plane cõtrarias denotãt
Quit. Sed hęc eloquẽdi pręcepta ſicut cognitiõi ſunt ne
ceſſaria: ita nõ ſatis ad vim dicẽdi valẽt niſi illis q̃dã faci-
litas q̃ apud grecos lexis noiat acceſſerit. Habet etiã ve-
nuſtatẽ atq; vtilitatẽ magnã quoties antecedẽtẽ ſentẽtiã
annectit cũ ſequenti. Ply. Ferũt craſſum auum Craſſi in
parthis iterempti nunq̃ riſiſſe: ob id Agelaſtum vocatũ:
ſicut nec fleſſe multos.
¶ Sicubi pe. cor. ſi alicubi. Hiero. in ꝓlogo. Ioſue. Et ſi-
cubi in antiquorũ voluminibꝰ lectiõe dubitauerint hoc
illis conferentes inueniant quod requirant.
¶ Sicũde aduerbium ſignificat ſi ex aliquo loco.
¶ Sica gñs gladii breuioris quaſi ſeca a ſecando.
¶ Sicarius qui ſica. i. gladio hominem interficit. pabu-
ſionẽ dicit qui cædẽ telo quocunq; cõmiſerit.
¶ Siccus a. um. per duplex cc quod eſt aridũ & ſine hu-
more. Vir. Sũma petit ſcopuli ſiccaq; in rupe reſedit. Per
tranſlationem ponitur pro exercito quaſi nimio labore
exhauſto. Plau. Sic ſiccum: frugi: continẽtem: amãtem
vxoris maxime.
¶ Siccitas & ſiccitudo. Col. lib. ij. Si vero torpor cæli ſic
citaſq; regiõis ſuadebit februario ſtatim ꝓſcindẽdi ſũt.
¶ Sicco as. tam in paſſiua q̃ in actiua ſignificatiõe repe-
rit. Lact. lib. vij. Flumina & ſtagna ſiccauerint. i. ſicca fa
cta fuerint. Col. li. ij. Si humidis erit abundãtia vliginis
ante ſiccetur foſſa. Huius compoſita ſũt Aſſicco quod
eſt valde ſicco. Idem in eodem. Ea cum ſpicas ediderint
priuſq̃ ſemina hyent ęſtibus manu carpunt & ſuſpẽſa in
ſole cũ aſſiccauerint recõdunt atq; ita repoſita perennãt
quo diutiꝰ q̃ cętera. Abſicco. Idẽ lib. j. Plurimũ refert nõ
abſiccato ſucco fimũ vires cõtinere: & aſſiduo macerari
liquore. Deſicco valde ſicco. Exicco extra ſicco euacuo.
¶ Siccesco is. a ſicceo es. Ply. lib. xviij. Aquilonẽ prenũ
ciat terra ſicceſcens: ſed roreſcẽs repente hauſtrũ imiſcet
in rore occulto. Col. li. vlti. Fœnũ græcum vetere vino
macerato: deinde in ſole expoſito: aut in furno vt ſicce-
ſcat. Hic Aſſicceſco. Idẽ ibi. In muria lucre oportet & ex
preſſos in cratibus pandere dum aſſicceſcant.
¶ Siccaneus a. um qđ eſt naturaliter ſiccum. Col. lib. ij.
Eius prati animaduertimus duo genera quorum alterũ
eſt ſiccaneum alterum riguum.
¶ Sicera pe. cor. nũcupat ois potio apud hebręos q̃ ine-
briare põt: vt ſcribit Hie. ad nepo. ſiue illa q̃ fermẽto cõfi
cit: ſiue pomoꝝ ſucco: aut faui decoquunt: i dulcẽ & bar
barã potionẽ: aut palmarũ fructus exprimunt in liquorẽ
coctiſq; frugibus aqua pinguior coloratur.
¶ Sicãbri: populi germaniæ Menapijs finitimi ad vtrã-
q; rheni ripam habitantes. Hi crines natura flauos habẽt
quos creſcere ſinunt & artificio quodã intorquent. Mar.
lib. j. Crinibus in nodum tortis venere ſicambri. Quidã
cum y græco ſcribunt.
¶ Sicani ppli hiſpani a fluuio ſicare dicti. De quo Luc.
Heſperios inter ſicaris non vltimus amnis. hi duce Sicu-
lo excluſis aboriginibus Italiam tenuerunt ipſiq; poſtea
ab ipſis pulſi quos ante pepulerãt inſulam vicinam Ita-
liæ occupauerunt: & eam ſicaniam a ſuo noie nũcupaue
runt. Huius dictionis ſyllaba ca. indifferenter ponit. Vir.
li. iij. Sicano ꝑtẽta ſinu iacet inſula cõtra. Syrius li. xiiij.
Sidera eliſeis aderat gens ſicana votis.
¶ Sicania dicta eſt ſicilia a Sicanis populis qui primi eã
inſulam incoluiſſe ferunt: q tamen non ſunt indigenæ
ſed hiſpani. Sicilia vero a ducis noie vt inquit Seruius.
¶ Sicaria pe. cor. nomen eſt fluuij in Hiſpania: a quo ſi-
cani populi dicti ſunt.
¶ Sicionia iſula eſt i mari ęgęo ex oppoſito ad Epidau-
rũ. Alta qdẽ & eminẽs vt refert Ply. Eſt & Sycionia ſeu
ſycion vrbs in achaia nõ procul a corintho i qua primus
regnaſſe fertur Aegialeus: q̃ nunc Clarẽtia dicit. Sicyo-
nẽ fuiſſe officinarũ oim metallorũ patriã Ply. ſcribit. In
ea etiã Cicerone teſte moles & muliebres calcei cõfici ſo-
lebant. Vnde Sicyonia calciamenta dicta ſunt. Lucil. Et
pedibus lęua ſicyonia demit honeſta.
¶ Sichẽ filius Canaan q ciuitatẽ ſui nominis ędificauit
in phoenice quę Sidon a græcis appellata eſt.
¶ Sicilia Italiæ inſula a Siculo Neptuni filio dicta. Vel
ſicilia quaſi ſicclita: hoc eſt execta. Nã olim agro Brutio
annexa: mox interfuſo mari ſiculo auulſa. Ob hoc gręe-
ci rhegyo nomen dedere quaſi auulſo. Vnde Virg. lib. iij.
Hæc loca vi quondã & vaſta cõuulſa ruina (Tantũ ęui lõ
ginqua valet mutare vetuſtas) Diſſiluiſſe ferunt cũ pro-
tinꝰ vtraq; tellꝰ Vna foret. Eã gręci ſicclitã dixerũt. Olim
Trinacria appellata ẽ q tria acra. hoc ẽ tria cacumia hẽat.
Nã tribꝰ ꝓmõtorijs i diuerſa ꝓcurrit. Vel Triq̃tra: q trian
guli figurã habeat hmõi. Δ. Triquetrã eni figurã triangu
larem dixerũt. Quorum vnus angulus qui in meridiem
vergit Pachynus dicitur. Alter Pelorus qui ad ſeptẽtrio
nem ſpectat & ab Italia mille quingẽtis paſſibus diſtat.
Tertius Lilybœus qui carthaginẽ maxime ſpectare vi-
detur: & ab Aphricæ littoribꝰ. cxx. milibꝰ paſſuũ diſtare
prodiderũt. Hęc ab oriente & occidẽte ſeptẽtrioneq; tyr-
rheno mari a meridie aphrico alluit. Patet i lõgitudine a

Peloro vſq; Pachynum milia paſ.clxxxvij. In latitudie clxxxix. Sicania preterea dicta eſt a ſicanis Hiſpanię populis qui duce Sicano primum i Italiam veniſſe ferunť. Haec a principio: vt Iuſt. ſcribit: Cyclopū patria fuit: quibus extinctis Aeolus regnū inſulę occupauit. Vñ Virg. li. iij. Ignariq; vię Cyclopū allabimur oris. Et illud. Exulat aetnęos vidit cyclopas Vlyſſes. De hac Diod. ſic ſcribit. Sicilia optima inſularū oīm antiquitate rerū caeteras antecellit. In ea ſunt Panhormus. Cathana. Syracuſae. xj. olympiade cōditę. Pręterea Meſſana. Eryx & Leontinū Gorgiae philoſophi patria. Ibi Arethuſa fons. Eryx & Aetna montes. Eſt & Sicilia hęrba a ſiciliendo dicta quā alio noie Foenograecū vocāt q nulli⁹ fere cultus ſit: ſed tm̄ ſicilit. hoc eſt ſecat. In ea primū ſeminatū eſt: & Comoedia primū inuenta eſt. Hic Archimedes natus q ſiderū diſciplinā machinatus eſt. In ea ſpecus Laeſtrigonum vbi habitabant: & Achates lapis inuenitur.

¶ Sicilienſes dicuntur q alibi orti in ſicilia verſantur.

¶ Siculi qui e Sicilia ſunt: vel icolę: vel idigenae. Siculū mare anguſtū atq; anceps alterno curſu modo in Tuſcū modo in Ionium pelagus influit verticoſum & ſcyllae ac charybdis ſęuitia inclytum.

¶ Sicelis idis forma gręca a Sicilia fit. Vir. Sicelides muſę paulo maiora canamus.

¶ Siciliſſo as. ſicula lingua loquor. Plau. Non atticiſſat ſed ſiciliſſat.

¶ Sicileo es. ſicilui: vel ſicilio is. iui. itū. Sicilire eſt q̄ male facta ſunt ſecare: vt fit cū Foeniſeces p̄tereunt i pratis. Ply. li. xviij. Prata quoties ſecta ſūt ſicilire oportet. Hoc eſt qđ foeniſeces p̄terierūt ſecare. Var. li. de reru. Quo facto ſicilieda prata. i. falcibus cōſectāda q̄ foeniſecę p̄terierunt: ac quaſi hęrba tuberoſum reliquerūt campū. a qua ſectione arbitror dictum ſicilire pratum.

¶ Sicilicus ſcrupulos ſex continet: dictus q ſemiunciā ſecet.

¶ Sicilices haſtarum ſpicula lata.

¶ Siclus apud hebręos dicitur vncia. Apud graecos latinoſq; quarta pars vncię eſt: & ſtateris medietas Drachmas duas appendens.

¶ Sicimina quidā ita ediſſerunt inqt Hiero. vt ea genus arborum appellare velint: q̄ palęſtinę naſcunť in cāpeſtribus q̄ ſi nō vellicētur amariſſimas caryculas faciunt & a culicibus corrumpunť: nobis autem quia ſolitudo i qua morabatur Amos nullā huiuſmodi gignit arborem: magis videť rubos dicere qui afferūt moras & paſtorum famē ac poenuriam conſolantur.

¶ Sicinniū genus veteris ſaltationis quaſi ſiticinium: hoc eſt cantū apud ſitos. Vñ Siticen qui apud ſitos canere ſolitus eſt: hoc eſt vita functos & ſepultos.

¶ Sidon vrbs Phoenicis iſignis cananęorū ad Aqlonē reſpiciēs: & poſtea regionis Iudęę. hāc phoenices: vt qdā aiunt cōdidere q terręmotu relicto patrio ſolo aſſyriū ſtagnū primo mox mari proximū littus icoluere: cōdita ibi vrbe quā a piſcium vbertate ſidona vocauere: eo q tali noie piſcē vocent. Sed deinde poſt multos annos expugnati ciues ſunt q nauibus appulſi Tyron vrbem anno Troianę cladis cōdiderūt. Hanc Euſtha. a Sida Beli filia dictā putat: Ioſephus a Sichem filio chanaan q̄ apud hebręos etiā ſichē vocať. Hinc Sidonius. a. um. vt veſtis ſidonia. i. purpurea: qm̄ Sidon i tyro eſt. Et licet do. ſyllabā correptā habeat. Virg. Sidoniaſq; oſtētat opes. Et Sidonio eſt inuectus equo. Inueniť tm̄ quādoq; p̄ducta: vt apud eūdē. Obſtupuit primo aſpectu ſidonia Dido. Sicut in primitiuo. Teucrū memini ſidona venire.

¶ Sidonij populi Sidonis vrbis. Sidones vero populi thracū prope hebrum quos Ply. Sidonos appellat. Sūt & alij Sidones in ſcythia.

¶ Sido dis. ſedi ſeſſum. Mutuať enī p̄teritū a ſedeo. Eſt aūt ſidere deorſum deſcēdere: ſeu ad ſedēdum firmandū manēdū ve ponere. Virg. Sedibus optatis gemina ſuper arbore ſidūt. Huius cōpoſita ſunt. Aſſido. Conſido. Circūſido. Deſido. Inſido. Obſido. Perſido. qđ ē valde ſeu perfecte ſido pſiſto. Virg. li. iij. ge. Turpis oues tētat ſcabies vbi frigidus imber Altius i viuū perſedit & horrida cano Bruma gelu. Subſido ſubtus cado deſcēdo decutro. Virg. li. v. Subſidūt vndę tumidumq; ſub axe tonāti Sternitť ęquor aquis. i. ſublabunť. Oui. li. j. me. Iam mare littus habet: plenos capit alueus amnes. Flumina ſubſidūt: colles exire videnť. Iuſſit & extēdi campos ſubſidere valles. i. deſcendere.

¶ Sideritis lapis quem alio nomine Heracleon alio Magnetem vocamus ἀπὸ τοῦ σιδήρου: hoc eſt a ferro. Nā a Magnete trahitur ferrum.

¶ Sidus licet qdā graecū eē velint: & ἀπὸ τοῦ σὺν: qđ eſt ſimul & εἰδεῖν videre q plures ſtellę ſimul cōſpiciantur. Alij ab συνειλέω: qđ eſt cōmeo & conuenio: vt ſit plurīū ſtellarū cōuētus. latinū tm̄ eē putať: & a ſido deduci qđ eſt fixus maneo: q ſidera iſidāt. i. fixa ſtēt. Eſt. n. Sidus qđ ad aliqđ ſignū cōplurīū ſtellarū compoſitū eſt: vt Aries: Taurus: Andromeda: Perſeus: corona: & quęcūq; variarū genera formarū cōpoſita feruntť in coelū recepta. Stella vero ſingularis eſt quę nō admiſta alijs ſola fertur. Sic apud gręcos After: & Aſtron diuerſa ſunt. Et aſter ſtella vna. Aſtron ſignū ſtellis coactū: qđ nos Sidus vocam⁹. Quādoq; tm̄ Sidus pro ſtella poniť. Ci. Itaq; neſciūt hos ſiderū errores. Quit. Quid hęc fulgentiū ſiderū veneranda facies: quę quadam velut infixa ac cohaerentia perpetua ſemel capta ſede collucent. Alio tota ſparſa cęlo vagos curſus certis emetiunť erroribus.

¶ Sidereus ea. reū. qđ ex ſidere eſt: vt ſplendor ſidereus Aliquando ponitur pro alto. Mar. Hic vbi ſidereus propius videt aſtra coloſſus. Aliquādo pro fulgenti. Virg. Et ſplendidus aethra ſiderea polus.

¶ Siderari eſt ſidere afflari. Hinc ſideratio morbi genus partem aliquam corporis ſaepe pene totum corpus percutientis ſubito atq; exiccantis & plęrūq; hominem enecantis: q cum repentino quodam eueniat impetu: & e cęlo vi quadam ſideris prouenire putatur. Vnde Ply. Sideratio tota e cęlo eſt. Idcirco a ſidere nomen aſſumpſit. Sideratio etiam dicitur q corpus ſtupore quodam attonitum ſubito conficiat. Nec in humanis tantū corporibus ſed in arboribus ac plantis ſideratio eſt quando vaporū ſiccitate arbores moriuntur: vt inquit Plyn. lib. x. Hunc morbum graeci ἀστροβολίαν nominant a ſideris percuſſione maximo ſaturni & martis coitu i ſede virginis: aut geminorum lunę ſoliſq; defectum. Sic ſiderati dicuntur qui ſidere vexantur & laeduntur. i. qui vim & malignitatem alicuius ſideris ſtatutis tēporibus ſentiunt. Ply. Fluuiatilium ſilurus caniculę ex ortu ſideratur: & alias fulgore ſopiť. Plau. Sideratus eſt moueri nō poteſt. Hinc praeſiderari dicitur cum maturius hyberna tempeſtas mouetur quaſi ante ſideris tempus.

* Siderion heracleum hęrba ab Hercule inuēta caule tenui: digitorū quattuor altitudie: flore puniceo: folijs Coriandri: iuxta amnes & lacus naſcēs: & oīa vulnera ferro illata ſanans. Cc.

* Sideris fluuius eſt Hircanię. Cc.

* Sideriton hęrba eſt minutioribus q̄ foeniculi folijs veſtita ab imo. Cc.

* Siderepecios gēma eſt nigra multis variātibus guttis.

¶ Siderites pe. p. hęrba q̄ & Alteriſcū: folio ſimilis ocymo nigrior tātū naſcens in tegulis parietinſq;.

¶ Sifilatores a veteribus dicebātur ſimulatores. & Sifilare qđ nos fibilare dicimus.

¶ Signũ ꝓprie eſt parua quędã ſignificatio idicãs totius rei qualitatẽ inquit Do. Ter. Nũ eiꝰ color pudoris ſignũ vſq̃ indicat? Hinc litterarũ notę ſigna dicunᵗ. Itẽ notę genitiuae & q̃ pecudibus inurunᵗ. Hinc. xij. ſigna cęleſtia ſigna dicunᵗ q̃ in Zodiaco ſunt: q̃a notę quorundã aialiũ ſunt quae ad naturam ſolis iure referuntur: ſcilicet Aries Taurus: gemini: cãcer: leo: virgo: libra: ſcorpius: ſagittariua: capricornus: aquarius: piſcis. Item ſignũ vexillũ dicitᵗ ab effigie animalium quae in vexillis fieri cõſueuerũt. Luc. Signa pares aquilas ac pila minantia pilis. Hinc antesignanus ſignoꝝ propugnator qui ante ſignũ conſtituitᵗ in acie. Signa quoq; dicunᵗ ſculptilia ſiue fuſilia ad effigiẽ animaliũ fabricata: queadmodũ tabulę opera pictoꝝ. Vnde ſigna & tabulas dicimus pro caelatis operibꝰ atq; depictis. Siquidẽ in tabulis antiqui pingebant nõ in parietibꝰ. Tabulę igitᵗ picturę ſunt: ſigna vero ſtatuę. Vnde apud Sal. Signa & tabulas pictas vaſa caelata mirari ea priuatim & publice rapere delubra ſpoliare. Hinc fit iſignis. In figuris autẽ: vt Aug. lib. de q̃titate aię ſcribit ſignũ dicitᵗ ſi principium lineę eſt: aut etiam finis: vel cum omnino aliquid notat qd̃ ſine partibus intelligẽdum ſit: nec tamẽ obtineat figurę mediũ. Pũctũ cũ mediũ tenet figurę. Eſt igitur ſignũ nota ſine partibus: punctum nota mediũ figurę tenẽs. Ita fit: vt omne punctũ etiã ſignũ ſit non autem omne ſignum punctum videatur.

¶ Sigillum diminutiuũ. i. paruum ſignũ: prout ſignum ſtatuã ſignificat.

¶ Sigillatim aduerbium ſignificat per ſingulos.

¶ Sigillo as. ſignum imprimo. Hinc ſigillatę dicunᵗ litterę. i. clauſę & anulo impreſſę propter qd̃ veteres ſigillare pro claudere vſurpabãt. Var. Contra lex nimis impia eſt ne filij patribus luci ſigillent oculos.

¶ Sigillaria opera ſunt paruę imagines fictilibus deſcriptę dicta a ſigillis. i. paruis ſignis.

¶ Sigillaria vicus erat vbi ſigilla vendebanᵗ. Gel. lib. v. Apud Sigillaria forte in libraria ego & L. Paulus poeta conſederamus.

¶ Signifer q̃ ſigna fert: hoc eſt vexillifer. Et ſignifer dicitᵗ circulus i quo. xij. ſigna ſunt qui gręce Zodiacus appellatur ab effigie animalium quę in eo ſunt.

¶ Signo as. Signũ imprimo. Virg. Et ſummo veſtigia puluere ſignẽt. Vnde ſignare epiſtolam dicimꝰ anulo ſignũ imprimere. Cuius cõtrarium eſt Reſigno quod eſt deleto ſigno aperio. Sic ſignatã pecuniã dicimus. Hier. Habitacula in quibus ſcabrę etiam incudes & mallei quibus pecunia ſignatur viſebanᵗ. Sic ſignata pecora quae ſignis notata ſunt: & quae notam inuſtam habent. Interdũ ſignare ſignificat oſtendere: idicare. a ſigno. Plau. in Ciſ. Cui haec excidit ciſtella? recte eccũ locus ſignat: vbi ea excidit. Idẽ. Hic meretricẽ deperit: ſignat tamen ſe eã non amare. Interdum ſcribere. Col. lib. j. Huc ptinet praeclara noſtri poetę ſentẽtia. Laudato ingẽtia rura: exiguũ colito. Q̃d vir eruditiſſimꝰ: vt mea fert opinio traditum vetus p̄ceptũ numeris ſignauit. Vnde & ſubſignare ſubſcribere dicimus. Et ſignare deſignare. Virg. lib. ij. Geo. Quin etiam caeli regionẽ in cortice ſignant. Huius cõpoſita ſunt Aſſigno qd̃ eſt attribuo: do. Cic. lib. j. ad heren. Sed ſi quo tardius hęc q̃ ſtudes abſoluetur: tum rerũ magnitudini: tũ occupationibus aſſignare debebis. Lactã. lib. iij. Exiſtimauit oportere etiã mulieres militare: & cõſilijs publicis intereſſe: & magĩſtratus gerere: & iperia ſuſcipere: ita his arma & equos aſſignauit. i. dedit. Cõſigno. ſigillo. Plaut. in cur. Eamus intro nunc vt tabellas conſignemus. Lactã. lib. de ira dei pro Mando vſurpauit. Cũ hęc etiam ſcriptis ad aeternã memoriam cõſignaret. Circũſigno. Col. li. iij. In his deide obſeruato gẽmam: quę bene apparebit certamq; ſpeciem germinis habebit: eã vndecim digitis quadratis circunſignato. Deſigno. Exigno: perfecte ſigno noto ve. Liu. lib. j. Eiq; ſacra oĩa excripta exignataq; attribuit: quibus hoſtijs: quibus diebus: ad q̃ tẽpla ſacra fierent. Obſigno. Reſigno. & Subſigno.

¶ Significo as. ſignũ facio ſiue per ſigna notũ facio: demonſtro. Ci. Heu quae ſignificatio doloris. Hinc cõſignifico. Apul. Ea furoris cõſignificatiõe perterriti omnes.

⁎ Et verbalia Significator Significatrix & ſignificatio & ſignificãtia. Item aduerbia ſignificãter & ſignificãtius. i. expreſſe & expreſſius. Cc.

¶ Signatores dicebantur: qui aut teſtamẽtis aut cauſis ſeſe ſubſignabant. Sal. Multis modis mala facinora docebat ex illis teſtes ſignatoreſq; falſos commodare fidẽ fortunas pericula vilia habere.

¶ Signatorius a. um. qd̃ deſignat: ſeu quo ad ſignandũ vtimur: vt ſignatoriꝰ annulus. Val. max. Vt annulo quo ſignatorio vtebaᵗ Paulus Iurecõſul. Annulus ſignatorius ornamenti appellatione non continetur.

¶ Signaculum proprie eſt ſignum alicui rei impreſſum vt lateat quouſq; reſeretur.

⁎ Signatus ta. tum: pro inſigni aliquãdo captum a veteribus legitᵗ. Vnde ſignatam virginem dicebant quaſi inſignem virginitate. Plau. Negat ſe puellam ſignatam domi reuerſuram. Cc.

¶ Signio is. ui. tum. ſigno aliquo noto: a quo fit cõpoſitum Inſignio. Vnde inſignitus.

¶ Signinum opus: qd̃ fractis teſtis addita calce cõficiebatur. Colu. lib. j. Cuius ſolum terrenum priuſq̃ conſternatur per foſſum & amurca recenti madefactum velut ſigninum opus pilis condenſatur.

¶ Signia vrbs campanię in Lepino monte poſita. Col. Quae marrucini: quae Signia monte Lepino.

¶ Sigaeũ Troiae promõtoriũ appellatũ eſt ꝓpter Herculis taciturnitatẽ. Hic. n. q̃a prohibitus hoſpitio fuerat: ſimulauit abſceſſum: moxq; p ſilentiũ aduerſus Troiã veniẽs eã cepit. σιγᾶν enĩ ſilentiũ facere gręci dicũt. tñ cõtra Suidas aliter dicit. inqt enĩ σίγειον πόλις τῆς τρωάδος ἀπὸ ταύτης σίγευς καὶ σίγειον ἀκρωτήριον. ⁎. i. Sigeũ vrbs Troadis. ab hac ſigęus & ſigęum promontorium.

¶ Sigma atis. menſula exculta quae ſex caperet conuiuas in ſimilitudinẽ elementi graecanici. Vnde forte & nomen accepit queadmodũ zeta ſiue zetecula a z litterae figura. Lampridius de helioga. Primus inuenit ſigma i terras ſternere. Idem. Vt de croco ſtigma ſtrauerit cum ſummos viros vocaret ad prandium.

¶ Sileo es. lui. ſignificat taceo q̃uis iter ſe differant q̃ ſilere dicatur q̃ nõdũ coepit loqui. Tacere q̃ iam coepit. Si haec differentia vera eſt quã ponit Ser. falſi ſunt q̃ dicunt Silere factitium verbum eſſe: ab. ſ. littera quae ſilentij nota eſt: quoniã in ludis litterarijs publicíſq; conuentibꝰ dñi volunt ſilentium indicere ſ litteram quaſi ſibilando pronunciant. Hinc fit compoſitum Conſileo.

¶ Sileſco tacitus fio. Terẽ. i adel. Quid ego nũc agã niſi dum hae ſileſcũt turbae: interea in angulum aliquo abeã.

¶ Silentiũ taciturnitas. Vñ ſilentiũ noctis pro intẽpeſta nocte ponitᵗ quã alij concubium: alij cõticinium vocãt.

¶ Silenta dicuntur loca in quibus ſiletur.
¶ Solum dicit omne quod ſuſtinet: & vniciriq; rei ſubiacet: vbi aliquid fundari poteſt. Vnde aquæ ſuperficies dicit ſolũ: q̃a nauiũ fundamentũ eſt. Vir. li. v. Subtrahiturq; ſolũ. Cælũ ſtellarũ ſolũ eſt. Ouid. Aſtra tenent cæleſte ſolũ. Ennius vero ſola terrarũ plurali numero dixit Aer etiã ſolum dicitur: quia auiũ ſuſtẽtaculũ. Hinc ſolũ p loco ſeu ſedili ponit. Itẽ pro terra: q̃ hominũ & anima

lium fundamentum ſit. Col.li.ij. Nā quod ſicco ſolo in
geſtum & iam inoccatum perinde ac ſi repoſitum in hor
reo non corrumpitur. Vnde natale ſolum dicimus patri-
am: hoc eſt terrā in qua nati ſumus. Vñ exul qui extra ſo
lū hoc eſt patriā eiectus eſt. Virg. lib. vij. etiā menſam ap
pellauit ſolū. Et cereale ſolū pomis agreſtib⁹ augēt. Rur
ſus ſolū inferior pedis pars: quā vulgo ſoleā vocāt quæ
calloſa fit & dura etiā diſcalciatis. Ci.li.v.tuſ. Mihi ami-
ctui ē ſcythicū tegmē: calciamētū ſolorū callū: cubile ter
ra. Amb. Nota facta ſolo attrita eſt plurimorum. Et ſo-
lū dictū eſt pro ſolea calciamenti & corio. Mar. Sordid⁹
antiquas ſolit⁹ ꝑducere pelles: Et mordere luto putre ve
tuſq; ſolum. Proprie tamen ſolum terra dicitur.

¶ Sol a ſolus fit: ꝙ ſolus cū eſt exortus obſcuratis om-
nibus alijs apparet. Vel vt ſcribit Diod. ab Hyperiōis fi-
lio q liber a Romanis appellatus eſt: ꝙ liber & vagus ſit
Soles tñ plurali numero ꝓ die legimus. Virg. lib. iij. Tris
adeo icertos cæca caligine ſoles Erramus pelago. Et ſo
les ſolis ſplēdores vel radij dicūtur. Mar. Hibernis obie-
cta locis ſpecularia puros Admittūt ſoles: & ſine fæce di
es. Itē ſoles æſtus vel ardores ſolis. Hora. Corporis exi-
gui p̄canū ſolib⁹ aptū. Hic Inſolo as. de quo ſupra. Sol
autem græce dicitur ἥλιος.

✱ Solis gēma quæ ad ſpeciē ſolis fulgētes in orbem radi
os habet. Cc.

¶ Solia inſula eſt in mari indico ſemp rubens: & vt Soli
nus refert: omni aīantiū generi inacceſſa: qm̄ eo igreſſos
vis circunfuſi aeris confeſtim exanimat.

¶ Solaris & hoc ſolare: qđ eſt ſolis: vt radij ſolares. ann⁹
ſolaris: cum ſol expleto p omnia ſigna circuitu ad id vn
de digreſſus fuerat redijt: qđ fit fere. ccclxv. dieb⁹. Et ſo-
laris hærba quæ græce heliotropiū dicit̄: ꝙ ſe cū ſole cir-
cūagat etiā nubilo die. Tāt⁹ eſt eius ſyderis amor.

¶ Solanus a. ū. pe. ꝓ. Idē quod ſolaris. Hinc ſubſolan⁹:
ventus qui ſub ſole oriente naſci videtur.

¶ Solariū: locus in quo horę ad ſolē cōſpiciūtur. Prim⁹
Romanis hoc ſtatuiſſe dicit̄ L. Papyrius curſor ad ædē
Quirini ante. xij. ānos q̄ cū Pyrrho bellatū eſt. Nam pri
us ortus tm̄ & occaſus ſolis nominabantur: poſt aliquot
annos adiecto meridie. Dicit̄ & Solariū locus in domo
ſupior ſtratus. Hie. li. ij. Regno. Vidit mlierē ſe lauātē ex
aduerſo ſup ſolariū ſuū. Nā latini ſolaria vocāt plana te
cta q̄ græci domata: vt idē Hiero. eſt auctor. Preterea ſo
lariū appellāt iuriſcōſulti vectigal quod pro ſolo pendit̄
titulo: Nequid in publico fiat.

¶ Solano as. pe. pro. in altū ædifico.

¶ Solſtitiū: ſolis ſtatio: cū ſol vltra nō ꝓgredit̄: ſed retro
cedere incipit. Singulis quippe annis duo ſolſtitia ſunt.
Vnū æſtiuū alterū hyemale. Sunt eñ duo tropici: hyber
nus & æſtiuus. Hybern⁹ qdē eſt p quē ſol trāſmittēs octa
uā capricorni partē ſolſtitiū hybernū facit. viij. Cal. ianu
arias die: quo tpe ſol altiores icipit circulos petere. Aeſti
uus vero p quē ſol octauā partē cācri trāſmittēs ſolſtitiū
æſtiuū facit. viij. Cal. Iulij. quo tpe remeare ſol ad inferi-
ores icipit circulos. Sane veteres ſolſtitiū fere vocāt ęſti
uū: licet nihil adijciat̄. Virgi. li. j. Ge. Humida ſolſtitia at-
q; hyemes optate ſerenas Agricolę. Nā inuenias vbi ad
ijcit̄ brūale vbi de hyberno fit mētio. Col. lib. xvj. Cal.
Ianuari. ſol in Capricornū trāſitū facit brumale ſolſtitiū

¶ Solati dicūtur qui ſole correpti ſunt: quēadmodū ſy-
derati q ſydere. Ply. Sic & ſolatis proſunt.

✱ Soliferreū teli gen⁹ appellatū quaſi totū ferreū. Cc.

✱ Solifuga gen⁹ formicę venenatę a fugiēdo ſole dicta.
Cc.

✱ Soliloquiū ſignificat ſermonē illius q cōtēplādo ſol⁹
ipſe ſecū loquit̄. Vñ & ipſe ſoliloquus dicitur. Cc.

¶ Solipugna ſeu ſolifuga: gen⁹ beſtiolæ maleficæ quæ
acrius cōcitatuſq; fert̄ calore ſolis. vnde nomē traxit.

¶ Solea q̄ ſolo pedis ſubijcit̄. qñq; etiā id gen⁹ calceorū
eſt: quo plātarū calces tm̄ obtegūt cęteris ꝑpe relictis nu
dis pedis partibus teretibus ſupne pedem vinciēs anſis
quas ligulas vocāt. alio noīe ſuberes dñr. Et a græcis cre
pidæ. licet hęc differre putēt aliq. Dictæ Soleę ꝙ ſolis pe
dib⁹ ſubijciant̄. Plau. i tru. Date iā ſoleas atq; intro me
actutū ducite. Fiūt aūt qñq; ſoleę dū ſolea capit̄ p ea quę
ſolo pedis ſubijcit̄ ex ferro vel argēto corio vł alia mate
ria. Nā eq a & bob⁹ ſoleæ ferreæ applicāt̄. Catul. Et ſupi
nā aīam graui deliquere cœno Ferreā vt ſoleā tenaci i vo
ragine mula. Ponit̄ interdū p calceo. Prop. Proſilit in la
xa nixa pedē ſolea. Itē ſolea gen⁹ piſcis plani a ſimilitu-
dine Soleę. de quo Col. Ph. li. ix. Rūbi ſoleę paſſeres ha
bēt formā planā. Et ſolea dr̄ materia roborea ſup qua pa
ries cratitius extruit̄. Iuue. Et ſolea pulſare nates.

¶ Soleari: ſolearū ſutores. Plau. in aul. Soleari aſtant:
aſtant molochinarij.

¶ Soleatus dicit̄ qui ſoleis idutus eſt. Gel. Cur ſoleatos
dixiſſet qui gallicas non haberent ſoleas.

¶ Soliū armariū ex vno ligno factū: i quo reges ob cor
poris ſui tutelā ſedebāt: dictū quaſi ſolidū: qm̄ ex p̄dura
materia roboris fiebat: vł dr̄ quaſi ſolum: ꝙ in his ſoli ſe
derēt. Syr. Cōſedit ſolio rerūq; iratus habenas. Vel ſcđm
aſprū pātiſtichō quaſi ſediū a ſedēdo. Nā & ſella quaſi ſe
da dicta eſt. Abuſiue tñ qñq; ponit̄ p ſella regali. Virgili.
Pręfat⁹ diuos ſolio rex iſit ab alto. Q ñq; p vaſe ſaligno
vł abiete ad vnū plurimoſq; liquores trāſferendos & ad
pānos lineos cū lixiuio calido & cinere emaculādos ac-
cōmodato: & quo i balneis ſedētes lauamur. Cęlſ⁹. Inter
poſitis duabus horis in ſoliū is aq̄ calidæ reſupin⁹ dimit
tēd⁹ ē ſic vt a genib⁹ ad vmbilicū aqua teneat. Mar. Nō
vis in ſolio pri⁹ lauari. Sue. de Aug. At quoties neruo-
rū cā marina albuliſq; calidis vtēdū eēt cōtent⁹ hoc erat
vt inſidēs ligneo ſolio qđ ipſe Hiſpanico verbo duretam
vocabat man⁹ ac pedes alternis iactaret. Nōnūq̄ huic ſi-
mile vas dr̄ ſeu loculamētū ſepulchrale in quo condunt̄
defūcti. Ply. li. xxxv. Q m̄ & defūctos ſeſe multi fictili-
b⁹ ſolijs cōdi maluere. Curti⁹. Septim⁹ dies erat ex quo
corpus regis iacebat in ſolio.

¶ Solid⁹ a. ū. pe. cor. mō iuge ac cōtinuū ſignifi. Plaut.
Decē ānos ſolidos errauit puer. Modo plenū integrū ni
hil cōcaui aut vacui habēs. Vñ Solidū corp⁹ dicim⁹: qđ
cōſtat lōgitudie latitudine & altitudie. Vir. Solidoq; ada
māte columnę. Hic fit i ſolidū aduerbialiter: qđ ſignificat
in integrū. vt oēs p̄miſerūt in ſolidū ſe ſatiſfacturos. i. in
tegre vnuſq ſq; p ſe & nō oēs ſiml'. Solidū qdā a ſolo ter
ra deducūt: alij a ſolō oſcorū vocabulo: qđ totū ſignifi.
Eſt & ſolid⁹ ſubſtātiuū gen⁹ nummi: quo in p̄ſentia vti-
mur: cū dicimus viginti ſolidos libram conſtituere.

¶ Solido as. a. p. c. roboro: firmo: qđ vernacl'a ligua dici
m⁹ ſaldare. Vir. li. j. Geor. Area cū primi gēti ęquāda cy
lidro. Et vertēda manu: & creta ſolidanda tenaci.

¶ Solideſco ſolidus fio. Ph. Veſica membrana conſtat
vulnerata cicatrice non ſolideſcit.

¶ Soliſtimū pe. cor. quod eſt ſoli: ita enim a ſolo ſoliſti-
mum fit: ſicut a medio mediaſtimū. De Soliſtimo tripu
dio vide in dictione tripudium.

¶ Soldurius ligua gallica dr̄ deuot⁹. Cæſar. Cū ſexcē-
tis deuotis quos galli ſoldurios appellāt: quorū ē cōdi-
tio: vt oībus vitę cōmodis vna cū his fruant̄ quorū ſe a-
micitiæ dediderūt: Si quicq̄ p vim accidat: aut eūdē ca-
ſum vna ferant: aut ſibi mortē conſciſcant.

¶ Soli ciuitas iſignis Cilicię ab Achiuis & Rhodijs ędi
ficata poſtea Pōpeiopolis appellata a Pōpeio q pyratas
in eā trāſtulit: quos dignos exiſtimauit vt ſeruarēt̄. Hic
fuit Chryſipp⁹ philoſophus ſtoicus: & Philemō comic⁹

poeta:et Aratus qui de aſtris verſus cõſcripſiticuius plurima carmina Cicero in latinum vertit.

¶ Solœciſmus eſt impsr et incõueniẽs cõpoſitura ptiũ orõnis.a noſtris Imparilitas:a vetuſtioribus latinis Scribligo dicebatur inuerſura et prauitate tortuoſa orõnis:tanq̃ ſtrebligo quædã. Siquidẽ ϛρεβλόω torqueo ac deprauo ſignificat. Per trãſlationẽ dr̃ a poetis error. Iuue. Solœciſmũ liceat feciſſe marito. Mar. Sępe ſolœciſmũ mẽtula noſtra facit. Dicitur etiã Solœcon:ſicut barbariſmus et barbaron. Solœci aũt nomẽ a Solone deductũ Laertius teſtat̃:q quũ in Sicilia vrbem a ſuo nomĩe Soloe cõdidiſſet:pauci ex Athenienſibus quos in ea reliquit:nõ multo interiecto tpe corrupto patrio ſermone incõueniẽti ptium ſtructura loq cœperũt. Quapropter q eo vitio aliquãdo vterentur dicti ſũt σολοικίζειν.hoc eſt ſolœciſſare. Suidas.σόλοι σικελίας πόλις καὶ κύπρου ἀφ᾽ ὧν ὁ σολοικισμὸς βαρβαρισμὸν τῶν κατὰ τὴν ἰδίαν γλῶσσαν σόλων διὰ ταύτην κτίσιν.i. Soli Siciliæ vrbs et Cypria qb᷒ ſolœciſmos barbariſmũ in ꝓpria lingua: Solon hãc cõdidit.

¶ Soleo.es.ſolitus:quaſi ſolus .i. totus eo. Sal.lib.ij. Hiſt.ſolui præteritum vſurpauit. Neq͡3(inqt)ſubſidijs vti ſoluerat cõpoſitis. Eius ſignificatio nota eſt. Accipitur eñ ꝓ ſolere eſſere vſato. Virg. Vnde oñis Troia videri Et Danaũ ſolitæ naues et Achaica caſtra. Hui᷒ compoſita ſunt Aſſoleo: Abſoleo:Obſoleo.Inſolẽs: Inſolitus pro inſueto.

¶ Solet impſonale paſſiuæ ſignificatiõis.Cic.in Lęl. Quum in hortos D.Bruti commẽtandi cauſa(vt aſſolet) venimus:tu nõ affuiſti.

¶ Solito as. frequenter ſoleo. Gel.Scipionẽ Affricanum ſolitauiſſe noctis extremo priuſq̃ dilucularet in Capitolum ventitare. Hiero.in Eſaia. Et habitabunt ibi ſtruthiones:et piloſi ſolitabunt ibi.

¶ Solers cõtrarius maxime eſt inerti. hoc eſt totus ingenioſus et artificioſus:quaſi totus ex arte : vel quaſi ſolus in arte ſit:q͡3 in oĩbus rebus prudẽs eſt. Hier. in ꝓlogo Danielis. Quæ magis prudẽtia ſolertis viri q̃ ꝓphetali ſpiritu eſſet ꝓpheta. Hinc ſolertia . quæ eſt ingeniũ totũ acutũ et artificioſum:qua qdã bene vtũt̃ qdam male. Bene. Cice.in Cato. Tũ eum dixiſſe mirari ſe non modo diligentiã:ſed etiam ſolertiam huius a quo eſſent illa dimenſa atq͡3 deſcripta. Male. Idem lib. j. Offi. Itaq͡3 eorũ fines ſicut ipſi dixerãt terminauit:et in medio relictũ quod erat:poplo Romano adiudicauit. Vnde hoc improbans Cice.ſequitur et ait. Decipere hoc quidẽ eſt:nõ iudicare. Quocirca in oĩi re fugienda eſt talis ſolertia. Ex quo apparet etiã q͡ ſolers quis bonus vel malus erit ꝓ qualitate ſolertiæ qua vtit̃. De cuius ꝓprietate Clau.lib.iij.de raptu ſic inqt. Rerũq͡3 remotas Ingenioſa vias paulatim exploret egeſtas: Vtq͡3 artes pariat ſolertia nutriat vſus.

¶ Solicitudo cura et mẽtis inquietudo: quæ mentib᷒ inhæret. Ter.in An. Quãtas hic cõficit ſolicitudines? Solicitus inquietus et curis affectus: nõ aũt diligens. Cice.Cęlio. Deſunt aũt ꝓpter hanc cauſam q͡ mirifice ſum ſolicitus quidnã de Prouincijs decernatur.

¶ Solicito.as.pe.cor.ſpem metũq͡3 oſtendo. vt ſolicito plębem. Aliquãdo inquieto et curã inijcio ſeu cõtriſtor. Ter.in An.Cur meã ſenectutẽ ſolicito hui᷒ amẽtia? Hinc Solicitatio quę fit ab alio. Aliquãdo inſto. vt ſolicito te ꝓmiſſis. Cur.lib.ij. Verũẽñuero quũ modo milites meos literis ad ꝓditionẽ : modo amicos ad pniciẽ pecunia ſolicitet:ad internectionẽ mihi ꝓſequendus eſt:nõ vt iniuſtus hoſtis: ſed vt percurſor veneficus. Dictum ſolicitare quaſi ſolo citare.i.ſuo loco mouere.

¶ Solox lana craſſa quaſi ſolida. Item pecus lana tectum. Titi. Lana ſoloci ad purpuram data. Lucil. Mõtano hirco atq͡3 ſoloce.

✶ Solophit᷒ iuuenis fuit regius qui cũ Ilito regio ſtirp optimatium factionem domo regia pulſus ingentẽ iuuẽtutẽ ſecũ traxit:et in Cappadocię ora cõſedit. Cc.

¶ Solor.aris.a ſolum ꝓ terra ſolida fieri quidã exiſtimant:quaſi ſolidum redintegro. Vir. Interea longum cantu ſolata laborẽ Arguto cõiunx ꝑcurrit pectine telas. Hinc fiunt cõpoſita. Cõſolor. Cic. Ser. Sul. Quid me iſta res cõſolatur in tãtis tenebris et quaſi ꝑpetuis Reip. Eſt eñ vix cõſolabilis dolor:tãta eſt oĩm rerum amiſſio et deſpatio recuperãdi. Deſolor cõtrarium eſt Hiero.ad Titã. Sola ſepatione dormiẽtis æſtuans deſolatus ſolatio pij pignoris tactor. Et habent pe.pro.

¶ Solo.as.in eadem ſignificatione. Vnde et Deſolo. De quo loco ſuo.

¶ Solatiũ ipſa cõſolatio.et ꝓprie rebus fit.Hie. Mittitis ſolatis ſumptuum. Quint. Cæcitatis miſerę ſolatium eſt habere rem videntium.

¶ Solamen idem qđ ſolatium. Cice.in Lęl. Etſi illis plane orbatus eſſem magnũ tamẽ ferret mihi ętas ipa ſolamẽ. Virg. Solamenq͡3 mali de collo fiſtula pendet.

¶ Soluo.is.ui.utum. quod ligatum erat nõ ligatũ facio:enodo. Virg.lib.vij. Soluite crinales vittas capite orgia mecum. Plaut.in Am. Nã noctu hac ſoluta eſt nauis noſtra e portu Perſico. Sed qm̃ q debẽt quodãmodo obligati ſunt creditori:ſoluere etiã ꝓ debitũ reddere ponitur. Cice.in Ver. Pro quo frumento pecunia ſoluta nõ eſt. Hinc ꝑ tranſlationẽ ſolutionis vocabulũ ad oẽm liberationẽ quoquo modo factam transfertur magiſq͡3 ad ſubiectũ obligationis q̃ ad nummorũ ſolutionem. Vnde ſoluere pro ſatiſfacere. Ter. in Adel. Neq͡3 tu verbis vnq̃ ſolues:qđ mihi re maleſeceris. Quãdoq͡3 ꝓ dimittere. Virg. lib.ij. Geor. Solue mares mitte in venerem pecuaria primus. Qñq͡3 ꝓ liberare. Idem. Soluite corda metu Teucri. Vnde ſolutus riſus dicitur magnus:a curis liber. Idẽ. Riſuq͡3 ſoluto. Quãdoq͡3 ꝓ mollẽ facere. Hora.lib.car. Soluitur acris hyẽs grata vice veris. Soluere fidẽ eſt rumpe:vel nõ ſeruare fidem. Ter.in An. Soluiſti fidem. Et ſoluere eſt aperire. Col.lib. vij. Ea porro vena quæ in aure videt̃ eſſe ampliſſima ſarmẽto prius verberatur : deinde quũ ad ictũ intumuit:cultello ſoluit̃. Cõpoſita hui᷒ verbi ſũt Abſoluo: Diſſoluo: Exoluo: Perſoluo:et Reſoluo.

¶ Soluẽdo nõ ſum ſignificat nõ ſatiſfacio ꝓ eo quod obligatus ſum ſiue pecunia ſiue remuneratione. Cicero in Philip. Tu nec ſoluendo eras.i.ſoluere debita nõ poteras.

¶ Solutus.a.um.præter ſignificationes quas cõmunes habet cũ Soluo:ponitur ꝓ raro quod eſt contrariũ ſpiſſo. Colu.libro.j. Soli pinguis vel macri : ſoluti vel ſpiſſi:humidi vel ſicci.

¶ Solutilis.pe.cor.quaſi ſolubilis:q̃ facile ſolui poteſt: vel qui ſolutus et nõ fideliter cõſutus eſt. vt nauis qua Nero ꝑ inſidias mr̃i Agrippinę fecit naufragium.

¶ Solymi fuerũt ꝓpłi iuxta Lyciã quos Homer᷒ pugnaciſſimos fuiſſe ſcribit:et a Bellorophõte deuictos. Cor. Taci.de Iudæoꝝ origine. Alij clara Iudęoꝝ initia Solymos carminibus celebratã Homeri gẽtẽ cõditam vrbẽ Hieroſolymã noĩe ſuo feciſſe. Vñ Iu. Interpres legũ Solymarũ. Et declinatur vrbs Solymę.arũ. et Hieroſolymę.arũ.& Hieroſolyma.ę. Vñ Hieroſolymitan᷒

¶ Solon fuit vnus ex ſeptẽ ſapiẽtibus Græcię:patria Salaminius:q teſte Gel.lib.xvij. Athenis claruit Tarquinio Priſco Romæ regnãte. Hic Athenienſibus leges dedit cũ tanto temperamẽto cõpoſitas : q͡ patem

gratiam a ſenatu et plebe cōtraheret: q̄ q̄ plebs & ſenatus io ſumma prius eſſent diſſenſione.

¶ Somatophylaces cuſtodes corpis regis: quos Latini priſco vocabulo Latrones dixerūt: quaſi Lateroēs.

¶ Sonchos herba quam Scariolam Punici vocant: quam Pimpinellam vulgus nominat.

¶ Somatopeia latine corporis factura. Et eſt figura cū incorporeū modo corporeo loqui introducitur.

¶ Sonus dicitur ois vox: et qcqd auribus pcipi pōt. Hiero. tñ in interpretatiōe Pſal'. docet ſonū pprie dici cū auditur tm̄modo ſonus et vox nō intelligitur. Soni tria ſunt genera: aut eñi voce cōſtat p fauces: aut flatu p tubā: aut pulſu p lyram et oīa crepitāna. A Sonus fiunt Abſonus ſine ſono: incōueniēs. Altiſonus. Armiſonus. Bōbiſonus bombū ſonās. Cōſonus conueniēs: et ſimul ſonās. Diſſonus diuerſe ſonās: inconueniens. Dulciſonus. Et oia habent pe. cor.

¶ Sonor vehementior ſonus. Virg. Magno veluti cū flāma ſonore Virgea ſuggeritur coſtis vndātis aheni.

¶ Sonitus. us. pe. cor. idem quod ſonor. Virg. lib. iij. Dum flammas Iouis et ſonitus imitatus olympi.

¶ Sono. as. aui. atū. Vnde ſonatus et ſonaturus. Hor. lib. j. Ser. Magna ſonaturū des nominis huius honorem. Dicit̄ et Sono. is. ui. itum. Actiua. Clamore & gemitu templū reſonuit. Eſt aūt Sonare muſico aliquo inſtrumēto canere. Et cōſtruitur cū abl'ō. Verg. Nō arguta ſonāt tenui pſalteria chorda. Et. Reſonant arbuſta cicadis. Aliquādo ſignificat effingere. et ſic cōſtruitur cū actō. Virg. Aen. j. Nec vox hoiem ſonat. Manil. lib. v. Aura p extremas reſonauit flebile rupes. Aliqñ pferre: pnūtiare. Hiero. in plo. Dañ. Et vt verū fatear vſq; ad pñtē diē magis poſſum ſermonē chaldaicū legere et intelligere q̄ ſonare. Aliquādo laudare. Idē in plo. Paral'. Vnde et nobis curę fuit vt circuiremus pui ciā: quā vniuerſæ Chriſti eccl'iæ ſonant. Aliquādo ſignificare. Idem ibi. Sed et ipſæ appellationes nō hoies vt plerīq; exiſtimāt: ſed vrbes et regiones: et ſaltus: & puincias ſonāt. Qñq; indicare: exprimere. Idē. Quid aliud ſonant euāgelia niſi naſcentē dñm ex Maria virgine? Illud aūt eiuſdē. Habet neſcio qd latentis energiæ viua vox et in aures diſcipuli actoris voce tranſfuſa fortius ſonat. hoc eſt imprimit vel ingredit̄. Hu' cōpoſita ſūt. Aſſono: reſpōdeo ſeu iuxta ſono. Perſ. Reparabilis aſſonat echo. Interdū male ſono. Conſono ſimul ſono: cōcordo. A quo Cōſonātia concordia vocū: quæ et vocalitas latine: græce euphonia dicitur. Circūſono. Cice. lib. iij. offic. Tamē cōducere arbitror talibus aures tuas vocibus vndiq; circūſonare. Diſſono: diuerſe ſono: diſcordo. Hinc Diſſonātia vocū diſcordantia. Inſono valde ſono. vt inſonuit nemus. Interſono: in medio ſono. Perſono valde ſono: ſiue pfecte ſono: vel ſonādo ſono. Lact. lib. j. Qui quū frequēter citharæ cantu perſonaret: Citheren appellatus eſt. Hiero. de Pauli. Cuiuſq; doctrinæ academiæ gymnaſia pſonabāt. i. diuulgabāt. Reſono pprie cōtra ſonātem ſono. Virg. Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas. Et Reſonare ſonū reddere. Apu. Et cicadarū cantu agri reſonarēt. Itē ſonādo repñtare: explicare Hie. in Iob. Hæc aūt trāſlatio nulli de veteribus ſeq̄t interpretē: ſed ex ipſo Hebraico Arabicoq; ſermone: et interdū nūc verba: nunc ſenſum: nūc ſimul vtrūq; reſonabit. Et illud. Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiā ſua verba reſonantē. i. pferentem. Et oīa habēt pe. cor.

¶ Sonito as. pe. cor. frequentatiuum eſt a Sono.

¶ Sonipes. pe. cor. ſignificat celerem equum: a ſonitu pedis: q pedibus ſonet.

¶ Sonorus. a. um. pe. p. quod graue ſonat. Et pprie epitheton tempeſtatis eſt. Virgi. Luctantes vētos tempeſtateſq; ſonoras. Hinc Sonoritas et Sonoroſitas.

¶ Sons pprie dicitur cuius culpa iā ſonat. hoc eſt qui erroris couictus eſt. Vnde Inſontem dicimus eū qui innocēs reptus eſt. Item Sons eſt qui cuiq̄ rei nocet.

¶ Sonticus a. um. pe. cor. quod nocet. Vnde ſonticus morbus qui totū inuadit corpus. Venuleius. Quoties morbus ſōticus noiatur eū ſignificari Caſſius ait: qui noceat. Nocere aūt intelligitur q ppetuus: nō q tpe finit̄. Ply. Gagates lapis nomē hēt loci: et amnis Gagatis Lycię: niger eſt: plan': pumicoſ': nō multū a ligno differens: leuis: fragilis: odore ſi teratur grauis: fictilia ex eo inſcripta nō delentur: quū vrit̄ odorē ſulphureū reddit: fugat ſerpentes: deprehendit ſonticū morbū et virginitatē ſuffitus. Deprehendit (inqt) hoc eſt vtrū ppetuū ſit: an interualla habeat. Qm̄ aūt ſontic' morbus eſt iuſta cauſa abſentiæ: interdū ſonticū pro iuſto ponitur. Næuius. Sonticam eſſe oportet cauſam quā obrem perdas mulierem.

¶ Sophocles nomē poetæ tragici: q inter Grecos pricipatū obtinet. Hūc Cice. diuinū poetā li. j. de Diuina. vocauit. Hic Sophocleus. a. ū. Vñ carmia Sophoclea

¶ Sophaci appellati ſunt Afri: a Sophano q in Africa regnauit.

¶ Sophia latine ſapiētia dicitur. et qui eam pfitentur Sophi appellantur. σοφὸσ eñ ſapiens: doctus. Mart. Quum tibi ſit ſophiæ par cura et cura deorum.

¶ Sophiſta et Sophiſtes dicitur q ſophiæ cauillator eſt. Vnde ea ps dialectices nomē ſumpſit ſophiſtice. Quid ſit Suidas ait ſic. σοφιστὸσ πᾶσ τεχνίτησ καὶ ὁ τὸ λεκτικὸν ἠσκηκώσ. καὶ ὁ ἐπιφεάζων ἑαυτὸν ἐν τοῖσ λόγοισ. ἔστι καὶ ἀπατεὼν: καὶ πολλὰ ζητεῖ δὲ ἐν τῷ δύναμισ σου... i. Sophiſta oīs artifex: & qui eloquētiam exercet: et q in verbis calūniatur voluntarie: eſt aūt deceptor. et multa quærit.

Capitur nonnūq̄ p apparēte et nō exiſtēte ſopho. Itē p ſapiēte: necnō et eo qui in arte rhetorica pponit: quę imitari debeamus. Plato docet Sophiſtas eſſe Rhetores qui veluti venatores parati ſunt ad capiendos iuuenū animos. Sophiſtica diſciplina quā venalem per vrbes circūferūt: verbo demōſtrātes ſe oratoriæ et ciuilis diſciplinæ eſſe pfeſſores: quū re vera ſint corruptores Ariſt. li. x. Aethi. igt. Sciam gubernādarū Reip. Sophiſtę pfitēt̄: quor̄ nullus Rēp. gerit. Hic Antiſophiſtæ a Sueto. dicūtur inter ſe cōpugnātes Sophiſtæ.

¶ Sophiſma. atis. dicitur commētum et oratio ita cōpoſita vt vera eſſe videatur. Quo nomine etiam dicit̄ fraus: deceptio: cautela.

¶ Sophronium nomen eſt fœminę p diminutionem adulationis amatorie platum: et ab σωφροσύνη: quæ eſt prudentia deductum: velut totula prudens.

¶ Sophron latine tēperantia qua carnales frænāt̄ libidines: ne in quęq; vitia mentē cōſentientem trahant.

¶ Sophroſyne ſimiliter tēperantia: modeſtia: caſtitas Hiero. cōtra Ioui. Non eñ vt male habetur in latinis codicibus ſobrietas eſt legenda: ſed caſtitas. i. σωφροσύνη.

¶ Sopor idem quod ſomnus. A quo Soporifer. a. ū.

¶ Soporo. as. pe. pro. ſoporē induco. Vñ Soporatus cui veluti irrigatus eſt ſomnus.

¶ Sopio. is. iui. itum. ſignificat ſoporo. Quin. Illa ſtatim noctē iā totam domū ac familiam quies prima ſopiuerat. Vñ ſopitum dicimus qui iam cœpit dormire. Virg. tamē ſopitum ſomno dixit quaſi irrigatum. Et Sopitus dicitur q ſenſus amiſit. Vulgo Stramortitus dicitur. Liuius lib. j. Iubet bono animo eſſe: ſopitum fuiſſe regem ſubito ictu: ferrum haud alte in corp' de-

ſcēdiſſe:iam ad ſe rediſſe:inſpectum vulnus abſterſo
cruore:om̄ia ſalubria eſſe:cōfidere ꝑpediē ipſi eos vi-
ſuros. Huius cōpoſitū eſt Cōſopio: qđ eſt totus ſopo-
re obruor. Cice. li. j. Tuſcu. Num igitur eum curare cē-
ſes cum luna laborat a qua conſopitus putatur: vt eū
dormientem oſculetur?

❡ Somnus grece ὕπνος. latine apud antiquiſſimos ſy
pnus: poſtea ſopnus: mutata aſpiratione in ſ. et y in o.
ſicut fit in herpillon ſerpillum. Sūt tamē q magis ſom
nus vſurpent ſine p. Et dicitur ſomnus quū dormim⁹
Virg. lib. j. Georg. Nec ſomnos abrūpit aura quietos.
Somniū vero illuſio quā patimur quū dormim⁹. Hie-
ro. ad Euſto. Nec vero ſopor ille fuerat: nec vana ſom
nia quibus ſæpe deludimur. Ponitur q̄nq; ſomnus p
deo. Mar. Et quia nulla venit tu mihi ſomne veni. Ser
uius tamē cōmen. lib. v. Aene. ait. Somnus ipſe deus.
Sōnū quod dormimus. Inſomniū qđ in ſomnis vide
mus. vt Falſa ad cælū mittūt inſomnia manes. Sciē
dū tamē vt Macrob. docet: ꝙ eorū quæ dormiētes vi-
dere nobis videmur quinq; ſunt genera. Somniū. ſ. Vi-
ſio: Inſomniū: Oraculū: Viſus quia Græcia Phanta-
ſma dicitur. Ex his Inſomniū et Phantaſma quū ſalſa
ſint interpretatiōe nō indigēt: tria reliqua vates interꝑ
tātur. Et oraculum quidē eſt quū qs in ſomnijs aliqđ
nobis denūtiat. Viſio quū id qs videt quod eodē mo-
do quo apparuerat euenit. Somniū aūt ꝓprie vocatur
qđ tegit figuris et velat ambagibus nō niſi interpreta
tione intelligēdis. A ſomnus fit Inſomnis: quod eſt ꝑ
uigil. Vnde Inſomnes noctes dicūtur puigiles.

❡ Somnio. as. p quietē aliquid quaſi vigilans video.
Vnde Sōniator apđ Geneſim. Plau. in Cur. Quos tu
mihi luſcos libertos / quos ſumanos ſomnias. i. ſom-
niādo loqueris. Aug. lib. de ciui. Dei abſolute poſuit.
Et dormiuit in loco illo et ſomniauit.

❡ Somnifer. a. um. quod affert ſomnū. Ply. lib. xviij.
Viſq; ſomnifera etiam ſatiuo papaueri.

❡ Sōnificus. a. um. qđ ſomnū inducit. vt vis ſōnifica.

❡ Sōniculoſus a ſomniculo magis fit q̄ a ſomno: & is
dicit̄ q ad ſomnos vacat. i. ſomno plenus et ignauiæ.
Interdū dicitur nō q ſomno indulget: ſed qui ſomnū
inducit habetq; vim ſomnificā. Vnde Cinna aſpidem
vocat ſomniculoſam: nō ꝙ ipſa dormiat: ſed ꝙ vi ſō-
nifica homines percuſſos enecet.

✱ Somnolentus ſomno plenus. Cc.

❡ Somnorinū apud antiquos dicebatur id quod in ſō
nis videtur. Var. Hic ſomnorinas imagines affatur.

❡ Sora fuit oppidū Volſcorū. De quo Liui. lib. ix. Et
Iuue. eius meminit cū ait. Optima Soræ aut Phabra-
teriæ domus.

❡ Soracte mōs in Phaliſcis Apollini ſacer: quo ſpelū
ca coopta latebrā ſibi elegit diuus Silueſter. Et ge. ne.
Quod et hęc Sorax. et hoc Soracte. is. dicit̄. Syl. libro
viij. Et ſacrū Phœbo Soracte frequētant. Virgi. li. xj.
Summe deum ſancti cuſtos Soractis Apollo. Itē dici
tur Soractis. is. ſicut Præneſte et Præneſtis.

❡ Sorbeo. es. bui. itum. Vñ Sorbitio. Dicit̄ et Sorbo.
is. pſi. ptū. Eſt aūt Sorbere deglutire quicq̄ molle: fa-
ctitiū verbum a ſono vocis quā faciūt qui ſorbēt. Trāſ
fertur et ad alia. Hiero. in Pſalo. Fontē lucidiſſimum
oſtendēs tm̄mō foris eūdem quę genuerat terra ſorbe
bat. Huius cōpoſita ſunt. Abſorbeo vel abſorbo. Lu-
ca. li. iiij. Abſorpſit penit⁹ rupes et tecta ferarū. Aug.
li. vj. cōfe. Gurges tñ morū Carthaginenſium quibus
nugatoria feruēt ſpectacula abſorbuerat eum inſania
Circenſiū. Exorbeo vel exorbo extra ſorbere. Ci. lib.
ij. Philip. In ſanguinē ciuilem exhauſit vel potius ex-
orbuit. Plau. in epi. Iā ego me cōuertā in hirudinē atq;
eoꝝ exorbebo ſanguinē. Obſorbeo vel obſorbo: to-
tum ſorbeo. Idem in Cur. Vis aquam? Si fruſculenta
eſt: da obſecro hercle obſorbeam.

❡ Sorbitio ipſe ſorbēdi actus. Perſi⁹. Barbatū hæc cre
de magiſtrum dicere. ſorbitio tollit quem dira cicutæ.
Huius dimi. eſt Sorbitiūcula ꝓ cibo q de facili ſorbet̄.

❡ Sorbities idem quod ſorbitio. A quo fit diminuti-
uum Sorbitiuncula.

❡ Sorbillo. as. diminutiuū a Sorbeo. Et ꝓprie eſt pa-
rum ſed frequēter ſorbeo. Ter. in Adel. Et cyathos ſor
billans paulatim hūc ꝓducam diem.

❡ Sorbum genus fruct⁹ ſimilis pyri: quod ſiccū aluū
ſiſtit. Mar. Sorba ſumus mollea nimium durantia vē-
tres: Aptius hæc puero q̄ tibi poma dabis. Colu. Sor-
ba manu lecta in vrceolos picatos adijcito.

❡ Sordes immūditia. A quo Sordidus.

❡ Sordidus. a. um. quod eſt ſordibus inſectū. Liuius.
Ter. Var. loco nō humili ſolum: ſed etiā ſordido ortus

❡ Sordeo. es. dui. ſordidus ſum. Ply. lib. xxv. Vitā iu
uare nō fortaſſis credet aliquis quū hæc quoq; nr̄a fri-
uola exiſtimentur: adeo delicijs ſordēt & quę ad ſalutē
pertinent.

❡ Sordeſco ſordidus fio. vt Qui ſordet ſordeſcat ad
huc. Hinc Exordeſco: quod eſt valde ſordeſco. Gell.
Cur ergo nō patimur nomē philoſophiæ illuſtriſſimū
in hominibus deterrimis exordeſcere?

❡ Sordido. as. ſordidum facio: fœdo. Augi. lib. j. cōf.
Dilata eſt itaq; mūdatio mea: quaſi neceſſe eſſet vt ad-
huc ſordidarer ſi viuerem.

❡ Sorex animal paruū a ſono vocis quē rodēdo facit
Vide in dictione Mus. Hinc ſoriceus. a. um. et

❡ Soricinus. a. um. Vñ ſoricinos dētes dixit Plautus.

✱ Sonlla nauigia Iſtrica vocātur: ꝙ lino et ſparto cō-
ſerantur et condenſentur. Cc.

✱ Soriculata veſtis quæ varijs cōſerta coloribus erat.
Var. Vermiculatā ac ſoriculatam veſtem. Cc.

✱ Soritæ ppli ſunt phthyrophagi quos Arabis fluui⁹
ab Indis diſterminat: nullū aliū cibū noſcētes q̄ piſciū
quos vnguibus diſſectos torrent ſole: panemq; ex eis
conficiunt. Cc.

❡ Soror dicta eſt ꝙ quaſi ſeorſum a ſua ſtirpe naſcit̄:
ſeparaturq; ab ea domo in qua oritur et in aliā familiā
tranſgreditur. Vel ſoror quaſi diuerſa ſorte orta.

❡ Sororius dictus eſt cui ſoror mea nupſit. Similiter
frater et ſororis filius Sororius dicitur.

❡ Sororię puellarū māmę vocātur quum intumeſcūt

❡ Soros græce apud nos aceruus ſiue cumulus dicit̄.
Vnde Serapis quaſi ſoros apis.

❡ Sors a ſerie ſcđm Var. Ponitur p ſortuito alicuius
rei euētu. Vnde Sortior verbū. Aliqñ ꝓ fatali neceſſi-
tate. Vir. Hic exitus illū ſorte tulit. Quid ſit ſors Aug.
in Pſal. interpretatiōe oſtendit his verbis. Sors eſt res
in dubitatione humana diuinā indicās voluntatē. Nā
et ſortes miſerūt apoſtoli: electi ſūt duo iudicio huma
no: et electus de duobus iudicio diuino. Vñ ſcribit̄. Ce
cidit ſors ſup Mathiā. Ponitur ergo ſors ꝓ gr̄a qua ſal
uamur: quia in ſortē nō eſt electio: ſed volūtas dei. Nā
vbi dr̄. Iſte facit: iſte nō facit: merita cōſiderātur: et vbi
merita cōſiderāt̄ electio eſt: nō ſors. Qm̄ aūt de⁹ nulla
merita nr̄a inuenit: ſorte volūtatis ſuæ nos ſaluos fecit:
quia voluit: nō quia digni fuimus. Hæc eſt ſors. Vñ in
actib⁹ aplicis. Quia exiſtimaſti domū dei pecunia cō-
pari: nō eſt tibi ps neq; ſors in fide hac. i. gr̄a: nō ptines
ad iſtā gr̄am quā gratis oēs accepimus. Et ſortes ex ꝑ
miſſione dei ptes hæreditatis vocātur: q̄ ppl̄o ſunt diſ
tributæ. Vnde tribus Leui pręcepta eſt nō habere ſor-
tē inter fratres ſuos: ꝙ ex eoꝝ decimis ſuſtētaret̄. Hinc

ſors dicitur pr̃imoniũ. Vnde cõſortes et cõſortia: q aliquod patrimoniũ ſimul hñbẽt. Et ſors ſũma eſt ſiue caput et prima pecunia q̃ cõfertur in ſocietatẽ vt inde lucrũ fiat. Ter. in Adel. Hei mihi etiã de ſorte nũc venio in dubiũ. hoc eſt de pretio quo empta erat fidicina. Inde Cõſortes q tantũdem ſortis attulerant ad ſocietatẽ quãtũ ille cũ quo eſt ſocietas. Itẽ ſors eſt fatalis neceſſitas ſiue Parcæ: q ita vnicuiq; ſortitũ ſit vt ipſæ voluerũt. Virg. Hic exitus illum ſorte tulit. Itẽ dicit̃ iudiciũ. Idem. Nec vero hæ ſine ſorte datæ ſine iudice ſedes. Tractũ ex Romano more. Nõ enĩ audiebãtur cauſę niſi p ſortem ordinatę. Quo tpe cauſę agebãtur cõueniebãt oẽs et ex ſorte dierũ ordinẽ accipiebant: puta q poſt. xxx. dies cauſas ſuas exequerẽtur. Itẽ Succeſſio vt in Hymno. Vt cũ dies abſceſſerit: noctẽq; ſors reduxerit: mundi p abſtinẽtiam ipi canamus gloriam.

¶ Sortilegus. pe. cor. qui p ſortes futura prænũtiat: & qui p ſortem aliquid eligit. Hinc Sortilegium.

¶ Sortior. iris. ſortes facio: ſiue p ſortes aliqd recipio et ſorte aliquid cõſequor. Lact. lib. vij. Vnde apparet hoĩem qui eo vtit̃ immortalem ſortitũ eſſe cõditionẽ. Sueto. in Aug. Ex prætura Macedoniã ſortitus. Aliquãdo Sortiri ſignificat diſponere. Virg. Sic fata deũ rex Sortitur voluitq; vices: ſic vertitur ordo.

¶ Sortito pe. pro. aduerbium qualitatis ſignificat ex ſorte. Hor. li. car. Lupis et agnis quãto ſortito obtigit.

¶ Soſpes gene. cõmunis: quis Soſpita fœmininũ habeat. Et nõ ſolum q ſeruatur. i. ſaluus eſt Soſpes dicit̃ ſed ẽt q ſeruat. Vñ Aen. Soſpitẽ p ſeruatore poſuit.

¶ Soſpitalis qui ſoſpitatem dat. Plaut. in Pſeu. Quis eſt qui moram occupato moleſtam obtulit qui tibi ſoſpitalis fuit.

¶ Soſpito. as. pe. cor. incolumem ſeruo. Liui. libro. j. Propicius ſuam ſemper ſoſpitat pgeniem.

¶ Soſis nomen viri pprium apud Comicos.

¶ Soſtratus fuit vir Aeginita Laodomantis filius:

⁎ Sotadicũ carmẽ pedes habet ſeptem. Primus Spondeus. Secũdus Pariãbus. Tertius Spõdeus. Quartus Pariãbus: Quintus et Sextus Tribrachys. Vltimus Spondeus. Et quod magis mirum eſt totus ſotadeus numerꝰ e trochęis põt cõſtare pedibꝰ. Hęc Fortũatianꝰ

¶ Soter vt Cice. in Verrem actio. iiij. inquit vno verbo exprimi non poteſt. quum eum ſignificet qui ſalutem dedit. Soteria ſalus. Soterion ſalutare dicitur.

¶ Sotularis calceus. Hiero. cõtra Ioui. Legimus quẽdã apud Romanos nobilẽ cũ eũ amici arguerẽt quare vxorẽ formoſã et caſtã et diuitẽ repudiaſſet ptendiſſe pedẽ et dixiſſe eis. Et hic ſotularis quẽ cernitis videt̃ vobis nouꝰ & elegãs: ſed nemo ſcit pter me vbi pmat

S ante P.

¶ Spado et Eunuchus græcę dictiones ſunt in nullo differẽtes: niſi q elegãtius et magis atticum eſt Eunuchũ q̃ Spadonẽ dicere. Fit aũt Spado ab σπάω qđ eſt aufero: euello: q ab eo ps maxima virilitatis auferat̃.

¶ Spadix teſte Gel. lib. ij. eſt auulſus a palma termes cũ fructu. hoc eſt palmes. Eſt et color. Virg. lib. iij. Ge. Luxuriatq; toris animoſum pectꝰ honeſti Spadices glaucięq;.

¶ Spadicus. pe. pro. color qui et Phœniceus. i. coccinus: q non ſit diſſimilis fructui palmæ arboris nondũ ſole incocto.

⁎ Spadonia Lauri ſpecies ſimilis Taxæ: pręterq̃ q ea lacinia caret. Cc.

¶ Spæra latine globus: et id eſt quod ex oĩ exteriore pte rotũdũ apparęt. Nõnũq̃ etiã Sphęra cũ ph aſpirato ſcribitur. Nã græce σφαῖρα dicta: vt Euſeb. lib. p para. quaſi ſphæra: hoc eſt corpus æthereũ. Manil. Ingẽti ſphæra totũ præcingit olympũ. Hygi. Sphęra eſt ſpecies quędã in rotundo cõformata oĩbus ex ptibꝰ ęqualis apparens. Huius diminutiuum eſt Spęrula et Sphęrula parua rotunditas.

¶ Spartha lacꝰ in Atropatia: in quo ſales naſcũtur et cõgelaſcunt.

¶ Spargapiſes fuit teſte Herodoto filius Thomyris Maſſagetarum reginæ.

¶ Sparta. æ. et ſparte. es. eadẽ eſt quæ et Lacedæmon vrbs Laconię in Peloponeſo: a Sparto Phoronei filio qui eã cõdidit appellata Sparta. Fuit aũt ciuitas Græcię inſignis: quæ diu cum Athenienſibus bella geſſit quę Lycurgi legibus optime inſtituta fuit. Ab ea dicti ſunt Spartiatę: Spartę: & Spartani. Spartiatas legimus in li. Machab. Romanis fuiſſe cõfœderatos. Vir. Veloces Spartæ catulos acremq; moloſſum Paſce ſero pingui. Idem. Virginis os habitũq; gerens et virginis arma Spartanę. σπάρτη latine filum: linea carpentarij ſiue rubrica trãſferri poteſt. Suidas. σπάρτη σχοινία σπάρτη ἡ πόλισ τῶν λακεδαιμονίων. ὁ ἀπὸ ταύτησ σπαρτιάτησ καὶ σπαρτιατέων. ⁎ . i. Sparta funes: et Sparta vrbs Lacedæmoniorum. a qua Spartiates et Spartianus.

¶ Spartacus famoſus gladiator fuit ex Thracia oriũdus: robore animi et corpis pręſtans: q vna cum Chryſo et Oenomao effracto Lentuli ludo gladiatorio cũ lxx. gladiatoribus erupit Capua: manuq; ſeruorũ congregata: quaſi iuſto exercitu compato bellum ingens excitauit: ſed victus a Craſſo fuit. De quo Luca. Vt ſimili cauſa caderes qua Spartacus hoſtis.

⁎ Spartopolia polię colore contraria. Cc.

¶ Spartea ſunt vtẽſilia ad maioris ſummę pecunias capiẽdas. Nõ moꝝ enĩ receptacula varijs nominibus appellata fuere. Nã vt Sacci. Sacculi. Saccelli. Crumenę Scortęę. et Manticæ. et Marſupia. ita Fiſci. Fiſcinæ. et Fiſcellæ.

¶ Spartũ genus hęrbę apđ Hiſpanos frequẽtis. Quidam Latini hanc Geniſtam interpretantur. A Sparta fit Sparteus. a. um.

¶ Sparus ſeu ſparum telum ruſticũ in modum pedis recuruum. Virg. lib. x. Agreſtiſq; manus armat ſparꝰ. Sal. Sed ex omni copia circiter quarta ps militaribꝰ armis inſtructa: cæteri vt quoſq; caſus armauerat ſparis aut lanceis: alij præacutas ſudes portabãt. Feſtꝰ. Spara paruiſſimi generis ſunt iacula a ſpargendo dicta: q paſſim pugnando ſpgerentur. Lucil. Tum ſpara tum murices portantur tragula porro.

¶ Spargo. is. ſi. ſũ. paſſim aliqd iacto. Virg. Iã cornu petat et pedibus qui ſpgat arenã. Et Spgere ſternere. Idẽ. Spgite humũ folijs. Quñq; guttatim infũdere. Idẽ Spgit rara vngula rores Sãguinis. Quñq; madefacere Vñ Adſpgere dicimꝰ. Solebãt enĩ veteres vt nos quoq; facimus aqua corpus purgatiõis cauſa madefacere dijs iſ ſacrificaturi. Huiꝰ cõpoſita ſũt. Adſpgo. Cõſpgo. Col. li. iij. Stercore vel palea cõſpgito ſolum ãñ brumã. i. pfecte ſpgito. Diſpgo diuerſe ſpgo. Lact. li. iiij. Vbi animꝰ in multa diſpius huc atq; illuc diuagat̃. Circũſpgo. Ply. li. xviij. Ibiq; ſe purificãtes ſolenniter aqua circũſpgi. Inſpgo intus vel valde ſpgo. Reſpgo ſatis bene ſpgo. Liui. lib. j. Ne ſanguine ſe nefando ſoceri generiq; reſpergerent. Col. lib. j. Deinde quũ prędictum tectorium inaruit: ruſus amurca reſpergitur.

¶ Spaſtici dicũtur quibus aliquid intus cõuulſum eſt. Ply. lib. xviij. Tremulis ſpaſticis exilientibus.

¶ Spaticus dicitur quaſi maligno ſpũ correptus: q in

aliquo loco nequit cõſiſtere: ſed ſubito mouetur. Ply. li. xxiiij. Neq̧ expaueſcẽtibus repẽte: nec ſpaticia: rurſus torpẽtibus: nec ſup ſomnos genitura effundatur.

¶ Spata a σπάζω ſcindo vel dilacero: vel ab σπάω qđ euello ſiue euagino ſignificat. Apul. Militaris ſacramenti genium ob amiſſam ſpatam verebatur.

¶ Spatula ſiue ſpataliũ diminutiuũ a ſpates dicitur ramus vel folium palmæ. Spates em̃ ramus palmæ vocatur a quo pẽdẽt balam. hoc eſt palmulæ ſiue palma.

¶ Spatium nõ ſolum de loco dicitur: ſed etiã de tẽpore. Cice. lib. ij. ad Heren. Spatiũ ita cõſideratur: ſatia ne longum fuerit ad eam rem tranſigendam: ſcierit ne ſatia ad pficiendum ſpatij futurum.

¶ Spatior ſpatiatum eo. Virg. lib. j. Georg. Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce Et ſola in ſicca ſecũ ſpatiaꝛ harena. Et Spatiari eſt inita certum ſpatiũ deãbulare. Idẽ. Aut ante ora deũ pingues ſpatiaꝛ ad araa. Feſtus. Spatiatorẽ pe̱rratore poſuit Cato.

¶ Specio. is. xi. ctum. apud antiquos in vſu fuit: qđ videre ſignificat. Vnde Augures ſpecere hoc eſt inſpicere aues dicebãtur. Aenni⁹. Vos epulo poſtq̃ ſpexit. Eius cõpoſitia tm̃ vtimur. Aſpicio. Conſpicio. Circũſpicio. Deſpicio. Diſpicio. Inſpicio. Perſpicio. Proſpicio. Pręſpicio. Reſpicio. Introſpicio. Suſpicio. & Trãſpicio.

¶ Specto. as. frequẽtatiuũ ſignificat ſæpe ſeu fixe intueor. Lact. lib. ij. Spectare nos cęlum deus voluit vti q̧ nõ fruſtra. Et refertur ad om̃ia: ſed pprie ad volũtatem. Vñ Spectacula dicta ſunt. Interdũ approbo. Cic. lib. v. Tuſc. Nõ igitur ex ſingulis vocibus philoſophi ſpectãdi ſunt. Vnde et Spectatores pecuniæ dicũꝛ qui eam pbant. Interdũ caueo: inſpicio. Plau. Spectandũ ne tibi ãnulum det: neq̧ roget. Interdũ tendo: et quaſi reſpiciẽdo tendo. vt apud Cice. Ad extremũ ſi ad pniciem patrię ſpectabit: patrię ſalutẽ antepones ſaluti patris. Quint. Et quod ad peſſimum ſpectat euẽtũ miſerabilis ſis oportet vt amator eſſe videaris. Interdũ cõpare. Vir. Si ad vitulã ſpectes nihil ẽ q̧ pocula laudes.

¶ Spectatores qui ad ludos ſpectãdi cauſa cõueniũt. Plau. Nunc ſpectatores Iouis ſummi cauſa clare plaudite. Et Spectatores pbatores dicũtur. Ter. in Eunu. Quũ in eipſo in noris q̃ elegãs formarũ ſpectator ſiem.

¶ Spectabilis ſpectatione dignus: et quaſi admiratione dignus. Apuꝛ. Iubet conſtrui pulchrum et ſpectabilem currum.

¶ Spectatus pbatus: cuius ſcilicet ſpectata iam virt⁹ eſt. Virgi. Sunt nobis fortia bello Pectora: ſunt animi et rebus ſpectata iuuentus.

¶ Spectaculum dicitur id quod ſpectaꝛ. hoc eſt ludi qui ſpectanꝛ. Virg. Nocte pluit tota redeũt ſpectacula mane. Liui. lib. j. Indici deinde finitimis ſpectaculũ iubet. Aliquãdo dicíꝛ ipa ſpectatio. Cice. O graue acerbum q̧ ſpectaculum. Aliquãdo locus vnde ſpectatur. Sueto. De ſpectaculo excitatus deſcẽdit. Liui. Tũ primum Circo qui maximus dicitur deſignatus eſt loc⁹: diuiſa loca patrib⁹ equitibuſq̧ vt ſpectacula ſibi qſq̧ facerent fori appellati.

¶ Species effigies: facies: vel imago. Cice. lib. j. Offi. Quę aũt ſpecie quadã vtilitatis. hanc Græci Ideã vocant. Et in Topi. In diuiſione formarum quas Græci Ideas vocãt: noſtri ſi q hæc forte tractant Species appellãt. Itẽ Cęſar Cõ. iij. Auxiliareſq̧ quibus ad pugnã nõ multũ Craſſ⁹ cõfidebat lapidib⁹ teliſq̧ subminiſtrãdũ & ad aggerẽ cęſpitibus cõportãdũ ſpeciẽ atq̧ oppugnationẽ pugnãtiũ præberent. i. demõſtratione ſiue ſimulationẽ: ptextũ et quaſi velamentũ. Quãdoq̧ Species ſumitur p aſpectu et re viſa. Vir. Nõ tulit hãc ſpeciem furiata mẽte Chorebus. Quãdoq̧ p pulchritudine ſeu deformitate a ſpeciẽdo. Vnde dicimus Speciosus forma præ filijs homi. Et Species vt diffiniꝛ a Dialecticis eſt quæ dicitur de pluribus differẽtibus numero. vt hõ eſt ſpecies: qm̃ de Socrate et Platone et alijs nõ ſpecie: ſed numero differẽtibus p̄dicatur. Ob eam rationẽ ita appellata: q̧ multorũ collectio vna quaſi viſione cõpræhendatur. Nã genus eſt qđ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. vt animal quod de hoie equo: aſino: et hmõi dicitur: quę ſpecie differũt. Quãq̧ Species ſumitur p aromatibus. Macrob. lib. vii. Satur. Species et acres et calidę ſupficiem cũ apponunꝛ exulcerãt. Hiero. in Cant. Homilia dixit aromata qdã ſpecies eſſe: ſed nõ ſimpliciter. Addidit em̃ ſpecies pigmentorũ. Martianus Iurecon. Species ptinentes ad vectigal: Cynnamomũ: piper lõgum: piper albũ. Sic dicitur Vicus ſpecianus a ſpeciebus arabis pegrini ſq̧

¶ Specialis et hoc ſpeciale ſignificat nõ tam pticulare: q̃ ppriũ: et veluti peculiare. ſicut ait Iul. Capi. Macrianorũ familiã id ſpeciale ſemp habuiſſe vt Alexandrũ Magnũ in auro et argento excul ptũ ſemper haberẽt.

¶ Speciatim aduerbium ſignificat particulariter.

¶ Specificus. a. um. quod eſt particulare.

¶ Speciosus pulcher. Semp em̃ in bonũ accipiꝛ q̃uis Species medium vocabulum ſit. Virgiꝛ. Neq̧ em̃ ſpecie fama ve mouetur. hoc eſt nec pręſenti deformitate: nec rumore mox futuro. Sic et Formoſus: licet Forma indifferenter ponatur.

¶ Specimen pe. cor. experimentũ: pbatio: ſiue exemplar. Nam eſt illud parum quod in mercibus emptori oſtẽdi ſolet. vt in pannis: vel deguſtatio in eſculentis. Cice. in Tuſcu. Quid illud nũ dubitas quin ſpecimen naturæ capi deceat ex optima quaq̧ natura. Aug. lib. xvj. ciui. Dei. Verum et hoc eorum ſupplicium futuri iudicij diuini ſpecimen fuit.

⁎ Spectio augũ inſpectio et contemplatio. Aennius. Vos epulo poſtq̃ ſpexit. Cc.

¶ Specula. æ. accipitur p loco edito et eminẽti vñ aliquid longe videri et ſpeculari poteſt: ſiue ſit mõs: ſiue turris: ſiue lapis. ſiue arbor: ſiue qđ aliud eminẽs. Vir. Specula de mõtis in altum Deferar. Ouid. In ſpeculis om̃is Abydos erat. Eſt et Specula diminuti. a Spe et ſignificas paruam ſpem: quod fit blãdimẽti cauſa. Cice. Cælio. Hac tamẽ oblectabar ſpecula. ſ. Tullia. Vt em̃ a Res recula: ita a Spes ſpecula fit.

¶ Speculum in quod aſpicimus ac ſpeciem. i. imaginem noſtram cõtemplamur: quod datum nobis a natura fuit vt noſmetipſos noſceremus: et formoſi deuitaremus infamiam: deformes redimẽdum ſcirem⁹ eſſe virtutibus quicqđ corpori deeſſet: ſicut Socrates monebat adoleſcentes.

¶ Speculare et p apocopen Specular. et Speculariũ idem qđ Speculum. Interdũ ponitur p vitreata: ſiue p ocularia: vtpote olim facta e ſpeculari lapide tranſlucido: nũc aũt e vitreis orbibus vel teſſellis plumbo iũctis. Vlpia. Specularia et vela quæ frigoris cauſa vel umbrium in domo ſunt: inſtrumẽto domus nõ cõtineri Caſſius exiſtimauit. Iuue. Quæ vehitur clauſo latis ſpecularibus antro. Specularis aũt lapis dictus eſt q̧ ad ſpeculi ſimilitudinem luceat atq̧ imaginẽ reddat. Finditur in tenuiſſimas cruſtas. Ply. Multi aluearia et e ſpeculari lapide fecere: vt operantes intus ſpectarẽt. Idem lib. xxxvj. In Arabia quoq̧ eſſe lapidem vitri modo tranſlucidum: quo vtuntur pro ſpecularibus Iuba auctor eſt. Speculariorũ vſum clarum tranſmittentium lumen memoria ſua pdijſſe ſcribit Seneca in Epiſtolis. Qui item de Scipione ait. Q: non in calda

rium ſuum latia ſpecularibus diem admiſerit. Martial'
Hibernis obiecta notis ſpecularia puros Admittit ſo-
les: et ſine fęce dies.

¶ Speculor a ſpecula fit: quaſi e ſpecula pſpecto: vel
vt videam intendo. Vnde Speculatores qui e ſpecula
aſpiciũt: vel in bello ante exercitũ explorãdi gra mitti
ſolent. Per trãſlationẽ Speculari ponit' pſcrutari et ex
acte cõſiderare. A quo fit cõpoſitum Perſpeculor: qd
eſt ante ſpeculor. Sueto. de Cæſ. Exercitum neq; p in
ſidioſa itinera duxit vnq̃: niſi pſpeculatus locoꝝ ſitus

¶ Specus a ſpecio. Eſt eñ vt in Proble. Plutar. inqt
locus vnde deſpicitur. et inde Spectacula dicũtur. Vñ
et Specula dicta eſt. Et dicim' ſpecus. us. et ſpecus ci.
tam maſ. q̃ fœmi. gñis. Sil'r Specus. oris. neu. gñis p
ſpelũca: quę a Gręcis Spelęum. Vnde Vir. ad imitatio-
nem Gręcoꝝ Spelæa ferarũ dixit. Gel'. li. vj. Sole me
dio et ardo ac flagrãti ſpecũ quandã nactus remotã la
tebroſamq; penetro. Hora. lib. iij. Car. Quæ nemora
aut quos agor in ſpecus. Inuenitur etiã hęc ſpeca: hoc
ſpecũ: et hoc ſpecu. Et in plurali hæ ſpecus. Ser. docet
ſpecus apud Maiores trium generũ fuiſſe: quo hodie
in numero ſingulari tribus tm̃ vtimur caſibus. In plu-
rali a genere maſ. habet omnes caſus.

¶ Specium inſtrumentum teres et purum quo medici
ad tentandã vulnerũ ac fiſtularũ viam vel pfunditatẽ
vtuntur. Pacu. Vt Medici faciũt qui prius ſpecio vul-
nus tentant. Fit aũt a Specio.

¶ Specillum diminutiuum purum ſpeciũ. Cor. Cælſ'
li. v. Ante oĩa aũt ſpecillum dimitti in fiſtulam cõuenit:
vt quo tẽdat: et q̃ alte puentat ſcire poſſimus. Hinc au
riculariũ ſpecillum dicitur: quod curãdis auribus adhi
betur. Eſt et Specillum inſtrumentũ quo oculos inun
gimus. Ply. lib. vij. C. Iulius medicus dum inũgit ſpe
cillum per oculos trahẽs. Cęl. lib. vj. Specillo ſup ocu-
lum inducatur.

¶ Spelęum a noſtris dicitur ſpelunca. Virg. Certũ eſt
in ſyluis inter ſpelęa ferarum Malle pati.

¶ Spectra ſimulacra. Cic. Caſ. His aũt ſpectris etiam
ſi oculi poſſent feriri. i. imaginibus mentis.

¶ Spera. Vide ſupra. quia ſcribitur cum diph. Sphęra

¶ Sperma. atis. grecum eſt et latine ſemen dicit'. gene
rale ad omnia ſemina.

¶ Sperno. is. ſpreui. ſpretũ. faſtidio: deſpicio. Antiq
etiã Spernere p ſeparare poſuerũt. Aennius. Ius atq;
æquum ſe a malis ſpernit pcul. Hinc fit compoſitum
Deſperno: quod eſt valde ſperno. Var. Homo ridicu-
lus et ab oĩni pube deſpretus.

¶ Spes ſpei. & ſperes. is. antiqui ptulerũt. Var. Quib'
ſuam delectet ſpe amicam: & ſeſe ſperibus iactet ſuis.
Vnde aſpere quaſi ſine ſpere. et pſpe p ſpere. In plura
li habet omnes caſus: et maxime ſpes et ſpebus. Hie-
ro. in li. Macha. Noli extolli vanis ſpeb'. Eſt autẽ ſpes
opinio futurorũ. Refertur q; tam ad mala q̃ ad bona.
Huius diminutiuum eſt Specula. De quo ſupra. Et cõ
poſitum Expes ſine ſpe.

⁎ Sperem veteres p ſpe dixerunt. Var. Sublimia ſpe-
ribus omnes deridet. Vnde fit aduerbium Proſpe. C.

¶ Spero. as. ad dolorẽ et ad voluptatẽ refertur. Virg.
Hunc ego ſi potui tantũ ſperare dolorem: Et pferre ſo
ror potero. Sperare (inqt) id eſt futurũ opinari ſiue ti-
mere. Ply. lib. xj. Speratur largior prouẽtus. Hinc be-
ne ſpero et male ſpero. Aliquando Sperare eſt exiſti-
mare ſeu credere. Et tam de pręſenti q̃ de pręterito di-
citur. De præſenti. Quintil'. Facilis vt animaduertere
vos ſpero defenſionis meæ curſus eſt. De prætento.
Idem. Et innocentiã quidẽ puellæ ſatis vt ſpero defẽ-
dimus. Hinc ſperatũ veteres dicebant eum qui vxorẽ
petit: et ſperatã virginem quæ petitur. Afranius. Cur
re et nũtia: venire et mecũ ſperatã adducere: vt videat
puellam. Poſtq̃ vero ſpõſio facta erat: nõ ſperata: ſed
vel dicta: vel pacta: vel ſpõſa vocabatur. A Spero fit
compoſitum Deſpero: et Inſperatus.

¶ Sperchius fluuius Theſſalię: quẽ Pelion mõs effun
dit: et velociſſimo curſu defluit in ſinum Maleacum.

¶ Speuſippus philoſophus Athenięſis: Platonis ex
ſorore nepos: q octo annos Platonicæ ſcholę pręfuit.
Ferũt hunc ſenio cõfectũ ſibi mortẽ cõſciuiſſe mœro-
re impulſum. Plutar. vero ſcribit illum pedunculis eſ-
feruẽſcẽtibus interiiſſe. Primus inuenit quo pacto ex
gracilioribus lignis fierent vaſa capacia.

¶ Speuſici panes dicti ſunt a feſtinatiõe. σπεύδω eñi
græce ſignificat feſtino.

¶ Sphæra. Vide in dictione Spæra. Suidas. σφαῖρα
ἀμβολὸς τῆς δὲ σφαίρας εὑρέσιν ἀναγκαλιὸς ἡ κερκυ-
ραία γραμματικὴ ναυσικάα. τῇ ἀλκινόου θυγατρὶ ἀνατί
θησι. ⁎. i. Sphęram inuenit Anagalis Nauſicaa Corcy
renſis grammatica. Alcinoi filiæ obtulit. Pro pila
luſoria etiã ponitur. Sphæriſterion locus vbi luditur.

¶ Sphęriſteriũ locus balnei ſpecie rotũda: in quo va-
ria exercitationũ genera veteres habuere. Ply. in Epi.
Apoditerio ſuppoſitũ eſt ſphęriſteriũ. quod plura ge
nera exercitationis pluresq; circulos capit. Sed in pri-
mis ad exercitiũ pilæ deputatus eſt: quã Græci σφαι-
ραν appellant. Nã σφαιρίζω ſignificat pila ludo. Lam
prid. Poſt lectionẽ opam palęſtrę aut ſphęriſterio: aut
curſui: aut luctaminibus mollioribus dabat.

⁎ Spheote vna eſt ex duodecim vrbibus Atticæ. Cc.

⁎ Sphennida pilæ genus groſſius q̃ pila paganica: te-
nuius q̃ follis: ex pãno fere fit: aliquãdo ex pelle. Cc.

¶ Sphęromachia pilę luſoriæ certamen: a ſphęrica cir
cularią; figura dicta eſt.

¶ Sphinx. gis. vel gos. et Sphingiũ animal Aethio-
piæ pdigioſum ad hominis ſpeciem accedẽs: ſolo pi-
lo quem fuſcum habet et ſilitudine feram aſſimulatur
habet geminas mãmas in pectore vt inquit Ply. libro
viij. a ſtringẽdo dictum. hoc eſt ἀπὸ τοῦ σφίγγειν. Hic
cum hoibus offertur ſi illum præſentiat: ſaluatur. Si
vero beſtia prius hoiem ſenſerit: pditur homo. Alber
tus Magnus lib. xxij. de animalibus inter ſimiarũ ge-
nera enumerat Sphinga inſignem duabus in maxilla
maculis nigricãtibus: cauda coloris ſubnigri oblõga.
Solinus. Inter ſimias habentur et ſphinges villoſæ co
mis: mammis pminentibus: dociles ad feritatis obli-
uionem.

¶ Sphõdyliũ internodiũ ſeu vertebrũ ſpinæ dicit'. et
Sphõdyl' pe. p. Sũt aũt decẽ et ſeptem ſphõdyli: quo
rum. xxij. ſpinã faciũt: reliqui vero lumbos. Sunt et q
ſphõdylos dicãt cubos. Seneca et Macro. vidẽtur acci
pere p quodam piſcis genere: quem iuniores Schina
lum dicitãt. Sphõdylus etiam verticulum dicitur ap-
poſitum fuſis vt nendo melius vertãtur.

⁎ Sphragidę iaſpidis genus: ſic dictę q; optime ſignẽt
σφραγίζειν eñi gręce ſignare dicunt. Cc.

¶ Spica. cę. & ſpicus. & ſpicũ dr̃ cũ p culmi folliculũ. i.
extremũ tumorẽ ariſtæ adhuc tenues in modũ ſpiculi
eminẽt. Abuſiue tñ et de maturis frugibus dicit': et de
quocũq; acumine ad ſpicæ ſilitudinẽ facto. Dicta ſpi-
ca a ſpe vt inqt Var. Nã quũ fruges in ſpicã exit ſpem
præbet hoibus. Spica in hordeo et tritico tria habet cõ
tinentia. granũ. glumã. ariſtam. Sciendum eſt a ſpicus
vtrũq; numerum eſſe. a ſpicum tñ ſingularem. Cice.
in Arato. Spicũ illuſtre ferens inſigni corpore virgo.

¶ Spica mutica: quę nõ habet ariſtam. Ariſtæ eñi qua
ſi cornua ſunt ſpicarum.

¶ Spiceus.a.um.quod ex ſpicis eſt. Tibul. Flaua Ceres tibi ſit noſtro de iure corona Spicea.

¶ Spicilegium collectio ſpicarum. Var. Ad corbem meſſe facta ſpicilegium venire oportet: aut domi legere ſtipulam.

¶ Spico.as. ſpicas emitto. Ply. lib. xviij. Grana in ſtipula crinito textu ſpicātur. Vnde Inſpico.as.pe.pro. quod eſt ad ſpicarum ſimilitudinem incido vel fodio Hinc ſpicatus.a.um. quod habet ſpicas. Idem li. xxj. Aliud rurſus ſpicatarum genus herbarum.

¶ Spiculum lancea breuis: ſeu vt Vege. ait telū miſſile: cuius ferrū eſt triangulum vnciarū nouem: Haſtile pedū quinqꝫ et ſemis. Antiqui pilū neutro genere vocauerūt. Accipit et ꝑ ſagitta. Virg. Spicula cōuerſo fugientis dirigit arcu. Aliquādo dicit ſagittæ ferrū: ſeu cuſpis ipſa et aculeus. vt ſunt ſpicula ſagittarū et aculei ſpū. Curtius. Alexāder ſagitta ictus eſt: quæ in medio crure reliquerat ſpiculum. Virg. de apibus. Et ſpicula cæca relinquunt Affixę venis. Dictum ſpiculum a ſpicarum ſpecie.

¶ Spiculo.as. cuſpidem acuo. Ply. li. xj. Telum vero ꝑfodiēdo tergori quo ſpiculauit ingenioſ

¶ Spiculatores dicti ſunt ſatellites principū: a ſpiculis quæ geſtāt. Cor. Tacit. Dilapſis ſpiculatoribus cętera cohors nō aſpnata cōcionantem. Quidam etiā accipiūt Spiculatorem ꝑ carnifice.

¶ Spinus pyrorum ſeu prunorum arbor: qꝫ ſpinis referta ſit. Virg. lib. iiij. Georg. Eduramqꝫ pyrum et ſpinos pruna ferentis.

✱ Spineoli ex ſpinis fructus ſunt: qui dicūtur et Pruneoli ignon ꝑſus veteribus. Cc.

¶ Spina ſentis qua pūgimur. Hinc ſpineus.a.um. vt corona ſpinea: quæ e ſpinis facta eſt. Spinoſus.a.um. ſpinis abundās. Spina etiam dicitur a collo vſqꝫ ad natium flexum depiſſa quaſi vallis. eſt inter colles quos vocāt dorſa. Ply. lib. xj. Spina lumbus oſſea ſed tereti ſtructura ꝑ media foramina a cerebro medulla deſcēdēte: eſſe ei naturam quā cerebro colligunt: qm̄ prætenui eius membrana nō inciſa ſtatī expiretur. In ſpinæ igitur pte ſupiore ſcapulę: a lateribus dorſa: quę oīa dicuntur terga.

¶ Spinter fibula in humeris: aut armilla vt inqt Priſ. Plau. in Menæ. Iubeas ſpinter nouum recōcinnarier. Hoc armillæ genere mulieres vtebātur brachio ſūmo ſiniſtro: ſoliſqꝫ fœminis decorā fuiſſe veſtem longe lateqꝫ diffuſam ad vlnas cruraqꝫ ab oculis defendenda.

✱ Spinturnix inauſpicata auis: q̄ et Incēdiaria dr̄. Cc.

¶ Spintrię dicti ſunt reptores monſtroſę libidinis noviqꝫ cōcubitus. Sueto. in Tibe. Monſtroſiqꝫ cōcubit⁹ reptores: quos Spintrias appellabat.

¶ Spirillum barba capræ.

✱ Spio nympha a ſpeluncis maris: in quibus habitare nymphę dicuntur. σπέος em̄ ſpelunca eſt. Cc.

¶ Spirę ſunt reuolutiōes ſiue circuli q in ſerpos nō recurrunt. Hinc in ornamētis capitis matronarū et in ſerpentibus eſt ſpira quū ſe in girum voluunt. Vnde et ꝑ ſerpentibus quādoqꝫ ponitur. Ply. lib. ix. Lolliā Paulinam quæ fuit Caij principis matrona: vidi ſmaragdis margaritiſqꝫ optam alterno textu fulgētibus toto capite crinibus ſpiris auribus collo monilibus digitiſqꝫ. Virg. lib. ij. Geor. Nec rapit immenſos orbes ꝑ humū neqꝫ tanto Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis. i. in circulum. Et lib. ij. Aenei. Spiriſqꝫ ligāt ingētib⁹: et iā Bis mediū āplexi. Ser. Spiris nodis. Vn̄ et baſes colūnarum Spirulas dicūt. Nā pprie Spira eſt volubilitas funium: puta quū funis nauticus in orbē cōuolutus eſt. Item Spira dicit funis q a pileo ad fauces diſtenditur et ſub mēto alligātur. Iuue. De faucib⁹ aurea quū ſe Porrigat et longo iactetur ſpira galero. Itē dicit baſis colūnę vnius tori aut duorū. Ply. In Epheſiæ Dianæ ęde primū colūnis ſpiræ ſubditę et capitella addita. Itē Spira genus opis piſtorij. Aennius etiā ſpiram hominum multitudinem vocauit.

¶ Spiro.as. exhalo. Ply. Hæc duo genera fiſtulis ſpirant: quę ad pulmonē ptinet. Aliquādo Spirare emittere eſt: et ſic cōſtruitur cū actō. Virg. Ambroſiæqꝫ comæ diuinū a vertice odorem Spirauere. Col. lib. j. Reliquiſqꝫ immūdicijs tetrum odorem ſpirātibus. Si aūt de morte fit ſermo: abſolutum eſt. Huius verbi cōpoſita ſunt. Aſpiro. Cōſpiro. Expiro. Inſpiro. Interſpiro. Proſpiro. Reſpiro. et Suſpiro.

¶ Spiritus halitus. Idem em̄ ſunt Spiritus/Halitus/ et animę. Ply. Animę leonis virus graue: vrſi peſtilēs hominis tm̄ anima infici voluit pluribus modis. Aliquando etiam Spiritus dicitur ventus.

¶ Spirituale & ꝑ ſyncopen ſpiritale idē quod ſpiritus.

¶ Spirabile vitale quo ſpiramus. Virg. lib. iij. Aenei. Per ſydera teſtor Per ſupos atqꝫ hoc cœli ſpirabile lumen. Cice. tn̄ ſpiritabile dixit in lib. de Natura Deorꝫ.

¶ Spiramētum eſt ꝑ quod exit ſpiritus. Virg. lib. iiij. Georg. In tectis certatim tenuis cęra Spiramēta linūt

¶ Spiraculum idem quod ſpiramentum. Virgi. Sæui ſpiracula ditis. Hiero. in Geñ. poſuit ꝑ ipo ſpiritu. Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.

¶ Spiracus quaſi primipilaris: aut cohortis pręfectus

¶ Spiſſus.a.um. pprie denſum ſignificat: a ſepiū denſitate. Vir. Scrobib⁹ ſupabit Terra ſpiſſus ager. Qñqꝫ ſignificat tardum. Plau. Spiſſum hoc eſt amāti dicere veniet. Idem. Quia quod bene pmittūt haruſpices ꝑ ſpiſſe euenit: id quod male promittūt præſentaneum eſt. Hinc Spiſſitas et Spiſſitudo.

¶ Spiſſo.as. ſpiſſum facio. Cuius compoſita ſunt. Inſpiſſo et Conſpiſſo: quod eſt totum ſimul denſo. Col. lib. viij. Atqꝫ vbi duratus eſt vehemētius premitur vt conſpiſſetur caſeus.

✱ Spiſſigradus qui frequēti paſſuū motu in ambulando vtitur. A quo Spiſſigradior et Spiſſigradiſſimus. Plau. Homines ſpiſſigradiſſimos tardiores q̄ corbitæ ſunt in tranquillo mari. Cc.

¶ Splen dicitur qui & lyen. Celſus lib. iiij. Splen in ſiniſtra parte eſt inteſtino innexus: natura mollis et rar⁹ longitudinis et craſſitudinis modicæ.

¶ Spleneticus eſt qui ex ſplene laborat:

¶ Spleniū: vt Iul. Pol. inqt: eſt caput ſplenis pinguis Hinc ſplenia velut ꝑ ſilitudinē dicūt facta ex pāno laneo vel lineo: q̄ ad curā corpis ſupimponi ſolent. Ply. Supimponi oportet ſplenium e melle decoctum.

¶ Splendeo.es.dui. luceo. Vnde Splendeſco.is. ſplēdidus fio. Apu. Quū iam aurora ſplēdeſceret. Huius cōpoſitum eſt Reſplendeo.

¶ Splendor lux. Per tranſlationem ponitur ꝑ decore dignitate: gloria. Vnde ſplēdor nominis: ſplendor familiæ: ſplendor virtutum. hoc eſt claritas.

¶ Splendidus.a.um. clarus: fulgens. Et ſplendidi dicūtur q opes ſuas ad libertatē cōuertūt. Ecōuerſo Sordidi auari. Hora. Quatinus id facis vt qdam memoratur Athenis Sordidus ac diues. Et alibi. Obijciet nemo ſordes. i. auariciam.

✱ Splendophorus proprium nomen ex gręco et latino compoſitum: quaſi ſplendorem ferens. Cc.

✱ Spodiū fit e plūbo ſicut ex ære qđ deradit ex parietib⁹ fornacū mixtis ſcintillis: aliqñ etiā carbonib⁹. Cc.

¶ Spolio.as. priuo. Tractū a militibus. Spolia em̄ dicūtur q̄cūqꝫ hoſti detrahūtur. Ter. in Hecy. Quin ſpo-

lies mutiles laceres. Huius compoſita ſunt. Deſpolio
Diſpolio varie ſpolio. Amb. Hi aūt diſpoliāt quæ ac-
cepimus indumēta gratiæ ſpiritualis. Expolio pfecte
ſpolio: vt apud Apoſtolum. Expoliātes veterem ho-
minem induite nouum.

℄ Spoletiō cō i ante um. ciuitas in Vmbria: quę nunc
Ducatus Spoletinus dicitur: nō Spoletanus: ſicut ab
Aretio Aretinus. Mart. De ſpoletinis quę ſunt carioſ-
ſa lagœnis Malueris q̄ ſi vina falerna bibas. Sic Cice.
lib. de claris Orato. P. Conutium Spoletinum dixit.

℄ Spōda latus lecti. Nā ſpōdæ ſunt tabulæ quę vtrinq̧
lectū ſuſtinēt. Mart. Nec nudi ſponda grabati.

℄ Spōgia apud antiquos in vſu erat tergendarū men-
ſarum: adhibebaturq̧ ad obſcœna emūdanda. Mart.
Hæc tibi forte datur tergēdis ſpōgia mēſis. Sene. lib.
x. Epſarū. Vnus e Germanis lignū id qd ad emūdan-
da obſcœna adhęrēte ſpōgia totū in gulam farſit: & in
pręcluſis faucib⁹ ſpiritum emiſit. Accipitur et Spōgia
p aſparagi ſatiui radice. vt apud Ply. et Col'.

⁎ Spōgites gemma eſt a ſpōgię ſimilitudine. Hæc ta-
mē interdum rufa inuenitur. Cc.

℄ Spōdeo. es. ſpopōdi. ſpōſum. Vide in dictione De-
ſpōdeo. Eius cōpoſita ſunt Cōſpondeo. Vnde veteres
Conſpōſos dicebāt fide mutua obligatos. Et Cōſpō-
ſores: ſibi inuicē pmittētes. Cice. Leptæ. De negocio
tuo q̧ ſpōſor es p Pompeio: ſi Galba cōſpōſor tuus
redierit. Deſpōdeo et Reſpondeo. De qbus alibi.

℄ Sponſo. as. frequētatiuum. A quo Deſponſo. as.
et Deſponſor. aris.

℄ Spōſio nō ſolum pmiſſio dicitur: ſed etiā actionis
genus eſt. Caper. Religione ſancitur fœdus: at ſpōſio
pœna. Paulus Iureco. Spōſionē dici affirmat nō ſolū
quæ p ſponſi interrogationē fit: ſed etiā oēm ſtipula-
tionem promiſſionemq̧. Et Sponſor pro fideiuſſore
quādoq̧ ponitur.

℄ Spōſus. us. ſponſio. Ser. Sul. Si poſt eas ſtipulatio-
nes vxor nō dabatur: qui ſtipulabatur ex ſponſu age-
bat: iudices cognoſcebāt.

℄ Spōſus. a. um. pticipium. Ter. in Eunu. Scis ſpon-
ſam mihi? Et deeſt eſſe.

℄ Spōſalis et hoc ſpōſale. quod ad ſpōſionem ptinet
Vnde ſponſalis dies dicitur quo puella pmittitur.

℄ Spōſalia. orum. pmiſſio ſiue contract⁹ ſtipulationū
futurarū nuptiarum. Spōſalia hoc modo fiebāt. Qui
vxorem ducturus erat: ab eo vnde ducēda erat ſtipu-
labatur eam in matrimoniū ductū iri. Qui datur⁹ erat
itidem ſpondebat daturum. Is cōtractus ſtipulationū
ſponſionumq̧ dicebatur Spōſalia.

℄ Spōdæus pes duabus ſyllabis lōgis conſtās. Legiti-
mus pes qui in heroico verſu oēm ſibi vēdicat locum
licet raro quinto loco repiatur. Dictus q̧ in ſacrificijs
et libamētis eo maxime vterentur. Nam σπονδὴ liba-
mentum fœduſq̧ ac ſponſionem ſignificat.

℄ Spōdylus eſt qui in ima pte fuſi apponitur: vt fœ-
minę melius nere poſſint. A cuius ſimilitudine callus
ſiue caro interior oim oſtreoꝝ ſpōdylus dicitur. Mar.
pro aialiū oſſiculis in Santra. lib. vij. Roſos tepēti ſpō-
dylos ſinu cōdit. Eſt et ſalſamēti genus ſpondyle apd
Atheneū: et nomē piſcis apud Ply. Inſectū apud Ari-
ſtote. Ply. lib. xxvij. Nullū animal radices a nobis di-
ctas attingit: excepta ſpōdyle quæ oēs pſequitur. Ge-
nus id ſerpētis eſt. Atheneus id quod in capite mugi-
lum echinata ſpecie cōſpicimus Spōdylum tradit ap-
pellari. Sed et calculus æneus quo ſuffragia ſua Iudi-
ces Athenis dabant: ſpondylos vocabatur: vt eſt apd
Iulium Pollucem.

℄ Spōte aduerbiū ſignificat naturaliter. vt multæ ar-
bores ſpōte naſcūtur. i. naturaliter: et nō ab hominib⁹
ſatę. Aliquādo ſignificat ſine requiſitiōe. vt ſpōte ad
te venio. Capitur nōnūq̄ nominaliter & in ablīō tantū
vt ſpōte mea: ſpōte tua. Virg. Spōte ſua ſandyx paſcē-
tes veſtiet agnos. Hinc Spōtaneus. a. um. quod eſt vo-
lūtarium: aut naturale. Amb. Terra aūt ſpōtaneos fru-
ctus germinat: aut creditos vberiore cumulo refūdit.

℄ Sporos grece: latine ſemen dicitur.

℄ Sporades: inſulę quędā circa Cretā in mari Carpa-
thio ſicut Strabo lib. x. ſcribit. Dictæ q̧ in mari ſparſę
ſint. Sūt aūt harum noia Helene: Phocuſa: Hecatia:
Schimuſa: Polegrados: Thera: Anaphe: Aſtypalea:
Laguſa: Ion: vbi ſepultus fertur Homerus.

℄ Sporta quę et ſportula: aut a ſparto hærba quę fre-
quēs apud Hiſpanos naſcitur: aut ab aſportando: va-
ſis genus quaſi fiſcella. Sal. lib. ij. Hiſt. E muris canes
ſportis dimittebāt. Et qm̄ in ſportis pecunia quādoq̧
etiā cibus in quotidianū vſum deferri ſolebat: modo
p diſtributione ad pplm: modo p ipſis cibis ſumitur:
Sueto. in Claud. Exhibuit anniuerſarium in caſtris p̄-
torianis ſine veneratione apparatuq̧ iuſtū atq̧ legiti-
mū in ſeptis ibidem extraordinariū et breue dierumq̧
paucoꝝ. Quodq̧ appellare cœpit ſportulam: quia pri-
mum daturū ſe dixerat velut ad ſubitā dictāq̧ cœnu-
lam inuitare ſe pplm. Idē dicit Neronē cœnas ad ſpor-
tulas reuocaſſe. i. ad pua cōuiuia. Iu. Nōne vides quā-
to celebretur ſportula fumo? Erat et ſportula locus in
atrio domus vbi pponebāt eo die q̄ dono dāda erant.
Diminuti. a ſporta eſt Sportula. A quo fit Sportella.

℄ Spuma ſordes earū rerū a quibus ejicitur. Vir. Spu-
mas ſalis ære ruebant. Hinc Spumeus et Spumoſus.

℄ Spumo. as. ſpumam facio. A quo Deſpumo. De
quo alibi.

℄ Spuo is. ſpui. ſputum. ſaliuam emitto. Virg. lib. iiij.
Georg. Nanq̧ aliæ turpes horrēt: ceu puluere ab alto
Cū venit et terram ſicco ſpuit ore viator Aridus. Hu-
ius cōpoſita ſunt Cōſpuo ſimul ſpuo: vel aliquē fœ-
do. Lact. li. iiij. Poſt hæc cōſpuerūt in faciē eius. Plaut.
Ab oibus deriſus atq̧ cōſputus. Deſpuo: Expuo: In-
ſpuo: in aliquē ſpuo. Ply. lib. xxij. Tradūtq̧ cōmādu-
cata ea ſi inſpuat mori ſerpentem. Reſpuo repudio et
quaſi cū ſputo p cōtēptū reijcio. Lact. lib. j. Hanc totā
opinionem quaſi a poetis cōfictam Salluſtius reſpuit

℄ Sputo. as. frequētatiuum. Plau. Nam illic iſti q ſpu-
tatur interdum morbus venit.

℄ Sputū ſaliua: quod a pus deſcēdit. Dicit et Sputus
us. Lact. lib. iiij. Dabūt aūt Deo alapas manibus ince-
ſtis: et impurato ore expuent venenatos ſputus.

℄ Sputamē idē quod ſputū. Hiero. in lib. Iud. Quō ſi
rūpat quis filum de ſtupa cōtortū ſputamine.

℄ Spudacten quidā interpretātur amatorē. Hiero. li.
de viris illuſt. vbi de diuo Luca agit. Sed et Tertulia-
nus vicinus eorum temporꝫ refert preſbyterum quē-
dam in Aſia σπουδαστὴν. i. amatorem Pauli cōuictū
apud Ioannem q̧ auctor eſſet libri: et cōfeſſum ſe hoc
Pauli amore feciſſe loco excidiſſe.

℄ Spurcus. a. um. quod eſt impurū: obſcœnū: lutulē-
tum: a ſpuēdo dictū: q̧ tale ſit vt de eo ſpuatur. Plau.
Tot noctes reddat ſpurcas: quot puras habuit. Aliqñ
ponitur p fœtido. Apul'. Tā multę res ſpurcæ et gra-
ues nares infeſtant. Aliquādo p vehemēti: aſpo. Cic.
Iactati tempeſtate ſpurciſſima. Colu. Atq̧ in his ipſis
haberet cognitum qd recuſaret colla: quid cāpeſtris
poſitio: quid humidos et graminoſus: quid ſiccus et
ſpurcus ager. Aliquādo p ſæuo et ſanguinario. Var.
Spurcus gladiator & carnifex.

℄ Spurcitia et ſpurcities immūdicia. Lucre. libro. vj.

At contra nobis cœnam teterrima cũ ſit ſpurcities eadem porcis hæc munda videtur.

¶ Spurco.as.fœdo: vitio. Celſus iureçõ. Cum eo agi poſſe Aquilia qui vinũ ſpurcauit: vel effudit: vel acetũ fecit: vel alio modo vitiauit. Plau. Spurcat̃ naſum odore illutibili. Antiqui ſpurcum vinũ dicebant cum aqua mixtum: tanq̃ nõ amplius purũ foret: aut igne calefactum: aut multũ anteq̃ deferueſcat. Hinc fit cõpoſitũ Conſpurco. Col. lib. ix. Nam ſuperſiliẽs auis proluuie ventris cibos & aquam conſpurcat.

¶ Spurius: incerto patre natus: ab σπείρειν ſeminare quia nihil habet a patre niſi ſemen. Vnde ſpurios verſus dicimus alterius aut incerti auctoris. Auſonius. Quicq; notas ſpurijs verſibus appoſuit. Ser. Spurius dicit̃ qui ex muliere nõ nota ortus eſt. Sabini nanq; pudenda mulieris Sporios dicunt.

S. ante Q.

¶ Squallor: inquinatio: ſordes. Gel. In corporibus incultis ſquãmoſis alta congerie ſordium ſquallor appellabatur.

¶ Squallidus: ſordidus: incultus. Vnde ager nõ aratus ſquallidus dicitur. Aliquando ponit̃ p fulgenti. Virg. Alter erit maculis auro ſqnallentibus ardens.

*Squaldam veſtẽ p Squallida veteres dixere. Aenn. Elauere lachrymis veſtem ſqualdam & ſordidam. Ce.

¶ Squalleo.es.lui. a ſquãmarũ crebritate & aſperitate dictũ. Vnde & ſquallens pro fulgenti pleno diuite onerato abũdantiq; ponit̃. Quicquid enim nimia inculcatum obſitũq; aliqua re erat: ita vt incuteret viſentibus horrorẽ ſquallere veteres dicebant. Virg. li. xij. Per tunicam ſquallentẽ auro latus hauſit apertũ. Hinc poſtea tractum eſt vt corpora inculta & veluti ſquãmoſa alta congerie ſordium ſquallere dicãtur. Idem lib. ſecũdo. Squallentẽ barbam & cõcretos ſanguine crines. Et li. j. Geor. Squallent abductis arua colonis.

¶ Squammæ: quib⁹ coriũ piſcis aut ſerpentis tegitur. Hinc Deſquammo.as. & Exquammo.as. qđ eſt ſquãmas detraho. Plaut. in au. Dromo deſquamma piſces. Ab harũ ſimilitudine loricarũ quoq; catenulę ſquãmę dicuntur. Virg. Quem pellis ahenis in plumã ſquãmis auro conſerta tegebat.

*Squammificus ſquammis ſcatens. Ce.

¶ Squaroſus: a ſquammarũ ſimilitudine dicit̃: cuius cutis exurgit ob aſſiduam illuuiem. Lucil. Varonũ ac rapicum ſquaroſa incondita roſtra.

¶ Squatina: ex planorũ piſciũ genere: q; ꝓpter ſqnallorẽ: hoc eſt aſperitatẽ cutis ligna & eburea politantur.

¶ Squillæ genus arboris. Var. li. j. de re ruſ. Alia in mari: vt palmas & ſquillas.

S. ante T.

¶ Stalagmium genus inaurium fuiſſe oſtẽdit Nonius allegans Cæciliũ qui ait. Ex auro eius ſtalagmium domi habeo.

¶ Stadium latine curriculũ: ſiue locus in quo equi homineſve currũt & certant athletæ. Nam & Domitianus inter cętera ſtadium extruxit. Dictũ ſtadium ἀπὸ τῆς στάσεως. hoc ẽ a ſtatiõe: q; Hercules eo ſpatio vno ſpiritu cõfecto cõſtitiſſet. Nã clariſſimũ fuit curriculũ ſtadij Olympij qđ Hercules ſuis pedibus metatus fertur. cõtinetq; octauã mille paſſuũ partẽ: qđ centũ. xxv. noſtros efficit paſſus. hoc eſt pedes. dcxxv. vt ſcribit Ply. Quæ menſura octies efficit mille paſſus.

¶ Stadiodromi dicti ſunt q in ſtadio curſu certãt. Firmicus. Si mars reſpexerit leporem cęleſtem in horoſcopo: faciet Stadiodromos. Stadiodromicos etiã locus in quo ludi & curſus exercentur. Plynius lib. xxxiiij. Eundẽ vicit & Leontius qui fecit ſtadiodromon aſtylon qui Olympiæ oſtenditur.

¶ Sto.as. ſteti. ſtatum: ꝓprie ſignificat in ſe & ſua mole conſiſtere. Et nõ tantũ de animatis: ſed de inanimatis quoq; dicit̃. vt nauis ſtat: flumẽ ſtat: currus ſtat: ſol ſtat. Vnde Solſtitium. Itẽ auis in aere ſtat. Arbor ſtat. Virg. Stabat acuta ſilex. Itẽ Stare ſignificat erectũ eẽ. Seneca. Alios ſtantes: alios genibus flexos vidiſſes: ſedentẽ aut cubantẽ neminẽ. Item Permanere: durare. Cice. Facere ꝓmiſſa: ſtare conuentis: reddere depoſitũ. Virgi. Et bene apud memores veteris ſtat gratia facti. Item horrere. Cæcil. Stat ager ſentibus. Item plenũ eẽ. Virg. Iam puluere cælũ Stare vident. Item ꝓminere. Lucil. Hic corpus ſolidum inuenies hic ſtare papillas Pictor marmoreo. Item ꝓſtitutum eſſe & immobilem. Virg. Stat ſua cuiq; dies. Ouid. Sic ſtat ſententia. id eſt immobilis & fixa eſt. Item in animo eſſe. vt Virgilius. Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis. Item quieſcere. Apul. Dum forte ſtarent in taberna ludentes. Itẽ in priſtino ſtatu manere. Virg. Troiaq; nũc ſtares Priamiq; arx alta maneres. Item conſtare in ꝓtio eſſe. Liui⁹ lib. xxiij. Multoq; ſanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria ſtetit. Gellius. Magno ei ſtet ea nocte abſentem fuiſſe. Quintilianus. Neq; ipſe hoc periculum ignoro expertus non leui documento quanti ſteterit mihi q; ſemel imperata non feci. Stare firmũ eſt non moueri: ſed conſtantẽ eſſe. Liuius. Reſiſtis autẽ aduerſus famam rumoreſq; hominũ: ſi ſatis firmus ſteteris. Stare p me: per te: per illum dicitur: cũ nos aut aliquid aliud cauſa ſumus ne quid fiat. Ply. li. xviij. Non ſtat per me: quominus cœlũ intelligas & cœleſtia ſcias. Quint. Non p me ſtetit: ſed per illa. Compoſita huius verbi ſunt. Abſto: Adſto vel aſto: Conſto: Circũſto: Anteſto: Cõtraſto p aduerſor. Nęuius. Contraſtat ſemp: nec me ſinit loquier. Exto a quo ſuperexto. Inſto: Interſto: Diſto: Obſto: Perſto: Pręſto: Proſto: Reſto: Subſto Supſto. Et ſecũdũ aliquos Manifeſto. qđ ẽ quaſi ad man⁹ foris ſto. Pręterea Solſtitium & Iuſtitium a ſto deducuntur.

¶ Stabilis: qui eſt aptus ad ſtandum.

¶ Stabilio.is. ſtabilẽ facio: firmo. Plau. in am. Regiq; Thebano Creõti regnũ ſtabiliuit ſuũ. Hinc Cõſtabilio: qđ eſt totũ ſtabilio. Idẽ in ac. Ego rem meã cõſtabiliui cum illum emi de prędа a quęſtoribus.

¶ Stabulũ: a ſtando locus dicit̃ in quem longo itinere feſſi ſuccedere ſolẽt: qđ & diuerſoriũ & hoſpitium dici ſolet. Vnde & proſtibulę meretrices dictę q; quęſtus codioſioris gratia cõcurrentibus illuc aduenis mãſiones ante ſtabula habuere. Petro. in ſatyr. Sed nec viam diligenter tenebam: quia nec quo ſtabulum eſſet ſciebam. Hinc ſtabula dicunt̃ loca generaliter in quibus armẽta gregeſq; conſiſtunt in agris & ſub dio veluti quędã ſtationes animaliũ. Nã vbi equi tenent̃ ſpecialiter Equile: vbi oues Ouile: vbi ſues haram dixere. Bobile quoq; a bobus: Caprile a capris nomen traxerunt. Virgilius. Quattuor a ſtabulis ꝓſtanti corpore tauros Auertit. Idem. Interea cum iam ſtabulis ſaturata moueret Amphitrioniades armenta abitũq; pararet. Poteſt etiã ꝓſepe in hoſpitijs ſtabulum dici. Apul. Duriſſimo caſu meo ſeruiens ad equũ illum vectorem meum ꝓbiſſimũ in ſtabulum concedo. Vbi alium etiam Milonis quõdã hoſpitis mei aſinũ ſtabulantẽ inueni. i. quaſi hoſpitãtẽ. Stabulum etiam ſumit̃ pro quacũq; ſtatione ſeu habitatione & loco vbi quis ſtare conſueuit. Virg. Ardua tecta petit ſtabuli & de culmine ſummo Paſtorale canit ſignũ. A ſtabulum fit Proſtibulum.

¶ Stabulo.as.neu. & Stabulor deponēs ſignificat ſto diuerto:& quaſi ſtationē habeo:ſiue etiā in ſtabulo guberno. Var.lib.j.de re ruſ. Si prata ſint & in fundo neq; pecus domin⁹ habet: dāda opa: vt pabulo vēdito alienū pecus in ſuo fundo paſcat & ſtabulet. Colu.lib.vij. Si idoneis tēporib⁹ ad p ſepia: ad aquā:ad exercitationē pecus duxerimus:cureq; fuerit vt ſtabulenť ſicco in loco ne humore madeſcāt vngulæ pl⁹:facile vitabim⁹ ſi ſtabula roboreis aſſeribus cōſtrata:aut diligēter ſubinde emūdata fuerit: t hum⁹ & palea ſupiecta. Sta.li.j. Th. Geticeq; pecus ſtabulare ſub hæmo. Oui.lib.xiij. Met. Hoc pecus omne meū: multę ſtabulanť in antris. Gel. Tubero in hiſtorijs ſcriptū reliq̄t Attiliū cōſulē in Africa apud Bragadā flumen grande feciſſe aduerſus ſerpētē in illis locis ſtabulātē p liū. Hinc Stabulatio māſio in ſtabulo. Col.li.vij. Calore boues ſub dio: frigoribus intra tectū manere oportet. Itaq; hyberna ſtabulatio eoꝝ p̄parāda eſt.i.locus ſtabuli: vel vbi ſtabulētur.

¶ Stabularius. hoſpes viatores p̄tio recipiens. Apul. Sumo ſarcinulam & p̄tio manſionis ſtabulario pſoluto capeſſimus viam. Vlp. Caupones & ſtabularios eos æque accipiemus qui cauponā & ſtabulū exercēt. & ſtabularius dicit̄ qui ſtabuli: hoc eſt loci vbi animalia ſtāt curā gerit. Col.lib.vij. Hic enim recognoſci grex poteſt: numeruſq; conſtare ſi velut ex militari diſciplina intra ſtabularij caſtra manſerint.

¶ Statio: locus in quo naues aut milites tuto ad tēpus ſtant: vel in quo frequēter conſiſtiť. Curt. Cognitū id p exploratores qui ſtationes hoſtiū fuerāt ingreſſi. Item Statio diciť locus ad cuſtodiam aſſignatus: q̄ñ milites ſtantes vigilant. Virgi. Sternūtq; vices ſtatione relicta Ipſe comes Nyſo graditur. Hinc Stationarij milites. Item officina in quā multi cōueniūt vt de aliqua re decernať:& ius dicať: Statio appellať. Gel. Quęſitū eſſe memini in plęriſq; vrbis ſtationibus ius publice docētiū. Iuue. Stationes omne theatrū. Similiter errantium ſtellarū matutinæ quas primas vocant: & veſpertinæ quas ſecūdas cū ſtare ſpectātibus videanť in oriente & occidente ſtationes vocanť. Et ſtatio ipſe ſtandi actus: vnde & nomen accepit ſtatio. Hiero. Ieſus filius Naue ſtationem impetrauit ſoli & lunæ.i.vt ſtarent.

¶ Statiuncula: diminutiuum.i.paruus ſtatio: ſicut a ratio ratiuncula.

¶ Stationarij milites dicunť quibus cuſtodiæ aut p̄ſidij gratia ſtatio aſſignata eſt. Item qui in vrbib⁹ aut p̄uincijs tenentur ad populorum quietem tuendam ſtationarij vocantur.

¶ Stationalis: firmiter ſtans. Plynius de ſyderibus. Eadem ſtationalis ſenis menſibus commorať in ſignis alioqui bimeſtris cum cæteræ vtraq; ſtatione quaternos menſes non impleant.

¶ Statiua:.& Statiuæ: quaſi ſtationes dicunť ſiue munitiones in quibus vt p̄pius pugnent milites conſidēt. Li.li.j. Tētata res ſi primo impetu capi Ardea poſſet. Vbi id parum p̄ceſſit obſidione & munitionibus cepti primi hoſtes. In his ſtatiouis vt fit lōgo magis q̄ acri bello ſatis liberi cōmeatus erant. Et lib.ix. Statiua noſtra munimento ſatis tuta ſunt.

¶ Stata: ſacrificia quæ certis ac ſtatutis diebus fiebāt: quæ nō mutabanť: ſed firma & ſtabilita erāt. Cato. Sacra ſtata ſolēnia ſancta ſeruaſti. Aennius modicam & modeſtam formam mulieris ſtatam vocauit.

¶ Statarius.a.ū. a participio ſtatus quaſi ſtabilis ſiue idoneus ad ſtādū. Ter. in heau. Adeſte æquo aio: date mihi poteſt eē ſtatariā agere: vt mihi liceat p ſilētium. Liui.li.ix. Statarius vterq; miles ordines ſeruans.

¶ Stator: qui apud magiſtratū aſſidue eſt: a crebra ſtatione: quales ſunt nuntij: vel tabellarij: vel apparitores qui reos in ius vel in carcerē ducūt: quoniā apud magiſtratū dicati ſunt vt ſtent parati ire quo ab illo miſſi fuerint. Vñ Plancus de ſtatore Lētuli cōſulis ad Ciceronē ſcribit. Preſto mihi fuit ſtator eius cū litteris quibus ne venirē denūnabat. Et ſtator dictus eſt Iuppiter: quoniā ſtare fecerit Romanos in fugā a Samnitibus verſos. De quo in Siſto dictū eſt. Nō eñ a ſiſto: ſed a ſto deſcēdit. qđ patet ex eius cōpoſito Antiſtor: qđ cōpoſitionē et ſignificationem habet a ſto. ſicut & antiſtes. Et diciť Stator Iuppiter: qui ſtare animo facit.

¶ Status.us. cōditio habitus. quod lingua vernacula dicimus Lo eſſere. Hiero. Nam corporis noſtri certus eſt ſtatus: vt omniū animātiū. Sed quoniā apud deum nō de ſtatu corporis noſtri: ſed de vitę meritis iudicamur: apparet omnē hominē mēte ſua ſibiipſi ſtatū nomēq; formare. Col.li.viij. Quare ſtatus eius longior p̄ductiorq; ad hos caſus magis habilis eſt. Ci. Qui ſtat⁹ rerū? quæ cōditio tēpoꝝ? Do. Status ad habitū referť. Statura corpori adſcribiť. Status eſt ſcęnici: ſtatura lōgitudo corporis. Quādoq; apud rhetores Status dicitur in quo cauſa maxime vertitur. Ci. Status eſt in quo primo inſiſtis quaſi ad repugnādū cōgreſſa defenſio. Quintil. Status eſt qđ ex prima conflictione naſcitur. Exempli cauſa. Intentio eſt. Feciſti homicidiū. Depulſio eſt. Non feci. Quęſtio an fecerit. Hinc cōſtitutio cōiecturalis quæ & ſtatus diciť. Tres aūt eſſe ſtatus quidā dixerunt. Coniecturalem. Iuridicialem:& finitiuū: ſiue legalem. De quibus in rhetoricis.

¶ Status.a.um. idem quod firmus. Ply.lib.xviij. Iam primū hanc iniuriam omnibus annis accidere nō poſſe propter ſtatos ſyderum curſus. Stati dies dicebātur q̄ iudicij cauſa cum peregrino inſtituuntur. Plau. in cur. Status condictus cum hoſte intercedit dies.

¶ Staturus.a.um. participium eſt a Sto.as.

¶ Statim aduerbium ſignificat conſtanter: perſeuerāter: cōtinue: quaſi inſiſtēdo & vno ſtatu. a ſtādo. Plau. in am. Nec recedit loco quin ſtatim rem gerat. Idē i eo. Neq; veſperugo: neq; vergiliæ occidūt iſta ſtatim ſtāt. Ter. in Phor. Bina talenta capiebā ſtatim. Aliq̄ñ mox illico: q̄ ea quæ mox fiunt continenter fieri videātur. Ci. in Ver. Statim Meſſanam litteras dedit.

¶ Stagnū a ſtando diciť aqua ſtans. Virg. Stagnū pro parte maris p̄fundiſſima poſuit q̄ ea minime moueať: ſempq; ſtet.i.quieſcat. Emiſſam hyemē ſenſit Neptunus & imis Stagna refuſa vadis. Stagnū etiam metallum eſt. a quo Stagneus.a.um. Plyn.lib.xxx. Pyxide ſtagnea dixit. hoc et ſtannū dicitur.

¶ Stagno.as. ſtagnum facio: aquam contineo. Virgi. lib.iiij. Ge. Nam quos pelli gens fortunata canopi Accolit effuſo ſtagnātem flumine Nilum. Et dicimus ſtagnare aquam cum non effluit: neq; ſorbetur. Plynius. Vbi marini fluctus effuſi ſtagnare ſolent. Et ſtagnare terram quæ non abſorbet: ſed continet aquam. Idem. Agris humidis atq; ſtagnantibus. Huius compoſitum eſt Reſtagno: quod eſt exundo: vt apud eundem li.ix. Idem tradit in Paphlagonia effodi piſcis gratiſſimos cibis terrenos altis ſcrobibus in his locis vbi nullæ reſtagnent aquæ.

¶ Stannum plumbum a ſtando dici videť q̄ in fornacibus primū fluat ac per ſe ſtet: quod & Stagnū & gręce Caſſiterū: ſiue Catiteron: ſiue Caſſiriton immutatis ab Homero litteris. Nā plumbi ſunt duo genera nigrū.ſ. et album. Hinc Stanneus.a.um. Vnde vaſa ſtannea.

¶ Stamen a ſtando: q̄ eo ſtat in tela omne velamentū eo q̄ firme ſtat dum texitur: non id qđ hinc inde trahitur. Subtegmen quod ſubit ſtamini. Diciť etiā ſtamen

quicquid in colo ad nendū ponitur. Hieron. ad Fabio.
Ex quibus facta fila retorquentur cū ſub tegmine triū
colorū hiacynthi cocci purpuræ & cū ſtamine byſſino.

⁎ Staphile vitis alba eſt. quā alij Ampeloleucē vocant
alij Molothron. Cc.

⁎ Staphis vitis eſt cauliculis nigris rectis folijs La-
bruſcæ. fert folliculos verius q̄ acinos virides ſimiles
ciceri. Cc.

⁎ Staphilus Sicheni filius primus aquam vino miſce
re docuit. Cc.

¶ Statilinus & Statanus: dij pręſides: quaſi nobis ad-
ſtantes.

¶ Stater. eris. pe. cor. generis maſ. teſte Hie. in Matth.
dicitur qui duo habet didragmata. Idem lib. Re. Ecce
inuēta eſt in manu mea quarta pars ſtateris argenti. Et
Hiere. Et appendi ei argentū ſeptē ſtateres & decem ar-
genteos. Fit autē a græco ἵστημι: qd̄ eſt pondero η in α
conuerſo: ſicut & ab ἵστημι qd̄ eſt ſto fit στάσις ſtatio.
Pari modo η in α mutato. A cuius accuſatiuo græco
στατῆρα formauerūt. Quidā hoc nomen aſpirant: atq;
ab σταθμίζω: quod eſt trutino vel pondero deducunt.
Suidas tamen στατὴρ τὸ ἐκ χρυσοῦ νόμισμα τῶν βασι-
λευτικῶν. ἡ συνωρίς τὸ μὲν εἶχεν ὀβόλους ἐκ χαλκοῦ τὸ
δὲ στατῆρας χρυσίου τῶν εὐμήλου ἵππων πολὺ μᾶλ-
λον ἀλλήλοις ἐοικότας. ⁎ Stater aureus nummus
crumenarū. Synoris quidē habuit obolos ex ære ſtate-
ras auri equorum eumeli multo magis ad inuicē ſiles.

¶ Statera. æ. pen. p. a ſtando dicta eſt: quia ſtante libra
penſatur aurum vel argētum. Eſt. n. inſtrumentū quo
res ponderantur ſine bilancibus.

¶ Statuo, is. tui. ſtatutū. delibero: ordino: dedico: fir-
miter pono. Lac. li. ij. Abſtinere p̄lio ſtatuiſſet. Et li. vj.
Sed his oībus deus certos limites ſtatuit. i. ordinauit.
Virgi. Craterasq; duos ſtatuā tibi pinguis oliui. i. dedi-
cabo. Ter. p Concutere poſuit cū ait. Sublimē illū aut
perē & caput primū in terrā ſtatuerē: vt cerebro diſper-
gat viā. Huius cōpoſita ſunt Conſtituo: Deſtituo: In-
ſtituo: Præſtituo: Proſtituo: Reſtituo: & Subſtituo.

¶ Statua a Statuo deduci videt̃: & ē imago alicui⁹. q̄s-
uis inter ſe differāt q; ſtatuę ſint æneæ: eboreę: lapideę.
Imagines cereæ & pictę. Sue. in Tibe. Etiā ſtatuas atq;
imagines niſi permittente ſe poni prohibuit.

¶ Statuncula diminutiuū paruæ ſtatuæ.

¶ Staticulū dimi. a ſtatua. Hiero. in tranſlatione homi
liæ Origenis. Sed vxor eius immemor p̄cepti retror-
ſum reſpicit: impoſitam legē rupit: fit ſtaticulum ſalis.
Staticulū etiā dicit̃ in vehiculis ſicut Eſſedū in equo: &
petoritū in mulis. Ply. li. vlti. Reddūt ſpēs fluminū ne-
morū & iumētorū & eſſeda & ſtaticula & equorū ornamē
ta. Apud Plau. in Perſa Staticulū gen⁹ ſaltationis eſt.

¶ Statuarius qui ſtatuas fingit: ſeu qui imagines fun-
dit. In qua nimirum arte excelluere Lyſippus Apelles
Praxiteles Myron Polycletus.

¶ Statuarius. a. um. quod ad ſtatuam pertinet: vt op⁹
ſtatuarium.

¶ Statuaria. æ. ars ipſa faciendi ſtatuas.

⁎ Statura p̄prie corporis quantitatē ſignificat. Sueto.
Statura fuit eminenti: corpore pallido. Cc.

¶ Staturoſus qui ſtatura. i. magno corpore eſt. Aug.
Forte habens ſeruū formoſum ſtaturoſum bene cōpo
ſitum: habens alium forte ſtatura paruum.

¶ Statumen. pe. pro. dicit̃ id quo fulcitur vitis vt pali
et pedamenta. & quicquid p monumēto accedit Statu
men dici poteſt: quaſi armamentū quo res ſtare poſſit.
Ipſa quoq; pedamēta vitiū ob hoc armamēta quādo-
q; nominant̃. Apud Vitrū. Statumen dicit̃ quicquid p
ſtrato adijcit̃. Et Statumina a ſtatu arborū dicunt̃ qui
creſcendo ſtatū accipiūt rami. Quo ad primū ſignifica
tū. Col. lib. v. Poſita vinea. i. tertio autumno vehemē-
tioribus ſtaturninibus ſtatim impedienda eſt.

¶ Statumino. as. ſtaturninibus firmo. Ply. li. xviij. In
ſolutiore terra ſepibus firmari: ora vtrinq; lapidib⁹ ſta
tuminari: & alio ſuperintegi.

¶ Stapedes. pen. cor. machinulæ ferreæ in quibus pe-
des habere ſolemus dum equitamus.

¶ Stachys latine ſpica. Vn̄ Nardi ſtachys. i. nardi ſpica
ex qua vnguentū generoſum cōcinnatur. Nam vt ſcri
bit Ply. Vnguentarij non ſolum folia: ſed etiam ſpicas
nardi in vnguēto celebrant. A folio vero nardi foliata
nuncupantur vnguenta nardina.

¶ Stactis myrrhæ flos appellatur. Hie. Narrent & hi q
aromatum nouere virtutes ſtactē florem eſſe myrrhæ.
Hęc & Gutta alio nomine dicit̃: ſiue Stilla & Aloe. Vn̄
in euā. legimus q; Nicodemus centū libras myrrhæ &
aloes ad ſepeliendū dominū præparauerit.

¶ Staphylinus paſtinaca agreſtis. Col. li. x. Tum agre
ſtis paſtinaca & eiuſdem nominis edomita quam gręci
σταφυλῖνον vocant. hæc etiam Staphys dicit̃. Palladius
Staphys agria perimit pediculos gallinarum.

¶ Staphys. Vide in dictiōe Staphylin⁹. de quo modo.

¶ Statius nomē poetę comici fuit q Cęcilius dict⁹ eſt.
Statius autem appellatus fuit quoniā ſeruus fuit. Sta-
tius. n. nomē ſeruile eſt. Fuit & alius poeta hoc nomine
qui heroico carmine multa conſcripſit.

⁎ Steatites gemma ſimilitudinem ſeui oſtētans quod
græci στέαρ vocant. Cc.

¶ Stechades. pe. cor. ſunt tres inſulę in Rhodani oſtio
vicinę Maſſilienſibus. ſic dictę p̄pter ordinem quo ſitę
ſūt. Græci em̄ ſtichon dicūt ordinē & verſum. Luc. ſin
gulariter protulit. Venerat in fluctus Rhodani cū gur-
gite claſſis Stechados ora tenens.

¶ Stella a ſtando: q; ſtare ſtellę videant̃. Sūt aūt ſingu
lares ſtellę nō admixtę alijs. Sydera vero ſiue aſtra ſunt
quæ ad aliquod ſignū cōplurīū ſtellarū cōpoſita ſunt:
vt aries taurus. Eſt & Stella nomē poetę Patauini lepi-
diſſimi. ⁎ De quo meminerunt Martialis & Statius. &
amauit Violantillam virginem Neapolitanam. Cc.

¶ Stello. as. luceo: & quaſi ſtellas facio. Mar. Et nume-
roſa linūt ſtellantem ſplenia frontem. Ply. lib. xxxvij.
Quoniā ſtellarū hyadū & nūero & diſpoſitiōe ſtellant̃.
Hinc ſtellatum ſtellis plenū: qd̄ eſt cœli epithetum cū
ſerenū eſt. Interdum ſtellare eſt ad modum ſtellarū fa-
ctum eſſe: qd̄ dicimus facto de ſtelle. Claud. li. ij. Ducit̃
in thalamū virgo ſtat pronuba iuxta Stellātea nox pi-
cta ſinus. Idem lib. iij. Vt patuit ſtellata domus conſida
re iuſſi. Interdū inuidere: a Stellione animali cui⁹ natu-
ra eſt inuidiam habere. de quo Ply. lib. xxx.

¶ Stelæ per ſimplex l colūnę quas latini pilas vocāt.

¶ Stellio animal ſimile Lacertę tergo depictū lucētib⁹
guttis ad modū ſtellarū: vulgo Tarātula dicit̃. a gręcis
Aſcalabotes: q; apud eos ἀσκαλος circulus eſt. Stel-
lio aūt circulis quibuſdā depictus eſt: et veluti lucētī-
bus guttis in modō ſtellarū. Morſus eius perraro inter-
imit hominē tn̄ ſemiſtupidū facit & varie afficit. Eſt &
alius Stellio ex araneorū genere lentiginoſus in cauer-
niculis dehiſcētis per æſtū terrę habitās. In Apulia fre-
quens viſitur: & ſimiliter Tarantula dicit̃: ſcorpionib⁹
ita cōtrarius vt viſus ab eis pauorē ipſis afferat: & tor-
porem. Aug. li. x. cō. Quid cū me domi ſedentē ſtellio
muſcas captans: vel aranea retibus ſuis irruētes impli-
cans ſępe intentū facit. Hinc Stellare p inuidere. Sed &
maledicta hinc: & ſtellionatus crimen: & Stellaturā ac-
cipere apud Spartianū qui ait. Tribunos qui ſtellatura
militibus tuliſſent capitali poena affecit.

¶ Stellionatus crimen apud iuriſcõs a Stellione nomẽ ſumpſit. Q̃d fit cũ aliquid dolo factũ eſt: vt ſi quis rem alij obligatã diſſimulata obligatione per calliditatẽ alij diſtraxerit: aut ſi quis merces corruperit aut impoſturã fecerit. cuius nulla ordinaria pœna eſt: ſed extraordinarie plectitur. Et ad præſidem ſpectat.

✠ Stelis viſci genus eſt qd̃ in Eubœa creſcit. Cc.

¶ Stemma. atis. coronamentum qd ex multis floribꝰ compoſitũ eſt: dictum a græco quaſi στέφομαι στέφω corono: καὶ στέφανος corona. Firmi lib. iij. Magnos viros faciet Mercurius qui ſacris & glorioſis ſtemmatibꝰ coronentur. Quandoq; ſignificat clarã familiã in qua inſignes viri vt in ſertis flores eluceſcunt: & quæ plerũq; ex victorijs & coronis maiorũ cõtrahit̃. Iuue. Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo Sanguine cenſeri? Sue. Q; in vetere gentiliũ ſtemmata C. Caſſij percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet. Quoniam vero mos erat apud antiquos vt viri ob res bene geſtas coronis donarentur: & eædem ſtatuarum capitibus imponerentur: inualuit conſuetudo: vt ſtemma aliquando pro facinore accipiatur. Aliquãdo ꝓ ipſis imaginibus maiorũ quę poni ſolebant in atrijs. Mar. Atria Piſonũ ſtabant cum ſtemmate toto. Seu pro gradibꝰ generis & ordinibus deſcẽdentiũ: qui ramis quibuſdã et velut intercurrentibus lineis diſtinguebantur. Plyn. lib. xxxv. Stemmata vero lineis diſcurrebant ad imagines pictas. Auguſt. Lucas euangeliſta ſanctus commemorat generationes eius quo ordine: qua ſerie: quo ſtemmata ad illam generationẽ ventũ fuerit qua natus eſt Chriſtus. Quin & pro inſcriptionibus ſaxorũ. Mar. Triſtia ſaxorum ſtemmata delet herus.

✠ Stenio fuit vna ex filiabꝰ Phorci & cetus belluæ marinę: Meduſæ ſoror. Cc.

✠ Stenobœa potiũ nomẽ mulieris Prœti regis Ephyræ vxor: quæ Bellerophontem amauit. Cc.

¶ Stentor ab Homero inducit̃ vocaliſſimus cuiꝰ tantus erat vocis ſonus q̃tus aliorum quinquaginta.

✠ Stephanoplocus dicit̃ coronarius. i. qui coronas cõficit. στέφανος eñ coronã ſignificat. & πλέκω texo. Cc.

¶ Stercus ab extergẽdo deduci videtur: ꝙ vndiq; abſtergi ſoleat.

¶ Stercoro. as. fimũ agris fœcũditatis gratia adhibeo Ply. li. xviij. Ager ſi nõ ſtercoratur: alget: ſi nimiũ ſtercoratus eſt aduritur. Colu. Lupinũ vbi in florem verterit: nihil agrũ ſtercorauerit. Et Stercorare eſt pinguefacere. Idem. lib. xij. Vicia & faba ſtercorare agrũ dicunt̃. Stercoratum ſtercore infectum etiam dicit̃. Idem. li. j. Pomaria quoq; & hortos oportet ſepto circundari: & eſſe in propinquo atq; in ea parte qua poſſit omnia ſtercorata colluuies cohortis balneariorũq; & oleis expſſa amurcæ ſanies influere.

¶ Stercutius dictus eſt Saturnus: ꝙ primus ſtercorãdi agri rationem inuenerit.

¶ Stercorarius. a. um. qd̃ ad ſtercora pertinet. Var. li. j. de re ruſ. Sic a ligno & ferro vt plauſtra maiora tria tara tra cum vomeribus ſex: crates ſtercorarias quattuor.

✠ Steraſia grece orbitas a latinis dicitur. Cc.

✠ Sterinon grece: latine ſterile dicimus. de quibus in dictione Sterilis. Cc.

¶ Sterquilinium: locus ſtercoribus plenus: ſeu ſtercoris receptaculum. Col. lib. j. Sterquilinia duo ſint. Vnũ qd̃ noua purgamenta recipiat & in annum conſeruet. Alterum ex quo vetera vehantur.

¶ Sterno. is. ſtraui. atũ. de ſtatu deijcio: & quaſi in terrã extendo. Virg. lib. x. Sternitur infœlix alieno vulnere. Hinc Cæſum exercitũ: ſtratũ dicimus. Inde Strages. Per tranſlationẽ ſternere ꝓ extendere quandoq; ponit̃. Vnde ſternere humi tapetes frondes & huiuſmodi dicimus. Et quoniã ſternendo fit vt id ſupra qd̃ ſternimꝰ: hoc eſt extendimus aliquid: tegamus: ſternere etiam ꝓ tegere atq; implere ſumitur. Vnde Sternere equos dicimus: hoc eſt inſtratis tegere. Hiero. in Gñ. Habraã de nocte conſurgens ſtrauit aſinũ. Sic ſternere equos cooperire. Sternere humũ floribꝰ: implere. Virgi. Sternit̃ omne ſolum iaculis. Item quoniam Sternendo. i. extẽdendo: & id qd̃ extendimus complanamus atq; cõponimus: fit vt ſternere quoq; pro componere ac cõplanare vſurpemus. Et Stratum dicamus complanatum atq; compoſitũ. Vnde Stratum mare dicimus quando nullo vrgente in fluctus vento æquatũ manet. Virgi. Et omne tibi ſtratũ ſilet æquor. Et ſtratas vias: ſiue ꝙ cõplanatę ſint: ſiue ꝙ lapidibus tectę. Idem. Miratur portas ſtrepitũq; & ſtrata viarum. Item quia iacendo quodammodo extendimur: fit vt eos etiam ſe ſternere dicamus qui ſe ad iacendum collocãt vt quieſcãt. Idem lib. iiij. Ge. Sternũt ſe ſomno diuerſo in littore Phocę. Huius verbi cõpoſita ſunt Conſterno: Externo: a quo Superexterno: Deſterno: Inſterno: Proſterno: & Subſterno. a quo Subſtratus.

¶ Sternax equus dicit̃ qui ſeſſorem excutit ac in terrã deijcit: hoc ex ferox. Virg. Et ſternacis equi.

¶ Sternuo. is. ſternui. ſternutũ. a quo fit frequentatiuũ Sternuto. as. pe. p. Inde Sternutatio inflatio quę a pectore exurgens totũ caput cõcutit. Prop. Nũ tibi naſcẽti primis mea vita diebꝰ Aridus argẽtũ ſternuit omen amor? Col. li. viij. At ſi moleſta pituita eſt caule bubulę vel ſurculi Nepetæ ſylueſtris lana inuoluti naribus inſeruntur verſanturq; donec ſternuat ouis.

¶ Sterto. is. tui. dormio. Terẽ. in Eu. Fatuus inſulſus tardus ſtertit noctes dieſq;. Hinc fit cõpoſitũ Diſterto. Perſi. Cor iubet hoc Ennij poſtq̃ deſtertuit eſſe Mæonides: quintus pauone a Pythagoreo.

¶ Sterilis infœcũdus: & fructũ non ferens: ſine prole. στερέω. n. priuo dicit̃ ſeu careo. Et στερητικός ſterile. greci στέρησιν orbitatẽ dicũt. Hinc Sterileſco. is. ſterileſcere ſignificat ſterilẽ fieri. Palladius de gallinis loquẽs. Viniciæ cibo ſterileſcunt. Hordeo ſemicocto & parere ſæpe coguntur & reddũt oua maiora. Ply. li. viij. Capręe pinguedine ſterileſcunt.

✠ Sterogonia genus turis qd̃ latini maſculũ dicũt: a ſoliditate. στερεόν enim græci ſolidum dicunt. Cc.

✠ Sterpſiceros animal eſt qd̃ Afri Addacẽ vocãt. huic greci a contortis cornibus nomen indiderunt. Cc.

¶ Steſichorus. pe. cor. nomẽ poetę ex Himera Siciliæ vrbe ex qua Himereus eſt dictꝰ. Alij ex Methauria vrbe natũ dicũt. Alij ex Palatio Arcadiæ oppido ferunt inde ꝓfugũ Catanam veniſſe: eoq; in loco defunctũ & extra portã vrbis ſepultum fuiſſe: portãq; ab eo Steſichoriã nũcupatã. Floruit. xxxvij. Olympiade: ſextaq; et quinquageſima obijt. Fert̃ Luſciniã aliqñ in ore Steſichori infantis cecinisse mirabili auſpicio ſummũ eũ poetã futurũ & cãtus ſuauitate oẽs q ante eũ fuerũt ſuperaturũ. Hor. Steſichoriq; graues camœnæ. Fuit. n. excellẽtiſſimꝰ Lyricus: a quo Steſichoriũ carmẽ dictũ. Ideo aũt dictus eſt Steſichorus: ꝙ primus ſaltare ad citharã inſtituit. hoc ẽ chorẽ ducere. ãtea Tiſias vocabat̃.

✠ Steſichorites in talis numerus eſt octonarius a Steſichori poetę ſepulchro quod octo talorum figura cõfectum fuit. Cc.

¶ Stibadiũ accipit̃ ꝓ ſella & abaco quo fulti diſcũbũt conuiuę: qd̃ primo herbidũ fuit. Poſtea inualeſcẽte luxuria marmoreũ. Hic Torus rectius appellat̃ qñ a tortis herbis inflectat̃. Nã apd̃ grecos ſtibades herbę ſunt aptę ad diſcũbendũ. Hinc Stibadion cubile ex ſtibade

herba cōſtructū. Ply. li. v. epiſtolarū. Ex ſtibadio aquā velut expreſſa cubantium pōdere ſiphunculis effluit. Sunt q dicāt Stibadia eſſe paruas cœnationes in qb⁹ ſcriptū eē ſolebat quot cōuiuas cœnatio caperet. Ser. in pri. cō. æn. Stibadia antiqui nō habebant: ſed ſtratis tribus lectis epulabanł vnde & Tricliniū ſterni dicitur. Mar. Stibadiū accipe lunata ſcriptō teſtudine ſigma. Octo capit veniat quiſquis amicus erit.

¶ Stibiū dicitur quo ad venuſtandos oculos peculiariter vtebantur. In argenti. n. metallis inuenił lapis ſpumæ candidę atq; nitentis: quem alij Stibium: alij Alabaſtrum: alij Turbaſin appellāt: cuius vis principalis eſt circa oculos quos dilatat: quorūq; fluitiones exulcerationeſq; inhibet. Ideo id græci platyophthalmon dixere ab oculoꝝ dilatatione. Vnde in Hiere. pphe. Cū pinxeris ſtibio oculos tuos fruſtra cōponeris. Hier. ad Furiā. Non habuit criſpātes mitras nec ſtridentes calciolos: nec orbes ſtibio fuligínatos. & de Paula. Turbāda eſt facies quam contra dei præceptō purpuriſſo ceruſa & ſtibio ſępe depixit. Hinc Stibious. a. um. pe. p. quod ſtibij colorē habet. vt apud lib. j. Paralip. Hiero. Onychinos ſtibinos dixit.

¶ Stichos latine verſus ſiue ordo dicił. Vñ Diſtichus.

¶ Stigma. is. nota ſiue ſignum. quę inuruntur ab ςίζω pungo. Mar. Frons hæc ſtigmate non meo notāda eſt. Per trāſlationē quādoq; ponił p ſuggillatione & infamia. Sue. Val. Catulliū a quo ſibi verſiculis de marmura perpetua ſtigmata impoſita nō diſſimulauerat ſatiſfacientē eadē die adhibuit cœnę hoſpitioq; patris eius. Stigmata: vt inquit Ply. delentur columbino fimo.

¶ Stigmatici dicunł famoſi & nocentes q nota aliqua aduſti ſunt vt ſemp appareāt. Stigmatias dici voluerunt notis & ſtigmate punctos.

¶ Stigo. as. ſtimulo irrito: a quo Inſtigo: Caſtigo: Fuſtigo. quia quidam ab ago compoſita eſſe velint.

¶ Stilbo philoſophus fuit q capta patria amiſſis liberis & vxore: cū ex incēdio ſolus & tamē beatus exiret Interroganti Demetrio cui cognomen ab exitio vrbiū Polyorcetes fuit: nūquid perdidiſſet? Omnia inqt mea bona mecū ſunt. Quo dicto dubitare Demetriū coegit an viciſſet. Nihil inquit perdidi: oia mea mecū ſunt: videlicet virtutes quas nulla vis hoſtilis eripere quit: qb⁹ ſapiens ſeptus nullum poteſt ſubire diſpendium.

¶ Stilpones dīr ab aliqb⁹ hoies pui q Nani vocitanł.

¶ Stimulus ἀπὸ τοῦ ςίζω proprie dicitur fuſtis acutæ cuſpidis quo ruſtici boues ſuppungunt. Plau. in Aſi. Vtinam nunc ſtimulus in manu mihi ſit. Per tranſlationem dicitur omne illud a quo vexamur. Hinc Stimulū carnis & vitiorum dicimus.

✻ Stimulam deā veteres dixerunt: quæ ad agendum aliquid ſtimularet. Cc.

¶ Stimulo. as. pungo. Ter. in Heaut. Magis nunc me amicæ dicta ſtimulāt. Hinc Extimulo: quod eſt valde ſtimulo. Col. lib. vij. Libidinis extimulatur furijs.

¶ Stingo et ſtinguo is. xi. ctū. eiuſdē ſignificatiōis eſt cū Extinguo. Cice. in Progno. Vt quū luna means Hyperionis officit orbi Stingūtur radij cæca caligine tecti. Huius compoſita ſunt. Diſtingo. Extingo. Interſtingo. Inſtingo. et Reſtingo.

¶ Stiria pprie eſt aqua frigore cōcreta pendens gutta tim q; ſtillās. Vir. Stiriaq; impexis induruit horrida barbis. Ply. Diſtillantes hiberno gelu ſtirias. Inde Stiricidium quod eſt quaſi ſtiriæ cadium.

¶ Stilla dimi. a Stiria vt inquit Feſtus: & accipitur pro gutta: vt ſtilla olei: ſtilla aquæ. Apul. Et ſanguinis eruptionē vtriculo admoto excipit diligenter vt nulla ſtilla compareat vſq;. Vitr. lib. ij. Faſtigia facientes luto inducto proclinatis tectis ſtillicidia deducebant. per id ſtillæ decidunt in impluuiū. Mar. Atq; olei ſtillam donaret opellicus vnctor.

¶ Stillicidiū q̄ſi ſtillarū cadiū: q; ſtillatī cadat vbi e tectis guttę fluūt. Hier. in p̄s. Sicut ſtillicidia ſtillātia.

¶ Stillo. as. guttatim fluo: ſiue emitto. Ply. Frutex eſt reſina ſtillās. Huius cōpoſita ſunt Diſtillo deorſum ſtillo. Virg. lib. iij. Ge. Lentū diſtillat ab inguine virus. Et diſtillare eſt paulatim fluere. Vnde fluxus humoris a capite dicił diſtillatio. Item ſignificat guttatim humorē extrahere. Vñ Diſtillare herbas eſt homorē ex his paulatim extrahere. Hinc Diſtillatio liquamen quo vtimur cū pulmētarijs. Et diſtillarius dictus eſt cōcinnator diſtillationū & vēditor. Seneca. Iam libarij varias exclamationes & botularium & diſtillariū & oēs popinarum inſtitores mercē ſuā quadā inſignita modulatione vendētes. Extillo pfecte ſeu totū ſtillo. Ter. in Phor. Hiſce ego illā dictis ita tibi incēſam dabo vt ne reſtinguas lachrymas ſi extillaueris. Inſtillo intro ſtillo. Ply. lib. xx. Et aurium grauitati ſuccum raphani inſtillant.

¶ Stylus ſiue Stylum cū y dici poteſt columna. Vñ Epiſtylū capitellū qd̄ ſup columnā locał. Stylus etiā dicił modus dicēdi. Ter. in ꝓlogo An. Diſſimili oratōe ſunt factę ac ſtylo. Do. Oratio in ſenſu ſtylus in verbis oratio ad res: ſtylus ad verbum.

¶ Stylobatæ ςύλοσ τὸ κίμαξ λέγεται καὶ βαίνω βαδίζω συντίθεται ὡσ σχοινοβάτησ. ✻ .i. Stylus Pertica dicitur & βαίνω vado: cōponił: vt σχοινοβάτησ .i. funābulus. σχοῖνοσ funis: & βαίνω conſcēdo. ſic ςύλοσ palus lignū trabs: per quā vadat aqua quaſi canalis ligneus: & iſtrumētū ligneū quo aqua traijciatur: vt ſub tegulis fieri ſolet. Var. li. j. de re ruſ. Cohortes in fundo magno duę aptiores: vna vt interdiu cōpluuiū habeat lacū vbi aqua ſaliat q intra ſtylobatas cū venit ſit piſcina. Boues. n. ex aratro æſtate reducti hic bibūt: hic perfunduntur. Et li. iij. Subtus columnarū ſtylobaten.

¶ Stipes fuſtis terrę defixus: q quoniā pullulare aliqñ cōſueuit: putāt aliqui ſtirpē ab eo dictā. Itē Stipes dicił torris lignū & quodlibet aliud qd̄ facile incenditur.

¶ Stips. is. & Stipis. is. merces quę ſtipatoribus & militibus dabał. Et cū ſpondeł pecunia ſtipulari dicił. i. ſtipem obligare. Pecunia quoq; quā vel in ærariū reponebant: vel dijs offerebāt: vel mendicis porrigebāt ad ſuſtentationē vitę ſtips dicebał a Stipando ꝓpterea q; in cella ſtipabant. i. componebant.

¶ Stipendiū æs militare ſeu p̄miū qd̄ militibus datur. Cōpoſitū nomē ex ſtipe & pendo: quaſi ſtipa pōderata ſit. Stipa aūt dicebał ab antiquis æs eo q; anteq̄ ſignatū eēt nō numerabał: ſed penſabał. Qd̄ q ſupra as: vt Var. inqt acceperāt ſua neceſſitate maiorē numerū non in arca ponebāt: aut in loculis ſed in theſauris ſtipabāt .i. in anguſtū ponebāt: quo minus loci occuparet. Vlp. Stipendiū a ſtipe appellatū eſt: q; per ſtipes. i. modica æra colligał. Sed quoniā ſtipēdiū qd̄ militi dabał perpetuō erat quouſq; exauthorareł diminueretur ve ſoli deq; dabał tractū videmus vt dici cœperit eū militē ad Soldum conduci cui ꝓmittereł ſtipendiū licet annuū. Caſſiodorus: Vegetius & Frontinus ſolidatū in militia fuiſſe ſcribūt eū cui ſtipēdia ab imꝑatore ꝓmiſſa erant. Stipēdiū etiā dicił qd̄ q s teneł ſoluere principi: aut reipu. Liui. li. ij. Vt diuites cōferrēt qui oneri ferēdo eſſent pauperes ſatis ſtipendij pendere ſi liberos educent.

¶ Stipendiale quod pertinet ad ſtipēdium. Sidonius. Poſſit fœdere ſub ſtipendiali.

¶ Stipēdiarius tributarius qui ſoluendo ſtipendio obnoxius eſt: qui alio noie vectigalis dicił. Vñ multi populi ſtipēdiarij erāt reip. Romanę Hoc eſt q ſoluebant

ſtipendium. Cæſar. cō. j. Reliquaſq; ciuitates ſtipendiarias haberent. i. tributarias. Vulgus perperam appellat ſtipendiarios milites qui ſtipēdia faciūt cū tales mercenarij ſiue ærarij milites ſint nuncupandi: quos Vege. ſtipendioſos vocat: q̄uis & ſtipendioſi dicant̄ ſtipendijs pleni hoc eſt qui ſtipendia plurima fecerunt.

¶ Stipēdioſus: de quo modo in dictiōe Stipēdiarius.

¶ Stipendiarium: certum vectigal. Cic. in ver. acti. v. Inter Siciliam ceteraſq; prouincias in agrorū vectigalium ratione hoc intereſt: q; ceteris aut impoſitum vectigal certum quod ſtipendiarium dicitur.

¶ Stipendiatus a Stipendior. aris. qui ſtipendium recipit: & alio nomine mercenarius dicitur: vt ſunt ij qui ad militiam adſcribuntur. Ply. lib. vj. Regi eorum peditū ſexcenta milia. equitum. xxx. milia. elephantorū nouē per omnes dies ſtipendiantur.

¶ Stipo. as. rimas obthuro: cōdēſo: quia in hoc ſtupa vti ſolemus. Eſt eñ deterius linū qd rimis maxime nauiū claudendis adhibetur. Vnde Stipatores dicti ſunt q in nauibus ſtipam hoc eſt ſtupā cōponūt. Hinc Stipare pro claudendo coarctare denſareq; accipitur: ſicut in nauibus fieri videmus. Virgil. Stipatq; carinis ingens argentū. Et ſtipare ſignificat circūdare aliquē defendēdi cauſa. Liui. lib. j. Stipatus agmine armatorum in forum irrumpit. Hinc Conſtipo.

¶ Stipatores qui in nauibus onera componunt & qui regum vel aliorū corpora cuſtodiūt: a ſtipe quā accipiabant: vel q; reges ſtipent & vndiq; circundent ac claudant pene cōſtringentes inſtar apū circa ipſarū regem. aut q; ipſi ferro ſtipati ſunt. Ci. li. ij. offi. Pręmittebatq; de ſtipatoribus ſuis qui ſcrutarētur arculas muliebres: et ne quod in veſtimentis telum occultaret̄ exquirerēt. Hos antiqui a latere latrones vocabant.

¶ Stipartus. a. um. qd ad ſtipandū ptinet. Ply. li. xix. Mox ſiccatę in ſaxo tunduntur ſtipario malleo.

¶ Stipulor. pe. cor. a ſtipādo ſignificat pmitto ſeu pecuniā ſpōdeo: ſtipē obligo: obligationē: vel per obligationē habeo. Nā pprie de pecunis dicit̄: q̄uis ad oēs rogationes quę ſolēniter fiūt tranſlatū ſit. Hinc Stipulatores dicunt̄ qui per interrogationē obligāt pmiſſorē. Hæc eñ duo ſtipulator & pmiſſor opponunt̄. Q d̄ docet Iuriſcōſul. ti. de verborū obligationibus. Eſt aūt ſtipulatio: vt inquit Pōponius verborū conceptio quib⁹ is qui interrogatur daturum facturūve ſe id qd interrogatus reſpondet. Eſt autem Stipulor ſecūdum Priſci. verbum cōmune: q; tam in actiua q̄ paſſiua ſignificatione ablatiuo fungitur. Dicimus enim Stipulor abs te: rogo te: peto abs te. & Stipulor abs te: p rogor abs te. Iuue. Q uātū vis ſtipulare & protinus accipe qd do: Vt toties illū pater audiat. ſubauditur a me ſtipulare. Eſt enim actiuę ſignificantiæ. Sue. vero paſſiue ptulit: Prętorum lectoria quæ vetat minorem annis. xxv. ſtipulari. id eſt interrogari. Plau. quoq; paſſiue dixit. Niſi dolo malo inſtipulatus ſis. Stipulator qui rogat & qui rogatur. Huius verbi compoſita ſunt Adſtipulor qd eſt conſentio. Ci. li. Acad. Falſum eſſe Stoici dicūt & eorum adſtipulator Antiochus. Inſtipulor. Plaut. in Pſeu. Mēſurę viginti ſalue & ſanę ſunt tibi hodie quas abs te eſt inſtipulat⁹ etiā pſeudolus. Reſtipulor qd eſt contra ſponſionem pecuniam obligo.

¶ Stipulatus. us. idem qd Stipulatio. Ply. Iouis deorum ſummi ſtipulatu.

¶ Stipula a Stipa hoc eſt ſtupa deductus. ſiueq; ſtipę inſtar vtatur: ſiueq; ea quoq; ſtipari tectorum rimę cōſueuerūt. Eſt autē Stipula calamus frumenti: puta tritici hordei & ſimiliū: qd .ſ. cōtinet ſpicā. cuius internodia genicula dicunt̄: & aliquādo genua: a ſimilitudine genuū animalis. Plyn. Frumenta quędā in genu tertio ſpicam incipiūt cōcipere. Idem. Genicula ſunt tritico quaterna: farri ſena: hordeo octona. Stipula etiā dicit̄ quę remanet in cāpo demeſſo frumento. Item ea pars quę e frumēto demeſſo cōtuſa ſpica ſuperſtat: ſimiliter Stipula generali vocabulo appellatur.

⁎ Stipholus vnus ex Centauris Ixionis & Nubis filius. Cc.

¶ Stirps cū de hoibus dicit̄ generis fœ. eſt & ſignificat originē. Virg. Heu ſtirpē inuiſam. Cū vero de arborib⁹ pro trunco generis maſ. Idē. lib. xij. Cū ſamel in ſyluis imo de ſtirpe reciſum. Inuenit̄ etiam fœmininū. Hor. Stirpeſq; raptas & pecus & domos.

¶ Stirpo. as. radices aufero: a qua Extirpo. Per trāſlationem Extirpari vitia dicimus quaſi funditus tolli.

¶ Stirpitus. pen. cor. aduerbiū ſignificat radicitus. Ci. lib. iiij. tuſ. Hunc errorē quaſi radicē omniū malorū ſtirpitus philoſophia ſe extracturam pollicetur.

¶ Stirpices qui ſtirpes euellūt. Q uę tamē omnia a ſtipes incipiendo a quibuſdā cum y pſilon ſcribuntur.

¶ Stiua aratri manica quæ tenetur manibus cū aratur. Virg. Stiuaq; quæ currus a tergo torqueat imos. Dicta ſtiua a ſtando: quia ſuper eam regula ſtat: & eſt quaſi temo inter boues.

¶ Stlata genus nauigij latū magis q̄ altū. a latitudine ſic appellatū: ſed ea conſuetudine qua Stlotū pro lotū Stlitē p litem dicebāt antiqui: qui dictionibus ab l incipiētibus ſt litteras pponere ſolebāt. A ſtlata Stlatarius dicit̄: ſicut a Scapha ſcaphari⁹. Stlatariū quādoq; dicitur qd mari portatū eſt quaſi ſtlata aduectum.

¶ Stlembus grauis & tardus. Luci. Atq; equū pedib⁹ ſtlembum.

⁎ Stlitibus iudicandis dicebant veteres pro Litibus iudicandis. Cc.

¶ Stlopus ſonus qui ex inflatione buccarū erumpit. Perſius. Nec ſtlopo tumidas intēdis rumpere buccas. Poſtea Sclopus & Sclopetus.

¶ Stoici philoſophi appellati ſunt ab στοὰ: qd ſignificat porticū quo cōuenire ac diſſerere ſolebāt. Erat eñ portic⁹ Athenis dicta Pœcile ex varietate picturę. gręci eñ ποικίλον varium dicūt. Suidas ſic ſter στοὰ ἡ ἐν ἀθήναις διατριβὴ τοῦ ὁ μικροῦ στωϊκοὶ δὲ διὰ τὸ αὐτῶν διὰ τοῦ ὡ μεγάλου ἥτις ὠνομάζετο πεισιανάκτειος ὕστερον δὲ ζωγραφηθεῖσα ποικίλη ἐκλήθη τὴν στοὰν τὴν ἐκτὸς ἐφέσου ἀπὸ τεινομένην ἕως τὸ ἱερόν. In hac porticu Zeno philoſoph⁹ diſcipulos docebat. Vnde & ſecta ſtoica: & philoſophi ſtoici nuncupati ſunt qui antea Zenonij dicebant̄ a Zenone doctore. Hæc eſt illa porticus Stoicorū memoratiſſima quā Chryſippus dict⁹ eſt fulciſſe: quā pinxit Polygnotus gratuito.

¶ Stola apud veteres dicebat̄ quicq̄d tegebat. & apud græcos στολὴ indumentū ſignificat: vnde Stola deducitur. Poſtea ad honeſtæ tantū matronæ veſtē hoc nomen tranſlatū eſt quę vſq; ad imos pedes demiſſa erat. Tibul. Impediat crines nec ſtola lōga pedes. Hinc Stola p matrona & honeſta muliere ponit̄. Papi. Ois plębeio teritur p̄texta tumultu: Hinc eques: hinc iuuenū cœtu ſtola mixta laborat. Et ſtolatū matronale atq; honeſtū dicimus. Mar. Q uis floralia veſtit & ſtolatū pmittit meretricibus pudorē. Val. max. li. ij. Sed quo matronale dec⁹ verecūdię munimēto tutius eēt: in ius vocāti matronā corpus ei⁹ attingere nō permiſerūt: vt inuiolata manus alienę tactu ſtolæ relinqueretur.

¶ Stolidus ponitur pro excordi tetro moleſto atq; illepido.

¶ Stolones inutilis & quaſi ſtolida fruticatio ex arborum radicibus. Ply. Fuerūt ab arboribus cognomina

antiquis: vt Fronditio militi illi qui præclara facinora Vulturnũ tranſnatẽs fronde capiti impoſita aduerſus Hãnibalẽ edidit: Stolonũ Laciniæ gẽti. Ita.n. appellat in his arboribus fruticatio inutilis. Var. lib. j. de re ruſ. Nam Stolonis illa lex quæ vetat plus quingẽta iugera habere ciuem Romanũ. Et qui ꝑpter diligẽtiã culturæ ſtolonũ cõfirmauit cognomen ꝙ nullus in eius fundo reperiri poterat: ꝙ effodiebat circũ arbores radices quę naſcerentur e ſolo quos Stolones appellabant.

¶ Stomachus fiſtula ꝑ quã cibus deſcendit: ſed ponit pro ventriculo. i. receptaculo ciboꝝ. Eſt enĩ principiũ inteſtinoꝝ a ſeptimę ſpinę vertebra incipiẽs circa ꝑcordia cũ vẽtriculo cõnexus ab σόμα τοῦ σόματοσ ore & ἔχω habeo ἐκχέω: quia os ſic habens vt effundat alio. Iuue. Si ſtomach⁹ domini feruet vinoq; ciboq;. Interdũ ſtomachus ponit ꝑ indignatione & ira odio & faſtidio. Ci. li. iiij. tuſ. Tractata diffinitiõe fortitudinis intelliges eã ſtomacho nõ egere. Sic dicimus. Non poſſum ſine ſtomacho dicere: hoc eſt cũ faſtidio & indignatõe. Interdũ in bonã partẽ capit ꝑ facilitate. Ply. in ꝓlogo. Argumentũ huius ſtomachi mei habebis. i. huius meę facilitatis & manſuetudinis & benignitatis.

¶ Stomachor indignor ac turbor. Cic. Caſ. Si enĩ ſtomachabere & moleſte feres plura dicemus. Hinc Subſtomachor paulũ faſtidio. Aug. lib. iij. cõ. Ille iam ſub ſtomachans tędio. Vade inquit a me: ita viuas: fieri nõ poteſt vt filius iſtarum lachrymarum pereat.

¶ Stomachicus q ex ſtomacho laborat. Ply. lib. xxv. ſcribit Helleborum mederi ſtomachicis.

¶ Stomachoſus qui facile indignatur ac cuncta faſtidit. Ci. Appio pul. accipit pro eo qui iniuriã contumeliãq; facit. Stomachoſiores inqt meas litteras quas dicas non intelligo.

¶ Storax genus aromatis: & arbor vnde fluit. Dicit & Styrax. Ply. lib. xij. Arabes ex Syria reuehũt ſtyracẽ. Ex hac fiebat omne vnguentum.

¶ Storea quam extendimus ſuper terram. Ply. li. xv. Colligi mala poſt æquinoctium autumnale neq; ante ſextamdecimam lunam: neq; ante primã horã: caduca ſeparari ſtramẽta ſtoreis paleiſ ve ſubſterni. Dicta ſtorea ἀπὸ τοῦ ϛορέννυμι: qđ ſignificat ſternere. Hæc alio nomine & Teges & Matta vocatur.

⁎ Stratius fuit vnus ex filijs Neſtoris. Cc.

¶ Stratũ participiũ ſiue ſupinũ verbi Sterno: & ſignificat id qđ ſterni ſolet. Virg. Strata iacẽt paſſim ſua q̃q; ſub arbore poma. Stratũ vero nomen ponit ꝑ lecto: vt in p̄s. Stratũ lachrymis meis rigabo. Strata etiã dicunt oĩa veſtimẽta quæ ſternũtur vt veſtes ſtragulæ & periſtromata. Oui. Strataq; q̃ membris intepuere tuis. Rurſus ſtrata ſeu inſtrata generaliter dicuntur oĩa quæ equis muliſ ve inſternunt. & dicimus equos ſtratos inſtratoſq; eis ornatos. Liui. li. vij. Strata detrahi iubet. Et lib. de ſecundo bel. pu. Armatos deinde inſtratiſq; equis ſignũ expectare. Seneca ad Luci. Stultus eſt q equũ empturus nõ ipſum inſpicit ſed ſtratũ eius & frenos. Strataq; ſine appoſitione viæ: dicit via lapidibus tecta: vt ſunt vię Romanę in omnes Italię vrbes ſilicibus ſtratę. Ideoq; plus ſceleris latro prędo percuſſorq; committit ſi in via ſtrata in viatorem graſſatur.

¶ Stratus. tus. lectus. Hiero. lib. ij. Re. Accidit vt ſurgeret Dauid de ſtratu ſuo.

¶ Stratorium quod ſterni ſolet. Idem in eodem. Obtulerunt ei ſtratoria & tapetia.

¶ Stramen quod ſolo quieſcendi gratia ſternitur. Dicitur & ſtramentum: & ꝓprie eſt ſtipula. Var. Tertio modo metitur: vt ſtramentum medium ſubſecent qđ manu ſiniſtra ſummũ præhendunt. a quo medio meſſem dictam puto. Infra manũ ſtramentum qđ terræ hæret poſtea ſubſequatur. Dictum ſtramentum a ſtando: vel a ſtratu ꝙ id ſubſternatur pecori.

¶ Stramineus. a. um. quod eſt ex ſtramine. Proper. Straminea poſſet dux habitare caſa. Doxius ædificij lutei inuentor fuit exemplo hirundinum.

¶ Stramentitius. a. um. quod ex ſtramento fit.

¶ Strages ſignificat cladem depulſionem profligationem iacturam. Nam antiqui Sterno & Fligo in eadem ſignificatione accipiebant.

¶ Stragulum genus veſtis inquit Aſco. Vlp. Stragulam veſtem accipit pro veſtimẽto quod iniicitur quale eſt græcorum pallium. Sed Hiero. pro veſte muliebri poſuit cum inqt. Stragulatam veſtẽ fecit ſibi: byſſus et purpura indumentum eius. Alij accipiunt pro lectorum opertorio: vbi & dormiebant antiqui & diſcumbebant vario delinimento figurarum aut acu picto. Var. Quicquid inſternebãt: a ſternendo Stragulum appellabãt: quicquid culcitrę ſternitur. Tibul. Nam neq; tũc plumę nec ſtragula picta ſoporem. Et ſtragulas veſtes aulæa & tapetes intelligimus.

¶ Stranguria difficultas vrinę quãdo guttatim micturiunt ab ϛραγγαλέω conſtringo. & τὸ οὖρον vrinat vł ab ϛράγξ γὸς: qđ apud nos guttam ſignificat. οὐρέω mingo. latine Subſtillium dicitur.

¶ Strangulo. as. ſtringendo gulam neco. Ply. lib. vij. Fabius ſenator pictor in lactis hauſtu vno pilo ſtrangulatus eſt.

¶ Stratagemata aſtutiæ rei militaris: geſta militaria: exempla: ſiue conſilia militaria: quibus homines ad ſimilia facienda ducũtur. ϛρατὸσ enim exercitus ἄγω duco. Stratia militia exercitus.

¶ Strato nomẽ ꝓpriũ Sidonis reguli: qui vt Hie. ſcribit manu ꝓpria ſe volẽs cõfodere ne imminẽtibus Perſis ludibrio foret: quoꝝ fœdus Aegyptij regis ſocietate neglexerat retrahebatur formidine: & gladiũ quẽ arripuerat circũſpectãs hoſtiũ pauidus expectabat aduentũ. Quẽ iamiãq; capiendũ vxor intelligens extorſit acinacem de manu & latus eius trãſuerberauit. Cõpoſitoq; ex more cadaueri ſe moriens ſupiecit ne poſt virginalia fœdera alterius coitum ſuſtineret.

⁎ Stratumino a Sterno ſiue Stratum deriuatur quod eſt ſtratum firmo. Plynius. Maiores potẽtioreſq; ſi ſit occaſio ſilice vel glarea ſterni: ora vtrinq; lapidibus ſtratuminari: & alio ſuperintegi. Cc.

⁎ Stratomata Tubercula. Cc.

¶ Strena munus qđ datur die feſto ominis boni gratia. qualia ſunt quæ paſſim dantur die dominicę natiuitatis & principio anni noui. a numero quo ſignificatur alterum tertiũq; venturum ſimilis cõmodi veluti trena quæ prępoſita ſ littera dicit ſtrena vt in lite ſolebant antiqui dicentes ſlitem. Quidam a ſtrenuitate ſtrenam dici putant. Pompo. Aſſide ſi quis ventura eſt alia ſtrena ſtrenæ. Sue. de Cali. Et ne ſordidus fœtiduſq; imperator eam conſuetudinis priſcorum liberalitatis gloriam conſeruaret ineunte anno dixit ſe per kalendas Ianuarij ſtrenas recepturum: ſtetitq; in veſtibulo ædium Kalendarum die ad captandas ſtipes quas plenis ante eum manibus ac ſinu omnis turba ferebat. tamẽ gręce vulgo ita dicitur etiam verſus Sabaudiam.

¶ Strenuus fortis celer vigilans: & ad res gerẽdas prõptus. Sal. Nam vt quiſq; ſtrenuus ceciderat in bello. Col. li. viij. Magiſter pecoris acer durus ſtrenuus laboris patiẽtiſſimus alacer atq; audax eẽ debet. Hinc Strenuitas. Ouid. Priſcaq; ſtrenuitas manſit.

¶ Strepo. ſtrepis. ſtrepui. ſtrepitũ. Vñ Strepitus. us. q proprie pedũ ambulãtiũ manuũq; aliquid pertractan-

tium ſonus eſt. Appellatur & faſtus & pompa diuitiarum, quaſi a ſtrepitu comitantiũ. vt apud Quintil. Hic cum me euocaſſet ſubito trepidũ: totoq; fortunæ ſuæ ſtrepitu circũſtetiſſet. Hinc componuntur Conſtrepo. Gel. lib. ij. Atq; omniũ bonoꝝ & teſtimonijs & exẽplis conſtrepebat. Circũſtrepo. Aug. li. iij. cõ. Veni Carthaginem & circũſtrepebat me vndiq; ſartago flagitiorum amoꝝ. Inſtrepo cõtra vel valde ſtrepo: aut cũ ſtrepitu nomino. Virg. li. iij. Ge. Poſt valido nitens ſub põdere faginus axis Inſtrepit. Aug. li. viij. cõ. Oẽs ſibimet in uicem quiſq; vt eũ nouerat inſtrepuerũt nomen in ſtrepitu congratulationis. Interſtrepo. Virg. Digna ſed argutos interſtrepere anſer olores. Obſtrepo contra aliquem ſtrepitũ facio. Sal. Ad hæc maledicta alia cũ adderet obſtrepere omnes hoſtẽ atq; parricidam vocare. Perſtrepo: valde ſtrepo. Terẽ. in Eu. Foras ſimul proruũt ſe: abeunt lauatrim: perſtrepunt: ita vt fit domini vbi abſunt. Et omnia habent pen. cor.

❡ Strepito. as. pen. cor. ſępe ſtrepitum facio. Virg. li. j. Ge. Neſcio qua pręter ſolitum dulcedine læti Inter ſe folijs ſtrepitant.

❡ Strepitus. tus. Vide paulo ante in dictione Strepo.

❡ Strideo. es. dui. & Strido. is. di. Virg. Striduntq; cauernis ſtrictura chalybũ. Et ꝓprie Stridere dicit̃ cũ funes ſonũ faciũt. Idẽ. Stridorq; rudentũ. q̃uis etiam ad alia trãſferat̃. Hora. in Ser. Stridere ſecreta diuerſos aure ſuſurros. Et in Euã. legitur Stridor dentium.

❡ Stridon oppidũ in agro Iuſtinopolitano: a quo diuus Hieronym⁹ ortũ habuit. Quod a Gothis euerſum Dalmatiæ quondam Pannoniæq; confiniũ fuit.

❡ Stringo. is. xi. ctum. Arcto. Ply. Apprenſamq; manu ſtringit. Per tranſlationẽ ſtringere quãdoq; ꝓ percutere ponit̃. Virg. lib. x. Atq; animũ patriæ ſtrinxit pietatis imago. Quãdoq; p rar[illegible] excidere. Idem in Buc. Hic vbi denſas Agric[illegible] ſtringũt frondes. Quãdoq; pro decerpere: colligere. Idẽ lib. ij. Ge. Sed tamẽ et quęrnas glandes tũc ſtringere temp⁹ & lauri baccas. Hinc Strictiuæ oliuæ quæ manu legunt̃ ad differentiã caducarũ. Quãdoq; ꝓ radere. Idem lib. viij. Ego ſum pleno quẽ flumine cernis ſtringentẽ ripas. Quãdoq; ꝓ vulnerare. Idem in eod[illegible] hoc primũ leuis haſta Themillę ſtrinxerat. Q[illegible] attenuare: cõponere. qđ ſtringendo fieri ſolet: vt & ſtringite remos. Stringere enſem eſt nudare. Idem. lib. xj. Strictum rotat acer Lutagus enſem. Huius cõpoſita ſunt Aſtringo: quod eſt iuxta ſtringo. Cõſtringo ſimul totũ ſtringo. Col. li. vj. Si eodem ſcrobe duas aut tres arbuſculas voles cõſtituere: curato ne pariter ſe conſtringant. Diſtringo valde ſiue diuerſis modis ſtringo. Deſtrigo deortum aut valde ſtringo: excido. Col. li. v. Ian[illegible] viſcus qui more compedis crura vitiũ & vine[illegible] comprimit ſituq; et veterno macerat ferro deſtringẽdus & eradendus eſt atq; hoc in ima parte vitis. Extringo extra ſtringo. Hiero. ad Cteſi. Tameo in p̃ſenti epiſtola hoc breuiter extrinxiſſe ſufficiat q; iuſti appellent̃ nõ quo omni vitio careant: ſed ex maiore parte virtutũ. Obſtringo: Perſtringo: Præſtringo: Reſtrigo: & Subſtringo. Col. lib. ij. Boues cum ab opere diſiunxerit ſubſtrictos confricet: manibuſq; comprimat dorſum.

✻ Strigillo verbum a Stringo quod idem ſignificat. e quo Obſtrigillo. quod ſignificat obſto. Cc.

❡ Strictim aduerbium ſignificat ſingula ſtringendo. Vnde ſtrictim referri dicimus ea quę cũ ſparſa ac diffuſa eſſent: breuiter & quaſi ſummatim colliguntur.

❡ Stricte ſignificat arcte. a quo formantur Strictius & Strictiſſime.

❡ Strictiuæ oliuæ: quæ manu colliguntur ad differentiam caducarum.

❡ Stricturę ꝓprie dicunt̃ ſcintillæ quę de ferro candẽti micant cum eiq; cũ maſſa malleis tunditur: aut q; ſtricte emittunt̃. i. celeriter: aut q; oculos ſuo fulgore perſtringũt. Virgi. li. viij. Stricturę chalybũ & fornacibus ignis anhelat. Ser. vero ait. Strictura ẽ terra ferri in maſſam coacta. ibiq; ponitur ſtrictura pro ferri maſſis.

❡ Strigones deoſarum virium homines q; in ſe conſtricti atq; arctati ſint.

❡ Strigæ ordines rerũ inter ſe continuate collocatarũ: q; vna ſint ſtrictæ. Col. lib. ij. Vtrũq; ſiccatũ coarctabimus in ſtrigã: atq; ita manipulos vinciemus. Item lõgitudo maior latitudine dicit̃ Striga: a quo Strigat⁹ ager vocat̃ qui p ſtrigas creſcit a ſeptentrione in meridiem.

❡ Strigoſus. a. um. quod eſt exhauſtum & macilentũ: quaſi ſtringoſum. Vnde Iumẽta ſtrigoſa dicta ſunt q; corpora eorum reſtricta ſint fame: aut alia vitij cauſa. Col. li. vij. Cũ q̃ poſſit huic aliquatenus comparari qđ progenerat onager: qui & indomitum & ſeruire contumax ſylueſtri more ſtrigoſum patris præferret habitũ. Et lib. viij. Placide ac lente pabuletur vt & largi ſit vberis & non ſtrigoſiſſimi corporis.

❡ Strigmenta: ſordes quæ ex corporibus raduntur. Vnde ſtrigmenta olei dicimus cæromata. i. ſordes olei quę ex vnctorum athletarum corporibus radunt̃. Ply. Notum eſt magiſtratus honoris eius octogenis ſeſtertijs ſtrigmenta olei vendidiſſe.

❡ Strigil. inſtrumentũ ꝓprie e ferro dentatũ: a ſtringẽdo. i. radendo quo equos & id genus iumenta expolire ſolent equiſones e corpore ſordes abradendo. Eo vtebantur veteres ad radendas ſordes corporis: ſudorẽq; tergendũ p̃cipue in balneis anteq̃ comederent ex auro argento ferro: interdũ etiã lapidibus quibuſdã: vt nũc linteis. Perſius. I puer & ſtrigiles criſpini ab balnea defer. Quidam ſtrigiles accipiũt ꝓ pectinibus fricatorijs quos Indi ex Hebeno faciebant. Legimus apud Stra. lib. xv. de moribus Indorũ. Illos exercitiũ p̃cipue frictionẽ ꝓbare & maxime ſtrigilibus hebeni læuibus corpora expolire: reges quoq; corpora ſtrigilũ perfrictione curare. Strigiles etiã ſunt vaſaria vnde athletæ poſt laborem ſtringunt̃. Ply. de ſpõgia. Cinis eius plurimũ proficit contra ſcabricies genarũ: & quicquid opus diſtringere: pręſtat & ſtrigilum vicem linteorũ q; affectis corporib⁹. Alij ſtrigilẽ accipiũt ꝓ quodã vaſis genere. Stra. Inde ſtrigilum & ampullarũ artifices natura eius ferunt. Plau. in Perſa. Ampullam ſtrigilem ſcaphium ſoccos palliũ marſupiũ habeat. Ci. li. iiij. de fi. Si ad illã vitam quæ cũ virtute degat̃ ampulla aut ſtrigilis accedat. Et in Hiſpania ſtrigiles etiã vocabant auri paruulas maſſas. Item ſtrigil aluminis gen⁹ Pumicoſum & foraminoſum fiſtulis ſpõgiæ ſimile: rotũdũq; natura. Cor. Celſus. Medicamentum in aurem per ſtrigilem inſtillari iubet. Strigiles etiamnum ſermone vernaculo piſciculi quidam dicuntur: quorũ frequens fit captura per hyemes. Hãc dictionem Priſ. a ſtringo vel a greco ϲλέγγιϲ deduci exiſtimat.

❡ Strigilecula dimi. a ſtrigil pro vaſe. Apul. Strigilis et gutti ſpeciem graphice deſcribẽs ſic inquit. Qui magno inceptu prædicauit fabricatum ſemet ſibi ampullam quoq; oleariam quam geſtabat lenticulari forma tereti ambitu: preſſula rotunditate: iuxtaq; honeſtam ſtrigileculam recta faſtigiatione clauſulæ: flexa tribulatiõs ligulæ: vt & ipſa in manu capulo moraret̃: & ſudor ex ea riuulo laberetur.

❡ Strigium veſtis Hiſpanica. Plau. Nudus eſt iurat ſe tribolo ſtrigium oppigneraſſe.

✻ Stritomellus auis eſt: paſſer marinus. Cc.

¶ Strix gis. auis q̄dam nocturna & importuna a ſtridendo dicta. Luc. li. vj. Q̄ trepidus bubo q̄ ſtrix nocturna queri .mr̄. Aggredit̄ pueros nutricia egentes & ex illorum corpuſculis vitalem ſanguinem abſorbet. A cuius auis nocumento ſtriges appellamus mulieres puellulos faſcinantes ſuo cōtactu & lactis munerū q̄ oblatione. Sere. Preterea ſi forte p̄mit ſtrix atra puellos Viroſa imulgens exertis vbera labris. Striges etiā ſunt olera vilia: vt apud Plau. i pſeu. Hē hoīes cœnas ſibi coquunt: cū condiūt non cōdimentis cōdiunt: ſed ſtrigibus. Iuue. Et ſonat vnctis ſtrigibus. ¶ Legit̄ ſtrigilibus.

¶ Strię & ſtriaturę: ſunt quaſi canaliculæ & ſulci q̄bus quoddam colūnarum genus excauatur. Vit. li. iij. Colūnarū ſtrię faciēdę ſunt. xxiiij. Ita excauatę vt norma in cauo ſtriæ cum fuerit coniecta circumacta anconib⁹ ſtriarum dextra ac ſiniſtra tangat acumē. Hinc ſtriatas colūnas dicimus q̄ ſtrijs diſtinctę ſunt. Ply. li. xxj. Candor eius eximius folija foris ſtriatis. Apul. Frontē ſtriatam vocat contractam caperatamq̄ & quaſi ſulcos facientem p̄ triſtitudine. Striare etiam videtur boues cū pacto aut non peracto priore verſu alius itur. Hoc autem fieri dum boues adhuc in priore verſu anhelāt nō conuenit.

¶ Strimon fluuius thraciæ. Vnde fit Strimonius a. ū. Virgil. li. j. Ge. Strimoniēq̄ grues: & amara intyba fibris. De prūminuo idem. Rupe ſub aduerſa deſerti ad ſtrimonis vndam.

¶ Strobilus nucleus pineus. ſimiliter & arbores nucleos pineos ferentes ſtrobili dicunt̄ apud Dioſco. & Galenum.

* Stroniben ladaui genus vocant in nabatheis. eſt ſūt Ladauū pingue inſidens ladę herbæ. Cc.

¶ Strophas adis. latine conuerſio vertigo.

¶ Stropha acumē ſubtilitas ab ϛροφὴ cōuerſio. Hier. cōtra Ruf. Vis ſcire totas argutias tuarū ſtrophas vel ſpecularū inſidias?

¶ Strophos dolor inteſtinorum quos tormines latini vocant.

¶ Strophius p̄priū nomen Phocenſis regis.

¶ Strophiū faſcia pectoralis q̄ virginalē tumorē cohibet papillarum. Turp. Me miſeramq̄ inter vias epiſtola excidit mihi unfœlix inter tunicula ac ſtrophium collocaram. Strophia etiam corona ab inſigni qđ impōebat̄ capitib⁹ ſacerdotū qđ ἀπὸ τοῦ ϛροφεῖν: hoc ē vertendo. Ply. lib. xxj. Tenuioribus vtebant̄ antiq coronis ſtrophia appellantes. Huius diminutiuum eſt ſtrophiolum.

¶ Strophades ſūt duę inſulæ i mari Ionio q̄ antea plotę vacabant̄. Virg. Accipiūt ſtrophades graio ſunt nomine dictæ Inſulę ionio i magno. Dictę ſtrophades ab ϛροφὴ cōuerſio. Suidas aōt ϛρόφιον τὸ ϛρογγύλον ζωμάριον. ✱. i. Strophiū zonula rotūda. & ſubdit. ὡς ϛρόφιον διαδήματι ὡς καὶ οἱ ἱερεῖς φοροῦσι. ✱. i. Strophiū ut diademate ſacerdotes gerunt.

¶ Strongylos & Strōgyle es. pe. cor. Inſula in mari ægeo: vna ex ęolijs. ſic dicta q̄a ſit rotūda & globoſa qđ ſtrongylon græce deſignat. Hæc vt Ply. lib. iiij. ſcribit vinearum fertilis eſt cuius ambitus patet. lxxv. milib⁹ paſſuum. Ea nunc Naxos: ſed antea Dia vocata. Syr. libro. xiiij. Mille agathina dedi perflataq̄ ſtrongylos hauſtra.

¶ Stroma atis. omne quod ſternit̄: a quo fit periſtroma.

¶ Struo is. xi. ctū. ordino ſeu ordinare apto. Li. lib. j. Poſtq̄ ſtructi vtrinq̄ ſtabant cum paucis p̄cerum i medium duces prodeunt. Cōpoſita huius verbi ſunt Adſtruo: Conſtruo: Deſtruo: Extruo: Inſtruo: Obſtruo: Præſtruo: Subſtruo: & Supſtruo: q̄ ſcđm vim p̄poſitionū ſignificāt. Hie. ad Terentiam. Hinc valles ſubſtructionibus opplendo. Cypri. Ad certamen animus ante p̄ſtruit̄ qn̄ ſe aduerſarius confitetur.

* Struſetani dicebant̄ qui farra ad ſacra ferebant. C.

* Strutiū vide Strygnon.

* Struthopus dicit̄ modicæ magnitudinis & quaſi paſſercula. Cc.

¶ Structilis & hoc ſtructile. pe. cor. vt Structiles colūnæ q̄ non ſunt ex vno lapide: ſed ex multis.

¶ Structor q aliq̄d ordīat. Ponit̄ & p̄cellario q inſtruendæ mēſæ & ciborū curā hēt. a ſtruēdo. i. ordināndo & cōponendo: q cultello ſcindit in fruſtula. Mar. Et q̄ non egeant ferro ſtructoris ofellæ. Qui vero conuiuij princeps eſt Architriclinus vocat̄.

¶ Structura ædificiū ſiue cōpoſitio & ordinatio. Col. lib. j. Igit̄ ad ſtructuræ cū primū ſtatim fundamenta iaciuntur: euitandum eſt.

¶ Strues a ſtruo p̄prie lignorū cōgeries eſt. Et ſtrues eādē gen⁹ libi quod addebat̄ in ſacris. Oui. li. j. faſ. Hęc adolet flammis cū ſtrue farra ſuis.

¶ Struma tumor vel morbus q a ſcrophis q̄ id morbi patiunt̄ Scrophula dr̄. In quo ſubt⁹ cōcretæ q̄dā & pulte ſanguineæ quaſi glandulæ oriunt̄. Inde ſtrumoſi dicunt̄ q id vitium patiunt̄. At Cor. Cęl. ſcribit. Struma extantia q̄dam in tergo. Gibbus vero in pectore. Alij ſtrumā viuū gutturis eſſe putant. Catul. in opprobriū dixit. Sella in curuli ſtruma Noni⁹ ſedet. Inde ſtrumoſus. Iuue. Nec p̄textatum rapuit nero loripedē vl̄ Strumoſum atq̄ vtero pariter gibboq̄ tumentem. Ply. li. xj. Guttur homini tantū & ſuibus intumeſcit aquarū q̄ potantur plerunq̄ vitio. p̄pter qđ q̄dam tubera ſpōgioſa per corpus aliquando inſperſa ſcrophulæ dicuntur q̄ etiā ſub ſtrumę appellatione continentur: vt rectius ſtrumulæ quaſi paruæ ſtrumæ q̄ ſcrophulæ nominentur.

¶ Struthius & p̄ fœ. Struthio auis eſt corpore grādis grauiſq̄. Hiero. in Iob. Pēna ſtruthionis ſimilis eſt pēnæ herodij & accipitris.

¶ Struthiocamalus: maxima auiū eſt ſi tñ auis eſt dicēda cum pennas duntaxat habeat vt adiuuent ad currēdum cætero volucris nō ſit nec a terra tollat̄. Vngulas habet ceruinis ſimiles biſulcas cōp̄hendendis lapidib⁹ vtiles quos in fuga contra inſequentes pedibus ingerit. Concoquit q̄cūq̄ deuorat ſine aliquo delectu. Mira in eo ſtoliditas. Etenī in tanta corporis altitudine ſi colla frutice occultauerit latere ſe putat. Oua eius in p̄tio ſunt propter amplitudinē & pēnę quia galeas varijs coloribus infectæ adornant.

* Strychnis herba eſt quā furialē alij dixerūt. Siliter & ſtrychnum. Cc.

* Strygnon hærba eſt quam alij conſeruam vocāt alij coagulum ſiue potius ſpongia aquarum dulciū. Cornucopiæ.

¶ Studiū eſt vehemens applicatio animi ad aliquid p̄agendum. Accipitur quandoq̄ pro exercitatione. vt cum dicim⁹ ſtudia litterarum. Columella. Et ine ſingula perſequar et ſtudio: quod quiſq̄ agere velit conſultiſſimū rectorem adhibeat. id eſt exercitio vel operi vl̄ arti. Quandoq̄ pro diligentia. Quandoq̄ pro fauore ſeu amore. Salluſtius. D. Sillanum certe ſcio quæ dixerit ſtudio reipublicę dixiſſe. Quandoq̄ pro voluntate. vt Scinditur incertum ſtudia in cōtraria vulgus.

¶ Studioſus modo aſſiduum ac perſeuerantem ſignificat. Cicero. ad heren. Ideoq̄ bonis viris & ſtudioſis

amicus erat. Modo cupidũ & alicui rei deditũ atq; addictũ vt ſtudioſus laudis.i.cupid⁹.& ſtudioſus cæſaris .i.amator vel beniuolus. Ci. Cecinæ. Viri ſunt optimi & tui ſtudioſi & mei neceſſarij. Hic fit Perſtudioſ⁹. Idẽ in Cato. Attributo litteris græcis quarũ cõſtat eũ pſtudioſum fuiſſe in ſenectute.

¶ Studeo ſtudes ſtudui itũ. ſtudiũ adhibeo. Do operã alicui rei. Cęſar cõ.j. Cupiditate regni adduct⁹ nouis rebus ſtudebat.i.vacabat. Cõſtruit̃ etiã cum ablatiuo mediante in vel etiam accuſatiuo præſertim ſi aliquid ſtudioſius legim⁹. Titi.in pſal. Ferentinatis populus græca ſtudet. Et ſtudere eſt amare: ſiue fauere. Sal. Neq; ſtudere neq; odiſſe: ſed minime iraſci decet. Oui.li. ix.me. Cui ſtudeat deus oia habet. Itẽ Enni. Ci.li.j.offi. Quorũ vero patres aut maiores aliqua gloria pſtiterunt: ij ſtudent plerũq; in eodem genere laudis excellere. Lact .lib.uj. duo ſignificata eius compræhendit. Qui ſapiẽtię ſtudet vtiq; nõdũ ſapit: ſed vt ſapere poſſit ſtudet.

¶ Stupa linũ vile quod lini cortici pximũ ẽ: vt inquit Plyn. ab gręco στυπεῖον qđ ſtupam ſignificat vel a ſtipãdo q; ea ſtipent̃ naues. Hinc Stupeus a.ũ. Virg. Subijciunt lapſus & ſtupea vincula collo.

¶ Stuprũ eſt coitus lege vetitus. qui duplex eſt. Vn⁹ cũ nupta: qđ adulteriũ dicit̃: aut cũ puero aut cum ſanguine cõiunctis: ſiue ſacris carminib⁹: aut cũ vis affertur cuilibet perſonæ etiã ſi ancilla ſit. Aliqñ ſtuprũ ponitur p turpitudine. Nęui⁹. Perire malũt ibidẽ q̃ cũ ſtupro redire ad ſuos populares. Aen. Fœde ſtupreq; caſtigor quotidie turpiter.

¶ Stupro as. vitio ſtupro. Plau. in aul. Is adoleſcẽtis illius eſt auũculus q illam ſtuprauit noctu Cereris vigilijs. Ci. li. iiij. ad heren. Qui violaſſet ingenuam: matrẽ conſtupraſſet.

¶ Stupeo es. pui. ſignificat quodã modo ſenſum terę non habere. Perſius. Sed ſtupet hic vitio.i. inſanus eſt fact⁹ vitijs. Iungit̃ & cum accuſatiuo. Ci. de fi. bo. Hęc cum loqueris Varrones ſtupemus. Huius compoſita ſunt Obſtupeo & Subſtupeo. a quibus Stupeſco: Obſtupeſco: Stupefacio: Obſtupefacio: Stupefio: & Obſtupefio.

¶ Stupor eſt alienatio q̃dam ſenſuum q; ſcilicet ſenſus conſtipentur.

¶ Stupidus quãdoq; pro ſtupefacto: qñq; p inſenſato accipitur. Vñ ſtupentia ſiue ſtupida dñt qñ vel puũ vel nullũ habent ſenſum.

¶ Stultus imprudens improuidus. Nam & multi non inſipientes aliqñ ſtulte aliquid vel agunt vel loquunt̃. Fatuus plane inſipiens. Afra. Ego ſtultũ me exiſtimo fatuum eſſe non opinor. Inſanus qui abiecta ratione cũ furore & impetu oia facit. Rudis qui nunq̃ didicit. Stultitia quattuor mõis dignoſcit̃. Aut cũ nõ venerit in mẽtẽ qđ oportet: Aut ſi venerit nõ tenere: aut bonũ conſiliũ nõ admittere: aut malũ admittere. Hinc Heſiodus ecõuerſo. Optim⁹ ille quidem q p ſeſe oia noſcẽs Præceptor ſuus ipſe ſibi meliora peregit. Rurſus & ille bonus monitus q recta ſequet̃. Qui nõ ipẽ ſapit neq; credit recta monenti: Hic nullam in partem vtilis ẽ.

⁎ Stura inſula eſt in mari vltra Tyberina oſtia in Antiano. Cc.

¶ Stypticus idem quod ſtrictiu⁹ ab στύφω obturo ſtringo.

¶ Stymma eſt ſpiſſamentũ & domitura vnguenti: vt ĩquit Dioſcorides.

¶ Stymphalus lacus in Arcadia i cui⁹ ripis erat Stymphalũ oppidũ. Ouid. li. ij. faſ. Teſtis erit pholoe teſtes ſtymphalides vndæ. A ſtymphalo lacu ſtymphalides aues appellatæ ſunt tantæ magnitudinis: vt ſolis radios obumbrare dicerent̃ oẽm Arcadiã deuaſtãtes. Hiero. Cerberũ & ſtymphalidas narrãt fabulæ poetarũ. A ſtymphalo oppido fit Stymphalius a.ũ. & Stymphalis idis. Hiero. cõtra Ioui. Ariſtoclides Orcomeni tyrãnus adamauit virginẽ Stymphalidem quę cum patre occiſo ad templum dianę conceſſiſſet: & ſimulachrum eius teneret: nec vi poſſet auelli: in eodem loco confoſſa eſt. Ob cuius necẽ tanto omnis Arcadia dolore cõmota ẽ: vt bellum publice ſumeret: & necem virginis vleiſceretur.

¶ Styx gis. ge. fœ. pprie mœſtitiam deſignat στυγνὸς enĩ triſtis dicitur στυγνάζω mœreo vẽ dĩ ab στύγω timeo odi q; terrori omnibus ſit. Virg. Stygiamq; paludem dij cuius iurare timent & fallere numẽ. Fingit̃ a poetis q; ſit infernalis palus cum ſit fons in arcadia exitioſus animalib⁹: cuius aqua ilico necat ex nimio frigore: vt pote cũ pfluẽs ipſa ſtatim lapideſcat. Tradũt hac aquaẽs ferrum erodi & omnia vaſa in ea miſſa frangi pter cornea. Eſt & alia palus in ægypto iuxta mẽphim quã veteres ſtyga vocauere. Hinc Stygius a.um. Seneca. Hic ſæuus vmbras territat ſtygi⁹ canis. Ariſtophanes aũt i ea comœdia: q̃ βάτραχοι ἐγγράφεται. ἐν ταῦθ' ἐπαυλῶν τινι περὶ τοῦ κρανοῦ. ὄψει τε φῶς κάλλιστον ὥσπερ ἐνθάδε καὶ μυρρινῶνας καὶ θιάσους εὐδαίμονας ἀνδρῶν γυναικῶν καὶ κρότον χειρῶν πολύν. ⁎.i. Rana inſcribit̃ hic atriorũ q a tibi adeſt ſpũs: viſuiq; lumẽ optimum quẽadmodũ hic & tripudia felicia virorũ mulierũ & plauſum nauiũ multum. Nam ſtyx pxima ẽ elyſio.

S. ante V.

¶ Suauis dulcis: a quo ſuauitas & ſuauitudo p dulcedine. Plau. Suauitudo mea. Quorũ cõtraria ſũt Inſuauis auſter⁹ aſp. Inſuauitas inſuauitudo. Aduerbia ſuauiter inſuauiter: ſuaue & inſuaue. Virg. Et ſuaue rubẽs hyacinthus.

¶ Suadeo es. ſi. ſum. ſcđm naturã biſyllabum eſt licet multi triſyllabũ putent. Quod & ſi inueniatur ſolutio dicenda eſt a ſuaue & do p dico cõpoſitũ eſſe q darn arbitrant̃. hoc eſt ſuaue dico. Eſt enim ſuadere accõmodatis & ſuauibus verbis aliquem i opinionẽ noſtram inducere conari: hoc eſt hortari aliquẽ ad id qđ intẽdimus. Cuius cõtrariũ eſt diſſuadere. De perſuadeo ſupra habitum eſt.

¶ Suadela pe. p. ſuaſio dicit̃. ⁎ Eſt diminuti. a ſuada.

¶ Suaſorius a.um. qđ ad ſuadendũ ptinet: vt Suaſoriũ munus.i. ſuadẽdi. Et para deliberatiua a rhetoricis ſuaſoria dĩ.

¶ Suaſũ color ex ſtillicidio fumoſo i veſtimẽto albo. Sũt & q oẽm colorẽ ſuaſum velint appellari: q; quaſi pſuadeat̃ in aliũ colorẽ tranſire.

¶ Suauiũ qđ & ſauiũ dĩ p diminutionem. u voluptas dĩ. Teren. O thais meum ſuauium.

⁎ Suadibile quod ſuaderi facile poteſt. vñ Suadibiliter aduerbium. Cc.

⁎ Sualternicũ electri ſpecies fulua. Cc.

⁎ Suarius ſuum cuſtos. Cc.

⁎ Suatim ad ſimilitudinem ſuis. Cc.

¶ Suauior aris. & Sauior ſignificat cũ voluptate aut p̃ gaudio oſculor. Catul. ad Veraniũ. Lucidũ os oculoſq; ſuauiabor. De hoc etiã in Diſſauior.

¶ Suapte ſua ipſius natura: & ſuopte ſuo ipſius: ſicut Meopte meoipſius. Cic. lib. j. tuſ. Terrena & humida ſuopte nutu & ſuo põdere ad pares angulos in terram & in mare ferantur.

¶ Sub præpoſitio & ſeparatur. & componitur. Se

parate aliqñ denotat tempus & accuſatiuo iūgit̃: ſignificatq; circa vel per. Virg. Sub lucē exportant calathis .i. per lucem: ſeu aduenente luce. Aliquando ponitur pro in, vt Sub idem temp⁹, ſub eandem horam .i. eodem tempore. in eadem hora. Quāq̄ & per idem tempus & per eandem horam vel circa idem tempus & circa eādem horam exponi poſſit. Liui. Vtrinq; legati fere ſub idem temp⁹ ad res repetēdas miſſi. Sue. de Aug. Sub horam pugnæ tam arcto repente ſomno deuict⁹ vt ad dandum ſignum ab amicis excitaretur. Aliquando ꝑ ſtatim poſt. vt Sub hęc verba. Ci. Planco. Sub eas aūt redditæ ſunt. Aliquando ſignificat ad locum. & pro ante ſumitur. Vir. Poſteſq; ſub ipſos nituntur gradibus. Aliquando in loco. & pro ſubter capitur: conſtruiturq; cum ablatiuo. Idem lib. viij. Arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu. Item cum ablatiuo accipitur pro in: vt apud eundem. Nanq; ſub ingēti luſtrat dum ſingula templo. Item prope. vt Quo deinde ſub ipſo ecce volat. Item ſignificat cum: vt Sub ſarcinis. id eſt cum ſarcinis. Compoſita plærunq; localem ſignificationem retinet quæ illi propria eſt: vt ſubeo ſuppono: id ē ſubter. Interdum ſignificat infra. vt caudamq; remulcens ſubiecit pauitantē vtero ſyluaſq; petiuit. Interdum diminutionem: vt ſubdubito ſubiraſcor. id eſt aliquantulum. Eſt enim vt Do. inquit temperamētum plenæ ꝓnunciationis. Interdum ſignificat ſupra: vt Corpora ſaltu ſubijciunt in equos. id eſt ſupra iaciūt. Interdum proſpere: vt Succedit. Interdum poſt: vel q̄ primum. vt ſubſequor. Interdum contra vel prope: vt Subſiſto Cæſar. Audacius ſubſiſtere: nonnunq̄ & nouiſſimo agmine prælio noſtros laceſſere. Interdum prudenter ſeu diligenter. vt Subſeruio. Interdū in promptu: vt Quō ratio nō ſubiſt. Interdū latēter. vt ſuppilo. Interdum ſenſim: vt Surrepo. interdum adhuc. Liui. Tanq̄ ſpes ſubeſſet. Componitur autem fere cum omnib⁹ lris. A: vt ſubaro. B: vt ſubbibo. C: vt ſuccido. D: vt ſubdo. E: vt ſubeo. F: vt ſuffero. G: vt ſuggero. H: vt ſubhaſto. I: vt ſubiūgo. L: vt ſubleuo. M: vt ſubmoueo N: vt ſubnecto. O: vt ſuborior. P: vt ſupporto. R: vt ſurripio. S: vt ſubſanno. T: vt ſubtraho. V: vt ſubuenio. Sed quoties ſubiungitur vocalibus vel b. d. h. l. n. ſ. t. remanet b integra: in alijs mutatur b in literam ſequētem: niſi in ſubrideo: ſubrogo: ſubruo. Suſtineo vero ſuſpiro: ſuſpicor: ſuſpicio: ſuſtuli: ſuſtollo & hmōi ſine b ſcribenda ſunt: quia non a ſub: ſed a ſuſum ſiue ſurſum compoſita ſunt.

¶ Sub corona venundari captiui dicebant̃ quia coronati vendebant̃.

¶ Sub iugum dicebant̃ hoſtes miſſi eē: quia duab⁹ haſtis in terra defixis tertiaq; ſuperligata inermes ſub ea tranſire cogebantur.

⁎ Subcutaneus morbus dicitur ꝙ intra cutē ſiue ſub cute eſt. Cc.

¶ Sub manu vulgaris locutio: & ſignificat ſtatim: tēporiſq; momentū: quaſi de manu in manū. Seneca. li. x. epiſtolarū ad Luci. Cōſiliū naſci ſub die debet & hoc quoq; tardū eſt nimis: ſub manu quoq; quod aūt cōſilium naſcat̃. Sue. de Aug. Et quo celeri⁹ ac ſub manu annunciari cognoſciq; poſſet quod in ꝓuincia quaq; gereret̃: iuuenes primo modicis interuallis ꝑ militaris vias dehinc vehicula diſpoſuit.

¶ Sub vitē haſtas iacere dicebatur veles cum ſub manum ſurſum haſtam mittebat. Sub vitem præliari milites dicebantur cū ſub vinea militari pugnabāt. Sub vineam iacere cum adſtantibus centurionib⁹ ſudes iacere cogebātur.

¶ Subactus a. um. Vide in dictione ſubigo.

¶ Subagito as. ſignificat ineo. Plau. Dū ille meretricē ſubagitat: ego quieſco.

¶ Subaquaneus. a. um. quod ſub aqua manet. vt ſcopulus ſubaquaneus.

¶ Subalaris & hoc ſubalare: qđ ſub alis eſt. Vñ ſcribit Lāpri. Heliogabalū ſolitū fuiſſe i accubitus habere plumas ſubalares.

¶ Subcerniculū farinariū cribrū: qđ fit e ſetis equorū quēadmodū excuſſorium & pollinarium fit e lino. Excuſſoria cribra ſunt quib⁹ furfur ſecernit̃. Pollinaria quibus pollen. hoc eſt groſſior puluiſculus farinę diuiditur.

¶ Subcinericius a. um. qđ ſub cinere coquitur. Vñ ſubcinericium panem legimus.

¶ Subdo dis. ſuppono ſubijcio. Cato de re ruſ. Ignē ſubdito: vbi bullabit vinum ignem ſubducito. & ſubdere ſubiungere. Quintilianus. His dictis & alia ſubdidit.

¶ Subditus qui alicuius imperio ſubiect⁹ eſt. ſubditū et āptum dicim⁹ ſuppoſitum. hoc eſt ſublatum ab ea muliere q̄ peperit: & a. teri appoſitū. Item apud iuriſcōſultos ſubditū teſtamē: ū dr̄. cū vero teſtamento occultato aliud clam fuit appoſitū. Subditus iudex qui loco mortui datur.

¶ Subditiuus qui ſubditus eſt. Plau. in am. Subditiu⁹ eccum exit foras.

¶ Subdititi⁹ ſuppoſititius. Vnde a plauto Iuppiter dictus eſt ſubdititi⁹ Amphitryo. Sue. Nō mō verſ⁹ cēſoria quadam virgula notare & libros qui falſo viderent̃ inſcripti tanq̄ ſubditiuos ſummouere familia permiſerint ſibi.

¶ Subdolus peſcor. occulte decipieris.

¶ Sub dio aliquid eē dicim⁹ quod nō eſt ſub tecto ſed i nudo & ſub cęlo. Aliter dr̄ ſub Ioue ab eo ꝙ græci iouē τὸν Δία dicūt. Hor. li car. Vitāq; ſub dio & trepidus agat. Hinc ſubdialia pauimēta: & ſubdiales deambulationes quas Victr. græco vocabulo vocat hypetras.

¶ Subdiale qđ ſub dio ꝑmanet .i. ſub aere. Ply. Illa ſuper terram ex ſubdialibus petris cæditur. Hæc ex obrutis. Subdialia a græcis primo habita quibus cōtegerentur domus ex tuſa teſta & pedali craſſitudine fiſtucata. Terracium nunc appellat̃.

¶ Subduco is. pen. pđ. ſubter duco. Interdum ſubtraho. Cato. Ignem ſubdito: vbi bullabit vinum ignem ſubducito. Sunt enim contraria ſubdo & ſubduco. Iuue. Et nos ergo manum ferulæ ſubduxim⁹. Interdum ſurripio. Vir. Et ſuccus pecori & lac ſubducitur agnis. Interdum ſurſum duco leuo extollo. Idē. Qua ſe ſubducere colles incipiunt. Hinc ſubducere naues dicim⁹ in terram trahere ꝙ terra mari altior ſit ſicut e cōtrario deducere in mare e terra ducere. Idem. Quaſſatam vētis liceat ſubducere claſſem. Plau. in Caſ. Ibo intro vt ſubducam nauim rurſum in puluinarium. Interdum ſubducere cum hoc nomine ratio ſignificat computare: calculare. Ci. Lētulo. Rationibuſq; ſubductis ſummam feci cogitationum mearum. Plaut. in cap. Subducam ratiunculam quantillum argentum mihi apud trapezitam ſiet. Et ſubducere ē furtim ſubtrahere. Idē in cur. Propino magnum poculum: ille bibit: caput ponit: cum dormiſcit ego ei ſubduco anulum. Salluſt. Præterea ex gregarijs militibus quēq; armatum in prima acie ſubducit .i. extrahit & alibi locat.

⁎ Subæro ære commiſceo. Perſi⁹. Ne quis ſuberato mēdoſum tinniat auro. Cc.

¶ Subeo is. iui. vel ſub: j itum. ingredior. Cæſar. cō. ſ. Qui inter annos quattuordecim tectum non ſubijſſēt. Lactā. Sic virtutes inferas vitia ſua ſponte decedent

ſiue vitia eximas virtutes vltro ſubibunt. Paſſiuũ pro
tulit Iuue. Q̃ꝫ ſi ſubeunť ꝓſpera caſtra. Et ſubire eſt ſuſ
cipere aut pati. vt ſubeo piculũ: ſubeo crucẽ: mortem.
Ci. li. iij. offi. Q ui retinendi officij cauſa cruciatus ſubie
rit vltro. Itẽ ſuccreſcere. Virg. Ne ſubeant herbæ: neu
puluere victa fatiſcat. Itẽ in memoriã venire. Et mo
do cũ datiuo: mõ cũ actõ conſtruiť. vt ſubijt mihi. Cur
tiua. Sera pœnitentia ſubijt regẽ. i. in mẽtẽ vel in mẽo
riam venit. Item ſubdere ſupponere. Vir. lib. x. Aene
as ſubijt mucronẽ ipſumq̃ morando Suſtinuit. Itẽ ex
tolli. Ply. Sed hi rationẽ afferunt q̃ leuiſſima ſit imbri
um ciſternarũ aqua vt quæ ſubire potuerit & pendere i
aere. Idẽ. Nec leuitatis i pluuia aqua argumẽtũ ẽ ſubijſ
ſe cã in cælũ cũ etiã lapides ſubijſſe appareat. Item ſuc
cedere. Var. In quartũ locũ ſubierũt tria linæ impietas ꝑ
fidia impudicitia. Itẽ rñdere ſeu reſiſtere. Ci. in Ver. Di
uinatione poteris ne orõnẽ ei⁹ ſubire? Itẽ aggredi. Hie
ro. Nũc depcor Deſideri chariſſime: q̃a me tantũ opus
ſubire feciſti.
ℭ Subfibulũ. Vide in dictione Fibula.
ℭ Subhaſtare eſt ſub haſta mittere: hoc eſt ꝑ auctionẽ
vendere. Haſta eñ erat virga q̃ dabať cũ pdãs alicui da
reť de aliqua merce.
ℭ Subigo is. penu. cor. ſignificat cogo. Sal. Ambitio
multos mortales falſos fieri ſubegit. Q̃nq̃ Subigere
eſt ſubijcere domare. Idem. Poſtea vero q̃ in aſia Cy
rus: in græcia Lacedemonij & Athenienſes cœpere vr
bes atq̃ nationes ſubigere. Q̃nq̃ ſummittere. vt ſubi
ge ſub arbore pecus. Q̃nq̃ acuere. Vir. li. vij. Para be
ues clypeos & ſpicula lucida tergunt Aruina pingui:
ſubiguntq̃ in cote ſecures. Q̃nq̃ attrectare agitare. Ca
to. Farinã in mortariũ indito: aquam paulatim addito
ſubigitoq̃ pulchre. Q̃nq̃ bene arare bene colere. Vir.
Ante iouem nulli ſubigebãt arua coloni. Col. li. ij. Se
quitur vt tempora quoq̃ ſubigendi arui pręcipiamus.
Cice. per trãſlatione libro ſecũdo de ora. ꝑexercere po
ſuit. Subacto mihi ingenio opus eſt: vt agro nõ ſemel
arato: ſed nouato & iterato. Q̃nq̃ ſuffodere. Vir. lib. ij.
Ge. Tñ hæc quoq̃ ſi q̃s Inſerat aut ſcrobibus mãdet
mutata ſubactis. Q̃nq̃ ſubagitare. Cic. Gallã ſubigo.
Q̃nq̃ ſurſum agere. Et tunc a ſus: quod ſignificat ſur
ſum componiť. Vir. lib. j. Ge. Non aliter q̃ qui aduerſo
vix flumine lembũ Remigijs ſubigit. A ſubigo fit ali
ud cõpoſitũ Proſubigo: de quo ſupra.
ℭ Subijcio is. pe. cor. ſuppono. Virg. Et ramea coſtis
ſubijciũt fragmẽta. Et illud. Subijcientibus prunas in
ſultat leuita Chriſti. Aliqñ ſubiugo. Ci. Tot ſibi popu
lis repente ſubiectis. Aliqñ ſurſum iacio. Virg. Et cor
pora ſaltu ſubijciunt in equos.
ℭ Subices pe. cor. dñt ſubiecti. Aennius. Ergo deum
ſublimis ſubices humidus vnde oriť imber ſonitu ſę
uo & ſtrepitu.
ℭ Subiecto as. ſępe ſubijcio. Vir. Nigrãq̃ alte ſubie
ctat arenam.
ℭ Subiacto as. ſępe in altũ iacto: quod fit cum in areis
frumenta a paleis ſecernuntur. Var. His tritis oportet e
terra ſubiactari vallis aut ventilabris cum ventus ſpi
rat lenis. Ita fit vt quod leuiſſimũ eſt in ea atq̃ appella
tur acus: euãnetur foras: ac frumentum q̃d eſt pődero
ſum purum veniat.
ℭ Subitus. a. ũ. Subeo is. idẽ q̃d repentinus. Vir. Cum
ſubito aſſurgẽs fluctu nimboſus orion. Hic Subito ad
uerbiũ. Mar. Nã ſubito collapſa ruit.
ℭ Subitarius a. um. repentinus licet quandoq̃ pro ex
temporali ſumatur. Gel. Q uid ſibi vellet ſubitaria di
ctio.
ℭ Subitaneus a. um. eo modo dicitur quo ſubitarius.
vt Subitanea mora.
ℭ Subitatus a. um. quod eſt ſubito mutatũ. Cyprian⁹
ad Corneliũ. Steterũt fortes & ipſo dolore pœnitẽtię
facti ad ꝑliũ fortiores vt appareat nuper ſubitatos eẽ
& nouæ atq̃ inſuetæ rei pauore trepidaſſe.
ℭ Subinde cũ accẽtu in antepe. ſignificat deide vł ſta
tim poſt. Hor. Si recte dicet primũ gaudere ſubiñ Præ
ceptum auriculis hoc inſtillare memento. Liu. Vno al
teroq̃ ſubinde ictu vẽtrẽ atq̃ inguina hauſit. Interdũ
ſignificat frequenter ſiue vt proprie dicam identidem
hoc eſt crebro cum quodam interuallo. Sue. i Tibe. Le
ua natura ne i puero quidem latuit quã Theodor⁹ Ga
dareus & proſpexiſſe prim⁹ ſagaciter & aſſimulaſſe vi
ſus eſt: ſubinde in obiurgãdo appellans eum lutũ a ſã
guine maceratum.
⁎ Dicitur & ſubin ſicut proin & dein. Cc.
ℭ Subiugo as. pe. cor. debello & imperio meo ſubijcio
quaſi ſub iugo pono. Lact. li. iij. Totũ hoiem alienæ di
tioni ſubiugauerunt.
ℭ Subiugalis ſub iugo aſſuetus: & domit⁹. Vnde pul
lus ſubiugalis in euangelio legitur.
ℭ Subiungo is. addo. Vnde ſubiunctiuus modus di
ctus eſt: quia ſubiungitur alteri verbo. Nã eget aliqua
re vt impleat ſententiam. vt ſi dico. Cum clamẽ qua
re me tacere dicis? Ideo ergo ſubiunctiuus modus di
ctus eſt: quia ei coniungitur aliquid: vt ſententia locu
tionis plena ſit.
⁎ Subiugũ mitti dicebanť hoſtes qui duabus haſtis in
terra defixis: ternaq̃ ſuperligata: inermes ſub ea coge
bantur tranſire. Cc.
ℭ Sublabor pen. p. ſignificat prętereo ſiue latenter de
curro aut fugio.
ℭ Sublabro as. p. cor. intra labra mitto. Neui⁹. Iã ego
illis ſubiens ſublabrabo eſui illud ſyncipur.
ℭ Sublego is. pe. cor. furto aliquid ſurripio. Virg. Vel
q̃ ſublegi tacitus tibi carmina nuper.
ℭ Sublego as. pe. p. ſubſtituo. Iuſti. li. iij. Senatui cu
ſtodiam regũ pplo ſublegandi ſenatũ vel creãdi quos
vellet magiſtratus ptãtem pmiſit.
ℭ Subleſta infirma leuia friuola debilia. Plau. in pſa.
Grauior paup fides ſubleſtior. Idẽ dixit vinũ ſubleſtiſ
ſimũ: q̃a infirmos facit vel corpore vel aio.
ℭ Subleuo as. pe. cor. alleuio auxiliũ pręſto defendo.
Ci. Zophyrus q̃ ſe naturã cuiuſq̃ ex forma proſpice
re ꝓfitebatur deriſus a cęteris eſt q̃ illa in Socrate vitia
non agnoſcebant: q̃ ipſe ex illius aſpectu multa colle
gerat. Ab ipſo aũt Socrate ſubleuat⁹ cũ illa ſibi igeni
ta: ſed rõne a ſe deuicta diceret Et ſubleuare ſurſum le
uare: ſuſtẽtare. Sue. de Veſp. Aluo repẽte vſq̃ ad defe
ctionẽ ſolutus ipatorẽ ait ſtãtẽ mori oportere: dũq̃ ſur
git ac nitiť inter manus ſubleuãtiũ extinct⁹ eſt.
ℭ Subligo as. pe. cor. ſubtus ligo. Vnde & Subligacu
lum.
ℭ Subligar pe. cor. ſiue ſubligaculum diciť quo pudẽ
dæ ptes obteguntur. Mar. Tecta tñ nõ hac qua debes
ꝑte lauaris. Si pudor eſt transfer ſubligar in faciẽ. Cic.
li. de offi. Scęnicoꝝ mos tantã hẽt vetere diſciplina ve
recundiã vt in ſcęnã ſine ſubligaculo ꝓdeat nẽo. Diciť
& ſuccinctoriũ Femorale: Fœminale: capeſtre: Bracha:
perizoma & Lumbare.
ℭ Sublimis pen. pd. in altum eleuatus a limine ſuperi
ore dictus quod ſupra nos eſt. Vir. Ipſa paphos ſubli
mis abit. Colu. lib. ij. Igiť in opere boues arcte iunctos
habere conuenit quo ſpecioſius ingrediãtur ſublimes
& elatis capitibus. Hic ſublimitas exalta. io. ⁎ Et aduer
bium Sublimiter. Cc.
ℭ Sublimo as. exalto i altum mitto vado vę. Aenni⁹:

Sol qui cādētē in cęlo ſublimat facem. Aug. li. vij. cō. Augebaƭ diuitijs: ſublimabaƭ honoribus.

❡ Sublino la. pe. co. aliquantulū tingo ſeu noto. Cor. Celſus. Idē quoq; vmbilico ſublitū facit. Inī ſublicio q̄ eſt quaſi primū tectorū & fundamētū coloris eius que reddit volum⁹ inductione manus vltima. Aliqñ illudo & pridiculo habeo. Tractū a genere ludi quo dormiētibus ora pingunƭ: vt apud Plautū in Aul. Ah ſubleuit mihi os peſſime.

❡ Subluco as. p. p. a luco ſignificat ramos arborū ſup puto & veluti lubtus lucē mitto. Conlucare aūt eſt ſuccisis arboribus lucū luce implere.

❡ Subluo is. expurgo.

❡ Sublicius pōs Romæ: hoc ē ligneus: qm̄ ſine ferreo clauo cōſtruct⁹ fuerat: vt meminit Ply. li. xxxvj.

❡ Subnecto is. ſubligo appēdo ſubſcribo ve ſigni.

❡ Subneruo as. Videm dictione Neruus.

❡ Subnitor pe. p. ſuffulcio. Vide in dictione Nitor.

❡ Subo as. ſubare dr̄ ſuea cū libidinē exercēt: aut appetunt: q̄uis & ad alia aialia etiam ad hoies tranſferaƭ. Hor. Iāq; ſubando te cubila tectaq; rūpit. Ariſtoteles libro de aialib⁹. vj. Ita ſubare dicƭ in ſuib⁹ quēadmodū equæ libidine ſtimulatę dicunƭ eqre. Tertul. in Apologetico ſcribit Iouē fœde ſubantem in ſororē fuiſſe. i. libidinantem & rei venereæ inhiantem.

⁎ Suborior ſubnaſcor & exurgo vt ſubortus eſt rumor. Cc.

❡ Suborno as. aliquantulū orno. hoc eſt honoro ſiue laudo. Planc⁹ Ciceroni. Tu cicero qđ adhuc feciſti idē pſta vt vigilanter neruoſeq; nos q itam⁹ in acie ſubornes. Et ſubornare ē latēter ſeducere. Gel. In caput meū ſubornauit.

❡ Subrideo latenter vel aliquātum rideo: vel riſus ſigna oñdo. Vir. Olli ſubridēs hoim ſatoe atq; deoꝝ.

❡ Subrogo pe. cor. ſubſtituo. Aug. li. iij. ci. dei. Lucretius quoq; qui in locū bruti fuerat ſubrogatus morbo abſumptus eſt.

⁎ Subripio furor clam aufero qñq; etiā i altū tollo. vnde fit ſubreptio quod modo furtum ſignificat: mō impetrationē q̄ fit a principa ſiue m gēatu p falſam rei narrationem. & Subrepticię lr̄e dr̄ q ad falſam alicui⁹ ſuggeſtionē cōceſſæ ſunt. Cc.

❡ Subruo is. cū impetu ſubingredior. Aliqñ parū vl' aliquantulum vel latēter ruo. Et hoc ex vi p̄poſitionis ſub. Aliqñ. Effodio. Seneca Subruūt terram: theſauros quærirant.

❡ Subrumi dicti ſūt agni q adhuc ſūt ſub māma: q̄ rum⁹ a veteribus dicebaƭ. Inde Subrumari qđ eſt ſub ruma. i. māma ſūmittere. Col. lib. viij. Diligenti cura ſeruandū eſt vt in ſuis quotidie matrib⁹ & alienis nō amātibus agni ſubrumentur.

❡ Subſāno as. nō a ſano: ſed a ſāna fit q̄ eſt irriſio Eſt aūt ſubſannare irridere. & cōſtruiƭ cū actō. Hier. contra Vigil. Rideas forſitan & muliercularū deliramēta ſubſannes. Et ad Marcel. Quadrante indignā eloquentiā nare ſubſanno: quid ad te qui deſertus es? Hinc ſubſānatio quæ propter rugata fronte & contracto naſo exprimitur.

❡ Subſcudes pe. p. tabellæ: quibus tabulæ inter ſe cōfigunƭ: q a quo inuiū ƭ ſuccidiƭ. Pacu. Nec vlla ſubſc⁹ cohibet compagem.

❡ Subſcribo ſubnoto: ſubſigno: ſicut ſolēt pricipes q ſubſcribunt ea q̄ rata hn̄t. Alexander Romanus imperator ſubſcriptioni & lectioni ep̄lar̄ū operā dabat: poſt horas meridianas. Alias ſubſcribere ſignificat fauere. Col. Qđ ſi fortuna ſubſcripſerit. Verbū eſt iudicijs & foro accommodatū. Vnde ſubſcriptores fautores approbatoreſq; dicti ſunt. Ci. Venit parat⁹ cū ſubſcriptoribus ex ercitatis & diſertis. Vbi Aſco. Scriptores dr̄i q adiuuare accuſatorē dici ſolēt.

❡ Subſequor pe. cor. ſtatim ſequor.

❡ Subſelia ſedes & pulpita: vel vt ita dicā ſcāna in q̄bus audientes poetas recitātes ſedere cōſueuerāt: vel i q̄bus ab equitibus ſpectabāƭ ludi. a ſubſedendo quaſi ſubſedia p mutationē d in l: vt ſella pro ſeda. Nā ſenatores in ſellis altioribus conſidebant Perſius. Troſſulus exultat tibi p ſubſellia læuis. Scribit Aſco. Subſellia eſſe tribunoꝝ triūuiroꝝ q̄ſtorū & hm̄ōi minora iudicia exercentium q non in ſellis curulib⁹ nec tribunalib⁹: ſed in ſubſellijs cōſidebāt. Vnde a Varrone ſubſelliū dictum eſt ꝙ nō ſit plane ſella.

❡ Subſideo es. pe. cor. ſubt⁹ ſedeo. Colu. Villica debet curā adhibere: vt ſi q̄ fęces aut amurcę in fundis vaſorū ſubſederint ſemel ſtatim emūdenƭ. Inde ſubſellia. Eſt & ſubſidere inſidiari. Inī ſubſeſſores & ſubſeſſæ.

❡ Subſeſſę dr̄ a vegetio inſidię q̄bus in itinere exercitus impat⁹ ac nihil tale ſuſpicās opprimi ſolet. Subſidere. n. ſignificat delitefcere. Vnde ſubſeſſores dicti q delitefcētes inſidianƭ & inſidijs circūuentos interimūt Cōtra Subſeſſos vocam⁹ hoſtiū circūuentos. A Valerio ſubſeſſor alieni m̄rimonij dict⁹ eſt qui pudicitię alienæ coniugis inſidiatur.

❡ Subſeſſores & ſubſeſſi. Vide in dictione Subſeſſæ de quo modo.

❡ Subſidiū q̄re in dictione Præſidium.

❡ Subſiſto is. cōtra ſiſto. Cęſar audacius ſubſiſtere nō nunq̄ & nouiſſimo agmine plio nr̄os laceſſere. Qñq; ſignificat gradū ſiſto. Hie. in li. iij. Tu aūt ſubſiſte paulisper vt indicē tibi verbū dn̄i. Proprie tñ ſubſiſtere ē p ſe exiſtere: vt eſt ſubſtantia q̄ p ſe exiſtit: qđ de accidentibus intelligi non pōt: & vt inq̄t Aug. li. vij. de tri. hoc eſt deo eſſe quod ſubſiſtere.

⁎ Subſolanus ventus qui ſub ſole flat a gręcis Apeliotes dictus ἀπὸ τοῦ ἡλίου. i. a ſole dictus. Cc.

❡ Subſto as. ſuſtineo & conſtans ſum. Terenti. Perij metuo ne ſubſtet hoſpes. Et ſubſtare eſt rem aliquam conſtanter ſuſtinere. Nam ſubſtare dicitur aliquid vt alijs ſubeſt.

❡ Subſtantia eſt q̄ per ſe ſubſtat & fundamētū eſt: ſubſtat eñ accidentibus. Differt aūt ſubſtantia ab accidente in tribus. Primo q aei ſubijciƭ & ip̄m ſuſtentat non autem ecōtrario. Scđo quia p ſe nō indiget ſubſtantia accidēte: ſed accidens ſubſtantia. Tertio quia ſubſtantia ꝓprie eſt Accidēs vero id nō eſt q a ꝓprie ineſt. Gręci modo ὑπόστασιν: modo οὐσίαν vocant latini vtrūq; interp̄tantur ſubſtantiam q̄uis ſint qui ὑπόστασιν ſubſtantiam οὐσίαν eſſentiam dicant. Sciendum eſt ꝙ vna & eadem natura poteſt dici ſubſtantia eſſentia & ſubſiſtētia: vt natura ſortis inq̄tū dat ſorti ꝙ ſit: dr̄ eſſētia i q̄tū dat ei ꝙ p ſe ſit dr̄ ſubſiſtētia. Prout aūt ſortes habet ꝙ p illā naturā accidētib⁹ ſubſit dr̄ ſubſtātia. Quandoq; etiam ſubſtantia ponitur pro materia & quaſi eſſentia & ſoliditate ac neruis cuiuſq; rei. Plyn. Subſtantia ois orationis fuit cohortatio eius ad pacē. Quintil. Prima apud rhetorē elementa & q̄ de ipſa rhetoricæ ſubſtātia quærunƭ tractabim⁹. Qñq; ſubſtantia poniƭ p facultatibus. Idem. Vt plus ſubſtantiæ filio relinquerem. Et in euangelio. Qui conſumpſit oēm ſubſtantiam viuēdo luxurioſe.

❡ Subſtantiuus. a. um. quod per ſe ſtare pōt cuius cōtrarium eſt inſubſtantiuus. Rufinus in expoſitōe ſymboli. Sed fortaſſe dicas iſta quam memoras inſubſtātiua eſt generatio. Neq; enim lux ſubſtantiuum facis ſplendorem: aut cor ſubſtantiuum generas verbum.

Ambro.li.hexa.Qui ſic minute & inſubſtantiua prin
cipia coelo ec terris darent.
¶ Subſtituo is.ſubordino: vt cũ quis defuncto vľ ab
rogato ſubſtituiť in eius locũ. Ambr.pſuppono po-
ſuit cum mgt. Et bñ ſanct⁹ Lucas virũ a ſpũ nequitiæ
liberatũ añ pmiſit & ſubſtituit fœminæ ſanitatem.
¶ Subſum infra ſum. Ply. Suberãt tecto abiegnæ tra
bes. Aliqñ ſubeſſe ſignificat latẽter ieſſe. Vir.li.ij. Ge.
Quippe ſolo natura ſubeſt. qa naturaliter rerũ omnũ
mater eſt terra & vniuerſa intra ſe cõtinet ſemina: licet
nõ appareant. Vnde Epicurei dñt nihil eſſe qđ non ha
beat originẽ ſuĩ.
¶ Subſtillũ tps diciť qđ ante pluuiã vel poſt pluuiã eſt
nõ ſiccũ: ſed humidũ: qꝛ aut iã ſtillet aut nondũ ſtillare
deſiſtat. Apud Catonẽ li.de re ruſ. poniť pro ægritu-
dine qñ ſtillatim vrina emittitur.
¶ Subſtruo: ſubtus ſtruo. Col.li.j. Cũ ex depſſiore lo
co fuerint orſa fundementa non ſolũ ſupficiem ſuam
ſuſtinebunt ſecale: ſed & pfultura & ſubſtructione fun
genť aduerſus ea q̃ mox ſi forte villam plata re libue-
rit ed ſuperiorem ptem applicabuntur.
¶ Subſolanus ventus diciť qui ſole oriente ſubnaſci
videtur.
¶ Subſortitue diciť q̃ alicui⁹ occupeti fungiť offõ. Vñ
ſubſortitos iudices dicim⁹ q etiã ſubſtituti appellãtur.
¶ Subſero is.pe.cor.ſubtus ſemino vľ plãto. Col.lib.
v. Nẽ plurimũ intereſt adhuc noua cõſitiõe pedamẽ oẽ
veſtiri nec mox vineatũ ſubſeri cũ fruct⁹ capiẽdus eſt.
¶ Subtslex ſub & talo cõponiť: ſignificatq́ cauũ pe-
dis.q̃uis & p vola q̃nq́ accipiať.
✱ Subſilio & ſubſulto partim ſalto. a quo ſubſultim ad
uerbium. Cc.
¶ Subtegmen diciť filum qđ ſub ſtamine texitur. Hie
ro.in exo. Inciditq́ bracteas aureas & extenuauit in fi
le vt poſſent torqueri cum priorum colorum ſubte-
gmine.
¶ Subter prepõ cui⁹ relatiuũ eſt ſup. vt hic mirifice na
tat duratq́ ſubter aqua. Et tã ablõ q̃ accõ iungiť: licet
qdã non niſi figurate hoc fieri putẽt ſicut poſt circũ &
añ. Vir. Ferre iuuat dẽſa ſubter teſtudine caſus.
✱ Subtercutaneus Subcutaneus idem. Cc.
¶ Subterraneus e.ũ.qđ eſt ſub terra. Col. Vinctis q̃ ſa
luberrimũ ſubterraneũ ergaſtulũ: pl̃imis ſitq́ id angu
ſtis illuſtratũ feneſtris. Idẽ. Nẽ fere cũ his ptibus ædifi
cia rimas egerunt caua p̃bent & latebras ſubterraneis
aialibus.
¶ Subturpe: latenter turpe: qñ id qđ natura turpe eſt
verbis tñ honeſtis dicitur.
¶ Subuenio proprie ſubtus venio. Hiero.in expõne
ſymbo. Diſcute ſi potes q̃ hñtur i manib⁹: & tũc ad ho
rũ ſublimiora ſubuenies. p trãſlationẽ ſubuenire ẽ au-
xiliũ p̃bere. Plau. Qui tones tibi miſero ſubueni.
¶ Subucterib⁹: ẽ loci nomẽ in vrbe roma: ſicut & ſub
nouis. Plau.in cur. Subuetenb⁹ ibi ſunt qui dent qui-
q́ accipiũt fœnore. Sue.in Aug. Biſariã laudat⁹ eſt p
ędede diui Iulij a Tiberio & p roſtris ſubueteribus. Var.
Subnouis dicta pars in foro ædificiorũ. qđ vocabulũ
eius peruetuſtum.
¶ Subule pe.cor.inſtrũm Cerdonũ quo pforandis cal
ceis ac ſuendis vtuntur ſutores. Mar. Quodq́ tibi tri-
buit ſubula ſica rapit. Hiero.in exo. Perforabitq́ aurẽ
eius ſubule.
¶ Subulo pe.cor.lingua Hetruſca diciť tibicẽ. Apud
Aenniũ: ſubulo vicias pp̃ter aſtabat aquas: i alio ſignĩ
ficatu ſubulões dñr cerui qb⁹ ſũt cornua ſimplicia mi
nimeq́ ramoſa ad ſubularũ ſiſitudies vt docet Ariſto
teles lib.ix.de aialib⁹. Ply.li.xj. Alijs ſimplicia tribuit
vt in eodem gñe ſubulonibus ex argumento dictis.
¶ Subucula genus veſtis q̃ fere ex lino fit: dicta q̃ ea
ſubter induamur. Var.de vita pa. Poſtq̃ binas tunicas
hr̃e cœperũt inſtituerũt vocare ſubuculã. Hie.in Leui.
Cũq́ lauiſſet eos veſtiuit põtificẽ ſubucula linea. Eſt &
ſubucula libum qđ dijs dabatur ex alica oleo & melle
compoſitum.
¶ Subulcus qui ſuũ dux eſt: vel cui porcorũ nutriẽdo
rum cura cõmiſſa eſt. Var. Altitudinis haræ modus ſit:
vt ſubulcus facile circũſpicere poſſit ne quis porcellus
a matre opprimatur.
¶ Suburbia plurali tñ nũero quaſi vie ſub vrbe: hoc
eſt vrbi cõtigua: ſunt frequentes extra vrbẽ domus in
ſtar vici vrbani. Vicus eñ pprie ps vrbis ẽ.
¶ Suburbanum p̃dium ſeu villa ſub vrbe. Col.li.vij.
Nã ſuburbanis lactens porc⁹ acere nutricãd⁹ eſt. Suet.
de Aug. Nutrimẽtorũ eius oñditur adhuc locus in aui
to ſuburbano iuxta Velitras pmodicus. Ply.eleganter
ſuburbanam appellat italiam eam partem quæ erat p-
xima vrbi romæ.
¶ Suburra vicus romæ: a quo regio ſuburrana eſt di-
cta: vt ſcribit Iunius: ab eo q̃ fuerit ſub vrbe antiqua.
Var. vero a pago ſuccuſano putat dictã ſuccuſam. In-
de mutatis lr̃is ſuburrã. Cuius rei indiciũ eſt q̃ antiqui
tus p c.lr̃am nõ p b ſcribebať. Hinc Suburranus a.um
vt regio ſuburrana in qua meretricũ diuerſoria erant:
q̃ ob id ſuburranæ dñr a poetis.
¶ Succedo is pe.p.ſignificat eo ſub. Vir.li.iij.ge. Aut
tecto aſſuetus coluber ſuccedere & vmbrę Peſtis acer-
ba boũ pecoriq́ aſpgere virus. Et ſuccedere eſt igredi.
Idẽ lib.vij. Et nr̃is ſuccede penatibus hoſpes. Itẽ in al
teri⁹ locũ venire. Ci.li.iij.of. Quid ergo hic nõne nocet
q quodã quaſi veneno pficias: vt veros hæredes mo-
ueat: i eorũ locũ ipſe ſuccedat. Aug.li.iiij.cõ. Ipſe ẽ de
us nr̃ & ñ diſcedit: qa nõ ſuccediť ei. Iñ ſucceſſor & ſuc
ceſſio. Itẽ pſpere cedere euenire. Ter.in an. Hac nõ ſuc
ceſſit: alia aggrediamur via.
¶ Succeſſus us. p euentu tã malo q̃ bono. De malo.
vt Succeſſus indignos noli tu ferre moleſte. Vir.lib.ij.
Atq́ hoc ſucceſſu exultans aiſq́ Chorebus.
¶ Succedaneus q ſuccedit. Cyprian⁹ ad Euagriũ. Nõ
põt videri ceſſaſſe q vicarios ſubſtituit & q pro ſe vno
plures ſuccedaneos ſuggerit.
✱ Succerda ſtercus ſuillum a ſue deductum. Titinnius
Quid habes niſi vnã arcam ſine clauı eo condis ſuccer
das. Cc.
¶ Succido is.pe.p.ex ſub & cędo ſignificat ſubincido
Hie.in p̃fa.pſal. Cogitis vt veluti quoddã nouale ſciſ
ſum iã aruũ exerceã: & obliqs ſulcis renaſcẽtes ſpinas
eradicẽ: æquũ eſſe dicẽtes: vt qđ crebro male pullulat:
crebrius ſuccidať. Aliqñ ſuccidere ſignificat metere.
Vir. At rubicũda ceres medio ſucciditur æſtu. Aliqñ
poſt cædere ſicut p̃cidere ante cædere.
¶ Succidaneæ hoſtiæ dicebanť q̃ ſcđo loco cędebanť
Apud veteres. n. ſi primis hoſtijs litatũ non fuerat aliq
poſt eaſdẽ ductæ hoſtiæ cædebanť duæ q̃ priorib⁹ iam
cęſis luendi piaculi grã ſubdebanť.
¶ Succidia tergus ſiue maſſa carnis porcinæ ſalita & i
neceſſariũ vſum ſeruata q̃ quoties opus ẽ ſucciditť. No
nius ſuccidiã p lardo exponit. Succidia continet pnã
petaſonẽ & lardũ. Ci.in cato. Iam hortum ipſi agricolę
ſuccidiã alterã appellãt. Var. nõ a ſuccidẽdo: ſed a ſuib⁹
cædẽdis ſiue edẽdis. Nã id pec⁹ primũ occidere cœpe-
runt: & vt id ſeruarent alíe. Idem. Et qui non audierit
patres noſtros dicere ignauũ & ſumptuoſum eſſe qui
ſuccidiẽ ſuſpenderit in carnario poti⁹ e lanario q̃ e do
meſtico fundo.

¶ Succida pe.cor.lana a ſuccidendo.ꝙ talis ſit qualis ſuccisa eſt.hoc eſt plena ſordib⁹.Var.a ſudore deriuat. Dicit em̃ tõſuræ tps inter ęquinoctiũ vernũ & ſolſtitiũ cũ ſudare inceperunt oues.a quo ſudore recẽs lana tõſa ſuccida eſt appellata.Iuue.Qualis cœna tñ/ vinum qd ſuccida nollet Lana pati.

¶ Succiſiuũ tps dr quod ſubtrahit a rebus neceſſariis: vt ad aliquẽ vſum accõmodemus: vulgo dr tps furto ſubſtractũ. Gel.Quãtũ aũt vitæ mihi deinceps deum volũtate erit: quãtũq; a cura & a re familiari ꝓcurãdoq; cultu liberoꝝ meoꝝ dabit ocij:oia ſucciſiua & ſubſecũdaria tpa adcolligendas hmõi memoriarũ delectatiũculas conferã.Mẽſores aũt terrę nõnunq̃ dicũt ſucciſiuũ a ſuccidendo.

¶ Succido is.pe.cor.ex ſub & cado: quaſi ſubt⁹ cado: Gel.Iã cõtinuo labore grauia genua ſucciderãt.Plaut: in Cur.Genua media ſuccidũt laſſitudine.

¶ Succiduus qui eſt ꝓn⁹ ad cadẽdũ ſiue ferme cadẽs: Clau.lib.iij.Succidui titubãt greſſus.

¶ Succenſeo es.ſignificat in re graui & iuſta ex cauſa iraſci & quaſi cẽſurã exercere.Ter.in phor.Sed parum ꝙ oibus nũc ſuccẽſet ſenex.

¶ Succerda ſterc⁹ ſuillũ.Titi.Quid habes niſi vnã arcam ſine claui eo condis ſuccerdas.

¶ Succenturio as.Vide in dictione Centurio.

¶ Succino is.pe.cor.ex ſub & cano quaſi ſũmiſſa voce cano.Hinc Succento as.frequẽtatiuũ & ſuccẽtor.Inter Cãtores:Occẽtores:& Succentores quidam ita diſtinguũt vt cantores ſint q maxime eleuãt & acuũt vocẽ.Succentores qui minimũ.Occentores q inter vtrũq; mediũ tenent.quæ varietates mirabilẽ ſeruata muſica ratione cõcentũ reddunt.

¶ Succollo as.collũ ſuppono ſuſtollo ſubleuoq; ceruicibus ſubiectis: quod proprie eorum eſt qui aliquem in lectica geſtãt. Suet.de Nerone. Matris ſępe lectica ꝑ publicũ ſimul vect⁹ eſt:ei ſuccollabãt;bini duo deniq; ſerui quib⁹ lõgo in itinere vicatũ in laborem alij ſuccollant. De hoc etiã apud Var.li.iij.de re ruſ.

¶ Succumbo is.bui.itum.ſignificat ſubijcior & aliqñ ſubiungor.

¶ Succubo as.pe.cor.Et eſt ſuccubare iniri.Vñ & Succubi dæmones dñr q ſub hũana ſpecie corporib⁹ aſſũptis ſe viris ſubijciunt ſicut incubi q mulieres ineunt.

¶ Succurro is.auxiliũ pſto.Virg.Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.Itẽ ſuccurrere eſt in mẽtẽ venire. Ci.Neq;.n.mihi ſuccurrebant verba q̃ ante diſceſſum a Dolobella audieram⁹.

¶ Succutio is.pe.cor.ex ſub & quatio. De quo in dictione Quatio.

¶ Succuſſo.as.pe.ꝓ.ſignificat frequẽter excutio.qd ꝓprie de equo dr q gradario cõtrari⁹ eſt.Nã is eſt q cõcutiẽdo ſeſſorẽ gradit:& equus ipſe ſuccuſſor ſiue ſuccuſſari⁹ & ſuccuſſator vocatur.Acti⁹.Agite ac vulnus ne ſuccuſſet greſſus caute ingredimini.Lucil:Succuſſatoris tardi tanq; caballi.Talis greſſ⁹ ſuccuſſatura appellatur.

¶ Succus a ſugo quaſi ſugg⁹ humor quẽ ex alimẽtis mẽbra ſugũt:vt ſe repleãt.Ter.in heau.Corp⁹ ſolidũ & ſucci plenũ.Itẽ ſuccus dr qd ab aliqua re ꝓducit puta ab arbore liquor.Ply.Arboꝝ ex quibus manat ſuccus aliæ picẽ:aliæ reſinã mittũt.Hinc ſucculẽtus ſucco plenus:& Inſucco.de quo ſupra.

¶ Succuſſo as.frequẽter ſuccũ excutio.

¶ Suctus us.a Sugo is.ipa humoris ſorbitio.Ply.li.x.Caprarũq; vberibus aduolãt ſuctũ ꝓpter lactis qua iniuria vber emorit.

¶ Succinũ pe.cor.Electrũ deſudãs ab arborib⁹.Mar. Cũ phaethõtea formica vagatur in vmbra Implicuit tenuẽ ſuccina gutta ferã.Eſt & gẽma nigri coloris vulgo Ambrũ dicit.Suidas tñ ait σούκινοι καὶ ἐλεφάντινοι δάκτυλοι δακτύλοις ταῖς γυναιξὶν εἰσὶ σύμφοροι. .i. Succini & elephantini anuli mulieribus ſunt vtiles.

¶ Sucula pe.cor.diminutiuum a ſue. Et ſuculæ dictæ ſunt ſtellæ quæ alio nomine hyades vocãtur a pluuia. Nam & orientes & occidẽtes tempeſtates & pluuias cient Exoriunt.xij.Cal.Iunij.Eſt & ſucula genus intimę veſtis.Plau.Eſt ſucula argenteola & duæ connexæ nauiculæ.

¶ Sudes ptica ſeu genus teli militaris: hoc eſt paxill⁹ igni torridus.Vergil.Sudibuſve pręuſtis.Idem lib.j. Ge.Quadrifidaſve ſudes & acuto robore valloſ.Ser. Vallus & ſudes idem eſt.

¶ Sudũ qua ſi ſemiudũ.Eſt.n.ꝓprie pars ſerena inter nubes.Ponit tñ qñq; ꝓ ſereno poſt pluuiã.Vir.Ergo vbi vernacię ſudũ.Sunt qui dicãt Sudũ ſine vdo:hoc eſt ſiccum nõ humidũ.

¶ Sudo as.ἀπὸ τοῦ ὕδωρ qd aquã vndãq; ſignificat deriuatũ exiſtimãt.Et mõ abſolute ponitur.Hor.Sudauit:& alſit.Mõ cũ ablatiuo iungit.Liu.Et ſcuta duo ſanguine ſudaſſe.Mõ cũ actõ:& ſignificat ꝓduco.Vir. Et durę quercus ſudabunt roſcida mella.Huius compoſita ſunt Conſudo quod eſt ſimul vel tot⁹ ſudo.Cato de re ruſ.Poſtea cũ derõderis: vnguẽto totas:ſinito biduum aut triduum conſudent:deinde lauato in mari.Exudo:emitto quaſi ꝑ ſudorẽ.Ply.Frutex ẽ liquorem exudãs.Deſudo valde ſudo:a quo Deſudaſco & impersonale Deſudaſcit.Plaut.Hõ adoleſcẽs penetrare huiuſmodi palęſtrã vbi dãnta deſudaſcitur.Inſudo ꝑ defatigor.Præſudo prius ſudo.Claud.lib.ij.Dum matutinis præſudat ſolibus aer.Et hæc habent pen.ꝓ. Inuenitur & ſudeſco is.qd eſt a ſudeo es.niſi text⁹ falſus ſit.Col.li.vlt.Suppoſito copioſo ſale:ita vt oliuã cõtegat.xxx.dies pati cõſudeſcere atq; oẽm amurcam extillare.

¶ Sudariũ linteũ quo ſudor facie detergit & nares purgant.Suc.de Nero.Adoperto capite & añ faciẽ obtenſo ſudario equũ aſcendit quattuor ſolis comitantib⁹:& mox ligato circa collũ ſudario prodiens i publicum. Hui⁹ dimi.eſt Sudariolum.

¶ Sueui populi germanię Bauaris finitimi q pluſq̃ cẽtũ pagos habuerũt.Gẽs valida & bellicoſiſſima: de q̃ Luc.Fũdit ab extremo flauos aquilone ſueuos.

¶ Sueſco is.ſueui ẽtũ.ſuetudinẽ capio.Ci.Metello.A te id qd ſueſti peto me abſente diligas atq; defendas. Clau.lib.iij.Poſt hæc cunabula dulci Ferre ſinu ſũmoq; ioui deducere puam Sueuerat:& genibus ludẽtem aptare paternis.Hui⁹ compoſita ſunt Aſſueſco quod eſt alicui rei cõſuetudinẽ habeo.Lact.li.vj.Aſſueti dulcibus & politis:ſiue orationib⁹:ſiue carminibus.Conſueſco:Deſueſco q̃ ſunt cõtraria.Inſueſco:valde velitus ſueſco.Ter.in adel.Qui mentiri aut fallere inſueuerit patrẽ:tanto magis audebit cæteros.Inſuetus tñ nõ aſſuetus dicit.Ci.lib.iiij.ad heren.Sin aũt iſtud artificioſum egregiũ ducitis:videte ne inſueti rerum maiorum videamini.

¶ Suefacio a quo Aſſuefacio & cõſuefacio.vnde ſuefio:aſſuefio:cõſuefio.Liui.lib.j.Sed initiũ turbãdi oia a fœminis ortũ ẽ ea ſecretis viri alieni aſſuefacta.Ter. in adel.Ea ne me celet cõſuefeci filium.

¶ Suffarraneus a farre quẽadmodũ cõfarratio deducitur videt:& ſignificat eũ q far in caſtra conuehit: ſed modicũ alienũ ve non iuſto cõmeatu aliquo ſed crebris & vilibus inſtitorũ vecturis.

¶ Suffes etis.lingua punica cõſul dicitur.Liu.Senatũ

itaq; ſuffetes qđ velut cõſulare imperiũ apud carthagi nenſes erat vocauerunt.

¶ Suffero pe.cor.ſuſtineo petior. Vir. Nec clauſtra nec ipſi Cuſtodes ſufferre valẽt. Aliquãdo ſuppono. Plau. Intro ad vxorem meam ſufferamq; & meum tergũ ob iniuriam.

¶ Sufficio ex ſub & facio ſignificat ſufficere ſatis eſſe conſtruit́q; cũ dtõ. Sta.li.v.ſyl. Vade puer tantiſq; enixe ſuffice donis.i.ſatie ſis. Virg.lib.v. Nec nos obniti cõtra nec tẽdere tantũ Sufficimus. Interdũ iungit́ in finitiuo & fit imperſonale ſicut conuenit vacat. Hiero. ad Euſto. Nec ſufficit ſcire quod bonũ eſt niſi cuſtodiatur attentius qđ electũ eſt. Aliqñ ſignificat durare. Vir. lib.xj. Nec ſufficit vmbo ictib⁹. Aliqñ ſubminiſtrare. Idem lib.ij. Ge. Ipſa ſatis tellus cũ dente recludit́ vnco Sufficit humorẽ. Aliquando ſubſtituere. Idẽ in eodẽ libro.iij. Atq; aliam ex alia generando ſuffice prolẽ. Vnde ſuffectos conſules dicimus qui in demortuorũ locum ſubſtituti ſunt. Aliqñ inficere maculere. Cicer. in hortẽ. Vt ij qui cõuiuijs purpurã tñ ſufficiunt poſt ſanant medicamentis quibuſdam.

¶ Suffio is.ſuffiui vel ſuffij ſuffitũ: ex ſub & fio ſignificat ſuffumigo. Ply. Hippocrates ruta vuluarũ cauſa naturã ſuffire iubet. Virg. lib.iiij. Ge. At ſuffire thymo cæraſq; recidere inanes q́s dubitet? Et licet e fio cõponatur eſt tñ ſuffio actiuum.

¶ Soffitus a.um: pe.pd. ſuffumigatus. Ply. Aniſum dolores capitis leuigat ſuffitum naribus. Suffitus us. ſuffumigatio. Idẽ. Et vuluarũ conuerſionẽ ſuffitu excitant.

¶ Suffitio onis.idẽ qđ ſuffitus. Ply. Orpheus & Heſiodus ſuffitiones cõmendare.

¶ Suffimentũ idẽ qđ ſuffit⁹: & ſuffitio. Ply. Quid & Suffimentis quibuſdã facere cõſueuerũt. Suffimenta quoq; e veterib⁹ dicta ſunt q̃ fieri ſolebant ex faba milioq; molito mulſo ſparſo: vt inquit Feſt⁹. Ea dijs eo tempore dabant́ quo vuę calcatę prælo p̃mebant́.

¶ Suffitores q ignẽ inſufflant inflatis buccis.

¶ Suffibolum. Vide in dictione Fibule.

¶ Sufflo as.ſubtus flo.quod fieri ſolet cum ignem accendi volumus. Plyn. Lycius Myronis diſcipulos fuit qui fecit dignum p̃ceptore puerum ſufflantẽ lãguidos ignes.

¶ Sufflamẽ retinaculũ quo decurrẽs rota inhibet́. Eſt enĩ machinæ genus quo in deſcenſu vel procurſo nimio rota ſolet retineri.

¶ Suffoſſi equi dicũt́ quos vulgo ceſpitatores vocãt. Virg.li.xj. Suffoſſo reuolutus equo.

¶ Suffoco as.pe.p.ex ſub & faux.au.in o.pductã cõuerſa ſignificat ſpũm p̃cludo & veluti obſtrictus faucibus. Oui. Suffocent aiam dira venena tuã.

¶ Suffragor pe.p.ſignificat adiuuo fauorẽ fero. Cui⁹ contrariũ eſt refragor pro repugno aduerſor. Vir. Copia me pdit tu ſuffragare rogatus.

¶ Suffragiũ mõ auxiliũ ſignificat mõ illas voces q̃ dabant́ in comitijs & in tabellis deſcribebant́ qbus vnuſquiſq; ſuã declarabat voluntatẽ de aliquo in magiſtratũ eligendo. Iuue. Libera ſi dentur populo ſuffragia quis tam. Inuenit́ etiã ſuffragiũ e frango is. fra ſyllaba correpta. Ouid. de nuce. Quid niſi ſuffragiũ nymbis ruitantibus eſſem?

¶ Suffrago pe.p. dicit́ in poſterioribus pedibus aialiũ quod in prioribus genua: vel eſt nodus ſub crure quo pedis verſura conſtat: tibiæq; ita annectitur pes vt verti poſſit: id quod ſpectamus in bobus equis & cæteris armentis. Dictæ ſuffragines: q2 ſuffringant́: hoc eſt in altum frangantur. Conſtat ſane genua animalium q̃ aial generant ante ſe flectere: ſuffraginũ vero arti⁹ in aduerſum. quẽadmodũ igit́ poplites dicti ſunt q2 poſt plicentur: ita ſuffragines: q2 ſupra frãgãtur. Ply. Victimarum pbatio in vitulo: vt cauda articulum ſuffreginis contingat. Idem. Aues & quadrupedes alas in priora curuãt: ſuffragines in poſteriora. Hinc ſuffraginoſi equi quorũ ſuffragines morbo vitiatę ſunt. Colu. libro ſeptimo. Suffreginoſæ hordeacea farina imponitur. Suffragies etiam dñr vitis ſoboles. Col.li.v. Et ſi ſoboles quam ruſtici ſuffraginem vocant radicib⁹ adhæret: diligenter explantãda ferroq; alleuanda eſt: vt hibernas aquas reſpuat.

¶ Suffulcio ſuſtento. Var. Vt maiorib⁹ perticis ſuffultæ vites euras non pertimeſcant.

¶ Suffundo is. Vide in dictione Fundo.

¶ Suggero is.pe.cor.ſoggeſſi ſtum. Vide in dictione Gero.

¶ Suggeſt⁹ vel ſuggeſtum a ſuggero q2 ibi ligna ſuggerantur in quibus ſtari poſſit. Significat enim locum editiorẽ puta pulpitũ. vt apud Var.lib.iij. de re ruſ. Ex ſuggeſto faleris vbi ſolent eſſe peripetaſmata pdeunt aues in ſtagnum.

¶ Sogo is.xi.ctũ.& ſugitũ.hic ſuctus us.& ſugit⁹ & ſugiturus. Aug. Multi p̃cones p̃ceſſerunt adhuc naſciturum de virgine Maria futurum infantem & ſugiturum lac. Dicit́ & ſugeo es. Vnde Exugeo: ſicut a ſugo exugo: quod eſt ſuccum traho. Plaut. in Epi. Ego me vertam i hirudinem atq; eorum exugebo ſanguinẽ. Sue. in Auguſt. Pſyllos admouit qui venenum ac vir⁹ exugerent.

¶ Sugillo as.ex pcuſſu carnem maculo. e ſogendo q2 ſuccus hoc eſt liuor deducat́. Hinc Sugillati dñr q ex pcuſſione tumorẽ maculãq; cõtraxerunt. Ply.li.xxvij. Caſeus recens cũ melle ſugillata emendat. & lib.xx. Cinis allij ex oleo & garo illitus ſugillata aut liuẽtia ad colorẽ reducit. Interdũ Sugillare ẽ deridere: detrahere: accuſare: dãnare: rep̃hendere. Liui. Legati grauiter ferentes ſe ſugillatos eſſe. Hiero. in p̃fa. pẽtateuchi. Qui me aſſerunt in.lxx. interp̃tũ ſugillatione noua p veteribus cudere: nõ dãno: non rep̃hendo ſeptuaginta: ſed confidenter cũctis illis apoſtolos p̃fero.

¶ Suggrundia ptes tecti pminẽtes. Var.li.iij. de re ruſ. Subgrundas appellat. Aues inqt ſubtus ſubgrundas ab initio villatico vſæ tecto.

¶ Suggrundaria veteres dicebant ſepulchra infantium: qui necdũ .xl. dies impleſſent: vt inquit Fulgentius Placiades. cum nec buſta dici potuerũt: quia oſſa q̃ comburerent́ non erant: nec tanta magnitudo cadaueris q̃ loco tumeſceret.

¶ Suinus a.um. quod ex ſue ẽ: a quo fit diminutiuum Suillus a.ũ. vt caro ſuille.

¶ Sui & eius deriuatiuum Suus a.um. ſunt pronomina reciproca: dicta q2 ſicut reciprocatur ſpiritus cum recipitur: ita hæc pronomina ad id vnde prodierãt reuertuntur. Vnde non recte dicimus. Ego dixi ſibi. Non eſt ſibi curæ reſp. Tu fuiſti ſecum. quia nulla in his eſt reciprocatio. Sed dicendum. Ego dixi ei. Non eſt ei curæ Tu fuiſti cum eo. Similiter non dicimus. Vidi Ciceronem & fratrem ſuum: ſed fratrem eius. Econtrario non recte dicitur. Omnia ad te ſpectant vt des illis cibum in tempore. cum ſibi dicendum ſit. Sicut enim recte dicimus. Omnes expectamus: vt det nobis eſcam. Omnes expectatis: vt det vobis eſcam. Ita dicendum eſt. Omnes expectant vt det ſibi eſcam. Eſt tamen quando indifferenter ponitur prout ad illius de quo loquimur vel ad noſtram perſonam ſermonem referim⁹: in quorum primo reciprocatio eſt: alter nullã habet reci-

procationem: vt oēs optant qđ ſibi vtile eſt: & omnes optant quod ipſis vtile eſt. Illud ad perſonam eius de quo loquimur referꝛ: & manifeſtā habet reciprocationem. hoc ad perſonā noſtram. Ideoq; nulla eſt in eo reciprocatio. Cice. Multi dubitabāt quod optimū eſſet: multi qđ ſibi expediret. Idē. Legatꝰ in pacem ꝓfectus in ꝓuincia pacatiſſima ita ſe geſſit vt ei pacē eſſe expediret. Notandū ꝙ aliquādo pro ſui ſiue ſuus ponitꝛ iſi aut ipſe: aut ille dutaxat ad euitandā amphibologiā. Cicer. in Bruto. Is ſoceri inſtituto quem quia cooptatꝰ in augurum collegiū non erat: nō admodū diligebat: prę ſertim cum ille. Q. Sceuolam ſibi minorem natu generum prętuliſſet. Item ſciendum ꝙ ſuus quādoq; ꝓ proprius accipitur: vt velle ſuum cuiq; eſt. Interdū etiā additur ſibi nulla neceſſitate: ſed tantum veluti cuiuſdam feſtiuitatis gr̄a. Cic. Suo ſibi victitant ſucco. Col. Suo ſibi iure abluūtur. Dicimus etiā ſuus eſt illꝰ mos. Sua eſt iſtiꝰ natura. Suus eſt Ariſtotelis modus. Suū Platonis genus. Habetq; hoc ꝓnomē ſuus vocatiuum vt ſi dicam. Defendite Cæſarem o amici ſui.

¶ Sulcus proſciſſio terræ. Vnde tertio: quarto: quinto ſulco ſerere dicimus. id eſt ter: quater: quinquies arādo Plyn. Quarto ſeri ſulco Virgil. exiſtimatur voluiſſe cū ait Ipſa ſeges demū votis reſpondet auari agricolę bis quæ ſolem: bis frigora ſentit. hoc eſt quæ bis per æſtatem: bis per hyemem aratur. Item ſpiſſius ſolum ſicut plærūq; in italia quinto ſulco ſeri melius eſt. Aliquādo Sulcus ponitur ꝓ foſſa. Quādoq; & ipſa quædam terræ proſciſſio eſt. Virg. Auſim vel tenui vitem cōmittere ſulco. Proprie vero ſignificat quicquid aculeatū in lōgitudine eſt. Idē. Et linguis micat ore triſulcis. Hinc Biſulcus a. um. Vnde Biſulcum animal quod non ſolidas: ſed fiſſas vngulas habet. Triſulcus a. um. vt Triſulcum telū: quod eſt trifidum. id eſt tres acies habens: a tribus partibus findens.

¶ Sulcatim aduerbium ſignificat per ſulcos.

¶ Sulco as. ſulcos facio. proſcindo. Col. lib. xij. In ſubacta iam terra latiores porcæ ſulcantur.

¶ Sulfur naſcitur in inſulis æolijs inter ſiciliā & italiā: ſed nobiliſſimū in Melo: vt ſcribit Ply. lib. xxxv. Hinc Sulphureus a. um. quod eſt ex ſulphure.

¶ Sulfuratus a. um. quod ſulfur habet. Vnde ſulfurata dicuntꝛ ligna exilia ſulfure ab vtraq; parte intincta ad accendendas lucernas. Mar. Qui pallētia ſulfurata fractis permutat vitreis.

¶ Sulfuraria æ. locus vbi ſulfur coquitur.

¶ Sulmo oppidū in brutijs Pelignæ regionis Ouidij patria. Vnde ipſe ait. Sulmo mihi patria ē gelidis vberrimus vndis Milia qui nouies diſtat ab vrbe decē. Dictus Sulmo a Solymo æneæ comite cōditore eiꝰ vrbis Ouid. Huius erat Solymus phrygia comes vnꝰ ab ida A quo Sulmonis mœnia nomen habent.

✱ Sultis veteres dixerunt pro ſi vultis. Cc.

¶ Sultanus vocatur rex ægypti.

¶ Sum es. multis capitur modis: variæq; conſtruitur Nam ſubſtātiuum dictum eſt ꝙ per ſe ſubſiſtet nec indigeat alio: ſed in ipſum cætera verba reſoluātur. vt ego lego. id eſt ego ſum qui lego: tu legis. tu es qui legis. Propterea etiam frequenter prępoſitis pronominibus demonſtratiuis nō poſitum intelligitur. Virgi. Tu ne ille æneas quē Dardanio Anchiſæ. Et nam Polydorus ego. Exiſtimat autē Plato illa non eſſe quę oriantur vt intereant: augeſcant: ſeneſcāt. Id vero ꝓprie eſſe dicit quod ęternum eſt: neq; mutabile: neq; corruptibile qđ dei proprium eſt. Vnde eſt illud. Ego ſum qui ſum. tāꝗ ſolus deus eſſe dicatur. Deus enim auctore Auguſt. Summa eſſentia eſt: rebꝰ autem eſſe dedit: ſed nō ſumme eſſe ſicut ipſe eſt. Et alijs dedit eſſe amplius: alijs minus. Vnde in Abacuc ſcribitur. Ipſi quoq; erunt quaſi nō ſint. Et in Heſter. Ne tradas domine regnum tuum ijs qui non ſunt. Copulat hoc verbum quandoq; ſimiles caſus. vt Cicero fuit eloquētiſſimus. Quandoq; vltra nominatiuū cōſtruitur cum datiuo. Hie. Sicut enim abſcindendos & erudiendos infideles ac perfidos homines qui ſcādalum ſunt corpori eccleſiæ dominꝰ præcepit. Qui tamē nolatiuus a parte poſt in datiuo poni poteſt: vt qui ſunt ſcandalo corpori eccleſiæ. Quandoq; cum genitiuo: & hoc miſtis modis: vt cū poſſeſſionē denotat. vt prędicamenta ſunt Ariſtotelis. Cōponitur pro æſtimo ſiue valeo: ſed hoc dūtaxat in tertia perſona tam pluralis ꝗ ſingularis numeri. Sal. in Iug. Nunc vos æſtimate facta an dicta pluris ſint. Teren. in adel. Argenti ꝗti eſt ſumito. id eſt ꝗto precio valet. Cice. libro ſecūdo offic. Vt cōmodiꝰ putarēt numerari ſibi qđ tāti eſſet ꝗ ſuū recuperare. Eſſet. id eſt æſtimaretur. Similiter cum ſignificat pertinet ſeu officium eſt. Et hoc in tertia perſona ſingularis numeri tantum. vt religioſi viri eſt pudicitiam ſeruare. id eſt officiū eſt: vel ad religioſum virum pertinet. Item cum ſignificatꝛ laus vel vituperatio. vt tu es egregiæ laudis. & hæc res eſt magni laboris vel periculi. Item cum ſignificamus māſionē: vt Ego ſum domi meę. Quādoq; iungitꝛ datiuo. Et tūc ſignificat habeo. Virg. Sunt mihi bis ſeptem pręſtanti corpore nymphæ. Iungimus plærūq; duos datiuos. & ſignificat Do. vel afficio. Ci. Q. Marco. Si enim mihi ſtudij fidelitas eſt tātę voluptati quātę eē in iſto. Hęc eadem bona debent additis litteris ſermonibus humanitate quæ ſunt in ipſis his cōmodis potiora. id eſt dat vel afficit voluptate. Qui modus dicēdi frequēs apud auctores inuenitur. Ponitur & pro conuenit: ſiue contingit: ſed in tertia tantum perſona ſingularis numeri. Val. max. lib. j. Non eſt inter patrem & filium vllius rei cōparationem fieri. Præſertim diuinitatis faſtigio tunctos. Virg. Nec non & Tityo o terrę oīpotentis alūnum Cernere erat. id eſt licebat. Quale eſt illud apoſtoli. Cōuenientibus vobis in vnum iam non eſt cœnam dominicam manducare. Apponitur quandoq; huic verbo ablatiuus ſine ꝓpoſitiōe vt tuo beneficio liber ſum. Et tu es magna vi animi & corporis. Aliquādo etiam cū prępoſitione. vt hæc res eſt in poteſtate mea. Ius eſt in armis. Oēs ſub cælo ſumus. Sum pro tribunali. Sum in ludo litterario. Hoc eſt ab re. id eſt nō decet: vel eſt in decorum alienum abſurdum. A vobis eſt: veſter eſt. ſicut Verbum eſt a Cicerone. id eſt verbū eſt Ciceronis. Quandoq; cōſtruitur cum accuſatiuo mediante apud vel penes. vt hęc ſentētia eſt apud Ariſtotelem. Interdum mediante ad. Et tunc eſt ſignificat expoſitum eſt vel vergit. Cæſar. Aquitania a Garūna flumine ad pyreneos montes & eam partem quę eſt ad heſperiā. Ponitur nōnunꝗ ſine caſu a parte poſt. vt in Exodo. Qui eſt miſit me. Et illud. Quę ſunt quę fuerant & quę poſt facta ſequētur. Aliquādo eſt ſumitur pro habes. vt nō eſt ꝙ moleſte feras mortem patris. Preterea iungitꝛ aduerbio. vt Hic illius arma: hic currus fuit. Item iūgitur infinitiuo alterius verbi: vt magnę laudis eſt vacare ſapientiæ. Et animi fortitudo eſt aduerſa contēnere. Huius verbi compoſita ſunt Abſum: Adſum: Deſum: Exum apud veteres ꝓ extra ſum. Sic enim lictor ī quibuſdam ſacris clamitare ſolebat: Hoſtis victus mulier virgo exeſto. hoc eſt non introito. Inſum: Interſum: Obſum: Poſſū: Preſū: Proſū: Perſū valde ſū. Gel. Platoni & Socrati perfuit familiaris. Subſum & Supſum.

¶ Sumen fit ex papillis ſuillis vno die poſt partum ſectis ac ſalitis. Mar. Eſſe putas ſumē nōdū ſic vbere lac-

go Effluit & viuo lacte papilla tumet. Plau. I cap. Quāta labes lando: quāta ſumini abſumēdo. Alij putant eſſe lac ſuis extractū ac dēſatum ſue occiſa. vel quaſi rumen. i. mulieris māma. nomē a ſugendo deductum.

¶ Sūma eſt ſententię alicu⁹ aut rerum de quibus verba fiunt: collectio. Virg. li. iiij. Nauiget hęc ſumma eſt. Huius dimi. eſt ſummula. i. parua ſumma.

¶ Sūmus a. um. qđ eſt oim altiſſimum: vt hic ſummū locum in vrbe tenuit. Virg. Sūmo ꝗ vlularunt vertice nymphæ. Aliquādo dicit Extremū. Cice. in horten. Vixit ad ſummā ſenectutē valitudine optima. Virgil. Venit ſumma dies: & ineluctabile tempus Dardaniæ. Aliquando maximum: quo nihil ſit maius. Sic Iuppiter ſumm⁹ dicitur. Cic. lib. ij. tuſ. Summū quo nihil ſit ſuperius. Et a Virgilio dictū eſt: Sūme deū: ꝓ maxīe deorū. Aliquādo laudabile: glorioſum. Vir. Me ne igit ſocium ſummis adiūgere reb⁹ Nyſe fugis? Hinc ſummitas: altitudo. ex quo altior pars mōtis ſummitas dicit.

¶ Summates. pricipes in ciuitate: qui & optimates: & primates appellantur.

⁎ Sūmitudo etiā a nōnullis ꝓ ſummitate capitur. Ce.

¶ Summū pretiū: eſt libertas. Ter. in an. Quod habui ſummū pretium perſolui tibi.

¶ Summo as. ſummam facio. Hinc Conſummo as. de quo alibi.

¶ Summatim: per ſingulas ſummas. Apul. Oia ſummatim tetigerat. Item breuiter & oibus quaſi ſimul cōprahenſis. Plyn. Sed vt de hac re ſummatim dicā. Huius ſignificantiæ ſunt In ſumma: & ad ſummā. quæ ita ſignificant acſi diceremus. Quod vt ſummatim comprahendam. Quintilianus. In ſumma non recedo: fas eſt mihi inuitis etiam parentibus pie facere. Ci. li. offic. Ad ſummā ne agam de ſingulis cōmunē totius humani ſocietatē congregationē & conciliationē colere: tueri: conſeruare debem⁹. Sed ſi ad ſummū dicimus: ſiue ſummū ſine ad: ſignificat ad plus. Cicer. pro Milone. Vnus aut ad ſummū duo inuēti ſunt: qui Milonis cauſam non ꝓbarent. id eſt non plures ꝙ vnus aut duo ex omnibus. Hoc modo dicēdi frequenter vti ſolet Quintil. per aduerbiū ſemel. Et vt ſemel oia complectar: id eſt in ſumma. In eūdem ſenſum etiā quādoq ſumitur Breuiter. Quintil. Breuiter tamē longę crudelitatis explicāda ſæuitia eſt: ex oibus quę protuli: leuiſſimū fuit ꝙ occiſus eſt. Ply. A reliqua vero gallia cultu virorum morū dignatione: amplitudine opum ꝑferenda: breuiterq italia verius ꝙ prouincia. Aliquando etiā ſummatim a ſumm⁹ fit: & ſignificat per ſūma: hoc ē alta. Col. lib. iij. Si nautem eouſq exarurit: ſcilicet vineę truncus vt curuari non poſſit: primo anno ſummatim: ita ne radices eruas aut lędas ablaqueato.

¶ Summe aduerbium: a ſummus: ſignificat maxime: excellenterq.

¶ Sumo is. pſi. ptum. per ſimplex m ſignificat multū & pene nimiū mihi tribuo. Cic. pro Plan. Ego ꝙ non mihi tantū ſumo iudices neq arrogo. Item ſignificat Accipio. Salluſtius. Epiſtolā ſuper caput temere poſitam ſumit. Itē Eligo. Plau. Sumat aliquē ex populo monitorē officij ſui. Itē Conduco. Ci. Quoad enim peruentum quo ſumpta nauis eſt: nō dīt eſt nauis ſed nauigātium. Itē Cōſumo. Teren. in adel. I ergo intro: & cui rei op⁹ eſt hilarē hūc ſumam⁹ diē. Itē Impēdo. Idē Iphor. Nūc argentū attuli fructū quem Lemni vxoris reddūt prędia: id ſumā. id eſt impēdā: vt Donat⁹ exponit. Vnde ſumptus. Huius cōpoſita ſunt. Abſumo. Aſſumo. Cōſumo. Deſumo. Inſumo. Preſumo. Reſumo. Trāſſumo. quæ habēt penul. productam.

¶ Sumanus: dicit qui libenter ex alieno ſumit.

¶ Sumanalia dicunt liba farinacea i modū rotę facta.

⁎ Summœniū dicebat loc⁹ lupanaris ꝙ fere ſub mœnibus eſſet quaſi ſubmœniū. Inde ſubmœniæ meretrices dſit. Martialis. Conuiuia quiſquis zoili poteſt eē ſūmœnias cœnet inter vxores. Co.

¶ Sūptus a. um. capt⁹ vel elect⁹: vt ſumpt⁹ eſt cibus.

¶ Sūptus us. īpēſa ꝙ pecunia ipendat vel exponat. Ply. Qui eā domū magno ſumptu ędificauerat.

¶ Sūptuoſus: qui immoderatū ſumptum facit. Sumptuoſa cœna: in qua multū impenſę datū eſt. Cice. Pęto. Expecta igitur hoſpitē tum minime edacem tū inimicum cœnis ſumptuoſis.

¶ Sumptuarius a. um. quod ad ſumptum pertinēt: vt lex ſumptuaria: quæ de moderādis ſumptibus lata eſt quā Cato Cibariā appellat. Cicero Pæto. Ad fungos me tuos conferā domū ſi habebo in denos dies ſingulos ſumptuariæ legis dies conferā. Tertul. in apole. ſic ſcribit. Leges ſumptū cōprimentes centū æra non amplius in cœnā ſubſcribi iubebāt: nō amplius ꝙ vnā inferre gallinam: & eā non ſaginatam. Centenarias appellaueie antiqui cœnas: ab impēſa centū ſeſtertiorum.

¶ Sumptifacio as. ſicut ſonat Plau. Si nunc me ſuſpēdam meam operam luſerim: vt præter operam reſtim ſumptifecerim.

¶ Summitto: clanculū & furtim immitto. Sueton⁹ in Cęſare. Summiſſis nonnūꝙ lictoribus atq militib⁹. Et ſummittere eſt permittere creſcere. Idem in eodē. Audita clade Titurtana barbā capilliūq ſummiſerit. Nāq ſummittere barbā & capillū dicimur: quando neq tondemus: neq radimus: permittētes ad enormitatē adoleſcere: quod ſpecimen eſt maximi doloris. Id etiā promittere & Immutere dicitur. Aliquando ſubdere: inclinare: ſupponere. Lucilius. Sūmittas alios ſi quos poſſe cenſeas. Aliquādo Demittere. Virgilius. Paſcite vt ante boues pueri ſubmittite tauros. Hinc ſummiſſum humile dicimus. Cicero. Neq ſummiſſum nimis: neq ſe nimium efferentem.

¶ Summiſſus: humilis. De quo modo. Virgil. Sūmiſſi petimus terram. Et ſummiſſus murmurator: qui nō aperte loquitur. Hinc ſummiſſim aduerbiū. Sueton⁹ in Aug. Nā & ad cōmunionē ſermonis tacentes/etiam ſummiſſim fabulantes prouocabat.

¶ Suo is. ſui. ſutum. ſarcio. Vnde ſutores qui calceos ſuunt. Et a ſue quidam hoc verbū deducunt: quia huius animalis pilis in ſuendo ſutores vtunt. Per tranſlationē ſuere ponitur pro cōiungere: nectere: ligare: ſtringere. Gellius. Sed hi plęraſq naues loris ſuebant. Huius cōpoſita ſunt. Aſſuo: quod eſt ad aliquid ſuo: ſiue ſuendo annecto. Conſuo. Circūſuo. Plyn. lib. vij. Etiā nūc in Britannico oceano vtiles corio circūſutę fiūt rates. Deſuo: quod ſutū erat diſſoluo. Similiter Diſſuo. Cic. in Lęlio. Tales igitur amicitiæ ſunt remiſſiore vſu eluendæ. Et vt Catonem dicere audiui: diſſuendæ magis ꝙ diſcindēdæ. Exuo. Inſuo: int⁹ ſuo ſiue ligo. Val. max. lib. pmo. Tarquinius. M. Tulliū duūuirū ꝙ librū ſecreta ciuiliū ſacrorum continētem cuſtodiæ ſuæ cōmiſſum pecunia corruptus Petronio ſabino ſcribēdū dediſſet culeo inſutum i mare abijci iuſſit. Interſuo: interpono: intermitto. Perſuo: in totū ſuo. Præſuo. ante ſuo. Reſuo: rurſus ſuo: aliquādo etiā eſt cōtrarium ſuo ſimplici. Reſuimus eni quæ ſuta ſunt: ſicut recludim⁹ quę clauſa. Sueton⁹ de Aug. Sumēti virilē togā tunica laticlaui reſuta ex vtraq pte ad pedes decidit. Subſuo: ſubter ſuo. trāſuo ad modū ac⁹ trāſeo. Col. li. vij. Media pars deſcripti orbiculi eadē fibula tranſuitur.

¶ Suppar. ex ſub & par: quaſi ęqualis. Ambro. lib. hexa. Præſtantiſſimū quoq cādidum munus eſt & viſui

ſuppar gratia. Idem libro de Abel. Tertium genus eſt
peccati quidem minoris: ſed ſupparis arrogātię: eorū
ſcilicet qui datorem bonorum deum non negant: ſed
quæ acciderint ea ſibi propter prudentiam ſuam cæte-
rarumq; merita virtutum iure delata arbitrantur.
¶ Supparus vel ſupparū. pen. cor. vtroq; modo dicit̄
pro genere leuis atq; anguſtę togę: q; eo ſuperindua-
mur. Luc. Suppara nudatos cingūt anguſta lacertos.
Feſtus. Supparū veſtimētū puellare lineū quod etiam
ſubucula: hoc eſt camiſia dicit̄. Eſt & ſupparū nauiū in
ſigne. Seneca lib. xj. epiſtolaꝝ ſcribit Supparū alexā-
drinarū nauiū inſigne indiciū eſſe. Sūt em̄ ſuppara ve-
la velorum q̄ ſup antennas explicant̄. de quibus Luc.
Imaq; pandēs Suppara veloꝝ perituras accipit auras.
¶ Sippariū: velū tenuiſſimū ad ſcęnas velandas. Ci-
ce. de prouincijs conſularib⁹. Quibus cum iam ex or-
cheſtra helluatur: antea poſt ſipparū ſolebat. Apul.
in me. Oro te inq̄ aulęum tragicū dimoueto: & ſippa-
rium ſcęnicū complicato.
¶ Supellex. & hęc ſupellectilis: & hoc ſupellectile. Nā
in pl̄i hęc ſupellectilia facit. In ablt̄ō ſingulari ſupelle-
ctile & ſupellectili. Var. li. ij. de anal. Sæpe itaq; ex eadē
ſupellectili licet videre. Supellex dicitur domeſticū pa
trifamilias inſtrumentū ſicut docēt iuriſcōſulti: apud
quos titul⁹ eſt de ſupellectili legata. Cuius noīe vt inqt
Pōpo. cōtinent̄ menſę / trappę / aphora / delphica / ſubſel
lia / ſcamna / lecti / margaritæ / culcitræ / & oralia īperialia /
pelles / laquminaria / candelabra / lucernæ / & trulla / vaſa
ænea / vulgaria. id eſt quę nō ꝓprio ſunt loco attributa:
capſę / armaria / vitrea / eſcaria / & potoria.
¶ Suppilones dicti ſunt emaſculatores pædicones qͥ
ſubtus podicis pilos tondant.
¶ Super & ſupra: ὑπὲρ υ ἰσ ου λατίνοισ καὶ Δαδεία ἰσ
σ τρέπεται. ✝ Id eſt ὑπὲρ υ in ου latinis & aſpirata i σ ver
titur. Præpoſitiōes a ſupera deductæ idem ſignificant:
Super quidē per apocopen: ſupra per ſyncopē. Super
vtriq; caſui ſeruit. ſupra accuſatiuo tantū. Et ſup in ſi-
gnificato contrariatur ſubter. ſupra vero infra. Quãu
tem quidā dicant ſuper continuū eſſe: vt ſedeo ſup la-
pidem: ſupra interiecto ſpatio: vt nubes impendent ſu
pra nos: non vſq;quaq; ſeruatū eſt ab auctoribus. Au
guſt. lib. v. con. vtrūq; indifferēter poſuit de luce dei lo
quens. Nec ita erat ſupra mētem meā ſicut oleū ſuper
aquā: nec ſicut cælū ſuper terram: quia ipſa fecit me: &
ego inferior quia fact⁹ ſum ab ea. Liui. lib. xliiij. Vbi ci-
tra muros ſupra ſubterq; terram per dies. xxv. pugna-
tum eſt. Sciēdū eſt qͥ ſuper ſeparata & ablatiuo iūctas
modo ſignificat de. Virgili. Multa ſuper priamo rogi-
tans: ſuper hectore multa. Modo In. vt Fronde ſuper
viridi ſunt nobis mitia poma. Idē. Virg. Nec ſuper ipſe
ſua molit̄ laude laborē. Iuncta vero accuſatiuo ſignifi
cat vltra. vt Super Garamantes & indos Proferet im-
periū. Apul. Iam enim ſuper oppidū profect⁹ nos ci-
tra reliq̄rat. Virg. lib. ix. ablatiuo iūxit. Nocte ſuper me
dia. i. vltra mediā noctem. Et eſt bona elocutio. vt ſi di
cas Legi noctem ſuper mediā. Aliquando deſup. Vir-
gil. Et ſuper e vallo proſpectant troes. Aliquando Val
de. vt His accenſa ſuper iactatos ęquore toto Troas re
liquias danaum atq; immitis achillei. Quādoq; abſolu
te ponit̄ in ſignificatione naturali. Plaut. Hinc atq; hic
ſuper ſubterq; premor anguſtijs. Quandoq; ponitur
pro ſupereſt. Virgi. Nec fuga iam ſuper. Quādoq; pro
inſuper: amplius Idem. Cui neq; apud danaos vſq̄ lo
cus: & ſuper ipſi Dardanidæ infenſi pœnas cū ſangui-
ne poſcunt. Cōpoſita habet ſignificationē naturalē. &
componitur cū dictione incipiēte ab A. vt ſuperaddo.
C. vt ſupercido. D. vt ſuperduco. E. vt ſupequo. F. vt
ſuperſto. I. vt ſuperincido. M. vt ſupermeo. P. Vt ſup-
pono. S. vt ſuperſedeo. V. vt ſuperuacuus. A ſuper fit
comparatiuū ſuperior. ſuperlatiuum ſupremus. Cōpo-
ſita ſunt Inſuper & Deſuper.
¶ Superiorem & inferiorē dicim⁹ fere: quādo de malis
loquimur. vt Dionyſius ſuperior: & Dionyſi⁹ inferior.
Cum de bonis loquimur: ſi temp⁹ denotam⁹: ſuperior
& poſterior dicim⁹. vt Cyrus ſuperior: & Cyrus poſte-
rior. Si vero dignitatē. Maior & Minor. vt Maior & Mi
nor Scipio. Et hoc de duobus. Nam ſi de pluribus: vti
mur ſuperlatiuo vel poſitiuo. vt Magnus Pompeius.
Alexāder magnus. Superiores comparatiue ſumptū
ſignificat qui magis ſupra ſunt: quibus contrarij ſunt
Inferiores. Interdum habet vim poſitiui: cū intelligun
tur ij qui ſunt ſupra gradum quartum cognationis vel
affinitatis: ſicut inferiores qui ſunt infra ipſum gradū.
Varro lib. ſecūdo de re. ru. Itaq; proauos ac ſuperiores
de tremelijs nemo appellatus ſcropha.
¶ Superbia: eſt ſuperegrediens elatio mentis.
¶ Superbio is. & ſuper & eo is. b. melioris ſoni gratia
interpoſita. & e. in i mutata: niſi velim⁹ ſuperbio a ſup-
bia deriuatum eſſe: quod tamē non abnuo. Superbio
tamen naturalem ab eo is compoſitionē & ſignificatio
nem paſſiuā habere oſtenditur. Vnde quicquid in ali-
qua re excellit: ſuperbū dicere poſſum⁹. quaſi ſup alia
iens. Virgili⁹. ceciditq; ſupbū Ilion. Hoc eſt nobile: ma
gnificum. Plyni⁹ libr. xxxvij. Superbio pro ſuperbus
eo. vel ſuperbus ſum poſuit cum inquit. Hinc geminę
certe apud Menandrum & Philomenem fabulæ ſuper
biunt. Claudianus lib. iij. de raptu. Phlegræis ſylua ſu
perbit Exuuijs totūq; nem⁹ victoria veſtit. Hoc eſt no-
bilitatur: celebratur: illuſtratur.
¶ Superbus: elatus: arrogans. Virgi. lib. iij. æneí. Stir-
pis achillę faſtus iuuenemq; ſuperbum. Aliquādo no
bilis: magnificus: excellens. vt Hinc populo late regē
belloq; ſuperbū. Aliquando altus: elatus. Idem. Arua
petēs tiburq; ſuperbū. Aliquando Ornatus. Idē. Bar-
barico poſtes auro ſpolijſq; ſuperbi. Aliquādo Opulē
tus: vt apud eundē. Simul enſe ſuperbum Rhamnetē
aggreditur. Aliquādo iniquus. vn̄. Quos illi bello pro
fugos egere ſuperbo. Antiqui etiā ſuperbos ꝓpter pō
pam funeris mortuos dixere. Plau. in am. Faciam ego
hodie te ſuperbū: niſi tu hinc abis.
¶ Supercido is. pe. cor. ex ſuper & cado. Col. lib. v. Ne
ſi tranſuerſa fuerit cicatrix cæleſtem ſupercidentem
aquam contineat.
¶ Supercilium: ex ſuper & cilium. Supcilia data ſunt
homini pilis breuibus adornata: quę quaſi geminis ag
geribus munimentū oculis præſtarēt: ne quid ſuperne
incideret: & ſimul ſpeciem præberent. hæc & pariter &
alterne mouent̄. Supercilia dicunt̄ vltima pars frontis
pilis veſtita: quę cilijs prominet. Sed quoniā his annui
mus: his negam⁹: ideo ſupercilium quādoq; pro faſtu
& ſupbia ponitur. Iuue. Si cum magnis virtutibus af-
fers Grāde ſupciliū & numeras in dote triūphos. Quā
obrem etiam pro eminentiore loco ponitur. Virgili. in
Geor. Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis vndā Elicit. Hie
ro. in libro Numeri. Illo mortuo in mōtis ſupercilium
deſcēdit Moyſes cum Eleazaro. Interdum ponit̄ pro
grauitate auſteritate: & ſeueritate. Vnde in Priap. legi-
mus. Cōueniens latio pone ſupercilium. id eſt grauita
tem. Et apud Valerium maximū legitur ſuperciliū cen
ſorium. Is vero cui ſupercilia porriguntur & prominēt
Stillo appellatur.
¶ Supercubo as. penu. cor. ſuperiaceo. ſuperdormio.
Col. lib. viij. Perforatis tabulis quibus ouilia cōſternū-
tur: vt grex ſupercubet.

¶ Superduco quaſi ſoppono. Hier. ad Furiā. Sup͂ducit mater filijs nō nutritiū ſed hoſtē nō parentē ſed tyrānum inflāmata libidine vteri ſui: & inter paruulos ſuas miſerias neſciētes lugēs dudū noua nupta cōponitur.

¶ Superedo penul. cor. ſupermando: quaſi poſt comedo. Plynius libro. xix. Menander e græcis auctor eſt aliuma dētib⁹ betæ in pruna toſtam ſuperederint odorem extingui.

¶ Superero go. ex ſuper: & e. & rogo ſignificat ſup tribuo. Augu. lib. j. conf. Supererogaſ tibi vt debeas. Et quis habet aliquid non tuum.

¶ Supexto as. componitur ex ſup: & ex: & ſto.

¶ Sup͂ficies dicit̃ quę ex lineis ducit̃: quia duæ lineę iūctæ faciūt ſup͂ficiē vnius anguli: vel acuti: vel obtuſi. Dicta ſup͂ficies: quaſi ſuperior facies.

¶ Sup͂ficiarię ędes inq̄t Caius: quę in cōducto ſolo poſitę ſunt: quarum p̄prietas & ciuili & naturali iure ei⁹ eſt cui⁹ & ſolū. Sup͂ficiarius q in alieno ſolo ſup͂ficiem habet: ita vt certā penſionē præſtet. auctor Vlp.

¶ Sup͂foraneum: quaſi pro ſuperuacaneo Sidonius Apollinaris vſurpat.

¶ Superiacio is. pe. cor. ſuppono vel ſupextēdo. Col. lib. ij. Seminibuſq; de tabulato ſuperiectis. Lactan. de opi. Et ea viſcera formata in eū modū qui cōtexit vnicuiq; generi ac loco aptus fuit ſupiecta pelle.

¶ Superincido is. ex ſuper: & in: & cado componitur. ſignificatq; ſupra io aliquem: vel aliquid cado. Liui. libro ſecūdo. Multiſq; ſuperincidētibus telis incolumis ad ſuos tranauit.

¶ Supermeo as. ſuperfluo: ſiue ſuplabor. Plyni. lib. j. Quędam vero etiam dulces inter ſe ſupermeant alias: vt in Fucino lacu.

¶ Sup͂nati dicunt̃ quib⁹ fœmina ſucciſa ſunt i modū ſuillarum pernarum.

¶ Supernia fœmina ipſa ſucciſa.

¶ Supero as. pe. cor. proprie ſignificat ſupegredior: & quaſi ſupra aſcendo. Virgi. lib. iij. Ge. Superant mōtes: & flumina tranant. Plyn. lib. vij. Arbores quæquidē tantę p̄ceritatis tradunt̃ vt ſagittis ſuperari neq̄ant. Per trāſlationē ſuperare ponit̃ pro vincere. Vir. Quid ſi idē certet phœbū ſuperare canendo. Item ſupabūdare. vt Si ſuperēt fœtus pariter frumēta ſequent̃. Item ſupuiuere: & quaſi ſupſtitem eſſe: vt Quid puer Aſcanius ſupat ne & veſcit̃ aura Aetherea? Itē reſtare. Cice. Deq; eo q̄d ip̄ſa ſuperat alijs gratificari volōt. Et ī euā. Colligite q̄ ſupauerūt fragmēta ne pereant. Itē occidere. Virgi. Cū ferro incautū ſuperat. Hui⁹ cōpoſita ſunt Exupero abūdo. Proſupero ſuperabundo.

¶ Superus a. um. penult. cor. a ſuper ſit. Et q̄uia ſuperus & inferus videantur eſſe poſitiua ſup͂iori & inferioris: tamē in vſu Superi pro cęleſtibus ſiue viuis: Inferi autem p̄ manib⁹ ſiue mortuis accipi ſolēt. Superū mare adriaticū nuncupat̃ per reſpectum ad Tyrrhenū: q̄d græci inferum vocauere.

¶ Sup͂nus a. um. quod eſt ſupra: vt ſup͂na regio. hinc ſup͂ne aduerbiū: q̄d ſignificat de parte ſup͂iore. Plyni. Argentū ſup͂ne innatat vt oleum aquis.

¶ Supſtruo is. ſupædifico. Lactā. lib. vj. Mantentibus enim p̄ceptis eorū q̄ ſolent ad p̄bitatē recte dari ignorātis ſupſtruemus ad p̄ficiendā conſummādāq; iuſtitiam quam non tenent.

¶ Supſedeo es. nō mutat e. in i. ſicut cætera a ſedeo cōpoſita. vt obſideo: reſideo: p̄ſideo: ſignificatq; omitto. & ablō ſep̄i⁹ cōſtruit̃. Cęſar com. j. Et p̄pter multitudinē hoſtiū/& p̄pter eximiā opinionē virtutis p̄lio ſupſedere ſtatuit. Et licet p̄lio datiu⁹ eē videat̃. p̄ abltīm tamē ſic reſolui oportet: p̄lio ſupſedere. i. ſedere ſuper p̄lio. Quo itē modo Ci. lib. iij. ad heren. locut⁹ eſt. Cōmode poterim⁹ p̄ncipio ſupſedere. cū tamē Sulpitio ſcribēs ablō cōſtruxerit. Tu ſi videbit̃ ita cenſeo facias: vt ſi habes iam ſtatutū quid tibi agendū putes in quo nō ſit conſiliū tuū cū meo ſupſedeas hoc labore itineris. id ē omittas ad me venire. Gelli⁹ aūt libro ſcd̄o actō cōſtruxit cū ait. Alia luce auis in paſtum profecta eſt: cognati & affines operam quam dare rogati ſunt ſupſedent. qui tamen accuſatiu⁹ reſoluit̃ in ablatiuum. Nam ſup vtriq; caſui deſeruit. Hieronym⁹ contra Ioui. cū infinitiuo iunxit. Ci. rogatus ab Hircio vt poſt repudiū Terentiæ ſororem eius duceret oīno facere ſuperſedit: dicens non poſſe ſe vxori & philoſophię pariter operam dare. Idem cōtra Pelagianos datiuo iunxit. Vnde ſupſedendum huic labori cenſeo.

¶ Superſto as. ſupra aliquid ſto. Gel. Cū ſedenti aquila ſupſtaret. Quādoq; ſuperſtare eſt ſupeſſe: vnde ſuperſtites dicti ſunt.

¶ Supſtito as. frequētatiuū quo veteres vſi ſunt ſignificat ſaluo & incolumē reddo. Ennius. Regnū veſtrū vt ſoſpitent ſuperſtitentq;.

¶ Superſtes qui ex mortuis quaſi ſol⁹ viuus ſupſtat. Ambro. lib. j. offi. de Noe loquēs ait. Qui ad ſemēomniū reſeruatus ſolus ex omnib⁹ & poteſtate generationis ſuperſtes eſt factus auctor futuræ. Quintil. Defuncta vxore liberis tamē ſuperſtitibus. Superſtes quoq; dicitur qui ſalu⁹ eſt & viuit inter viuos etiam ſine morte ſuorum omniū. Terent. in an. Deos quęſo vt ſit ſuperſtes. Antiqui etiā teſtes ſuperſtites appellarūt. Aliquādo ſupſtes pro præſenti ſumitur. Plau. Supſtitem vtrunq; moniti ne iniuſſi abeant.

¶ Supſtitioſi p̄prietatem habent vt Cic. lib. ij. de natura deorū tradit: ex hoc q̄ p̄ cultura deorū ſupſedeant: qui ſine cauſa timidi ſunt: q̄ deū timēt in rebus etiā nō timendis: hi ſunt qui apud veteres totos dies precabātur & immolabāt vt ſibi ſui liberi ſupſtites eſſent. Ideo non ſolū philoſophi verūetiam maiores oēs ſupſtitionē a religiōe ſeparauerūt. Ois tamen iportuna ineptaq; religio ſecūdū Gelliū ſupſtitio dici poteſt. Lactanti⁹ docet ſupſtitionē & ſupſtitioſos dici: qui ſuperſtitē memoriā eorum colūt: aut qui parentib⁹ ſuis ſupſtites colebant imagines eorū domi tanq̄ deos. Supſtitio autē nihil aliud eſt: q̄ falſi dei cult⁹. & ſicut religio colit deos: ita ſupſtitio violat: vt inq̄t Seneca. A quo ſupſtitio dicitur: error inſan⁹. Seru⁹. A ſuperſtite ſupſtitio dicta: quę anicularū p̄pria eſt: q̄ multis p̄ ętatē ſupſtites ſunt: & q̄ rebus inanib⁹ addictę dū volūt videri nimis religioſę: ſupſtitioſę fiunt: & ita delyrant. Lucr. refert q̄ ſupſtitio ſit ſuperſtantiū rerum. i. cęleſtiū & diuinarū quæ ſuper nos ſtant inanis & ſuperfluus timor.

¶ Supſum affluo: abundo. Virg. Auxilio vrbes italæ populiq; ſupſunt. Interdū p̄eſſe ſignificat reliquū eſſe. Ennius lib. iij. anna. Inde ſibi memorat vnū ſupeſſe laborem. Interdū ſupſtitē eſſe. Plau. in aſi. Sicut tuū vis vnicū natū tuę ſupeſſe vitæ ſoſpitē & ſupſtitē. Interdū vincere: ſuperiorē eſſe. Virg. Ferrea quę blādo nequeant ſupeſſe labori. i. vincere laborē. Interdū ſupfluum eſſe. Gel. Memini ego prętoris docti hois tribunali me forte aſſiſtere: atq; ibi aduocatū reū non habere. Et cū is q verba faciebat reclamaſſet: Ego illi ſupſum: reſpōdiſſe prętorē feſtiuiter. Tu plane ſuperes non ades. hoc eſt ſupfluus ſupuacaneus es. Interdū durare. Virg. Primus ego in patriā mecū modo vita ſupſit. Interdū defendere & aduocatū eſſe. Suet. de Aug. Cunctari ſe neſi ſupeſſet eriperet legibus reum.

¶ Supuacuus. a. um. quod non eſt neceſſarium. Col. libro. iij. Itaq; ſupuacuū eſt hoc repetere iam tradita ra

tione terebrationis.

¶ Supuacaneus a.um. idē qđ ſupuacuus. Ci. Appio. Confirmata amicitia & pſpecta fide cōmemoratio officiorum ſupſuacanca eſt.

¶ Superuaganeus a.um. a vagor fit. Vnde auis ſupuaganea dicebatur ab augurib⁹ cū ex ſummo cacumine vocem emiſiſſet. Vaganeus ſimplex non legitur. Vnde & deriuatiuum eſt.

¶ Supparaſitor pe.cor. paraſito miniſtro. Plaut. i am. Accedā atq; hāc appellabo & ſupparaſitabor patri.

¶ Supplāto as. pe.cō. ſuppono: & ſic a planta fit. Cice. lib. iij. offic. Cōtēdere debet q̄ maxime poſſit vt vincat ſupplātare eū qui cū eo certat ac manu depellere nullo modo debet. Per trāſlationem ſupplantare ſignificat decipere. Hierony. ad Iulianum. Ego te nequāq̄ decipiam adulatiōe ne lubrica laude ſupplantem te. Et ſupplantare ſubtus plātare. Sicq; a planto cōpoſitiuū eſt. Col. li. iij. Si autē ipſam vitē ſternere voles iuxta radicē ita ne ipſam lędas curioſe fodito: & vitem ita ſupplantato: ne radicem adrumpas.

¶ Supplaudo is. ex ſub & plaudo: ſignificat latenter plaudo. Hierony. ad Heliodo. Nec qui q̄ ſibi de corporia mūdi caſtitate ſupplaudat: cum de oī verbo ocioſo qđ locuti fuerint hoīes reddituri ſint ratiōnē in die iudicij. Hoc a me poſitū eſt ne quis plaudo pro plodo aut econtrario forte ſumat: cum maxime differāt. Plodere enim eſt quatiēdo ſiue collidēdo ſonū quēdā facere ab quatio aliquātulō aduerſum. Plaudere vero eſt vocē lętitię & exultatiōis in laudē cuiuſpiā rei aut hoīs efferre. Virgil. li. v. Et ingēti ſonuerunt omnia plauſu.

¶ Supplodo is. pe. p. eſt quaſi ſuccutio ſiue pede ſiue alio ſigno. Cice. ad Heren. Pedis dextri rara ſupploſione. Aliquādo ſignificat reijcio. Dama. Hieron. Rogamus vt abſciſſis opinionib⁹ ambiguitatibuſq; ſupploſis qui ſe habeat ſcribas.

¶ Suppedaneū dicit̄ id qđ ſub pedib⁹ eſt dū ſedemus Aug. Et nō tantū ſuppedaneū Chriſti quātū ſub pedibus ſeruorū eius vos iudęos adduxit.

¶ Suppedito as. penulti. cor. ſubiugo: ſubminiſtro: a ſub & pes pedis. vel a pedito as. q̄uis pedito non ſit in vſu: quaſi a pedito primitiuo. Var. Largiore cibatu ſuſtētare debet: quo facilius lac ſuppeditare poſſit. Eſt & ſuppeditare opprimere. Ci. Nunc video in iudicio mecum contendere non vis: vbi ſuppeditari turpiſſimū: ſuperare pulcherrimū eſt.

¶ Suppeto is. penu. cor. ſignificat latēter ſeu p fraudē peto. Vlpi. Apud Labeonē relatū eſt ſi ſiliginario quis dixerit vt ſi quis noīe ei⁹ ſiliginē petiſſet ei daret & quidam ex trāſeuntib⁹ cū audiſſet petijt ei⁹ noīe & accepit furti actiōnē aduerſus eū qui ſuppetijt ſiliginario non mihi. Nō enim mihi negocium ſed ſibi ſiliginarius geſſit. Suppetit vero in tertia pſona & ſuppetunt ſignificat in promptu eſt: vel ſuccurrit: & huiuſmodi. Plyni⁹. Iunior. Cui abunde ſuppetunt facultates.

¶ Suppetię & ſuppetias tantum habemus a ſuppeto quo nomine Valla auxilium ſignificari exiſtimat: ſed magis ſubſidium eſt. Pla. in epi. Auxilia mihi & ſuppetię ſunt domi. Si enim auxilia & ſuppetię idem eſſent fruſtra alterū eorū poneret̄. ppter qđ ſciēdum eſt q̄ ſicut inter p̄ſidium & ſubſidiū intereſt: q̄ p̄ſidium ſit auxilium quod p̄ſtat̄ alicui: & p̄ſertim qđ ſatis videtur ad defenſionē fore: Subſidium quod ad ſuccurrendū venit: ita ſuppetię ſunt quę ad rem ne labat̄ aut pereat ſuſtētandā mittunt̄: vt eſt ad ſuccurrendū oppidis & obſeſſis: multiſq; laborantibus. qđ ſuccurſum milites appellant: & eſt ferēidem quod ſubſidiū. Dictę ſuppetię quia ſuppetunt oppreſſis. i. p̄ſto ſunt: ſiue ſuccurrunt eis & a fidis ſuppeditant̄. Auxilium vero pprie ad augendas copias atq; vires & peti & mitti ſolet. Cęſar cō. xij. Et nūciabant̄ auxilia magna equitatus oppidanis ſuppetias venire. i. in ſubſidium.

¶ Suppetior aris. auxilior: ſuccurro. Apul. li. viij. At vobis facile eſt ſuppetiari miſerrimo ſeni.

¶ Suppleo es. qđ ſignificet ex voce ſua demōſtratur. Virg. lib. iiij. Remigiū ſupplet: ſocios ſimul inſtruit armis. Et ſupplere ęquare. Idē. Si fœtura gregē ſuppleuerit aure⁹ eſto. Ser. Si tot agnos habuero quod oues: hoc eñ eſt gregē per fœturā ſupplere. Sūt qui hoc verbum per ſimplex p. ſcribi velint. Vnde ſupellex.

¶ Supplementū quod ſupplet̄. Cice. Appio pul. Cenſebant oēs fere vt in italia ſupplemētū meis & Bibuli legionibus ſcriberetur.

¶ Supinū: a q̄buſdā dicit̄ verbū participiale: ſicut gerūdiua ſunt noīa participialia. Et habet duas terminationes. ſ. um. & u. vt lectū lectu. Quod in um finit̄ habet ſignificationē actiuā. Sallu. Legatos ad Iugurthā de iniurijs q̄ſtū miſit. i. qui q̄rerent̄. Idē. Nō mea culpa ſępe ad vos oratū mitto. P.C. hoc eſt qui orēt. Do filiā nuptū dicim⁹: hoc eſt q̄ nubat. Do vęnū: vęndo. Spectatō admiſſi ſum⁹. i. vt ſpectemus. In u. vero ſignificationis paſſiuę eſt: iūgiturq; noīb⁹ adiectiuis. Virgi. Nec viſu facilis: nec dictu affabilis vlli. hoc eſt qđ nec videri nec dici facile poſſit. Ply. Acipenſer piſcis rarus inuētu: hoc eſt qui raro inuenit̄. Dicimus p̄terea dignū ſiue indignū relatu: qđ referat̄. Impiū factu ſi fiat. Horrendū aſpectu: ſi aſpiciat̄. Iucūdū cogitatu: ſi cogitet̄. Obſcœnum viſu ſi videat̄. & ſic de reliquis.

¶ Supinus a.um. quod iacet ventre cęlū verſus. Iuue. Cubat in faciē: mox deindę ſupin⁹. Ponit̄ nonnūq̄ pro ocioſo: molli: negligentiq;. Tractū a re ipſa. Qui enim ſupini iacent ocioſe molliter negligenterq; degūt. Seneca ad Lucil. Eſt quidē mi Lucili ſupinus & negligēs qui lo amici memoria ab aliqua regione admonitus reducitur. Iuuenalis. Et multū referēs de Mecœnate ſupino. Inde Supinor. Mar. Nuſq̄ delicię ſupiniores. Et ſupin⁹ dr̄ mōtuoſus. Hor. li. car. Seu mihi frigidū p̄neſte ſeu tybur ſupinum. Eſt eñ ciuitas in aſcenſu mōtis poſita. A ſupinus fit Reſupious: de quo ſupra.

¶ Suppilo as. penul. pđ. rapio: inuoluo cū fraude: a pilorū raptu: ſiue ab πιλέω cōplano. Plau. in tru. Hæc cū video fieri: ſuffuror: ſuppilo: & de p̄da p̄dam facio.

¶ Supplico as. penult. cor. ex ſub & plico: eo q̄ genua poplitēq; plicamus cū a potētiore magnū aliquid p̄camur. Sunt qui hoc verbū a placo deducant: quaſi ſupplaco: ſed græcum eſt πλέκω. Eſt autem ſupplicare humiliter & cum reuerentia precari. Cic. in Lęl. Q̄ multa eñ quæ noſtra cauſa nū q̄ faceremus: facim⁹ cauſa amicoꝝ p̄cari: ab indigno ſupplicare: tū acerbius in aliquē inuehi: inſectariq; vehementius.

¶ Supplex: qui flexis genib⁹ precatur. a quo Suppliciter aduerbium.

¶ Supplicū: ſupplicatio. Sallu. Nō votis neq; ſupplicijs muliebrib⁹ deorū auxilia parant̄: ſed vigilādo agēdo bene cōſulēdo pſpera oīa cedūt. Var. Boues ad victimas faciūt: atq; ad deorū ſupplicia. Et ſupplicū pœna ſiue tormentū. Virg. Spero etiā medijs ſiqđ pia numina poſſunt Supplicia hauſurū ſcopulis.

¶ Supprimo is. pe. cor. ſubtus teneo. Ouid. lib. j. meta. Supprimit extēplo vocē. Vñ ſupp̄ſſuaſum nerſus. Iuſti. Victi pſę in naues cōfugerūt: ex q̄b⁹ multę ſupp̄ſſę: multæ captę. Aliq̄n ſuppreſſus ponit̄ pro occulto. Sene. E cui⁹ opib⁹ quędā edita: alia ſuppreſſa ſunt.

✱ Suppreſſum teſtamentū dicebat̄ quādo in fraudē heredum vel legatorū ſeu libertorū aliorūve nō eſt palā

ſignatum ſiue exhibitum. Cc.
¶ Supra: modo ꝓpoſitio eſt. Virg. Olli ceruleus ſupra
caput aſtitit imber. Modo aduerbium. Sallu. in Iugur.
Pauca ſupra repetā. Prępoſitio vero nunq̃ componit:
& vltra ꝓpriā ſignificationē q̄nq; ponit̃ ꝓ valde. vt ſu-
pra more: ſupra modū: ſupra iuſtū. Virg. li. ij. Geor. Ra
ra ſit an ſupra morē ſit denſa requiras. Antiqui etiā ſu-
pera ꝓtulerūt: ſicut infra & infera. Cic. in Ara. Huic ſu-
pera duplices humeros affixa videt̃ Stella micans.
¶ Supraq̃ ſignificat ſupra id quātum quod: vel ſupra
id quod. Sal. Corpus patiens inediæ algoris & vigiliæ
ſupraq̃ cuiq̃ credibile eſt .i. ſupra id quantum.
¶ Supremus: extremus. Virgi. Qui ſupremū comitē-
tur honorē. Aliquādo dicit̃ ſumm⁹: alt⁹: maxim⁹. Sue.
Verū ſupmū cęlū intuentē ſtupidū cubuiſſe. Terē. ꝓh
ſupreme Iuppiter. Sic dicit̃ ſupma multa ꝓ maxima.
¶ Supputo as. pe. cor. Vide in dictione puto.
¶ Suppudet: pe. cor. aliquātulū pudet. Ci. Caſſio. Pu-
to te iā ſuppudere cū hęc tertia iā epiſtola ante te oppſ-
ſit q̃ tu ſchedā aut litterā: ſed nō vrgeo.
¶ Suppuro as. penu. ꝓ. Suppurare eſt apoſtema fieri.
Colu. li. vij. Hic idem ſanguis niſi emiſſus fuerit ſaniē
creabit: qui ſi ſuppurauerit tarde ꝓcurat̃. Hinc Suppu
rantia ſiue ſuppuratio dicit̃ cū vlcus ad ſaniē tēdit. Vo
catur & apoſtema: hoc eſt cōcurſus mali humoris in ali
quā partē corporis. a pure dicta. Pus em̄ ſanies eſt: & q
cūq; humor in putredinē verſus. Col. lib. vij. Et cū ma
turuerit ſuppuratio reſcinditur ferro.
¶ Suppuratorius. a. um. qđ ad ſuppurationem ꝑtinet
Idē. Ideo miſcent̃ ſuppuratorijs medicamentis.
¶ Sura: poſterior pars cruris carnoſa: quę tātū homini
ineſſe dicit̃: reliqua aīalia habent crura ſine ſuris: licet
q̄nq; ſumat̃ ꝓ toto crure. Virg. Suras vicire cothurno.
ἐλλησι τὸ σφυρὸν λέγεται ἔμεσρ λατῖνοι ἄγουσι λέ-
ξιν. Id eſt grece hyron dicit̃ vñ latini trahūt dictionē.
¶ Surcus: palus. cuius diminutiuū eſt ſurculus.
¶ Surculus ꝓprie eſt qui inſerit̃. Germen vero qui in
ſurculis naſcit̃. Hinc ſurculoſus a. um. qđ ſurculis abū
dat. Ply. Ramis hyſſopi ſurculoſam.
¶ Surcularis & hoc ſurculare: vt terra ſurcularis: quæ
ſurculos generat. Col. libr. iij. Conſyderandū eſt anteq̃
paſtinetur ſurcularis necne ſit terra.
¶ Surculaceus a. um. Idē. Surculacea in folliculo ſunt
raphano ſinapi rapo.
¶ Surdus qui habet aures obtuſas. ab aurium ſordib⁹
quę in duriciē verſæ marmora aurīū dicunt̃: nec ſinunt
audire. Et tam paſſiue q̃ actiue dicit̃. Nam ſurdus qui
non audit & qui non auditur. Iuue. Surda nihil geme-
ret graue buccina. Et hę: bę ſurdę a Plynio dicunt̃ qua
rum nomina non ſunt. Non enim audiunt cū ſint ſine
nomine. Et abſurdū dictū eſt: quia tale nūq̃ eſt auditū.
vel quia tale eſt vt efficiat ne audiatur. Surdū item dici
tur cuius odor non ſentitur. Perſius. Nec ſpirēt cynna-
ma ſurdū. Et ea quæ guſtū amiſerunt exurdata dicunt̃
Horatius in Ser. Feruida ꝙ ſubtile exurdant vina pa-
latū. Refertur etiā ad viſum. Plyn. lib. xxxvj. Ad hoc
quibuſdā incurrit vmbra: ſurduſq; color fit. Locus etiā
ſurdus dicit̃ in quo non facile auditur. Vict. lib. v. Etiā
diligenter eſt aiaduertēdū ne ſit locus ſurdus: & vt Ieo
vox q̃ clariſſime vagari poſſit.
¶ Surdaſter diminutionē ſurditatis ſignificat. hoc eſt
nō plane ſurdus: ſed vt ſic dicā Surdul⁹ qui parū ſurd⁹
eſt. Sūt em̄ duo noīa in aſter terminata q̃ diminutionē
ſignificāt: ſurdaſter & recaluaſter: cætera imitationē de
notant: vt paraſitaſter: antoniaſter: oleaſter.
¶ Surdo as. actiuū eſt: ſurdū facio: a quo exurdo. de
q̃ io in dictione ſurdus apud Hora. in ſer.

¶ Surdeo es. dui. ſurdus ſum. a quo Surdeſco ſurdus
fio. a quibus obſurdeo & obſurdeſco.
¶ Surgo gis. xi. ctū. ex ſurſum & rego: ſignificat eri-
go. Teren. Vt triduo hoc perpetuo e lecto nequeat ſur-
gere. Hinc ſurgere venti dicūtur: cū veluti ſe erigentes
flare incipiūt. Virgi. Et fando ſurgentes demoror auſ-
tros. Sicut econtrario: quando flare deſinunt ponere
ac reſidere dicunt̃. Idē. Cum venti poſuere omniſq; re
pente Reſedit flatus. Aliquādo ſurgere ponit̃ pro cre-
ſcere: ſeu naſci. Idem. Aſcanium ſurgētem & ſpes hæ-
redis Iuli. Huius compoſita ſūt. Aſſurgo qđ eſt erigor
in alicui⁹ honorem officij vel beniuolētiæ cauſa. Et ſic
datiuo iungit̃. Virgi. Vtq; viro phœbi chor⁹ aſſurrexe-
rit oīs. i. honorem fecerit. Aliquādo aſſurgere ponitur
pro cedere. Auſo. Aſſurgit muſæ noſtra camœna tuæ.
Aliqñ ſumit̃ ſimpliciter ꝓ erigere ſiue creſcere. Col. li-
bro. ij. Collē molliter aſſurgentē: mōtē ſublimē & aſpe
rū: ſed nemoroſum & herbidū maxīe ꝓbauerūt. Virgil.
lib. iij. Geor. Sed iacet aggerib⁹ niueis informis & alto
Terra gelu late ſeptemq; aſſurgit in vlnas. Conſurgo
ſimul ſurgo. Sal. Cōſurrexere oēs ſimulq; in eū impe-
tum fecerunt. Exurgo: e loco ſurgo. Ci. Exurgite oēs
atq; excitatū. Diſſurgo: diuerſe ſurgo. Plyn. libr. xviij.
Ecce tibi herbas tuas ſpargo peculiares ſtellas eaſq;
veſpere & ab opere diſſurgenti oſtendo. Inſurgo in ali-
quem inſilio. Lact. lib. v. Nec eſt magnopere mirandū
ſi aduerſus hominē iſta fiūt: cū aduerſus ipſum deum
propter eandē cauſam inſurrexerit etiam popul⁹ in ſpe
cōſtitut⁹. Præſurgo āte ſurgo. Reſurgo rurſus ſurgo.
Vnde qui reuixerunt reſurrexiſſe dicuntur.
¶ Surrigo as. pe. cor. Vide in dictione Rego.
¶ Surrepo is. penul. ꝓ. ſenſim ſeu ſubtus aut latenter
ingredior. Hierony. ad Dama. Nulli periculoſum: nul-
li videatur eſſe blaſphemū: ꝙ in apoſtolis inuidiæ ma-
lum diximus potuiſſe ſurrepere.
¶ Surripio is. penulti. cor. latenter rapio ſeu furor. Ali
quando in altum tollo: & aliquando per mēdacem nar-
rationem aliquid extorqueo: & quaſi furor. Hinc ſurre
ptum pro furto: & ꝓ impetratione quę fit a pricipe vel
magiſtratu per falſam narrationem.
¶ Surrhentū: oppidū fuit Cāpaniæ a gręcis cōditū cū
promōtorio Mineruę: Sirenū quōdam ſedes. Hic Sur-
rhentina vina dicta ſunt: & Surrhētini calices.
⁜ Surſum quid ſignificet notū eſt. cuius cōtrarium eſt
deorſum. capiunt̃ tñ interdū ambo ꝓ vltro citroq;. Te
rēti⁹ in eunucho. Ne ſurſū deorſum ve curſites. Tractū
ab Athenis cuius portus eſt i imo vrbs vero in ędito ſu-
re loco. Cc.
¶ Sus ꝓpoſitio pro ſurſum accipitur: vt Suſpicio.
¶ Sus ſuis gñis cōis: ſcđm Priſc. Et dicit̃ tā de feris q̃
de domeſticis. Cui⁹ diminutiuū eſt Sucula. Plau. in ru.
Directa cū ſucula & porculis. A ſus fit poſſ. ſiuū Sui-
nus a. ū. Varr. Hic em̄ cōciliator ſuinæ carnis dat̃ ppſo.
A ſuin⁹ fit diminutiuū Suill⁹. Gręce aūt ὗς dicit̃: olim
θυτὴς ab illo verbo dict⁹: qđ dicit̃ θύειν: qđ eſt imolare.
A ſuillo em̄ pecore immolādi initiū primū ſumptū vi
detur. Cui⁹ veſtigia ꝙ initijs cereris porci immolant̃: &
ꝙ initijs pacis cū fœdus ferire t̃: porcus occidit̃. Suillū
pecus donatum a natura dicunt ad epulandum.
¶ Suſq; deq; fero: quod & ſuſq; deq; habeo dicim⁹: ſi-
gnificat ęquo animo ſum: & qđ accidit non magni fa-
cio. & interdū negligo atq; contemno. hoc eſt ſurſum
an deorſum feratur res parui facio.
¶ Suſa æ. & Suſa orum. oppidum & metropolis Perſi
dis in Suſia: quæ Perſiæ pars eſt. a Suſo fluuio ſic vo-
cata. Propert. Non tot Achemenijs armantur ſuſa ſa-
gittis Spicula quot noſtro pectore fixit amor. Hæc

vrbs vt ſcribit Plyn. a Dario Hiſtaſpia filio cõdita fuit. Ibi fuit regia Cyri lapide candido & vario: colũnis aureis & lacunaribus gẽmiſq; diſtincta: cæli continens ſimulachrum ſtellis micantibus inſignitum. & incredibilia multa. Ibi Aſſuerus conuiuium maximis diuitijs & delicijs copioſum celebrauit. ✕ Inde Suſinus a. um. vt ſuſinum vnguentum. Cc.

Suſpendo is. Vide in dictione pendo.

Suſpicio is. penul. cor. ſurſum aſpicio. Virg. Et mœnia ſuſpicit vrbis. Interdũ Veneror. Lanctan. lib. ij. Et tamen factorem ipſum nemo ſuſpicit aut vereť. Cice. lib. ij. offic. Itaq; eos viros ſuſpiciunt: maximiſq; efferunt laudib⁹. Sic Deſpicio ꝓ contemno. Suſpicere etiã eſt reſpondere. Virgi. lib. vj. æneí. Suſpicit Anchiſes: atq; ordine ſingula pãdit. Item ſuſpectum habere: vt apud Sallu. in Iugur. Per idem tempus Bomilcar cui⁹ impulſu Iugurtha deditiõem quã metu deſeruit: inceperat: ſuſpectus regi & eum ſuſpiciens nouas res cupere ac perniciem eius dolo quęrere.

Suſpicio onis. Si cum venio iungať: paſſiue accipitur: vt veni in ſuſpicionẽ. i. factus ſum ſuſpectus.

Suſpicioſus qui ſuſpicionẽ habet. Ter. in adel. Oẽs quib⁹ res minus ſecundę: magis ſunt neſcio quomodo ſuſpicioſi: ad contumeliã oĩa accipiũt magis ꝓpter ſuã impotentiã ſe ſemper credũt negligi. Accipitur etiam quandoq; pro eo qui ſuſpectus eſt.

Suſpecto as. modo ſurſum ſpecto. Martian⁹. Oculiſq; ſuſpectans ſydera. Modo deorſum ſpecto: & ſic a ſub componitur. Mar. Sed ſuſpectat oculis deuorantibus draucos.

Suſcipio pis. penultima corre. a ſuſum vel ſurſum quaſi ſurſum capio: tam ad animum q̃ ad corpus refertur: vt ſuſcepi onus: ſuſcepi voluptatem. i. accepi. Aliquando ſuſcipere eſt gignere. Plaut. Qui geminos ex ancilla ſuſcepit liberos.

Suſcito as. penultima correpta: excito: plęrunq; viuifico. Nec tam ſanare languentem viſus eſt inquit Seneca: q̃ mortuum ſuſcitare.

Suſcitabulũ: incitamẽtum dicitur. Varro. Symphonia vocis ſuſcitabulum.

Suſpiro as. penul. pd. ſignificat ſpiritum ab imo pectore traho: quod ſollicitudinis aut doloris argumẽtũ eſt. Nam ex ſus: & ſpiro componiť. Per tranſlationem ſuſpirare eſt deſyderare: & modo datiuo: modo accuſatiuo iũgitur. Aug. lib. v. ciui. dei. Inde fidei pign⁹ accepim⁹: q̃ diu peregrinãtes eius pulchritudini ſuſpiram⁹. Hierony. Carnes ęgyptiacas ſuſpirabant. Iuue. Suſpirat longo nõ viſam tempore matrem.

Suſpiriũ: ipſa ſuſpiratio: hoc eſt ab imo pectore ſpiratio. Et aliquãdo ipſa ſpirandi difficultas. Eſt enĩ morbus qui ex pulmone fit: qui & ſuſpirat⁹ dicitur. Ouidi. Et ſuſpiratibus hauſtis.

Suſpirioſi: qui ſpirandi difficultatem patiũtur: vel quibus vitioſa eſt reſpiratio: quos græci aſthmaticos vocant. Plyni⁹. lib. xx. Podagris cũ articulorũ morbis decoctum cucumerem in aceto illinũt: pręſentaneo remedio ſuſpirioſis prodeſt.

Suſtineo es. penult. cor. a ſurſum & teneo ſignificat patior. Hiero. ad Ruſt. Si negociatores ſęculi tãta ſuſtinent vt ad incertas ꝑueniant perituraſq; diuitias: quid Chriſti negociatori faciẽdũ eſt q vẽditis oĩbus q̃rit pretioſiſſimã margaritã? Aliquãdo alo: reficio. Liui. Milites fluuiatili piſce & hęrbis ſuſtinebanť. i. cibabanť. Virgi. li. ij. Geor. Hinc patriã paruoſq; nepotes Suſtinet.

Suſtento as. frequentatiuũ: ſępe aut continue ſuſtineo: manuteneo: nutrico. Lactan. libro. iiij. Incredibili beneficentia genus humanum ſuſtentat: & quaſi pater na indulgentia fouet. Et libro. v. Non amplius quærit q̃ vnde vitam ſuſtentet.

Suſtentaculum diciť quod aliquid ſuſtinet.

Suſtollo is. ex ſurſum & tollo ſuſtuli ſublatũ apud veteres in vſu fuit. Diomedes. Tollo tuli. q̃d in cõpoſitiõe ſuſtuli facit. Eius tamẽ perfecti inſtans apud veteres ſuſtollo. Nũc vero a tollo ſuſtuli: q̃d eſt ſuſcepi ſiue habui. Nã quẽadmodũ de matre diciť peperit filiũ: ita de patre Suſtulit filiũ. Aliquãdo Suſtuli capiť pro educaui. Virgil. lib. ix. Męonio regi quẽ ſerua licinia furtim Suſtulerat. Aliquãdo ſurſum tuli. Idẽ. Suſtulit exutas vinclis ad ſydera palmas. Aliquãdo Erexi: ſuſcitaui. Aliquãdo abſtuli. vt Iubet & ſublata reponi.

Suſiana: prouincia Aſię vt libro ſexto refert Ptolemęus. quæ a ſeptẽtriõe terminatur Aſſyria. Ab occaſu Babylonię adiacet. Ab oriente habet Perſidem. A meridie partem Perſici ſinus. Cuius ciuitates inſignes Tariana & Suſa: in qua templũ Dianę Suſię.

Suſurrus & ſuſurriũ: paruũ & ſũmiſſum murmur. Hora. li. j. car. Leueſq; ſub noctẽ ſuſurri. Hiero. Suſurrus auiũ inquit lib. cõtra Ioui. Idẽ in Iob. Et quaſi furtiue ſuſcepit auris mea venas ſuſurrij eius. Declinatur etiam hoc ſuſurrum. Ouid. lib. vij. meta. Procri nadit: linguaq; refert audita ſuſurra.

Suſurro as. furtim & ſummiſſa voce loquor. Terẽ. Iam ſuſurrari audio ciuem atticam eſſe hãc Idem. Syrus cum illo noſtro conſuſurrant conferunt. Hinc Inſuſurro & conſuſurro.

Suſurro onis. qui ſuſurrat: qui occulte maledicendo odium in aliquem aut diſſenſionem molitur. Verbum factitium eſt. vt apud apoſtolũ. Suſurrones detractores deo odibiles.

Sutores: qui calceos ſuunt. Proprie enim artifex calceorum ſutor appellať. cum ille qui ſuit pannos elegãtius ſarcinator q̃ ſutor dicatur.

Sutates dicunť qui quaſi cõtinue ſuentes vel ſtãtes in ſutrina. Plau. in aul. Sedẽtarij ſutates diabathrarij.

Sutura: quã ſutor in ſuendo facit. q̃uis & de alijs rebus per ſimilitudinẽ dicať ſutura. Corneli⁹ Cęl. li. viij. Raro caluaria ſolida ſine ſuturis eſt: & id caput firmiſſimũ atq; dolore tutiſſimũ eſt ex cęteris i quo ſuturę pauciores ſunt: eo capitis valitudo cõmodior eſt.

Sutorius a. um. quod ad ſutorem pertinet: vt ara ſutoria: inſtrumentũ ſutorium. Sutorium ſtramẽtum appellatur tinctura qua ſutores pelles & calceos tingunt. Cice. Iam pater eius accuſatus a M. Antonio ſutorio atramento abſolutus eſt.

Suterna: ipſa ſutura: ſiue opus ſutoriũ. Var. Qz ſuternas facere inſcius nihil homo agis.

Sutrina penultima producta: locus vbi calcei ſuunť & vænduntť. a qua ſutor dicitur.

Sutella: doloſa aſtutia: a ſimilitudine ſuentiũ dicta.

Sutilis & hoc ſutile pe. cor. quod ſutũ eſt. Vnde coronę ſutiles dicunť: ſicut pactiles coronæ. & veſtis ſutilis: conſutilis: & inconſutilis.

✕ Sutrus nomen impoſititiũ. Cato vni elephanto qui in punica acie fortiſſime fuerat ꝓliatus ſutrum nomen impoſuit. Cc.

✕ Suturnium vrceolus eſt ſiue vas ex quo aqua in pollubrum demittitur. Cc.

✕ Sui & ſuus ꝓnomina ſunt reciproca. Cc.

S ante Y.

Syagros: latine aper. dicitur: nam q̃d apud græcos σὺς. apud nos ſus. & ἄγριος ferus dicitur.

Sychæus. cum diph. nomen ꝓprium.

¶ Sycos latie fic⁹. Neut⁹. Hodie ſycos mihi recēs fuit.

¶ Sycomorus: penultima producta: ficus fatua grandior. σύκος ficus μωρὸς fatuus. quę & Mariſca dicitur. Dioſco. ſcribit ſycomorū eſſe arborē magnā ſimilē arbori ficuū: habentem lactis multitudinē. cui⁹ fruct⁹ nō egredit̄ ex ſummitatib⁹ ramorū ſicut fic⁹ ſed ex ramis ipſis. Et eſt dulcis ſimilis fructui ficus agreſtis. Grana eius ſunt minora q̄ grana ficus: & nō maturant̄ niſi radantur inſtrumento ferreo. Et naſcit̄ multū apud Rhodum: & in locis vbi abundat frumentum.

¶ Sycophanta: ad verbum dicitur ficorum comeſtor: ἀπὸ τοῦ φάγειν τὰς σύκους. hoc eſt a ficis edēdis. Ponitur & p calūniatore. Nā aiunt atticos iuuenes ſolitos in hortos irrūpere: ficoſq; deligere. Quā ob cauſam lege eſt conſtitutum: vt qui id feciſſent capite truncarentur quā pœnam qui pſequerent̄: ob paruula detrimenta: ſycophātas appellatos. Alia ratio ſumitur apud Syneſium grāmaticum græcū: qui inqt ꝙ ex duobus ſeruis cuiuſdā viri græci alter ficus quæ domi paratæ erāt abſumpſit: alter quis pꝛius exediſſet ignorabat. Quærenti eas dn̄o a ſonte inſons accuſatus eſt. Herus vtriq; calidam aquā præbuit: ſol⁹ qui deliquerat euomuit: ex quo natum eſt id nomen ſycophāta: id eſt calumniator: quia inſontem falſo crimine calumniabatur. Sycophantia mendacium: calumnia: atq; fallacia. Plau. Per fallaciā quā amabam abduxit a lenone mulierem: neq; puduit id ætatis ſycophantias ſtruere. Sycophantiſſo as. ſycophantias ſtruo.

¶ Sycoſis: morbus quem nos ficum ſiue Mariſcā appellamus.

¶ Syene: vrbs in confinibus æthiopiæ atq; ægypti ſupra Alexandriam verſus meridiem quinq; milib⁹ ſtadijs ſub tropico cancri directe locata. Vnde ſole exiſtēte in cācro medio ſolſtitij die ſupra verticē ciuitatis cadens: nullā pꝛius in ea vmbrā facit vt inquit Ply. li. ij. Luc. lib. ij. Vmbras nuſq̄ flectente ſyene.

¶ Sygęum pmontoriū Troię: ſic dictū ꝓpter herculis taciturnitatē: qui ꝓhibit⁹ hoſpitio ſimulauit abſceſſum: & inde cōtra Troiam p ſilentiū venit: qd̄ σιγὰ dicit̄.

¶ Syla p ſimplex l. mōs Lucaniæ. & ſylua in illo: ſic dicta: quaſi σύρα. i. tracta: hoc eſt latronib⁹ frequētata: vt Sallu. de fugitiuis. In ſylua inquit ſyla fuerunt.

¶ Sylla: cū duplicato. ll. fuit romanus nobilis ex antiqua Scipionū familia. Hic catenas Iugurthę manibus iniecit: Mithridatem cōpeſcuit. Socialia belli luct⁹ tepſſit. Cinnę dn̄ationē fregit: & Mariū pſcripſit. Fuit litteris græcis & latinus doctiſſim⁹: Facūdus: acer aio: grandis: ita vt dicat Sal. Dubitari potuit fortior an felicior eſſet. Nā felix eo dici voluit. ꝙ de inimicis Marianis feliciter vlt⁹ fuit. Inde dictator fact⁹ remp. ſupp̄ſſit: vt nemo illo iuito nec bona: nec patriā: nec vitā retinere poſſet. Tādē pediculari morbo interijt. Scylla vero per c. aliud ſignificat: de quo loco ſuo. Sed nota ꝙ ratio militat cōtra vſum iſti⁹ chalcographię: q a p iota ſcribi oportet ſilla: quaſi ſibylla: ſed corrupto noie ponit̄ ſilla.

¶ Syllaba eſt comprehenſio litterarū: vel vni⁹ vocalis enūciatio temporū capax: quia omnis ſyllaba aut breuis eſt & vnū tempus recipit quod athomū metrici vocant: vt pater: aut lōga: & duo recipit tēpora: vt mater. Nam ma. longitudine ſui circūflexus tantū temporis bis occupat: quantū occupat pa. ſemel cū acute dicitur pater. Dicta eſt autem ſyllaba ab συμβάλλω: quod eſt comprehendo: vel a σὺν ſimul. λαμβάνω capio. proprie enim illa eſt ſyllaba q̄ ex pluribus cōſtat: vt ſtirps. Quę autem de vna vocali perficit̄: abuſiue ſyllaba vocatur: & vnigrāma appellat̄. Aliæ dicunt̄ bigrāmæ: vt ne. vſq; ad hexagrāmam: vt ſtirps. Accidunt ſyllabæ quattuor. tenor: ſpiritus: tēpus & numer⁹ litterarū. Tenores tres ſunt. Acut⁹ grauis & circūflex⁹. Spirit⁹ duo: aſper: & lenis. Tēpora tria: breue: lōgū: & cōmune. Numerus: quia conſtare poteſt ex ſex litteris.

¶ Syllabatim aduerbiū: ſignificat p ſyllabas. Aug. libro. x. ciui. dei. Et ſyllabatim p tranſitorias temporum morulas humanę linguę vocibus loqueretur.

¶ Syllepſis: dici poteſt conceptio. ab σὺν con. λῆψις acceptio: q̄ fit cū pluralis dictio ſingulari verbo cōplectitur. Virgilius. Socija & rege recepto. Aut ſingularis plurali verbo connectit̄. vt Sūt nobis mitia poma: Caſtaneæ molles: & preſſi copia lactis. Aut cum pro multis vnus ponitur: vt Armato milite complēt. Item pro vno multi. vt Vos o Calliope precor aſpirate canenti. Rectius enim dixiſſet. O vos muſę.

¶ Syllogiſmus: computatio: penſatio: ab σὺν καὶ λέγομαι: quod eſt computo: concludo: vel ab λογίζομαι ratiocinor.

¶ Syloſon fuit teſte Hero. Samiorū tyrannus.

¶ Symmachus pe. cor. propriū nomē qd̄ ſignificat cōcertatorē: auxiliarium: & ſociū in bello ꝓprie. Symmachia auxiliū: concertatio: ſocietas. σὺν. ſimul. μάχομαι bellator ſum: pugno.

¶ Symballota: ſunt coacta p ſe velleris implexu potiꝰ q̄ textu cōdita. ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν.

¶ Symbebicota dicuntur accidentia. Symbebicos accidēs. ὅτι συμβαίνω ῥῆμα ἔνθεν μετοχὴ γίνεται ἀλόγως λατίνοι τοσοῦτον δέχονται. ✱ Id eſt συμβαίνω verbū vn̄ participiū ſymbebicos ab relatiui tm̄ capiūt

¶ Symbole. latine commiſſura.

¶ Symbolus pe. cor. anulus dict⁹ eſt cum ſit nota & ſignum. Iuſtin⁹ lib. ij. poſuit ſymbolos pro litteris. Sollicitare inquit eos in partes ſuas ſtatuit: & cum colloquēdi copiam non haberet quo applicitum erāt ſymbolos proponi ſaxis proſcribi curat.

¶ Symbolum penul. cor. & indicium dici poteſt: & collatio: ab συμβάλλω. confero. hoc eſt qd̄ plures conferunt in vnum. ita vt cœna illa dicatur collatio in quam comparandā plures aliquid contulerunt. Terentius in and. Symbolum dedit. Et in parabolis. Noli eſſe in cōuiuijs potatorum: nec in comeſſationibus eorū qui carnes ad veſcendū conferūt: quia vacantes potib⁹ & dantes ſymbola conſumētur. Id enim fecerunt apoſtoli in vnū conferēdo qd̄ vnuſquiſq; de deo ſenſit. Indicium autem vel ſignū idcirco dicit̄: quia in illo tēpore ex circūeuntibus iudęis ſimulabāt ſe eſſe apoſtolos Chriſti: & lucri alicuius vel ventris gratia ad prędicandū profiſciſcebant̄: nominātes quidē Chriſtum: ſed nō integris traditionum lineis nunciantes. Idcirco iſtud indicium poſuerunt per qd̄ agnoſceretur is qui Chriſtum vere ſecundū apoſtolicas regulas prædicaret. Deniq; & in bellis ciuilibus hoc obſeruari ferunt: quoniā & armorū habitus par: & ſonus vocis idē: & mos vnus eſt: atq; eadē inſtituta bellādi: ne qua doli ſurreptio fiat: ſymbola diſtincta vnuſquiſq; dux ſuis militib⁹ tradit: quę latine ſigna vel indicia nūcupantur: vt ſi forte occurrerit quis de quo dubitetur: ſymbolum prodat: ſi ſit hoſtis vel ſocius. Auguſtin⁹ lib. v. contra hęreſes ſymbolon interpretatur conſiliū: vel cōſiliarius. Iul. Pollux dicit ſymbolum paruū numiſma eſſe. Ariſtoteles originē: id eſt Etymologiā vocabulorū ſymbolum appellat: per quā vis verbi vel nominis per interpretationē cognoſcat̄. Alij ſimilitudinem interpretantur.

¶ Syma: vrbs fuit in aſia: quin & pro monte iuxta pōtum poſuit Orpheus in argonautica.

¶ Syme: inſula quę prius Aegle vocabat̄ atq; metapōtus a Syma Iabyſi filia ſic appellata.

¶ Symeon nomen viri proprium fuit.

¶ Symmetria dici poteſt commēſuratio. Symmetrios
commenſuratiuus: moderatus.

¶ Sympho: ſonitus quidam cum conſonantia.

¶ Symphonia apud latios penultima correpta σὺμ καὶ
φωνέω καὶ φωνὴ φθέγγομαι καὶ φθόγγος φαράγεται.
i. a σὺν qđ ē cō. & φωνέω dico. & φωνὴ vox vt φθέγγο
μαι. i. loquor: fit φθόγγος. i. ſonꝰ. latie cōſonātia & mu-
ſicus cōcētus. Muſici ſymphonias multas habent: quę &
harmoniæ dicuntur: ſed illam clariſſimā quæ appellatur
Diateſſeron: & altera quæ dicit̄ Diapente. Harmoniā ve
ro Diapaſon vocant: hoc eſt vniuerſalitatē concentus: q̄
ex ſeptem tonis conficitur. Hieronymus vero ad Da-
ma. ſic habet. Symphonia nō eſt genus organi: vt male
quidā latinis deputant: cū ſit chorus in laude dei cōcinēs
& hoc vocabulo ſignificetur: Symphonia quippe i lati-
num cōſonantia exprimitur. Symphonon conſonans
pactū. Symphoneo cōuenio: pactum facio: cōſentio: cō
cino. Inde ſymphoniaci pueri a Cicerone dicti ſunt q ad
modulationes muſicas cōcentuſq; cōficiēdos cōparant̄

¶ Symphoneſis: paſſio quę metris accidit: cum duę ſci
licet ſyllabæ ſcandendo in vnam coeunt. hoc autem fit
cum in diuerſis dictionibus vna parte orationis vocali
vel m littera terminata ſequens item a vocali incipit. vt
Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles. Fit
etiam ſymphoneſis in eadem dictione quattuor modis.
Vel cum duæ ſyllabæ longæ pro vna longa ponūtur: vt
Vnius ob noxam & furias Aiacis oilei. Vel cum duę bre-
ues pro vna breui. vt Cornua velatarū obuertimus an-
tēnarum. Vel cum longa & breuis pro vna longa: vt Fi-
xerat aeripedem ceruam. Vel cum breuis & longa pro
vna longa: vt Depēdent lychni laquearibus aureis. Hęc
etiam Synalœphe dicitur.

¶ Sympathia: latine cōpaſſio dici poteſt. Hippocrates
ſcribit oculos cum vulua ſympathian quandam habere

¶ Symplator: amicus ſponſi: qui cum eo per couiuia
ambulat.

¶ Symplega: videtur eſſe opus in quo luctantes & om-
nino cōcertatores ſpectantur.

¶ Symplegades: penultima producta inſulæ duæ ſiue
duo ſcopuli in boſphoro: dictæ q; inter ſe aliquādo con
curriſſe fabulis tradūtur. Id autem fictū idcirco eſt: quo-
niam paruo diſcretæ interuallo: ex aduerſo intrantibus
geminæ cernebantur: pauloq; deflexa acie coeuntiū ſpe
ciem præbebant. Mille quingentis paſſibus ab Europa
diſtantes. Cyaneæ ab alijs dictæ. Ouidius. Compreſſos
vtinam ſymplegades eliſiſſent.

¶ Symplegma: ſymplegmatis. latine complexus con-
curſus dicitur.

¶ Sympſalma dicitur vocum in cantando copulatio.
Diapſalma diſiunctio earum: vbi quædam requies di-
ſtinctę continuationis oſtenditur. Pſalma quod pſallit̄.

¶ Symplones dicebantur conuiuæ.

¶ Sympoſium compotatio: cōuiuium. Vnde Sympo-
ſiarchen & Archipoſian conuiuij præpoſitum ſeu pręfe
ctum dicimus. Sympoſiaſtes cōuiuator. Sympotin cō-
potorem. græce συμπότην. & Sympotria compotrix.

¶ Symmathites latine condiſcipulus dicitur.

¶ Symphirium: hærba quę latine Coagulum ſiue Con
ſerua vocatur.

¶ Sympinium: vas vinarium nō diſſimile cyatho: quo
in ſacrificijs vtebātur: ex σὺμ quod eſt con: & πίνω bibo
Iuuenal. Et quis tunc hoim contemptor numinis: aut
quis Sympinium ridere numę: nigrumq; catinum. Var-
ro latinum facit. Ait enim. Vt vinum minutatim funde
retur a guttis guttū appellarunt. qđ ſumebant minuta-
tim a ſumēdo ſumpinū appellarunt. Aliquando etiam
Sympuniū mutata i in u dicit̄. ¶ Alij ſympytiū legūt.

Sympudearia a veteribus funera dicebantur quibus
ludos adhibebant quaſi ſimul pudenda. Cc.

¶ Syn præpoſitio græca: quæ in compoſitione ſignifi-
cat ſimul: quemadmodum apud nos con.

¶ Synagoga: coadunatio: cōgregatio: vel contractio.
Ex σὺν ſimul. ἀγωγὴ ductio. Et pro re: & pro loco capit̄
& habet penultimam longam: quoniam eſt ω.

¶ Synnada: ciuitas Aſiatica ad Cariæ fines. De hac
Stra. lib. xij. ſic ſcribit. Synnada vrbs nō magna aň quā
planicies iacet oleis conſita. lx. fere ſtadiorū. Vlterius eſt
Dorci vicus & ſynnadici lapidis fodina. (Sic eñ eū ro-
mani appellant) Indigenę vero docimitē & docimeā. Ve
na i initio paruas glebas emittebat: nūc ꝑpter maximos
romanorum ſumptus columnæ integræ & ingentes ex
trahuntur: & varietate Alabaſtritæ lapidi proximæ. Di-
citur & Synnas ſynnadis vt apud Sidonium.

¶ Syneteſis cōtractio: figura qua plura per vnum con-
iunguntur. ex σὺν & αἵρεσις diuiſio. quaſi diuiſorum cō
iunctio: vt bigæ pro biiugæ.

¶ Synalœphe. dici poteſt compreſſio. Cæſura eſt cum
de fine dictionis vocalis abijcitur ſequente dictione inci
piente a vocali: vt Semper ego auditor tantum. Ex σὺν
& ἀλοιφὴ preſſio.

¶ Synanche: angina morbus: ſpiritū ſuffocat. Ex σὺμ.
& ἄγχω affligo ango.

¶ Synathrœſmus. figura quæ & ſingulis verbis & plu-
riū verborū coniunctione fieri poteſt. Singulis hoc mo-
do. Sed cum ad ſuppliciū ſumendū ſe cōfirmaret multa
ſimul eū reuocabant officia conſuetudo tempus exiſti-
matio periculū religio. Pluriū verborum cōiunctiōe fic.
Nemo enim nocēs ſine ſummo mœrore eſt iudices: ſed
multa ſimul eū perturbant: quod adeſt ſollicitudinis ple
num: qđ futuꝝ ē formidoloſū: lex paratū ſuppliciū oſtē
tans: vitia ex vitijs coacta: occaſionem arguendi malefi
cij captans inimicus: quæ quotidie eius animum vehe-
menter excruciant.

¶ Syncaceoſis: figura quę docet diuerſas res coniūgere
& communi opinioni cum ratione aduerſari. vt Nec ho
minis auari atq; aſoti vnum atq; idem vitium eſt. Vterq;
eñ neſcit vti: atq; vtriq; pecunia dedecori ē: quare meri-
to vtriq; pari pœna afficiunt̄ quos ꝑiter nō decet habere.

¶ Syncatateſis latine aſſenſio. approbatio. Vide in di-
ctione Aſſenſio.

¶ Syncathegorema: cōſignificans. Syncathegorema-
tica: conſignificatiua.

¶ Syncęrus ra. rum. ꝓprie dicitur quod eſt integrū. Tra
ctum ab eo q; qui diuidere fructū communē alueorū cū
ſocio volunt: ſimul cum cæra mel partiuntur. Qꝫ ſi mel
tantum ſine cæra cōſignēt: fraudāt ſocium nec agunt in
tegre. Syncærum itaq; quaſi ſimul cum cæra. Alij putāt
ſincerum a carie deduci. quaſi ſine carie id eſt corruptio
ne. Vnde & pro puro incorrupto & immaculato ponitur
Hora. Sincerū eſt niſi vas quodcunq; infundis aceſcit.
Huic contrarium eſt inſincerus pro vitiato & corrupto.
Virg. Inſincerus apes tulit cruor.

¶ Syncerastus: antiquum vocabulum græcum. quo ſi-
gnificatur medulla.

¶ Synchyſis: Cōfuſio. Eſt eñ vt ſcribit Don. hyperba
ton vndiq; cōfuſū. vt illđ Virgilianū Tris notꝰ abreptas
in ſaxa latentia torquet: Saxa vocāt Itali medijs q̄ in flu
ctibus aras. Χύσις enim fuſio dicitur. συγχύω cōfūdo.

¶ Synciput quaſi ſemicaput: iquit Phocas grammati-
cus. ſignificatq; partem porcini capitis conditam: & ad
edendum paratam. Nam inter edulia annumerat̄. Plyn.
libro. viij. Interdicta quoq; cœnis abdomina glandia
teſticuli vuluę ſyncipitia verrina. Hierony. contra Ioui.

Comę i occipitium frontéq; tornant. Et & ſynciput anterior pars capitis aures temporaq; complectés. Cornutus in Perſium. Synciput anterior: occipitiũ dicitur poſterior pars capitis. Apollinaris ad Valeriũ Maioranũ. Partéq; cerebri Hic galeę cum parte rapit: fortiq; lacerto Diſijcit ancipiti miſerabile ſynciput enſe. Plau. i Mene. partē p toto poſuit. ac de hoie. qđ eſt cōtra Georgiũ merulã. qui negat inueniri ſynciput pro anteriore capitis pte. Ait enim. Non eſt tibi ſanum ſynciput adoleſcens.

Syncopa: conciſio. κόπτω incido. Figura cum littera vel ſyllaba dictionis abſcinditur. vt Compoſtus. pro compoſitus.

Synchronos: cōtemporaneus. Vñ ſcribit Hie. Oſeen prophetam fuiſſe ſynchronon Eſaie. Et Var. ait. nō eſſe dubium quin aliquo tempore eodem vixerint Homerꝰ & Heſiodus: eoſq; ſynchronos fuiſſe teſtatur.

Syndicus: latine communis vel defenſor.

Syndimnum dicitur latine Concœnatio.

Synechon: dici poteſt Continens. Nam componitur ex σὺν quod eſt ſimul & ἔχω habeo.

Synecdoche: conceptio dicit̃. cũ a parte totum vel a toto pars itelligit̃. vt puppis pro naui. & annus pro hyeme. vt apud Virgiliũ. Quã multæ glomerant̃ aues vbi frigidus annus Tranſpontũ fugat. id eſt frigida hyems.

⁎Synephites gemma eſt quæ & Leucogra dicitur. Cc.

Synephebi pen. pro. dicũtur adoleſcētes ſimul pubeſcentes. Quod nomen inditum eſt Comœdię Statij Cęcilij vt eſt apud Ciceronem libro tuſcu. quæſtionum.

Syneſius: nomē viri proprium. deductum a σύνεσις quæ eſt conſcientia.

Syngrapha ſyngraphus & ſyngraphum. ſcriptura: ſiue ſchedula quæ fit propria manu eorum qui paciſcuntur in alicuius rei fidem. Plautus in Aſi. Age iſtum oſtēde quem conſcripſi ſyngraphum inter me & amicum & lenam. Cice. Treba. Tanq̃ eñ ſyngrapham ad imperatorem attuliſſes nō epiſtolam: ſic pecunia ablata domũ redire preparabas. Suetonius. Cuius parti nō dubitauit a quibuſdam iuſiurandum atq; etiam ſyngrapham exigere. Dicta ſyngrapha. ἀπὸ τοῦ σὺν. ſimul. καὶ γράφω ſcribo. q ſimul ſcriptum ſit a pluribus. q propria manu eorum qui conuenirent ſcripta ſit.

⁎Synochitides gemma qua euocari dicunt in necromãtia vmbras inferorum. Cc.

Synodus penul. correp. ex σὺν & ὁδὸς via. quaſi cōuentus ſit vel cœtus. generis fœminini eſt. At ſynodus ſynoduntis piſcis genus putatur.

⁎Synodontites gemma ex cerebro piſcis qui ſynodus appellatur.

Synodicus ſynodica ſynodicum quod ad ſynodum pertinet. Hierony. Ante annos plurimos cum iuuarem Damaſum romanę vrbis epiſcopum: et orientis atq; occidentis ſynodicis conſultationibus reſponderem.

Synœceſis dici poteſt cohabitatio. & ſcribitur cũ œ diphthongo. Synœcus cohabitator contubernalis.

⁎Synonia inſula eſt vltra tyberina oſtia. Cc.

Synonyma dicuntur quę ſub diuerſis vocibus idem ſignificãt: vt enſis mucro gladius. Eadem dicuntur Polyonyma. Verũ aliter traditũ eſt in dictiōe Homonyma. Eſt & ſynonyma figura quę communio nois interpretatur. Vtimur aũt eo genere elocutiōis quoties vno verbo nō ſatis videmur dignitatem aut magnitudinem rei demonſtrare. Ideoq; in eandem ſignificationem plura cōferuntur. vt ſi dicamus Proſtrauit afflixit perculit.

⁎Synopis rubricę ſpecies primũ in pōto inuenta. a qua nomen habet Synope vrbs. Cc.

Syntagma ſyntagmatis: tractatus: ordinatio rerum: conſtitutio: documentum. ab σὺν & τάγμα. ordo vel ordinatio. Hieronymus in pręfati. pentat. Et multa alia quæ proprium ſyntagma deſiderant. id eſt tractatũ. vt ipſemet contra Ruf. exponit. Et lib. de viris illuſt. Scripſit de ogdoade egregium σύνταγμα. id eſt documentum ſeu tractatum.

Syntaxis: dici poteſt Conſtructio & ſeries. τάξις enim ſeries & ordo dicitur.

Syntecxis latine defectio dicitur. Plyn. Tali ſorbitionis genere emendantur ſyntecxes. i. defectiones ex longis morbis ſumptæ. Hæc aũt emendatio proprie recreatio & reſtauratio dicit̃. Idem. Aqua mulſa præclarã vtilitatem habet viribus recreãdis. Inde Syntectici dicti ſũt. Idem. Pręcordiorũ vitij ſyntecticis: comitialibus: laſer cum vino in aqua mulſa datur.

Syntheſis pen. cor. latine Cōpoſitio dicitur. Figura cum ſingulare nomen multitudinem ſignificans verbo pluralis numeri iungitur: vt pars in fruſta ſecãt. Eſt etiã ſyntheſis genꝰ veſtis breuis & negocijs aptæ. Hac romani peculiariter in ſaturnalibus vtebantur. Illis enim diebus omnes exuebant togam & ſyntheſin induebant. Dicta ſyntheſis ab eo q conſuta contextaq; eſſet compoſitione quadam verſicolori. Hinc ſyntheſiatus qui ſyntheſi indutus eſt. De hac veſte Mar. De noſtra praſina ſyntheſis empta toga. Item ſyntheſis eſt genus vaſis fictilis ex diuerſis vaſis compoſiti. Papi. li. iiij. ſyluarum. Vnã mittere ſyntheſin quid horres alborũ calicũ atq; cacaborum? Præterea ſyntheſis generali vocabulo græco compoſitio dicitur. Serenus. Vilem deprendit in illis Syntheſin: & vulgata ſatis medicamina miſit. Idē. Syntheſis hęc prodeſt vnda molita calēt. Inde Aſyntheta criſtalla Plynius vocat quæ ſunt pura & ſine vitio.

Synthema ſynthematis compoſitum conſtitutum. & ſignum quod datur militibus. Hiero. ad Iulianũ. Iam dimiſſo ſynthemate equus publicus ſternebatur.

Syntereſis penultima breui dici poteſt Attentio ſeu conſeruatio. Nam ab συντηρέω quod eſt conſeruo deriuatur. Et ea pars animæ eſt quæ vitijs aduerſatur et ſeſe ſemper immaculatam cupit a peccato ſeruare & perpetrata mala continuo arguit. quam corrupte theologi noſtri temporis ſynderesin dicunt.

Syphax fuit Numidarũ rex. Cuiꝰ Liuiꝰ ſępe meminit

Syphariũ: velum fuit vt inquit Probus ſub quo latebant paradoxi cum in ſcænam prodibant: aut hoſtium mimi. Alij dicunt eſſe omne quod ante cantãtem mimũ præmium ſuſpenditur. Iuuenalis. Conſumptis vocem damaſippe locaſti ſyphario.

Syracuſę: ciuitas Siciliæ ſub Pachyno mōte ſita vbi fons Arethuſæ. Ci. li. vj. ver. ſcribit ſyracuſas vrbem eē maximã gręcarũ vrbium pulcherrimamq;. quę ex quattuor quaſi vrbibus maximis conſtare videbatur. quarũ vna Inſula noiat̃. Altera Achradina. Tertia Tyche. q̄rta Neapolis. Syracuſani multos claros pricipes habuerunt: ſed præcipue clariſſimũ Dionyſiũ ſeniorem qui cũ apud filium Dionyſiũ vidiſſet ingētem vaſorum aureorum argenteorumq; copiam exclamãs inquit. In te affectus regius non eſt qui ex tanta poculorum vi amicum neminē tibi cōciliaſti. Ambo tamē Dionyſij philoſophi fuere: amboq; Platonem audiuerunt. Ex ſyracuſis fuit Archimedes mathematicus & Theocritus poeta bucolici carminis ſcriptor. quem Virgilius imitatus eſt. Solinus i Polyhiſtore ſcribit in Sicilia primum comœdiam inuentam fuiſſe.

Syria: regio Aſiæ quæ ab oriente fluuio Euphrate: ab occidente noſtro mari & ægyptio terminatur. A ſeptentrione habet Ciliciã & partem Cappadociæ. A meridie Arabiam. Cuius inſignes ciuitates vt lib. v. refert. Ptol. ſunt. Laodicia hierapolis. Antiochia. Apamia.

Palmira. Heliopolis. Ptolemaida. Sydon. Tyrus. Berbtus. Botris. Tripotis. Byblus. Seleucia. Cæſarea. & Damaſcus. Montes clari. Carmelus. Caſius. Libanus. Fluuij. Euphrates. Criſoras. Singas. Regiones. Phœnicia. Paleſtina. Iudęa. Idumęa. Comagena. & Samaria. Hęc regio in medio orbis cõſtituta eſt: quo fit vt nec frigore nimio rigeat: nec calore torreatur. Sunt qui quadripertitam faciũt diuiſionẽ i Syrios. Aſſyrios. Leucoſyrios. & Cœloſyrios. Ply. duplicẽ facit: vnam Palęſtinam: Alteram Antiochiam. Huius nominis Syria prima corripiť

⁎ Syriacũ Raphani ſpecies rapi fere figura ſuauiſſima & tenerrima. a cuius ſimilitudine pyra Syriaca dicuntur quæ coroela dicuntur. Cc.

¶ Syrus ſyra ſyrum. & Syrius ſyria ſyrium quod ex Syria eſt. Vnde Syri & ſyrij qui ex Syria ſunt. Suidas. σύροι πρὸς φοίνικας ἑκάτερα τὰ ἔθνη διαβεβλῆνται ὡς πανοῦργα. ⁎. i. Syri apud Phœnices ſingulæ nationes crimine inceſſuntur vt aſtutæ.

¶ Syriſſus a. um. idem quod Syrus. Virg. Coppa ſyriſſa caput graia redimita mitella.

¶ Syrus: Inſula Ionica & Aſiæ appoſita cuius prima ꝓducitur. A qua Pherecides ſyrius ortũ habuit: non a Syria regione. Scyros vero thraciæ adſcripta eſt: vt Strabo & Ply. teſtãtur longe a Rhodo.

¶ Syriſca: a ſyrius fit: ſicut Ciliſca a cilix.

¶ Syrophœnix: ora maritima ſyriæ circa Euphratem: cuius pars Idumæa & iudæa.

¶ Syricũ: color fictitius ex ſinopide & ſandyce mixtis: quo Minium adulteratur. Plyn. lib. xxxiij. Sublini autẽ ſyrico minium compendij ratio demonſtrat. Scyricum vero ſilaceus ſiue cæruleus color eſt.

¶ Syrinx gis. & ſyringa gæ. a noſtris fiſtula transfertur. Inſtrumẽtũ muſicũ: quo ore modulamur. Fuit enĩ nympha quędã in cannã conuerſa. De qua Ouid. lib. j. meta. Naias vna fuit: nymphæ ſyringa vocabant.

⁎ Syringites gemma quæ ſtipulæ internodio ſimilis eſt ac perpetua fiſtula cauatur. Cc.

¶ Syrictæ dictæ ſunt ſiue a foraminibus & fiſtulis quas naſi loco præferunt: ſiue a fiſtulis & calamis auenarum.

¶ Syrmęa: genus raphani: vt Ply. interpretatur.

¶ Syrma ſyrmatis. & ſyrma mæ. genus veſtis Tragicorum. vel cauda ſiue tractus veſtis fœminarũ. Mar. Apta ſibi longũ tu quoq; ſyrma tibi. Seneca de Baccho qui habitu muliebri nonnunq̃ ſe ornabat. Auro decorũ ſyrma barbaricũ. Sumiť interdũ pro longa tragicæ orationis ſerie tenorẽ ſuũ vſq; in vltimũ protrahẽte ab σύρω traho.

¶ Syrupus: ſuccus qui trahit ab σύρω traho &.

¶ Syrtes ſũt loca circa fines Aphricę egyptũ verſ⁹ piculoſiſſima ab σύρειν trahere. Eſt ei ięqualitas maris & terræ magna & in vno loco profundiſſima in alio vero ſatis vadoſa. Spirante q; vẽto cumulus arenæ q ſupra mare fuerat in profundiſſimas reſidet valles. Et q deprimebať: mox ſuper aquas egeritur. Et ſont duæ pares natura: impares magnitudine: quæ dicunť maiores & minores: & ſpacio paſſuum ducentorũ quinquaginta miliũ ſeparanť. Minora Carthagine trecentis milibus paſſuum diſtat & totidem ambitus. Maior quadringentis viginti quinq; milibus paſſuum. Ser. vero vbicunq; ſunt arenoſa loca in mari ſyrtes aſſerit vocari. hoc nomẽ etiam declinatur hę ſyrtis & has ſyrtis vt inquit Priſc. Virg. lib. x. In ſyrtis in ſaxa volans vos Turnus adoro.

¶ Syſtole dici poteſt correptio. Figura eſt cum longa ſyllaba cõtra eius naturam corripitur. vt apud Virgiliũ. Connubio iungam ſtabili propriamq; dicabo. vbi nu. breuem poſuit quæ naturaliter longa eſt. Nam alio loco longam poſuit. Hectoris andromache pyrrhi connubia ſeruas.

¶ Sytropes pedis. & Citropes genus vaſis fictilis cum tribus pedibus.

¶ Sygyæ: nerui ſunt a cerebro ad oculos. ſed is qui a dextra incipit tẽdit ad ſiniſtrũ. is vero qui a ſiniſtra tẽdit ad dextrũ oculũ. adeo vt ſe iũgãt ad ſimilitudinẽ crucis. Vñ ſygyas dictos putant. συζυγία. enim cõiugium dicitur.

T LITTERA muta eſt & apud vetuſtiſſimos in aliquibus dictiõibus ſcribebatur: in quibus nunc ſ ſcribimus. Nam Mertare & pultare antiqui dicebant: nos merſare & pulſare dicimus. Mutatur nonnunq̃ t in ſ & in x. vt Verto verſus: mitto: miſſus. Flecto flexui. Pecto pexui.

T. ante. A.

¶ Tabor mons in medio Galileę rotundus ac ſublimis.

¶ Tabanus: animal paruum volatile. Alio nomine Aſilus. & Oeſtrus grece dicitur.

¶ Tabula a quo per diminutionem fit tabella. Sunt autẽ Tabulæ ſiue Tabellæ teſtamenta vel publicæ ſcripturę ex quacũq; materia. q initio ceratis tabulis ſcribi cõſueuerant. Vnde Cice. Terentiæ tabulam pro lege poſuiſſe videtur cum ait. Quemadmodum a veſta ad tabulã valeriam ducta eſſes. Et tabula dicebatur ĩ quam mittebãt teſſeras. q̃ Luſoria & quandoq; latrunculria & Pyrgus ſiue Alueus alueolus ue dicebatur. Tabulæ nouæ appellantur quando debitores creditas pecunias cum vſuris perſoluere non coguntur ipſis creditoribus: & abolitis prioribus debitis nouæ tabulæ conficiuntur. Cice. libro ſecũdo officio. Tabulæ nouæ quid habent argumẽti niſi vt emas mea pecunia fundũ & cum tu habeas ego non habeã pecuniã. Sal. Tunc Catilina polliceri cœpit tabulas nouas: proſcriptionem locupletium.

¶ Tabularius ratiocinator ſupputator. Phillaciſta qui ĩ tabula noĩa & ratiões obſeruat. Sidonius ad Petreium Sed & ille ſuſcipiebat hũc grãditer habẽs in eo cõſiliariũ in iudicijs: vicariũ in eccleſijs: ꝑcuratorẽ i negocijs: vicilũ in prędijs: tabulariũ in tributis: in lectionib⁹ comitẽ: in expoſitionibus interpretẽ: in itineribus cõtubernalem.

¶ Tabelliones: qui & libelliones appellati ſunt qui tabulas. hoc eſt teſtamenta & publicas ſcripturas conficiunt. Nam nunc notarij dicunť barbare qui tamen aliud ſunt vt qui notarent in ſenatu.

¶ Tabellarius: qui tabellas. i. litteras defert. Hier. ad Niciam. Rudes illi Italię hoies quos Caſcos Ennius appellat: qui ſibi vt in rhetoricis Cicero ait. victu ferino victũ requirebãt ante carthæ & mẽbranarũ vſũ aut in dedolatis ex ligno codicillis: aut ĩ corticibus arborũ mutua epiſtolarũ alloquia miſſitabãt. Vñ & portitores earũ tabellarios: & ſcriptores a libris arborũ librarios vocauere.

¶ Tabularia Seruio auctore loca ſunt in quibus tabulę hoc eſt inſtrumenta & litterę et actus publici reponuntur. Virgilius libro tertio Georgi. Inſanumq; forum et populi tabularia vidit.

¶ Tabulo tabulas tabulis aliquid cõſtruo. Hinc Tabulatio: tabularũ coaſſatio et textura: ſicut aſſerum coaſſatio. Hinc et contabulo. Suetonius in Cali. Qui non ſine admiratione Helleſpontum contabulauerit.

¶ Tabulata: quæ ſunt ex tabulis facta. Hiero. Diſpoſitoq; per tabulata milite. Accipiunť etiã pro parietibus

ſiue ędificijs lapidibus in tabularum modum quadratis conſtructis. Idem. Vbi in eius honore fabricata eſt eccleſia muro lapideo tabulato. Rurſus Tabulata dicũtur rami extẽti i arborib⁹ in plana tẽdentes: nõ i altiora creſcẽtes. Vir. li. ij. Geor. Sũmaſq; ſequi tabulata per vlmos. Col. li. vj. Cum deinde adoleſcere icipiẽt vlmi: falce formandæ ſunt & tabulata inſtituenda. Hoc enim nomine vſurpant agricolę ramos truncoſq; promittentes: coſq; vel propius ferro compeſcunt: vel longius promittunt vt vites laxius diffundantur.

Taberna: quaſi trabea dicitur a validioribus trabibus inquit Dona. quibus ſuperiora ſunt ſuſpenſa. Et accipitur pro omni ædificio quod eſt vtile ad habitandum. ex eo q; taberna tabulis claudatur ſiue cooperiatur. Hinc Contubernium & Cõtubernalis. Et taberna dicitur vbi opera ipſa caeteraeq; merces venditantur. Officina vbi fiunt opera. Et tabernarum quaedam lanaria: quędam vinaria: quaedam olearia & huiuſmodi. Nonius ſcribit tabernas non tantum vinarias eſſe: ſed & omnes quę ſũt popularis vſus.

Tabernarius qui in taberna venditat. Cic. L. Flacco. Opifices & tabernarios atq; illã omnẽ fæcẽ ciuitatũ qd eſt negocij concitare? Eſt & tabernarius qui vinũ venditat: ſicut aquarius qui vendit aquam. Idem. Sed dici nõ poteſt quomodo hic omnia taceant niſi ego cum tabernarijs & aquarijs pugnarem.

Tabernariæ fabulæ. Vide in dictione Togatæ.

Tabernaculum nõ eſt diminutiuũ ſicut nec Coenaculum. Eſt aũt tabernaculũ tectũ caſtrenſe. q; veluti taberna quaedam ſit. & vt Hier. inquit ſemper mutatur tabernaculum: & huc illucq; transfertur. Augu. Tabernaculũ belli res eſt. Vnde & cõtubernales milites dicti ſunt tanq̃ ſimul habentes tabernacula. Eſt eñ proprie pugnantiũ & quodammodo militantium & aduerſus hoſtẽ pugnãtium. Domus eſt vbi ſemper manemus.

Tablinum: locus hybernę ſtationis atrio proximus, q; fere ex tabulis cõſtaret. Ply. li. xxxv. Tablina codicibus implebantur & monumẽtis rerũ in magiſtratu geſtarũ. Apul. li. vlti. floridorũ. Medici cũ intrauerint ad ęgrũ vti viſant: nemo eoꝝ q; perpulchra tablina in ædib⁹ viſant & lacunaria auro oblita. Dicit autem Tablinum nõ tabulinum: quemadmodũ & figlinum: non figulinum. Et videtur eſſe quod gręci pinacothecã dicũt. q̃uis in pinacothecis tabulę pictæ: in tablino rerum in magiſtratu geſtarum monumẽta continebantur.

Tabes is. corruptio ꝑ morbo. a quo Tabidus & tabidũ corpus dicitur. Huius tres ſũt ſpecies. Vna cũ corpus non alitur: & ita ſumma oritur macies: & niſi occurratur occidit. quae & Atrophia dicit a graecis. Inde Atrophi q Atrophia laborant. Altera vbi malus corporis habitus eſt: ideoq; omnis alimenta corrumpuntur. Hanc graeci Caceſiam nominant. Tertia quã graeci pthiſin vocãt cũ in pulmonem deſcendit a capite pituita: & frequens tuſſis oritur. Interdum aliquid cruentũ ſignificat. quod ꝓprie Tabum nominant. Eſtq; ſanies & ſanguis corrupt⁹ quod & aliquando dicitur Tabes. Dicit tamen Seru. Tabo nomen eſſe caſus ſeptimi tantum vt ſponte. Q; ſi velis declinare. Hæc tabes huius tabis dices. Virgilius. Et terram tabo maculant.

Tabidus. corruptus: qui tabem patitur. & Tabidus languidus fragilis. Auguſti. in expoſitiõe pſalmorum. Quid tabidius aranea?

Tabificus: qui tabẽ inducit. Aug. li. v. conf. Eaſq; curas anhelaret cor meũ & cogitationũ tabificarũ febribus æſtuaret. Vñ & a Cicerone ægritudo & metus tabificæ ꝑturbationes dicunt: qm̃ mentem lacerant: tabẽ cruciatũ & afflictionem inferũt. Tabificabile dicitur a veteribus.

Tabefacio: corrumpo: & quaſi in tabem verto.

Tabeſco is. tabui. ſignificat langueo. deficio. tabidus fio. a Tabeo es. Et proprie in amore & moerore tabeſcere dicimur. q̃uis & de alijs dici poſſit. Gel. Delphinus amans deſyderio tabuit exanimatuſq; eſt. Plaut⁹ in cap. Tuo moerore maceror maceſco cõſeneſco & tabeſco miſer. Cato. de re ruſ. Id aliquoties i die quotidie facito: vſq; adeo donec ſal deſierit tabeſcere. Cõpoſita huius verbi ſunt. Cõtabeſco. Aug. li. ij. con. Triſticis rebus amiſſis cõtabeſcit quib⁹ ſe oblectabat cupiditas. Diſtabeſco varie ſiue vehemẽter tabeſco abſumor corrumpor. Idẽ lib. iij. In quantas iniquitates diſtabui: & ſacrilega curioſitate ſecutus ſum. Intabeſco valde tabeſco. Col. lib. v. Ad vltimã reducitur macié: & ſic intabeſcit: vt nullis deinceps impẽſis recreari poſſit. Extabeſco valde tabeſco Ci. lib. ij. tuſc. Sic corpus clade horribili abſumptũ extabuit. id eſt tabo & corrupto ſanguine computruit.

Taburnus: mons Campaniæ oliuetis abundans. Virgili⁹. Iuuat iſmara baccho Cõſerere atq; olea magnum veſtire Taburnum.

Taceo es. tacui tacitũ. nihil loquor. licet quãdoq; etiã dicatur de ijs q̃ ſine voce ſunt. Virg. li. iiij. Totũq; pererrat luminibus tacitis. Et alibi. Quin tacet ois ager. Tacere eñ pro quieſcere capitur. Vnde tacitũ mare dicim⁹ cũ placidum eſt & nullis fluctibus agitatur. Qm̃ vero cũ aliquid laude dignũ eſt: laudamus: & e contrario malefacta nõ laudamus: factũ eſt vt tacẽda nõ laudanda: & nõ tacẽda laudanda dicantur. Quãdoq; Tacere ſignificat ſecurũ eſſe. quoniã qui ſecuri ſunt nullã quęrendi cauſam habẽt. Terẽ. in adel. Tace egomet cõueniã Pamphilũ. Huius cõpoſita Conticeo: Obticeo: quod proprie eſt de ijs q̃ nos pudet loqui. Ter. in phor. Hem nunquid obtices. Reticeo perfecte taceo. ſine a locutione me retineo. Hie. cõtra Heluidiũ. Vt diſcat aliquãdo reticere qui nũq̃ didicit loqui. Hinc Reticentia. Ci. li. j. offi. Ex moeſticia: ex hilaritate: ex riſu: ex locutione: ex reticẽtia. Subticeo. taceo. Habentq; ta ſyllabam correptam.

⁎Tacitum mel per ſe fluit & eſt optimum. Cc.

Tacitus: qui tacet: & qui ſcit tenere ſecreta. Actiõem eñ ſignificat. quãdoq; etiã paſſionẽ. Virgil. Quis te magne Cato tacitũ aut te Coſſe relinquat?

Taciturnus: qui natura facile tacet. Hĩc Taciturnitas quæ eſt obſeruantiæ genus in ſilentio cõſtituta. Terẽ. in an. Sed his quas ſemꝑ intellexi in te ſitas fide & taciturnitate. Huius diminutiuum eſt Taciturnulus. Apuleius Blanda mulier & taciturnula.

Tactici: a graecis dicuntur magiſtri & doctores armorum: vt eſt apud Vegetium.

Tactus: participiũ a Tango. Et aliquando ponitur ꝓ afflato & leuiter fulminato. Ci. Tactus etiã ille q hãc vrbem cõdidit. Intactus pro intemerato & nõ tacto ſumit. Tactus us. nomen: vnus eſt ex quinq; corporis ſenſib⁹. Qui & tactio dicitur. Ci. li. iiij. tuſc. Qualis eſt hęc auriũ tales ſunt oculorum & tactionum & odorationum & ſaporum: quæ ſunt omnes vnius generis ad perfundẽdũ animum tanq̃ ille quæ factæ voluptates.

Tatius nomen regis romanorum.

Tachonoſo: teſte Herodoto lib. hiſto. ij. quaedam Nili inſula eſt.

Taddæus nomen viri proprium.

Tædium: angor mentis & animi non corporis valitudo. inquit Seruius.

Tędeo es. tędui & tęſus ſũ. ſed nõ ẽ in vſu ſicut cõpoſitũ ꝑtęſ⁹ q̃uis Ser. dicat eẽ ꝑticipiũ ſine verbo. Sue. Pertęſus ignauiã ſuã. Gel. lib. j. Has ille inanis cum flaret glorias: tanq; omnes finẽ cuperent: verbiſq; eius fatigati ꝑtęduiſſent. Fitq; tędeo ab τῆλε. l. littera in d cõuerſa. Io

cum æ diph.ſcribiť.Nã longitudo atq; ꝓlixitas actiõis ſiue paſſionis alicui⁹ tędiũ gñare ſolet. Tædet iperſonale facit ꝑteritũ tęduit & tęſum vel magis ptęſũ eſt. Hier. in eccleſiaſtico. Idcirco tęduit me vitæ meæ. Virg. li. iiij. Aenei. Si nõ pertęſum thalami tædæq; fuiſſet.

¶ Tædulus pen.cor.dicitur faſtidioſus ſenex qui omnibus tædio eſt.

¶ Tænar⁹ pe.cor.loc⁹ vmbroſus i radice Maleę ꝓmontorij laconię iuxta Spartã ciuitatem. In quo qͣ hiat⁹ magn⁹ eſt & ſtrepit⁹ ꝓgredi percipiunť:dixerũt veteres p hũc eſſe deſcẽſũ ad iferos. Ver. Tęnarias ẽt fauces alta oſtia ditis. Ibi erãt latomię:hoc ẽ lapidicinę lapidũ ꝓcioſoꝝ q & laconica marmora:& tęnarei lapides vocanť. Prop. li. iij. Q; non tęnareis domus eſt mihi fulta colũnis. Et in ſingulari generis maſcu. eſt in plĩ neutri. Græce ταίναρος. A quo Tęnarum oppidum dictum eſt. Suidas. ταίναρον ἀκρωτήριον Λακωνικῆς ἐν ᾧ στόμιον ἦν καταγόμενος ἐνταῦθα καὶ ποσειδῶνος ἱερὸν ἀσφαλίου ἐκεῖσε δὲ τοὺς εἵλωτας ἱκέτας καθεσθέντας ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ ποσειδῶνος ἀναστήσαντες ἀνεῖλον οἱ λακεδαιμόνιοι.

⁎ Tænarũ promontorium Laconicæ in quo fauces erãt ad inferos deducentes & neptuni tẽplũ illic ſupplicantes in ſacello Neptuni munientis nihil timẽtes Lacedæmonij interfecerunt. Cc.

¶ Tęnię vittaꝝ extremitates: vt q̃ ab iſulis pẽdent. Ver. Fit lõgę tęnia vittę. Q ñq; accipiť ꝓ tota vitta. Idẽ li. v. Puniceis tp̱a tęnis. A tęna nõ tęnia. Nã tęna & tænia dr̃. Proprie tñ tænia ẽ faſcia: vñ & lapides ſub aq̃s cãdicãtes i lõgũ Porrectos tęnias vocam⁹:a faſciaꝝ ſimilitudĩe. Ply. Nec ꝓfunda altitudo miraculũ minuit. Frequẽtes q̃ppe tęniæ cãdicãtis vadi carinas territãt. Eſt & tęnia piſciculi gen⁹ apud Ariſtotelẽ a gracilitate & lõgitudine dictum.

¶ Tago is.apud veteres in vſu fuit ꝓ tãgo a quo etiã cõponiť attigo ꝓ attingo. Plau. in Bac. Ne attigas puerũ iſta cauſa qñ fecit ſtrenue. Feſtus. Tagit ſimpliciter dicitur quod attigit contigit facit compoſitum.

¶ Tagax: furunculus a tago: quod eſt tango. Luci. Proſcribere poſſe tagacem mutonis manum.

¶ Tages tagis fuit qui primus Hetruſcis aruſpicij diſciplinam dedit.

¶ Tagus: fluuius Luſitanię habẽs arenas aureas. Iuue. Quod Tagus & rutila Pactolus voluit arena.

¶ Tagrus mons in Luſitania apud quem quędã equæ dicuntur e vento concipere.

¶ Tagaſta ciuitas Aphricæ. ex qua pater meus Augu. Tagaſtenſis appellatus eſt.

¶ Talpa gñis maſ. & fœ. aial captum oculis: muri ſimile Virg. Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.

¶ Talge: inſula in mari hyrcano vt Pompo. refert. ſine cultu fertilis omni fruge ac fructibus abundans.

¶ Talus: duo ſignificat. ſ. partem pedis. i. os ꝓpe calcaneũ q̃d extuberat. Hor. in Ser. Ad talos ſtola demiſſa & circũdata palla. Eſt & talus oſſis gen⁹ i articulo pedis: vẽtre eminẽs: cõcaua in uertebra. de quo in dictiõe Teſſera. Ariſtoteles & Ply. negant in homine eſſe talos.

¶ Talaris & hoc talare. vt veſtis talaris quæ ad talos vſq; deſcendit.

¶ Talaria: calciamẽta alta Mercurij. Virg. Pedibus talaria nectit Aurea.

¶ Talipedo as. penul. corre. pedibus vacillo & quaſi ſupra talo a inſiſto.

¶ Talea: fruſtũ ligni ꝑciſũ ex vtraq; parte vt in terra inſerať. Præciſis eñ lingnis vel podali vel cubitali magnitudine nõnullæ arbores ſerunť: adq; lignũ ita ꝑciſum gręco noie gñali ξύλον latine talea dr̃. Ply. li. xvj.. Seruãdũ in eo ante oĩa vt taleæ ex feracibus fiãt arborib⁹ nec curuæ neue ſcabrę aut bifurcę. Cato. Taleas oleagias quas in ſcrobe ſaturus eris tripedaneas facito. Et ſicut talea diciť lignũ q̃d i terra ſeriť: ita q̃d inſeriť ramo calamus & teſſera & teſſella q̄ iſtar teſſeræ ſit: vocať. Ply. Q; ſi lõgi⁹ afferanť pomoꝝ calami rapo infixos optime cuſtodire ſuccũ arbitranť. A q̃buſdã etiã poniť ꝓ teſſera. hoc eſt ligno cõplanato quo nũeros notant ruſtici idiotę. Quidã hoc nomẽ cũ h ſcribũt q̄ græcã originẽ habere autumẽt & vſq; adeo latinũ factũ vt Taleare ꝓ icidere vſurpet ruſtica ſimplicitas. Hinc & tella nũmaria ſermõe militari diciť. Q̃d gen⁹ cũ edicto pricipis vel reip. cõcediť: Clarigatio dici põt. Liu. li. viij. Veliterninis deiecti muri: ip̄i vrbe abducti iuſſi trãſtyberim habitare vti eius q cis tyberim captus fuiſſet ad mille pondo clarigatio eſſet.

¶ Taleari lignum dicitur dũ ſcinditur. Intallari dũ præcidendo formatur. ait Varro.

¶ Talia taliæ: folliculum cęparum.

¶ Talio: vidicta: hoſtimẽtũ: vt ſi q̃s manũ alicui amputauerit: illi manus romanorũ lege amputari debet. Hinc Retaliare Gel. formauit. q̃d ſignificat Talione hoiem repercutere. Mar. Corrumpit ſine talione cælebs.

¶ Talentũ apud priſcos diuerſi põderis fuit. Nã Atticũ talentũ vt docet Ply. ſexdecim ſeſtertia valebat. hoc eſt põdo. xl. ægyptiũ põdo octoginta. Cleopatra põdo centũ uigintiquinq; talẽtũ fecit. hoc eſt ſeſtertioꝝ quinquaginta. Africanus talentũ omne põdo ſexaginta tradit. Quia vero libræ: hoc ẽ pondo apud alios maiores apud alios minores ſunt: hinc efficiť vt talenta quoq; non idẽ vbiq; valeant. Pollux inq̃t ꝓ aureis nummis tribus imputabať: nummus aureus pro drachmis duabus atticis Erãt ergo talentorũ multa noia. Ptolemaicũ. Syriũ. Tyriũ. Antiochenum. Atticum. pondere quidẽ pari oĩa ſed ad nũmũ collata differunt. Atticũ Tyrio æquale ſed plus quadruplo valẽs q̃ Ptolemaicũ: ſeſquitertio q̃ Syrium Antiochenumq;. Babylonicũ talẽtũ duo milia & ſeptuaginta minas atticas fuiſſe tradunt. Euboicũ quattuor millia denariorũ valebat. Rhodiũ quigẽtorũ denariũ. Neapolitanũ ſex denariũ. Syracuſanũ trium denarium. Alij minimũ libris. l. Maius. lxxij. Maximum. cxx faciunt. Atheneus talentũ ſex millibus nummũ italicorũ permutari tradit. nummũ eſſe drachmã. hoc eſt denariũ. Cẽtũ drachmis hoc eſt denarijs cẽtũ argenteis ęquarii libram. Plutar. in Pompeio refert minam vocãs eam.

¶ Tam & q̃ ꝑ Priſciani ſñia aduerbia ſũt & cõparatiuo & ſuplatiuo adijciũť cũ duo vel plures cõparatiui vl' ſuplatiui diuerſę ſignificatõis poſiti iter ſe ęquanť: vl' ij dẽ geminanť. vt tã iuſtior q̃ fœlicior Aeneas Hectore. Cic. ꝓ Deio. Iſtã inquã dexterã nõ tã i bellis neq; in ꝓlijs q̃ in ꝓmiſſis & fide firmiorẽ. Bis eñ ifirmiorẽ itelligẽdũ eſt. Iũgiť & poſitiuo: vt tã bonus. Vir q̃ bon⁹. Homer⁹. Cic. Tã ſum amicus reipu. q̃ q maxime. ſ. eſt amicus. Hoc eſt tã amo rẽpu. q̃ ille qui plurimũ amat. Et apud veteres tam pro tamẽ & pro modo ponebať. Cõponiť tam cum etſi & ſignificat q̃uis. Ply. Dedit quantũ maximũ potuit daturus amplius ſi potuiſſet: tametſi quid homini dari põt maius q̃ gloria laus æternitas?

¶ Tama: dicitur cum labore viæ ſanguis in crura deſcẽdit & tumorem facit.

¶ Tamaricæ pen. pro. gñs fruticis bis in anno florentis a græcis Erice dicitur. Vnde & Ericeum mel celebrať. Videtur etiam recte dici Tamarix. & tamaricũ etiã legitur. Hanc quidam eandem eſſe quã myricam exiſtimãt licet Ply. li. xxviij. diuerſa eſſe dixerit.

¶ Tamaritæ penultima producta. populi Aſiatici non longe a Caſpio mari.

¶ Tamẽ ſignificat nihilomin⁹. Quę vbi ꝑcedit q̃ q̃ q̃uis & alia huiuſmodi dat principiũ cõſtructiõis: ipſa dictione tamen excuſſa. Quod ideo in ligatura & quaſi iunctus

ra orationis iniunctum eſt: quia oratio vnde non debuerat incoeperat. Idcirco tamen abijcitur tanq̃ functa officio ſuo. Aliquando inceptiua eſt. Ci. Pr̄o. Tamē nō diſcedis a malitia. Aliquando ponitur pro ſtatim. Vir. Hic hædos depone tamen veniemus in vrbem. Aliquando pro tandem. Salu. lib. iij. hiſt. Nam qui enare conati ſūt icti fragmentis nauium aut afflicti a ſuis vndarū vi mulcato fœde corpore &c. Plau. Ita faciā ita placet quid tū tamen? Aliquando pro duntaxat. Ter. in Hecy. Quod potero faciam tn̄ vt pietatē colam. Dona. Dūtaxat vel ita tamen vt pietatem colam. Hinc componuntur Attn̄ & verūtn̄ eiuſdē fere ſignificationis.

⁎Tametſi cōiunctiua particula in principijs orationum poſita indicatiuo gaudet. Secundo autē loco etiam ſubiūctiuo. Cc.

¶Tamnus herba eſt minutis folijs & aculeata.

¶Tamino as. penul. cor. corrumpo licet non ſit in vſu Cuius compoſita ſunt Attamino. Contamino. & Intamino. Vnde Intaminatus.

¶Tanas oppidū nō longe a Tana. & Venetis paret. Vn̄ & nobiliſſimę pelles feruntur: & mancipia: quæ a ſcythis emunt quos appellant Carcaſos.

¶Tanais fluuius Scythiæ qui diuidit Aſiam ab Europa. Ferturq; a ſeptētrione Nilo cōtrarius paulo tn̄ orientalior nō ſolū p ſcythas in Mæotim defluēs ſed & p ſauromatas. Originem eius icertā aliqui putāt. Ptol. ex mōtibus ripheis prodire putat qui magis hauſtrales ſunt q̃ hyperborei. Alij aiūt eſſe paludem nō admodū magnā ex qua Tanais naſcit̃ q duobus oſtijs Mœotim ingredit̃ q̃ ſtadijs intra ſe circiter. lxx. diſtare ferunt̃. Alij ex Caucaſijs montibus oriri exiſtimant.

¶Tanager fluuius Lucaniæ quę eſt iter Campaniam & Calabriam. De quo Vir. li. iij. Geor. Et ſicci ripa tanagri. At Tanagra Perſidis oppidum eſt.

¶Tanais. Metropolis ægypti vbi Moyſes mirabilia fecit.

¶Tandem ſignificat poſtremum. Virg. Iam tandē Italiæ fugientis prēndimus oras. Per interrogationē habet vrgēs quiddā & accelerans. Ci. Quouſq; tandē abutere Catilina patientia noſtra? Aliqñ eſt cōiunctio expletiua Terē. in phor. Ita ne tādē vxorem duxit Antipho iniuſſu meo? Interdū ponit̃ pro aliqñ. vt apud eūdē. Ita ne tādem ſe ſororē duxit? Nōnunq̃ pro Vix. Ci. Tādē aliquādo quirites. Item pro ſaltem. Ter. in heau. Perfice hoc p̄cib⁹ aut precio vt hereā in parte aliqua apud Thaidē tandem. Item pro tamen. Cice. In qua ciuitate tandem arbitrare te viuere.

⁎Tandiu tanto tempore. Cc.

¶Tango is. tetigi. tactū ſecūdū cōſuetudinē. Lucr. Tāgere cūm & tāgi niſi corpus nulla poteſt res. Sed qm̄ quodānō moueri vident̃ ea q̃ tāgunt̃: Tangere qn̄q; pro cōmouere ac ferire capit̃. Idē li. j. Nec bene pro meritis capitur nec tangit̃ ira. Virgi. De coelo tactas memini p̄dicere quercus. Qn̄q; pro circūuenire. Turpil. At etiā ineptus meus eſt mihi pater iratus quia talēto argēti tetigi veteri exemplo amātis. Aliqñ pro Cernere itelligere. Cic. Poſt q̃ aūt cōſilia ei⁹ oia tetigi. Aliqñ pro Peruenire. Idē. Verres ſimul ac tetigit prouinciā. Sunt qui velint Tango tāxi præteritū facere. Tago tetigi. ſicut pango pāxi. & pago pepigi. Cōpoſita a Tango ſunt Attingo. Cōtingo. Obtingo. Pertingo. qđ eſt perfecte tango. Quod & pro Conſequor plærunq; poni ſolet.

⁎Tanos gemma inter Smaragdos ingrate viridis & intus ſordida. Cc.

¶Tantalus Iouis ex Plote nympha filius fuit quē Euſebius regem Phrygię cū Troo dardaniæ rege bellū geſſiſſe ſcribit q; Ganymedē rapuerit: Agamēnonis & Menelai auus. Vnde & Tantalides dicti ſunt. Hic ob filiū interfectū detruſus ad inferos ſiti torquet̃ & fame. Plato i Cratylo ſcribit Tantalū dictum eſſe quaſi Talantaton hoc eſt infœliciſſimū. Alius fuit Tantalus Corinthiorū rex ob pietatē deorū mēſis dignatus. Alius Thyeſtæ ex Merope filius iterfectus & appoſitus eſca patri. Hinc fit Tantaleus a. um. Proper. Tātalea poterit tradere poma manu. Suid. ἐπιπτεν ὁ λίθος ἐπ᾽ αὐτὸν δ᾽ ἡ δίψα ἐτήκετο ταντάλου κήπους τρυγᾶν ἰσαίου τοῦ ῥήτορος μετὰ ἐκ ... τουμένου ὕστερον δὲ σωφρονήσαντος. ⁎ i. cadebat lapis in ipſum: ſiti abſumebat̃: tantali hortos vindemiare Iſęi Rhetoris p̄digi poſtea modeſti effecti.

¶Tantus a. ū. a tam deduci videt̃. quātitatēq; ſignificat Et mō demonſtratiuū eſt. Virgi. Tantę molis erat romanam condere gentē. Modo relatiuū. Plau. Et tātū q̃tū potui p̄ſtiti tibi. huius diminu. eſt Tantulus a quo tantillus

¶Tantū aduerbiū ſignificat ſolū. Quod & tantūmodo dicit̃. Aliquando ſignificat vſq; adeo.

¶Tantumnō nō tam negare videt̃ q̃ affirmare: accipit̃q; pro etiā. Sue. in Tibe. Tantumnū aduerſis tēpeſtatib⁹ Rhodanum enauigauit. id eſt etiam aduerſis tēpeſtatib⁹ Alij exponūt quatenus a tempeſtatib⁹ nō impediret̃. Similiter Syrus. Tātumnū ſtrictis mucronib⁹. Videturq; ea figura dici: qua etiānū. Sic Liu. li. xxxvij. Vidit non poſſe ęquare ordinē romanos & tantumnū iam circuiri a dextro cornu concidas naues.

¶Tanti & q̃ti cum eorum cōpoſitis tantidem q̃tilibet q̃ticunq; ſimiliter totidem pluris minoris iugūtur verbis precium ſignificātibus: qualia ſunt. Emo: vēdo: vęneo: mercor: cōparo: ęſtimo: conſtat: cōduco: loco: fœneror: paciſcor: pago pepigi: condemno: poſtulo: & ſi qua ſunt alia. Et tamē in alijs a predictis ablatiuū poſtulant. Ter. Quid agas niſi vt te redimas captum q̃ queas minimo. Et ſi nequeas paululo: at q̃ti queas. i. tāti te redimas quāti queas. Liu. lib. xlviij. Mancipia minora annis viginti quæ poſt proximum luſtrum decem milibus æris aut pluris venīſſent: ea quoq; decem tanto pluris q̃ q̃ti eſſēt æſtimarentur.

¶Tantū abeſt ſignificat non ſolū nō eſt. Ci. li. offi. Tantū abeſt officio: vt nihil officio magis poſſit eſſe cōtrariū hoc eſt nō modo officiū nō eſt: verumetiam nihil magis officio poteſt eſſe contrarium. Vel tantum abeſt vt officium ſit: vt nihil officio &c.

¶Tantiſper aduerbiū ſignificat tandiu: poſtulatq; poſt ſe dum donec ſiue q̃diu: vel quoad. Cic. In carcerem ductus: vt ibi eſſet tantiſper dum culeus in quem deiectus deferretur cōpararetur. Teren. in heau. Ego te meū eſſe dici tantiſper volo: dum quod te dignum eſt facias. Sic cętera a per compoſita temporis breuitatem ſignificāt: vt quantiſper parūper pauliſper aliquantiſper. Ponitur etiam Tantiſper ſine dū. & ſignificat tantummodo. ſiue interea. Hier. Vnde de ijs ex quib⁹ certi ſumus tantiſper loquamur. Liu. lib. j. Tamē id imperium ei ad puberem ætatem incolume manſit: tantiſper tutela muliebri. Cic. lib. v. tuſ. Sed videro quid efficiat tantiſper hoc ipſū magni æſtimo quod pollicetur.

¶Tantopere & tanto opere ſignificat tātum: tam vehementer. Ter. i adel. Ego hac in re nihil reperio: quamobrem lauder tantopere.

¶Tantūdē. quaſi tantū idem. ſignificat æque tātū. vulgo alterūtantū. Aug. Aequati ſunt oēs & facti ſūt nouiſſimi primi & primi nouiſſimi qa tn̄dē acceperit primi & nouiſſimi. Col. lib. vij. Tū parib⁹ caſię myrrhęq; & turis pōderib⁹ ac tn̄dē ſāguis marinę teſtudinis miſcet̃. Ter. in phor. in ea ſignificatione ſed aliter dixit. Nū tu? Nihil Phed. Tantūdē ego. Hoc nomē habet niſi gtm̄ tantidē qđ ſignificat pro tāto p̄cio ſolū. Ter. in adel. Domo me

eripuit verberauit: me inuito abduxit meam ob male facta hæc tantidem poſtulat emptam ſibi tradier.

✱Tanuma labruſca eſt. Cc.

✱Taos gēma pauoni ſimilis qui græce ταώσ dicit̃. Cc.

❡Tapetum. Tapes. tis. & Tapete. pe. pro. Tegmen mire pictū varijs coloribus quo equi: menſæ: ſeu pauimenta ſternunt̃. Virg. li. x. Qui forte tapetibꝰ altis Extructus toto perflabat pectore ſomnū. Idē li. vij. Luſtratos oſtro alipedes pictiſq; tapetis. Declinatur enim græce τάπησ τάπητοσ. Sta. li. j. th. Altoſq; inferre tapetas. actūs græcus eſt a Tapes tapetis. Hier. li. ij. ꝑ. Obtulerūt ei ſtratoria & tapetia. A tapete eſt. Similiter Plau. Vt ne periſtromata quidem æque ſint Campanica neq; Alexandrina beluata conſuta tapetia.

❡Tapedogogia. oim tapetorum ſupellex intelligitur.

❡Taphos: latine ſepulchrum dicit̃. Vnde Epitaphium

❡Tapinoſis pen. pro. latine humiliatio dicit̃. Eſt enī rei magnæ hūilis expoſitio ταπεινὸσ humilis: vt Apparēt rari nantes in gurgite vaſto.

❡Tapſus. inſula decem ſtadijs a Sicilia diſtans verſus ſyracuſas. Vir. li. iij. Tapſumq; iacentem.

❡Taprobane inſula in mari indico ſatis ampla inter ortū occaſumq; ſolis. vt Solinus refert. Patet in longitudine ſtadiorū ſeptē millibus. in latitudine quinq; millibus. Nulla in nauigando ſyderū obſeruatio. Ibi ſeptētriones nequaq̄ aſpiciunt̃. Lucet ibi Canopos ſydus clarū & amplíſſimū. Hoies corporū magnitudine alios antecellunt cæruleis oculis: atroci viſu: terrifico ſono vocis. Viuunt vltra annos cētū. Naſcūt̃ i ea berylli: & hyacinthi: vt Pto. li. vij. refert. Ply. li. vj. ſcribit quingēta oppida comperta fuiſſe. In ea ſicut Geometræ ſcribunt ſunt duæ æſtates.

❡Tapyri populi in parthia vt li. xj. refert Strabo. q̄bus mos eſt vt ꝓprias vxores alijs viris nuptui cōcedant cū duos aut tres filios ex eis ſuſceperint.

❡Taracon. pe. cor. Inſignis Hiſpanię ciuitas Scipionū opus: a qua ꝓuincia ipſa Taraconia & taraconenſis vocat̃. q̄ vt Pompo. ſcribit lib. ij. altero capite Gallias: altero Bęthycā Luſitaniāq; cōtingēs mari latera obijcit: noſtro qua meridiē: qua ſeptētrionē ſpectat oceāo. Vrbiū e mediterraneis clariſſimę fuerīt Pallātia & Numātia. Nūc eſt Cęſarea auguſta. Hinc Taraconēſia vina nobilitāter elegantia. Mart. Taraco cāpano tantum ceſſura lyęo.

❡Tarchon. nomē ꝓpriū Hetrurię ducis & haruſpicis.

❡Taracina. oppidū Volſcorum in campania. ante Trachyna. i. aſpa. loci aſpredie. & lingua volaſcorū Anxur dicebatur prius diuerſa fortuna a rhegynis experta a ταράττω conturbo. Liui. li. iiij. Anxur fuit q̄ nunc Taracinæ ſunt ciuitas prona in paludes.

✱Tarantula ſtellionis genus cuius morſus raro interimit hoiem: ſemiſtupidū tn̄ facit & varie afficit. Cc.

❡Tarchetius nomē fuit impij Albanorum regis.

❡Taras fuit Neptuni filius quem tarentum ædificaſſe nonnulli autumant.

❡Tardus piger. Virg. Sæpe oleis tardi coſtas agitator aſelli Vilibus aut onerat pomis. Per tranſlationem quādoq; pro rudi & ſtulto ponitur. Idem. Tardi venere ſubulci. Teren. in heau. Fatuus eſt inſulſus tardus. Q ñq; ꝓ perſeueranti & diuturno. Virgi. Media fert triſtis ſuccos tardūq; ſaporē. Q ñq; pro dēſo & craſſo. Idem. Vdo ſub robore viuit Stupra vomens tardū fumum. Huius diminutiuum eſt Tardiuſculus.

❡Tarditas tarditudo & tardicies ꝓ pigricia. Plau. i Penu. Prodigioſi eſtis & viciſtis cocleas tarditudine. Actius. Multa mittuntur tardicię & ſocordiæ.

❡Tardo as. moror tardus ſum. a quo Retardo morari facio: retineo. Ci. in Catone. Ad quem fruēdum nō modo ſe retardat verumetiam inuitat.

✱Tardiloquus qui tarde loquitur. Cc.

❡Tardigradus pe. cor. qui tarde graditur.

❡Tarentū fuit inclyta Calabriæ vrbs i vltimo Italię circa ſalentinorū cōfinia a Tara Neptūni filio ędificata. Deinde a Laconibꝰ aucta: q duce Pallanto illuc aduētātes expulſis incolis vti Iuſti. li. iij. ſcribit eā tenuerunt.

❡Tarētina nux fragili putamie eſt: & ita mollia vt vix attractata rumpatur. Vnde quidā tarentum appellatum putant q; iuglādes nuces & pineas molles habet ac ſimiliter oues. Tarentū aūt ſabini vocāt molle. Ad quod alludens Hor. ſcripſit. Et molle tarentum.

❡Tarmes genus vermiculi carnem exedens.

❡Tarpeius mons Romæ a Tarpeia virgine veſtali ſic dictus q̄ ſabinis arcē prodidit & ibi necata ſepultaq; fuit E cuius noie monumentū relictū quod rupes tarpeia & tarpeiū ſaxū vocitabat̃. Hic prius Saturniꝰ mons. Poſtea capitolium dictum fuit.

❡Tarſus vrbs præclariſſima & Cilicię metropolis quā Perſeus danaes nobiliſſima ꝓles ędificauit. Luc. lib. iiij. Deſerit̃ taurīq; nemus perſeaq; tarſus. Hęc fuit apoſtoli Pauli patria. Dicta Tarſus vt qdā exiſtimāt a ſiccitate. vel a parte pedis q̄ tarſos dicit̃ i manu. Vel vt Ioſephus ait li. j. a Tarſo nepote Iaphet. Tarſis vero lapidis genus eſt vt inq̄t Hier. ad Marcel. vt eſt illud in Daniele. Et corpus eiuſdē vt Tarſis qđ Aq̄la Chryſolithū: Symmachꝰ Hyacinthū interpretant̃. Et apud Ezechie. Et ſpecies rotarū ſicut ſpecies tarſis. Eſt & tarſis regio iudęæ ad quā Ionas ꝓpheta ſe velle ire dixit. Et Salomon & Ioſaphat naues habuerūt q̄ de Tarſis ſolitę ſūt exercere cōmercia. Ipſū quoq; mare: q̄a cæruleū ſit & ſæpe ſolis radijs percuſſum colore ſupra dictorū colorū trahat a colore nomen accepit. Porro hebræi Tarſia mare dici generaliter autumāt. Scđm illud. In ſpū violēto cōfringes naues tarſis: i. maris. Et i Eſaia. Vlulate naues tarſis. Tarſenſes adeo phię ſtudioſi fuerūt: vt Athenīēſes & Alexādrinos ſuperarēt. Ex tarſo fuerīt Antipr̄. Archelaus & Neſtor & duo Athenodori. quorū q Cordilion dictus ē cū. M. Catone vixit & apud eū mortuus eſt. Alter Canauita a vico quodā Cęſaris pręceptor. & hi philoſophi ſtoici fuere.

❡Tartarus pe. cor. in ſingulari gnīs maſ. In plrali neu. locus infernalis a ταράττω cōturbo. quia illic oīa perturbata dicūtur. Vel ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν. i. a tremore frigoris. Soleē enī caret. Suid. τάρταροσ ὑποκάτω τοῦ ᾅδου τόποσ καὶ τάρταρον τὸν περὶ τὰ μέση τόπον καὶ περὶ ψυχάσ. i. tartarus demiſſior iferni locus. & tartarū apud nubila locus & animarum. Hinc tartareus a. um Tartarū neutro gnē fex vini dicitur.

✱Tartarnū veteres dixerūt horrendū atq; terribile. Cc.

❡Tarteſſus: vrbs fuit in littore ꝓpe Gades. vnde familia Columellę emanauit. a Tartaro dicta vt mēinit Stra. propter ſubterraneas illic cauernas.

✱Taſcanium eſt terra alba ſimilis argillæ. Cc.

✱Taſmenes vnus ex Neſtoris filijs. Cc.

❡Taſium genus eſt vini a τάσισ quæ eſt detenſió deductum nomen. vel vt Ser. ait a taſo inſula. vnde & taſiæ vites.

✱Tatham Pueri patrem vocant. Martialis. Mammas atq; tathas habet Afra. Cc.

❡Tatianus. nomen eſt viri proprium.

❡Taurus bos ad procreandū reſeruatus ſicut i capris hircus. Accipitur & pro quocunq; forti boue. Virgi. lib. primo Georgic. Ergo age terræ Pingue ſolum primis extemplo a menſibus anni Fortes inuertāt tauri. Eſt & taurus cęleſte ſignū. Ideo enī in cœlū trāſlatus fuiſſe taurus exiſtimatur: q; Europā in Cretā iſulā trāſuexerit icolumem. Lege fabulā. Et taurus mōs q ab idico mari exurgēs vaſte ſatis attollit̃. dein dextro latere ad ſeptētrio-

nem ſiniſtro ad meridiẽ verſus it: in occidẽtem rectus & ꝑpetuo iugo magnarũq; gẽtiũ qua dorſum agit terminus: ſed pro gentiũ ac linguarũ varietate diuerſa habet nomina. Mons ei oppoſitus Antitaurꝰ dicitur. Vbi in excelſiſſimam conſurgit ſublimitatem Caucaſus appellatur: q̃q̃ ſunt qui Taurum a Caucaſo diuidant.

¶ Taurinꝰ a ũ: qđ ẽ ex tauro boue vt pellis taurina. Sic dicitur omnia a mutis aialibus deriuata. & i pen. pro. ſeruãt. vt Leporinꝰ captinꝰ. Formicinꝰ. Hirũdininꝰ. Plau. in ru. Ad hirũdininũ nidũ viſa eſt mihi ſimia vt iaſcẽſionẽ faceret. Veruecinꝰ. Porcinꝰ. Ouinꝰ. Suinus. & hmõi.

¶ Tauri numero plurali & taurilia: ludi i honorẽ deorum inferorũ facti quos & boalia & bupetias aliquãdo vocatos inuenimus. Sed ꝓprie hi ludi ſunt boũ gratia inſtituti. Itẽ tauri Scarabei terreſtres ſunt Ricino ſimiles.

¶ Taurã vaccã dici exiſtimãt ſterilẽ: q; hęc nõ magis pariat q̃ tauri.

¶ Tauroſcythæ ppli ſcytharũ q taurũ mõtẽ habitant.

¶ Taureus Neptuni Epitheton: quoniam ei tauros immolabant: vel quia ſit deus maris: q; ſonum emittat ſimilem voci taurinæ.

¶ Taurea ſcutica ex corio bubulo facta. Iuue. Taurea punit cõtinuo flexi crimen facinuſq; capilli. Hiero. in li. Machabeorũ. ij. Cõtigit autem & ſeptem fratres vna cũ matre appræhenſos compelli a rege edere carnes porcinas flagris & taureis cruciatos.

¶ Taurica Cherſoneſus peninſula ꝓuincia eſt Europæ ſicuti docet Ptole. libr. iij. cuꝰ fines ſunt Iſthmus: Palus Męotis: Põtus & Cimmeriꝰ Boſphorꝰ. Ibi ciuitates ſitę ſunt Eupatoria & Theodoſia: nũc Capha. Eius ambitus. dcc. milia paſſ. cõplectit̃. & a Mæotidia populis qui margines ipſius habitãt nomẽ aſſũpſit. De hac Iuuenal. Aegyptus ꝗppe illa nefãdi taurica ſacri. Et ipſi etiã taurici inmanes moribus immanẽq; famã habẽtes q; ſolerent pro victimis aduenas cædere.

¶ Taurarij populi in Taurica regione conſtituti.

¶ Taurominiũ mõs Siciliæ multis bobus abundans & ſupra eũ vrbs eiuſdẽ nois quã ędificauerũt Zãclei. a quo Taurominitanus ager: & taurominitani ciues. Vnde eſt illud taurominitanã vincunt feruore charybdim. ſcribit Ply. hãc vrbem quãdoq; Naxon appellatam.

¶ Taurologia latine dici põt eiuſdẽ eloquiũ. Idẽ Vir. li. j. Si fata virũ ſeruãt ſi veſcit̃ aura ętherea neq; adhuc crudelibꝰ accubat vmbris. Nã totũ qđ repetit̃ vnũ ẽ: ſed ad exprimẽdũ cõceptũ crebro ſermone denũciatur.

¶ Taxillus diminutiuum eſt a talus.

¶ Taxus arbor abieti ſilis Baccaſq; ferens ꝗbus letale venenũ ineſt ꝑcipue in Hiſpania. Ab ea Toxicũ dr̃ qua ſi taxicũ. Vir. Sic tua cyrneas fugiãt examia taxos. Fumus eñi taxi mures necat. Taxꝰ gñis maſ. aial ẽ qđ & taxo dr̃: & Melis ab auiditate mellis. Eſt ei aluearibꝰ infeſtꝰ.

¶ Taxo as ſignificat ꝑſſius crebriuſq; qcq̃ tãgo. vñ id procul dubio inclinatũ eſt. vt iacto: multo fuſius largiuſq; eſt q̃ iacio. Taxare etiã pro precio ęſtimare ponit̃. Ply. li. xviij. Illos qui frugiferas tanti taxauerãt. Itẽ pro maledictis tangere. Suc. li. ij. Sed etiã vt numulanj nepotẽ ſic taxat Auguſtũ. Feſtus. Taxatores a ſcęnicis dicũtur qui alterutrum maledictis tangunt.

¶ Taxim aduerbiũ ſignificat ſenſim. Põponius. A doꝑtate clandeſtino tacitus taxim perſpectaui.

¶ Taygete. vna ẽ ex pleiadibꝰ. Taygetũ ẽ mõs ſub quo Sparta vt inqt Stra. Luc. li. iiij. Gelidiq; iculta iuuẽtꝰ taygeti. Hic mõs cõſecratꝰ ẽ Baccho. & Home. i hymnis ſic ait. κάστορα καὶ πολυδεύκεα ἀείσεο μοῦσα λίγεια τυνδαρίδας οἳ ζηνὸς ὀλυμπίου ἐξεγένοντο, τοὺς ὑπὸ ταυγέτου κορυφῇς τέκε πότνια λήδη. λάθρῃ ὑποδμηθεῖσα κελαινεφεῖ κρονίωνι. χαίρετε τυνδαρίδαι ταχέων ἐπιβήτορες ἵππων. ✶ .i. Caſtorã & pollucẽ cantabis muſa ſtridula tyndaridas qui Iouis Olympij nati ſunt quos ſub taygeti e acumine peperit veneranda Leda: latenter commiſti nigro ſaturnio: Salucte tyndaridę celerũ cuſtodes equorum. &c.

¶ Thearus. fluuius Thraciæ ad cuius caput Darius ad Scythas proficiſcẽs applicuit caſtra: ibiq; tribꝰ diebus ſe cõtinuit: cuius dulciſſima aqua delectatus eo in loco columnam gręcis litteris inſcriptam appoſuit.

¶ Techna gręce τέχνη latine ars. Inde technites artifex. Plau. Qui technas hois depręhendi ſolus. Vñ Galenus opus ſuũ technẽ. i. artẽ inſcripſit. Hinc Calotechnius bonus artifex. Victru. li. iiij. Calimachꝰ ob elegãtiã & ſubtilitatẽ artis marmoreæ calotechnius eſt noiatus. Cacotechnius malus artifex. Technicus artificioſus.

¶ Technophyon. gręca dictio qua ſignificat̃ artis productio. τέχνην artẽ græci dicũt: & φύω produco. Sue. in Aug. Erat illi locus in edito ſingularis quẽ ſyracuſas & Technophyum vocabat.

¶ Teda arbor e Laricũ genere quæ liquorem ſeu picem ſtillat abũdãs ſucco liquidiore: & ob hoc flãmis ac luminis ſacrorũ grata vt inquit Ply. Inde Tedas vocamus faces quæ optime ex ea arbore fiebant. Et Cererẽ deã tediferã poetæ vocãt q; tedas dicit̃ inflãmaſſe cũ inueſtigare vellet filiã Proſerpinam a Plutone abreptam.

¶ Tego is. xi. tectũ. operio. Lact. li. ij. Nõ texit patris nuditatẽ. Per trãſlationẽ tegere ſignificat cellare. Martialis Quod tegitur maius credit̃ eſſe malũ. Item defẽdere cõſeruare. Saluſti. At romani domi militiæq; intẽti feſtinare: parare: aliꝰ aliũ hortari: hoſtibꝰ obuiã ire: libertatẽ patriã parenteſq; armis tegere. A tego fiunt cõpoſita. Cõtego. totũ tego. Hier. de Paulo Eremita. Aiaduertit intꝰ grãde veſtibulũ qđ aperto deſup cœlo patulis diffuſa ramis vetus palma cõtexerat. Detego cõtrariũ eſt ſuo ſimplici. Lact. li. ij. Nunc interim falſa vt cœpimus detegamus. Intego intus tego. Ply. Ventricula atq; inteſtina pingui ac tenui omẽto integunt̃. Obtego circum ſeu ſupra tego. Col. li. iiij. Monendo necubi ſcãna omittant̃: & qđ eſt durũ ſũmis glebis obtegat̃. Prætego antetego. Lact. lib. iiij. Tamẽ vitia ſua capillis & pallio & qđ maximũ eſt velamentum diuitijs prætegebat. Protego tueor. Pertego perfecte tego. Plau. i Tri. Benefacta benefactis alijs ꝓtegito ne perpluãt. Retego nudo aperio. Virg. Cæciũq; domus ſcelus omne retexit. Iuue. Si tibi zelotypæ retegantur ſcrinia mœchę. Supertego. Col. lib. x. Nihilominus congeſtu culmorum & frondium ſupertegemus: q̃ tumq; res patietur a frigore & tempeſtate muniemus. Et omnia habent penultimam correptam.

¶ Tegmen quod & Tegimen & Tegmentum dicitur ſignificat quicquid aliquid tegit.

¶ Tegillum paruum tegmen. Varro. Ob aquam e nubibus tortam indicat fore vt tegillum paſtor ſibi ſumat. Eſt & tegillum cuculli vinculum e ſirpo. Plautus. Tegillum mihi aret: id ſi vis dabo. At Tigillum diminutiuum a tignum eſt.

¶ Tegulum penul. corre. idem quod tegmen. Plyn. Tegulo enim aquaticarum harundinũ domos ſuas ſeptẽtrionales populi operiunt.

¶ Tegula tegulæ q; domos tegat. Tegulæ autem quæ ad balneas adhibentur a laxitate dicuntur mãmatę. a lateribus coctiles vocantur.

¶ Tectũ & participiũ & nomen eſſe poteſt. Participium cũ dicimꝰ. Scelus tuũ tectũ eſt. Nomẽ cũ ſignificat partẽ domus q̃ domũ tegit. a tegendo dictũ. q̃uis etiã frequenter pro domo poni ſoleat: & generaliter pro omni loco & pro tabulatis omnibus quibus & triclinia & cubicula & huiuſmodi tegunt̃: & in q̃bus tecti hoies habitare ſolẽt.

Vnde architecti & Architectores dicti ſunt qui ædificandi ſcientiam habent. Tectum etiam genus ouium eſt ſic dictum ꝙ maiore lana opertum ſit. vel ꝙ operimētis tegeretur. Ply. Ouium ſumma genera duo. Tectum & colonicum. Illud mollius: hoc in paſcuis delicatius.

¶ Tectoriū. illinimētū quoddam eſt a tegēdo & quaſi pauimētū parietis atq; incruſtatio qđ fit cū calce aut gypſo ad maiorē ſpectātiū gratiā & decorē. Iuue. Tectoria prima reponit. Ply. lib. xxxvj. Ideoq; nulla tectoria eorū rime foedauere. Vnde intunicata dicūtur tectoria. Tector qui opus tectoriū facit. Varr. Quā nec pictor nec tector vidit vnq̄: q̄ in roſea quæ eſt polita opere tectorio elegāter. Albarium qđ ſuperponitur tectorio niſi pingi tectoriū oporteat. Nam cū pingendū eſt nō illinitur Albario.

¶ Tectorius a. um. qđ ad tegendū pertinet. Col. Sed ea tota maceries opere tectorio lęuigatur ex vtraq; parte ne feles aut vipera prorepat.

¶ Teges ſtraguli genus ex vlua ſiue ſirpo aut ſparto in lodicis ſimilitudinem: quo viliores vtūtur. Hanc vulgo ſtoream vocāt. Varro de re ruſt. Sicq; fiunt de Canabi: lino: iunco: palmo: ſirpo: vt funes: reſtes: tegetes. Iuuena. Auſa palatino tegetem pręferre cubili.

¶ Tegeticula diminutiuum parua teges. Varr. Sed pro columbarijs in pariete mutulos aut palos in ordine ſupra quos tegeticulę canabinę ſint impoſitę. Ouid. vocat tegetem mattam ſirpeam. Suſtulit i plauſtro ſirpea matta fuit.

¶ Tegæum cum diph. in pen. oppidum Arcadię: a qua tegeęus ſiue tegeaticus deus Pan dictus eſt. Proper. Fictilis & calami Pan tegeęe tui. Vergi. nec vero primas ſyllabas pduxit. Lateri atq; humeris tegeęum ſubligat enſem. A Papinio vero Mercurius tegeaticus dictus eſt illo verſu. Et cū menalia volucer tegeaticus vmbra. Olim Lacedęmonij bellum intulere tegeatibus ferētes ſecū cōpedes tanq̄ eſſent redacturi illos in captiuitatem. Sed cōgreſſi pręlio ac fugati quicūq; viui ſunt capti eiſdē quas ipſi attulerant compedibus compediti campum tegeatem metiti fune coluerunt.

¶ Teium vrbs in Paphlagonia: vt Sal. ſcribit: i qua ortus fuit Anacreon. Vnde teius. a. um. trium ſyllabarum. Ouid. Quid niſi cum muſto venerem confundere vino Pręcepit lyrici teia muſa ſenis? In hac fuit tēplum Apollinis. Vnde Apollo teius. Ex hac etiam Phileterus natus eſt auctor generis regum Athalichorum.

¶ Telamones: vt inquit Seruius a noſtris appellantur ſigna quæ ſuſtinent: quæ græci atlantes vocitant. Vide in dictione athlas.

⁎ Telchius vnus ex Caſtoris & Pollucis aurigis fuit. Cc.

⁎ Telchines filij Mineruę & ſolis vel vt alij volunt ſaturni & Aliopes. hi & Corybātes & idęi dicti ſunt. Cc.

⁎ Teleboas vnus ex cētauris Ixionis & nubis filius. Cc.

¶ Teloboę Aetolię populi fuerunt.

¶ Telephus pe. cor. myſiorum rex/Herculis filius: qui a ceruа nutritus ferť. Claud. Sanus Achilleis remeauit Telephus hęrbis.

⁎ Teleſto nympha a perficiendo dicta. Τέλοσ enim dicitur finis. Cc.

¶ Telos latine finis: honor: legio: tributum: vectigal: pēſio. Eſt & nomen inſulę. a qua

¶ Telina vnguenta dicta ſunt quę a medicis cōmendantur. In ea eſt hęrba ſeu frutex teli quę foenū gręcum ſignificat. quaſi frutex inſulę: vel inſula frutici nomen dedit.

¶ Teloneum pe. cor. gręce τελώνιομ menſa publicanorum vbi vectigal exigitur.

¶ Telonarij ſiue Telones publicani & tributorum collectores.

¶ Telonem agricolę vocant lignum longū: quo vtūtur ad aquam e puteis hauriendam.

¶ Telegonus nomē proprium viri: qđ latine ſignificať nouiſſimo loco natum. Vnde pro humili & inglorio ponitur. Fuit etiam filius Vlyſſis ex Circe. qui patrem interfecit roſtro piſcis illius qui Xiphia dicit: qđ eſt iſtar laminę magni enſis: vt ſcribit Oppianus de piſcibus. qđ genus enſis a matre accepit.

¶ Telum dicitur omne qđ manu iaci poteſt: quo nomine lapis/lignum/plumbum/ferrum continetur. Dictum ab eo ꝙ i longinquum mittatur. Nam apud græcos τῆλε ſiue τηλοῦ longe ſignificat. Verg. pro gladio poſuit. At nō hoc telum mea qđ vi dextera verſat Effugies.

¶ Tellus luris. terrę dea eſt. Terra vero elementum ipſum quis & pro ipſa terra accipiatur: a tolerādo ſiue tollendo dicta ꝙ eius fructus tollamus.

¶ Tellus telli nomen viri proprium: quē Solon Croeſo beatiorem putauit.

¶ Telemachus Vlyſſis ex Penelope filius.

¶ Telecrus nomen proprium regis Laconiæ.

⁎ Telicardios gēma colore cordis exiſtens Perſis maxime grata quā & muculam appellant. Cc.

⁎ Telirrhizos gēma quæ in colore coccino candidis radicibus ſpectatur. Cc.

⁎ Telanę ſpecies ficus. Cc.

¶ Telephus fuit Herculis filiꝰ ex Auge nympha. Qui poſtea i Lycia imperauit. Etiā multi alij fuerunt: vt oſtēdit Suidas dicēs. τήλεφοσ ἐκ πηριδίου οὗτοσ πένησ. καὶ τήλεφοσ περγαμηνὸσ γραμματικὸσ ὃσ πολλὰ γέγραφε. ⁎. i. Telephus ex peridio: hic paup. & Telephus pgamenus grammaticus qui multa ſcripſit.

¶ Temerarius dicitur non qui plus audet q̄ oportet: ſed qui facile nullo adhibito cōſilio credit. Ouid. Vtinam temeraria dicar Criminibus falſis iſimulaſſe virum. Item Temerarius metuendus. Plau. Sed quid ꝙ picus vlmū tūdit. Haud temerarium eſt. Item audax. vnde & temeritas & temeritudo. Pacuuius. Egon tyranni non noui temeritudinem?

¶ Temere aduerbium ſignificat male: ſtulte: incōſulte. Vide (inquit Ter.) ne quid temere agas. Hiero. Melius tamen deo cōmittimus q̄ aliquid temere definire velimus auctoritate noſtra qđ nō probamus. Quidam etiā vſurpant pro fere. Quiti. Illud ingeniorum velut pręcox genus nō temere vnq̄ peruenit ad frugem. Et temere ſignificat ſine cauſa. Teren. Haud temere. ⁎ Inde temeritas & quo veteres pro temeritate temeritudo. Pacuuiꝰ. Egon tyranni non noui temeritudinem? Cc.

¶ Temero as. pe. cor. ſcelero: corrūpo: contamino. Ambro. Ne temeratę virginitatis adureretur infamia. Idem. Quia nullius adhuc reſurgētis fuerat temerata veſtigio Vnde intemeratus integer/incorruptus/inuiolatus. Idē. Nam ſi intemerata quę ſumpſimus indumēta ſeruemus plagas latronum ſentire non poſſumus. Verg. Intemerata fides.

¶ Temetū apud Hora. pe. pro. Apud Iuue. corripitur: accipiturq; pro vino: dictum ꝙ tentet hoc eſt labefactet mentem. Verg. Tenuiſq; lagæos Tentatura pedes olim vincturaq; linguam. Hinc temulentus/vino lētus/ebrioſus. temulētia ebrioſitas. Ply. li. xiiij. Cato ideo propinquos foeminis oſculum dare: vt ſcirent an temetum olerēt. Hoc tum vino nomen erat. Vnde & temulētia appellata. Per contrarium Abſtemius ſobrius.

¶ Temno is. pſi. ptum. ſperno. a τέμνω: qđ incido: reſecoq; ſignificat: quoniam quę ſpernimus amputare & reſecare conſueuimus. Virg. Diſcite iuſtitiam moniti & nō temnere diuos. Hinc contemno.

¶ Temo temonis a tenendo dicitur. Eſt enim qui continet iugum.

¶ Tēpe neutro genere & numero plurali proprie Theſſalię loca quinq; miliū paſſ. longitudine & ferme ſex latitudie: pulcherrimus ager: amoenus gramine: refertus arboribus: canorus auiū concētu: iugis dextra leuaq; leniter ſeſe tollētibus: media interſecat Peneus amnis: cuius ripas arbores veſtiunt. Ouid. lib. j. meta. Eſt nemus hæmonię prærupta quod vndiq; claudit Sylua: vocāt tempe: per quę peneus ab imo. Effuſus Pindo ſpumoſis voluitur vndis. Sunt & tempe in bœotia quę Teumeſſia dicitur a Teumeſſo mōte bœotię: & ab Ouid. Cygneia dicta. Sunt in Sicilia a noie amnis Heloria. Abuſiue quæcunq; loca amoena/nemora præſertum atq; aquas habentia tēpe vocamus. Verg. lib. ij. ge. Speluncę viuiq; lacus ac frigida tempe.

¶ Tempero as. ſignificat rem ſuo ordine ac mēſura adminiſtro. Ci. in tuſ. iiij. Rem vero publicam noſtri maiores certe melioribus tēperauerunt & inſtitutis & legibus. Vnde dicimus temperare vinum adhibita aqua: tēperare iram ſedato animo: tēperare ferrum flammis & ictibus. Tēperamus ſtylum/calamum/appetitum: & huiuſmodi Hiero. Sic narrationis ſtylum tēperabo: vt non alia dicā q̄ quæ aut ſcripta ſunt: aut cōſequēter ſcribi potuerunt. Et i Eccleſiaſtico inqt Calamū tēperaui. Aug. Duo ſunt abſtinētiæ & crucis genera. Vnum corporale: aliud ſpirituale. Vnum a potu atq; epulis temperare appetitū gulę. Huius compoſita ſunt attēpero: qđ eſt iuxta tēpero ſeu concordo. Hier. Prudens lector caue ſemper ſuperſtitioſam intelligētiam: vt non tuo ſenſu attēperes ſcripturas ſed ſcripturis iūgas ſenſum tuum. Obtēpero. Obedio.

¶ Temperamentum modificatio. Plynius. Tali adhibito temperamento: vt nec laxet nimis: nec arctum eſſe patiatur.

¶ Tēperatura idē qđ tēperamētum. Idem. Ferrum a rubigine vindicatur ceruſa & gypſo & liquida pice. Hęc eſt temperatura a græcis antipathia dicta.

¶ Temperantia: vt Cic. lib. ij. artis veteris ait. Eſt rationis in libidinem atq; in alios non rectos impetus animi firma & moderata dn̄atio. Aug. lib. j. de libe. arbi. Temperantia eſt affectio coercēs & cohibēs appetitum ab his rebus quę turpiter appetūtur. Huius partes. Continētia/ clemētia/modeſtia. Temperantia inquit Sene. voluptatibus iperat: alias odit atq; abigit: alias diſpēſat & ad ſanum modum redigit. Græce σωφροσύνη & tēperans σώφρων.

¶ Temperies temperamētum. Ply. Iunior. In quo ſaluberrima eſt aeris temperies. Pro hac quandoq; temperaturam ponim⁹. Varro. Quero vtrum hoc adduxerit cœli temperatura: an terrę bonitas? Quādoq; temperies dicitur tēperantia. Sta. lib. ij. ſyl. Tranquillaq; morū Tēperies. Quandoq; tēporis accommoditas ad aliquid agendum. Ply. Sic iudicatur anni temperies alibi tardius: alibi maturius.

¶ Tempus vt Var. ſcribit eſt interuallū mundi & motus diuiſum i partis aliquot ab ſolis & lunę curſu: a quorum tenore teperato tēpus dictum eſt. Tria vero ſunt tempora. Pręſens/pręteritum/& futurum. Aliquando tēpus ponitur pro tēporis cōditione. Ci. O mores: o tēpora. Et tēpus para capitis eſt. Habet em̄ caput duo tēpora: vnum a dextra: alterū a ſiniſtra. ſic dicta: quia anni in eis cognoſcantur. Verg. lib. v. Aene. Tēporibus geminis canebat ſparſa ſenectus. Nam primo tēpora caneſcūt: cauāturq; magis diuturnitate tēporis. Col. lib. vij. Decimo tamen anno tēpora cauari incipiūt: ſupercilia nōnunq̄ caneſcere & dentes prominere. Sciēdum eſt q cum dicimus pro tēpore aduerbialiter ſignificat pro ratione temporis. Cū tempore cum mora & ſpatio temporis. In tēpore opportune. Ex tempore ſubito: quaſi extra temporis commoditatem.

⁎ Tēperior a tēpore fit. i. celerior: & quaſi tempeſtiuior. & tēperius aduerbiū. i. celerius: & quaſi an̄ tēpus. Col. Et an̄ crepuſculū ꝓpter cibi ſpeciē tēperi⁹ ad officinā redeāt. C.

¶ Tēpori⁹ aduerbiū deductum a tēpori aduerbio qđ ſignificat opportune/tēpeſtiue. Col. li. ix. Eſca bis diuidēda: vt mane nō protinus a cubili latius euagētur: & ante crepuſculum propter cibi ſpem tēporius ad officinam redeant. Oui. li. iiij. me. Modo ſurgis eoo Temporius cœlo. modo ſerius incidis vndis.

¶ Tēporarius a. um. qđ nō eſt perpetuum: ſed ad tēpus durās. Vnde legimus Scaurū olim feciſſe i ędilitate theatrum tēporarium. i. tam diu duraturū: donec ſpectacula peragerētur. Ply. li. xvj. Nec terrę tantū natura circa has refert: aut perpetua cœli: verum & quędam tēporaria vis imbrium. Tēporarium etiā dicitur qđ ad tēpus pertinet. Vnde extēporarium pro ſubitario capitur: vt oratio extēporaria. i. ſubitaria & imprędmeditata. Tēporarie ſignificat ad tempus.

¶ Tēporaneus. a. um. qđ ad tēpus pertinet: ſiue qđ ſubito & i tēpore fit. Hiero. i deutro. Dabit pluuiā terrę veſtrę tēporaneā & ſerotinā: vt colligatis frumētum. i. ſecundū tēporis exigētiam. Vnde extēporaneū pro ſubitario ac ipręmeditato. Contēporaneum qđ eſt eiuſdem tēporis & grece ſynchronum dicitur.

¶ Tēporale qđ ad tēpus durat. Opponitur em̄ æterno. Leo pap. Intelligite dilectiſſimi queadmodū ſit nouū ac vetus: tēporale & æternū: Corruptibile & incorruptibile: mortale & immortale/paſchale myſteriū. Interdū dicitur qđ ad tēpus fit. Vnde dicimus extēporalem orationē imprędmeditatam. Tēporaliter ad tēpus. Extēporaliter imprędmeditate. Sueto. de Tito. Latine grecęq; linguæ: vel in orando: vel in fingēdis poematibus facilis ad extemporalitatem vſq;.

¶ Tēpeſtas modo ſignificat ipſum tēpus. Sal. in Iugu. Ea tempeſtate in exercitu noſtro fuere complures noui & ignobiles. Modo trāquillum & ſerenum tēpus. Vergi. Vnde hæc tam clara repente Tempeſtas? Modo procellam. Ply. Hunc diē feſtum tēpeſtatibus leniendis ferunt inſtitutum. Idem. Tempeſtates vocamus in quibus grādines/procellę/cæteraq; ſimilia intelligūtur: quæ cum acciderint vis maior appellatur.

¶ Tempeſtuoſum procelloſum. Gel. Mare ſęuum ac tēpeſtuoſum erat.

¶ Tēpeſtiuus a. um. opportunū & qđ ſuo tēpore fit. Vergi. lib. j. Geo. Aut tēpeſtiuam ſyluis euertere pinū. Hinc tēpeſtiuitas pro opportunitate. tēpeſtiue opportune: & ſuo tēpore. Quorum cōtraria ſunt. Intēpeſtiu⁹ & intempeſtiue. Vnde Cicero nos admonet iraſcamur aduerſus eos: qui nos intempeſtiue adeunt.

¶ Tēpeſtus a. ū. tēpeſtiuus & intēpeſtus pro intēpeſtiu⁹. Vñ nox intēpeſta: q minime tēpeſtiua ſit rebus agēdis.

¶ Tēplū proprie locus vel i cœlo notatus ab augure vel in terra: a tuēdo. i. cōſpiciēdo: dictū q ex omni parte: vel ex quo omnis pars aſpici poſſet. Primo aūt cœlū ipſum dictū eſt tēplū: quia ipm primo tuemur. Aen. Cōtremuit tēplū magnū Iouis altitonātis. Eius partes quattuor eſſe dicuntur. Siniſtra ab oriente. Dextra ab occaſu. Antica ad meridiem. Poſtica ad ſeptentrionem. In terris autē dictū tēplū qđ qbuſdā conceptis verbis ab augure finiebatur. Vñ tueri quācunq; cœli partē cōmode poſſet. Hic contēplo ſiue contēplor pro diligēter intueor. In hoc tēplo per augures conſtituto ſenatuſconſultum fiebat. Et niſi in eo fieret nō erat iuſtum. Ab hoc tēplo non ſolum ædes ſacrę: ſed & alta loca ſepta & vnum tantum introitū habētia/dici templa cœpere. Quippe curia Hoſtilia templum erat: licet ſacra non eſſet. Item tēplum vocat̄ tignū

quod in ędificio tranſuerſum ſupra cãterios ponit̃: vt inquit Feſtus. Vict. lib. v. Et canterij prominẽtes ad extremam ſuggrũdationem: ſupra canterios templa. Item ſe pulchrum dicitur tẽplum. Verg. li. ij. Pręterea fuit i tectis de marmore tẽplum Coniugis antiqui. A tẽplum fit aduerbium extemplo.

⁎Tempſis cacumen eſt Tmoli montis. Cc.

¶Tempſa fuit ciuitas Brutiorum.

¶Tenaſmus & teneſmus. Graece τενεσμοσ. cũ frequẽs eſt: ſed irrita deſidendi deijciendiq; cupiditas: cum inflãmatione ac tumore ſedis mucoſa & ſanguinolenta quaedam egerentis.

¶Tẽdo is. tetẽdi tẽſum & tẽtum: quaſi tenue do. Eſt. n. tẽdere extẽdere: qđ vero extẽditur attenuatur. Verg. Tẽdunt vela noti. Sal. Manus ſupplices ad coelum tẽdere. Hiero. ad Iul. Et arbitraris ſenẽ diu poſſe viuere: cuius vt ętas longa tẽdatur. Per tranſlationẽ ſumit̃ interdũ pro inſidiari: ꝙ i hoc laqueos extẽdere ſoleamus. Ter. in phor. Quia nec ręte accipitri tẽditur: nec miluo. Interdum pro conari. Verg. Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos. Interdum pro tẽtoria ponere & habitare. Val. maxi. li. ij. Ne quis eorum intra caſtra tenderet. Vergi. Hic Dolopũ manus: hic ſaeuus tendebat Achilles. Extẽduntur enim tentoria dũ ponuntur. Interdum pro offerre qđ protẽdẽdo manus fieri ſolet. Idem. Paruumq; patri tendebat Iulum. Interdum pro pergere: & nos ambulando iter videmur extẽdere: vt Per tot diſcrimina rerum Tẽdimus in latium. Interdum pro ponere. Sal. Interea romę multa ſimul moliri: cõſuli inſidias tẽdere. Huius compoſita ſunt attẽdo: cõtẽdo: circuntẽdo. Ply. Circuntẽdit rętia & omnis occupat ſaltus. Diſtendo: Extẽdo: extra ſeu vltra tẽdo. Lactan. lib. iiij. Extẽdit ergo in paſſione manus ſuas Colu. lib. v. Quare cum ad ſummũ palum recta vitis extẽta eſt capiſtro conſtringitur. Intendo: obtendo: oſtendo: pertendo: portendo: & ſuſtendo: qđ eſt decipiẽdi gratia ſubdo aliquid aut machinor. Sal. Dum ſuſtendit inſidias militi.

¶Tendicula le. laqueus eſt: quem auibus ſiue feris tendimus.

⁎Tendutes dicebant veteres dẽtatos: & qui magnos habent dentes. Cc.

¶Tentigo pe. prod. pruritus libidinis: quo virilia extẽdunt̃. vt illud in Priap. Turpe quidẽ dictu: ſed ſi tẽtigine rumpar: Falce mihi poſita fiet amica manus.

¶Tẽtipellium genus calciamẽti ferratum quo pelles extenduntur.

¶Tentoriũ tabernaculũ: ꝙ ibi vela aut aliquid veloꝝ tẽdũtur. vel ipſa potius velamẽta contra iniuriam coeli.

¶Tẽtum accipitur pro membro virili. Catul. Grandia te medij tenta vorare viri.

¶Teneo es. tenui tẽtum appręhẽdo: detineo. Verg. Nec te teneo: nec dicta refello. Per tranſlationẽ tenere capitur pro habitare/poſſidere. Idẽ li. iiij. ge. Quę gurgitis huius Ima tenẽs. Aliquãdo pro cõſtringere. Idem. Texẽdae ſepes etiam & pecus omne tenẽdum. Aliquando pro tegere. Idem. Et obducto late tenet omnia limo. Aliquando pro dirigere. Idem. Sed vos qui tandẽ quibus aut veniſtis ab oris: Quo ve tenetis iter? Aliquãdo pro intelligere. Terẽ. Rem tenes. Aliquando pro morari. Verg. Hũc phoeniſſa tenet Dido. Aliquãdo pro implere/perficere. Idẽ. Ni teneant curſus. Et tenere/ſeruare/tueri. Cęſar cõ. iiij. Sabinus ideo omnibus rebus loco caſtris ſeſe tenebat. Idem. Eo abſente qui ſummam imperij teneret. i. haberet/adminiſtraret. Verg. Capitoliaq; alta tenebat. i. defendebat. Vnde econtrario victos loco motos dicimus. Ci. Loco ille motus eſt. Item teneri eſt obligari: vt ſiquis furetur rem ſacram de prophano tenetur ne furti: an ſacrilegij? Item tenere eſt poſſidere: occupare. Sal. in Iugu. Forte apud illum quem inhoneſta & perniciosa libido tenet potẽtię paucorum decus atq; libertatem ſuam gratificari. Huius compoſita ſunt abſtineo: attineo: contineo detineo: diſtineo: obtineo: pertineo: retineo: & ſuſtineo. quae habent ti ſyllabam correptam.

⁎Tenebrones a veteribus vocabantur Nebulones. Varro. M. Cur. conſul in capitolio cũ delectum haberet: nec citatus a tribunis quis reſpõdiſſet vẽdidit tenebronẽ. C.

¶Tento as. quidam a tendo: quidam a teneo deducunt Tendo autem tentum. Vnde tentigo & tentorium. Et ſic qui tentat quaſi manum tendit aut aliam corporis partẽ in quod experiri vult & exquirere. Qui autem a teneo deriuant: hac ratione ducũtur: ꝙ tentare experiri ſit: vel inquirere: & verbo vel re quaſi manu tenere. Col. lib. ix. Sępius digitis loca foeminarum tẽtanda ſunt. Nam in promptu gerunt oua: quibus iam partus appropinquat. Cic. in parado. Tentare volui an ita dici poſſent: vt probarẽt Vergilius. Vix primi pręlia tẽtant. Tentare igitur eſt rem non intellectam atq; incertam aggredi: hoc eſt experiri vel diligenter inquirere. Tentare vero de pudicitia eſt cũ id agitur: vt aliquis fiat impudicus. Cum ergo vel a tendo vel a teneo deriuatum ſit tento: conſtat ſimplici n ſcribendum eſſe. Et ſic tẽtatus: tentatio. Cicero libro primo offi. Tẽtata res eſt ab omni genere hominum. Vergilius libro quarto. Tentaturum aditus & quae molliſſima fandi Tempora.

¶Tentamẽtum idem qđ tẽtatio. Verg. li. vij. Nec prima per artem tentamenta.

¶Tenax qui retinet. vt glutinum tenax. Aliquando dicitur parcus/auaruſq;. Apul. Homo diues: ſed nimium tenax. Aliquando durus/conſtans/perſeuerans. Horat. Iuſtum & tenacem propoſiti virum. Hinc tenacior & tenaciſſimus. Col. lib. j. Poteſt etiam illitteratus dũmodo tenaciſſimę memorię: rem ſatis commode adminiſtrare. Huius compoſitum eſt petinax valde tenax.

¶Tenacia & tenacitas retẽtionẽ & parſimoniam & duritiam perſeuerantiamq; ſignificat.

¶Tenor accẽtus: qui teneat. i. dirigat ſermonem. Interdum dicitur ordo vel forma continuatio. Val. maxi. li. j. Quo minus religionib⁹ ſuus tenor ſuaq; obſeruatio reddderetur.

¶Tenitę credebantur eſſe ſortiũ deę: ꝙ tenẽdi poteſtatẽ haberent.

¶Tenebrę pe. cor. priuatio lucis: ꝙ tegant. i. impediant oculos & viſum prohibeant.

¶Tenebricoſus a. um. qđ tenebras iducit: tenebroſum tenebris plenum.

¶Tenebricor penul. cor. tenebras facio. Aug. Accedamus ad eum vt illuminemur: non quo modo ad eum acceſſerunt Iudęi: vt tenebrarẽtur. Hinc contenebro & obtenebro compoſita. Hiero. in li. numeri. At contenebrati aſcenderunt in verticem montis.

¶Tenebreſco obſcurus fio. Vnde Augu. Aer contenebreſcat inquit. i. tenebroſus fiat.

¶Tenuis & hoc tenue: a teneo fieri videt̃: ꝙ quae tenuia ſunt facile teneantur. Eſt enim tenue paruum/exiguum. Cic. in Hort. Fundum non modo mediocri pecunia: ſed etiam tenui percipere poſſumus. Colu. lib. ij. Quo tenue linum proueniat. Poteſt etiam & a tendo deduci: quoniam quae extenduntur tenuia fiunt. Per tranſlationem nonnunq̃ ponit̃ pro paupere: & tenuitas pro paupertate Cic. Tyroni. Vt poſſum ex meis anguſtijs illius ſuſtento tenuitatem.

¶Tenuiculus dimi. a tenui. Cic. Pęto. Tenuiculo apparatu ſignificas Balbum fuiſſe contentum.

¶Tenuo as. tenuem/ſubtilem/macrũ/debilem facio: ſi-

ue minuo. Verg. li.iij.ge. Ipſa autẽ macie tenuant armenta volentes. Et in hymno. Ecce iam noctis tenuatur vmbra. Compoſita ſunt Attenuo & Extenuo.

¶ Tenedos penul.cor. inſula in mari ægęo inter Mitylenẽ & Helleſpontum contra troiam prope ſigeũ ab oſtijs xx. paſ. millib⁹ diſtat. Abeſt a Leſbo. cvj. millia paſ. Hęc pri⁹ Leucophrys appellabatur: quam alij Calydnam dixerunt. In hanc ex troade nauigauit cum nouis colonis Tenes Cycni filius: cõditaq; ex ſe vrbe Tenedon vocauit: a qua & inſula denominata eſt. Ci. Tenem ipſum ex cuius nomine Tenedos nominatur. Hinc tenedij dicuntur eius incolę.

¶ Tenos inſula vna ex cycladibus in qua eſt oppidum eiuſdẽ nõis: quã propter aquarũ abundantiam Ariſtot. Hydruſam appellatam dicit. Aliqui ophiuſam.

¶ Tenus teni laqueus. Seruius dici putat extremas partes arcus: vnde tractum ſit: vt hactenus: hucuſq; ſignificet: quaſi vſq; ad finẽ. Apud Plau. in Bac. Tenus magis pro laqueo accipi videtur: q̃ pro arcu: cum ait. Pendebit hodie ita pulchre intendit tenus.

¶ Tenus prępoſitio ſignificat propinquitatem & qđ dicimus vſq; ad. Nam qđ propinquum eſt quaſi tenere videtur id cui eſt propinquum. Quidam a tẽdendo: q: hęc prępoſitio extẽſionem quandam ſignificare videatur. & ablatiuo deſeruit: ſemperq; i ſingulari poſtponitur ablatiuo: vt hactenus: eatenus: quatenus: verbotenus: oretenus: capulotenus. Aliquando etiam accuſatiuo iũgitur. Flaccus i argo. Et Tanaimtenus immẽſo deſcẽdit ab euro. In plurali ponitur etiam cum genitiuo. Verg. Crurũtenus a mento palearia pẽdẽt. Et cumarum tenus .i. vſq; ad cumas. Cur. Pauci hoſtiumtenus exacti penetrauere ad portum. Horat. ſine caſu poſuit tanq̃ aduerbium. Eſt quoddam prodire tenus ſi non datur vltra. Aliquãdo ſignificat non vltra: vt Geſſit conſulatum titulotenus nõ vltra titulum.

¶ Tenontes ſunt recti & valẽtes nerui: a rigore dicti collum continẽtes ſine quibus ſuſtinere caput non poſſent ceruicis vertebræ. Siquidem horum inter omnes flexus alter ſemper intẽtus prolabi ſuperiora non patitur. In ipſis quoq; pedibus neruum quendam latum qui a poplite demiſſus procumbit in calcem appellant tenonta: vt inquit Iul. Pol. Sed & neruos qui ex vtraq; ſtomachi parte ſunt τόνους vocant.

¶ Tener a.um. quod eſt molle. Hic tenera ætas puerilis. Transfert ad animũ. Iuue. Cum tener vxorẽ ducat ſpado. Itẽ tener mitia dicitur qui facile cõmiſeretur. Hinc teneritas & teneritudo: tenere & teneriter aduerbia.

¶ Tenellus a.um. dimi. Vnde tenellam ętatẽ dicimus.

¶ Teneraſco tener fio: miteſco: miſericordia ducor. Lucil. li.iij. Scilicet in tenero teneraſcere corpore mẽtes.

¶ Tentyri ſiue tentyritę genus animalis venenoſi. Ply. lib.xxviij. In inſula Nili tentyri naſcẽtes tanto ſunt Crocodilis terrori: vt vocẽ quoq; eorum fugiant. Tẽtyra vero ciuitas inferioris ægypti: vnde & prefectura Tẽtyritica. vel vt Ply. ait. inſula a Nilo circundata: i qua habitãt homines qui Crocodilos non timent.

¶ Tepor & tepiditas idem ſignificãt. Col. lib.ij. Si vero tepor cœli ſiccitaſq; regionis ſuadebit Februario ſtatim proſcindendi ſunt.

¶ Tepidus a.um. qđ eſt mediũ inter calidũ & frigidũ. Vſi interdũ pro calido ponit. Lucr. Tepidiſq; caminis. Interdũ pro frigido ꝓfertur quãdo trãſfert ad alia. Plau. Hic homo factus eſt tepidior. i. frigidior/ſegnior. Interdum pro inutili ſiue nocuo. Verg. Vnde caue tepido ſudãt humore lacunę. Hinc ſubtepidus aliq̃tum tepidus: tepidulus diminutiuum.

¶ Tepeo es. pui. tepidus ſum. Cato de re ruſt. Lenib⁹ ignis facito caleſcat vbi tẽperate tepebit tũ cuminũ idito. Hinc tepeſco tepid⁹ fio. Leo pa. Feruor fidei nõ tepeſcat. Huius cõpoſitũ eſt intepeſco: qđ eſt valde tepeſco. Col. Nunc mitigato iam & itepeſcente frigore largiſſimis oliuitatibus liberiq; vindemijs exuberent.

¶ Tepeſio idẽ qđ tepeſco. Ambr. lib.j. offi. Quis neget verna temperie interiora terrarum tepefieri: quos glacies hyberna conſtrinxerit. Fitq; a tepefacio.

⁎ Tephrytes gẽma quę nouę lunę ſpeciẽ habet icornua curuatę: nigri aut cinerei coloris. Cc.

¶ Tepidarium vas i quo aqua tẽperatur: ſiue cella i quã ex balneis exeuntes ingrediuntur.

¶ Terapne Helenę patria in Lacedemone. etiã inſula in mari Liguſtico: quã noſtri corſicã vocãt: quæ & Cyrnos dicta fuit. Hic terapneus a.um. Ouid. Rure terapneo nata puella phryge. Hanc dictionẽ alij cum aſpiratione ſcribunt: alij ſine p. Teramne: ſed male.

¶ Tergeſte oppidũ ab Aquileia ſtad. cẽtum octogita diſtans: vt inquit Stra. Hodie trieſtum vocatur. Sed omnes mentiuntur. nam τεγέστον λέγεται a Dionyſio libyco & Euſthatio: ſed iniſcij tergeſtain vocant: quaſi ibi res ter geſta fuerit: ſed aliqui de talibus ſcribunt: qui forſan quãdoq; laudabũtur. Etiam Suidas. τεγεσαῖοι ὄνομα ἔθνους καὶ θηλυκῶς τεγέστη ὄνομα πόλεως πρὸς ἀκυληΐαν. ⁎. i. Tegeggi nomẽ gentis & fœminine Tegeſte nomẽ vrbis verſus Acyliam.

¶ Tero ris. triui tritũ. frico: tũdo. Plau. i aſi. Nũ me illuc ducis vbi lapis lapidẽ terit? Ply. Dein refrigeratũ terit in farinã. Terere iter eſt iter agere. Ver. Sępius e tectis penetralibus extulit oua Anguſtũ formica terẽs iter. Terere tẽpus eſt cõſumere. ſimiliter terere ociũ. Liu. li.j. Quas in conuiuijs luxuq; cũ ęqualibus viderãt tẽpus terẽtes. Idẽ in eodẽ. Regij quidã iuuenes interdũ ocium cõuiuijs comeſſationibuſq; inter ſe terebãt. Huius cõpoſita ſunt attero: qđ eſt ad aliquid tero frico. Ply. li.ix. Anguillę atterunt ſe ſcopulis. Tibul. Aut operi inſuetas attriuiſſe manus. Aliquãdo ſignificat vehemẽter tero: frango: ad terram traho: aut valde rodo. Col. lib.ij. Demergunt vngulas & atterunt ſcindũtq; radices herbarum. Et li.vj. Nam demiſſum ex eo palmitẽ gemmatẽ inferiora atteret & fructum. Verg. Et graui attrita pẽdebat Cantharus anſa. i. conſumpta vel attenuata. Et li.j.ge. Depreſſo incipiat iã tum mihi taurus aratro Ingemere: & ſulco attritus ſplendeſcere vomer. i. roſus. Sal. per tranſlationẽ dixit. Poſt vbi eorum famam attriuerat maiora alia impendebant: id eſt oppreſſerat. Contero totum ſimul tero: tundo: conſumo: frãgo. Plau. in aſina. Vtinam mihi ſtimulus in manu ſit qui latera conteram tua. Lactanti. lib.iij. Qui cum ætates ſuas niſi ſtudio philoſophię conterant. Colu. lib. viij. Remedio ſunt hyſſopum & ſal ęquis ponderib⁹ contrita. Terẽt. in hecy. Curſitando atq; ambulando totum hunc contriui diem. Detero: diſtero: extero: intero: intertero: obtero: protero: pertero valde tero. Col. Pertĩneum fiſcum qđ pertriuerant exprimunt. Retero rurſus tero: purgo: excerno. Col. lib. vij. Pura deinde frumenta ſi in annos recondantur reteri debent. Nam q̃to ſunt expolitiora minus a curgulionibus exedũtur. Subtero ſubtus tero. Plautus in aſia. Eos aſinos prædicas vetulos claudos quibus ſubtritæ ad fœmina iam erant vngulæ. Hieronymus in deutero. Et pes tuus non eſt ſubtritus. Semitero quaſi medium tero. Col. libr.j. Huic autem nubilarium applicari debet: maxime in Italia: propter incõſtantiam cœli: quo collata ſemitrita frumenta protegantur ſi ſubitaneus imber inceſſerit. Et omnia habẽt penultimam correptam.

¶ Terra elemẽtum per duplex rr licet a tero teris deducatur: q. ſ. teratur. Ab hac locus communis qui circa oppi

dum colonis relinquitur territorium appellatur:q maxime teratur. Et in ſingulari quidē terra totum elemētū eſt: id eſt ipſe orbis terræ. In plurali terras aliquas ſignificamus. Verg. Multum ille & terris iactatus & alto. Ponit tamē quandoq; terra pro territorio & pro prouincia ſeu regione. Ci. Eorum qui in hac terra fuerunt magnāq; græciam: quę tum florebat inſtitutis & pręceptis ſuis erudierūt. Vnde conterraneus qui ex eadē terra eſt. i. prouincia. Quis hæc dictio apud neminē idoneum auctorem: niſi apud Ply. legatur: & vno dūtaxat loco: vbi Catullū vocat conterraneum. Var. lib. j. de re ruſt. ſcribit terrā tribus modis dici. Cōmuni: proprio: & mixto. Cōmuni vt cum dicimus orbē terrę: & terram Italiam cum & lapis & arena & cætera eius generis ſint in nominando cōphēſa. Altero modo dicitur terra proprio nomine: quæ nullo alio vocabulo: neq; cognomie adiecto appellat̃. Tertio modo dicitur terra quæ eſt mixta: i qua ſeri quid poteſt & naſci: vt argyllosa: aut lapidoſa. Terra etiā vocatur veſta: eo q rebus omnibus veſtiatur: ſeu quia vi ſua ſtat. Oui. lib. vj. faſt. Stat vi terra ſua vi ſtando veſta vocatur. Dicitur & mater. Col. Tu penitus clatris eradere viſcera matris Ne dubita. Ply. li. ij. Sequitur terra cui vni rerū naturę partium eximiæ propter merita cognomē indidimus maternæ venerationis. Nos naſcētes excipit: natos alit: ſemel editos ſuſtinet: & ſemper nouiſſime complexa gremio iā ab reliqua natura abdicatos tum maxime vt mater operiēs. & paulopoſt. Terra ſerpentē homine percuſſo amplius non recipit.

* Nicola⁹ Perott⁹ edocet terra vnico r ſcribi ſolere & multi ex doctis id contendunt. Cc.

* Terraneola auis alaudę ſimilis p̄terq̄ q in capite apicē non habet quēadmodum alauda. Cc.

¶ Territorium: vt inquit Pompo. eſt vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſq; ciuitatis. qđ ab eo dictum eſt: q maxime teratur: vel q magiſtratus eius loci intra eos fines terendi. i. ſummouendi ius habeat.

¶ Terraceus a. um. qđ ex terra eſt: vt domus terracea.

¶ Terreus a. um. qđ ex terra eſt: vt vas terreum. Col. li. j. Horreum camera cōtectum: cuius ſolum terreum prius q̄ conſternatur perfoſſum.

¶ Terrenus a. um. qđ vel in terra natū eſt: vel in terra viuit: vel aliquid cum terra cōmune habet: vt terrenū aial. Et terrenus pro terreo. Col. Area quoq; ſi terrena erit: vt ſit ad tecturam ſatis habilis.

¶ Terrenū campus dicit̃. Col. li. ij. Callidiſſimi ruſticarū rerū genera terreni tria eſſe dixerunt. Cāpeſtre: collinum montanū. Idē li. j. Agrum habebimus ſalubri coelo: vberi gleba: parte campeſtri: parte alia collibus vel ad orientem vel ad meridiem molliter deuexis terreniſq; alijs atq; alijs ſylueſtribus & aſperis.

¶ Terreſtris & hoc terreſtre idem quod terrenus. vt terreſtre animal.

¶ Terrigena pe. cor. qui ex terra nat⁹ eſt: terricola qui terram habitat.

¶ Terræmotus dicitur cum terræ incluſo ſpiritu contremiſcunt magno ſæpe habitantium damno.

¶ Terraneola cum accentu in antepe. Auis alaudæ ſimilis: pręterq̄ q in capite apicem non habet ſicut alauda. dicta Terraneola q non in arboribus: ſed in terra verſet̃ atq; nidificet.

¶ Terebra ſiue terebrū pe. cor. inſtrumentum quo ligna perforantur: a tero. Eius diminutiuum eſt terebellum.

¶ Terebro terebras terendo perforo. Verg. Et terebrare cauas vteri & tētare latebras. Huius compoſitum eſt exterebro: qđ eſt extorqueo: & ſcrutor. Plautus. Exterebra prorſus atq; excute.

¶ Teredo pe. prod. vermis in ligno naſcēs a terendo dictus: vel a ſono qui eſt τερι λῶμ. Eadem & tinea dicitur. Licet ſint qui diſtinguant: vt teredines dicantur in mari: hoc eſt in nauibus: tineę terreſtres ſint. Col. lib. v. Nam & teredinem formicamq; prohibet.

¶ Teres etis. pe. cor. dicit̃ quicquid rotundū oblongūq; eſt: vt colūna & arbor: q quaſi terēdo ſit rotundū. Verg. Incumbēs tereti Damon ſic cœpit oliuę.

¶ Terminus proprie dicitur ſignum qđ agrum ab agro diuidit. a terēdo. q hæ partes maxime terant̃. Nam vtriq; ab iis qui agrum ſuum colerēt fodiendo teritur. Hinc terminus pro fine accipitur. Ci. Cum nullum tot calamitatibus atq; ærumnis terminum inueniremus. Et apud antiquos terminorum deus putabatur. Dialectici terminum definiunt eſſe ſignum orationis conſtitutiuū. Hui⁹ cōpoſita ſunt Anterminus qđ eſt quaſi circunterminus: qui circa terminos prouicię manet. Conterminus qui eſt vicinus & finitimus. Colu. lib. j. Priuatos quoq; memoria tradidit & in regionibus graecię/& in hac ipſa heſperia deteſtabiles fuiſſe vicinos: niſi Autolic⁹ ille cuiq̄ potuit tolerabilis eſſe cōterminus: aut Auētini monte incola palatinis vllum gaudium finitimis ſuis Cacus attulit.

* Terminus deus a veteribus colebatur: i cuius tutela fines agrorum eſſe exiſtimabant: & in quo loco colebatur hic deus: ibi ſuper eum foramen patebat in tecto: q nephas eſſe arbitrarētur terminū intra tectum cōſiſtere. Cc.

* Terminalia Varro ideo appellata eſſe exiſtimat q is dies anni erat extremus cōſtitutus. Ego potius a termino deo ſumpſiſſe nomen exiſtimo. Cc.

* Terminalis lapis dicitur terminus ipſe lapideus. Cc.

* Termonem veteres pro termino dixerunt. Cc.

¶ Termino as. finio. Lactan. lib. ij. Iam vero illa concluſio qua ſentētiā terminauit Tullius multo abſurdior. Huius compoſita ſunt: Determino qđ eſt definio delibero: & quaſi cogitationi terminum impono. Idem li. iiij. Determinanda eſt nobis veritas breuiter & in ſuo ꝓprio domicilio collocāda. Diſtermino diuido: diſſipo. Extermino expello & veluti extra terminos mitto.

¶ Terma termatis. extremum/terminus/finis/meta/plāta pedis.

¶ Termes ramus ex arbore decerptus cū fructu: q̄ quoniam in diuiſione agrorum anteq̄ metæ ponerentur figi ſolebat: termino nomen dedit. Et proprie termes (vt ait Porphyrio) eſt oliuę: ſicut palmes vitis. Hora. Nunq̄ fallentis termes oliuę. Gel. Termitem palmę ramum cū fructu auulſum dixit. Eſt & termes vermiculi genus carnem exedens.

* Termentum apud Plautum pro detrimento. Cc.

* Termile mons qui nunc chimęra dicitur in Lycia. Cc.

* Termillum vaſis genus. Cc.

¶ Tergo gis. & tergeo es. ſi. ſum. & ſecūdū antiquos tertū: ſignificat mundo: nitidū facio. Iuue. Vaſa aſpera tergeat alter. Plau. Ornant̃/lauantur/tergētur/poliunt̃. Huius compoſita ſunt. Abſtergo ſordes remoueo. Liu. li. j. Inſpectum vulnus abſterſo cruore oia ſalubria eſſe. Per tranſlationē ſignificat aufero. Ci. Volo abſtergere animi tui metū. Attergo. Ci. i Ver. Q đ fanū deniq; qđ nō auerſum neq; atterſum reliqueris. Detergo deorſum tergo: & ſordes aufero. Hiero. ad Dama. In cōmune deū deprecemus: vt mihi quoq; de altari carbo mittat̃: vt oīni peccatoꝝ labe deterſa primo poſſim dei ſacramēta cōſpicere: dehinc enarrare q̄ video. Col. li. vij. Tū etiā ſpōgia labra detergeri. Et li. ij. Oīnis humor ſole vēto ve deterſus eſt. i. ſiccat⁹. Extergo ꝑfecte tergo. Cato de re ruſti. Poſt diē oino duodecimū pernas eximito & ſalē oēm detergito: & ſuſpēdito in ventum biduum tertio extergito.

* Terta galea. i. deterſa. Varro. Terta nitet galea. Cc.

¶ Tergus goris corium. Verg. Tergora diripiunt coſtis

& viſcera nudant.

¶ Tergum dorſum. Verg. Manibus poſt terga reuictis. Oui. li. j. me. Oſſaq poſt tergū magnę iactata parētus. Et nō tantū animalium eſt: ſed etiā aquarū & aliarū rerū. Vnde a tergo dicimus ſ parte poſteriore mēbranę ſiue papyri aut alterius cuiuſq rei. Iuue. Scriptus & a tergo necdū finitus Oreſtes. Hic poſtergo gas. & tergiuerſor. Aliquādo tamen tergum pro tergore ponitur. Vergi. Mercatiq ſolum facti de nomie byrſam: Taurino q̄tum poſſit circundare tergo. Item pro ſcuto: quoniam ſcuta pellibus tegi ſolent. Idem. Et tergo decutit haſtas. Et tam tergus q̄ tergum a terendo dici vidētur: quoniam vehēdis oneribus teruntur.

¶ Tergiuerſor fallo & dicta muto. Aliquando etiam cōtradico: quaſi terga verto. Nam vertere terga fugere eſt: qđ & terga dare dicimus. Plau. Quid expectas? quid tergiuerſaris? Proprie tamē tergiuerſari eſt eorum qui terga vertētes: adhuc tamē pugnāt: nec ſeſe victos rationibus volunt agnoſci. Ci. li. iij. tuſ. Quid tergiuerſamur epicurei? nec fatemur eā nos dicere voluptatē quā tu idem cum os perfricuiſti ſoles dicere. i. diſſimulamus & ſubterfugimus. Antiqui tergiuerſatorē dicebant bouinatorem. Iuriſconſulti accipiūt Tergiuerſari pro in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere.

⁎ Tergemini dicunť qui tres ex vno vtero tres eodē die nati ſunt. Cc.

¶ Terror timoris incuſſio. Ci. li. iiij. tuſ. Quæ autem ſubiecta ſunt ſub metu: ea ſic diffiniunt. Pigritiā metum cōſequētis laboris: terrorem metum concutiētem. Ex quo fit vt pudorē rubor ı terrorem pallor & tremor & dētium crepitus conſequatur. Serui. inter terrorem & metum ſic diſtinguit: q terror proprie ſit qui alijs inferť. vnde & terribilis dicitur. Metus: quem habēt timētes. licet aliquando terror pro metu ponatur. Verg. Quæ ſi tātus habet mētes & pectora terror.

¶ Terreo es. rui. itum. timorē alicui icutio. Hiero. ad Helio. Nolo te antiquę peregrinatiōis terreat difficultas. Huius compoſita. Abſterreo. Conterreo. Colu. in p̄fa. Qui tam varię tāq vaſtę ſcientiæ deſperatione conterriti nolēt experiri: qđ ſe aſſequi poſſe diffidēt. Deterreo: Exterreo: Perterreo eiuſdem ſignificationis.

¶ Territo as. pe. cor. frequētatiuū. Ter. in An. Dij te eradicēt ita me miſeram territas.

¶ Terrefacio terrore afficio: a quo terrific⁹ a. um. qđ terrorē facit. compoſitum eſt Perterrefacio.

¶ Terricrepus. a. um. pe. cor. terribiliter ſeu cum terrore increpans. Aug. li. viij. cō. Quæ iſte ſenex ore terricrepo tot annos defenſitauerat.

¶ Terribile formidabile atq horrendum.

¶ Terriculamenta terrores ſunt & formidamina.

¶ Terebinthus arbor nigrū lignū cū ſplendore p̄ferens: habēſq ſoliditatē i buxi ſpecie. Vergi. li. x. Incluſum buxo aut erithia terebitho. Ex hac terebinthina reſina: quā nos tremētinā appellamus. Ply. Terebinthinā in ſartagine referuēti hanc ceteris preferētes. Terebinthus maſcula & foemina eſt. Maſcula ſterilis. Foemia duplex eſt. Alteri rubet fructus magnitudine lentis. Alteri fructus pallet: & cum vite matureſcit reſinoſus.

⁎ Terripaniū deinde Terripidium & tādem Trepudium dictum eſt. Cc.

¶ Tereus rex thracū Martis ex Biſtonide nympha fili⁹. Ouid. lib. vj. me. Et genus a magno ducentem forte gradiuo. Lege fabulam.

¶ Terpſichore pe. cor. fuit vna ex nouem muſis. vide in dictione muſa.

¶ Terpſicerotes pe. p̄du. ductum nomē a modulatis & quaſi ad lyram compoſitis cornibus.

¶ Terētum locus in campo martio q in eo ara ditis patris in terra occultareť. Erat hic locus Diti ac Proſerpinę ſacer: in quo omnium qui naſcerētur aut morerenť nomina ſcribi ſolebāt quoties ciuitas luſtrabatur. Mar. Bis mea romano ſpectata eſt vita terēto. Et nihil extremos perdidit ante rogos.

⁎ Terētius poeta comicus natione Afer. Cc.

¶ Ter aduerbium numerale ſeu ordinale: vt bis: ter: quater. Hinc tertius a. um. a quo fiūt aduerbia tertio & tertiū.

⁎ Et ternarius a. um. & ternus. na. num. Cc.

¶ Tertio as. quaſi tertiatim facio: ſiue diuido. Colu. li. ij. Sed iugerū talis ager quattuor operis expediť. Nam cōmode proſcindiť duabus: vna iterať: tertiať Dodrāte: in lyram redigiť quadrante opere.

¶ Teſſera latine quattuor dr: vñ & id dr: qđ omni ex pte quadratū eſt. Teſſerę etiā dicunť qbus i tabula luſoria ludiť. Sūt eñ quadratę & pūcta habēt: & cū iaciunť i quācūq partē incubuerit: imotā habēt ſtabilitatē. τέσσαρα. i. q̄ttuor. Ci. i Cato. Nobis ſcrib⁹ ex luſionib⁹ multis talos relinquāt & teſſeras. Hę alio noie quadrātalia dicunť: grece cubi: vt Gel. & Macro. ſcribūt. inde cubicum corpus. Talus eſt quattuor laterū & cōcauus ad ſimilitudinē tali qui eſt os in articulo pedis vētre eminēs: concaua vertebra ligatus: quadratus forma: altera parte cōcauus: altera fere plan⁹. Eſtq i poſteriori ſuffragine dūtaxat. nunq̄ i prioribus pedib⁹: nec eſt homini aut alijs aialibus habētib⁹ digitos: nec ſolidas habētibus vngulas: ſed tantū biſulcis. Ex iactu taloꝝ varia pūcta fiebant. Nā latus quo vnitas ſignificabať: canis ſiue canicula appellať: in quē cōuerſo talo deponebať ab eo qui iactauerat nūmus vn⁹ ſine aliquo lucro. Idcirco canis damnoſa vocať. Oui. Quid valeant tali: quo poſſis plurima iactu Figere: damnoſas effugiaſq canes. Eius oppoſitum venus dicitur: ſeu cous ſignificans ſeptenarium numerum. Et is qui talorum iactu hunc numerum reddidiſſet ſex lucrifaciebat. Preterea quicquid eſſet caniculæ iactu erasum. Alia duo latera Chius & Senio dicuntur. Ternarium ille: hic quaternarium ſignificans. Nam binarius & quinarius numerus in talis nō erat. Chius tris nūmos lucrabať: ſenio quattuor. Ideo dexter hoc eſt felix & propitius dicebatur. Perſius. Quid dexter ſenio ferret Scire erat in voto. Suetoni. de Aug. Talis iactatis vt quiſq canē aut ſenionē iecerat in ſingulos talos cōferebat in mediū: quos tollebat vniuerſos qui venerē iecerat. Alię quoq in hoc ludi genere differētię fuere. Nam & Voltorios habebāt & Herculē baſilicū. Plau. Talos poſcit ſibi in manum prouocat me i aleā iacit Voltorios quattuor. Talos arripio: Herculem iacto baſilicum. Talus gręce Aſtragalus: a quo aſtragalizo talis ludo. Calculus eſt is quem latronem & latrūculum antiqui appellarunt: iuniores vero ſcacū vocitāt. Mar. Hic mihi biſſeno numeratur teſſera puncto. Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit. Et item. Inſidioſorum ſi ludis bella latronum. Iſte tibi geminus miles & hoſtis erit. Eſt item teſſera ſignum bellicum: qđ ad pugnam exeuntib⁹ datur. ſ. p̄pter cōfuſionē: qđ & ſymbolū dicť. vt in bello Marij Burde⁹. In Sillę Apollo delphicus. In Cęſaris Venus genitrix. Ver. li. vij. It bello teſſera ſignū. Liui. li. vij. Ceteris omnibus teſſeram dari iubet. Item teſſera eſt belli & pacis futurę ſignū. Pōpo. Q. Mutius miſſus ad Carthaginēſes legatus cū eſſent duę teſſerę poſitę: vna pacis altera belli: arbitrio ſibi dato vtrā vellet deferre: vtramq ſuſtulit & ait. Carthaginēſes petere debere vtrum mallet accipere. Ponitur nonnunq̄ pro ſigno frumētario: quo exhibito vnuſquiſq frumentū pro portione accipiebat a principe: ſicut ex more vetuſto in patria noſtra fieri ſolitum eſt ab his qui pauperum curā habēt. Nam erogantur ſigna quędam plumbea quibus exhibitis ſigillatim

accipiunt certã mẽſuram farinę vel panis vini ve. Sueto.
in Aug. Ac ne plebs frumẽtationum cauſa frequentius
a negocijs auocaretur ter in annum quaternorum men=
ſium teſſeras dare deſtinauit. Iuue. Summula ne pereat:
qua vilis teſſera venit Frumẽti. Hæc teſſera etiam frumẽ
tatio dicitur: pręſertim cum frumẽtum erogatur. ſic etiã
dicuntur Teſſeræ nummariæ: quibus exhibitis ſumma
nũmum pręſcripta repẽſari ſolet. Præterea teſſera ſeu teſ
ſella calamus eſt qui inſeritur ramo. qđ vero in terra ſeri=
tur talea vocatur. Ply. Quidam huic generi miſcuere fiſ
ſuram in vitibus exempta cortice teſſella ſurculo a latere
plano adigendo. Item teſſera eſt lignum vtrinq; compla
natum in quo numeri deſcribunt: qđ & talea dicit. Plau.
Suam vterq; teſſeram habet: ratio conſtat. hoc & teſſeru
la dicitur. Ply. Frumẽti rationẽ teſſerulis oſtendebat. Et
teſſerę ſeu teſſerulę lapilli ſunt ad conficiẽda ſternendaq;
pauimẽta. Cic. li. iij. de ora. Quę lepide lexes ſyntheſiſq;
compoſitę: vt teſſerulę omnes arte pauimẽto atq; emble
mate vermiculato. Item teſſera figura geometrica q̃ cu=
bus vocatur: cuius meminit Macro. in primo ſom. ſcip.
Eſt & i Arithmetica numerus octonarius. Vnde Martia=
nus in arith. Si teſſera teſſeram metitur.

❡ Teſſella & teſſerula dimi. ſunt a teſſera.

❡ Teſſerarius qui teſſeram. i. pręceptum ducis per cõtu=
bernia militum nunciat.

❡ Teſſerari⁹ a. ũ. qđ ad teſſeras ptinet. vt lud⁹ teſſerari⁹.

❡ Teſſellat⁹ a. um. qđ teſſellis. i. paruis quadratis lapil=
lis intextum eſt: vt pauimentũ teſſellatum a teſſeris: qua
rum forma quadrata eſt. Sueto. de Cęſa. Mundiciarum
lautitiarumq; ſtudioſiſſimum multi prodiderũt: q̃uis te=
nuem adhuc & obæratum in expeditionibus teſſellata &
ſectilia pauimenta circũtuliſſe. Vict. lib. vij. meminit pa=
uimentorum teſſellatorum atq; ſectilium: ſcribitq; paui
mẽta ſectilia & teſſeris ſtructa omes angulos ęquales ha=
bere debere: & ſectilia: quoniã in particulas ſecta ſunt: vt
quocunq; velis poſſint circũferri. Erant & teſſellatæ quæ
dam tunicæ. Plynius libro trigeſimo quinto. Zeuſis au
reis litteris in palliorum teſſeris intextum nomen ſuum
oſtentabat.

❡ Teſſeredecas adis. q̃terdena dicitur a teſſera quattuor
& decas decem. Quidam interponũt ſyllabam teſſereſe=
decas dicentes.

❡ Teſta fruſtum vaſis fictilis: & cuiuſq; lateris. Ply. lib.
xxxvj. Si & teſtę tuſę tertia pars addatur: melior materia
erit. vſũ & pro calculis ponit: quos gręci oſtracos dicunt.
Teſta quoq; dicit vas figlinũ i igne decoctũ: quaſi toſta:
ꝙ e molli creta fabrefacta torreat: deinde coquat. Tibu.
Pax aluit vites & ſuccos cõdidit vuę: Funderet vt nato
teſta paterna merũ. Var. de li. la. Teſtu indeclinabile pro
teſta poſuit. A teſta fit teſtaceus a. um. quod ex teſta eſt.
Ply. Inſectorum omnium & quibus teſtacea operimẽta
oculi mouentur. Item teſtę intelligunt omnes piſces qui
duriori cortice teguntur. Hora. in Se. Sed non omne ma
re eſt generoſę fertile teſtę. Teſteus. a. um. idem qđ teſta=
ceus. vt apud Hiere. prophetam. Vade & accipe lagunca
lam teſteam a Senioribus populi.

❡ Teſtatim aduerbium ſignificat comminutim.

❡ Teſtus us. tegmẽ teſtaceum: ſub quo placẽtę & alia co
quunt. Cato. In foco calido ſub teſtu coquito leuiter. Di
cit & teſtũ: ſiue teſt⁹. ſti. Ply. li. xxxij. Sub ęreo teſto hoc
gręci vocant clybanũ. Vnde panis teſtuaceus dicit apud
nos quem illi clybanitin.

❡ Teſtuacium qđ in teſtu calido coquebatur. Cõdimen
tum ex varijs eſculentis. a teſtu: ſub quo calido coquitur
vt inquit Var.

❡ Teſtudo animal qđ tarde graditur: & phthyſicis / lie=
noſis / caducíſq; opitulatur. dicta teſtudo (Varrone teſte)
ꝙ teſta tegatur. Earũ genera ſunt marinæ: paluſtres: ter
reſtres: & lutariæ: quæ in dulci aqua diuerſantur. Hier. ad
Pręſidium. Teſtudo marina quę eſt grandis vt inſula dũ
emergit de alto oſtendit ſe in ipſo mari tanq̃ petram: nec
ſe mouet inde quoadusq; homines naues ligent. Et cum
hæc ſenſerit trahit ſe in altum: ſed cum eſurierit aperit os
& bonum odorem reddit ad quem piſces cęteri colligun
tur. Terreſtres limacas a limo dicimus. Teſtudo etiã dici
tur materia tabulatis contexta: & corijs cilicinis aut cen=
tonibus & alijs quæ difficulter comburi poſſunt cõtecta.
Hęc intrinſecus habet trabem quę vnco pręfigebatur fer
reo: & falx vocabatur ab eo ꝙ incuruata eſſet & de muro
extraheret lapides. Retro enim ducebatur trabs funicu=
lis ſuſpenſa: vt reducta impetuoſius feriret. Ideoq; & te=
ſtudo dicta a ſimilitudine reptilis: ꝙ caput nunc exerat:
nunc reducat. Sylius. Tandem condẽſis actæ teſtudinis
armis Subducto poeni vallo cęcaq; latebra Pandũt pro
lapſam ſuffoſſis moenibus vrbem. Hoc etiam inſtrumẽ=
tum arietem appellant: ab eo ꝙ aries fronte. i. capite pu=
gnat. Rurſus teſtudines dicuntur loca in ędificijs came=
rata ad ſimilitudinem aquatilium teſtudinum quæ duris
tergoribus ſunt & incuruis: quæ ideo in templis ſic fiunt
vt ſimulacri imago coeli reddat imaginem qđ conſtat eſ
ſe conuexum. Verg. Tum foribus diuę media teſtudine
templi. Hinc & ſcuta dicuntur teſtudines quę ſint in teſtu
dinum modum curuata. Nam in armorũ generibus mi=
lites plęriq; ſumunt ab animalibus nomina. Item teſtu=
do lyra dicitur: quoniam Mercurius citharam de teſtudi
ne ſicca meditatus eſt: vt Hygi. refert. Horati⁹. O decus
phoebi & dapibus ſupremi Grata teſtudo Iouis o laborũ
dulce lenimen.

❡ Teſtudinatum tectũ: qđ eſt deuexum in quattuor par
tes: ſicut pectinatum in duas. Vict. libro ſecundo. Tecta
recidentes ad extremos tranſtra traijciunt gradatim con
trahẽtes: & ita ex quattuor partibus ad altitudinem edu=
cunt medio metas quas luto & fronde tegentes efficiunt
teſtudinata tecta.

❡ Teſtis generis cõmunis qui teſtimonium profert: ab
eo dictus ꝙ tueatur ſtatũ cauſę: vel ꝙ ante ſtet: quaſi an=
teſtis. i. ante ſtans. Hiero. ad euſto. neutro generi iunxit:
cum iquit. Nec vero inanis ſopor: aut vana ſomnia qui=
bus ſępe deludimur. Teſte eſt tribunal illud ante quod ia
cui: iudicium teſte eſt qđ timui. Teſtis vero pro teſticulo
maſculini generis eſt: dictus ꝙ virilitatis teſtis ſit. Vergi.
Magnis teſtib⁹ iſta res aget. Cõteſtes qui idẽ teſtificant.

❡ Teſticulor qđ & teſtillor dicitur: ſignificat iumẽtis ma
ribus foeminas / vel foeminis mares admoueo.

❡ Teſtor aris. teſtimonium dico. Verg. Teſtor in occur=
ſu veſtro. Aliquando teſtem facio: vel in teſtimoniũ ad=
duco: & alterius implorato teſtimonio aſſero. Verg. Vos
eterni ignes & non violabile veſtrum Teſtor numen ait.
Hiero. i Paulo. Qđ necui impoſſibile videatur dominũ
Ieſum chriſtum teſtor: & ſanctos angelos eius in ea par=
te eremi quæ iuxta ſyriam Sarracenis iungitur: & vidiſſe
me monachos & videre e quibus vnus. xxx. iam per an=
nos clauſus hordeaceo pane & lutulẽta aqua viuit. Inter
dum teſtari eſt precari: quia precando ſolemus numina
adhibere. Plau. Ipſus tete per ſuperos omnis teſtatur. Et
teſtari teſtamentum facere: hoc eſt voluntatem ſupremã
teſtificari: quia in eo teſtatus eſt quid velit. Vnde apoſto=
lus. Teſtamẽtum in morte confirmatũ eſt. Alioqui non=
dum valet dum viuit qui teſtatus eſt. Sciendum ꝙ a te=
ſtor quando ſignificat teſtimoniũ fit teſtificor. Quando
vero ſignificat teſtamẽtũ condo fit teſtator & teſtatrix.
quãdo ſignificat precor fit ab eo obteſtor & deteſtor. Hu
ius verbi cõpoſita ſunt Atteſtor qđ eſt teſtimoniũ addu
co cõfirmo. Vnde atteſtata fulgura dicta ſunt: quę itera=

to fiebât: videlicet ſignificationē priorē atteſtâria. Plau. in pſa. Nonne atteſtans? tua ne ego cauſa carnifex cuiq̄ mortali libero aures atterā? Conteſtor teſtē facio: teſtē in uoco: vel teſtificādo certifico. Ci. L. Flacco. O nox illa q̄ pene ęternas huic vrbi tenebras attuliſti: cū galli ad bellū Catilina ad vrbē: coniurati ad ferrum & flāmam vocabā tur: cū ego te Flacce coelum terrāq; cōteſtās. Idē Appſo pul. De me tibi ſic conteſtās omnes deos promitto ac cō firmo. Aliquādo conteſtari eſt cōtra teſtari. Hierony. in exod. Q đ ſi bos cornupeta fuerit ab heri & nudiuſtertiꝰ & conteſtati ſunt dñm eius. Lactā. libr. vij. Sacris litteris conteſtātibus non reſurrecturos eſſe impios i iudicium. Et ratione prępoſitiōis con poteſt ſignificare ſimul teſta ri ſicut & conteſtes. Conteſtari litem quid ſit vide in ordi ne litterarū. Deteſtor. Obteſtor vehemēter precor. Pro teſtor qđ eſt cauēda & quæ fieri non debent manifeſte de nuncio.

Teſtatus qui teſtamētum cōdidit. Cuius contrarium eſt inteſtatus: qui teſtamētum nō condidit. Vnde & ab in teſtato dicimus aliquem diem obiſſe. Et in ſignificatio ne paſſiua Teſtatus dicitur apertus vulgatus ab omni bus cognitus ꝙ id quaſi omnes teſtētur. Ci. Curio. Aut certe teſtatum apud animum tuum reliqueram qđ ſenſe rim. Hinc teſtatior & teſtatiſſimus. Aug. li. viij. con. Stu pebamus audiētes tam recēti memoria & ꝑpe noſtris tē poribus teſtatiſſima mirabilia tua in fide recta. Hircius. Q ua notior teſtatiorq; virtus eſſet.

Teſtator qui teſtamētum fecit: vt eſt apud apo. Vbi te ſtamētum mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris.

Teſtatio & teſtimonium proprie ſunt teſtium dicta.

Teſtamētū dictū eſt ꝙ ſit volūtatis noſtrę veluti teſti moniū. vñ & vltima volūtas appellať. Vlpia. Teſtamētū eſt volūtatis noſtrę iuſta ſentētia de eo qđ poſt mortē fie ri voluerimꝰ. Et ꝓprie qđ perfectū eſt teſtamētū dicit: ſed abuſiue quoq; teſtamēta appellamꝰ ea q̄ falſa vel iniuſta vel irrita vel rupta itēq; ipfecta ſunt. In ſacris quoq; lr̄is oē pactū & placitū teſtamentū dicit. vt in pſal. Aduer ſum te teſtamētum diſpoſuerūt. ſic Laban & Iacob teſta mētum fecerunt qđ vtiq; inter viuos valeret.

Teſtamētarius qui teſtamēta falſa cōficit. Ci. li. iij. of fi. Nō de ſiccaris: veneficijs: teſtamētarijs: furibus: pecu latoribus hoc loco diſſerendum eſt.

Teſtamētarius a. um. qđ ad teſtamētum pertinet. Vn de teſtamētarię tabellę.

Teſſo is. ſi. ſum. i. ſpolio/nudo. Plaut. in amp. Illic nō vult me de vno pallio deteſſere. Verg. Dū teſſet Imaona Aleſus. Alij texit legunt Aenei. x.

Teſtiuilicium. Vide in dictione licia.

Tetanothra eiuſdē formæ ſunt: cuiꝰ & Pſillothra: ſed Pſillothris ad pilos vellēdos: Tetanothris ad erugandā extēdendamq; in facie cutē vtimur.

Tetanici a tetano morbo dicti ſunt: cū muſculi q ſecū dū ſpinā ſunt: rigēt ita vt ſe iflectere nō poſſint. Id cū an terior pars afficiť: vt ſi mētū pectori ānectiť: Emproſtho tonus: cū poſterior Opiſthotonus: vt ſi caput ſcapulis. Cū vero ambę rigent ex equo tetanos vocať: vt ſi ceruix recta & immobilis intendiť: etiā ſi vt ait Celſus quidā mi nus ſubtiliter & diſcrete his nominibus vtuntur.

Teter a. um. diciť qđ eſt malum/foedū/pollutū/crude le & inſuaue: tum ad mentē pertinēs: tū ad cęteros ſenſus Vt tetra belua: teterrimus hoſtis: teterrimum facinus: te terrima mens. Item tetro aſpectu: tetra voce: tetro tactu.

⁎ Inde tetrior comparatiuum. Cc.

Tetro as. foedo: ſeu horridū/obſcurū ve facio. Pacu. Beluarum ac ferarum aduētus loca tetret.

Tetra graece latine quattuor. a qua dictione multa cō ponuntur.

Tetradoron quattuor palmorū. δῶρον enī palmus. Ply. li. xxxv. Gręci antiqui dorū palmam vocabant.

⁎ Tetraganthiū aranei ſiue phalangij genus. Cc.

⁎ Tettigometra diciť cicadarū mater. Sunt enī Tettigo metrę cicadę minores τέττιξ gręce dicitur cicada. & μή τηρ mater. Cc.

Tetragrammatō quattuor litterarum. Grāma enī lit tera dicitur.

Tetragonus pe. cor. quadrus quadrangularis. Tetra goniſmus quadratio.

Tetrametrum pe. cor. metrum quattuor pedum.

Tetrarcha qui quartam regni partem detinet. gręce τε τράρχησ dicitur.

Tetraplaſius quadruplus.

Tetraſtichia ordo ex quattuor.

Tetraones inter genera anſerū Ply. li. x. enumerat.

Tetrici pe. cor. hoies triſtes ac ſeueri a ſabinorū mōte tetrico dicti: qui aſperrimus eſt. Verg. lib. vij. Qui tetricę horrentis rupes montēq; ſeuerum.

Tetrinnare proprium eſt anatum. vt illud. In fluuijſq; natans forte tetrinnat anas.

Tettigometra cicadæ mater. τέττιξ enim cicada. μή τηρ mater.

Tethioppobatę teſte Herod. ſunt populi in Libya.

⁎ Tettius Caballus viri propriū ſub Veſpaſiano: & filijs claruit: & propter ſcurrilitatē a calcitratu Caballi nomen adeptus eſt. Cc.

Tethys tethys & tethyos: Cęli & Veſtę filia cōiunx Ne ptuni & nympharū mater: vt inquit Sal. at Ouid. lib. iiij. faſt. videtur ſentire illam fuiſſe Titani filiam: qui fuit Sa turni frater natu maior. Ait enī. Duxerat Oceanus quō dam Titanida tethyn. vnde & Oceani vxorē illam fuiſſe conſtat. Quę quandoq; pro mari ponitur. Thetis cum h in prima & i latino facit genitiuū thetidis pro Pelei theſ ſalię regis vxore: Nerei marini dei filia: & Achillis matre Tethys autem maior filia fuit terræ & coeli. Heſiodus in Theogonia. τηθὺν ἱμεροτεινήν τοὺσ δὲ μετ' ὁπλότατοσ γένετο κρόνοσ ἀγκυλομήτησ δεινότατοσ παίδων

Teucer qui & Teucrus nomen proprium troianorum regis. quo etiā nomine dictus eſt Telamonis filius. Teu cer a. um. idem qđ troianus: vt eſt apud Verg.

Teuchos latine vas: inſtrumētum: volumē: liber. hinc Pentateuchus.

⁎ Teumeſus boeotię exiguus mōs. Hinc Teumeſius leo quem Hercules adhuc pęne puer occidit: eiq; pellem de traxit: qua ſemper poſtea pro pallio vſus eſt. Cc.

⁎ Teurion herba eſt quæ & Tripolion: a latinis Saliunca dicitur. Cc.

⁎ Teutones populi ſunt quos Alemannos vocant. Sic dicti a teutone eorum deo quem terra ortum exiſtima bāt. Cc.

Teuta regina Illyricorum quæ ob caſtitatis meritum meruit vt longo tempore viris fortiſſimis imperaret: & Romanos ſæpe frangeret.

Teutates pe. pro. lingua gallica dictus eſt Mercurius: qui ab illis humano ſanguine placabať. Hūc Plato inuē torem fuiſſe Geometrię & Aſtronomię atq; Talorū ſcri bit. Luc. lib. j. Et quibus immitis placatur ſanguine diro Teutates horrēſq; feris altaribus Heſus. Lact. li. vij. Gal li Heſum atq; Teutatē humano cruore placabāt deos: q ſane feralis ritus diu ſimiliter apud Italos ſtetit qui lata lem Iouē & Saturnū humana placabant hoſtia.

Teutrania vt inquit Ply. lib. v. troadis pars eſt in me diterraneo.

Texo xis. texui textum. proprie telam ſtruo. Terē. in heau. Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus. Per tranſlationē texere poniť pro cōponere/facere/fabricare/

ſcribere/colligare: vt hiſtoriam/tabellas/& huiuſmodi. Hiero. in plog. ꝑ. Q̄ſq̄ diuerſo ſcribant metro: tamen eiuſdē numeri texuntur alphabeto. i. componūtur vel colligant. Aliquando pro ornare: pferre: vt neglectū crinē more texere. & alia huiuſmodi. Huius cōpoſita ſunt Attexo qd̄ eſt appono. Aug. li. xv. ci. dei. Nā oīa q̄ geſta narrant aliqd etiā ſignificare putāda ſunt. ſed ppter illa q̄ aliqd ſignificāt etiā ea q̄ nihil ſignificāt attexunt. Cōtexo: cōpono: cōiungo. Verg. li. ij. ęne. Cū tā hic trabibus cōtextus acernis ſtaret equus. Detexo qd̄ textū erat deſtruo. Interdum etiā valde texo: finio: perficio. Var. Viminibus mollicꝫ paras detexere iunco. nam de non minuētis eſt: ſed augētis inquit Ser. Intexo intus texo/innecto/inuoluo. Verg. li. iij. Ge. Vtcꝫ purpurea intexti tollant aulea Britanni. i. intus texti. Et li. ij. Illa tibi lęta intexit vitibus vlmos. i. innectit. Prætexo ante texo. Retexo & Subtexo: qd̄ ē iuxta: ſeu ſubtus texo. Plyni. lib. x. Quapropter vt ingeniorū p̄dictorū ita & reliqua ſubtexet diſſertatio.

¶ Teudamedus nomen patris Pelaſgi: vt inquit Homerus lib. ij. Ilia.

¶ Textim aduerbium. i. texendo.

¶ Textilis & hoc le. pe. cor. qđ texendo factum eſt: vt textilis corona: & textilis veſtis. ante cuiꝰ vſum fuit nexilis veſtitus vt docet Lucr. Nexilis ante fuit veſtis q̄ textile tegmen. Aegyptij primi inuenerūt textilia.

¶ Textor & Textrix qui vel quæ texit. Textricula diminu. eſt a Textrix.

¶ Textura opus ſiue actus ipſe textoris. vel textricis.

¶ Textrina. pe. cor. locus in quo texitur. qđ & Textrinū dicit. Vñ Ci. accuſat Verrē qꝫ nulla domus in Sicilia locuplex fuerit vbi ille non textrinū inſtituerit. Interdū etiā Textrina dicit ars: ſeu ſciētia texendi. Plyn. lib. xj. Quā non ad hoc videt ptinere crebra tapexitas telæ: & quędā politura artis ipſa per ſe tenax. xx. textrinę.

T ante H.

¶ Thalamus. penultima correpta. coniugis vtriuſcꝫ cubiculum. Hinc Epithalamium.

¶ Thales fuit vnus ex ſeptem grecię ſapientibus: qui eodē tēpore in Grecia fuerūt. Hic obiit cū certamē ſpectaret eſtu ac ſiti fatigatus. Hic fuit geometriæ penes Graios primus repertor: & naturę rerū certiſſimꝰ explorator: & aſtrorū peritiſſimus contēplator: qui reperiſſe fertur tēporū ambitus: ventorū flatus: ſtellarū motus: tonitruū ſonora miracula: ſyderum obliqua curricula: ſolis annua reuerticula. Eius illud eſt cū forte interrogaretur quid eſſet difficile. ſeipſum noſſe. Illud quocꝫ cū ſciſcitaretur quomō optime & iuſtiſſime viuerēꝰ: ſi quæ in alijs rephendimus: ipſi non faciamus.

¶ Thalaſſicus color: qui ſimilis eſt fluctibus marinis græci. n. Thalaſſan mare dicunt. Plau. Neſcio quis tecum incedit ornatu quidem Thalaſſico.

¶ Thalaſſometra dicit maris menſor. Ambr. li. hexa. Geometrā audiuimꝰ Thalaſſometrā nūq̄ audiuimus.

¶ Thalaſſio carmē nuptiale. ita dictum a voce: quam in nuptijs afferebant: quæ erat Thalaſſius. lege Liuiū. Var. ſcribit Thalaſſionē in nuptijs ſignū eſſe lanificij. Thalaſſionē enim vocabant Quaſillum vas lanificijs aptū. Plutar. vero hanc in nuptijs vocem primo habitam fuiſſe affirmat: qꝫ greci Thalaſſion lanificium vocant: ea ratione vt prouocarentur virgines ad opera: & potiſſimum ad lanificia.

¶ Thalia cum accentu in antepe. a θάλλω germino: vel vireo. quoniā in lōgū tēpus poetarū laus parta vireſcat. nā grece θαλία cū accē. in pen. vna gratiarum.

¶ Thali dicunt in porris & cepis & allio medij ſtipites θάλλειν. i. vireſcere. vñ & p germine arborū ponitur.

¶ Thaleſtris regina Amazonū: quā alij Minithēā vocant. Hæc cū trecētis mulieribus occurrit. xxxv. dierū inter confertiſſimas gentes itinere facto Alexandro in Hyrcania res gerenti vt liberos ex rege ſuſciperet: & vt viſa eſt vterum impleſſe diſceſſit.

⁎ Thalaſſomeli vnguentū quod fit ęquis portionibus maris mellis imbris: fictilicꝫ vaſe depicato condit. Cc.

¶ Thanatos latine mors. a quo Athanatos immortalis. Eſt & Thanatos inſula in oceano gallico Britannię proxima (vt Solinus refert) frumētarijs campis felix. In ea nullꝰ anguis viuere poteſt: quin aſportata aliquo terra angues illico perimit. dicta Thanatos a morte ſerpentium.

⁎ Tharſos vrbs eſt Ciliciæ metropolis. Cc.

¶ Thaſium genus vini a Thaſo inſula maris Aegæi: vna ex cycladibus quæ a Thaſo Phœnicis filio qui eā incoluit dicta eſt. vel a Thaſone Neptuni filio. Sic Thaſiæ vites. Verg. lib. ij. Geo. Sūt Thaſię vites ſunt et Mareotidis albæ. Et Thaſia nux quæ Amygdala a Thaſo Thraciæ inſula.

¶ Thaſij populi in Thaſo habitātes. fuit hęc inſula aurea vocitata propter aurū: qđ illic effodiebatur.

¶ Thauma apud gręc. miraculū & admirationē ſignifi.

¶ Theatrum latine viſorium a Caſſiod. ſpeculatoriū a Cypriano dicitur: a θεάομαι: quod eſt video: qꝫ turba conueniens eminus videatur & videat. Eſt autem ædificium in hemicycli ſpeciem factū ad videnda ſpectacula idoneū. Aliquando tamen ponitur p ſpectaculo. Mar. Quicqd in Orphęo Rhodope ſpectaſſe theatro Dicitur: exhibuit Cęſar arena tibi. Aliquādo pro multitudine ſpectante. vt magno theatro hæc acta ſunt. i. multis ſpectantibus.

⁎ Thea Chironis Centauri filia fuit. quæ cum in mōte Pelio ſeſe venādo exerceret grauida facta: & ob id patris indignationē timens deorū miſeratione in equā cōuerſa eſt: & in cœlum tranſlata. Cc.

¶ Theatricus. a. um. nomen poſſeſſiuū. Aug. li. iij. cō. Rapiebant me ſpectacula theatrica plena imaginibus miſeriarum.

¶ Theatralis & hoc le. idē quod Theatricus: ſeu qđ ad theatrū pertinet. Vñ dicimus Theatralia ſpectacula.

¶ Theatridion dimi. forma græca a theatro. Var. li. iij. de re ruſt. Inter has exteriores gradatim ſub ſtructum vt Theatridion auiū mutuli crebri in oibus columnis impoſiti ſedilia auium.

¶ Thebe. es. & Theba. æ. & Thebę. arū. Ouid. de ſine Quid referā Aſopon quē cepit Martia Thebe. Sta. li. viij. the. Viue ſoperſtes ait dirçcꝫ ad mœnia Thebæ Solus abi. & li. xj. Aut Danais aduece rogos aut p̄lia Thebis. Nomina quarūdā vrbiū: quarū vna fuit in Aegypto: a Buſyride Aegypti rege cōdita: quę græce helios polis. i. ſolis ciuitas: abiit. cxl. ſtadio. vt refert Herod. Vrbs inſignis publicis priuatiſcꝫ ædificijs. quā Ply. totam penſilē fuiſſe ſcribit: quę centum portas habuit: in quarū ſingulis memorat. cc. cuſtodes excelluiſſe equis et curribus: ſubter quā reges ſoliti erant maximos exercitus armatorꝫ educere nullo ex oppidanis id ſentiēte. Iuue. Atcꝫ vetus Thebe centum iacet obruta portis. Ab hac (teſte Ply. lib. xxxvj.) regio Thebaica Aethiopiæ contermina cognominata eſt. A qua & Thebęi cū diph. & fructus palmarū eius Thebaides & Thebaicę dicuntur a Plyn. Alia Thebe fuit in Bœotia a Cadmo Agenoris filio condita: quā Amphion muris ornauit. Bacchi & Herculis clariſſima patria: ab Alexādro magno poſtea euerſa. quæ & Draconigera dicitur: quia a

Cadmo cum quinquiris ex dracone ab iṗo interfecto natis constructa fuit. Var. tamen lib. iij. de re ruſ. ſcribit hanc vrbem ab Ogyge ædificatam. Ab hac Thebani dicti ſunt. Hanc Heptapylos vocat Apul. ab eo q̄ ſeptem portas habebat inclyta duobus ducibus Epaminūda & Pelopida. Hæc etiam dicta fuit Dircea a Dirce fonte. Vnde & a Statio Dirceus ager Thebanus vocat̃. Hinc Pindarus poeta Lyricorū princeps habuit ortū. Bacchus in Aphrica vrbem condidit Thebas. Vnde Hiero. in com. epiſtolę ad Gala. Pręterea Thebas liberi quas in Aphrica condidit: quæ ciuitas nūc Thebeſtis dicit̃. Alia in Theſſalia: a qua etiā Thebani & Thebæi. Fuit & Thebe in Italia ciuitas. Fuit & alia Thebe Homero teſte i Cilicia Andromaches vxoris Hectoris patria. Vnde Ouidi. Nec cruciere minus q̄ cum Thebana cruentum Hectora Theſſalico vidit ab axe trahi. Alia fuit in Lucania ab Aonijs colonis cōdita: quā interijſſe auctor eſt Cato. Fuerūt & Thebę Corſicę. Eſt & Thebe nomen virginis e cuius gremio geminę colūbæ: vt eſt in fabulis cū euolaſſent: altera ad Hammonis fontē tetendit & ibidē reſponſa dedit: altera ad ſyluā Dodoneā vbi futura mortalibus pręcinuit.

¶ Thebais. aidis. vel idos. Et hęc Thebaida. dæ. ab accuſatiuo gręco formatū nomen ſicut Perſis & Perſida Aegypti regio a Thebe deonīata. Q d nomē poteſt eē patronymicū a Thebe. Quo nomine etiā appellatū eſt Statij opus: in quo de Thebis tractatur.

¶ Thecla nomen proprium mulieris ſanctiſſimę.

¶ Theca vagina: ſepulchrum: loculus.

⁎ Theligonū hęrba habens vuas floribus oleę ſimiles. ſed aliquanto pallidiores. Vide Arſenogoonum. Cc.

⁎ Thelegonus Vlyſſis & Cyrces filius fuit. Cc.

⁎ Thelipteris filicis ſpecies. Cc.

¶ Thelphuſa vrbs prope Orchomenum Archadię a Thelphuſa Ladonis filia nomē habēs. Telphuſſa verſo ſine h. & per duplex ſſ. alia vrbs i Arcadia. Telphuſſium: ſiue Tilphoſſiū eſt in Bœotia vbi laudatus Bacchus eſt a Pindaro.

¶ Telphiſſa fons cuius aquæ frigus Tireſias vates cū ſenex potaſſet & ferre non potuiſſet extinctus eſt.

¶ Thema. atis. latine poſitum ſeu poſitio dicitur.

⁎ Themes antiquū oppidū Cypri eſt: in quo repertum primū æs: & ab eo ſumpſit cognomen. Ouidi. de anu. Lunam deducente. Themeſęaq; concutit æra. Cc.

¶ Themiſtocles nomē viri Athenienſis clariſſimi. hic cum ab ingrata patria exul factus eſſet: & a Xerſe princeps exercitus aduerſus Athenienſes magno cum honore creatus: cū videret patriæ ſuæ ingentis cladis periculum imminere: hauſto tauri ſanguine ſeipſum interemit: ne aut regi de ſe merito infidelis eſſet non pugnādo viriliter: aut patriæ ſuæ hoſtis atq; oppugnator videretur. Vide Plutarchum.

⁎ Tembinadia regio quæ & Nemeęa dicitur. Cc.

¶ Thenſę vt docet Aſco. ſunt ſacra vehicula pōpa ordinū & officiorū. ſic dictę q̄ ante eas lintes tēdunt quæ gaudēt manu tāgere qui deducūt: vel ἀπὸ τοῦ θείου. i. a re diuina. Et ſic per th. ſcribit̃. Cic. de haruſpicū reſpōſis. Te appello Lentule: cuius ſacerdotij ſunt Thenſæ curricula p̄centio ludi libationes. Liui. li. v. Quę auguſtiſſima veſtis eſt thenſas ducentibus triūphantibuſve ea veſtiti medio ædiū eburneis ſellis ſedere.

¶ Theoria cū accentu in pen. latine ſpeculatio & intellectus dei. Hinc Theoreticus ſpeculatiuus. Græce eīn θεάομαι conſydero: contēplo. Amb. lib. Hexa. Nanq; itē iiū artium alię ſunt actuoſę: q̄ ſunt in corporis motu aut ſono vocis. Alię Theoreticę: quę vigorem mentis exercēt. Idē ad Simplicia. Vbi legis diuinę p̄cepta numerauit: atq; annūtiauit populo theoriā: poſtea intelligibilis illius atq; teſtimonij: vel candelabri: vel thymiamatis locuturus immolauit hoſtias.

¶ Theorema. atis. latine ſpeculatio.

¶ Theoreſis. contemplatio.

¶ Theos deus. A quo multa per compoſitionē fiunt.

¶ Theologia ratio ſiue ſermo de diuinitate.

¶ Theoleptus numine afflatus.

¶ Theodectes nomē philoſophi diſcipuli Ariſtotelis: cui oratoriæ artis libros donauit. Vt eos tanq̄ ſuos ederet. Hic fertur multæ memoriæ fuiſſe.

¶ Theomachus penultima correpta deo repugnās latine dicitur.

¶ Theomenia ira diuina.

¶ Theogonius genitus ex deo.

¶ Theophraſtus philoſophꝰ fuit ex Creſſo Leſbi oppido Tyrtamus initio vocatus. Hic peripateticorū eloquētiſſimus doctiſſimuſq; fuit: qui ex diuinitate loquēdi nomē inuenit. Hic dicere ſolebat doctū hominē ex oībus ſolū neq; alienis locis peregrinū eſſe: neq; inopē amicorū. Dictus Theophraſtus. quaſi diuina eloquentia. a theos deus. phraſis eloquentia.

¶ Theophilus nomen proprium: quo ſignificatur dei amor. Theophiles pius amans deorum.

¶ Theoſebia pietas: cultꝰ dei. Theoſebes piꝰ religioſꝰ.

¶ Theotocos deum pariens: genitrix dei.

¶ Theodorus cum accentu in pen. proprium nomen viri quaſi donum dei.

¶ Theodoſius nomē propriū duorū Ro. principum.

¶ Theopompus nomen proprium tragici & oratoris. Quo nomine etiam dictus fuit vnus Spartanorum: Cuius meminit Quintil. & etiam Valerius Maximus.

¶ Theognis fuit poeta gręcus: de quo Plato in li. de legibus: cuius opus incipit ὦ ἄνα Λητοῦς υἱὲ Διὸς τέκος οὔποτε σεῖο λήσομαι ἀρχόμενος: οὐδ᾽ ἀποπαυόμενος. i. o rex Latonę & Iouis filii nunq̄ tui obliuiſcar exordiens neq; finiens.

¶ Theon nomen pictoris Samij. de quo Quint. li. xij. de inſti. ora. Alter mathematicꝰ qui ſcribit de ſpiritibꝰ ad Ptolemæum aſtrologū. Alter etiā interpres Apollonij Rhodij.

¶ Thera inſula ſub Eubœa iuxta Atticā. De qua Ply. lib. iiij. Protinus ab Io. abeſt thera. xxv. millibꝰ paſſuū In ea eſt Eleuſis ciuitas: vt li. iij. Ptol. refert. Ab Hero. Thera ponitur inſula lib. iiij. quam Iuſti. putat Therāmen: alij Corſicam.

⁎ Therambum vrbs eſt Theſſaliæ. Cc.

¶ Theriace ſiue Theriaca: a qua & Theriaci paſtilli nominant̃ q̄ e viperarū carnibus conſtent: aut certe contra beſtiarum venena proficiāt. Dicta ἀπὸ τοῦ θηρίου hoc eſt a feris ſiue beluis vocitata: q̄ hęc cōpoſitio aduerſus omnes beluas venenatas inſtituta ſit: admiſcētur ei viperinę carnes. Hanc vulgus Tyriacam a Tyro ſerpente appellat.

¶ Theriotrophion locus vbi ferę alunt̃. Var. li. iij. de re ruſ. Sylua erat ſupra quinquaginta iugerū maceria ſepta qd nō leporariū ſed Theriotrophiū appellabāt falſo.

¶ Theriſtrum velamen vel veſtis tenuis: qua vtebant̃ mulieres Palęſtinæ. Hier. in Geñ. Quę depoſitis viduitatis veſtibus aſſumpſit theriſtrum. Et apud Eſaiam. In die illa auferet dominus ornamentū calceamentorū et palliola & linteamina & theriſtra.

¶ Thermæ inuentę ſunt ad excutiendum de toto corpore ſudorem. Sunt eīn balnea. Ea certe loca: quę aut calentibus aquis: aut ipſo ſine fornice igni calefacto lauandi ſudandi ve vſibus deputata thermas vocauere. Nam θερμὸν gręci calidum dixerunt a θέρος æſtus.

Quæ autem proprie ad ſudandum loca habentur: ea Seneca in epiſtolis ſudatoria nuncupat. Quid inquit cum ſudatorijs omnis ſudor per laborem exeat. In quibus vero deſcendimus vt lauemur balneas vocamus et balnearia. Eſt & Therme ciuitas in Thracia. vnde Thermaicus ſinus.

¶ Thermopylæ.pen.cor.mons longiſſimus: qui incipiens a Leucade in occidēte & in Aegæū mare haud lōge a Demetriade ptendēs fauces habet anguſtiſſimas iuxta quas calidæ aquę ſcaturiūt. Ideo a caliditate portarū nomē inditū eſt. Pylas.n.portas gręci nominãt: & Thermon calidū. Ibi em̄ ſunt: vt inquit Stra. Thermę id eſt calidæ aquæ Herculi conſecratę. Liui.lib.xxxvj. ſcribit iugū Thermopylarū ita mediā græciā dirimere vt Apœnini dorſo Italia diuidiť. Et quia calidæ aquæ in ipſis faucibus ſunt: ideo inquit Thermopylę locus appellatur nobilis Lacedęmoniorum aduerſus Perſas morte magis memorabili q̃ pugna.

¶ Thermopolium locus vbi calida excitamenta & potoria vęnduntur. Plau. in Cur. Tum iſti Græci palliati capite operto qui ambulant ſemper videas bibentes in Thermopolio.

¶ Thermifacio ſignificat eſculentis atq; poculentis ingurgitatis & exhauſtis i Thermopolio calefacio. Plau. in ſti. Me Hercule vero eo q̃tum poteſt iam ne exta cocta ſunt quod thermifecerat.

¶ Thermodoon ſiue Thermodon Cappadociæ fluuius. quæ eſt regio Aſiatica: vt Ply. Stra. & Iuſtin⁹ tradunt. Iuxta quē olim Amazones conſederunt. Quarum regina: vt Diodo. refert in oſtijs Thermodoontis vrbem cōdidit Themiſciram nuncupatã: prius Onyzacha: poſtea Cęſaream. Eſt etiã Thermodon oppidū Cappadociæ. A Thermodon fiūt adiectiua Thermodontius: Thermodontęus: & Thermodōtiacus. Vnde pugnæ Amazonum appellantur Thermodontiacæ. Prop. Qualis Amazonidū nudatis bellica mammis Thermodoontęis turba lauatur aquis.

¶ Theron nomē regis Hiſpaniæ citerioris q̃ſi ardēs.

¶ Therioma vlcus virilīū interim & ſedis & partū altarum multo ac nigro ſanguine mali odoris atra fit caro et corrodiť. Ex quo naſci quãdoq; ſolet Herpes Eſthiomenos (ita vocať vlcus) quoniã ſerpendo corpus oſſa vſq; deuorat inęquale ac cœno ſimile.

¶ Therpſicore vna fuit ex nouem muſis: a τέρπομαι quod eſt delector.

¶ Therſilochus nomen viri proprium.

¶ Therſites. penultima producta. fuit gręcus quidam vir: Quo nō deformior alter venerat ad Troiã: lingua ve proteruior alter. Iuue. Malo pater tibi ſit Therſites dum modo tu ſis Aeacidæ ſimilis.

¶ Theſaurus & Theſaurū diciť. Et eſt vt Paul. Iuriſcōſultus inquit: vetus quędã depoſitio pecunię cuius nō extat memoria vt iam dominū nō habeat. Sic enim fit eius qui inuenerit: qđ non alterius ſit. Alioqui ſi quis aliquid lucri cauſa: vel metus: vel cuſtodiæ condiderit ſub terra: nō eſt theſaurus: cuius etiam furtum fit. Aliquãdo tamē theſaurus dicitur: cuius extat memoria & dominū habet. vt in euange. Vbi eſt theſaurus tuus ibi et cor tuū erit. Ponitur interdū pro loco in quo aurum vel alia p̄tioſa recondūtur. vt eſt illud. Et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera: aurū thus: & myrrhã .i. capſis vel vaſis. Nonnunq̄ in malū accipiť. vt Plau. in am. Qui domi vxorē meã impudicitia impediuit teneo theſaurum ſtupri. Idem in ru. neutro genere p auro ſeu argento poſuit. Quicquid ineſt graue quidē theſaurum: hic ego ineſſe reor.

¶ Theſaurariū locus in quo ſeruanť theſauri. Aug. ſuper pſal. Inueniūt nūmos & ponūt in theſaurario.

¶ Theſaurizo.as. theſaurū colloco repono i depoſito.

⁎ Theſbitis lacus per quē tranſit Tygris fluuius. Cc.

¶ Theſeus proprium nomen Athenarū regis Aegei et Aethræ filius. Hic virtutis Herculeæ æmulus poſt p̄clara edita facinora extorris patria factus in inſulã Syrum nauigauit: vbi periit interemptus a Nicomede: vť vt quidam volunt ex loco edito poſt cœnam deambulando delapſus. Primus inſtituit Athenis Panathenea hoc eſt communē celebritatē in honorē Mineruæ: quę græce Athena nominatur. Idem in Iſthmo funebres ludos inſtituit. Huius geſta natales & obitum ſcripſit Plutar. De quo ſcripta fabula eſt noīe Theſeis. Hinc illud Iuue. rauci Theſeide Codri.

¶ Theſis latine poſitio: figura q̄ diſtinguit ſenſus orationis per cōmata .i. ſubdiſtinctiones quas nos virgula ſignamus: per cola .i. membra: nos duobus pūctis: per periodos .i. terminos: finita ſentētia puncto. Dicta poſitio vel poſitura: quia punctis poſitis conuenientes denotat ſenſuū partes: vel quia ibi vox pro interuallo dictionis deponitur.

¶ Theſſalia regio Græciæ quæ ſub Attica olim comprębendebatur ex vna parte Bœotiam/ex altera Macedoniam habens. Prius Aemonia ab Aemone rege: & Pelaſgis: & Conargo: atq; Hellas. Vnde reges Hellenes vt Plyn. lib. iiij. refert. Dicta Theſſalia a Theſſalo Aemonis vel Iaſonis & Medeę filio. Hanc Homerus Argopelaſgicon nominat. Et Stra. libr. x. ſcribit dictam fuiſſe priſcis ſeculis Pyrrheam a Pyrrha Deucalionis vxore. In hac natus eſt Gręcus rex. a quo Gręcia. Ibi Deucalion cum vxore Pyrrha quorū tempore (vt inquit Ariſtoteles) ingens imbrium illuuies maiorē partem populorū Theſſaliæ abſumpſit paucis qui ad mōtium culmina ſeſe receperant conſeruatis: inter quos Deucalion Parnaſum petierat: ratibuſq; ad ſe confugientes per ſumma Parnaſi iuga benigne fouebat. Propter quod dictus eſt genus humanum reparaſſe. In Theſſalia ſunt montes. xxiiij. quorum nobiliſſimi Pieria parens domuſq; muſarum: Pelion & Oſſa gygantū bello memorati. Item Pindus & Othrys Lapitharū ſedes: item Olympus. Flumina in ea: vt ſcribit Herodo. ſunt Apidanus: Enipeus: Onochonus: Pamiſus: Peneus: & Phoenix. A Theſſalia fit Theſſalus. a. um. pe. cor. & Theſſalicus. lica. licum.

¶ Theſſalonica penultima producta vrbs metropolis Macedonię. a qua Theſſalonicenſes dicti ſunt populi. Hęc fuit patria Theodori Gazę: qui ætate noſtra in vtraq; lingua doctiſſimus habitus eſt: qui e græco in latinum librum de animalib⁹ Ariſtotelis traduxit: & alia multa opera edidit.

¶ Theſmophoria .i. cerealia latine: ſacra Cereris quæ græce diciť theſmophora: quaſi legifera. Prima.n. Ceres leges inueniſſe proditur: quia ante frumentum inuētum homines ſine lege vagabantur: & ex agrorū diuiſione primo nata ſunt iura. Oui. Prima dedit leges: Ceteris ſunt omnia munus. Gręci θεσμοφόρον legis latorem appellant: & legiferum.

¶ Theſpiæ oppidū liberū in Bœotia ad radicē Parnaſi: vt inquit Ply. vel vt Stra. iquit Heliconi proximū. Theſpias nobilitauit Praxitelis Cupido a Glycerio meretrice ibi cōſecrata. Hinc Theſpiades dictę ſunt muſæ ſeu nymphæ Theſpias incolentes.

¶ Theſpici populi ſunt Græciæ.

¶ Theſtylis nomē proprium mulieris. de qua Verg. in Buccolicis.

¶ Theſtor fuit vir Troianus Calchantis pater.

¶ Theſiphone. vide retro Tiſiphone.

¶ Theta nomen eſt litteræ græcę: quæ vim detinet th. aſpirati.

¶ Thetis nomē matris Achillis: de qua ſupra ī dictiōe Tethys. De nuptijs huius Luci. facit pulcherrimū dialogū: cuius verba greca ponā multorū loco latinorum ἰδέα δὲ γαλήνη Χοῖσ οἷα ἐποίησεν ἡ ἔρισ παρὰ τὸ δεῖπνον. & ſubdit. μῆλόν τι πάγκαλον χρυσοῦν ὅλον δὲ γαλήνη ἐπεγέγραπτο δὲ ἡ καλὴ λαβέτω. κυλινδούμενον δὲ τοῦτο ὥσπερ ἐξεπίτηδεσ ἧκε ἔνθα ἥρα τε καὶ ἀφροδίτη καὶ ἀθηνᾶ κατεκλίνοντο κ᾽ ἀπεδὴ ὁ ἑρμῆσ ἀνελόμενοσ ἐπελέξετο τὰ γεγραμμένα.

* Theucitis iunci ſpecies in Nabathea creſcens: rotundus: vinoſæ mordacitatis ad linguam. Cc.

¶ Theuthras fuit Cilicum ac Myſorū rex. a quo Theuthrantis regio: & Theuthrana vrbs iuxta Pergamū.

¶ Theumeſus. pen. produ. mons Bœotiæ. a quo Leo Theumeſius dictus inauditę magnitudinis: qui omnibus terrori erat: quem Hercules adhuc pene puer occidit: eiq; pellem detraxit: qua poſtea pro pallio ſemper vſus eſt. Eſt etiā hoc nomine fluui⁹ & regio & paruulū oppidum in Thebanis finibus. Hic Leo a Ioue in cœlum tranſlatus dicitur: vt glorię Herculis conſuleret: q eum inermis occiderat.

¶ Theutoni. pe. cor. populi Germanię qui & Theutones & Theutonici dicunt̄. Luc. li. vj. Cantaber exiguis et longis Theutonus armis. Hi vt Pōp. ſcribit loca incoluit ꝑpe mare Adacū. Hi duce Theutholoco Romanorum fines inuaſerunt. quos Marius deuicit.

* Thiriomachus vnus ex filijs Herculis ex Megara Creontis regis Thebani filia. Cc.

¶ Thlaſias dicitur qui habet teſticulos attritos.

¶ Tholus gręca dictio: qua ſignificat̄ veluti ſcutū breue qđ medio in tecto ponit̄: in quo trabes coeunt: & ad quod dona ſuſpendi conſueuerūt. Verg. lib. ix. Si qua ipſe meis venatibus auſi Suſpēdive tholo aut alta ad veſtigia vexi. Quidā accipiūt tholum ꝑ teſtudine alicuius ædificij: ſiue pro domo rotunda. Ouid. li. vj. faſ. Mox didici curuo nulla ſubeſſe tholo.

¶ Thorax latine pectus: vnde & munimētū ſiue laneū ſiue ferreum: quo pectus ꝓtegitur: thorax appellatur. Sta. li. th. Propugnat pectora thorax. Iulius Pol. ſcribit thoracē eſſe quicqđ anterioris dūtaxat partis a collo vſq; in coxendicē ꝓtenditur: quem cōficiūt crates coſtarum. Qui & ὅλμοσ hoc eſt mortariū dicitur. Medici tamē in reſectionib⁹ humani corporis thoracem accipiūt inane quiddā in pectore extremas coſtarum partes vtrinq; contingens. Vnde legimus Plynii dicentē. Thoracis vitia purgat: q̄ videlicet intra ſepta pectoris cōtinent̄. Et Cor. Cęlſus docet thoracē tuſſi obnoxiū. Amb. li. hexa. accipit pro ea parte in quā alimenta recipiunt̄. Ait enim. Thorax vt ſuſcipit alimēta ita ſuperflus ciborum & ſuccos ſalubres ſanguinēq; diſcernit. Iuuen. pro tunica quę tantū pectus tegit cuiuſmodi infantes geſtare moris eſt. Viridem thoraca iubebit. Sue. de Augu. Hyeme quaternis cū pingui toga tunicis: & ſubucula thorace laneo & femoralibus & tibialib⁹ muniebatur. Eſt etiā quādo thorax turrim ſignificet: & eſt generis maſ. A cui⁹ accuſatiuo græco θώρακα: quidā hæc thoraca cæ. declinant. vnde Thoracatus.

¶ Thoracatus qui thoracē indutus eſt. Ply. lib. xxxv. Parrhaſius pinxit nauarchum thoracatum.

¶ Thoa fuit vna ex nymphis filia Oceani & tethyos.

¶ Thoas. antis. fuit rex in Taurica regione: de quo Oui. li. iij. de pon. Regna Thoas habuit Mæotide clarus i ora. Nec fuit Euxinis notior alter aquis. Alter rex Lemni fuit Liberi patris filius: & pater Iſiphyles. Fuerunt alij hoc nomine.

¶ Thomas nomen hebraicum viri proprium.

* Thonius vn⁹ ex Cētauris Ixionis & Nubis fili⁹. Cc.

* Thonia vrbs ē & caput Gebanitaꝝ. diſtatq; a Geza noſtri littoris Iudeæ oppido. M.D.xxxviij. milia paſſuum. Cc.

¶ Thon thonos fuit primus qui apud Aegyptios medicinā in artem redegit. Alter fuit rex Canopi. Thoon vero per geminū oo. fuit vir Troianus.

¶ Thoosa Phorci filia ex qua Polyphemū Neptunus genuit.

¶ Thous fuit vnus ex principibus Troianis.

¶ Thrace. es. & Thraca. æ. & Thracia. Europæ regio inter partes Scythię poſita: Macedoniā ſequēs. quæ a ſeptētrione Iſtrum habet. ab oriente Pontū. A meridie Aegęū mare. Olim Scython. poſtea Thracia a Thrace Martis filio: ſeu ab aſperitate dicta. Gręce eñ θραχὺσ aſperū dicit̄. Eſt eñ regio vt Pompo. ſcribit: nec cœlo nec ſolo tractabilis: & niſi mari ꝓpior eſt infœcūda frigidaq;. Habet feros homines aſpero cultu. In ea ſunt vrbes celebriores Apollonia: Enos: Nicopolis: Byzātiū: Perinthos: Lyſimachia: Calipolis. Amnes ſūt Hebrus & Neſtos. Mōtes Hemus: Rhodope: & Orbelos. A Thracia fiūt adiectiua Thrax: Thracus: Thraci⁹: & Thracēſis. a Thrax fit fœmininū Thręſſa vł Thraiſſa diuiſa diphthōgo. & adiectiuū Thraicus & Thraicius. Item a Threix qđ Thracēſem indicat fit fœmininum Threſſa & Threiſſa. Et adiectiua Threicus: Threicius. de quibus habentur exempla apud poetas.

¶ Thraſceas ventus qui & Thracias & Thraſcias dicit̄. Ariſto. Poſt Argeſten ventū flat Thraſceas: ſpirat inter ſeptētrionem & occaſum ſolſtitialem.

¶ Thraſyllus nomen viri proprium. & latine dicitur temerarius audax.

¶ Thraſybulus vir Athenieſis. de quo Aemyli⁹ Probus ait. Q̄ ſi p ſe virt⁹ ponēda ſit dubito an hūc primū omniū ponā. Illud ſine dubio: neminē huic ꝓfero fide: conſtantia: magnitudine animi: & amore in patriā. Hic Athenas a triginta tyrānis oppreſſas in libertatē redegit. Fuit & alius Mileſiorum tyrannus.

¶ Thraſymedes fuit filius Neſtoris.

¶ Thraſus nomen viri quod apud nos fiduciā ſignificat: quæ græce θράσοσ dicitur.

¶ Thraſumenus. pe. ꝓ lacus in agro Peruſino: quē ſemel totū arſiſſe ſcribit Ply. li. ij. De hoc Oui. li. vj. faſt. Sunt tibi Flaminius Thraſumenaq; littora teſtes.

¶ Thraſo nomen viri proprium apud Terentium.

¶ Threnos generis neutri latine dicitur lamentum qđ in funeribus fit: quo primū Symonides vſus eſt apud græcos. θρῆνοσ enim planctus dicitur.

¶ Threnodia cantus lugubris.

¶ Thrips tinea: ἀπὸ τοῦ θρύπτειν: quod ſignificat terere. i. frangere.

¶ Thryius. untis. vrbs in Helide. A Thryunte Atheniensi conditore dicta. Eſt & fluuius Helidis qui in Alpheum decurrit. de quo Home. li. ij. Ili. meminit.

¶ Thronus a noſtris ſedes ſiue ſoliū dicit̄: q̄uis in ſcripturis ſacris Throni quādoq; non pro cathedris ſed ꝓ virtutibus aliquibus in cœleſtibus: in quib⁹ deus ſemꝑ ſedeat: quaſi in quadriga ſua ponatur.

¶ Thyas bacchi ſacrificula.

¶ Thucydides. is. & dæ. ꝓpriū nomē hiſtorici græci.

¶ Thyaſus ſaltatio & chorea dicitur: quæ Baccho exhibebatur a θύω ſacrifico. Vergili⁹. Inſtituit Daphnis Thyaſos inducere baccho.

* Thiella nympha eſt ἀπὸ τοῦ θύω dicta qđ impetū facio ſignificat & ἔλλω voluo. q cum impetu omnis voluat. Cc.

⁎Thyeum electri ſpecies. a Scythis Sacrium (vel melios Dacrium) dictum. Cc.

¶Thyeſtes fuit filiꝰ Pelopis ex Hippodamia: & Atrei frater ac Tantali nepos: de quo poetæ ſcripſerũt. Inde Thyeſtæus. a. um. Ouid. lib. xv. Meta. Neve thyeſtęis cumulemus viſcera menſis.

¶Thyella a noſtris procella dicitur. poniturq́ʒ ab Homero pro vna Harpyiarum.

¶Thuiinus genus eſt piſcis marini: Thurinũ oppidũ inter duos amnes Cratim: & Sybarim: vbi Herod. condidit hiſtoriam. Taurini populi ſunt: quos Plyn. in tertia Italiæ regione collocat.

¶Thurion ciuitas fuit in ſinu Tarentino: quæ vt quidam putant: etiam Thurana vocatur.

¶Thunnus per duplex nn nomen piſcis.

¶Thus & Thuſcia Vide in dictione Tus.

¶Thymbra genus hęrbę aromaticę abũdãs in Phrygia: quam Thymalem vocamus. Vergi. lib. iiij. Geor. Et grauiter ſpirantis copia thymbrę. Herba hęc eſt calida & ſicca: & latine dicitur Satureia: a Satyris: qꝛ ſint in venerem nimia hæc animalia prona.

¶Thymbręus Apollo dictus eſt ab agro Troiæ vicino Thymbræ pleno: in quo eiꝰ eſt nemus & templum. Sane per æ ſcribit: quia a θύμβρη. In deriuatione enĩ η in diphthõgũ ſęp̃ius mutat: vt αἰτναῖ ætnæus. Διρκη dircæus. κρητη cretæus. vel thymbreus: quaſi τὸ ὄμβρον ἐθέλω: hoc eſt imbres excitans.

¶Thymele. pe. cor. nomẽ mulieris: quæ prima ſaltationẽ in ſcæna docuit. Græci thymelen ſcęnam vocãt. hoc eſt eã theatri partem: vbi geſtiũt Hiſtriones. Mar. Qua thymelen ſpectas deriſorẽq́ʒ latinum. Suidas ſcribit fuiſſe aram in theatris thymelen.

¶Thymelici ludij Hiſtriones. Vnde a Vict. dictum eſt Scęnici & Thymelici gręce ſeparatim nominanť. In decretis diſ. vlt. de cõſe. ſacerdotes admonenť de cõuiuio ſurgere debere anteq̃ Thymelici ingrediantur.

¶Thymiama. atis. odor ſuauiſſimus thymi naturam referens. Hoc incendebatur in ſacrificijs. appellabãtq́ʒ græci thymiateria vaſa odorum: quæ maiores noſtri Acerras dixerunt.

¶Thymus & Thymũ hęrba apibus gratiſſima. Verg. Dũq́ʒ thymo paſcentur apes: dum rore cicadę. Macer. Si deſit thymus pro thymo ponere thymbram Præcipiũt medici. Sũt aũt thymi duo genera. albũ. ſ. & nigrũ vnde Bithymũ mel qđ ex vtroq́ʒ thymo collectum eſt. Et thymus vt inquit Iul. Pollux verrucula eſt Aegyptiæ fabæ magnitudine ſcabra & ſubrobens ſanguine cuius ſumma pars: vt Cęlſus inquit: florem thymi rep̃ſentat in genitalibus ſede fœminibus palmis & inferioribus pedum partibus.

¶Thymallus genus piſcis pretioſi: de quo Amb. lib. Hexa. Neq́ʒ te inhonoratum noſtra perſecutione thymalle dimittã: cui a flore nomẽ inoleuit: ſeu Ticini vnda te fluminis ſeu amœni Atheſis vmbra nutrierit flos es. Quid ſpecie tua gratius? quid ſuauitate iocundius? quid odore fragrantius? Quod mella fragrant hoc tu corpore tuo ſpiras.

¶Thyoneus cognomen bacchi quod a θύω pro ſacrificio deductum putant: qꝛ illi adhuc inter humanos verſanti ſacrificia reddebantur.

¶Thyre ciuitas Meſſeniorũ. Sed diuus Auguſtꝰ Lacedæmonijs aſcripſit: qꝛ Meſſenij cũ Antonio ſenſiſſe viderenť. Papi. Et Lacedęmoniũ thyre lectura cruorẽ. Hinc Thyreaticę Spartanorum corollę q̃dã appellatæ Sciendũ eſt Thyrę numero plurali: genere neutro per ſynæreſin eſſe τὰ θυρέα καὶ θυρέ: etiã ĩ numero ſingulari Thyrea quoq́ʒ dici poteſt. Strab. Thurlã appellat. Eſt & Thyreũ oppidum in Arcadia. Thyræ etiã gręce latine oſtia dicuntur. A quo Thyridion oſtiolum.

¶Thyrſis nomen paſtoris proprium.

¶Thyrſus virga & caulis cuiuſlibet hęrbę. p̃ſertim lactucę. Plynius. Inuentũ omnes thyrſos vel folia lactucarum prorogare vteris cõditos ac recentes in patinis. Idem. Folia lactucæ toſta thyrſuſq́ʒ ex aceto bibũtur. Alij accipiunt thyrſum pro haſta aculeata hederis obtecta: quas in orgijs bacchicis quatiebant. Tacitus. Meſſalina crine fluxo thyrſum quatiẽs. Scribit Diod. Dionyſiũ in exercitu habuiſſe mulieres Thyrſis armatas. Et Macr. ait. Liberum patrem tenere thyrſum: qđ eſt latens telum: cuius mucro hedera lambente protegitur. Vnde Thyrſigerus dictus eſt bacchus. Seneca in Medea. Candida Thyrſigeri proles. Lucretius accipit Thyrſum pro furore ſeu ardore & inſtinctu: cum ait. Percuſſit Thyrſo laudis ſpes magna meum cor.

¶Thyſbe thyſbes. vel Tyſbe. es. nomen puellæ Babylonicę. De qua Ouidius.

¶Thyſſagetæ populi fuerunt in Scythia vltra Sauromatas. In horum agro ſunt quattuor flumina: videlicet Lycus: Oarus: Tanais: & Syrgis.

T. ante J.

¶Tiara gñis fœminini. pen. p. ornamẽtũ capitis Perſicarũ prius mulierum. Quo poſtea vſi ſunt reges & ſacerdotes. Iuue. Et Phrygia veſtitur bucca tiara. Vergi. per vſurpationẽ dixit. Sceptrũq́ʒ ſacerq́ʒ tiaras. Hiero. ad Fabiolam. Quartum eſt genus veſtimẽti rotundũ pileolum: quaſi ſphæra media ſit diuiſa: & pars altera ponatur in capite. Hoc græci & noſtri Tiaram nõnulli Galerum vocant. Non habet acumen in ſummo: nec totum vſq́ʒ ad comas tegit: ſed tertiã partẽ a fronte inopertam relinquit: atq́ʒ ita in occipitio vitta cõſtrictus eſt: vt non facile labatur ex capite.

¶Tiatira vrbs in Myſia ad ſiniſtrã Caici fluminis partem: quę fuit vna ex ſeptem eccleſijs ad quas Ioannes Apoſtolus ſcripſit Apocalypſim.

¶Tibia p̃prie os cruris oppoſitum ſuræ. Item inſtrumentum muſicum quo tibicines canũt. ſic dicta qꝛ primo ex gruũ tibijs facta ſit: a quibus nomẽ habet: cum ex harundinibus facta ſit. Hor. Tibia non vt nunc orichalco iuncta tubæq́ʒ.

¶Tibialis & hoc tibiale: quod eſt idoneũ ad tibias faciendas. Ply. Tertia harundo eſt tibialis calami quem Auleticon vocant.

¶Tibialia ſubſtãtiuũ dicunť velamenta tibiarũ: quin etiã arma q̃bus crura muniunť tibialia vocanť. Sue. de Aug. Hyeme quaternis cũ pingui toga tunicis & ſubuculæ thorace laneo & fœminalibus & tibialibus muniebatur. Pau. Iurecon. Si tibiale vel humerale miles alienauit caſtigari verberibus debet.

¶Tibicen. pen. prod. qui tibia canit. Dicit & Tibicina fœ. genere. Gel. Fœminas etiã tibicinas in exercitu habuit. Mar. Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis. Et tibicines in ædificijs appellantur columnellæ quibꝰ ruſtici tecta ſua fulcire ſolent a ſimilitudine tibia canentium: qui vt cantãtes ſuſtinent: ita illi ædificiorũ tecta. nec habet in hoc ſignificato niſi ablatiuũ in ſingulari. Iuue. Nos vrbẽ colimus tenui tibicine fultã. Quicqđ etiam in ſuſtentaculo alterius ponitur: tibicen dicitur. Ouid. lib. iiij. faſt. Hæc modo verſabat ſtãtem tibicine telam. Vnde Verg. per tranſlationẽ ſua hemiſtichia tibicines vocauit. Ipſę quoq́ʒ particulę quibus verſus replentur tibicines a grammaticis appellantur. Verg. Sic forte precatur. Nam forte vacat.

¶ Tibareni vt Herodo.lib.iij. teſtatur: fuerunt populi Scythici in Aſia. De quibus Hiero. Tibareni quos dilexerint ſenes ſuſpendunt in patibulis.

¶ Tyberius nomē imperatoris Ro. Auguſti ſucceſſoris. Tyberij autē ex eo dicti ſunt q̄ iuxta Tyberim fluuiū naſcerentur. Vnde & per y.ſcribi ſolet.

¶ Tibiſis fluuius in Scythia: vt auctor eſt Hero.li.iiij.

¶ Ticinus fluuius Inſubrię in Eridanū fluēs. a quo Ticinū vrbs: quę nunc Papia dicitur. Inſignis diui patris Auguſtini corpore. Serenus penultimā hui⁹ noīs corripuit: cū ait. Alia pręcepit Ticini ſententia necti.

¶ Tignus maſculini gn̄is & Tignū neutri trabs qua varie diſpoſita domus extruit̄. Et p̄prie cui ſupponit̄ tectū. a tegēdo nomē deductū. Et Tigni noīe omne genus materiei: ex qua ædificia cōſtant cōtinet̄. Sed & in vineis Tigni appellatione oīa vineis neceſſaria continētur: vtputa Perticę/pedamenta. Hinc Contigno.as. qd eſt tignis tectū iungo. Ply.li.ix. Alexandri magni claſſiū pręfecto p̄didere in domibus fores maxillis beluarū ſcilicet balenarū facere: oſſibus tecta contignare: ex quibus multa quadragenū cubitorū longitudinis reperta. Et contignatio textura ipſa trabium ac tignorū. Coaſſatio vero Aſſium dicitur.

¶ Tignarius faber. non ſolum is qui tigna dolat: ſed etiam qui ſolaria lignea hoc eſt qui trabes cæteraq; ad tabulata domus vtilia: & omnis qui ędificat intelligitur inquit Caius.

¶ Tigillus diminutiuū eſt a Tignus: Tigillū a Tignū ſicut Sigillum a Signum.

¶ Tigranes.is.& Tigranæ.pen.pro. proprium nomē regis Medorum: ſeu maioris Armenię. Lucanus. li.ij. Tigranēq; meum: nec Pharnacis arma relinquas.

¶ Tigrana vrbs in Media regione.

¶ Tigris animal velociſſimū & truculētū a velocitate nomē trahit. Nā Medi tigrim ſagittā appellāt. Abūdat Hyrcania tigribus. Vergi. Hyrcanęq; admorūt vbera tigres. Arrhianus qui res geſtas Alexandri cōdidit tigrim ferā indicā non eā eſſe voluit: quā vulgus tigrim nominet: ſed hāc eſſe thoa. Tigrim vero equi magnitudine. flumēq; magnū Tigris etiā appellat̄ p̄pter velocitatē: quia ſic beſtiæ nimia pernicitate decurrit. Hic de paradiſo exiens iuxta ſcripturę fidē: pergenſq; contra Aſſyrios: & poſt multos circuitus Ioſepho teſte in mare rubrū defluit. Solinus Tigrim fluuiū in Armenia caput attollere dicit in loco edito ex lucido conſpicuoq; fonte. Nec ab exordio ſtatim totū eſſe: primo p̄greſſu ire non cū ſuo nomine. At cum fines Medorū inuectus ſit Tigrim ſtatim vocari. Atecuſam lacū influere grauia pondera ſuſtinentē: cuius piſces nunq̄ ſe alueo tigridis immiſceant: ſicut nec Amnici ſtagnum attingant Atecuſiæ. Mox Arabas pręterfluens Meſopotamiam amplectitur: & Hidaſpē accipiens Euphratēq; defertur in ſinum Perſicum. A Tigri fluuio dicti ſunt Tranſtigritani: qui trans Tigrim habitant: ſicut Tranſpadani. Et tam pro fluuio q̄ pro animali Tigris vel tigridis genitiuū facit.

¶ Tigurini fuerunt populi Germaniæ: qui quartā partem Heluetiæ continebant.

¶ Tile nomen duarum inſularū: quarū vna eſt in oceano inter ſeptentrionalem & occidētalem plagam vltra Britanniam: quæ vltima fuit ex cognitis a Romanis. Vergi.libr.j.Ge. Tibi ſeruiat vltima tile. In ea ſolſtitio æſtiuo nullas eſſe noctes Plyni.tradit. Econtrario vt Solinus refert brumali ſolſtitio nullus pene dies. Vltra eam pigrum & concretum mare eſſe ferunt. Altera in Aphrica contra ſinū Carthaginis. Sūt tamen qui ſcribant Thyle per ypſilon.

¶ Tilos inſula ē (vt ſcribit Ply.li.ſexto.) cum oppido eiuſdem nominis in mari Indico celeberrima plurimis margaritis. Ipſa fert palmas: oleas creat: vineis abundat. In ea omnis arbor nunq̄ folijs ſpoliatur. Mons caucaſus non longe ab ea incipit: qui maximam orbis partem perpetuis iugis penetrat. Eadem inſula habet lanigeras arbores: vt ſcribit Plynius libro.xij. Quæ cotonei mali āplitudine cucurbitas erūt: & maturitate ruptæ oſtendunt lanuginis pilas: ex quibus veſtes p̄tioſę fiunt.

¶ Tilia arbor: quam gręci phyllira appellāt: q̄uis & ex alijs arboribus Tiliæ dicant̄. Nā de interioribus corticis vimi tunicis e quibus vincula/ tilię vocantur. Vnde Plynius de vimo differēs. Corticis inquit interior tilia lepras ſedat. De arbore tilia Vergi.lib.ij. Ge. Nec tiliæ lęues: nec torno raſile buxum. Hinc Tiliaceus.a.um. vnde faſcię tiliaceæ. Iul. Capitolin⁹ de Antonino pio. Cum ſenex inquit & longus eſſet: incuruaretur: q̄ tiliaceis tabulis in pectore faſciabatur.

¶ Tilium vrbs littoralis a latere occidentali Sardinię.

¶ Timauus pen.produ.nomen fluminis iuxta Aquileiam. Qui e mōtibus delatus decidit in profundum: deinde infra terram abſorptus ſtad. circiter.xxx. & cētum erumpit in mare.

¶ Timæus nomen p̄priū philoſophi Locrenſis: cui diuinū illud opus Plato inſcripſit: in quo de rerū creatione diſſerit: qd Cice. poſtea latinū fecit.

¶ Timarchides nomē viri proprium compoſitum ex τιμὴ. qui eſt honor: & ἄρχοντος principis. Facitq; in genitiuo timarchidis & timarchidæ.

¶ Timâres nomē pictoris celeberrimi: Parrhaſij ęmuli. Inter eius vero ingenij monumenta Iphigenia oratorum laudibus celebratur.

¶ Timor (vt Cice.li.iiij.tuſ.inquit) eſt metus mali appropinquantis.

¶ Timeo.es.mui. varijs modis cōſtruit̄. Dicimus em̄ Timeo te tāq̄ inimicū. Timeo tibi tāq̄ amico: ne quid mali tibi accidat. Terentius. Pamphili vitæ timeo. Timeo mihi abs te. Idem. Hei mihi timeo a Chryſide. Inuenitur etiā cū ablatiuo mediante de. Ouid. lib.iiij.faſt. Nec timui de morte tamen metus abſtitit. Item dicim⁹ Timeo furem tauro. Iuue. Cum furem nemo timeret Caulibus aut pomis. Et timeo mihi abs te mortem. Sciendum eſt hoc verbū timeo idem efficere i vel cum negatione: vel ſine ea. vt timeo vt moriatur: & timeo ne moriatur. Hoc idē facit metuo vereor & huiuſmodi. Compoſita ſunt Extimeo: qd eſt valde timeo. Plau.in ciſ. Extimuit tum illa. Hinc Extimeſco. Cice. in Cato. Qd igitur adoleſcentes & hi quidem non ſolū indocti: ſed etiam ruſtici cōtemnūt: id docti ſenes extimeſcunt. Pertimeo ſimiliter valde timeo. Idem libro ſecūdo ad Heren. Defenſor ſi pertimuerit magnitudine periculi non conſcientia peccati commotū ſe eſſe dicet. Si non pertimuerit: fretū innocentia negabit ſe eſſe commotū. Hinc Pertimeſco. Lact.lib.iij. Quare non eſt q̄ philoſophis tantum honoris habeamus: vt eorum eloquentiam pertimeſcamus. Hierony. huic verbo addidit valde. Ex quo timeo & valde pertimeſco. Prætimeo ante tempus timeo. Lact.lib.vj. Nam parcere id eſt mediocriter vti pecunijs quaſi quædā animi puſillitas eſt: aut prætimentia ne ſibi deſit. Plau.in am. Humana matre natus: humano patre mirari non eſt æquū ſibi ſi prętimet. Et habent ti.ſyllabam cor.

¶ Timens & Timidus ſic differūt: quia timēs ex cauſa ad tempus timet: timidus ſemper timet.

¶ Timotheus.penul.corre.nomen proprium Cononis Athenienſis filij qui acceptā a patre gloriam multis

auxit virtutibus. Fuit enim diſertus impiger laborioſus: rei militaris peritus: & qđ ſuper oīa eſt εὐτυχὴς. i. fortunatus imperator habebaẗ: cui ſtatua publicitus in foro Athenis poſita eſt: ob victoriā qua victis Lacedęmonijs imperiū Athenienſiū auxit. Poſt huius obitū non fuit quiſq̄ fere Athenis dign⁹ memoria. Fuit alter Timotheus in arte tibiarum clarus: quē ferūt duplices ab his quos alius inſtituiſſet ſolitū exigere mercedes: q̄ ſi rudes traderentur: geminatū ſibi opus dicebat dedocendi prius mox docēdi. Dictum Timotheus ex τιμὴ honor: & θεὸς deus.

¶ Timon Apolloniates philoſophus: qui apud Calcedoniam philoſophiā & oratoriam exercuit: charus Ptolemæo Philadelpho. Scripſit tragœdias & comœdias & ſatyras. Dictus amarulētus & mordax ſyllorꝫ. i. dicacitatū ſcriptor: de quo Gel. Timon amarulentus librū maledicentiſſimū cōſcripſit: qui Syllos inſcribiẗ. Fuit & alius Timon Athenienſis: qui ob naturę aſperitatē inhumanus ac inhoſpitalis appellatus eſt: & miſanthropos. i. oſor hominū. Fugiebat eīm hominū cōgreſſus atq̄ colloquia pręter vnius Alcibiadis. In eius ſepulchro hoc erat epitaphium: qđ ipſe ſibi fecit. Hic ſum poſt vitā miſerāq̄ inopēq̄ ſepultus. Nomen non quęras: dij lector te male perdant.

¶ Timoniacus fuit pictor Byzantius Cæſaris dictatoris ætate qui Aiacem Cæſari pinxit.

¶ Timoleon vir Corinthius clariſſimus ōmniū iudicio: qui oppreſſam a tyranno patriam liberauit. de quo Plutarchus multa ſcripſit.

⁎ Tin antiqui pro eum dixerunt. Cc.

¶ Tinea vermiculus eſt: qui de carne editus veſtes aut libros abrodit. Hora. ad librū. Aut tineas paſces taciturnus inertes. Aut fugies Vticā: aut vinctus mitteris Ilerdā. Et in Eccleſiaſti. De veſtimētis ꝓcedit tinea: & a muliere iniquitas viri. Item tineæ vētris animalia ſunt: Elminthes gręci dicūt: in inteſtini recti extremo reptę. Has Cel. Lumbricos appellat. Item tineæ ſunt vermes in aluearibus apibus noxij. Col. li. x. Pręterea vt tineæ ſi apparuerint euertantur: papilioneſq̄ enecentur: qui plerūq̄ inter alueos morātes apibus exitio ſunt. Nā & ceras erodūt: & ſtercore ſuo vermes progenerāt quos alueorum tineas appellamus. Hinc Tineoſus. a. um. vt aluei tineoſi apud Col. lib. x.

¶ Tinnia vaſa vinaria apud antiquos fuere: vt inquit Feſtus. Nonius Tinnas appellauit. apud quos grādiora nō erāt: veluti apud nos ſub hoc vocabulo habenẗ: nec ad eos vſus parata. His nāq̄ e ligno fabricatis muſta cum vinaceis noſtri ebulliunt: apud veteres autem inter Epitrapezia numerantur.

¶ Tinnio. is. iui. itum. ꝓprie de metallis diciẗ: cū ex eorū pulſatione ſonus efficiẗ. Tinnit enim aurū: argentū: æs: ferrum: ſtannū: aurichalcum: & huiuſmodi.

¶ Tinnulus. a. um. pen. cor. quod eſt acutum: vt vox tinnula: & ſonus tinnulus: qui redditur ex æneis vaſis cum pulſantur. Ouidi⁹. Tinnulaq̄ æra ſonant: & olent myrrheq̄ crociq̄.

¶ Tintino. as. pen. cor. vt tintinatur apud Catul. in carmine ſapphico. Dicitur & Tintinno. is. iui. Afra. Tintinnire ianitoris impedimenta audio.

¶ Tintinnabulū & Tintinnale inſtrumentū æneū: vulgo Cāpanellus: nomen factitiū a voce quā facit tintin. Iu. Et tintinnabula dicas pulſari nemo iubes.

⁎ Tinge promontorium eſt Africę quod ferūt ab Anteo conditū: vocatur aliter Ampeluſia. Cc.

¶ Tingo. is. xi. ctū. vel Tinguo. ſignificat inficio: madefacio: immergo. Mar. Mentiris iuuenē tinctis Lētine capillis. Lact. li. iiij. Cū primū cœpit adoleſcere tinctus eſt a Ioanne propheta in Iordane flumine. Verg. Quid tantum oceano properent ſe tingere ſoles. i. immergere. Huius compoſitū eſt Intingo. Plyn. Omnibus quę condiuntur quæq̄ intingūtur deſyderatum fœtorem tollit manducatum.

¶ Tinctura infectio. Plyn. li. xxxvij. Adulteratur maxime tinctura: idq̄ in gloria regis Aegyptij adſcribiẗ qui primus eam tinxit.

¶ Tinctile. pe. cor. qđ intinctū eſt. Ouid. de triſ. Et tinctile virus. i. qđ intinctum eſt ſpiculo ſagittæ.

¶ Tiphernū ciuitas Vmbriæ: quæ nunc ciuitas caſtelli dicitur nobilis alumno Gregorio græcis latiniſq̄ litteris apprime docto: ſicuti eius opera eloquenter elucubrata manifeſtant.

¶ Tiphys vir arte carpentaria celebris: qui primus gubernandi naues adminicula inſtituit. Sene. in Medea. Tiphys in primis domitor ꝓfundi. Apolloni⁹ in principio. τῖφυς δὲ ἀγνιάδης σιφέα κάλλιπε δῆμον. Ibi autē eiωμ & alij interp̄tes ἀγαθὸς μὲν καὶ ἡμέρας τοῦ ἡλίου νυκτὸς δὲ πρόσημα τῶν ἀστέρων τὸν καιρὸν τοῦ πλοῦ τεκμήρασθαι. ⁎. i. Tiphys bonus interdiu ſole noctu ad aliquā ſtellam nauigationem coniectat.

¶ Tipula. pe. cor. vermis ſex pedes habens: ſed tantæ leuitatis vt ſuper aquā currens non deſidat. Plau. Neq̄ tipulæ leuius pondus eſt q̄ fides Lenonis.

¶ Tiryns. tis. generis maſc. fluui⁹ eſt in Argo. Tiryns generis fœminini nomen eſt patriæ Herculis in Peloponneſo: quę ꝓxima Argo: a Ply. Tirynthia vocatur. Vnde & Hercules Tirynthius appellatus eſt: q̄uis Thebanus quoq̄ dicatur.

⁎ Tis genitiuus eſt antiquus a Tu pronomine. Cc.

⁎ Tiſias Steſichorus poeta antea dictus eſt: ſed a Chorea id nominis ſortitus eſt. Cc.

¶ Tiſiphone. pe. cor. vltricē cędis ſignificat. Eſt enim vna ex furijs a cędibus plectēdis dicta. τίσις vltio vel pœna. φόνος vel φόνοι cędes: aut mors. cui cura ſit mortis vltio. Hor. in ſer. Seruilibus vtq̄ iā peritura modis Hecaten vocat: altera Sęuam: altera Tiſiphonem.

¶ Titan & Titanus penultima producta Saturni frater: Cœli & Veſtę filius: qui etiam pro ſole ponitur: quoniam a Titanibus duxit originē. Tradunt Titanas ſex fratres fuiſſe: & quinq̄ ſorores a Titea matre dictos: vt auctor eſt Diodo. Ex quibus vnus fuit Iapetus pater Promethei. Hiperionq̄ ex Titanū numero eſt qui ſolis ac lunæ ſtellarūq̄ motus obſeruaſſe atq̄ demonſtraſſe primus fertur. Ideo Solis parens & aſtrorꝫ fertur. Hinc Sol Titan: Luna Titanis a poetis dicuntur. Ser. ſic habet. Ferunt fabulæ Titanas ab irata contra deos terra in eius vltionē creatos. Vnde & Titanes dicti ſunt ἀπὸ τῆς τίσεως .i. ab vltione.

¶ Titanus Saturni frater. Quo etiam nomine dictus eſt mons Theſſaliæ a candore dictus. Titanis. idis. dicta eſt Luna.

¶ Titio lignū aduſtū: qđ ab igne extrahiẗ: vt eſt apud Eſaiam. Noli timere & cor tuū ne formidet a duabus caudis titionum fumigantium iſtorum.

¶ Titillo. as. per blādimēta ingero: ꝓuoco: cōmoueo: vt fit cū q̄s carnis pruritū ſentit. Nā titillari dicunẗ ſenſus q̄n mouenẗ geſtiūtq̄ voluptatis dulcedine. Verbū trāſlatū a titillatu alarū vbi dulcedo ſcalpendi eſt: ſicut ſcribit Ply. li. xj. Lact. li. vj. Ergo illecebrę iſtę voluptatū arma ſunt illius cuius vnū opus eſt expugnare virtutem: iuſtitiāq̄ ab hominibus excludere. His blandimētis & ſuauitatibus titillat animas. Scit enim quia mortis fabricatrix eſt voluptas. Ci. in Cato. At non voluptatum tanta quaſi titillatio in ſenibus.

⁎ Titus Liuius hiſtoricus Patauinus fuit. Cc.

¶ Titus prænomen Romanorum eſt: a τίω honoro.

¶ Titulus index cuiuſcũq; operis. Vñ in ſtatuis ſiue picturis titulũ dicimus lſas: quę vel artificis vel eius cui⁹ ſtatura vel imago eſt nomẽ demõſtrat: vel tẽpus quo factũ eſt declarat. Sue. Plurima & ampliſſima opa incẽdio cõſumpta reſtituit: ſed oĩa ſub titulo tantũ ſuo ac ſine vlla priſtini auctoris memoria. Item titulus libri dicitur: qui vel qualitatem operis: vel nomẽ auctoris: vel numerũ oſtẽdit. Mar. Primus vbi eſt inquis cũ ſit liber iſte ſecũdus. Quid faciẽ ſi plus ille pudoris habet? Tu tamẽ hũc fieri ſi mauis regula primũ. Vnũ de titulo tollere iota potes. Oui. li. de re. Legerat huius amor titulũ nomẽq; libelli. Dictus titulus a tuẽdo: quaſi tutulus: q tueatur factũ auctoris: & ſi quis alterius opus eſſe contendat: veri opificis indicet nomen. Per tranſlationem quandoq; ponitur pro laude & dignitate. Ouid. lib. ij. de faſt. At tua proſequimur ſtudioſo pectore Cæſar Nomina: per titulos ingredimurq; tuos. Aliquando p monumẽto. Apul. Auorũ & proauorũ titulus clarus. Tituli etiam dicti ſunt milites: quaſi tutuli: q patriam tuerentur. Vnde & Titi prænomen eſt ortum. Perſius. Hic nec more probo videas nec voce ſerena Ingentes trepidare Titos.

✶ Titia curia. & Titiẽſis trib⁹. dictę eſt a Tito Tacio. Cc.

✶ Titulotenus dicitur non vltra titulum. Cc.

¶ Titulo. as. titulũ impono. Hiero. in prolog. ſup p̃s. Sciendum eſt. cl. pſalmos Dauid cecidiſſe: q̃uis aliorũ nominibus intitulentur.

¶ Titubo. as. pe. cor. p̃prie pedibus inſiſtere nequeo: quales ſunt ebrij: aut infirmi. Quint. Sed iugulaſti vulneratum: titubantẽ ſtrauiſti. Transfertur ad animũ: vt apud eũdem. Neq; vlla vnq̃ tanta fuerit dicendi facultas: quæ non titubet aut hæreat quoties ab animo verba diſſentiũt. Titubare quoq; lingua & dentes dicunt̃. Lact. de ira dei. Areſcant oculi: os tremat: lingua titubet: dentes concrepent.

¶ Tithymalus. pen. cor. genus fruticis: quæ a noſtris Lactuca marina dicitur. Col. li. x. Tithymalus maiorũ quoq; animalium ventrem ſoluit. Idem paulo ſupra. Maximuſq; vel minimus annuus earũ labor eſt initio veris: quo tithymali floret frutex.

¶ Tityrus. pe. cor. nomẽ paſtoris. Verg. in Buc. Tityre tu patulę. &c. Et apud nos Aries maior dicitur.

¶ Tityus Iouis filius. De quo Verg. li. vj. Necnõ & Tityon terrę oĩpotentis alũnũ Cernere erat. Hic vt fert̃ in fabulis cũ Latonę vim inferre vellet ab Apolline ſagittis confoſſus apud inferos magno cũ cruciatu demerſus fuit. Oui. li. j. de põ. Sic incõſumptũ Tityi ſemperq; renaſcẽs Non perit vt poſſit ſępe perire iecur. Hui⁹ magnitudinẽ corporis poetę dixerunt fuiſſe nouẽ iugerũ. Vnde Tibul. Porrectuſq; nouẽ tityus per iugera terrę. Aſſiduas atro viſcere paſcit aues.

¶ Tithonus. pen. pro. fuit Laomedontis filius: Qui (vt fabulę ferũt) cum iuuenis eſſet & decorus ab aurora dilectus & raptus fuit. Ex qua Mennonem genuit: ſed tandẽ poſt longiſſimã vitam audita Mẽnonis filij morte in Cicadam verſus dicitur: Dicente Horatio. Longe Tithonum minuit ſenectus.

✶ Tlepolemus Herculis & Aſtioches filius (vt meminit Homerus Iliados. β.) clarus rebus bellicis & longo latoq; corpore redimitus. Cc.

¶ Tmolus. pen. pro. mons Lydiæ: vt ſcribit Ply. li. v. Croco florẽtiſſimus & vitibus cõſitus. Ser. ſcribit eum eſſe Cicilię. de quo Ouid. Riget ardu⁹ alto Tmolus in aſcẽſu cliuoq; extẽſus vtroq; Sardibus hinc: illinc paruis finit̃ Hipepis. Eſt ergo iuxta Sardis: quæ vrbs ex Herodoti Plynijq; teſtimonio in Lydia ẽ. A quo & nomen flumini datũ eſt. Ply. li. xxxiij. Non ſolitũ inueniri niſi in flumine Tmolo. Apud Colu. li. iiij. Tmolus videtur eſſe gen⁹ arbuſculę: cui⁹ flores ſint crocei. A poetis tñ quã loq; ſup addi i. poſt. t. inuenimus. Oui. li. vj. Me. Deſeruere ſui nymphæ vineta timoli.

T. ante O.

¶ Tocos a τόκῳ perio eſt id qđ corrupte dicimus Stocus prepoſito ſ. ſicut Fœnus a fœtu.

¶ Toga veſtis cõmunis omniũ Romanorũ tã fœminarũ q̃ maritũ: ſed p̃texta honeſtiorũ: toga viliorum. Dicta toga a tegendo q corpus tegat. Hæc laxa erat: et in ſinum multis criſpulis ſubtractis ſuccingebatur. Tibul. Et fluit effuſo cui toga laxa ſinu. Hinc Romani togati dicuntur. Verg. Romanos rerum dominos gentemq; togatam. Quoniam vero in pace tantum togæ vſus erat (nam in bello depoſita toga chlamydem ſumebant aut lænam) factum eſt vt toga pro pace: ſicut arma pro bello ponatur. Ply. Vt dubium ſit toga ne an bello pręſtantior fuerit. Togarum vero varia erant genera. Vt toga pretexta: toga virilis: toga picta: toga regia quæ erat auro & purpura intexta: qua reges vtebãtur quę a Liuio inter inſignia triumphantis numeratur purpurea ante vocitata. & erat ſine pictura. Tunica palmata e latitudine clauorum dicebatur quę nũc a genere picturæ picta appellatur. Interdũ Toga accipitur pro peculiari habitu clientum & ſalutatorũ qui togati ibant ſalutatum vt ſportulam conſequerentur. Mar. Mane vel a medie nocte togatus ero.

¶ Togati. togis induti. Vnde Romani togati dicti ſunt quoniã toga Romanorũ propria erat. Sic ij qui principes ciuitatis officij gratia in forũ deducebãt: ac deinde domũ reducebant. quoniã togis amicti erãt togati vocabantur. Iuue. Turbæ rapienda togatæ. Hi etiam per diminutionem togatuli dicebantur.

¶ Togatę comœdiæ: quę ſcriptę ſunt ſecundum ritus Romanorũ ſicut gręcas fabulas ab illorũ habitu palliatas appellamus. Nã gręci ſupra tunicã palliũ ferebant. Togatę tabernariæ dicunt̃ comœdiæ in q̃bus nõ magiſtratus ſed humiles pſonę inducunt̃. Dictę tabernarię q olim tabulis domus cõmuniter tegerentur.

¶ Tolero. as. verbũ eſt mala patientis a cuius participio fit Toleranter tolerantia & Toleratus. tus. vt hoc ẽ difficile toleratu. Per ſimplex l ſemper ſcribitur.

¶ Tollo. is. ſuſtuli. & ſecũdum antiquos Tetuli ſublatum. ſignificat eleuo ſublimo. Plau. Tolle caput. Vlpi. Ius vicino non eſſe altius ædes tollere. Aliquãdo tollere eſt capere. Virg. li. iiij. Ge. Et ſępe lapillos vt cymbæ inſtabiles fluctu iactante ſaburrã. Aliquãdo ſuſcipere. Sueto. de Neronis parente. Deceſſitq; Pyrgis morbo aquæ intercutis: ſublato filio Nerone ex Agrippina Germanico genito. Aliquãdo nutrire. Ter. Quicquid peperiſſet decreuerunt tollere. Aliquando auferre. Cic. in Lael. Solem enim de mundo tollere vident̃: qui amicitiam e vita tollunt. Aliquãdo differre. Plau. Omnes tollo ex hoc die in aliũ diem. Aliquando inferre. Virg. Tollentem minas & ſibila colla tumentem. Cõpoſita huius verbi ſunt Attollo quod eſt in altum eleuo. Contollo Contratollo. Plau. in aul. Contollam gradũ. Extollo in altum eleuo exalto magnifico. Plau. in em. Deuolant angues iubati deorſum impluuiũ duo maximi continuo extollunt ambo capita. Sal. Itaq; eorũ qui ea fecere tanta habentur: quantũ ea verbis potuere extollere pręclara ingenia. Interdũ differo. Cęcil. Abi intro: atq; iſtec aufer: tamen hodie extollat nuptias. Protollo et Suſtollo. de quibus locis ſuis.

¶ Tolles dicũtur ꝙ tollũtur et tumeant. Cuius diminuuum Tonſillæ quę ſunt in homine ſicut glandulę in ſue quum tumor fauces occupat.

¶ Tolutim pe.pro. quaſi volutim. hoc eſt volubiliter Var. Vt equus q ad vehendũ eſt natus tamẽtradit magiſtro: vt equiſo doceat tolutim incedere. Adequitatio hæc εὐδρομοσ a Iulio Polluce dicitur: quia carpat in curſu terrã et tollat volubiliter ac modice veſtigia.

¶ Tolutanus ſiue tolutaris equus: quaſi volutarius a pedũ volubilitate: qui alio nomĩe Aſturco ab Aſturia Hiſpanię oppido appellatur. Hos Gradarios vocamꝰ qui molli gradu et ſine ſuccuſatura geſtãt. Vnde Mar. Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit vngues Venit ab armigeris gẽtibus aſtur equus. Sene. in Epi. Aſturconibus inquit et tolutaribus in ãnis.

⁎ Tolutus quaſi volutus a Voluo. Cc.

¶ Tolutiloquentia volubilis locutio. Næuius. O peſtifera: trux: acerba tolutiloquentis.

¶ Tomacula vel p ſyncopẽ tomacla edulis ſunt quæ fere ex iecore porcino minutatim conciſo et iam ſemi cocto: infuſis ouis crudis & caſeo optimo: et liquamie pipere: aniſo: gingibere fieri conſueuerũt: teguntur q; omẽto ſuillo. Ply. Tomacinæ appellãtur quę tomacula Inſubres Galli noſtris tpibus tomacellas. Iuue. Cãdiduli diuina tomacula porci. Var. Quotannis e Gallia apportãtur Romam pernæ: tomacinæ: et tomacæ: et petaſones.

¶ Tomices pe.cor. græco nomine appellantur ex canabi impoſito et ſparto leuiter tortæ reſtes: ex qbꝰ funes fiunt. Ply. lib. xvij. Tomice moris ſpinarũ circũliti. Victru. lib. vij. docet aſſeres tomice religandos. Puluilli quoq; quos in collo habent animalia ne reſte lędãtur: tomices vocantur.

¶ Tomẽtũ lana breuis ac cõciſa quę ex veſtibus a fullone poliendo detrahitur: et quicqd farciminis ex quacũq; re ſiue ex fœno & palea: ſiue ex pluma fuerit: quo culcitræ farciũtur. Var. Poſtq̃ tranſierũt ad culcitras q; i eas ſagos sui tomẽtũ aliud vel qd calcabãt: ab inculcando culcitra dicta. Videtur aũt tomẽtũ deducta τέμνω quod ſignificat incido. ſicut et tomos et tomicus. Seneca. Nihil miſerius ero ſi ſup tomentũ circenſe incubabo. Sueto. in Tibe. Adeo ſitimẽta Druſo ſubductis vt tomentũ ex culcitra tentauerit mãdere. Tomentorũ aũt aliud Leuconicũ dicebatur quod fiebat ex lana alba cõciſa. Aliud circenſe ex harũdinibus conciſis factũ. Idq; ſtramentũ habebatur plebeiorũ: dictũ circẽſe ꝙ in circo Romano ſternebaẽ: illicq; egeſtoſi quieſcebãt. Senec. lib. de beata vita. Nihilo miſerius ero ſi laſſa ceruix mea in manipulo ferri acquieſcat: ſi ſuper circenſe tomentum per ſarcinas veteris lintei effluens incubabo. Mart. Tomentũ cõciſa palus circenſe vocatur: Hæc pro leuconico ſtramina pauper emit.

¶ Tomos ciuitas in Ponto ab eo dicta ꝙ illic Medea Abſyrti fratris membra fruſtulatim cõcidit. Ouid. Inde Tomos dicta locꝰ hic quia fertur in illo Membra ſoror fratris cõſecuiſſe ſui. Item Tomos fragmentũ libri abſciſſum. Quod tamẽ et p ipo libro ſeu volumie impfecto ſcripitur. Vnde Orige. tertiũ librorũ ſuorũ genus Tomos inſcripſit: quos vt air Hiero. nõ poſſumus appellare volumina. Idem air. Edidit innumerabiles commẽtarios quos ipſe appellat Tomos.

¶ Tomyris pe.cor. fuit regia nobilis Maſſagetarum in Scythia: quæ Cyrũ debellauit et interemit. De qua Herod. et Iuſtinus ſcripſerunt.

¶ Tõdeo. es. totõdi. tonſum. licet eius cõpoſita nõ geminẽt ſyllabam preteriti: et ſignificat lanam ſiue capillos et hmõi incido. Hiero. in lib. Reg. Accidit vt tõderetur grex eius in Carmelo. Cice. lib. v. Tuſcu. Regię virgines vt tonſtriculæ tondebãt barbam et capillum patris. Et Tõdere paſcere. Et aliquãdo ſecare. Vir. lib. j. Georg. Ter centum niuei tondent dumeta iuuenci. Idem. Nocte arida prata tondentur. i. ſecantur. Huius verbi compoſita ſunt. Attondeo quod eſt pfecte tondeo. Hiero. ad Marcellam. Et curua attondẽs vitẽ falce vinitor aliquid Dauiticum cãtat. Plau. in Cap. Sed vtrum ſtrictim me attonſum eſſe dicam: an p pectinẽ neſcio. Detondeo. De quo ſupra.

¶ Tonſo. as. frequẽtatiuum. Vñ et Detõſo. Gel. Capillos Dialis niſi q liber homo eſt nõ detonſet.

¶ Tõſus. a. um. pticipiũ quod eſt coma abſciſſa. vt tõſus homo. ſicut intõſus capillatus. Hinc tonſi mõtes qui ſyluis carent. Intõſi ſyluoſi. Var. Intonſi mõtes et feris pleni. Aliquãdo tõſus ponitur p minuto. Virgil. Tõſiſq; ferũt mãtilia villis. Tõſa oliua dicit̃ quę minutis frõdibus compta eſt. quaſi a tonſore cõpoſita. Vir. lib. v. Ipe caput tonſæ folijs euinctus oliuę. Tõſus. us nomẽ idem quod tõſio et tonſura. Tonſor et Tõſtrix nomina verbalia.

¶ Tõſæ dicũtur oues. Hiero. in Canti. Dẽtes tui ſicut greges tonſarum quæ aſcẽderũt de lauacro. Et tonſæ dicũtur remi a circũcidẽdis fluctibus. Virg. lib. vij. Et in lento luctantur marmore tonſæ.

¶ Tõſorius. a. um. quod ad tõdendum ptinet. vt culter tõſorius. Vide in dictione Cãdeo.

¶ Tõſilis et hoc tõſile quod tonſum eſt ac in orbem & comam putatum. vt Tonſiles oleæ. & tonſilis buxus. habetq; penultimam correptam.

¶ Tõſilla. læ palus dolatus in acumine et cuſpide pręferratus: q nauis religãdę cauſa in littore figit̃. Actius Tacete et tonſillas in littore edite. Tõſillæ etiã diminutiuum a Tole. Toles aũt vt inqt Feſtus eſt tumor faucium. Et pprie fiunt circa vuam ex vtraq; pte infra fauces: vocãturq; Glandulę ob quãdam glandis ſimilitudinem. Poſſunt etiam dici tonſillæ tanq̃ loca in quibꝰ fiſtulæ et cibalis et ſpiritalis religatæ ſunt. vel quia huiuſmodi morbus tam vehemẽs acutuſq; eſt vt nõ minus q̃ acutiores paxilli pũgat.

¶ Tonſtrina pe.pro. locus in quo tõderi ſolet. Plautꝰ in Aſi. Libanũ in tonſtrinẽ vt iuſſeram venire: is nullus venit.

¶ Tono as. sui. stum. et Tono. is. ui. itũ. Var. in Eu. Sonitus matris deũ tonimus tibi ſemiuiri. Et a tonatum fit tonatio. A tonitum fit tonitus. Eſt aũt Tonare tonitum reddere: ſonare: alte loqui. Huius cõpoſita ſunt. Attono. Vnde Attonitus ſtupefactus. Virg. Talibus attonitus iuſſis. Contono ſimul tono. Hiero. ad Helio. Diuinis vocibus euãgelium cõtonat Nõ poteſtis duobus dñis ſeruire. Circũtono circũ ſtrepitũ facio. Hor. i. Ser. Hũc circũtonuit gaudẽs Bellona cruẽtis. Detono Intono valde tono. vt itonuit de cęlo dñs Hor. i Epo. Intonata ptulit. Pertono pfecte tono: reſono. Hiero. cõtra Helui. Quãdo vero vox illa ptonuit tempus breuiatum eſt: reliquũ eſt vt qui habẽt vxores ſic ſint quaſi nõ habentes. Et omĩa habẽt penul. cor.

¶ Tonitrus. us. et tonitru declinari poteſt. Ouid. li. ij. Meta. Vnde ſolet tonitrus et flumina mittere terris. Iuue. Et facient optata tonitrus coenas. Eſt aũt Tonitrꝰ vt in Queſtio. docet Sene. nubis ictę ſonus: qui et tonus dicitur.

¶ Toneſcit tonus fit. Varro. Tonitribus templum toneſcit.

¶ Tonitruo. as. tonitrũ facio. Hiero. in Pſal. expoſitione. Quãdo tonitruat Deus ſimilẽ vocẽ facit rotæ.

⁎ Tonimus veteres p ſonamus vſurparũt. Aennius.

Et toto ſimul tonimus theatro. Cc.

¶ Tonus græca vox eſt. Nam Græci τόνον dicunt ſonum. Vnde accentū quoq; tonon appellāt. quos veteres noſtri imitati tenorem quaſi tonorem accētum vocauere. Et tonus qui et tonitrus. Item tonus neruus ꝙ ex vtraq; ꝑte ſtomachi eſt. Item tonus ſpatium id quāto abeſt a terra circulus cęli citimus hoc eſt lunaris. cētum. ſ. viginti ſex milia ſtadiorū vt inquit Martianus. quū vt in tonis interuallum cum legitima quātitate minimum ex duobus ſonis inter ſe diuerſis : ita in cœlo minimum a terra ſpatium ad lunam tonum appellare placuit. Huius menſuræ dimidium Hemitonion. Tonus vero cū Hemitonio ꝓportionem facit ſeſquiplā. hoc eſt ſeſquialteram.

¶ Tophus genus lapidis aſperi qui de facili in arenā reſoluitur. Ouid. Et leuibus tophis. Hinc tophinus et tophaceus adiectiua. Sueto. Quæ tophina ac lignea antea erāt. Ply. Eſt alba: rufa: colūbina: argyllacea: tophacea: arenacea.

✻ Topographus loci deſcriptio. Cc.

¶ Topos latine locus. Topicus localis. Vnde Ariſto. et Cice. Topica libros appellarūt. i. locorū ſedes in quibus hmōi loci demōſtrantur. Hiero. Non topica id eſt locales ſedes argumentorum.

✻ Toparchia ꝓprie eſt loci principatus. Et apud Aegyptios eſt dignitatis nomen inferioris prefectura: vtpote ꝙ Præfectura in Toparchias diuidatur. Cc.

✻ Topazius inſula eſt in mari rubro nebuloſa. et Troglodytę eam dictam volunt a τοπάζειν. quod eorū lingua ſignificat quęrere. Cc.

¶ Topiarium dicitur opus ex arbore aut frutice aut herba factum ad decorem. vt ſunt teſtudines: cameræ naues: auiculę: et hmōi quæ ex buxo vel hedera et huiuſmodi quarū natura ſequax eſt et flexibilis: fieri cōſueuerunt. Dictū topiarium ἀπὸ τῶν τόπων. hoc eſt a locis: quæ in his varia conſtituūtur. Quæ et Topia ab idoneis ſcriptoribus nūcupantur. Victru. li. vij. Habētes deorum ſimulacra: ſeu fabularū diſpoſitas explicationes: nō minus troianas pugnas ſeu Vlyſſis errationes ꝑ topia cęteraq; quæ ſunt eorū ſimilibus rationibꝰ ab rerū natura ꝓcreata. Quidā a funiculis quos i oleo terēdo circūligatos inſtrumentis illis, topia Græci vocāt. Cice. ad Q. fratrem. Topiariū laudaui ita oīa cōueſtiuit hedera. Ply. Accedit in topiario ope lauri genus quæ Taxa dicitur: ramos ſpargit a radice topiarij ac coronarij opis. Hinc Topiarij dicūtur q topiaria faciūt: ſicut Coronarij q faciūt coronas. Idem. Statiuæ myrti genera topiarij faciūt. Et ars ipſa topiaria dicitur vt Argētaria. Cice. Vt deniq; illi palliati topiariam facere videantur.

¶ Topotheſia dici poteſt loci poſitio vel deſcriptio. Nam topos locus: theſis poſitio.

¶ Tornus inſtrumentum fabrile quo ligna polita redduntur.

¶ Torno. as. ad tornum polio. Ply. lib. xxxvj. Lapis eſt qui cauatur tornaturq; in vaſa coquēdis cibis vtilia. Item Tornare eſt circūagere. Idē in eodem. Quarum in officina turbines ita vibrati ꝑpenderūt: vt puero circūagente tornarent. Hinc Detorno quod eſt de aliquo torno. Ply. lib. xiij. Lignum grādis intus firmę q; duriciæ: ex quo Velares detornant annulos.

¶ Tornatile pe. cor. quod torno factum eſt.

¶ Toreuma. atis. et toreumatum. opus politum: cęlatum. τορεύω enī ſculpo et cælo ſignificat. Sunt aūt toreumata opa delicate et eleganter ſculpta ſiue cęlata. Sal. Tabulas: ſigna: toreumata emūt. τορευτὴν cęlatorem Gręci dicunt. Toreutices ars ipſa quę et Anaglyptices ſculptor et cęlator. Scribit Ply. lib. xxxiiij. Primum Phidiam artem toreuticen apuiſſe et demōſtraſſe: quam Polycletus Sicyonius mox erudiuit ac conſummauit. Mar. Artis phidiacę toreuma clarū.

¶ Torus lectus ab intortis herbis dictus. Virg. Inde toro pater Aeneas ſic orſus ab alto. Toros etiam appellamus pulpam carnis muſculoſam in qua ē robur et valētia: vt ſunt ꝑtes membrorū neruoſæ calloſęq; et in ſe ꝓpemodū collectæ. Vnde toroſus. a. um. Scribit Col. parādos eſſe boues nouellos ceruice longa et toroſa. Vale. Flaccus. Protulit horrēdoſq; toris informibus artus. Quod et de venis quoq; dicitur quū varicū in morem quibuſdā in locis turgeſcūt. Cor. Cælſus li. vij. Ac per ipſos venarum toros inęquale eſt. In herbis Ply. vtitur hoc verbo de Inula ſcribens. Breuior is eſt ſed toroſior amariorq; inula. Col. li. iij. Arbuſtiuā vitem q̄ putare tam alligare diligēter oportet. Nam in ea fructus maxime vis conſiſtit: diutiuſq; pennas quę firmis toris et idoneis locis religata eſt.

¶ Torulus diminutiuum a torus. i. puus lectus. Plau. in Amphi. Tum meo patri torulus inerit aureus ſub petaſo.

¶ Torale et per apocopen toral a toro: Mappa longa quā ſup linteola ponimus. Et oīa lecti ſtragula toralia dicūtur. Hora. Nec turpe toral nec ſordida mappa. Nanq; ſup toros ſternūtur veſtes ſtragulæ purpureæ ſeu virides aut verſicolores. Idem in Ser. Et tyrias dare circum illota toralia veſtes.

¶ Torniamen ludus erat qui Troia dicebatur. quaſi ꝓ troiano agmine dicatur Torniamen.

¶ Torqueo. es. ſi. ſum. et tortum. ſignificat inflecto. Ply. Nec tātum binas ꝑ diuerſas coaſſationes ſubſterni capita earum præfigi clauis ne torqueātur. Virg. li. ij. Georg. Ithureos taxi torquētur in arcus. i. torquendo fiunt. Terē. Vide vt ille ſibi os contorſit carnifex. Hinc aliquādo torquere ponitur ꝓ gyro celeri rotare. Virg. Aſt illum ter fluctus ibidem Torquet agēs circū. Aliquādo ꝓ torquēdo iacere. Idem. Io medios telum torſiſti primus Achiuos. Aliquādo ꝓ gubernare. vt Cælum et terras qui numine torquet. Aliquādo ꝓ ſuſtinere. vt Vbi maximus Atlas Axē humero torquet. Aliquādo ꝓ tormentum inferre. Lact. li. iij. Beatus eſt igitur ſapiens in tormentis. Sed quū torquet ꝓ fide: ꝓ iuſtitia: ꝓ deo: illa patiētia doloris beatiſſimum faciet. Don. Torquemus hoiem: Extorquemus veritatem. Hinc tormentum et tortura. Aliquando ꝓ filare. vt eſt illud Iuue. Penelope melius leuius torquetis arachne. Aliquādo ꝓ trahere. vt Virg. Torquetq; ſonātia ſaxa. Huius compoſita ſunt. Abſtorqueo: quod eſt torquēdo aufero. Cōtorqueo. Virg. lib. j. Georg. Proluit inſano cōtorquens vertice ſyluas Fluuiorū rex Eridanꝰ. i. euertens. Detorqueo. Diſtorqueo. Extorqueo. Intorqueo. Intertorqueo. Obtorqueo. Contratorqueo. Retorqueo. Retrotorqueo. iacio: remitto. Cic. i Cato. Quo quidē me ꝓficiſcentem haud ſane quis facile retraxerit nec tanq̄ pilam retorſerit. Et Retorquere eſt rurſus flectere. Col. lib. v. Id vt ſcite fiat meminerit alligator ne torqueat ſarmentum: ſed tm̄ inflexum deuinciat. Pretorqueo ante flecto. Idem lib. iiij. Sed Iulius Atticus pretorto capite et recuruato ne paſtinatū effugiat prędictum ſemen demerſit.

¶ Tortus. a. um. quod non eſt rectū ſed flexū. Aug. Habes vnde corrigas quod in te tortum eſt.

¶ Tortum machina ad torquēdum ſaxa. Pacu. Nam te in tenebras ſępe lacerabo fame clauſum et fatigans artus torto diſtraham.

¶ Tortuoſus. a. um. qđ eſt tortum. Cice. in Læl. Neq;

tũ fidum poteſt eſſe multiplex ingeniũ et tortuoſum

¶ Tortile pe.cor.quod retortũ et replicatũ eſt. Ouid. Tortilis a digitis excidit anſa meis.

¶ Torto.as. frequẽtatiuum ſignificat vehemẽter torqueo. Pomponius. Ibi inſilui in cocleatum eculeum vbi tolutim tortor.

¶ Tortor qui torquet.i.cruciat: vel ad queſtionẽ põit vel qui lapidẽ tormẽto iacit. Vnde ab Ammiano tortores balliſtarum appellati ſunt: qui ex balliſtis tela cõ torquent et iaculantur.

¶ Tortura ſupplicium. vt in ſacris literis. Seruo maliuolo tortura et compedes.

¶ Tortiuum vinum eſt nouiſſime expreſſum. vt apđ Catonem.

¶ Torculum.quod vſu torculare. et ꝑ apocopen torcular pe.pro.ędificium vinarium & machina: a torquẽdo: quo vua torquetur. Pręlum a pręluẽdo ꝓ trabe accipi ſolet: qua vuę calcãtur. Lacus qui continet muſtũ praelo ex vinaceis expreſſum. Impropriae aũt Lacus: Praelum: Torcular ꝓ eodem accipiuntur.

¶ Torcularius.a.um.quod ad torcular ptinet. Varro. Si ſit centum iugerum habere oportet vaſa torcularia inſtructa trina.

¶ Tormina genus morbi a torquẽdo: quũ dolore torquẽtur inteſtina exulceratione. gręce Dyſenteria. vt li. iiij. ſcribit Celſus. Ex his cruor manat: frequẽs deijciẽdi cupiditas: dolor in ano eſt. Ply. Mentaſtrũ torminibus cholericis efficaciſſimum. Hinc Torminoſi q eũ morbum patiũtur: quos et Dyſentericos gręco vocabulo appellant. Cice. Ita dicimus grauedinoſos quoſdam torminoſos. Nonius Tormines maſcu. genere ꝓtulit. Hippocrates Mortiferũ eſſe ſignum in dyſenteria ſi carnes egerantur. Galenus ſcribit Dyſenteriam fieri quando materia exuberans calore aeſtatis inficit et fit ſalſa.

¶ Tormentum ſuppliciũ quod datur alicui ad ꝑquirendam veritatem: vel ad cruciatũ inferendũ. vt eſt illud. Oĩes ſancti quãta paſſi ſũt tormẽta. Var. meſſis trituram tormentum appellat: ꝙ ibi frumentum teraẽ Et tormentum generale vocabulum eſt omniũ machinarũ: ſaxa tela: et id genus varia torquentiũ. Caeſar. ij. Com. Ad extremas foſſas caſtella conſtituit: ibiq; tormẽta collocauit. Dicit aũt tormentũ a torquẽdo. ἑλληνιστὶ δὲ βάσανος καὶ βασανιστὴς καὶ τόρμα βασανίζω.

✱ Graece vero βάσανος.i.tormentum. et βασανιστὴς.i. tortor. et βασανίζω verbum.i.torqueo.

¶ Torques & torquis tam maſ. q̃ foemi. gene. ſecũdũ Probũ. ſignificatq; circulum aureum flexilem obtortum colli ornamentum et ſummi pectoris. Prop. Torquis ab inciſa decidit vnca gula. Gel. Caput Galli pręcidit: torquem detraxit: eamq; ſanguinolentam in collum poſuit. Refert Ply. torquib⁹ aureis auxiliares externos donatos fuiſſe a Romanis. At ciues nõ niſi argenteis. Scribit Vege. lib. ij. quibus aureus torquis ad virtutis pręmiũ dabatur: et hi duplas conſequebantur annonas.

✱ Toropetron haerbae genus quã et Dorípetron & Lithoron vocãt: caulibus veluti roſae capita ſuſtinẽs. naſcitur in campeſtri et gracili ſolo. Cc.

¶ Torquatus cognomen Titi Manlij: qui ad Aniẽẽ occiſo Gallo torquem detraxit. Hic eſt ille Torquat⁹ Manlius cuius iniuſſu quum filius aduerſus hoſtem a quo ꝓuocatus fuerat pugnaſſet: eoq; occiſo equeſtria ſpolia victor ad patrem tuliſſet: ſubito eum ꝙ aduerſus edictum ſuum et rei militaris diſciplinam feciſſet: iuſſit occidi.

✱ Torquatus etiam palumbus dicitur. Mar. Inguina torquati tardant hebetantq; palumbi: Nõ edat hãc volucrem qui cupit eſſe ſalax. Cc.

¶ Torris lignum teres quũ ardet. Titio torris extĩct⁹. Lact. Titionem vulgus appellat extractum foco torrem ſemiuſtum extinctum.

¶ Torreo.es.ui.toſtum. ſicco atq; areſacio. Q đ etiam de frigore põt intelligi. Var. Frigore torret. Sed vſurpatur quãdoq; ꝓ vrere. Virgi. Iam rapidus torrens ſitientes ſyrius Indos. Quandoq; ꝓ aſſare. Ply. lib. xix. Si radicem betae in pruna toſtam ſupederint odorem extigui. Vnde carnes toſtas appellat vulg⁹: ſi mutas t in r quid dicam intelliges. Quãdoq; ꝓ vertere: miſcere. Luca. Ingentes fato torrente ruinas. Quidam hoc verbum ἀπὸ τοῦ τορεύειν deriuant quod eſt ſculpere: caelare.

¶ Torreſco torrid⁹ fio. A quo Retorreſco rurſus coquo: vel rurſus vro. Col. lib. iiij. Deinde ſata nõ ita nutriunt vt ante cõualeſcant q̃ retorreſcant.

¶ Torridus.a.um.quod eſt aridum. Vnde aeſtas torrida dicitur. Hinc Retorridus. Col. lib. iij. Niſi eum reciderit: arbor tota fiet retorrida. Et inde torrida zona. q̃ an ſit habitabilis vel non: nũc campum diſputãdi nõ amplum habeo: ſed alias dicemus.

¶ Torreſacio: comburo: coquere facio: aut multũ caleſacio. Col. lib. ij. Et ſubinde opportunis ſolibus torreſacta ꝑteritur.

¶ Torrido.as.pe.cor. ſignificat comburo.

✱ Torrum etiam ꝓ torridũ dicitur. Inde Torris fax appellatur. Cc.

¶ Torrens nomen gene. maſcu. ſignificat fluuium q nõ de fonte neq; de viua aqua: ſed a pluuijs: vel de mõtibus in valles deſcendit et in mare vadit: et ęſtate ſiccatur: aquis vero hyemalibus inundatur et currit. Interdũ ſumitur ꝓ fluuio. Hiero. in Pſal. Inebriantur ab vbertate domus tuae: et torrente deliciarũ tuarũ potabis eos: nõ ſiccabitur. Torrens vero pticipium poſuit Virg. Hic tantũ boreae curamus frigora quantũ Aut numerũ lupus: aut torrentia flumina ripas .i. quae torrentis more fluunt. Hinc Torrentior et torrentiſſimus Iuue. Et Hypſeo torrentior.i. volubilior.

¶ Torpeo.pes.pui. piger ſum. Virg. lib. iij. Geor. Cõfertoq; agmine cerui Torpent mole noua: et ſummis vix cornibus extãt. Hinc Torpeſco piger fio. Sal. in Iug. Caeterũ ingenium quo neq; melius neq; amplius in natura mortalium eſt: incultu atq; ſocordia torpeſcere ſinunt.

¶ Torpor. animi et corporis debilitatio: a Torpedine piſce: cuius contactu corpus hebeſcit.

¶ Torporo.as.pe.pro. torporem induco. Turp. Stupidus aſtat: ita eius aſpectus torporauit hoĩs amore.

¶ Torpedo piſcis genus qui limo merſus occultat ſe et piſces ſupra natantes torpẽtes facit: poſtq̃ vero obtorpuere deuorat. Ponitur et ꝓ pigritia.

¶ Toruus.a.um.a terendo. e in o mutata vt ait Ser. vel a tauris qui irati cum quadam truculẽtia reſpectãt Nam toruitas ꝓprie taurorum eſt. Vel a torto aſpectu Hinc aduerbia Torue. Toruũ. et Torua. Plaut. Quid me torue aſpectas? Apul. Quũ toruum in eos intueretur. Virgi. Talibus Aeneas ardentem et torua tuẽtem Lenibat dictis.

✱ Toruitas ꝓprie taurorum eſt: dicta quaſi taurorum acerbitas. Cc.

¶ Totum et Omne ſic differunt. ꝙ totũ dicimus corporis vnius plenitudinem. Omne de vniuerſis. vt totũ auditoriũ habet ſcholaſticos .i. plenũ eſt auditoriũ ſcholaſticis. Oĩe auditoriũ habet ſcholaſticos.i. omnia auditoria. Poetae tamẽ iſta confundunt. Fit aũt to

tus a tot q̄uis tot breue ſit: totus vero ꝓductum. Quotus vero remanet breue. Sciendum ꝙ ſi totum eſt pluralis numeri partes quoq; pluralis numeri eſſe debent vt binas litteras a te ſuſcepi quarum altera mihi gratularis: alteris ſignificas te eſſe incolumem. Si vero totū licet pluralis ſit numeri ſingulare habeat: tum partes ſingulares eſſe debent: vt delector duobus poetis altero græco altero latino.

¶ Totidē ſignificat tot ſimiliter: ſeu plane tot: nec plures nec pauciores.

¶ Toxicum dictum eſt quaſi taxicum vt inquit Ply. quoniā taxos arbor eſt veneni præſentiſſimi adeo vt ſi iumenta taxi folia comederint emoriātur. Hanc quidam Smilacem dixere & eſſe in Arcadia tam præſentis veneni: vt ſi qs ſub ea dormiat: cibū ve captat: moriatur.

T. ante R.

¶ Trabea nomen Poetæ cuius inter Comicos octau⁹ locus aſſignatur. Huius meminit Cicero libro. iiij. tuſ. Et de finibus. Eſt & Trabea genus veſtis. Cu⁹ tria ſūt genera. vt Suet. lib. de genere veſtium inquit. Vnū qđ dijs sacraꝛ. tantum de purpura. Aliud purpureum qđ habet aliquid albi. Tertiū augurale ex purpura & croco miſtum. Erat autem veſtis togata purpura circūducta ſub tegmine puniceo quam aureæ fibulæ annectebant. Vir. de trabea regali ait. Ipſe quirinali lituo parua q; ſedebat Succinctus trabea leuaq; ancile gerebat Picus equum domitor. Hinc Trabeati qui trabea ſūt induti. Ouidi⁹ libro de faſtis. j. Hoc igiꝛ vidit trabeati cura quirini Cum rudibus populis annua iura daret.

¶ Trabs. & trabes. bis. vtroq; modo diciꝛ genere fœminino. Dicta a trahendo ꝙ in altum trahaꝛ. Proprie trabs vt Feſtus ait ſunt duo tigna ędificij gratia ſimul compacta. Nam cum ſimplicia ſunt non trabes ſed tigna dicunꝛ: q̄uis abuſiue ꝓ vno ligno quādoq; dicaꝛ.

¶ Trabica nauis dicta eſt. ꝙ ſit trabibus cōfixa. Pacu. Labiꝛ trabica in alueos.

¶ Trabales. ſpecies tormentorum a trabib⁹. Hora. li. car. Te ſemp anteit ſæua neceſſitas clauos trabales.

¶ Trachea vel trachia arteria pulmonis: quæ & ſpiritalis phyſtula diciꝛ. Vide in Fiſtula.

⁎ Trachelon media pars eſt veli cuius ſumma carcheſium nominatur. Cc.

¶ Trachel⁹ penultima pro. collum ſpina a vertice ad finem.

¶ Trachys. latine aſperum. Hinc Trachino trachinas aſperum facio.

¶ Trachyna: oppidum Campanię: quæ nunc interpoſita a Tarachyna vel tarachinæ. arum tantum pluraliter: quod etiam Anxur antea dicebatur. Nunc autem Taracina vocaꝛ. Vide ſupra. Eſt & Trachyna ciuitas Theſſaliæ quę Heraclea ab Hercule cognominata eſt. Hinc ab Ouidio Trachynius dictus Ceix cōiunx Halcyones. Græci Trachyna vocant aſpera. Vnde taracinam quaſi trachynam ab aſpretis dici autumat Strabo. Et a trachyna Theſſaliæ Sophoclis tragœdia trachyna dicta eſt. Vnde Cicero libr. ſecundo Tuſculanarum. Quas hic voces apud Sophoclem in trachynis edit.

¶ Tracoma. penultima producta. Græce enim τράχωμα vocatur ſcabricia palpebrarum interior: ſicut in eadem parte glabritas/ hoc eſt defluuium pilorū madroſis & milphoſis.

¶ Traconitidis regio: ps Iudeę quā ferūt inter montē Libani et lacum Tyberiadis ſitam eē. Cu⁹ tetrarches fuit Philippus iuxta euāgelium Lucę. Et eſt vt Hiero. inquit trans Boſdram Arabiæ ciuitatē in deſerto contra hauſtralem plagā quaſi ad Damaſcum reſpiciens. Hanc gentem inſtituit Cis filius Aram vt ſcribit Ioſephus lib. j. antiquitatis.

¶ Trado. dis. didi. ditū. ex trans et do. n et s abiectis. ſignificat in poteſtatem do. Ter. in Phor. Verū ſcientē tacitum cauſam tradere aduerſarijs etiam ne id lex coegit/ Tradere etiam eſt docere. Aug. Quicqd de arte loquēdi et diſſerendi: quicqd de dimenſionibus figurarum: & de muſicis et de numeris: ſine magna difficultate nullo hominū tradente intellexi. Itē ſignificat dicere. Geſ. Demoſthenē tradunt et veſtitu cæteroq; cultu corpis nitido venuſtoq; nimiſq; accurato fuiſſe. Itē Mandare. vt quū dicimus Memoriæ traditū eſt. Item fidei alicuius cōmittere. vt Nup mihi tradidit Aegon. Item quaſi vendere. Hiero. in Gene. Pecunia digna tradat eam mihi corā vobis in poſſeſſionem ſepulchri Item pmittere. Nam in ſacris literis dei a quouis receſſio ſiue deſtitutio nominatur. Vnde Apoſt. ad Roma. Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum. i. a deo permiſſi ſunt deferri in reprobum ſenſum.

¶ Traduco. is. pe. pro. ex trans & duco. in quo n & s ſimiliter abijciuntur. ſignificat de loco ad locum duco. Cæſar. j. com. Heluetij per anguſtias & fines Sequanorum ſuas copias traduxerant & in Heduorum fines ꝑuenerant. Amb. Tranſduco vſus eſt. De profundo ad lumen extrahūt: fluctuātes de infimis ad ſuperna trāſducunt. Aliquando traducere eſt ad vlteriora ducere. Plau. Traduce adhuc lineam pluſculum. Aliquando Transferre. Mar. Traducta eſt gętulis. Vnde & traducere librum ex vna lingua in aliam quidā dicunt. Hoc eſt interpretari. Aliquando Agere ſiue præterire. Cicero Ser. Sulpitio. Qua ratione nobis traducendum ſit hoc tempus. Aliquando deridere & infamia afficere & velut in exemplum ꝓponere: vt eſt apud euangelium Ioſeph cum eſſet vir bon⁹ & nollet eā traducere. Mart. Multoq; traduceris aphet. Et Traducere nutrire fouere ſuſtinere. Iuuenalis. Altera quos nudo traducit gallia talo.

¶ Traduces in vitibus dicuntur qui aliunde tracti ac ꝓpagati ſunt. Var. libro primo de re ruſ. Arbuſta vbi traduces poſſint fieri vitium vt mediolanenſes faciūt arboribus quas vocant opulos. Varro appellat traduces rumpos vbi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit. Huius ſingularis nominatiu⁹ eſt Tradux. Col. lib. xj. Si tradux ducem nōn cōtingit media virga inter eas deligeꝛ.

¶ Tragos latine hyrcus. Vnde Tragœdia. Rurſus tragos hærba quam aliqui ſcorpion vocant ſemipede alta: folijs puſillis: racemis rubentibus: grano tritici. Hic Paratragœdo verbū. Tragus: conchæ genus mali ſaporis. Suidas. τράγος παρὰ τοῦ τραχὺ δέρμα ἔχειν τὰ χοιρώδη παρὰ τὸ τραχεῖαν φωνὴν ἔχειν ἢ τρέχειν καὶ τραγεῖν φασὶ τὰς ἀμπέλους. i. ⁎ Tragos. i. hyrcus qm̄ aſperam cutē habeat: aut forſan ꝓpter aſperitatē vocis vel a rodendo vites vt dicunt.

¶ Tragum neu. gene. genus piſcatoriæ retis. quod & Verriculum diciꝛ.

¶ Tragœdia. penul. cor. q̄uis apud græcos ꝓducatur ἀπὸ τοῦ τράγου καὶ τῆς ᾠδῆς. Hoc eſt ab hyrco & cantu: quaſi hyrcicātus. Nam hyrcus dabatur in præmiū tragicis auctoribus: qui ruſtici & paſtores erant. Vel ab hyrco vinearū hoſte: & a cantilena eius ipſius rei apud Vergilium plena. Vel q; vter eius muſti plenus ſolēne præmium cantoribus erat. Horatius. Carmine qui tragico vilem certauit ob hyrcum. Alij a fęce putant quā

Græcorũ quidã Trygan et Tryga vocãt. appellatã ꝙ ora ſua fæcibus plinebãt Scenici ante vſum pſonarũ ab Eſchylo reptum. Idem. Ignotũ tragicę genus inuenıſſe camœnę Dicit̃ et plauſtris vexiſſe poemata Theſpis: Quæ canerent agerentq; infecti fęcibus ora.

❡ Tragicus quaſi hircinus q tragœdiã ſcribit. Tragice aduerbiũ ſignificat crudeliter: quaſi more tragico.

❡ Tragœdus qui tragœdiam canit et recitat.

❡ Tragelaphus pe.cor. ſpecies cerui qui hirco et ceruo ſimilis eſt: barba: et villo diſtãs ab alijs. dicitur Hircoceruus. τράγος hircus: ἔλαφος ceruus. De quo in Deutero. habetur.

⁎ Tragopanades auis eſt maior aquila cornua in temporibus curuata habens: ferruginei coloris: capite dũtaxat phœniceo. Cc.

⁎ Tragoriganon hærba ſimilis ſerpillo ſylueſtri. Cc.

❡ Tragopapua pe.cor. hærba in acetarijs laudata: q̃ a quibuſdam Barbula hircina: ab alijs Comę: quia folia habet inſtar croci in rotundũ ſparſa. Vulgo Barba petræ dicitur in Gallia tranſpadana.

❡ Tragonia hęrba quæ adalligata triduo dicitur cõſumere lyenes.

❡ Tragion ſiue Tragonis hęrba quæ naſcitur in Creta Iunipero ſimilis.

❡ Tragopa auis in Aethiopia quæ cornibus arietinis pręfert caput armatum.

❡ Tragemata bellaria ſecundũ Macrobium .i. omne menſę ſecundæ genus.

❡ Tragea ſiue Tragia inſula vna ex cycladibus: ex q̃ Theogiton peripateticus Ariſtoteli familiaris.

❡ Tragula genus teli haſta dicit̃ ꝙ ſcuto infixa trahatur. Sal. lib. iiij. Hiſt. Auidiſſimis atq; ꝑpatis ducibus et Metellus ictu tragulę fauciaret̃. Plau. in Epi. Tragulam in te inijcere adornat: neſcio quã fabricã facit. Et Tragula rete quod vulgo nũc Tractã vocãt. Ply. Vſ⁹ ſuberis anchoralibus maxime nauiũ piſcãtiumq; tragulis et cadorum obturamẽtis. Dicta tragula ꝙ ex vndis vt plurimum trahatur.

❡ Traguriũ inſula in mari Adriatico adiacẽs Dalmatię: in qua eſt ciuitas eiuſdem nominis. Auctor Ptolemęus libro ſecundo.

❡ Traho is. xi. ctum. p vim duco. Trahimur enĩ inuiti: ducimur volentes. Virgi. Altaria ad ipſa trementem Traxit. Aliquãdo ſimpliciter ducere. Lact. lib. ij. Nec quicq̃ poſſit eſſe omnino qđ non originem a Deo traxerit. Aliquãdo leuare. Cice. Atq; etiã ex puteis iugibus aquã calidã trahit. Aliquãdo ꝓtrahere. Sal. i Iug. Atherbal vbi intelligit omẽs fortunas ſuas in extremo ſitas: hoſtem infeſtũ: auxilij ſpem eſſe nullam: penuria rerũ neceſſariarũ bellum trahi nõ poſſe. Aliquãdo remouere. Saľ. Niſi ea res longius nos ab incœpto traheret. Aliquãdo extẽdere. Virgi. Ille horridus alter Deſidia latamq; trahens ingloriua aluum. Aliter idẽ vſus eſt. Necnon et vario noctem ſermone trahebant .i. terebant vel cõſumebãt. Huius verbi cõpoſita ſunt. Abſtraho. Attraho ad me traho. Cice. Treba. Me qui te nõ Romã attrahã: te qui nõ huc aduoles. Contraho Detraho. Diſtraho. Extraho. Intertraho. Pertraho pfecte ſeu ad finẽ traho. Protraho differo ꝓlõgo. Terẽ. i An. Impetrabo vt aliquot ſaltẽ nuptijs ꝓtrahat dies. Retraho retro ſeu rurſus traho. Idẽ. Poſtq̃ poeta vet⁹ poetã nõ poteſt retrahere a ſtudio. Saľ. Fuere tñ extra cõiurationẽ cõplures q ad Catilinã in initio ꝓfecti ſunt In his erat Fuluius ſenatoris filius: quẽ retractũ ex itinere parens necari iuſſit. Hier. in Exo. Retrahe manũ tuã in ſinũ tuũ. Subtraho ꝓprie ſignificat ſub ſiue de medio aufero. Lact. li. ij. Qui vel morte ſubtracti: vel abſentia fuerãt ſeparati. Hiero. ad Iulia. Audio Fauſtinam ſubita tibi dormitione ſubtractã. Quãdoq; ſurripio: furor. Plau. in Caſi. Nã peculij ꝓbam nihil habere addecet clam viro: et quę habet ꝑtũ eius haud commodi eſt quin viro aut ſubtrahat: aut ſtupro inuenerit.

❡ Tracto frequẽtatiuum eſt quaſi frequẽter traho vel ſurſum traho. Ter. in Heau. Hęc arte tractabat virum: vt illius animũ cupidũ inopia incenderet. Et Tractare eſt mereri. vt Bene tractaſti me .i. bene merit⁹ fuiſti de me. Item diſſerere. ꝙ ea de q̃bus diſſerimus frequẽter tangere videmur. Hinc Tractatus. Item frequẽter tangere. Coľ. lib. vij. Talis notulæ vitulos oportet quum adhuc teneri ſunt cõſueſcere manu tractari. Iune. Per puppim et duros gaudet tractare rudentes. Itẽ exercere. vt Quod medicoꝝ eſt Promittũt medici: tractãt fabrilia fabri. Itẽ gubernare. Cice. Bruto. Fuit in Cilicia mecũ Tribunus militũ: quo in munere ita ſe tractauit: vt accepiſſe ab eo beneficiũ viderer: nõ dediſſe. Huius cõpoſita ſunt. Attrecto. Hiero. in Geñ. Si attrectauerit me pater meus et ſenſerit: timeo ne putet ſibi voluiſſe me illudere. Contrecto. Detracto. Retracto. Obtrecto: q̃ſi aduerſus aliquẽ tracto. Pertracto pfecte tracto

❡ Tractus. us. ſpatium: regio: plaga. Virg. Indicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem.

❡ Tractim aduerbium ſignificat trahẽdo in longũ ſine intermiſſione: longo tractu diutine. Plau. in Amp. Quid ſi ego tractim tangã vt dormiat. Virg. Tum ſonus auditur grauior tractimq; ſuſurrat.

❡ Traha genus vehiculi ſine rotis: quo coloni vtunt̃ a trahendo dictũ. Hiero. in lib. Paraľ. Et fecit ſup eos tribula et trahas et ferrea carpenta tranſire. Virgi. lib. j. Georg. p epentheſim Trahea dixit: ſicut Nauita pro nauta. Tribulaq; traheæq; et iniquo pondere raſtri.

❡ Trahax auidus: rapax: omĩa ad ſe trahens. Plaut⁹. Eho lutum lenoniũ: eho ſterquiliniũ publicũ: impure: inhoneſte: iniure: illex: labes popłi: pecuniæ accipiter: auide atq; inuide: ꝓcax: rapax: trahax: trecẽtis verſibus tuas impuritates loqui nemo poteſt.

❡ Traijcio. is. ex trãs et iacio. remotis n et s ſignificat traduco: tranſporto: tranſueho. Nã ꝓprie nautæ quæ traijciũt tranſportare ſeu tranſuehere aut traducere dici poſſunt. Alij vero traducũt tñ quũ traijcere dicunt̃ ſicut lib. j. docet Liui. Præ ſe armentũ agẽs nãdo traiecerat. Plancus Cice. Exercitũ ad kalẽdas Maias Rhodanũ traieci. In his exemplis nõ capit̃ Traijcio p tranſporto vt quidã volũt dicẽtes Traijcio exercitũ .i. trãſporto exercitũ trans mare: aut trans flumen. Traijcio mare vel flumen .i. tranſeo. Liui. de ſecũdo bello punico. Amnem vado traiecit. Aliquãdo cõiunctim. Idẽ. Traiecit copias Iberũ. Aliquãdo Traijcere eſt tranſfigere: tranſuerberare. Idẽ lib. ij. Cõtra quem et ille cõcitat equum: tantaq; vis infeſtis venientiũ haſtis fuit vt brachiũ Ebutio traiectum: Manlio pcuſſum pectus. Hinc Traiectio tranſitio. Cice. lib. j. de Diuina. Cũ cælum ex omni parte patens atq; opertũ intuerentur: traiectiones motuſq; ſtellarum obſeruauerunt.

❡ Trallis vrbs Lydiæ nõ longe a Magneſia ſita in vertice quodã: qui ꝓmontorium natura munitum habet ab Argiuis et a Thracibus quibuſdam cõdita. Sũt et alię Trallis in Phrygia vbi ſunt Cariæ fines. Hæc alijs nominibus dicta eſt Euãtia et Seleucia et Antiochia. Hinc Trallianus. a. um. Cice in Philip. Trallianã aut Epheſinam dicere putes. Ex Trallibus fuit Menodorus vir doctus. Hoc nomen Trallis ſecundum Priſcianum tñ pluraliter declinatur: et tam accuſatiuũ q̃ nominatiuum in ia. tantũ mittit. ſicut Alpis. Sardis. Syrtis.

¶ Tralucidum quod per medium lucet. Ply. Suauiores albæ vuæ quoniam e tralucido facilius accipiꝭ aer.

¶ Trama ſubtegmen. Perſius. Mihi trama figura ſit reliqua.

¶ Trames gene. maſculi. ſemita tranſuerſa. Liui. lib. v. Obliquis tramitibus egreſſi.

¶ Trans præpoſitio eſt quę ſignificat vltra. vt quū de loco ad locū: et de vno ad alterū: et de vna re ad alterā tranſitionem facimus. Sepatur quādoq;. vt trans mare. trans mōtes. Sed plerūq; componitur pręſertim cū his literis. A. vt Trāſalpinus. C. vt Tranſcurro. D. vt traduco. E. vt tranſeo. F. vt transfero. G. vt tranſgredior. I. vt traijcio. L. vt tranſlego. M. vt tranſmigro. N. vt trano. P. vt tranſpono. S. vt trāſcribo. T. vt trāſtygritanus qui habitat trans Tygrim. V. vt tranſueho Sed eſt ſciendum ꝙ compoſita cum n vel i conſonante vel d amittit n et a. vt trano. traijcio. traduco. In reliquis manet integra: niſi cum ſ. in quo s tantū abijcim⁹ vt tranſcribo. Apuleius tamen docet ꝙ ſi trans ponatur cum Eo. Duco. Pono. poteſt retinere et pdere ns. vt tranſduco traduco. tranſpono trapono. tranſeo traeo. In alijs retinet ns. niſi in trano. trado traijcio.

¶ Tranare ſignificat vltra nare. i. natare. Liuius libro. ij. Multiſq; ſuperincidentibus telis incolumis ad ſuos tranauit. Virgi. Superant montes et flumina tranant.

¶ Tranquillo. as. quietum facio. Aug. lib. viij. Conf. Tranquillatur cœlum et mare et exultant nimis: quoniam timuerunt nimis.

¶ Tranſactus participium idem quod præteritus. Ci. lib. ij. ad Heren. In conſequēti tempore ſpectabitur nū quid re tranſacta relictum ſit quod indicet aut factum eſſe maleficium: aut a quo ſit factum.

✶ Tranſalpinum dicimus vltra alpes. Vnde Galliam tranſalpinam vocant Galliam comatam: quæ diduciꝭ in Belgicam. Celticam. et Lugdunenſem. vt in dictione Gallia dictum eſt. Cc.

¶ Trāſcēdo ex trans et ſcādo. ſignificat aſcendēdo tranſgredior.

¶ Tranſcurro vltra curro. Ter. in Eunu. Tu abi atq; obſera oſtium intus dum ego trāſcurro ad forum.

¶ Tranſcribo idem quod excribo. hoc eſt ab exēplarijs quicq̄ deſcribo. Quandoq; tamen ponitur ꝓ trado. Virgi. lib. vij. Et tua Dardaneis tranſcribi ſceptra colonis.

¶ Tranſeo. is. iui. et tranſij. itum. vltra eo. A quo trāſitio et tranſitus. et compoſitum Pertranſeo.

¶ Tranſitorius. a. um. quod cito tranſit. Leo Papa. Hæc ergo nō tranſitorie: ſed cum ingenti tremore debemus attendere.

¶ Tranſeunter aduerbium a tranſiens euntis. formatū Aug. lib. iij. ciui. Dei. Quod vitium Sal. magis tranſeunter attigit. hoc eſt in tranſitu: ſiue tranſeundo.

¶ Tranſenna p quam aſpectus tranſire poteſt. Cice. lib. j. de Oratore ꝓ feneſtra ſeu cācello poſuit quū ait. Nunc petas a Craſſo vt illam copiam quam conſtructam vno in loco quaſi p tranſennam prętereūtes ſtrictim aſpeximus in lucem ꝓferat. Tranſenna etiam funis extētus dicitur. Sal. lib. ij Hiſt. Tranſenna demiſſum Victoriæ ſimulacrum cum machinato ſtrepitu tonitruū coronam capiti imponebat Metello. Quādoq; ponitur ꝓ decipulo: laqueo: et funiculo ad decipiēdū cōcinnato. Plau. in Bac. Nunc e tranſenna hic turdus lumbricum petit. Et in Rud. In ætate agūda hominū plurimę fiunt tranſennę: vbi decipiūtur dolis: atq; ędepol in eas plerūq; eſca imponitur: quam ſiquis auidi⁹ poſcit eſcam auariter decipitur vt tranſenna ſua auaricia.

¶ Transfero pe. cor. Trāſferri dicitur res quum nō remanet apud eos a quibus transfertur. Cice. lib. j. Offi. Quod ab Aennio poſitum in vna re transferri in multas poteſt. Hinc Tranſlatio quæ fit quoties vel deeſt verborum ꝓprietas: vel vitatur iteratio. Cice. aūt trāſlationem verborum maxime ꝓbat lib. de optimo genere dicendi quum inquit. Sed Phalerius Demetrius meo iudicio præſtat cæteris: cuius oratio cū ſedate placideq; loquitur: tum illuſtrāt eam quaſi ſtellę quędam tranſlata verba atq; immutata. Tranſlata dico vt ſępe iam quæ p ſimilitudinem ad aliam rem aut ſuauitatis/ aut inopię cauſa transferūtur. Quint. aūt quę ſint verba ꝓpria: quęq; tranſlata: quo modo transferātur: quę ſit vitioſa traſlatio: et cur repta ſit tranſlatio diffuſe tradit lib. j. Inſtitu. dicēs. Propria ſunt verba quū id ſignificāt in quod denominata ſunt. Trāſlata quū aliū natura intellectū: alium loco præbēt. Vſitatis tutius vtimur: noua nō ſine pіculo quodā fingimus. Et lib. viij. Transfertur igitur nomē aut verbū ex eo loco in quo ꝓpriū erat in eum in quo aut ꝓpriū deeſt: aut tranſlatum ꝓprio melius eſt. Id facimus aut quia neceſſe eſt: aut quia ſignificātius eſt: aut vt dixi decētius. Vbi nihil horum pręſtabit quod trāſfertur impropriū. A ſco. ſcribit. Trāſlatiua dicta eſſe nō noua nec nup inuenta: ſed aliunde trāſlata. Trāſlatitium græce μεταφορά. i. ꝓmiſcuū: vulgare: publicū: indifferēs. Trāſlatitia ſunt et verba p metaphorā in alienū migrātia. Sene. Tranſlatiuas ſiue tranſlatitias ſentētias: quæ ſua oratoꝝ ſupellex eſt: ꝓ locis communibus intelligit. Sūt et ſacra tranſlatitia apud Macrobium.

¶ Trāſfugio. de loco ad locum fugio. Liui. lib. ij. Magna clientium comitatus manu transfugit.

¶ Transfuga pe. cor. qui transfugit. Idem in eodem. Deinde metuēs ne ſi conſulum iniuſſu et ignarus omnibus iret deprӕhenſus forte a cuſtodibus Romanis retraheretur vt transfuga: fortuna tum vrbis crimē affirmante: ſenatum adit. Nec ſolum vt Iuriſconſultus inquit transfuga is accipiēdus eſt q aut ad hoſtes / aut a bello transfugit: ſed et qui p induciarum tempus ad eos cum quibus nulla amicitia eſt: fide ſuſpecta transfugit.

¶ Transfigo pe. pro. transfodio ſeu tranſuerbero. Liuius. lib. j. Stricto itaq; gladio ſimul verbis increpans transfigit puellam.

¶ Transfundo. is. de vaſe in vas fundo. Cato. Vbi dies. xxx. pręterierint trāſfundito: ita relinquitur vſq; ad vindemiam. Cice. p tranſlationem Dolobellæ ſcripſit. Libētius oīes meas laudes (ſi modo ſint aliquæ meæ laudes) ad te transfuderim.

¶ Trāſgredior trāſeo. a pedum greſſu ꝓprie diciꝭ: ſed auctoritas vetuſta liberiorē loquēdi vſum dedit. Sal. lib. j. Hiſtori. et de his q nauigaſſent et de ipſis nauibus eo verbo vti voluit: in qbus gradus non ſit deceptio. Nactus obſcuram noctē ęſtu ſecūdo ac inde trāſgreſſus omnes recepit mōs pręceptus a Luſitanis. Sic et Trāſgreſſus. us. ꝓ transfretatione.

¶ Trāſigo. is. p. cor. ex trās & ago. ſigni. trāſeo ſeu vltra traduco. Sal. Sed multi mortales dediti vētri atq; ſōno idocti incultiq; vitā ſicuti pegrinātes trāſegere. Hie. Et imolātes deo ſacrificiū laudis noctē totā trāſegere Aliqn̄ ſigni. tracto. Terē. in An. Intus tranſigeꝭ tiq̄d eſt quod reſtat. Aliquādo cōuenio: cōcordo: paciſcor. Ci. Treba. Puto cum Auiano tranſigere poſſemus.

¶ Trāſilio. is. p. cor. ex trās & ſalio. ſed s abijciꝭ. ſigni. vltra ſalio. Col. li. vij. Si foſſā ſine cōtactiōe tranſilit.

¶ Tranſlego. pe. cor. legendo tranſcurro: ſiue vltra lego. Plau. in Aſi. Age quæſo mi Hercle tranſlege.

¶ Tranſmigro.as.pe.communi ſignificat habitatū eo ſiue tranſeo: vel in longiorem locum domiciliū habitationemq́ꝫ commuto. Hiero. Et pſecuti eos ſūt de ciuitate in ciuitatem expellentes de Iudæa: vt ad gentium populum tranſmigrarent.

¶ Tranſmitto.is. vltra vel de loco ad locū mitto. Ply. lib.xviij. Item cribaria quę ſimili modo in tertio remāſit cribro anguſtiſſimo: et tm̄ arenas tranſmittēre. Aliquādo celeriter tranſeo. Vir. Alia de pte patentis Trāſmittunt curſu campos.

¶ Tranſpicio vltra aſpicio. Lactan. de Opifi. Per eas igitur membranas ſenſus ille qui dicitur Mens ea quæ ſunt foris tranſpicit.

¶ Tranſtra ſunt loca vel tabulæ ſup quas ſedent remiges. Virgi. Tranſtra p et remos. Et apud Ezechielem. Quærcua de Baſan dolauerunt in remos tuos: et tranſtra tua fecerunt tibi ex ebore indico. Hęc etiā Iuga dici ſolent. Virg. Inde alias animas quæ p iuga longa ſedebant Deturbat: laxatq́ꝫ foros. Et tranſtra tigna quę trāſuerſa a pariete in parietem porrigunt. Vict. lib.v. Trabes etiam ſupra colūnas et paraſtata et antas ponūt in contignatiōibus: tigna et axes ſub tectis: ſi maiora ſpatia ſunt et tranſtra et capreoli: ſi commoda columen et canterij: ſed et ſedilia in nauibus.

⁎ Tranſtyberinus dicitur aliquis habitans vltra Tyberim. Cc.

¶ Tranſuador. et Tranſuado.as.pe.cor. p vadū traijcio. Hiero. ad Helio. p trāſlationem. Sed qm̄ ſcopuloſis locis enauigauit ōro et inter canas ſpumeis fluctibus cautes fragilis in altum cimba pceſſit: expandenda vela ſunt ventis: et quęſtionū ſcrupulis tranſuadatis lętantiū more nautarū epilogi celeuma cantādū eſt

¶ Tranſueho vltra veho. Sal. in Iug. Ex eo numero Medi et Perſæ et Armeni cū nauibus in Africam trāſuecti pximos a noſtro mari locos occupauere. Aogu. Caro Ieſu eſt Mariæ: quam ſup aſtra tranſuexit honorās oēm humanā naturam: et multo magis maternā.

¶ Tranſuerbero.as. tranſfigo. Cice. Martio. Sed quæ poteſt eſſe homini politico delectatio: quō aut homo imbecillus a valentiſſima bęlua laniat: aut p̄clara beſtia venabulo tranſuerberatur.

¶ Tranſuerſus a tranſuerto eſſe debet: quod eſt in obliquū verto. licet nondō legerim. Col. lib.ij. Sed in arādo maxime obſeruandū eſt vt tranſuerſus mōs ſulcet. Cice. li.iiij. ad Hæren. Ecce ibi iſte de tranſuerſo. Heus inquit adoleſcens pueri tui modo me pulſarunt: ſatiſfacias oportet.

¶ Tranſuolo.as.pe.cor. ad aues ptinet. Sed p tranſlationem ponitur p trāſcurro vel p repente accedo. Hiero. ad Dama. Meq́ꝫ dubium et quid facerē neſcientem ita feſtinus exterruit: vt om̄ibus p̄termiſſis ad ſcribendum tranſuolarem. Plau. in Epi. p tranſfugio poſuit. Tranſuolauerunt ad hoſtes.

¶ Tranſumo is. ex alio ſumo. Vnde quę ex primis tabulis tranſcripta ſunt ſolennitate iuris adhibita dicuntur trāſumpta. et actus ip̄e tranſumptio. Item Tranſūptio figura eſt quā Græci μετάληψιν vocant. quū rē ex alio ad aliud tranſmouemus.

¶ Tranſuo.is. ex trans et ſuo. ſed s abijcitur. Col. lib. vij. Media ps deſcripti orbiculi eadem fibula trāſuit.

¶ Trapetes vel Trapetum.pe.p. mola olearia. a τρέπω voluo ſeu verto. Var. a terēdo deducit. Virg. lib.ij. Georg. Teritur ſycionia bacca trapetis glande ſues.

¶ Trapeza menſa ſeu tabula qua argentarij vtuntur.

¶ Trapezitæ pe.p. menſarij pecuniarum campſores. Plau. in Capti. Subducam ratiunculam quātillum argēti mihi apud trapezitam ſiet. Hie. cōtra Rufi. Quaſi bonus trapezita adulterinę monetę pecuniam reprobet.

⁎ Trapezus oppidum eſt ponti Cappadocū nō longe a Subue. vt auctor ē Ptole. lib.v. ca.vj. In̄ trapezūti⁹.

⁎ Traſton ſpecies eſt hammoniaci turis ſimilitudine et maxime probatur. Cc.

¶ Trauli q maiori difficultate loquūtur. Vnde & Traulis. Lucre. li.iiij. Magna atq́ꝫ maniſcata cataplexia plēnaq́ꝫ honoris balba loq nō quit traulis muta pudēs eſt

¶ Trebia fluuius extra Placentiā: apud quem Annibal Romanos vicit. Eſt et Trebia Celtiberorū ciuitas quæ ps eſt Hiſpanię. ⁎ Inde Trebellicū vinum dicim⁹

¶ Trebula oppidum fuit haud longe ab vrbe vt ſcribit Ply. Et olim Trebulanis ciuitas data fuit. Hinc caſei trebulani dicti ſunt. De qbus Mar. Trebula nos genuit cōmēdat gratia duplex Siue leui flamma ſiue domamur aqua. Prope Trebulanos ſunt et alij popli nomine Trebiani auctore Ply. lib.iij. Suet. in Tybe. Iterū eo cenſente vt Trebianis legatā in opus noui theatri pecuniam ad munitionem vię transferre cōcederetur obtinere nō potuit.

¶ Tremo.is. a ſimilitudine vocis quę tunc quū valde tremit apparet. Quo etiā in corpore pili vt ariſta in ſpica hordei horrent. Et tremere quidē cōmoueri ſeu agitari ſignificat. Plau. in Aſi. Nō placet: p mōſtro eſt: qm̄ q ſudat tremit. Interdū ponitur p timere. Virgil. lib.ij. Hic aliud maius miſeria multoq́ꝫ tremendū. Huius cōpoſita ſunt. Cōtremo. Intremo intus ſeu valde tremo Virg. lib.iij. Et feſſum quoties motat latus intremere omnem Murmure Trinacriā. Pertremo valde tremo. Et habent penul.cor.

¶ Tremiſco tremore cōcutior. Virgi. lib.iij. Sonituq́ꝫ pedū vocemq́ꝫ tremiſco. Hinc Contremiſco & Pertremiſco. Lact. lib.vij. Itaq́ꝫ trepidabunt om̄es et ad luctuoſum illum ſonitum cōtremiſcent. Hiero. cōtra Vigilantiū. Ita totus et corp e et animo p tremiſco.

¶ Tremefacio ſicut ſonat. Virg. Tum vero tremefacta nouus per pectora cunctis Inſinuat pauor.

¶ Tremor modo ipſam commotionem ſeu agitationem: modo timorem ſignificat. Virg. libro.ij. Georg. Vnde tremor terris? Et alibi. Cur ante tubam tremor occupat artus? Venit tamen ex græco τρέμω: et illa q̄ deducuntur.

¶ Tremebundus abunde tremens. Cice. lib.iij. ad Hęren. Si nerit ſermo in locatione leuiter et tremebunda voce cum parua ſignificatione riſus.

¶ Trepidus.a.um. idem quod pauidus. Cuius diminutiuum eſt Trepidulus. Gel. Pulli trepiduli circūſtrepere. Et Trepidus feſtinus. Virg. lib.iij. Hic me dū trepidi crudelia limina linquūt Immemores ſocij vaſto cyclopis in antro Deſeruere. Ser. Trepidi feſtini: vt p timorem non p odium relictus fuiſſe videatur.

¶ Trepido.as.pe.cor. timeo. Amb. Trepidare virginū eſt: ad om̄s ingreſſus viri pauere: omneſq́ꝫ viri affatus vereri. Et trepidare feſtinare. Virg. lib.iiij. Dū trepidant alæ ſaltuſq́ꝫ indagine cingunt.

¶ Treueri populi Galliæ inter Belgas in confinibus Germaniæ Neruijs finitimi.

¶ Treſſis tres aſſes. Perſius. Non treſſis agaſo.

¶ Tris a gręco. Nam Gręci τρεῖς dicūt. Vnde Trias. adis. trinitas. Aliquādo ſignificat valde. Hinc Trifur. Triſmegiſtus.

¶ Triangulus figura eſt tres angulos habens: quam Græci τρίγωνον vocant. Hinc Triangularis et hoc triangulare.

¶ Triarchus nauis triremis præpoſitus. Ab archon princeps.

¶ Triarij erant milites fortiſſimi. qui in legione roma-
na vltimi erant. Hi ſiquando res fuiſſet in periculo in
fronte acierum poplitibus flexis ſtabant ita vt potius
animam amitterent q̄ de loco decederēt. Vnde ortum
eſt illud prouerbium cum res ſunt dubię. Ventum ē ad
triarios. Var. Triarij dicti ꝙ in acie tertio ordine extre-
mis ſubſidio ponerentur. Plaut. Agite nunc ſubſide-
te omnes quaſi ſolent triarij.
¶ Tribus. us. a tributo dando. vel ꝙ ager roman⁹ pri-
mo diuiſus in tres partes fuerit: & tres ptes ppl̄i factæ
vna Tatienſiū a Tatio Sabinorum rege iā amico poſt
fœdera. Alia Rāniū ſiue rānēſium a Romulo. Tertia
Lucerū a Lucumōe. Varro eīm ſcribit Romulū dimicā
tem contra Titū tatiū a Lucumonibus hoc eſt Tuſcis
auxilia poſtulaſſe. Vn̄ qridā venit cū exercitu cui rece
pto iā Tatio ps vrbis eſt data. Vn̄ in vrbe Tuſcus di-
ctus ē vicus. Siue vt aliq volunt a Luco: quē Aſylum
vocauerat Romulus. Ergo in tres partes diuiſus erat
populus: adeo vt q etiā vni p̄erat parti Tribun⁹ dicere
tur. & ſumpt⁹ dati populo tributa vocanť. Sed poſtea
aliæ quoqꝫ ptes vrbis factę q̄ ſimiliter tribus appellatæ
ſunt. Nā in ſex partes fuit diſtributa ciuitas in primos
ſecundoſqꝫ Tanēſes. Ramnes. Luceres. Quælibet ex
tribubus decē curias continebat: q̄ de noībus Sabina-
rum appellatę ſunt. Varro/Feſtus/Plutarchus & Aſco
nius. Diſſentit paulū Liui⁹ ſcribens a Romulo Cēturi
as equitū tres fuiſſe cōſcriptas Rānenſes & Tatienſes
& Luceres: nec videť exiſtimare totū populum in hos
fuiſſe diſtributū: ſed ſolos eqtes. Augu. in pſal. interp̄
tatione ſic ſcribit. Tribus alio noīe dici poſſunt curiæ:
ſed non ꝓprie. Nam proprie ſi diximus curias: non in
telligūtur niſi curię q̄ ſunt in ciuitatibus ſingulis ſingu
lę: vnde Curiales & decuriones. i. ꝙ ſint in curia vel de
curia. Et noſtis quia tales curias ſingulas habēt ſingu-
lę ciuitates. Sūt aūt vel erāt aliquando in iſtis quoqꝫ ci-
uitatibus curiæ etiam populorum. & vna ciuitas mul-
tas curias habet: ſicut Roma. xxxv. curias habet po-
puli. Hæ dicūtur tribus. Has ppl̄us Iſrael. xij. habebat
ſcd'm filios Iacob. Ply. r̄fert quatuor ſolas vrbanas tri
bus appellatas a partibus vrbis in quibus habitabant
Nā Suburrana. Palatina. Collina. et Exqlia dicebanť
¶ Tribulis pe. pro. q ex tribu eſt. Hora. in Epiſt. Vt cū
pileolo ſoleas cōiuia tribulis. Cice. Se. Lucio Coſſi-
no amico et tribuli tuo valde familiariter vtor. Hinc
Cōtribulis qui ex eadem tribu eſt. Hiero. lib. ij. Macha
beoꝝ. Quod quū rex annuiſſet ſtatim ad gentilem ri-
tum contribules ſuos transferre cœpit.
¶ Tributim aduerbium ſignificat p ſingulas tribus.
¶ Tributum a tribubus Var. dictum oſtēdit. ꝙ ea pe-
cunia quæ populo imperata erat tributim ſolue batur.
Feſt. Tributum dictū quia ex priuato in publicum tri
buitur. Sumi poſtea hoc vocabulum cœpit largius p
omni munere quod a ſubditis ſoluitur.
¶ Tributarius qui ſoluendo tributo obnoxius eſt. Iu
ſtinus li. j. Sed ciuitates quæ Medoꝝ tributarię fuerāt.
¶ Tribuni dicti: ꝙ tunc in tres ptes ppl̄us diuiſ⁹ erat
et ex ſingulis creabātur. vel quia tribuū ſuffragio crea
rentur. Vel quia vt Veget. inqt. tribuebant iura militi-
bus. Tribuni etiā vocati ſunt qui magiſtratū gerebāt.
vt Regū tpe Tribuni Celerū: qui cēturijs pręerāt. Po-
ſtea facti ſunt Tribuni militares in caſtris: qui parē cū
cōſulibus haberēt poteſtatem: qui Imꝑatori oppone-
bāť ꝓ militibus. Tribūoꝝ militariū ſicut docet Aſco.
duo ſunt genera. Alij Rufuli dicūtur qui in exercitu
creari ſolent. Alij ſunt Comitiati qui Romæ comitijs
deſignātur. Tribuni militaris officiū eſt: vt miles veſte
nitidus: armis bene munitus: exercitatiōis vſu & diſci-
plina eruditus incedat. Olim Tribuni militum cōſula-
ri poteſtate ꝓmiſcue ex patribus ac plæbe creati ſunt.
Alij fuerunt Tribuni plębis qui in diſſenſione plębis a
patribus facti ſunt anno fere. xvij. poſt exactos reges
Alij Tribuni ærarij. dicti ab eo ꝙ his attributa erat pe-
cunia quam militi reddebant.
¶ Tribunitius qui tribunus fuit.
¶ Tribunitius. a. um. quod ad tribunos ptinet. Saľ.
Nam poſtq̄ Cn. Pompeio & M. Craſſo conſulibus tri-
bunitia poteſtas reſtituta eſt.
¶ Tribunatus. us. ipſa Tribunoꝝ dignitas. Cic. in Lę
lio. De Caij aūt Gracchi tribunatu quid expectem nō
libet augurari.
¶ Tribunal pe. pro. locus excelſus in quo reſidebat q
ius tribubus redderet.
¶ Tribuo. is. bui. butum. quaſi tributum do: concedo
Sed hoc beniuolentiæ tuus tribuēdū eſt. Aliquādo ca-
pitur ſicut vendo. Hiero. in Deutro. Aquā pecunia tri
bue et ſic bibemus. Aliquādo capitur ꝓ aſſumo. vt tu
tibi multum tribuis. Aliquādo ꝓ fauere. Cice. Craſſi-
pedi. Quū vniuerſo ordini publicanoꝝ ſemꝑ libētiſſi-
me tribuerim. Huius compoſita ſunt. Attribuo. Con-
tribuo ſimul tribuo. hoc eſt alijs ptem facio. Diſtribuo
diuerſis modis tribuo. Ter. in Adel. Argētū annume-
rauit: illico dedit: præterea in ſumptū dimidiū minę: id
diſtributum eſt ſane ex ſentētia. Retribuo quaſi retro
tribuo. hoc eſt remunero.
¶ Tribulus. pe. cor. ſpinæ genus a ſemine triangulari
dictus. vel ꝙ cuſpidatus trifariam ferit. Ouid. lib. x.
Meta. Lolium tribuliqꝫ fatigant Triticeæ meſſes.
¶ Tribula. ę. et Tribulum genus vehiculi quo frumē-
ta in area terūtur. a tribus lateribus ſic appellatū. Au-
guſt. lib. de ciui. Dei. Nam ſicut ſub vno igne aurū ru-
tilat et palea fumat: et ſub eadem tribula ſtipulæ cōmi
nuūtur: frumēta purgātur. Virg. lib. j. Geor. Tribulaqꝫ
traheæqꝫ et iniquo pondere raſtri. Var. E ſpicis in area
excuti grana: quod fit apud alios iumētis iunctis et tri
bula.
¶ Tribularium a tribula fieri videtur: et ſignificat lo-
cum vbi tribulæ ſeconduntur. vt eſt apud Coľ.
¶ Tribulor verbū factū ab anguſtia et dolore illorum
qui tribulum ferri vel tribulum herbam calcauerint: q̄
oritur in lacubus et paludibus Trigoli vľ Ferrarię: vul
gariter etiam murex: angulata eſt: iacitur vt vis: ſemꝑ
cuſpis eſt erecta: bellicum ferramentum eſt.
¶ Tribrachus. pe. cor. pes ex tribus breuibus ſyllabis
conſtans. a τρεῖσ et βραχὺσ. quod ſignificat breue. vt
Te Corydon o Alexi. Vbi don o a tribrachus eſt: quū
vocalis ante vocalem breuis fiat. ⁎ Verū don ꝓducit.
¶ Trica Apuliæ oppidum. Vide in dictione Apina.
¶ Tricæ capilli pedibus pulloꝝ gallinaceoꝝ inuoluti
Qm̄ vero greſſum illoꝝ impediāt: factum eſt vt oīa
impedimenta tricæ vocētur. Plau. in Cur. Quod argē
tum tu mihi: quas mihi tricas narras? Inde Extricare &
Intricare ꝓ expedire et impedire.
⁎ Tricenū a triginta dicimus. g litera in c mutata. ſicut
ꝓ vigeno vicenū. Capiť aūt tricenū ꝓ tricenteno. a tre-
centis ꝓ ſyncopam. Cc.
⁎ Tricerberus magnus cerberus. Cc.
⁎ Trichomanes herba eſt quā capillum Veneris nōnul
li appellāt. Alij Callitrichō ꝙ pulchros faciat crines. C
¶ Tricephalus pe. cor. qui habet tria capita.
¶ Triceps trium capitum. Seneca. Tricipitem ſecum
beluam manibus trahens.
¶ Tricliniū latine diſcubitoriū dici poteſt. Eſt eīm loc⁹
in quo diſcūbebāt et cœnabant p̄cipue in conuiuiis ac
cepti a tribus lectis quos ſternebāt cōtiguis. Nam tris

menſas in conuiuio apponere veteres ſolebant & iacendo cœnare ſicut turci faciunt. τρεῖσ enim tres κλίνη lectus dicit̃. Hinc Hora. Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos E quibus vnus auet quauis aſpergere cunctos Præter eũ qui præbet aquã. Iuue. Ergo duos poſt Si libuit menſes neglectũ adhibere clientem Tertia ne vacuo ceſſaret culcitra lecto Vna ſimus ait. Virg. Inde toro pater Aeneas ſic orſus ab alto: Quintil. locũ intellexit dum ait. Vix eo limẽ egreſſo triclinium illud ſupra cõuiuas corruit. Apul. lib. x. Iam denicq̃ cœnati triclinio dñi deceſſeramꝰ. Hũc locũ Cicero appellat Cõclaue. Cuiꝰ hæc ſũt verba. Nec iter cõclaue illud cecidit. Propne tñ cõclaue dr̃ q cũcq̃ locꝰ ſecretior vbi colloquia fieri ſolẽt. Habetq̃ vnã clauẽ cõmunẽ domeſticis: nec eſt omnibus ad eum eundi poteſtas. Victruuius. In tricliniarijs ceteriſq̃ conclauibus maximus eſt vſus luminum. Conſtat igitur Triclinium & lectos diſcubitorios & ipſam cœnationem. i. locum vbi ſuper lectis cœnaturi diſcumbebant ſignificare. Sed poſtea tricliniũ per abuſionem apparatus ad menſam factus dici conſueuit: & coacta in locum vnum parandæ paucorũ cœnæ ſupellex neceſſaria. Hinc Architriclinius qui huic miniſterio præeſt. Vnde Cice. ſterni triclinia & in foro ſterni iubebat. Sic Biclinium locus attributus conuiuio a duplici ordine diſcumbentium. Plaut. in Bac. Aduortite Mneſiloche & tu piſtoclere iam facite ĩ biclinio cũ amica ſua vterq̃ cubitum eatis.

¶ Triclinarius miniſter qui in triclinio miniſtrat.

¶ Triclinarius. a. um. & Triclinaris & hoc triclinare qđ ad triclinium pertinet: vt mappæ triclinares: & lecti triclinarij. Triclinarium. Plyni. lib. ix. Qua purpura quis non inquit triclinaria facit?

¶ Tricolon. pe. pd. latine trimembre dicitur.

¶ Tricones. moroſi & ad ridendum duri.

⁎ Tricongius cognomen nouelli mediolanẽſis qui geſtis honoribus a pretura ad conſulatũ vſq̃ peruenerat. hoc erũ: tribus congijs epotis ſpectante miraculi gratia Tyberio principe p̃clarũ hoc cognomẽ ſibi vẽdicauit. Cc.

⁎ Tricornium dicimus quod tria cornua habet.

⁎ Tricus gemma eſt quę licet nigra ſit tres tamẽ ſuccos refert. A radice nigrum: a medio ſanguineũ: a ſummo candidum. Cc.

⁎ Tridacna oſtrea tantæ magnitudinis eſſe voluit nomẽclator quidã: vt ter mordẽda eſſent. δάκνω enĩ mordeo ſignificat. Cc.

¶ Triduum. ſpaciũ triũ dierũ. a quo Triduanus a. um. vnde triduanas inducias legimus.

¶ Tridens Neptuni ſceptrum. & quicquid habet tres dentes tridens dicitur.

¶ Triemeros. latine triduanus. pe. cor.

¶ Triennis triũ annorũ. Nã triennis: trimus: & trium annorum idem ſignificant. Vnde Hieron. in teſtamento veteri. Sume mihi vaccam triennẽ: & capram trimã. & arietem annorũ trium. Hinc trienniũ ſpacium trium annorum. Triennale adiectiuum.

¶ Triens nũmi genꝰ: tertia pars aſſis. Iuue. Nec habet infelix quẽ porrigat ore trientem. Item ſumit̃ pro calice. Prop. Cũ fuerit multis exacta triẽtibꝰ hora. Apud Victr. Triẽtes: ſiue qđ idem eſt Triẽtalis materia nomẽ habẽt a mẽſura q̃ aſſeres inſtrumenti eius triẽtales hoc eſt craſſitudine quattuor vnciarum eſſent.

¶ Trientalis herba a mẽſura dicta eſt. i. quæ folio trientem æquet amplitudine.

¶ Triental. vaſis genus tertiã partẽ ſextarij capiens. Perſius. Calidumq̃ triental Excutit e manibus.

¶ Trieris. pe. pd. nauis magna q̃ grece Durachon a tribus ſeſſiõibꝰ. Latine triremis: aut pene idẽ. Hiero. in li. numeri. Veniẽt in triremibꝰ de Italia ſupabũt aſſyrios

¶ Trierarchus. prefectꝰ trieris. Ci. in ver. actio. iij. Quadere Chiandemũ chium teſtimoniũ priore actiõe dicere audiſtis ſeſe cum eſſet trierarchus.

¶ Trieteris. pen. pro. ſpaciũ trium annorũ. Sta. lib. iiij. th. Ludus & atra ſacrum recolet trieteris ophetẽ. Mar. Aſpicis vt paruus nec adhuc trieteride plena Regulꝰ auditum laudet & ipſe patrem.

¶ Trietericus. triẽnalis. a τρεῖσ & ἔτοσ annꝰ. Hĩc Trieterica appellata ſunt ſacra bacchi: qa triẽnalia: q̃ tertio quoq̃ ãno ſũptuoſiora annuis eiꝰ orgijs agitabant̃. Inſtituta ſunt em̃ cũ ex india victor rediſſet a triẽnio quo p̃egrinatꝰ eſt. Ouid. li. ix. me. Vtq̃ tuo moto p̃les ſemeleia thyrſo Iſmariæ celebrant repetita triennia bacchę.

¶ Trifaux. tres fauces habẽs. Vnde Cerberum trifaucem vocant.

¶ Trifax. vel triforũ. telum lõgitudine triũ cubitorũ.

¶ Trifariam aduerbiũ ſignificat tripertito. ⁎ Inde Trifariꝰ. a. ũ. Cc.

¶ Trifer. a. um. qđ ter fructꝰ producit.

¶ Trifidus. a. um. pe. cor. qđ in tres partes diuidi põt.

¶ Trifinium. dicit̃ vbi trium agrorũ terminus eſt.

¶ Trifolium ſimoniacũ hærba eſt quæ inuenitur fragoſis locis. efficaciſſima traditur cõtra viperæ veneniũ: odoris grauis: neq̃ abſimilis bituminu. Et idcirco græci eam ἀσφάλτιον appellant: noſtri autem p̃pter figuram acutũ trifoliũ vocant. Nã longis & hirſutis folijs veſtet: caulemq̃ robuſtiorẽ facit q̃ prateſe.

⁎ Trifoliñũ vinum dictũ a nomine agri. Cc.

¶ Trifur. trifurcifer: tricerberꝰ: pluſq̃ fur. pluſq̃ furcifer: magnus cerberus. Nã tris pro valde quãdoq̃ accipitur a grecis. Plau. Nõ fur ſed trifur.

¶ Triga quaſi triaga a tribus equis iunctis. currus qui a tribꝰ equis trahitur. Inde trigariũ dictum trigarũ curtule certa minẽ. Plyn. lib. xxviij. Ferunt Neronem principem hac potione recreari ſolitũ cum ſic quoq̃ ſe trigario approbare vellet. Et lib. xxj. diges. Et ſi triga venierit retinenda erit rota: etſi quadriga redhibeat̃. Trigarius locus iuxta campũ martium. Ply. lib. vltimo. Ne equos quidẽ in trigarijs p̃ferri vllus vernaculis aiaduerto. Apud Martianum quoq̃ Capellã lib. nono. qui de muſica inſcribit̃. Trigariũ inquit ſupplicãtis ſemp germanitatis aduenit. hoc eſt trigemina iquit illa mulier. ſiue tres in vnius nois vocabulo cõſpirantes. Trigarium etiam humũ veteres vocabant.

¶ Trigamus pe. cor. qui tres duxit vxores. Hier. contra Iou. Currit ad Habram Iſach & Iacob. ex quibus prior trigamus. ſecũdus monogamꝰ. tertius quattuor vxorũ eſt. Liæ Rachel balę & zelphæ.

¶ Trigo. as. ſtringo. Vnde obtrigo. quod eſt iureiurando adſtringo.

¶ Trigon pilæ genus: & turtur.

¶ Trigonia ætas tertia.

¶ Trigonus pe. pd. triangulus triangularis. Hinc Trigonalis forma quę tribus lineis conſtat Δ.

¶ Trigemmis quid ſignificet declarat Columella lib. iiij. cum ait. Vallis & vliginoſi campi ſitu ſerimus etiã trigemmẽ qui eſt paulo minor dodrante: longior vtiq̃ ſemipede: itaq̃ non ab eo trigemmis dictus eſt: q̃ omnino trium oculorũ eſt: cum fere circa plagam qua matri abſciſſus eſt plenus ſit gemmarum: ſed q̃ his exceptis quibus eſt frequens in ipſo capite tres deinceps articulos totidemq̃ gemmas habet.

¶ Trigeminus: idem quod tres. Col. lib. viij. de Capella. Parit autem ſi eſt generoſa proles frequenter duos nonnunq̃ trigeminos.

¶ Trigla. genus piſcis qui a noſtris Mulus dicit̃ & barbo. Hinc Trigles lapillus q̃ muli colorẽ habeat.

¶ Trilices: veſtes quæ ex tribus licijs conſtant. Inter

dum tamen trilicem triplicem dicimus.
✱Trilinguis qui tres linguas habet: vel vnũ dicit aliud
cogitat. Cc.

❡Trimus.a.um. quod eſt trium annorũ. a quo Trimu
lus dimi. & Trimatus.tus. & Trima dies.

❡Trimetrũ. pe.cor. carmẽ ex tribus pedibus conſtãs.

❡Trimma. dicit vinum ex aromatis. in qđ iuncus &
myrrha & calamus iniici ſolebat.

✱Trimixos lucerna eſt ad tria ellychinia ferẽda. Cc.

❡Trimorion: a tribus ſignis dictum eſt. Tria vero ſi-
gna partibus nonaginta cõſtant. Erit ergo Trimorion
pars ab horoſcopo genituræ nonageſima. Itemq; a ſi-
tu lunæ altera nonageſima: vnde vaticinium vitę ſub
ſtantiarumq; ſumatur.

❡Trimeſtris. trium menſium.

❡Trinundinũ. Vide in dictione Nundinæ.

❡Trinacria. Inſula q̃ & Sicilia: Sicania: & Triquetra
appellat. a tribus ꝓmõtoriis dicta eſt Trinacria: Pachy
no.ſ. Lilybœo: & Peloro. & ἄκρα ſũmitas. Hic trinacris
Ouid. in faſ. Terra trib⁹ ſcopulis vaſtũ ꝓcurrit in ęquor
Trinacris a poſitu nomen adepta loci.

❡Trinepos. penulti. corre. abnepotis filius: q sit poſt
tres a nepote.

❡Triobolus. pe.cor. quaſi homo parui pretii. a tribus
obolis. Plaut. Nõ ego homo trioboli ſum. Hic fit Trio
bolaris vilis & ꝑcii trium obolorum.

❡Triodos. latine Triuium dici poteſt.

❡Triones quaſi teriões. boues aratorii. Vnde ſeptem
ſtellę ſeptẽtriones noſtri veteres a bobus iunctis appel
larunt: ex quibus figurantur.

✱Triopas Theſſalorum rex fuit. Cc.

✱Triophthalmus lapillus trium oculorũ effigiem præ
ſe ferens. Cc.

✱Triorchis auis ẽ ex accipitrũ gñe a teſtiũ numero. Cc

❡Triparcus. valde parcus. Vnde Triparcos homines
vetulos.

❡Tripertior in tres partes diuido. A quo tripertito
aduerbium.

❡Triplex. qđ eſt trium plicarum. Vnde Triplico.cas.
Interdum triplex ſumit pro quodam tabellæ genere
quo ſcribi epiſtolæ ſolebant. Marti. Tũc triplices nr̃os
nõ vilia dona putabis Cũ ſe venturã ſcribet amica tibi.
Vide ſupra in dictione duplex in alio ſignificato.

✱Tripes dicit hñs tres pedes. inde tripedane⁹ a.ũ. Cc.

✱Triphylon gręci vocãt hęrbã quã nos trifoliũ. Cc.

✱Triplium vas eſt ſimile caniſtro. Cc.

✱Tripolium hęrbã græci vocant quã nos Salũcã. Cc.

✱Tripontium Vmbriæ oppidum ſic dictum q tres ha
beat pontes. Cc.

✱Tripondiũ a pondo: põdus trium aſſium. Cc.

❡Triplus. tripla. triplum. eius ſignificationis eſt quo
& triplex.

❡Triplaris numerus dicit cum ex duobus minor ter
in maiore numerat. vt ſunt tria ad vnum.

❡Tripolis. oppidum trigeminũ q̃m tyrii ſidonii & ara
bii illud obtinẽt. Hinc Tripolitana regio dicta eſt. Sũt
aũt duę hoc noie. Africana.ſ. & Syriaca i Phœnice Op
pida tripolis Africanę ſunt. Abrotonũ: topliia: & leptis
magna. Põpo. Locus ex numero tripolis dicit.

❡Triptota nomina ſunt quæ tribus tantũ caſibus de-
clinant. penulti. pđ.

❡Tripus. tripodis: tripoda. dæ. pe.cor. dicit omne qđ
habet tres pedes. Vſi ſũt veteres tripode tũ ad delicias:
tũ ad edendi neceſſitatẽ. Tripodes erãt menſæ in tẽplo
Apollinis delphici: quib⁹ ſupponebãt Phœbades quę
& Cortinæ dicebant: & vaticinabant. Plyn. lib. xxxiiii.
Ex ęre factitauerũt & cortinas tripodũ noie delphicas.

Græci viros fortes tripodibus donabant: quia nõ faci-
le ſuccumbant. Virgil. lib. ix. Et tripodas geminos au-
ri duo magna talenta. Hora. lib. i. car. Donare tripodas
præmia fortium Græcorum.

❡Tripudium. quaſi terripauium. Sic enim primo di-
ctum eſt. poſt terripudium deinde tripudium eſt dictũ
a pauio ferio. Vnde tripudia ſoliſtima dicebant augu-
ria quæ fiebant quoties offa quæ pullis dabat aliquo
modo cadebat in ſolũ. Ita eñ a ſolo ſoliſtimũ vt a me-
dio mediaſtinũ dicit. Cũ igitur offa ex ore pulli cecide
rat: tũ auſpicantes tripudiũ ſoliſtimũ nunciabat. Tripu-
diũ etiã ſaltatio dicit ſimiliter a pauiẽda terra: q.ſ. ſal-
tando terra pauit. Liui. Ferre ac per vrbem ire cum tri-
pudiis ſolenniq; ſaltatu iuſſi.

✱Triptolem⁹ auctore Ouidio Cœloi & Menalinę fili⁹
fuit quẽ Ceres agriculturam edocuit. Cc.

❡Triquetra. pen. pro. figura triangularis. Quo nomi
ne dicta eſt Sicilia. Hora. Quid militibus promiſſa tri-
quetra? Inde triquetrus. tra. um. Syrius libro. v. Hunc
ęthnea cohors triquetris quã miſerat oris.

❡Triremes. pe. p. dictę ſunt quas vulg⁹ galeas vocat
licet duos tãtũ remorũ ordines habeat i laterib⁹. Nã bi
remes naues duoꝝ ordinũ ſũt triremes triũ q̃driremes
q̃tuor. Gręci trieres vocãt. Triremes inuenit Amodes
(corinthi⁹.

❡Triſmegiſtus. Mercuri⁹. quaſi ter maxi-
mus dictus. vel valde maximus.

❡Triſtega pe. indifferẽte ſignificat tricameratum. no-
men cõpoſitum a ſtega qui eſt locus nauis. Stega ve-
ro a ſto ſtas fit. Plau. in bac. Forte vt aſſedi in ſtega.

❡Triſtis ꝓprie mœſt⁹ dicit. Virg. Triſtis at ille tñ can-
tabitis arcades inqt. Sed q̃a triſtitia in fronte hoīs cru-
delitatis: grauitatis: irę: minarũ: ſtudii: difficultatis indi
ciũ eſt: fit vt triſtis aliquãdo pro ſæuo accipiat. Virg. Il
li mea triſtia fctã Degenereḿq; neoptolemũ narrare me
mẽto. Aliquãdo ꝓ graui. Ci. Qui numero optimatũ &
principũ reliquit grauitatis ſuæ illũ triſtem & plenũ di-
gnitatis. Aliquãdo ꝓ Irato. Lucil. Timeo certe ne mi-
hi ſit triſtior. Aliquãdo pro Minaci. Hiſq; adytis hęc tri
ſtia dicta reportat: inquit Virg. Aliquãdo ꝓ docto. Lu-
cil. Addo eoſdẽ triſtis ac ſeueros philoſophos. Cic. Iu-
dex triſtis ac integer. Aliquãdo ꝓ Amaro. Virg. Triſtiſ
q; lupini Suſtuleris fragiles calamos. Aliqñ pro Diffi-
cili. Cic. in Cato. Facili⁹ in morbos incidunt adoleſcen
tes: grauius ægrotant: triſti⁹ curant. Aliquãdo ꝓ Horri
do. Mar. Amator ille triſtiũ lacernarum.

❡Triſto.as. triſtẽ facio. Vnde & Cõtriſto. Virg. Et plu-
uio cõtriſtat frigore cœlũ. Eſt & triſtor deponẽs. Vñ &
cõtriſtor: vt cõtriſtatus eſt rex ꝓpter iuſiurandum.

✱Triſulcum telum dicimus Trifidum. i. tres acies ha-
bens & a tribus partibus findens. Cc.

❡Triptolemus nomẽ propriũ viri qui fertur in Attica
regione vſum frugũ primus inueniſſe. ✱ Fuit autẽ au-
ctore Ouidio Cœloi & Menalinę filius. Cc.

❡Tribades mulieres dictæ ſunt fricatrices: q̃ porten-
tuoſo coitus genere in ſexum ſuum libidinẽ exercent.
ἀπὸ τοῦ τρίβειν qđ ſignificat fricare.

✱Tritauus & tritauia ataui pater & mater. q ſint tres
ab auo. Cc.

❡Triticum. dicitur qđ tritum eſt ex ſpicis. Hinc Triti-
ceus.a.um. vt panis triticeus.

❡Trito.as. frequentatiuum eſt a Tero. is. & ſignificat
minutim tero.

❡Trituro.as. penulti. pđ. ſignificat tero. & ad ſegetes
pertinet. Et habet primam ſyllabam longam quaſi ab
tero triui tritum. Hinc tritura. Virg. Magnaq; cum ma-
gno veniet tritura calore.

❡Tritonia dicta eſt Minerua q temporibus Ogygii

tegis ad lacū tritonis virginali primū habitu apparuerit. Triton ſūt fingiſ eſſe maris de⁹ Neptuni & Salaciæ marinę deę fili⁹ ꝙ primū in tritone africæ palude viſus fuerit: vbi ait Herodot⁹ virgines annis ſingulis ſe purgare lapidibus & lignis in veneratione Palladis. Diodo. ſcribit dictā tritoniam a Cretæ filio Tritone.

⁎ Tritheles ābroſię ſpēs ſic dicta ꝙ ter floreat θάλλειν enim florere eſt. Cc.

❡ Triumuir. nomen magiſtratus quē tres collegæ adminiſtrant. Triūuiri triplices fuere. Capitales Menſarij Nocturni. De capitalibus ſic habet Pompo. de origi. iuris. Triūuiri capitales conſtituti ſunt qui carceris cuſtodiam haberēt & cū aiaduerti oporteret interuētu eorum fieret. de Menſarijs Liuius cōmemorat. Triūuiri menſarij creati ſunt. Hiq; numularijs & monetę omnis generis & formę cuſoribus pręerant. De nocturnis meminit Cor. Tacitus. Triumuiri nocturni ꝙ ad incēdiū in ſacra via ortum tarde venerant: a tribuno plębis die dicta damnati ſunt.

⁎ Trium literarum homo dicitur fur: & eſt ꝓuerbium ex Plauto. Cc.

❡ Triuium & quadriuiū: quis pro loco in quo tres vel quattuor ſunt viæ poni conſueuerint: ſumiſ tamē quādoq; pro loco frequenti quo antiqui cōuenire ſolebāt. Catul. Oibus in triuijs vulgeſ fabula paſſim. Iuue. Nōne libet medio cæras implere capaces quadriuio? Erāt etiā ruſticorū ſacris attributa. Nā illic oues cædebanſ & ſerta appēdebanſ. Tibul. Nā veneror ſeu ſtipes habet deſert⁹ in agris Seu vetus in triuio florida ſerta lapis.

❡ Triuialis & hoc Triuiale a Triuio fit. Vnde Triuialis ſcientiæ magiſtri a Quintil. dicunſ qui in triuijs docēt. Hinc triuialiter aduerbiū qd ſignificat paſſim: vulgo: vbiq;. Grāmatica diciſ triuialis ſciētia q̄a in triuijs docebatur. Triuialis vero lingua vulgaris qua i triuijs pueri grāmaticā diſcentes vtebantur.

❡ Triuia dicta eſt Diana: ꝙ triuijs ꝓeſſet ꝓpter qd tris facies habere fingebaſ. Virgi. Tria virginis ora dianæ. Ouidi. Ora vides hecates in tris vergentia partes: Seruet & internas compita ſecta vias.

❡ Triūphus quidam græcū putant. Nā θρίαμβον appellant gręci. nos aſpiratione ex primis in nouiſſimam ſyllabā in trāſlata. & b mutata in p dicimus triumphū. Varro a Baccho huius rei inuentore. Tranquillus dici exiſtimat triumphū quia qui triūpharet triplici iudicio honoraretur. Primo enim exercitus de triūpho diſcernendo duci iudicabat. Secundo ſenatus. Tertio populus. Erat autē triūphus omniū honorum qui a populo romano dari ſolebāt maximus Nā illa pompa ſolēnis erat quę fiebat redeūtibus i vrbem cū victoria. Michalus autē in etymologicis ait. θρίαμβος ἡ πομπὴ ἐν ταῖς πόλεσι ὅταν νικήσωσι ἄνδρες καὶ παῖδες περιαγοῦντες σὺν αὐτοῖς τοῖς θρίοις ἔπεζον προφερόμενοι ἰαμβεῖα τετραμμένα καὶ ἔτι νῦν φασὶν ἐν Δήμῳ τοῦτο γίνεσθαι καὶ τὰ πολλὰ γράφει.

❡ Triumpho as. triumphum ago. Cice. in Cato. Mar. Curius cum de ſamnitibus triūphaſſet. Qui aūt triumphabāt apud romanos equis albis vehebanſ curru inaurato: capite coronato lauro: & ante ip̄m triumphātē victus hoſtis oneratus colla catenis: & præeunte ſenatu capitoliū aſcendebāt ad templū Iouis optimi maximi: vbi mactato tauro albo domū redibant. Lege Plutarchū & Liuiū. Aliquādo tamen triūphare poniſ pro exaltare. Ceſar. Quod eueniſſe nobis gaudeo & triumpho. Huius paſſiuū eſt Triumphor.

❡ Triumphatus. a. um. de quo triūphatum eſt. Virgil. lib. iij. Ge. Biſq; triūphatas vtroq; ab littore gētes.

❡ Triūphatus. us. ipſa triūphatio. Plyn. Ne triūphatu ſuo nimis ſuperbiat Antonius.

❡ Triūphator qui triūphat: vel qui aliqñ triūphauit.

❡ Triumphale qd ad triumphū pertinet. Vnde triumphales coronę: quibus imperatores in triumphis coronabanſ. Triūphalis vir qui triūphauit. Sicut conſularis qui conſul fuit. Sueto. de Aug. Solos triumphales q̄q̄ & ſocios expeditionū & participes victoriarum ſuarum nunq̄ donis impertiendos putauit: ꝙ ipſi quoq; ius habuiſſent tribuendi ea quibus vellent. Triūphalia porta Romæ dicta eſt: ꝙ per eā triūphi agerenſ. Triūphale territoriū etiā romę qd nūc Vaticanū diciſ. Vnde Damaſus papa ſcribit beatū Petrū ſepultū fuiſſe in vaticano iuxta triumphale territorium.

⁎ Triuncis a tribus vncijs dicebatur quadrās. inde Triuncium quod trium vnciarum eſt. Cc.

⁎ Trixalis vermis eſt locuſtę ſimilis ſine pennis græce: nam latinum nomen non habet. Cc.

❡ Tros nomē viri ꝓpriū & nomē adiectiuū a troia formatum: & facit gtīn trois & trooa: q̄a vt inquit Ser. oia nois monoſyllaba græca quę i latinū ſermonē trāſeūt: tertię tantū ſunt declinatiōis. & tam latine q̄ gręce declinari poſſunt: vt Tros. is. oos. Pan. panis. panos.

❡ Troas. vt inquit Hierony. libr. de. xij. quæſtionibus ciuitas eſt quæ prius troia appellabaſ. Eſt & regio quā Ptole. minorem phrygiā appellat. Adiacet helleſponto: vt Ply. li. v. ſcribit. Alij Myſiæ tribuunt: quę ad occidentē ſubiacet tota mari expoſita. Homerus ab Eſapo vſq; ad Caici fluminis oſtia eius fines ꝑduxit: In ea Ilion: quę & troia: mille quingentis paſſibus a portu diſtans: omniū quæ ſub ſole ſunt inſigniſſima. Ciuitates troadis nobiliores: Dardanum: Simoentis fluminis oſtia: Antandrus: Smirna: Clazomene: Epheſus: Miletus: Pergam⁹: Tyatira: Philadelphia: Laodicia: Antiochia. Mōtes clari: Ida & Tmolus. A Troas fit Troadenſis.

❡ Troia. vt Seruius ſcribit regio minoris Aſiæ in qua Ilion vrbs & regia Priami: quæ etiam Troia dicebatur a Troe rege. āte a Teucria a Teucro. & Dardania a Dardano. Scribituq; græca diph. nec diuiditur i conſona. adiectiuum vero o & i vocalibus & diuiſis. Et cum prouinciā ſignificat principale nomen eſt: & breuis eſt tro. Quādo autem nō eſt principale & deriuatio eſt tro longa eſt. Virg. Et troia gazs ꝑ vndas. A troia fit tros. Idē Tros tyriuſq; mihi nullo diſcrimine ageſ. Eſt & tros nomē viri ꝓpriū. Troianus. a. um. vt Troianas vt opes. Troicus. a. um. vt Troica caſtra apud Virgiliū. Troius a. um. vt troia gaza. Troiugena. Ennius. Troiugenas bello claros. Sane Troiugena & Graiugena cū gemino ij ſcribi debuerit mutatū i ſequēs i u alternitatiſ cauſa vt ꝓ troijgena & graijgena: troiugena & graiugena factū ſit. Troia etiā ludus puerilis equeſtris ab ænea cōſtitutus. Sue. de Ceſa. Troiā luſit turma duplex maiorum minorūq; puerorū. Virg. Troiaq; nūc pueri troianū diciſ agmē. Et troia locus eſt i agro Laurēte in quo primū ęneas cōſtitit. Aſc. Semp aūt prima lōga eſt.

❡ Trochus rota reuolutio. q̄ rota vt inquit Acron a ludentibus pueris ſcutica agitabaſ & rotabatur.

❡ Trochiſchus diminutiuum parua rota. Vnde compoſitiones quædam medicorū in formam rotulæ trochiſci dicuntur.

❡ Trochæus. pes celer volubilis ꝙ rotatim & celeriter diceretur. Nam τροχὸς latine rota diciſ. a Mercurio repertus tenet locū vltimū: conſtatq; ex duabus ſyllabis: prima longa: vltima breui. Vel diciſ ἀπὸ τοῦ τρέχειν. i. a currēdo: quia curſum ſuū habeat de longa ſyllaba in breuem. & a græcis τροχαῖος appellatur.

❡ Trochum: neutro genere eſt genus ſellæ.

¶ Trocleæ ſiue trochalia inſtrumenta cũ orbiculis ad ſubleuanda & deprimẽda onera. Vel rotulæ ſtriatę ſunt e ligno vel ære quibus aquas haurimus fune ductario & hydria. Lucr. Multaq; per trocleas & tympana põdere magno Cõmouet: atq; leui ſuſtollit machina nixu. Ex interp̃tatione Diogenis Laertij ſic ſcriptũ eſt. Ego ita hiſce iampridẽ aſſueta ſum ac ſi ſonum iugiter troclearum hauriam. Nam dũ ſaxa aquæ ligna marmora & id genus cætera per trocleam ſurſum ductario fune trahuntur: crepitus concitatur.

¶ Trochilos: pc. pd. parua auis: rexq; auiũ dicitur: qui alio nõie Regulus: ſiue vt Suet. inquit Regaliol⁹. Ab Ariſtotele πρεσβύς quaſi rex & preſes auium. Vide ſupra in dictione Regaliolus.

¶ Troglodytæ populi Aethiopiæ: cauernas incolentes. De quibus Plyn. & Hiero. cõtra Ioui. Nomades: & troglodytę & ſcythæ & humanorum noua feritas ſemi crudis veſcuntur carnibus.

¶ Trophęum cum æ diph. a τροπὴ hoc eſt ab hoſtium conuerſiõe: vbi in fugã verſi ſunt hoſtes. Nã qui hoſtẽ fugaſſet merebaẽ trophęũ. Eſt eñ trophęum qđ in teſtimoniũ victorię publice in loco ſtatuiẽ. vt apud Cice. li. ij. ad herẽ. Qui thebani equũ ęneũ in monumẽtũ victoriæ cõtra Lacedæmonios ſtatuerãt trophęa. Apud gręcos fuerẽt arbores ãputatę i eo loco vbi hoſtes viciſſent atq; i fugã vertiſſent. Amputabant eñ ramos arborũ ac deide ſpolija hoſti detractis ornabãt: vt eſſent poſteris monumẽtũ victoriæ i eo loco partę. Deinde etiã cœpta ſunt poni i mõtib⁹ & locis eminẽtiorib⁹. Hic Sal. de Pompeio ait. q: deuicta hiſpanis trophæa in iugis pyrenei mõtis poſuit. Et Romæ in arcubus figebãtur ex ædificatis. Quæ vero ſpolia in trophæo figerentur docet Virgi. lib. xj. Mezenti ducis exuuias tibi magne trophęum Bellipotẽs aptat rorãtes ſanguine criſtas Telaq; trũca viri & bis ſex thoraca petitum Perfoſſumq; locis: clypeumq; ex ære ſiniſtrę Subligat: atq; enſem collo ſuſpendit eburnũ. Accipiẽ & trophæum pro victoria ſeu pro virtute qua parta eſt victoria. vt in hymno. Trophęa ſacra pangimus.

¶ Troezen fuit oppidum atticæ regionis. a quo troezenij populi ſunt appellati.

¶ Troizenus. fuit thrax vnus ex his qui venerũt in auxilium troianum.

¶ Tropei dicunẽ quaſi verſarij qui alios vellicant infeſtantq; & ne deprehendantur conuertunt ſe. Sueto. in Claud. Et quoties poſt cibũ obdormiſceret: olearũ ac palmularũ oſſib⁹ inceſſebaẽ. Interdum ferula flagro velut per ludũ excitabaẽ a tropeis. τρέπω enim græce ſignificat verto: & τροπὴ verſionem. Inde & tropei venti vocãtur cum e mari redeunt.

⁎ Trophthalmos gẽma quę in Sicyone naſcitur. Corrige lege triophthalmos. Cc.

¶ Tropus dici poteſt mod⁹ figura cõuerſio. Et diffiniẽ a Quintiliano. q: ſit verbi vel ſermonis a ꝓpria ſignificatiõe ad altã cũ virtute mutatio. Inde fit Tropic⁹. a. ũ. pro figuratiuo. Aug. Q đ ea locutione dictũ quã græci dicũt hyꝑbolen quæ vtiq; tropica eſt nõ propria.

¶ Trophimus græce: latine alumnus dicitur.

¶ Tropologia: figurata locutio latine dicitur.

¶ Troſſulum oppidũ Thuſcię dictũ q: ſine peditũ adiumento equites cepiſſent. a quo Troſſuli dicti ſunt ei⁹ incolæ. Troſſuli eñ dicebanẽ equites cũ antea celeres a Celere Remi iterfectore: poſtea Flexumines a flectẽdis animis: quoniã iudices erant: ſiue a flectẽdis equis. Iuu. Q đ ad equeſtrem ordinem pertinet antea troſſulos vocabant: nũc equites vocant.

¶ Trua: vaſis gen⁹ a terẽdo diciẽ quaſi terua. quã nos diminutiue trullã dicimus. Siue vt Var. docet a trauolando: traijciẽdo ve. q: per eã aqua traijciatur.

¶ Trulla diminutiuũ a trua. Var. Trulla ad ſimilitudinem truę. quæ q: magna & hęc puſilla: vt trulla truæ q̃ e colina in lauatrinã aquã fundunt. Hinc detrullare de quo alibi. Fuit etiã trulla vas quo vẽtris onus deponitur. Mar. Clinicus Herodes trullã ſubduxerit ęgro. Itẽ capiẽ pro vaſe lato ꝓfundoq; qđ in mẽſam inferri placeréq; ſolet. Quod licet potui ineptũ videaẽ: tamẽ vſurpatũ fuiſſe legimus. Hora. Qui veientanum feſtis potare dieb⁹: Campana ſolitus trulla vappãq; profeſtis. Iuue. Si trulla iuerſo crepitũ dedit aurea fundo. Vbi bibacem arguit q: in trulla bibat: ineptum q: crepitus inter bibendũ edat. Plyn. Sunt ergo vaſa tantũ corinthia quæ iſti elegãtiores nũc æs ſculpẽdo trãſferũt modo in lucernas: modo i trullas nullo mũdiciarũ deſpectu. Eſt & thrulla cũ aſpiratiõe Cęmẽtarij inſtrumẽtũ quo fabri murarij tectorijs linendis cõplanãdiſq; delutare ſolẽt: vt non ſolũ parietes pulchritudinẽ accipiãt: ſed & fortitudinẽ cõtra iniuriam imbriũ & crebettimas tẽpeſtates. Inde Thrulliſſare apud Victruuiũ legiẽ. Scribũt quidã Thrullam eſſe fœlicis Arabiæ portum.

¶ Trulleum. vaſis genus quo man⁹ perluũtur ſimile trullæ niſi q: latius erat. Var. de vi. pat. Itaq; ea ſibi non ponere ac ſuſpendere quæ vtilitas poſtularet trulleum matellionẽ peluim naſiternam.

¶ Truo. auis quæ alio nomine Onocrotalus diciẽ. Cæcil. Irrides magnitudinem naſi proh dij immortales vnde proceſſit truo.

¶ Trudo. is. ſi. ſum. proprie ſignificat violentia quaſdam expello. Plautus. in Aſi. Ille ecaſtor hinc trudeẽ. Aliquãdo Trudere eſt obijcere. ſeu ꝑducere. Idem in cpi. Quæ te intemperię tenent? quas tu mihi tenebras trudis? Terẽ. in an. Fallacia alia aliam trudit. i. inſequitur. Huius cõpoſita ſunt Abſtrudo. Contrudo. Detrudo. Extrudo. Intrudo. Obſtrudo. Obtrudo. & Retrudo. quę habent primã produ.

¶ Truſatilis pen. cor. vt mola truſatilis. i. mola manuaria q: manibus trudatur. i. pellatur.

¶ Trux ferox crudelis a quo Trucitas crudelitas. ⁎ Et truciter aduerbiũ. i. crudeliter. Cc.

¶ Truculẽt⁹: qui vultu crudelitatẽ p̃fert alioſq; terret. Terẽ. in adel. Ego ille agreſtis ſæuus parcus triſtis truculẽt⁹ tenax. ⁎ Inde truculẽtia q̃ & truculẽtitas dicta eſt.

¶ Trucido. as. pe. ꝓ. crudeliter neco. Lact. li. j. Liberos populos aut trucidare aut ſubijcere ſeruituti. Virg. Fit via vi rapiũt aditus primoſq; trucidant. Huius cõpoſita ſunt. Obtrucido qđ eſt auide trucido. Retrucido iterum trucido. Liui. Offerre ſe corpora ira retrucidaret.

¶ Truncus pars arboris quæ ramis trũcatis ſuperſtat Col. lib. iiij. Vt ex his partibus trunci fumanẽ: quę & genitales ſunt: & maxime fertiles.

¶ Truncus. a. um. quod eſt trũcatum. Ouidi. Trunca manu. Col. lib. iij. Cũ deinde truncam reddideris: acuto ferramento plagam lenito.

¶ Trunco as. amputo. cuius compoſita ſunt detrunco diſtrũco obtrunco. pertrũco: quod eſt perfecte trunco. Plau. in cap. Arripuit gladium pertruncauit tribus tergoribus glandia. i. colla. Et a truncus fit trunco. q: a veteres plæruncq; truncũ pro vno quoq; genere interemptum dixerunt: vt inquit Ser.

¶ Trutina pen. cor. ſtatera. Hora. Trutina poneris eadem. Victr. lib. xj. Id autẽ ex trutinis q̃ ſtateræ dicunẽ licet conſyderare. Per tranſlationem ponitur pro Iudicio. Ci. lib. ij. de ora. Ea probando quæ nõ artificis ſed populari quadam trutina examinanẽ. Cornutus tamẽ ſcribit trutinam foramẽ eſſe antra qđ eſt lingua bilãcis

ad qđ eſt examinatio. qđ alij æquamentum: alij libramentum: alij æquilibrium vocant.

¶ Trutino.as.pen.cor.examino penſiculo. Hiero. ad Damna. Sint alij diſerti: laudenť vt volũt: & inflatis buccis verba ſpumãtia trutinẽt. Eſt & Trutinor depo. Perſius. Atq; exporrecto trutinanť verba labello. Apul. Trutinatã ſcientiã vocat grauẽ & recte examinatam.

T. ante V.

¶ Tuatim aduerbiũ: ſignificat tuo more.

¶ Tuba inſtrumentũ muſicũ vulgo notum. a tubo cãnali ſic dicta. Nã ex ligno tubę fiunt & ex cornibus. Et quę ex ęre ſunt: tubæ ductiles appellanť. Quę ex ligno vel cornu: ligneę vł corneæ. Tuba vtunť milites ad excitãdos animos ĩ prælũ. Hinc tubicen qui tuba canit.

¶ Tubuluſtrum. dictũ q̃ eo die in atrio ſutorio ſacrorum tubæ luſtrabantur.

¶ Tubus & diminutiuũ Tubulus: canna ſeu phyſtulã maior fictilis: qua aqua deduciť: a tumore. Hinc etiam tubos viſcerum dicim⁹. Tubulum vocamus auenam quæ & Cicuta appellať. Græce ſiphon. Hinc Iuuen. tubum per quem vrina deſcendit ſiphonem vocat. Effigiemq; deæ longis ſiphonib⁹ implent. Tubulos Paul. iureconſul. diffinit eſſe per quos paries calore torreť. Non erat tunc ignis vſus in cubiculis: nec ædes ſpiracula habebant vnde fumus exiret.

¶ Tuber. generis neu. gen⁹ cibi collectũ ex tumẽtibus & quaſi prægnantibus arenis. a tumore dictum. Puto id eſſe qđ vulgo tartufus diciť. Tubera eñ vndiq; terra circundata: nulliſq; fibris nixa aut ſaltem capillamẽtis: nec vtiq; extuberante in quo gignunť loco aut rimam ingerente: neq; ipſa terræ cohærent: nec etiam includunť: vt plane nec terram eſſe poſſimus dicere: nec aliud q̃ terræ callũ. Cum fuerint imbres autũnales ac tonitrua crebra naſcunť & maxime e tonitribus nec vltra annũ durant. Naſcunť autẽ ex pituita arborũ. Mar. Rumpimus altricem tenero de vertice terram Tubera boletis poma ſecũda ſumus. Suet. ſubſtantiuũ fecit & genere maſ. Pridie q̃ periret cum oblatos tuberes ſeruari iuſſiſſet. Sunt etiã tuberes poma pegrina ex Africa in Italiã deportata. Mar. Nõ tibi de ubycis tuberes & aporina ramis. Proprie tamen tumor quidam rotũdus in quocunq; corpore. Vnde in facie & quacunq; corporis parte tubera dicunť: ſiue p diminutionẽ Tubercula. In arboribus duricies illa extans ad nodi ſimilitudinẽ tuber diciť. Plyni. Repenť & in alno tuber: tanto deterius quanto ab acere alnus ipſa diſtat.

¶ Tubero.as.pe.cor.tubera facio. ſeu profero.

¶ Tuburcinor.aris.raptim comedo. Titi. Tuburcinari ſine me vultis reliquias. Plaut. in perſa. Tuburcinari de ſuo ſi quid eſt domi.

¶ Tuceta. cibaria cum carne: ſeu vt quidam interpretantur cibi regij.

¶ Tudertũ. & Tuders.tis. oppidũ in ducatu Spoletano. Syri⁹ li.iiij. Et gradiuicolã celſo de colle tudertem.

¶ Tudites. penult. cor. Mallei a tundendo dicti. Vnde & cuidam cognomen Tuditano fuit q̃ caput malleo ſimile haberet.

¶ Tudicula inſtrumẽtũ ſiue ſtylus quo vaſis ſigna imprimunť. Quidã etiã accipiũt tudiculã p cochleari maiori quo ad carnes & iuſcula e cacabis extrahẽda vtũť.

¶ Tudiculo.as.pe.cor.imprimo ac ſculpo. Et per trãſlationẽ Tudiculare poniť pro cõmouere. Var. Hæccine nobis carnis hanc mala tudiculaſſe vetulam.

¶ Tudito.as.pe.cor.ſignificat lucri gřa negociũ ago. Enni. Nec tuditantes rem ceſſant extrinſecus yllã. Tractum a fabris qui malleis ſępe pcutiendo opa faciũt.

¶ Tueor.eris.pro defendo ſecũdæ coniuga.eſt. a quo Tutus. q̃uis tuu⁹ eius participiũ ſit: quo vſum Quintilianũ in decla. cæci legi. Tutus ſum adoleſcentis miſerrimi cauſam. Quẽ nemo imitat⁹ eſt niſi Laurẽtius Valla. Qui in Raudẽſem ſcribit. Quis narrat Verrem ſuperaſſe dacos? Tantũ ſiciliã cõtra piratas fortiter tuitũ eſſe accepim⁹. Hiero. ad Pamma. Quod leges publicæ: quod hoſtes tuenť: quod iter bella & gladios ſanctum eſt: hoc nobis inter monachos & ſacerdotes Chriſti intutum fuit? Et quidem pro participio verbi tueor tuit⁹ accipiendum cenſeo: nõ tutus: & tuitio nomen verbale: nõ tutio: Aug. li.iij.ciu.dei. Nimia multos deos grãdi fumo ſuo tanq̃ ſigno dato ad tuitionẽ congregauerat. Et ſimiliter in compoſitis. Intuitũ nõ intutum. Nõ enim dicimus. Tutus ſum illum. quippe cũ magis nominis q̃ participij vim habeat: licet actiuã & paſſiuã in ſe gerat ſignificationẽ. vt Valla docet. vt Tutus port⁹: tuta vrbs: q̃ tueatur alios: nõ q̃ ab alijs defendať. Tamen ſæpe paſſiue in hoĩbus. vt tutus ſum ab hoſtibus: q̃ munit⁹ & ſine periculo ſum. Nec vllum cõpoſitũ habere legi in hac ſignificatiõe niſi cõtueor. quo vſus eſt Cic. in Clodiũ. Videant hi qui illũ Pompeij inimicũ: ob eãq; cauſam tot tantiſq; ſceleribus cõtuebanť: & nonnunq̃ eius indomitos furores plauſu etiã ſuo pſequebantur: q̃ ſe cito inuerterit. Tuor vero tueris pro video tertiæ cõiuga. eſt: & tria cõpoſita habet. Cõtuor Intuor & Obtuor: a quibus contutũ intutũ & obtutũ fiunt infinita. Plau. in Aſi. At hercle ipm adeo cõtuor quaſſanti capite incedit. Et iterũ. Nam ego illud argentũ tã paratum filio ſcio eſſe q̃ me hunc ſcipionem contui. Et in Muſt. Profecto nullã equidem illic cornicẽ intuor. At tu iſtac ad nos obtuere quoniã cornicem nequis cõſpicari: ſi vulturios forte duos poſſis contui. Ci. pro ſe ad quirites. Qui excellẽti tumulo ciuitatis ſedem capitolij in ſaxo incolitis conſtitutã: vt nõ ſolum cunct∴m intui: ſed etiam tueri poſſitis ciuitatẽ. Leo papa. Hãc deferendorũ munerũ ſeruauere rationem niſi q̃ præter illam ſtellæ ſpeciem quæ corporeũ incitauit obtutũ. Ex his patet aliud Tuor: aliud Tueor ſignificare: qđ eſt cõtra Pri. Quia Tuor ſemper pro video capiť ſicut Cõtuor & Intuor indicant. Tueor vero pro defendo. licet quãdoq; pro video capiať. Lactã. li. vj. Si hac de cauſa ſunt hoĩes cõgregati vt mutuis auxilijs imbecillitatem ſuam tuerentur. id eſt defenderent. Virgi. pro video poſuit. cum lib. iiij. ait. Talia dicẽtem iamdudũ auerſa tuetur. i. huc illuc voluens oculos. Et in hoc ſignificato tãtum habet Intueor. Sal. in Iug. Pręterea noſtræ pręclaros viros ciuitatis ſolitos ita dicere cum maiorũ imagines intuerentur ſibi animũ ad virtutẽ accẽdi. Item Cõtueor: cum tamẽ Contuor ſit in eodem ſignificato. qđ contui infinitũ facit: vt ſupra in Plauto oſtẽſum eſt. Cice. vero contueri dixit lib. j. tuſ. Quod tandem ſpectaculum fore putamus cum totam terram contueri licebit? Quin & Plautus ipſo verbo vſus eſt in cap. Viden tu hunc q̃ inimico vultu contueť? Illud vero Tuitus quo Valla vſus eſt a Tueor pro defendo ſumendũ puto ſicut & obtuitus pro aſpectus ab obtueor. Ci. li. j. offic. Ex oculorũ obtuitu ex eleuatione aut remiſſiõe ſuperciliorũ. Tuor igitur Cõtuor Intuor & ſi qua alia forte repertanť a tuor compoſita iam pene obſoleta ſunt: fortaſſe q̃ priſca ſunt nimis: vel non adeo plena: ſicut tueor cũ cõpoſitis. Idcirco p eis Tueor Cõtueor & Intueor in ſignificatione videndi ſupplerẽ videmus.

¶ Tugurium dictum eſt quaſi tegurium a tegẽdo e in u mutata ruſtica habitatio tecta ex vlua paluſtri. Et Tugurij appellatiõe omne ędificium qđ rei ruſticæ magis

cuſtodiẽdę cõuenit: q̃ vrbanis ędibus: ſignaṫ. Quę autem ædificantur: vt nec parietem habeant: nec luto cruſtata ſint: ſed ſtramentis vel harundinibus aliove ſimili genere teguntur: Tuguria appellant.

¶ Tuguriolum cum accẽtu in antepen. paruum tugurium. Quod ſi anguſtius ſit Gurguſtum nominatur a Gurgulione verme.

¶ Tulit modo attulit ſignificat. Terẽ. in an. Nam ſi illum obiurges qui vitæ auxiliũ tulit quid facias illi qui dederit damnũ aut malum? Modo pertulit. Virg. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Chorebus. Modo ſuſtulit. Vide in dictione Fero.

¶ Tum. Vide in dictiõe Cũ. Tum demũ. i. nouiſſime. Virg. lib. xij. Tum demũ mouet arma deo.

¶ Tumba locus concauus infra terram. Vnde & pro ſepulchro poni conſueuit.

¶ Tumeo. es. tumui inflor. a quo tumeſco tumid⁹ fio. Virgi. li. j. Ge. Cõtinuo ventis ſurgẽtibus aut freta põti Incipiũt agitata tumeſcere. Hinc Cõtumeſco: Extumeſco: & Intumeſco. Aug. Videt in ea cõtumeſcentes venas in gutture. Plau. in tru. Egdẽ vteri illi qđ ſciam nunq̃ extumuere: quaſi extra vel valde tumuere. Lactã. lib. iiij. Sine vllo attactu viri repẽte vter⁹ intumuit. A Tumeo fit Contumax a quo Cõtumacia.

¶ Tumor inflatio. per tranſlationẽ ponitur pro ſuperbia. Tumidus inflatus.

¶ Tumulus terra tumens. i. collis. Virgil. lib. ij. Eſt vrbe egreſſis tumulus. Aliquando diciṫ ſepulchrũ quia ibi coaceruari terra cõſueuit. Idem. lib. iij. O fœlix vna ante alias priameia virgo Hoſtilẽ ad tumulũ Troię ſub mœnibus altis Iuſſa mori.

¶ Tumulo. as. ſepelio: tumulũ facio. Vnde & Attumulo qđ eſt quaſi iuxta tumulũ facio. Ply. lib. xix. Dein ſi terrã fugiẽtes cauliculos feces: a terraq; pcentate luxurioſa attollẽtes ſe exaggerãdo altam attumules.

¶ Tumultus vt auctor eſt Hierony. vox plurimorum eſt: & nimiæ multitudinis clamor & pariter emiſſus. Cice. Quid aliud eſt tumultus niſi perturbatio tãta vt maior timor oriatur vnde eſt nomen ductũ tumultus quaſi timor multus. Itaq; maiores noſtri tumultum nominabant Tumultũ gallicum q2 erat Italię finitimus: præterea nullum tumultum nominabant.

¶ Tumultuoſus: qui turbas excitare ſolitus eſt.

¶ Tumultuo. as. in perturbatione ſum.

¶ Tumultuari⁹. a. um. qđ ſine pręmeditatione factum eſt. Vnde tumultuaria oratio dicitur.

¶ Tunc aduerbiũ tẽporis ſignificat eo tẽpore. Et de oĩbus tẽporibus diciṫ. De pręterito. Virgi. Tũc decuit cũ ſceptra dabas. De p̄ſenti. Plau. Tũc ad eã accede cũ potes. De futuro. Idẽ. Ego tunc adero cũ tui vidẽdi mihi copia erit. Addiṫ quãdoq; tẽporis. vt apud Iuſti. Tũc temporis pſatum Cambyſi mediocri viro.

¶ Tundo. is. tutudi tunſum ſcđm Priſcianum licet eı⁹ cõpoſita ipſum n nõ habeant: vt obtundo obtudi obtuſum. Virgi. li. iiij. Ge. Profuit & tunſum gallæ admiſcere ſaporem. Ply. tamẽ lib. xxj. tuſum ſine n poſuit. Hæc tuſa cribrataq; vino q̃rum poſſit excellenti. Diome. docet habere duplex pręteritũ & duplex ſupinũ. ſ. tutudi. tuſum. & tunſi tunſum. Significatq; tundere pcutere pulſare: & in vaſe aliquo quippiam cõminuere. Plau. in Aſi. Sed quid hoc q2 picus vlmũ tundit? Col. lib. ij. Ipſæ autẽ ſpicæ melius fuſtibus tundiṁ. Et lib. vij. Quibus in vnũ tunſis. Refertur interdũ ad verba. Ter. in Ecy. Tundẽdo atq; odio effecit ſenex. i. ſępe dicendo ſiue iterando. Et eſt tranſlatio ſumpta a malleo fabrorũ ſępe pcutiente. Huius cõpoſita ſunt. Cõtũdo. Extundo. Obtundo. pertundo valde pcutio: aut pcutiendo frango. Col. libr. vij. Si forte ſarculõ calcauerit: acuta teſta vel lapide vngulã pertuderit. Idẽ lib. ix. Sæpe euenit vt aluus exitũ nõ habeat. Itaq; pinna ptunditur: & iter digeſtis cibis pręberṫ. Hinc ptuſa vaſa dicim⁹ q̃ nõ ſunt integra. Protundo vltra tundo: frãgo. Gel. libro. j. Hauſtri vero & africi ad meridianũ orbis circulũ & ad partẽ axis infimã depreſſi inferiores & humiles p ſup̄na æquoris euntis ptundunt magis fluctus q̃ eruunt. Retũdo repercutio: rurſus frango: hebetem facio redarguo. Lactã. lib. iij. Cũ fortiter inimicorũ impetus retudiſſet. Et lib. iiij. Neceſſe eſt verã eſſe hanc religionem quę & rationẽ dæmonũ nouit & aſtutiam intelligit quę vim retundit. i. confringit. Col. li. v. Quod euenit in retuſo & craſſo ferramento.

¶ Tunetum ſiue vt quidam dicunt Tunitiũ Scipiõis tẽpore tumul⁹ erat edıtior vnde Scipio ſpectauit Carchedonios ad romanam claſſem exurendã proficiſcentes: noſtra tẽpeſtate regis libyci ciuitas metropolis eſt in qua veluti ampliore & magnificentiore cõſueuit habitare: & Tuniſæus rex appellaṫ. Tunetum nõ ſane ob hanc cauſam habitarunt q2 Carthagine carerent a Scipiõe diruta: cũ denuo amplificata ſurrexerit: ex qua velut ex equo troiano manarũt litterarum proceres. Ad cuius celeberrimũ gymnaſiũ Aug. pfiteṫ contendiſſe. Hanc Eutro. libr. iiij. continuis. xvj. diebus arſiſſe phibet. Hæc ſeptingenteſimo anno poſtq̃ condita erat deleta eſt. Hæc vt idem auctor ait. L. Cæcilio metello & Tito flaminio conſulibus in africa iuſſu ſenatus reparata eſt: quæ nunc manet: annis. xxij. euolutis poſtq̃ a ſcipione fuerat euerſa. Abeſt Tunetum a Carthagine xij. millia ferme paſſuum. A tuneto tunetęi dicti ſunt quos Sidonius Tuniſeos appellat.

¶ Tunica veſtis erat apud romanos breuior & ſine manicis q̃ pprie viris cõueniebat. Lõgas vero tunicas fœminis cõuenire exiſtimabãt. Virg. Et tunicę manicas & habẽt redimicula mitrę. Plau. Manuleatã tunicã habere hoiem decet. Dicta eſt aũt tunica a tuendo corpore.

¶ Tunico. as. pe. cor. tunica induo. Var. Hęc lanigeras detũderi docuit tunicareq; homulũ. Vnde Tunicati diciṫ tunicas veſtiti. Et aliquãdo etiã expediti & nullã aliam ſupra tunicã veſtẽ habẽtes quales nobiles incedere ſolẽt cũ ruri ſunt. Iuue. Tunicati fuſcina gracchi. Ad opulentiam latinę linguę augendã nihil impedit vt ait Priſci. formare verba Tunico tunicor tunicatus.

¶ Turba & Rixa idẽ ſignificant. Eſt eñ turba pturbatio. Vlp. Turbã appellatã eẽ Labeo ait ex gñe tumult⁹. Si duo rixã cõmiſerint vtiq; nõ accipim⁹ in turba id factum: quia duo turba nõ pprie dicunṫ. Si vero fuerint decem aut quindecim homines: turba diceṫ. Turba ergo multitudinis: rixa duorum. Sed quia multitudo fere non vacat pturbatione factum eſt vt eam quoq; appellemus turbã. Ci. Cecinnæ. Exponerẽ etiam queadmodum hic & quanta in turba viueremus. Teren. Dij veſtram fidem quid turbæ eſt apud forum.

¶ Turbella diminutiuũ parua turba. Plautus. Hãc mihi ancilla turbellam fecit.

¶ Turbidus. cõturbatus confuſus: nõ clarus: tumẽs. Hora. lib. car. Qui vidit mare turbidum.

¶ Turbulẽt⁹ cõmot⁹. iratus. turbid⁹. cõtentiõe plen⁹.

✠ Turbaſis lapis ſpumę candidæ nitẽtiſq; nõ tñ tranſlucentis. alij Stibiam vocant. Cc.

¶ Turbo. as. confundo commoueo. Plautus in cap. Aduenıens turbauit totum cum carne carnarium. i. cõmouit. Teren. in Eu. Neſcio quid pfecto abſente nobis turbatũ eſt domi. i. innouatũ. Huius cõpoſita ſunt. conturbo. Teren. in Eu. Neq; ædepol qđ nũc cõſilij capiã ſcio: ita cõturbaſti mihi ratiões oẽs: vt eã non poſ

ſim ſuis ita vt ęquū fuerat atq; vt ſtudui tradere. Deturbo deorſum violenter deijcio. Exturbo e loco deijcio: extra turbo expello. Plaut. in Cur. Si recte facias phędrome auſcultes mihi: atq; iſtam exturbes ex aīo ęgritudinē. Col. lib. ix. Et in tranqllo conſiſtens piſcis ſedibus ſuis nō exturbaſ. Diſturbo varie turbo: ſeu diſſipā do deijcio. Teren. in an. Ne eſſet nobis ſpatiū ad diſturbandas nuptias. Quinti. Non eñ diſcuſſos alicuꝰ operis angulos aut diſturbatos parietes obijcimus. Interturbo. obturbo. ab omni parte turbo. Teren. in an. Itane vero obturbat? Perturbo valde turbo.

℄ Turbo turbinis ventus cū frigore maximo obiecta quęq; deturbans proſternenſq; ex depreſſę nubis ſpecu. Virgi. Et terras turbine verſat. Eſt & turbo genꝰ inſtrumenti luſorij pueros maxime delectans. a cuius faſtigiata & pręacuta cuſpide fit turbino. as. Tibul. Nāq; agor vt per plana citus ſola verbere turbo: Quē celer aſſueta verſat ab arte puer. Item Vaſculi genꝰ quo piuna & coctana inter ſaturnalia xeniola miſſitabantur cuius effigies turbinis: in imo anguſtiſſima erat. i ſummo latiſſima qualis eſt figura pyrorū. Item turbo dicit̄ quicquid forma acuta eſt. Plynius de Aloe. In turbinibꝰ cadorum. Ouid. Caua buccina ſumitur illi Tortilis in latum quæ turbine creſcit ab imo.

⁎ Turbyſtum medicamentū eſt cogens ſorberc. & pro colore tincturę capit̄. Cc.

℄ Turbo. onis. propriū nomē Gladiatoris. Hora. lib. ij. Ser. Corpore maiorē rides Turbonis in armis.

℄ Turbino as. pen. cor. acutū facio. Ply. li. xxxvij. Siquidē & colore tranſlucido nō differt: & laterū ſex anguli ęquore turbinatus in mucronē aut duabus contrarijs partibus quæ magis miremur: vt ſi duo turbines latiſſimis partibꝰ iungant̄: magnitudine etiā aucllam nuclei. Idem. Turbinatior pyris figura q̄ malis.

℄ Turci. populi. Vide in dictione Thuſſagetæ.

℄ Turdꝰ. auis nota. & inter primas a ſaporis bonitate collocata. Hora. Nil melius turdo: vulua nil dulciꝰ ampla. Turdariū locus quo turdi alunt̄ ad ſaginam.

℄ Turduli populi hiſpanię eiꝰ quā bęthycā nūc Granatam vocāt. Et ab incolis Turdetania dicit̄. Hi etiā Turdetani appellant̄. q̄uis ſint qui eos diuerſos aſſerant.

℄ Turgeo. es. turſi. inflor. Virg. Torrida iam læto turgent in palmite gemmæ. Huiꝰ cōpoſita ſunt deturgeo qd eſt cōtrarium ſuo ſimplici. Significat eñ decreſco. Plyn. Deturgente nilo muſculi reperiunt̄. Obturgeo. circum turgeo. Lucil. Obturſi ebrius. A turgeo fit turgeſco. Perſius. Nō equidē hoc ſtudeo bullatis vt mihi nugis Pagina turgeſcat dare pondus idonea.

℄ Turgidus: inflatus: tumens. Aug. lib. iij. con. p trāſlationē dixit. Ego dedignabar eſſe cū paruulis: & turgidus faſtu mihi grandis videbar. Hinc fit diminutiuū. Turgidulus. Catul. Flendo turgiduli rubent ocelli.

℄ Turiones: dicunt̄ teneritates arborū vel arbuſtorū.

℄ Turia: nomen fluuij: ſecūdum aliquos generis maſcu. ſecūdum Priſcianū & Auguſtinū generis neutri. Vide in dictione Duria.

℄ Turris. a terrendis hoſtibus dicta eſt ſicut arx ab arcendis. Vel q aſpectu torua ſit. hoc eſt terribilis. Fiunt etiam turres ambulatorię. de quibus Vege. lib. iiij. hæc ſcribit. Turres dicuntur machinamenta ad ædificiorū ſpeciem tabulis tabulatiſq; cōpacta. Et ne tantū opus hoſtili concremetur incendio diligentiſſime ex crudis corijs vel centonibus cōmunitur quibus pro modo latitudinis additur altitudo. Nam interdum tricenos pedes per quadrum: interdum quadragenos vel quinquagenos latę ſunt: proceritas autem ipſarum tanta fit vt non ſolum muros ſed etiam turres lapideas altitudine ſuperent. His plures rotę mechanica arte ſubduntur quarū lapſu volubili magnitudo tam alta moueatur. Pręſens autem periculum ciuitatis eſt ſi ad murum fuerit turris admota. Plures enim accipit ſcalas & diuerſo genere conatur irrumpere. Nā in inferioribus habet arietem cuius impetu deſtruit muros. Circa mediā vero accipit pontem factum de duabus trabibus ſeptumq; de vimine: quem ſubito prolatum inter turrem murumq; conſtituūt & per eū egredientes de machina bellatores in ciuitatem tranſeunt: & occupant muro. In ſuperioribus autem turris illius partibus contati & ſagittarij collocātur qui defenſores vrbis ex alto contis ſaxis miſſilibuſq; proſternant.

℄ Turritus a. um. altus & excelſus. vt domꝰ turrita. i. alta & ſublimis & ad turris ſimilitudinē facta. aliquando Turritus dicitur turribus plenꝰ. Vnde & turritæ vrbes. Et mater deū cognominat̄ turrita quia terra eſt quę vrbes ſuſtinet. Virg. Qualis berecynthia mater Lęta deū partu phrygias turrita per vrbes.

℄ Turriger gerens turres. Ply. Sed turrigeros elephātorum miramur humeros.

℄ Turricula diminutiuū parua turris. Eſt & vaſculi genus a turris ſimilitudine quo iactari tali ludendo ſolet. Eadem pyrgus & orca dicitur.

⁎ Turricula diminu. a turris. qd modo paruā turrim ſignificat. modo vaſculum a turris ſimilitudie ita dictū: quo iactari tali ſolebant. Cc.

℄ Turarius. vicus Romæ. Aſco. Signū Vertūni in vltimo vico turario eſt ſub baſilica ſe flectētibus.

℄ Turma ordo militaris & equitū eſt. dicta quaſi terdena q terdeni equites ex tribus tribubꝰ Tatienſiū Rhamneſiū & Lucerū fiebāt. Conſtabat eñ ex triginta duobus equitibꝰ: & qui illis pręerat: decurio dicebat̄. vt Var. & Vege. tradiderunt. Vel dicit̄ quaſi terma. e in u mutata. Vel per onomatopeiā a ſtrepitu vngularū equinarū terram pulſantiū. vel a terēda terra.

℄ Turmales dicti qui in turma ſunt. Turmatim aduerbium per turmas.

℄ Turnus. nomen viri pprium apud Virgil. Eſt & nomen piſcis paluſtris: & nomen fluuij.

℄ Turtur. p aue gn̄is tā maſc. q̄ fœ. Plau. Obuſtos turtures tibi. Virg. Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo. Pro piſce ē gn̄is maſc. q alio noīe paſtinaca & Trygon a gręcis dicit̄. In huiꝰ cauda ſtat radius pſentiſſimi veneni. Auſon. Letaliſq; trygō & bina trygonia corui.

℄ Turunda: liniamentū & tenta. alioquin ſignificat id qd gręce ψῶμον appellant. quaſi buccea ſiue bolus dicatur quē nutrices ingerūt infantibus. Turunda hodie vocat̄ accolis padi etiamnū placenta focacea.

℄ Turpis deformis. eſt eñ cōtrariū pulchro. Transfertur etiā ad animū vt Turpe ē doctori cū culpa redarguit ipm. Interdū ponit̄ p magno. Virgi. Forma bouis cui turpe caput cui plurima ceruix. Idē. Et turpes paſcit ſub gurgite phocas. Itē p crudeli vt ſemp apud Salluſtiū.

℄ Tus incēſum libaminē quo deū veneramur: a tundendis glebis. quia glebę tundunt̄ cū quibꝰ fluēs ex arboribus coaleſcit. auctoribꝰ Priſciano & Varrone & Seruio ſup primū Ge. Alij cū h ſcribunt ἀπὸ τοῦ θύω deriuantes qd eſt ſacrifico. Naſcit̄ i fœlici Arabia: & duplici vindemia colligit̄: quarū prior eſt circa canis ortū: Secūda eſt verno tpe. Incidit̄ enim cortex arboris tunc fere qua maxie [illegible] eſſe pręgnās: & vbi tenuiſſimꝰ tendit̄ cortex. [illegible] gat: unde pſilit ſpuma pinguis. q̄ cōcreta denſat̄. Pro[illegible] tus cādore: amplitudine: fragilitate: carbone: vt ſtatim ardeat [illegible] potius dentē recipiat. Quidā tus nabathęū vocāt q nabathęa regio eſt ab Arabia incipiēs. Huius arbor Libanotus dicitur.

Tureus a.um. Col.lib.iiij. Iam tuream plantā mature amphatā florentiſq; hortos myrrha & croco.

Turibulum vas quo tus adoletur.

Turifico as ture ſuffio.

Tuſculum dimi.a tus. Plaut⁹.in aul. Hoc tuſculum emi & haſce coronas floreas. Et Tuſculū oppidum latij ſic appellatū:q; aditū difficilē habeat:quaſi τραχύλον. hoc eſt fatigans: vexans:qm̄ in ꝑalto atq; arduo monte erat ſitū. Hinc tuſculani hoies:& tuſculan⁹ ager. Hęc ciuitas a Telegono vlyſſis & Circes filio fūdata eſt qui per ignorantiam patrem occidit. Ex tuſculo Cato Cenſorinus ortum habuit.

Tuſcia Italiæ regio celebris a ſacrificijs vt qdā arbitranť dicta. Græci em̄ θύειν ſacrificare dicunt: vel a ture quo maxime in ſacrificijs vtimur. Vel a tuſculo Herculis filio: qđ veteres grāmatici probāt. Vnde & ſine h ab eis ſcribiť. Hęc tyrrhenia dicta fuit a tyrrheno Athyis filio:q eMœnia diſcedēs in Italiā venit & eā partem occupauit:quę ad mare inferū ſita eſt:qđ & tyrrhenum dicitur. Hæc a ligurib⁹ romaniſq; finib⁹ contingiť iugis inacceſſis & difficilib⁹ referta. Eius fines Macra & tyberis amnes centū & ſeptuagintaquattuor. M.inter ſe diſtantes. In ea ſcientia faciendorū ſacrorū ita floruit: vt romani qui non ſeruandę tantū:ſed etiā amplificādę religionis cupiditate incēdebanť: decē principū filios ſenatuſcōſulto ſingulis tuſcię populis ꝑcipiēdæ ſacrorū diſciplinę gratia traderent. Longior eſt ea prouincia q̄ lata. Ab oriētali plaga in occidentalē porrigiť. Nā ſi ab aquilonari in hauſtralē perambulemus arctis finib⁹ cōtenta eſt.ab occidētę qua Ligurię proxima eſt habet Piſas Senas & Lucam & florētiam inclytas ciuitates. Ad ſeptētrionem habet vrbē veterē. In meridionali vero litore Piſaurū:aretiū:& aſiſium. Et tyber romanus inde labitur ex apennino effluens. Septētrionalis regio cum Flaminia iungitur.

Tuſcus nomē poſſeſſiuum a tuſcia. Vnde tuſci: qui tuſciam habitant.

Tuſcus vicus romę:in quo habitauerūt tuſci a Porſena ex obſidione relicta.de quo Hora. in ſer. At tuſci turba impia vici.

Tuſcania oppidum tuſcię prope Tarquinios:a quo tuſcanenſes.

*Tuſſicula parua tuſſis.Ce.

Tuſſis quæ gignitur vel ex frigore: vel ex pituita in pulmonem deſcendente. Quæ ſi continue vexet a Seneca pertuſſis nuncupatur.

Tuſſio is.tiui.itum. Plaut.in Aſi. Forte ſi tuſſire occœperit ſic tuſſiat: vt cuiq̄ linguā in tuſſiendo non proferat. Plyn.li.xx. Semen eorū cum cumino tritum potūq; in vino tuſſientibus auxiliatur.

Tuſſilago hęrba quæ tuſſim ſedat.

Tute tu ipſe:a tu formatur per epentheſim.te correpta. Nam te magis additio eſt q̄ compoſitio:additurq; dūtaxat n:ō:noo etiā alijs caſibus. Et hoc fit cum pronomen ad eā reuocať pſonam a qua ſumiť: vt cum dico. Tu lege:ille reſpondeat. Cur tute nō legis?

Tutus a.um.& actiuam & paſſiuā ſignificationē habet. vt tuta vrbs quæ nos defendit.tutus ſum ab hoſtibus.i.munitus & ſine periculo ſum. De hoc vide in dictiōe ſecurus. Hui⁹ cōpoſitū eſt intut⁹ de quo alibi.

Tuto aduerbiū ſignificat ſine periculo.

Tuto as.ꝓtego/ defendo. Plaut⁹.in merca. Inuoco vos lares diales vt me tutetis. Hiero.in lib.ſap. Et a ſeductoribus tutauit illum. Tutor aris.depon.qđ Priſci. docet eſſe commune. Hora.in epiſto. Res Italas armis tuteris:moribus ornes.

Tutor nomen verbale: quo is ſignificať qui vim ac poteſtatem habet in capite libero ad tutandum eū qui per ętatem nondū tueri poteſt. Hæc autē ętas ſecūdum iuriſconſultos eſt vſq; ad pubertatē.i.ad.xiiij.annum. Nam inde vſq; ad.xxv.dantur curatores qui etiam furioſis & mente captis dari ſolent.

Tutela ipſa poteſtas iure ciuili data ac permiſſa.ex qua ipſi tutores nomen acceperunt:quaſi tuitores atq; defenſores.ſicut ęditui qui ędes tuentur.

Tutelaris diuus quem aduocatū dicimus.

Tutorius a.um.qđ ad tutorem pertinet.

Tutanus penulti.prod. deus qui homines tueri putabatur. Varro. Tutanum deum romę omnes qui laborant inuocant.

Tutilina dea. Idem. Tuā fidem tutilina inuoco quæ adeſſe mortalibus ſoles. Hanc Auguſt.lib.iiij.ciui.dei. præeſſe frumentis collectis atq; recōditis ſcribit vt tuto ſeruarentur.

Tutulus ornamentum capitis flaminearum:& vitta purpurea innexa crinibus & in altitudinē erecta: q; per eam flaminica a ceteris mulieribus diſcernebatur.

T. ante Y.

Tyana gręca ciuitas:a qua tyaneus dictus eſt Apollonius philoſophus.

Tyberis is.& tybris.is.fluui⁹ italiæ: e media fere longitudine Apēnini Aretinorū finibus defluēs duob⁹ & quadragita fluuijs augeť. Primo ab aquarū colore Albula dict⁹. Deinde tyberis appellat⁹ vel a rege tuſcorū hui⁹ nois qui piraticā exercens iuxta eū in bello perijt. Quod etiā ſenſiſſe videť Verg.cū inquit. Aſperq; immani corpore Tybris: A quo poſt itali fluuiū cognomine tybrim Diximus:amiſit verū vetus albula nomē. Ouid. li.ij.faſt. Albula quē tyberim mercius tyberinus in vndis Reddidit hibernus forte tumebat aqs. Sunt q hoc nome trahāt a græco ὕβρις quę eſt iniuria. Aiūt enī hūc eūdē tuſcorū regē circa hui⁹ fluuij ripas latrocinari conſueuiſſe qui trāſeūtes crebris afficiebat iniurijs:ex quo tybrim cognoiatū fuiſſe aſſerūt: q̄ſi eſſet fluui⁹ ὕβριος id ē iniurię. Ex qua ratiōe cū ὕβριος aſpireť:tybrim quoq; cū aſpiratiōe annotari volūt. Alij volūt eos q de ſicilia venerūt tybrim dixiſſe ad ſimilitudinē foſſę ſyracuſanę:quā fecerūt Afri & Athenięſes iuxta ciuitatis murū. Nā qđ Liui. dicit ab Albano rege tyberim dictū nō ꝓcedit:q a etiā ante albā tybris dict⁹ inueniť. Sciēdū eſt ſcđm Ser.q; hic fluui⁹ in ſacris tyberin⁹ diciť. In cœno lexia.i.in communi ſermone Tyberis.& in poemate tybris. A tyberis fit tyberin⁹ a.um. vt piſcis tyberinus & tyberina oſtia:trāſtyberim:trāſtyberinus.

Tybur ſiue tyburtū vrbs ad ſextūdecimū lapidē diſtās ab vrbe roma. Hāc Cato Solin⁹ & alij qdā a Catyllo arcade claſſis Euādri ꝑfecto cōditā ſcribūt. Plyn. vero tyburis originē ipſi⁹ antiquiorē eſſe docet q̄ vrbis romę:& extare adhuc tēpore ſuo memoriā ſilices tres etiā tyburto ei⁹ vrbis cōditore vetuſtiores: apud quas inauguratus traditur fuiſſe tyburtus dū vrbē eſſet cōditur⁹. Sext⁹ grecus hiſtoric⁹ ſic habet. Catyllus Amphiarai fili⁹ fuit. Hic poſt ꝓdigialē patris apud thebas ante Iliacū bellū interitū iuſſu dei cū omni ſuorū cœtu & ſacris miſſis tris liberos in italia ꝓcreauit Tyburtū Coracē & Catyllum qui expulſis ex oppido haud longe ab vrbe roma poſito veterib⁹ ſicanis a noie tyburti maximi filij oppidū vocauerūt. Priſcian⁹ tamē cū i latino ſcribit.

Tyburs tis.generis omnis: vel hic & hæc tyburtis: & hoc tyburte:quod eſt ex tybure. Suet. Inchoauit autem aquæductum regione tyburti. Hor... Picœnis cedunt pomis tyburtia ſucco.

¶ Tyburtinus a.um.pe.pro.qđ ē ex tyburto.

¶ Tycha fuit (Heſiodo teſte) nympha filia oceani & tethyos.

¶ Tydeus cū accentu in prima fuit filius Oenei regis Calydoniæ & Eurybœę vir fortiſſimus qui thebanos omnes ad quodlibet certaminis gen⁹ vicit. Inde fit patronymicū tytides. Nā Diomedes tytides dictus eſt q fuit filius tydei.

⁎ Tylus vermiculus eſt pluribus pedib⁹ colore fuſco ſub lapidibus aut figulinis vaſis viuēs: qui tact⁹ ſe arcuat atq̄ in globū cōtrahit ad ſimilitudinem paruæ pilæ. Cc.

¶ Tymœtes fuit regis priami filius.

¶ Tympanū inſtrumētū ex vna pte planum mēbrana clauſum: intus vacuū: qđ baculo pulſat̄. Eo vti ſolebāt in ſacrificio mr̄is deum. Eſt & tympanum vehiculum tectū: vt inqt Ser. ſiue vt aliq putāt teſtudo ſupra radios. Radij dicunt̄ in media parte rotarū. Verg. Hinc radios triuere rotis: hinc tympana plauſtris. Itē tympanū accipit̄ p machina tractoria: q̄ rota vocat̄: vt Victr. ait ad hauriēdā aquā celeritate: qđ hominib⁹ calcātib⁹ verſat̄ ad irrigandos hortos & ſalinas vtile. Plyn. lib. xxxiij. accipit pro vaſe eſcario.

¶ Tympaniſta: q tympanū pulſat. tympaniſtria vero mulier tympanū pulſans. Sido. lib. j. epiſtolarū Tympaniſtria pſaltria canit.

¶ Tympanizo as. tympana pulſo. Sue. de Aug. Et aſſenſu maximo cōprobauit verſum in ſcæna nunciatū de Gallo mr̄is deū tympanizāte: videſne vt cinœdus orbem digito temperet.

¶ Tympanites pe.pro. genus hydropiſis eſt.

¶ Tymber nomē viri: & nomen fluminis.

¶ Tymbra troadis camp⁹: p quē fluit tymber fluuius in ſcamādrū. Ibi & tēplū tymbreı Apollinis ē. Ac thymbra cū h hærba aromatica. Ver. li. iiij. geor. Grauiter ſpirantis copia thymbræ.

⁎ Tymolus vide Tmolus.

¶ Tyndar⁹ fuit œbaliæ rex pater Caſtoris & Pollucis Clytēneſtræ & helenæ. Hinc tyndarides: & tyndaris patronymica.

¶ Typhō onis. & typhos typhi & typhoeus ei. dictio triſyllaba: eu. diph. in vltima habēs. Inde typhois idis. vnus e gigantibus: terrę & Titani filius: cui⁹ prima corripit̄. Sen. Nō tā ferū typhonē neglecto Ioue irata tellus edidit quondam parens. Luca. Cōditus inarimes æterna mole typhoeus Quando vero deriuatiuū eſt diuiſa diph. pnunciat̄. Vergil. Nate patris ſummi q tela typhoea temnis. Eſt & typhon ventus turbulentus a typhone dictus. & capit̄ p fulgure. Typhonas etiā vocāt fumigātes globos & figuras quaſdā nubiū metuēdas: & ibi prima producit̄.

¶ Typus latine dici pōt forma: figura: adūbratio: exēplar. Hinc protypa dicta ſunt opera q̄ ante typos facta ſunt. Ectypa: q̄ ex ipſis ſunt formata. Archetyp⁹ prīa & principalis forma. Plyn. Dibutades prim⁹ pſonas regularū extremis imbricibus impoſuit: q̄ inter initia ptypa vocauit. poſtea idē ectypa fecit.

¶ Tyrannus per duplex nn apud veteres in bonam partē dicebat̄ dominus qui plenā habebat in ſubditos poteſtatē. Vñ Trogo teſte. Quāq̄ ciuitas & gens rerū pu. imperium a bitio penes reges habebat: quos ad huiuſmodi faſtigiū maieſtatis nō ambitio popularis: ſed ſpectata inter bonos moderatio pueheba: q & tyrāni ob fortitudinem vocabantur. Vnde Vergil. Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyrani. Sed creſcente malitia cum ſuperbe reges regnare cœpiſſent: tyranni nomen ad illos ſolum reſtrictum eſt q per inſolentiam imperij viri b⁹ abutebant̄. Quidā etiā tyrannos dici putāt a Tyrrhenis gentis pcipus crudelitate.

¶ Tyrānis idis. ſæuū ac violentū imperiū. Iuue. Quid Nero tā ſæua crudaq̄ tyrānide fecit.

¶ Tyrānicus a. ū. qđ eſt tyrāni. tyrānice crudeliter: violenter.

¶ Tyrannoctonus latine dicitur tyrānicida: q tyrānū occidit ab tyrāno & κτείνω interficio. quem an liceat interfici legatur Ci. li. iij. officio. nā nomē ipſum declarat quid mereat. ſ cum a tyrijs ſupbiſſime & iniquiſſime dominantibus ſit deductū: vl' a verbo p metatheſin litterarū: qđ ſignificat lacero: tero: itero. De bonis nō loqmur ſi reperiantur.

⁎ Tyrins & vrbs & fluuius eſt diuerſo tamē gñe. fœminini ge. vrbs Achaię inde Tyrinthi⁹ heros. i. Hercules Aliqui tñ hęc tyrinthis dicūt alij hæc tyrintha. Cc.

¶ Tyros quondā vrbs phœniciæ q̄ eſt in ſyria. Iulius pollux lib. i. τύριοι λέγουσι μὲν ὡς ἡρακλῆς ἐράσθη νύμφης ἐπιχωρίου. τύρος δὲ ἦν τῇ νύμφῃ τὸ ὄνομα· εἵπετο δὲ ὁ κρατῶν ἡρακλεῖ καὶ κύων κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον ⁎. i. Tyrij aiunt vt Hercules adamauit nymphā epitorij filiā. Tyros vero erat nomē nymphę: ſeqbat̄ aūt vtiq̄ herculē & canis ſecūdū āntiquū morē. Ideo tyr⁹ dicta ē. Quo etiā nomine dicta eſt inſula Alexandri magni operibus continenti annexa clara vrbib⁹ Lepti Vtica. Gadibus & carthagine nunc om̄is eius nobilitas conchylio & purpura conſtat: olim ſarra nuncupata: vt ait Gel. Vnde ſarranum oſtrū dicit̄: & oſtrū tyrium: & purpuram tyriam dicimus. Phœnices accolę fuerunt maris rubri dicti a palma: cui⁹ regio plena erat. Palma enī phœnix dicitur. Hinc terræmotu pulſi in maritimam ſyriæ ſe contulere: condita vrbe Sidonem a piſce appellarunt. Eam ſyrij vocabant ſarram. lingua ſyra piſcis ſear dicitur. Poſtea condidere tyrum in ipſo mari propter merces. Tyros etiā græce latine caſeus.

⁎ Tyrus oppidum eſt in ripis phaſidos fluuij. C.

¶ Tyri⁹ a. ū. qđ ē e tyro inſula. Et ponitur p purpureo. Tibul. Quid tyrio recubare toro.

¶ Tyrianthina veſtis violacea purpurea. ab Ianthino .i. violaceo colore & tyrio: hoc eſt purpureo.

¶ Tyrrus nomen proprium paſtoris: cui vt ait Vergi. Regia parent armenta & late cuſtodia credita campi.

¶ Tyro nouus miles & fortis ad militiam exercendā. Cuius diminutiuum eſt tyrunculus. Refertur quoq̄ ad omnem artem. Vnde pro gladiatore rudi adhuc in diſciplina gladiatoria accipitur. Sueto. de Cæſa. Tyrones neq̄ in ludo neq̄ per laniſtas. Sic adoleſcētes quādo togam ſumebant & barbam ponebant: eloquentiamq̄ in foro auſpicabantur: tyrones dicebantur. Et illa prima actio tyrocinum. Sen. libr. iiij. decla. Ille in foro primum dicturus. tyro dictus eſt. a Hiero. tyrocinium rudimentum: & tyrocinatio. qui recentes diſciplinas tyrunculas appellat. Ab eadem ſimilitudine canis adoleſcentior tyruncula dicitur. Colu. libro. viij. Quoniam tyruncula nec recte nutrit & educatio totius habitus aufert incrementum. Plynius in epiſtolis ſe tyrunculum dicit quaſi rudem in cognitione ſignorū. Tyrocinij die induebantur toga: quæ pura eſt cognominata. Fuit etiam tyro vt inquit Iuſti. libro. xviij. nomen proprium patris Didonis: qui ab alijs Belus vocatus eſt.

Tyrrhēos to. Hetruſcos appellāt atq̄ thuſcos. Grę ci vero hoc eos nomine nominarunt a tyrrheno Atys filio: qui ex lydia colonos hac in regiōe dimiſit. Atys enim ex prognatis herculis & omphales vnus cum ſterilitate ac fame populum emittere cogeretur e duo-

bus filiis ſorte iacta: Lydũ quidem regni ſucceſſorem
tenuit: Tyrrheno aũt maiorẽ applicãs populum foras
abire iuſſit. hanc ille ingreſſus oram de ſuo noĩe voca-
uit Tyrrheniam. A cui⁹ gentis pręcipua crudelitate ty
ranni ſunt dicti.

¶ Tyreſias eſt quorũdam latinorũ hoĩm cacographia
.i. mala ratio ſcribendi: quin per e. ſcribiꝰ in pricipio.
τειρεσίασ τειρεσίου μαντισ ἐςὶ ὡσ ἔφη σουίδασ. ✱. idẽ
Tyreſias ę. vates eſt vt ait Suidas. Hic igitur rex theba
nus & augur: de quo Ci. li. v. tuſ. meminit caecatus fuit
ira Iunonis cui Iuppiter ſcire futura dedit: crimẽq́ leua
uit honore. Scribit Stra. Tyreſiæ monumẽtũ fuiſſe in
tylphoſio monte bœotię iuxta fontẽ tylphoſam vbi p
fugus diẽ ſuum obijt. Ibi thebani ciues ſepulto diuios
honores tribuere. Iuue. cũ cęcũ dicere vellet dixit Ty
reſiã illo uerſu. Nec ſurdum nec tyreſiã quẽq̃ eẽ deorũ.
Hic habuit filiã noĩe Manto: q̃ oppidum in Italia cõdi
dit: qđ poſtea ab Ocno eius ex tyberino thuſcorꝫ re-
ge filio mãtua a matris noie nũcupatũ eſt. id tamẽ græ
ci negant.

¶ Tyrſis ambitus murorꝫ & viarũ: p quẽ curri põt: ſic
dictus quia tyrrheni p:imi inuenerunt.

V LITTERA vocalis ẽ
quę ſæpe in cõſonãtem
tranſit: & mõ vim ſimpli-
cis habet: vt Verg. At ve
nus haud animo nequie-
q̃ exterrita mater. Modo
pro duplici cõſonãte po
niꝰ: vt cupiuit cupiueram
in quibus i ante u conſo-
nantem poſita pducitur
& eadem ſubtracta corri-
piꝰ. Aliqñ u cõſonans p
vocali correpta poniꝰ. Hor. in epo. Niueſq́ deducunt
Nunc mare nunc ſyluæ. Interdũ a vocali tranſit in con
ſonantẽ: vt nauta nauita: gaudeo gauiſus. Quandoq́
amittit vim lĩæ: cũ poſt q ipſum u. poniꝰ. Nã non con
ſonans eſt. vt aliquis. Hoc idẽ patiꝰ iter g. & aliquã vo
calẽ vt ſanguis lingua. Idem fit antecedente. ſ. vt ſua-
uis ſuetus. Tranſit qñq́ p deriuatiões in a vt veredus
veredarius. In e. vt pondus põderis deierat pdeiurat.
Antiqui etiã auger p augur dicebant. Similiter in ija q̃
a tertia coniugatioue naſcuntur. Quotieſcunq́ n &
d ipſum e ſequebantur loco eu ſcriptitarunt. vt faciũ
dum pro faciendum. In i correptam nominum haben
tium vltimam ſyllabam deſinentem in u. cum verbis
ſiue participijs. vt cornu corniger & cornicen. Arc⁹ ar
citenens: fatum fatidicus: aurum aurifex: Luctus lu-
ctificus: fluctus fluctiuagus: magnus magnificus: op⁹
opifex. Scribebãt etiã antiqui carnufex p carnifex: &
lubens pro libens: peſſumus pro peſſimus.

V. ante A.

¶ Vacca p duplex cc bouis fœmina: cuius diminuti
uum eſt vaccula. Verg. Vaccula nonnunq̃ ſecreta cubi
lia captans. Vaccinus a. um. pen. prod. quod eſt ex vac
ca. Plyn. lib. xxiiij. Cortex illinitur decoctus lacte vac
cino.

¶ Vacerra vecors & veſanus dicitur. quo etiam nomi
ne accipitur ſtipes ad quẽ ligantur equi in ſtabulo. Co
lu. Clatrorũ gñs vacerras appellat quibus e robore fa
ctis caueæ muniuntur. Nam lib. ix. de viuarijs facien-
dis ſic inquit. Vbi neutrum patrifamilię conducit ratio
poſtulat vacerris includi. Sic enim appellatur gñs cla
trorꝫ. Idq́ fabricaꝰ ex robore quęrceo.

¶ Vaciniũ a quibuſdam flos dicitur: a quibuſdam vio
la ſeu hyacinthus. Verg. Alba liguſtra cadunt vacinia
nigra leguntur. Plyn. ipſum iter arbores nũerat. Et li.
xvj. Vacinia Italię in aucupija ſata: Galliæ vero etiam
purpurea tingendę cãa ad ſeruoꝝ veſtes.

¶ Vacillare eſt proprie inconſtanter eſſe: & quaſi alter-
natim mouere. Quintili. Eſt & illa indecora in dextrũ
ac lęuum latus vacillatio alternis pedibus inſiſtẽtium
Vtrq́ & naues vacuæ dicuntur vacillare. Cic. Tyroni.
Accepi tuam epiſtolam vacillantibus lĩis. i. non recte
p̃ valitudine ſcriptis. Et in Phil. In gallia mutilatũ du-
cit exercitum cum vna legione & ea vacillante. Tranſ
fertur etiam ad animum: vt apud Iuriſconſultos de fi
de teſtis vacillante: qui inconſtantia & diuerſa teſtimo
nia dixerit. Cic. lib. iij. offi. Iuſtitia vacillat vel iacet po
tius.

¶ Vaco as. do operam: & cõſtruitur cũ dtõ. vt vaco ſa
pientiæ: vaco rei diuinæ. Interdũ vacare ſignificat va
cuum eſſe. & modo abſolute ponitur. Plau. i Caſi. Fac
vacent ædes. Cæſar. Id ea maxime ratione fecit ꝙ no
luit eum locum vnde heluetij diſceſſerant vacare. Mõ
cum ablatiuo: vt boni viri dant operam vt perturbati
onibus vacent. Ver. Hoſte vacare domos: ſedeſq́ aſta
te relictas. Cic. Nullũ eſt tpˢ qđ iuſtitia vacare debeat.
Modo p̃poſitionem accipit. vt vacas a labore: vacas a
componendo: vacas ab occupatione. Interdum ſigni
ficat ad nihil vtile eſſe: ſuperabundare: ſuperfluum eẽ.
ꝙ ocioſum eſſe videatur: quod ſuperabundat. ſed nõ
niſi in tertia perſona. Auguſt. lib. iiij. con. Non vacãt
tempora: nec ocioſe voluũtur per ſenſus noſtros. Idẽ.
Vacent opera miſericordiæ vbi iuſtent ſcientiæ. Imp
ſonaliter quãdoq́ ſignificat eſt ocium vel vacuum tẽ
pus eſt. Ver. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere no-
ſtros Et vacat annales noſtrorum audire laborũ. Iuu.
Si vacat & placidi rationem admittitis edam. i. ſi ociũ
eſt. qñq́ ponitur pro curæ eſſe. Quintili. Et cui eẽ di
ſerto vacet. Vacare populo eſt operam populo dare &
inſeruire. Aliter vacare populo ſignificat liberum eſſe
a populo populariq́ iudicio. In quem ſenſum Cice. vi
detur lib. ij. tuſ. accipere cum ait. Amplitudinem ani
mi pulchriorẽ futuram ſi non ſit ſubiecta populi iudi
cio: ſed vacuam ab eo ſeipſa contentam non captantẽ
plauſus & auras populares. Huius verbi compoſitũ ẽ
interuaco.

¶ Vacuus a. ũ. & inane & magnũ ſignificat. Verg. Sal
tibus in vacuis errant. Idem. Vacua atria ditis. Vñ va
cuum aerem dicimus: ꝙ vacua omnia impleat. Nihil
enim pati natura vacuum poteſt. Vnde & inane voca
mus aerem. Lucre. Longum per inane reſoluit. Inde
ſupuacuus.

¶ Vacuo as. & vacuefacio idem ſignificãt ſic & eua-
cuo.

¶ Vaccę & vaccleni. vide in dictione varri.

¶ Vacuna pe. prod. a vacando dicta eſt dea q̃ p̃eſſe va
cantib⁹ & ocioſis putabaꝰ. Cui cũ agricolę a laborib⁹ ru
ris vacarent: vt poſt pceptos fruct⁹ requieſcerẽt p hye
mẽ vota ſoluebãt: & ſacrificabant. vnde Oui. li. vj. fa.
Nã quoq́ cũ fiũt ãtiq̃ ſacra Vacunę: Añ vacũales ſtãt
q́ ſedentq́ focos.

¶ Vado. is. ſi. ſum. iter facio: quaſi vię do. Vergili⁹ Va
dimus immixti danais. Aliquando vadẽ p̃ſto. Huius
compoſita ſunt Circũuado quod eſt inuadendo circũ
do. Plynius libro nono. Hi redeuntem circumuaſere
noctu. Euado: Inuado: & Peruado: penultima pducta
Liui. Cum ex eo pauor ac trepidatio totam vrbem p-
uaſiſſet.

¶ Vadum fundũ fluminis: lacus maris: & cuiuſcunq́

aquæ p quod via daſ. Plyn. Lignũ vado hærebat. Hic vadũ quoq; appellaſ loc⁹ qui ꝓpter breuitatẽ aquæ pedibus trãſiri põt: vñ ꝓuerbiũ eſt. In vado eſt. pro eo qđ eſt in tuto eſt. Nam vt in fundo periculum conſiſtit. ita in vado eſt ſecuritas. Ter. in an. Omnis res in vado ẽ.

Vado as. p vadũ eo. Papinia. Flumine publico itereuniente via cõſtitui põt: ſi aut vado trãſiri põt aut põtẽ habeat. Secus aut ſi vadari neq̃at ſed põtonib⁹ traijciatur. Solin⁹. Flumẽ qđ ꝓpter breuitatẽ facile vadari poterat. Huius prima cor. Ouí. de reme. Iamq; vadaturus lectica prodeat inquit.

Vadoſus. a. ũ. vt vadoſus amnis: q frequẽtia hẽt vada: q̃ tanſiri pedibus poſſunt.

Vadis primo: deinde per ſyncopen vas dictus ẽ ſpõſor alterius in re capitali: vt inqt Feſt. Ci. lib. ij. off. Factus eſt alter vas eius ſiſtẽdi: vt ſi ille nõ reuertiſſet: moriendũ eẽt ſibi. Inueniſ etiã pro quolibet fideiuſſore: q pro alio vadimoniũ promittit certo die affuturus. Dictus vas ꝙ q vades dederit vadere ei. i. diſcedere iteri liceat. Horat. Ille datis vadibus qui iure extract⁹ in vrbem eſt.

Vadimoniũ eſt ſponſio quædam ſiſtendi cõparendi q in iudicio ad diẽ ꝑſtitutã p ſe vel p aduocatos: quod deſerere nõ licet. Sene. Vadimonium ꝓmittimus & tñ deſeriſ. Ci. pro Quintio. Ad vadimoniũ nõ venit q tibi ꝑſto ſemper fuit. Non dubitaui inquit cũ vadimonium deſertum eſt.

Vadiũ ij. idẽ qđ vadimoniũ.

Vador aris. verbũ cõe ſecũdũ Priſ. ſignificat fideiubeo: vadio: obligo. Vadari reus dicitur: & vadimoniũ ſiſti. quoties aliquid pro alio ſpondet vt in iudicium veniat & ſiſtatur. Differre vadimonia eſt prorogare tẽpus ſiſtendi alterius in iudicio quoties ſponſio facta ẽ.

Vadimonis lacus eſt in quo fluctuant inſulæ. de quo Ply. Cęcilius quadã ep̃l'a ſic ſcribit. Exegerat ſocer meus vt amerina ſua ꝑdia inſpicerẽ: hæc ꝑambulanti mihi oñditur ſubiacẽs lacus noie vadimonis. Vadimonis lacũ itelligõt q i agro Viterbiẽſi feruet ſcatetq; ſulphureis aquis.

Væh interiectio in his rebus quas execram⁹: vt vęh miſero mihi. Et diphthõgaſ vt differat a ve: q̃ modo ẽ cõiunctio diſiũctiua. vt dies noctesve. Mõ habet vim augendi: vt vetus vehemens. quorum alterum ab ętatis magnitudine cõpoſitũ eſt. Alterũ a mẽtis vi/atq; impetu dictum eſt. Modo habet vim diminuendi: vt vegrãdis: vel ouis. i. male grandis: hoc eſt paruus minutuſq;: & paruus Iuppiter. Ve enim ſyllabam rei paruæ veteres ꝑponebãt. vnde apud Auio. vegrandes meſſes legimus: pro paruis. Et apud Var. in re ruſt. Oues ſiunt vegrandes atq; imbecillæ. Similiter Plyn. lib. vij. Corpore veſcos eſſe ſed eximijs viribus. Modo etiam habet vim priuatiuã: vt vecors: quaſi ſine corde: i ſine prudentia. E contrario cordatus diciſ prudens.

Vænũ ꝓ ſupino verbi vęneo: vt vęnõ ire: vel vænũ irent & hmõi nobis licet vti queẽadmodũ & peſſum vt peſſum ire & peſſum ibit & ſimilia. vñ & peſſundo. Sal. in Iug. Quippe cui omnia vænũ ire in animo hæſerat. Liui. lib. iij. Tũ etiam legẽ fecerunt ſanciendo: vt q tribunis plæbis ædilibus iudicib⁹ decẽuiris nocuiſſet ei⁹ caput Ioui ſacrũ eſſet. Familia ad ędẽ Cereris liberi liberiq; vænũ irent. Sciendum eſt ꝙ dicemus vęnum ire: non vænũ iri: ſicut vapulatum ire: non iri: q a ſemp ſũt paſſiuæ ſignificationis ne duo paſſiua copulentur. In cæteris vero ãbigua ſunt ꝙ actiue & paſſiue accipi poſſint: ad diſtiguẽdũ ſenſũ accõmodam⁹ infinitũ. hoc vł actiuũ vel paſſiuũ. vt video te amatũ ire vel iri. quia talia ſupina ſunt ancipitis ſignificationis.

Vęnũdo as. ex vænũ & do: ſequiſ iam in ꝑterito q̃ i ſupino do: niſi ꝙ in ꝑterito pluſq̃ꝑfecto vænundaſſem & vænũdaſſe dicimus. Plyn. lib. xxxv. Octoginta talentis vænundatas. Hinc vænũdatio ꝑmutatio rerũ & cõtractus ex cõuentione ꝓueniens.

Vęndo is. ex vęnũ & do ſecũdũ Apu. abiectis u & m. Et cõſtruiſ cũ ablõ ſi exprimaſ ꝑtium rei quæ vęnditur: vel cum gtõ tanti quãu & huiuſmodi: cum ſuot ſine ſubſtantiuo. Plau. in mer. Viginti minis opinor poſſe me illam vęndere. Cic. lib. iij. offi. Vændo meum nõ pluris q̃ cęteri: fortaſſe etiã minoris cũ maior eſt copia Q; ſi addanſ ſubſtantiua ſtatim io ablatiuos reſoluunſ: & ſicut nõ dicim⁹ quãto vẽdidiſti: ſed quãti: ita nõ dicim⁹ quãti ꝑnij vændidiſti ſed quanto ꝑtio. Var. tamen ablõ vſus eſt ſine ſubſtãtiuo: cũ ait. Væneunt propter penuriam magno. Huius compoſitum eſt diuændo.

Vændax q facile ſeu libẽter vęndit. Cato de re ruſt. Patrẽfamilias vændacem & non emacẽ eſſe oportet.

Vęnditarius qui vẽdere ſolet. Plau. in ſti. Linguam vęnditariam.

Vændito as. ſæpe ſeu cõtinue vændo. Ply. lib. xxij. Hęc eſt quam Ariſtophanes Eurypidi poetę obijcit ioculariter: matrem eius ne holus quidem legitimum vẽditaſſe: ſed ſcandicẽ. Eſt & vęnditare: quaſi oſtentare. Hinc & forma & oratio vẽdibilis quaſi plauſibilis & allectrix.

Vændibile qđ facile vẽdi põt. Ci. in rul. Accedẽt ſalicta ad minturnas adiungenſ: & illa via vẽdibilis herculãtea multarũ delitiarũ & magnæ pecuniæ. Per tranſlationẽ ponitur ꝓ vulgari & vulgo grato. Idẽ in Lęl. Tñ illi⁹ vẽdibilẽ orationẽ religio deoꝝ imortaliũ nobis defendẽtib⁹ facile vincebat. i. fauorẽ populi captantem. Et in Bruto. Hoꝝ ętati ꝓpe cõiõctus L. Gelli⁹ nõ tã vẽdibilis orator: q̃ vt neſciret quid ei deeſſet.

Væneo is. vęniui vł vęnij. ſupino vænitũ exigit analogia ſiue cõpoſitio. Nã cõponiſ ex vęnũ & eo abiectis duabus lr̃is: ſicut in vęndo: ſed ipſo ſupino nõ vtimur. Eſt aũt verbũ neutrũ paſſiuum eo in declinatiõe ſeq̃os licet apud veteres inueniatur væneor: pro vẽditus ſũ. Plau. Egone illi vęnear? Verũ in hoc verbo vęneo pro vændor: ipſum qđ vęnditur in nõ ponitur: & is a quo vẽdiſ i ablõ cũ ꝑpoſitiõe & ꝑtiũ i ablõ ſine ꝑpoſitiõe. Cui aũt vẽdiſ i dtõ: vt cẽtũ aureis nũmis a mãgone vænire mãcipia mihi. Sed nõnũq̃ venditor & ꝑtiũ rei nõ explicanſ. Plau. in menæ. Quibus hic ꝑtijs porci vęneunt. Var. Væneunt propter penuriam magno. Cic. ꝓ ſex. Quęro primũ quare ciuis optimi bona væniriũt Lactan. libro ſexto. Vxor ac liberi vænient: ipſe interficiere.

Vænalis & hoc le. quod vẽdendũ eſt vel vẽditiõi expoſitũ. Cic. lib. iij. off. Vænales hortos ſe habere dicit. Aliqñ poniſ ꝓ ſordido auaro: q pecunię gratia ſeipm vẽderet. Sal. O vrbẽ vænalẽ & cito perituram. Vænales etiã ſi nihil addas ſerui nouicij intelliguntur: qui ad vẽdẽdum ſunt expoſiti. Seruorũ eñ alij nouicij ſunt. alij veteratores. Vlp. Aediles ꝑcipiũt ne veterator ꝓ nouicio væneat.

Vænalit⁹ vænditor: vt in oratione Corneliana Neq; me diuitiæ mouent: quib⁹ omnes aphricanos & Lælios multi vænalitij mercatores ſuperarunt. Aliquando vęnalitius capiſ ꝓ vęndito corpore. Plyn. li. xxxv. Alioſq; de icepa: quos enumerare iã nõ eſt: e ſanguine q̃ ritiũ & ꝓſcriptiõis licẽtia ditatos hoc inſigne vęnalitijs gregibus opprobrióq; inſolentis fortunę. i. vẽdins ſeruis. Et ſic adiectiuũ eſt. Sic Põpo. Iurecõſul. li. dig. xxiiij. Q; ſi famulam domeſticã vxoris: aut vęnalitiã parauit.

¶ Venalitiū corpus ſpm: vel vēditio: vel locus vbi nō ticij vænduntᷓ. Paul. de ædilitio edicto. Nā q̄cūq; ex venalitio nouicioꝝ emptus alicui miniſterio ꝑpoſitus ſit ſtatim eū e veteratorū numero eſſe.

¶ Vænalitiarius apud Var. & Plyn. dicitᷓ mango & nouicioꝝ ſeruorū negociator.

¶ Vafer a. ū. pro callido & aſtuto accipitᷓ: quaſi valde affer. Mira cū ſemper fuit eius gentis calliditas. Ci. Nō ſunt in diſputatione vaſri: nō veteratores: non malitioſi. Et lib. j. de natura deoꝝ. Chryſippus: qui ſtoicorum ſomnioꝝ vaferrimus habetᷓ interpres. Hinc vafre aduerbium.

¶ Vagio is. iui. itū. vnde vagitus pe. p. quod ꝓprium eſt vocis infantiū dū plorāt. Et vagor ꝑ eodē ploratu. Lucr. li. ij. Et ſuperantᷓ itē miſcetᷓ funere vagor.

¶ Vag⁹ q ſine negocio mō huc mō illuc inutiliter diſcurrit: dict⁹ q; vacuus. i. ſine negocio agatᷓ.

¶ Vagor aris. inutiliter pagro: ſiue ſparſus eo. & differt ab erro: q2 vagari eſt per diuerſa: errare per aliena. Ci. lib. j. de ora. Ne vagari & errare cogatᷓ orō. Inuenitᷓ etiam vagoas. Plau. in mili. Te alloquor vitij ꝓbriq; plenus q circū vicinos vagas. A vagor fit cōpoſitū Euagor pro extrauagor.

¶ Vagabundus abunde vagans.

¶ Vagina pe. p. alicuius rei theca. Cuius dimin. eſt vaginula. Ply. li. xxviij. Et far in vaginulis ſeruāt ad ſat⁹. Hinc euaginare: qđ eſt enſem nudare. Hier. in Ezechi. Gladiū euaginabo poſt eos.

¶ Vah interiectio eſt inſultātis. Hier. ad Dama. Sicuti nos in lingua latina habemus interiectiōes quaſdam: vt inſultādo dicam⁹ vah: & in admirādo pape: & in dolendo hei. Et qñ ſilētiū volum⁹ impare ſtrictis dentibus ſpiritū coarctam⁹ & cogim⁹ tm̄ ſibillū in ſonādo. ſ. 3. ita & hebræi inter reliquas ꝓprietates linguæ ſuæ habent interiectionē: vt qñ volūt dñm dep̄cari ponant verbū petentis affectu & dicāt anna dñe qđ ſeptuaginta dixerunt: o dñe. Plaut⁹. Vah hō imprudens. Et in Euangelio. Vah q deſtruis templū dei.

¶ Valeo es. valui itū. i. ſan⁹: ſiue potēs ſum. Sēper eñ i bonā ptē ſumitᷓ niſi aliud addatᷓ: vt male valeo. i. ęger ſum. Hiero. in gñ. Sanuſne eſt inq̄t Valet inquiūt. Et ablatiuū exigit ſi ſpm dari expoſcitᷓ. Ci. li. j. offi. Alios videm⁹ velocitate ad curſum: alios virib⁹ ad luctandū valere. Iuu. Quę mœchū ſequitᷓ ſtomacho valet. Siliter cū ad p̄tium pertinet ſi p̄tium exprimatur in ablō ponitur. Ply. li. xxx. Aureus nummus poſt annū ſexageſimum ſecūdū pcuſſus eſt q̄ argēteus: ita vt ſcrupula valeret ſeſtertijs vicenis. Hiero. in gñ. Terra quam poſtulas quadringentis ſiclis valet. Var. tñ actīm dedit dicens. Denarij q; denos ęris valebant: quinarij q; quinos.

¶ Vale etiam vox ſalutantis eſt. Quo verbo & q receđit vtitᷓ dicens vale. Et q remanet rñdens: tu quoq; vale. Sic ſalue & aue ſalutationes ſunt veniētis: quib⁹ vocibus fitᷓ vtūtᷓ & q ſalutāt & q ſalutati reſalutāt. Repetitur tñ aliqñ ſalue in diſceſſu in calce ep̄larū. Ci. Vale mi Tyro: vale & ſalue. Quū vero abeūtes p hæc verba ſalutare ſolemus vale & ſalue: inualuit conſuetudo vt hæc ſumantur p diſcedo: etiā ſi cū ſtomacho & īdignatione loquamur. Teren. Valeāt q inter nos diſſidiū q̄ſiuēt. qđ pinde eſt: ac ſi diceremus. Diſcedāt a nobis: ſiue eos cum ſuo odio & maledicentia relinquamus. Ci. Si deus talis eſt vt nulla grā nulla hominum charitate teneatᷓ valeat. Var. Vale & ſalue cū ad mortuos referūtur: nō id dictū eſt: q; aut valere: aut ſalui eſſe poſſint: ſed q; ab his recedim⁹ eos nunq̄ viſuri. Verg. Salue æternū mihi maxīe Palla: æternūq; vale. Huius verbi cōpoſita ſunt cōualeo: qđ eſt ſalutē recupo. a quo conualeſco. vt eſt illud. Cōualuerūt de infirmitate. fortes facti ſunt in bello. Hiero. Legim⁹ quoſdā morbo articulari & podagrę humorib⁹ laborātes pſcriptione bonoꝝ ad ſimplicē mēſam & pauperes cibos redactos conualuiſſe. Eualeo: Inualeo: Aequaleo in eodē p̄tio ſum vel æque potens ſum. Pręualeo: reualeo. a qb⁹ fiūt cualeſco: inualeſco: p̄ualeſco: reualeſco: Eſt & valefacio p diſcedo.

¶ Valitudo: ſeu magis valetudo: & bona & mala dr̄. Ci. Ser. ſulp. Scripſit ad me te moleſte ferre: q; me ꝑpter valitudinē tuā cū ad vrbē acceſſiſſem nō vidiſſes. Bona vt apud eūdē. Sed nūc valitudini tribuamus aliquid. Diſtiguitᷓ aūt epitheto: vt bona valitudo vl̄ mala. vel locis. Hor. li. j. epiſt. Quid voueat dulci nutricula ma⁹ alūno Qꝫ ſape & fari poſſit q̄ ſentiat: & cui Gratia fama valitudo contingat abunde. Dicta eſt aūt valitudo p ſyncopā a validis: quaſi validitudo: ſicut ab habitus habitudo.

¶ Valitudinari⁹ qui male ſan⁹ eſt: & qui frequēter ęgrotat. Sen. in q̄ſtionib⁹ naturalibus. Nō video quare ſibi placeat qui robuſtior ſit valitudinario.

¶ Valitudinariū locus quo valitudinarij & infirmi curantᷓ: vt valitudinē malā bona pmutent. qualia ſunt in cœnobijs ſacratoꝝ. Sene. ad Luci. Tanq̄ in eodē valitudinario iaceā de cōi malo tecum colloquor remedia cōmunico. Et Col. præcipit valitudinaria languētib⁹ ſalubria eſſe conſtituenda.

¶ Valentia potentia: firmitas: cuius cōtrariū ē inualentia. Gellius. Non morbus in lege febriculoſus neq; nimium grauis: ſed vitiū aliquod imbecillitatis atq; inualentiæ.

¶ Validus a. ū. pe. cor. qđ eſt firmū potēſq;. A quo p̄ualidus valde potens: vt apud Catullū. Cū tibi præualidę fuerit in corpore vires.

¶ Valde aduerbiū ſignificat mltū. Eſt etiā ſyncopatū a valide. Ideo tūc pducit e. Et valdius pro validius: ſicut caldus pro calidus.

¶ Valor p̄tium a valeo es. Plyn. Victoriati valore reddi potest.

¶ Valeri⁹ nomē Romani ciuis: q primū de veiētib⁹: iterū de ſabinis: tertio de vtriſq; triūphauit. Hic cū domū in Velia tutiſſimo loco haberet in ſuſpitionē regni vēit Quo cognito apud populū cōq̄ſtus eſt: q; tale aliquid de ſe timuiſſēt: & miſit qui domū ſuā diruerēt: ſecures faſcibus dēpſit: eoſq; in ppli cautione ſubmiſit: legem de ꝓuocatione ad populum tulit: hic publicola cū diē obijſſet publice ſepultus: & āno matronarū luctu honoratus eſt.

⁎ Fuerunt & Valerius maximus hiſtoricus & Valerius Martialis epigrammatiſta: et Valerius flaccus qui ſcripſit argonautica.

¶ Valeria nomē ꝓpriū Meſſalorum ſororis: q̄ amiſſo Seruio viro cū rogaretᷓ cur alteri nō nuberet: ait ſibi ſp maritū ſeruiū viuere.

⁎ Valeſi⁹ p valeri⁹ dixerūt ātiqui & poſtea vſus ſuit vt i familiæ cognomē trāſierit quo cognoie regia Frācorū celſitudo nūc inſignitᷓ.

¶ Valgij vide in dictione vari.

¶ Valles is. & vallis is. planities duobus lateribus incluſa: dicta q; hic atq; hinc vallata ſit. Verg. li. xj. Eſt curuo anfractu vallis accōmoda fraudi. Ser. ait valles plenū eſſe ſed metri neceſſitate cōpellimur vt vallis dicamus. Stati⁹. Vallis in amplexu nemorū ſedet. Qꝫ vero valles dicēdū ſit: diminutiuū idicat. Nā vallecula facit: vt vulpes vulpecula. Sed & vallicula legitᷓ. Hinc conuallis: q̄ eſt planicies ex omni parte cōprehenſa mōti

bus vel collibus.

¶ Vallicula dimi. a vallis. Nã vallecula a vallea fit. Hiero. i Leui. Et cũ viderit in parietib⁹ illi⁹ quaſi vallículas pallore ſeu rubore deformes.

¶ Valleſtria a vallibus ſicut cãpeſtria a cãpis. Amb. li. hexa. Per oẽm fere orbẽ terrarũ: & ſup terrã fuerũt diffuſæ aquæ per valleſtria agrorũ: concaua montiũ: planitiẽq́ camporũ.

¶ Vallonia putabat̃ dea q̃ vallibus p̃erat.

¶ Vallus firmior palus. quo vitis alligat̃: & caſtra muniunt̃. Ver. Exacuũt alij vallos furcaſq́ bicornea. Vallũ ipſa munitio. Ex vallis em̃. i. palis fit vallũ. Inuenit̃ etiã vallus p caſtrorũ munimẽto. Tibul. Nõ arces non vallus erat. Et vallus diminutiuũ eſt a vãnus.

¶ Vallũ vulgo palificata: munitio caſtrorũ: q ex vallis fiat. a quo interuallũ ſpatiũ: qđ inter palos eſt vallũ caſtrenſe conſtituẽtes: q̃uis etiã ad omne ſpatiũ interuallum dici poſſit.

⁎ Valleſcit veteres p pierit vſurparũt q qui vallo obijciuntur p perditis habent̃. Cc.

¶ Vallaris & hoc are. pe. pd. qđ ad vallũ ptinet vt vallaris corona: qua donari ſolebat q primus vallũ hoſtiũ fuiſſet ingreſſus.

¶ Vallo as. munio firmo: & quaſi vallũ facio. Lactan. li. vij. Qui libratã magnitudine ſua terrã vallauit mõtibus. Hic cõponit̃ circũuallo. Idẽ li. ij. Ip̃mq́ paradiſum igne circũuallauit ne homo poſſet accedere.

¶ Valuuli folliculi fabę & aliorũ leguminũ. Col. li. vij. de ouibus tectis. Singula capita p hyemẽ recte paſcũtur ad præſepia tribus hordei vel freſi cũ ſuis valuulis fabæ.

¶ Valuę oſtia q̃ in ſe replicantur.

¶ Vãnus p duplex nn gñis fœ. vas vimineũ latũ. hoc eſt cribrũ cereale in quo propter capacitatem ruſtici cogere primitias frugũ ſolet: & frumenta purgare. hæc & vallus dicit̃ in quo contextæ ſunt virgę: & ẽ formę oblongæ. dicta quia in eo inſtrumẽto virgæ ſunt vt pali ĩ vallo. vel vt Varro inq̃t a volatu: q inde dũ iactantur leuia volent. Verg. Et myſtica vãnus Iacchi. Col. li. ij. Ipſæ autem ſpicæ melius fuſtibus tunduntur: vannis expurgantur.

¶ Vãno as. i. vẽtilo: vt fit vãnis cũ frumẽta purgant̃. Var. de re ruſ. Vt qđ leuiſſimũ eſt ĩ ea: atq́ appellat̃ ac⁹ ac palea vannat̃ foras extra aream. Hinc euanno extra vanno. Nonius. Euãnet̃ dictum eſt vẽtilet̃ vel moueat̃ a vãno in qua legumina ventilantur.

¶ Vanus p ſimplex n adiectiuũ: & accipit̃ modo p vacuo. Verg. Sed illos Expectata ſeges vanis eluſit auenis. Modo p ſtulto quaſi mẽte vacuo: & q in reb⁹ inanibus ſtudiũ collocat. Iuu. Sic libitũ vano qui nos diſtinxit othoni. Modo pro mentiente & infido & leuia inaniaq́ pro grauibus & veris aſtutiſſime componente. Verg. Ni fruſtra auguriũ vani docuere parentes. Nam mendax proprie dicit̃ qui ad decipiendũ mentitur. Vñ idem vtrunq́ complexus eſt. Nec ſi miſerũ fortuna Sinonẽ Finxit: vanũ etiã mẽdacẽq́ ĩproba finget.

¶ Vanitas mẽdaciũ/fallacitas & leuitas. Ci. li. iij. of. Q ſi vituperãdi q reticuerũt: quid de ijs exiſtimãdũ eſt: q orõnis vanitatẽ adhibuerũt? Sal. Huic hoĩ non minor vanitas ierat q̃ audacia. Idẽ ſignificat vanitudo. Plau. Vt rem video tu inuentus a vanitudine.

¶ Vano as. fallo. Acti⁹. Sicilũ vanans in angiportũ deduxit.

¶ Vaniloq̃ntia. Apul. Nihil hoĩs vaniloq̃ntia cõmot⁹.

¶ Vaneſco is. a vaneo es. cẽ cõuenit: & ſignificat van⁹ fio: in nihilũ redigor: fruſtra glorior. Aug. li. iiij. ci. dei. Nõ vaneſcam⁹ inani vẽtoſitate iactãtię. Hic euaneſco. Verg. Et pcul in tenuẽ ex oculis euanuit aurã. Vbi euanuit eſt p̃teritũ ab euaneſco: qđ Sipõtin⁹ negat haberi. Lact. lib. v. Euanituras breui religiões falſas.

¶ Vandalia regio europæ ſeptẽtrionalis: a Vãdalo fluuio: qui regionem interfluit: a qua populi vandali immanes & ferociſſimi.

¶ Vappa p duplex pp. gñs vini: qđ ſponte deferbuit & odorẽ ſaporeq́ amiſit: vt illud qđ in exhauſto vaſe reliquũ fuit & euaporauit. vernacula ligua dicim⁹ Suanito. Hor. Qui veiẽtanũ feſtis potare dieb⁹: cãpana ſolitus trulla vappãq́ pfeſtis. Inde ponit̃ p hoĩe ignauo vili ac nugatore & ĩ quo nil prudẽtię. Idẽ in ſer. Nõ ego auarũ cũ veto te fieri vappã iubeo aut nebulonẽ. Ply. Vitiũq́ muſto q̃buſdã ĩ locis ſpõte feruere. qua calamitate cũ deferbuit: depit ſapor: vappęq́ accipit nomẽ.

⁎ Vappo aĩal eſt volãs: qđ vulgo aĩas vocãt. Lectũ eſt apud Lucretiũ hoc vappones. Probus ĩ catholicis.

⁎ Vapor & vapos dicit̃. Lucretius in. v. Peruolitant p manat odos friguſq́ vapoſq́. & ẽ exhalatio calida. vñ vaporariũ p tepidario capimus. Cc.

¶ Vaporo as. pe. p. vaporẽ emitto. Amb. li. hexa. Etiã aqua exundauit in terris ne eas ſurgẽtis ſolis & ſtellarũ micãtiũ ardor exureret: & tenera rerũ exordia inſolitus vapor lederet. Quãti fontes fluuij lacus irrigãt terras: q̃ eas interi⁹ quidã ignis vaporat. Lãpr. Indicos odores heliogabalus ad vaporãdas zetas ſine carbonibus iubebat incendi.

¶ Vari dñr q introrſum pedes vel crura obtorta gerũt. Hor. li. j. ſer. Hũc varũ diſtortis cruribus. Vñ varũ frequenter p obtorto accipit̃. Perſi⁹. Et non fallit pede regula varo. Hinc obuaro as. qđ eſt deprauo puertoq́. Vacię quibus in exteriorem partẽ flectunt̃. Var. li. ij. de re ruſ. de canibus ſcribit. Cruribus rectis ac potius varis q̃ vacijs. Hinc vacię & vaciẽnorũ cognoĩa fluxerũt: q pedibus eſſent vitioſis. Sene. in quadã ep̃la. Seruilius vacia latere ſciebat nõ viuere. Hier. in Euſebij chronicis. Vaciẽ⁹ nobilis narbonẽſis orator habet̃. de quo Mar. Docti patri narbo vaciẽni. Valgi autem ſunt qui diuerſas ſuras hñt. hoc ẽ in diuerſum actas cuiuſmodi lacertarũ pedes ſunt. quorũ videlicet pars intra cõdit̃: pars extra pcedit. Plaut. in mili. Maiorẽ partẽ videas valgis ſuauijs. De qua ſimilitudĩe inſtrumẽtũ qđdã ruſticũ ad areas cõplanãdas valgiũ Ply. appellat fortaſſe li. xvij. Sent̃ inq̃t mẽſe aprili area ęquata cylindris aut valgio alias dẽtum. Alioquin & ſermo agreſtis valgiare vſurpat hodie p eo qđ ẽ pauire coæquareq́. oĩno id fere videt̃ eẽ quod Cato ait. Cõminutio terram & cylindro ac paulicula coæquato. In cãpania certe haberi genus id teſtantur tali ſpecie: quaſi furæ duæ in diuerſum collocatę: quo vt cylindro ſupplanant̃ areæ. Varus etiam nomen fluuij qui narbonenſem prouinciã ab Italia diſterminat a fluctibus tortuoſis ſic appellatus. Eſt & nomẽ poetæ: ſed & vari ſeu varoli ſunt puſtulę cum febre naſcentes pueros maxime infeſtãtes. Ply. li. xxiij. Cõtra ſerpẽtiũ ict⁹ trita drachmis duab⁹ bibit̃: vitia cutis in facie varoſq́ & lentigines & ſimulata emendat & cicatrices.

¶ Valguſtus fuſtis vncus.

¶ Varices pe. cor. ge. maſ. vl fœ. Et varicę & p diminutionem variculę ſunt venæ plus ęquo intumeſcentes: ĩ temporibus: in ventre: in teſtibus & in inguine: & potiſſimum in crurib⁹ quas Gel. ſcribit ac Ply. lib. xj. in cruribus viro tãtũ mulieri raro p̃ nimio dolore naſci. Hor. varice ſucciſo. Inde varicoſus q huiuſmõi venas hẽt. Græci varices ixias vocant. Auicẽna auctor eſt varices accidere curſoribus & onera baiulãtibus & diu ſtãtibus. Inde ẽ illud Iuu. Varicoſus fiet aruſpex. Ex grã

di.ſ.cõſiſtione & quaſi quadam ſtabulatione ac longo ſtatu. Varicũ legim⁹ p eo q ãpliore paſſu gradiť. Oui. li.iij. de arte. Illa velut coniunx vmbri rubicunda mari ti Ambulat ingentes varica fertq̃ gradus.

❡Varico as pen.cor. & varicor depo. a varo & ſignificat deflecto: trãſgredior: quaſi varices tranſcẽdo. vide in dictione diuaricor.

❡Varius ria. rium. multiforme: q vari inæquales ac diuerſi ſint.

❡Varię dictæ ſunt pantheræ a macularũ varietate quibus ſunt ſpectabiles. Ply. lib. viij. Nunc variaa & pardos qui mares ſunt appellãt: in eo om̃i genere creberrimo in aphrica ſyriaq̃. Quidã ab his pãtheras ſolo cãdore diſcernunt.

❡Vario as. diuerſum facio. Lact. li. vj. Aliud ẽ igiť ciuile ius qđ pro moribus vbiq̃ variať.

❡Varietas variãtia & variatio idẽ ſignificãt. Lucil. lib. iij. Pricipijs vñ hæc oriť variantia rerũ.

⁎ Varolus edax dicitur. & eſt Piſcis qui & lup⁹: a græcis λάβραξ. nam λα grecis intẽſiua particula ẽ βορὸς edax. Co.

❡Vas vadis generis maſ. p vadimonio: de quo ſupra Vas vaſis neu. in plurali ſecundæ decli. p inſtrumẽto ad aliquid capiendũ idoneo. cuius diminutiuũ eſt vaſculum & vaſillũ.

❡Vaſculari⁹ qui vaſa conficit.

⁎Vaſum etiã i ſecũdo flexu dixerũt antiqui vt author eſt Gellius. C.

❡Vaſcones pplĩ vlterioris hiſpanię q̃ in gallicũ & Britãnicũ vergit oceanũ in cãtabrica poſiti. Hi a Metello romanoꝝ duce obſeſſi in tãtã famẽ cõpulſi ſũt: vt humana carne veſcerentur.

❡Vaſterna vehiculũ ſeu portatura duoꝝ equoꝝ.

❡Vaſtus a. ũ. magnus. Verg. Vaſtũq̃ caua trabe currimus æquor. Aliqñ poniť p feroci deſerto. Hier. Quoties in illa vaſta ſolitudine. Act⁹. Hãc vrbẽ ferro vaſtã faciet. Hinc vaſtitas/vaſtitudo & vaſtities. Colu. li. iij. Pari iſti in hac terra vaſtitate beluas pgenerari quis neget. i. magnitudine. Et lib. vj. Sed cũ ſim pfeſſus ruſticæ rei pcepta ni fallor nõ aſſeueraueră q̃ vaſtitas eius ſcientiæ cõtineret. Apul. Cui in primis tãti corporis vaſtities horrori fuit. Aliqñ etiã vaſtationẽ ſignifi. Act⁹. Propterea tot tantaſq̃ habemus vaſtitates funerum.

❡Vaſto as. deſtruo. Lact. lib. j. Exercitus ducere: alie na vaſtare: delere vrbes: oppida excidere. Huius compoſita ſunt deuaſto & peruaſto: quæ ſignificant deprędor: ſpolio: profligo: & quaſi vacuum reddo. Liui. Cortonam vrbem Traſymenumq̃ lacum omni clade peruaſtat.

❡Vaſteſco deſtruor/relinquor: ſeu horridus fio. Nonius. Vaſteſcãt inhorreſcãt vl̃ deſeranť. Act⁹. Iuſſit proficiſci in exiliũ quouis gẽtiũ: ne ſcelere tuo thebani vaſteſcant agri.

❡Vates a fando dicti ſunt quaſi fates: diuinatores ſacerdotes & pphetę. Et vates poetę a viendis verſibus viere enim vincire eſt.

❡Vaticinor pe. cor. ſignificat diuino: quaſi faticinor. Vaticiniũ ipſa diuinatio.

⁎Vatidicũ ppheticũ & quaſi fatidicum. Co.

❡Vaticanus a. ũ. pe. p. a vates fit: vt vaticanus ager. vaticanus collis nõ procul a Tyberi ſupra mõ ẽ Adriani: conterminu⁹ ianiculo: in quo Petri baſilica eſt: ſic dictus q populus Ro. eo potitus ſit vatũ reſpõſo expulſis Hetruſcis: vt inqt Feſtus. vel ſecũdum Gel. a vaticinijs: q̃ ibi dari ſolebãt vi atq̃ inſtinctu dei Vaticani. Var. ſcribit Vaticanũ deum in eo monte fuiſſe qui infãtibus primã vocem daret: quę eſt va: quæ prima in vaticano ſyllaba eſt. Auguſt. tamen Vagitanum dixit deum tanq̃ infantium vagitibus pſidentem. vnde vagire dñr. Prima huius nominis corripiť: q in verſu heroico aliter ſtare non poſſit cum ſequens ſit breuis & pen. longa.

⁎Varię dñr quibus in exteriorẽ partem crura flectunť. a quibus Varioꝝ & Vatinorũ cognoia fluxerunt. Co.

❡Vatrax & vatricoſus dr̃ q crura vitioſa habet.

V. ante B. et D.

❡Vbi aduerbiũ loci ſignificat in quo loco: & mõ interrogatiuũ eſt. Plau. vbi id audiſti: mõ relatiuũ Ver. Vbi æacidæ telo iacet hector. Modo iñnitũ: vt ſcio vbi tu perpetraſti ſcelus. Ponitur qñq̃ p aduerbio temporis poſtq̃. Ver. Hæc vbi dicta dedit. Quandoq̃ p quando Ter. in an. Vbi voles accerſe. Verg. li. vj. Eſt iter in ſyluis vbi cœtũ cõdidit vmbra Iuppiter. Ab vbi fiunt cõpoſita alicubi: necubi: ſicubi: ſi in aliquo loco. vbiuis: vbi libet libet in quolibet loco: vbicũq̃ in quocũq̃ loco. vbinam in quonã loco: & interrogatiuũ eſt.

❡Vbiubi. ſignificat vbicunq̃. quemadmodum vtut pro vtcunq̃. Ter. in heau. Vbiubi eſt diu celari non poteſt.

❡Vdũ quaſi ſudũ a ſudando diciť humidũ. Ver. li. iij. geo. Nigra ſubeſt vdo tm̃ cui lingua palato. Hinc vuidus a. ũ. qđ quidam ita ab humido diſtingũt: vt vuidũ ſit quod intrinſecus habet humorem. vnde vuam appellatam volũt. Verg. Vuidus hyberna venit de glãde Menalcas. Humidũ vero extrinſecus humorẽ habet. Sunt qui huduum cũ h ſcribi velis ac per ſyncopen ab humidum fieri.

V ante E.

❡Ve cõiunctio diſiunctiua. vide in dictione vehi.

❡Vecors quaſi ſine corde. qui eſt turbati & mali cordis. Hinc vecordia. Sal. Igiť color exanguis: fœdi oculi: citus modo: modo tardus inceſſus: prorſus in facie vultuq̃ vecordia.

❡Vectis gñis maſculini inſtrumentum quo clauditur oſtium: q manibus percutiendo vehatur. Verg. Centum ęrei claudũt vectes æternaq̃ ferri Robora nec cuſtos abſiſtit limine Ian⁹. Vectem Cyniras Agriopę filius inuenit. Et vectis palus e ferro vel ligno gracior ruſticis & fabris cæmentarijs ad mſta neceſſari⁹. Ply. Cato vectes aquifolios laureos vlmeos fieri iubet. Itẽ vectis diciť lignum quo aliquid vehiť & portatur. Sic vectes erant ſudes in circulis poſitę ad portandam arcam. vt eſt apud Exodum. Facies quoq̃ vectes de lignis ſethim. Rurſus vectes ſunt inſtrumẽta ad aliqd ſubuertendum euertendumq̃. Hor. lib. iij. car. Hic hic ponite lucida funalia: & vectes arcus oppoſitis forib⁹ minaces. Eſt & vectis inſula in oceano ſeptentrionali verſus Tylen.

❡Vectigal pe. cor. vſu nõ iõne dicitur: ſicut ceruical capital: tribunal: animal. Nominatiuus enim pluralis a ſingulari plus vna ſyllaba creſcere non debet. Ergo vectigale ſecundum artem. In genitiuo plurali vectigaliorum. Cicero dixit: Meſſala vectigalium. Et eſt vectigal quod ex vectura penditur. vnde & a vehendo dicitur cum ex fundis fruges in vrbem vehuntur. Sed eius ſignificatio latius patet. Capitur namq̃ ex publico & ex priuato. Vnde publica vectigalia intelligere debemus ex quibus vectigal accipit fiſcus. Priuata quæ quiſq̃ ſumit ex reditib⁹ & fructibus Cicer. in paradox. Ex meo tenui vectigali capio ego ducenta.

Paul. Cæſæ harundinis vel pali compēdium ſi in eodē
fundo vectigal eſſe cōſueuit ad fructuarium pertinet.
Ci. li. ij. offi. Vt bona valitudo voluptati anteponatur:
vires celeritati: externorum autem vt gloria diuitijs: vt
vectigalia vrbana ruſticis ædibus & mercibus. i. prouē
tus/reditus/introitus. Dicitur etiā hic & hæc vectigalis
& hoc vectigale pro tributario. Sic prouinciæ agri ho-
mines qui tributa pſoluūt vectigales dñr. Ci. li. iij. off.
Quas ciuitates. L. Sylla pecunia accepta ex ſenatuſcō
ſulto liberaſſet: vt hæ ruſſus vectigales eſſent. Sue. in
Cæſa. Agrū cāpanum ad ſubſidia reipu. vectigalē reli
ctū diuiſit extra ſortē. Ci. in Catil. Et ſyluas lucoſq; pu
blicos Rōani vectigales habuere. Liui. Vtrū Annibal
hic ſit æmulus itinerum herculis: vt ipſe fert: an vecti-
galis ſtipēdiariuſq; & ſeru⁹ populi Ro. a patre relictus

¶ Vecto as. frequ. eſt a veho is. a quo vectatio: quod
nomen ſemper paſſionem ſignificat contra aliorū ver
balium naturam. Hinc vectito as. frequē. a vecto.

¶ Vectabulum vehiculum.

¶ Vector q aliena naui: vel equo: vel plauſtro vehitur
ꝓprio. Quintil. In nauim filij mei male permutatus ve-
ctor imponor. Aliqñ dr is qui vehit. Ci. Etiā ſūmi gu-
bernatores in magnis tēpeſtatibus a minoribus vecto
ribus admoueri ſolent.

¶ Vectorius a. um. quod vehit vel aptum eſt ad vehen
dū. Var. Neq; idem ꝗ vectorios facere vult. ſ. equos ad
ephippiū aut ad ꝓdā ꝗ vt ad rē militarē q; ibi habere
ad caſtra volunt acres.

¶ Vectura nō modo actū ſpm: hoc eſt vectionem de-
notat: ſed etiā mercedē q̄ ꝓ vectura ſoluit: vt puta pro
naui ſiue equo meritorio.

¶ Vecticularia vita dicit eorum qui vectibus parietes
perfodiunt alienos furandi gratia. Cato. Vecticulariā
vitam viuere: eſt repente largiter habere: repente nihil.

⁜ Vediouis ſiue Veiouis & melius veteribus dicebatur
deus cui dempta atq; detracta eſſet iuuādi facultas. nā
quoſdam deos vt prodeſſent celebrabant: quoſdā ne
nocerent placabant. De quibus abunde Gelius li. iiij.
cap. xij. Vbi venit corrigendus loc⁹ in fine capitis Sic
enim legitur in quos vidimus omnib⁹ codicibus Arū
gus quoq; habetur & rubigus vbi Auerruncus legēdū
foret. Cc.

¶ Vegeo es. gui. in ſanitate ſum. Nonius. Veget ꝓ ve-
getat: vel erigit: vel vegetū eſt. Pōpo. Animos venus
veget voluptatibus.

¶ Vegetus a. um. pe. cor. qđ ſanū & incolume eſt. & ad
corpus ꝓprie pertinet. vigens ad aim. Gel. li. ij. Quid
igit inqt dicimus q; multos videmus eſſe pecuniæ cu-
pidos & eoſdē cū corpore eſſe vegeto ac valenti. Sue.
de Cæſa. Nigris vegetiſq; oculis: valitudine proſpera.
Scribit Apul. Lunæ numine cuncta aiantia vegetari
. i. ali & vigorata fieri. Sene. quoq; li. iiij. q̄ſtionū refert
terræ ineſſe ſpūtū illū vitaliter vegetū & alentē omnia.
Hunc. n. inquit niſi haberet quo modo tot arbuſtis ſpi
ritum infunderet non aliunde viuentibus? quo mō tot
radices aleret? Hinc vegetatiuā animā philoſophi recē
tiores appellant animam ſeminalem: quæ a Plynio di
citur alens: cuius motu interiore plantæ vigeſcunt: cre
ſcunt: frondeſcunt: germinant: breuiterq; viuunt. Ci.
tñ li. j. tuſ. ad animū retulit. Horum inquit animus ē ali
quid ne tā vegeta mens aut in corde cerebro ve aut in
empedocleo ſanguine demerſa iaceat. Et Auſo. vege-
tum cor appellauit: & q̄a mobile eſt: & quia vigoris do
micilium.

¶ Vegeto as. p. cor. recreo: fortifico: & vegetum facio:
conſeruo: ſeu longo tempore in ſanitate eſſe facio. Hie
ro. in Gñ. Recordabor fœderis mei vobiſcū & cū omī
aīa viuente quæ carnem vegetet. Gel. Memoriæ vege
tandæ gratia. quod dicimus bonæ memoriæ faciendę
gratia.

¶ Vegrandis paruus & male grandis. Auſ. lib. ij. epi.
Hic ſępe falſus meſſibus vegrandibus. Var. libro. ij. de
re ruſtica. Q dq; poſtea concipiunt fiunt vegrandes at
q; imbecillæ.

⁜ Veheam non viam veteres dicebant: q; per eam ve-
hebant. Cc.

¶ Veho is. xi. ctū conduco. ꝓprieq; de naui equo cęte
riſq; quadrupedibus & de plauſtris dicit. Cuius com-
poſita ſunt. Aueho alio veho. Conueho. Circumue-
ho. Deueho. Deorſū veho. Eueho extollo. Inueho in
troueho. Pręueho ante veho. Proueho ꝓduco. Reue-
ho reduco retroueho. Liui. lib. j. Prædaq; inde maiore
q̄ quāta belli fama fuerat reuecta ludos opulenti⁹ inſtru
ctiuſq; q̄ priores reges fecit. Subueho ſubt⁹ veho. Cę
ſar com. j. Eo autem frumento qđ flumine arare naui-
bus ſubuexerat propterea vti min⁹ poterant: q; iter ab
arare Heluetij auerterant: a quibus diſcedere nolebat.
Seueho ſeorſum veho. Proper. Cur tua pręſcripto ſe
uecta eſt pagina gyro. Pręterueho vide in dictione Ve
labrum.

¶ Vehia æ. plauſtrum. vnde vehiatura ꝓ vectura apđ
veteres vſurpatur.

⁜ Vehiare veteres dixerūt vehere qđ tractū ē ex oſcorū
ligua apud quos Vehia plauſtrū dr. Cc.

¶ Vehes plauſtrū. Ply. li. xxxvj. Amplitudinem caris
eam feciſſe proditur vt vehē fœni large onuſtam trāſ-
mitteret. Colu. lib. ij. Iugerū autem deſyderat qđ ſpiſſi
us ſtercoratur vehes quattuor & vigiti: qđ rari⁹ duode
uiginti. Eſt & menſuræ nomen in fœno ſtercore alia ve
materia. Idem lib. xij. Materies ſi roborea ē ab vno fa
bro dolari ad vnguē debet per quadratos pedes. xx.
hoc eſt inqt vehis vna.

¶ Vehiculū in quo aliquid vehit: qđ cū quattuor rotis
Phryges tradunt inueniſſe.

¶ Vehiculari⁹ qui vehiculū ducit. Vehiculare vero qđ
ad vehiculum pertinet. vt equus vehicularis: & rotę ve
hiculares.

¶ Vehemēs ex ve & mēs cōponi arbitror: tametſi qui
dā dici velint q; vehatur eminētius: vel q; vehatur mē
te. A mētis eñ vi atq; impetu: ſicut docet Gel. dī. Nā
ve in hoc loco intentiua eſt. Dī aūt vehemens graue/
magnū/vrgens/acer. a quo vehementia grauitas: acri
tudo.

⁜ Veiouis vide Vediouis.

¶ Veios dicimus vrbem in Hetruria: quam Camillus
cepit. Hæc inſignis fuit bellorū frequentia cum Rōa
nis. Vnde cum Nero domū ædificaret ampliſſimā: edi
ti fuerunt illi verſus. Roma dom⁹ fiet: Veios migrate
q̄rites. Si non & veios occupat iſta domus. A Veij fiūt
veiens ientis. populus. veientanus a. um. vt vinum ve
ientanum. Horati. Qui veientanum feſtis potare die
bus.

¶ Vel coniunctio plerūq; diſiunctiua: vt vel ſcribam
vel ad te veniam. Interdum copulatiua eſt: vt maxie
me tibi amicum facit: vel virtus: vel doctrina tua Inter
dum ponitur pro etiam. Ter. in an. Vel hoc quis nō cre
dit. Verg. Vel Priamo miſeranda man⁹. Interdum pro
valde. Ci. pro Murena. Vel maximum bellum populū
Ro. cum rege Antiocho geſſiſſe. Interdum pro maxi
me. Idem Trebatio. Quā moroſi ſint qui amant: vel ex
hoc intelligi pōt. Interdum pro veluti. Teren. in Hecy.
Vl' hic pamphilus iurabat quoties bacchidi. Interdum
pro ſaltem. vt Si mihi non creditis vel operibus credi
te. Inuenitur etiam Vl' duarum ſyllabarum. quodē no

men oppidi in affrica apud Ply. libr. v. Sicut Suel. in hiſpania.

¶ Velo. as. per ſimplex. l. ſignificat tego. Lact. lib. vi. Danda eſt opera vt indumento iuſtitiæ pietatiſq; veſtemur. Et velare ligare. Pompo. Reſte velet gulam. Per tranſlationem ponitur pro veſtire. Plau. Muliebri velatus toga. Vnde velati ſicut docet Feſtus appellabant̃ veſtiti & inermes qui exercitũ ſequebant̃: q̃q; in mortuorum militum loco ſubſtituebantur. Hi poſtea mutatis litteris velites dicti ſunt. q & ferentarij ab auxilio ferendo. Hui⁹ verbi cõpoſita ſunt. Euelo. & reuelo. q̃ ſunt cõtraria ſuo ſimplici. Nam euelare & reuelare ſignificant velamentum tollere ſeu rem velatam detegere & manifeſtare. Præuelo. de quo alibi. Et habẽt penultimam productam.

¶ Velamen modo pro veſte accipitur: modo pro re quę aliquid velat.

¶ Velabrum pe. cor. a velo. as. vel vt quidam volunt a veho. locus in vrbe Roma iuxta Auẽtinũ mõtẽ. q; ratibus ac velis eo veherentur triumphantes Romani cum pompa. Sue. de Cæſa. Quod gallici triumphi die velabrum p̃teruehens pene curru excuſſus eſt axe defracto. Hinc velabrenſis caſeus. qui ibi conficiebat̃ cunctis præferendus.

¶ Velatura p̃tium quod nautæ datur ab his qui nauigio vehuntur. Velaturã facere inquit Var. li. j. de re ruſ. dicuntur q vecturis viuũt. Nam antiqui vellam nõ villam dicebant.

¶ Velum. tegmen a velo. as. q; vela ventis agitata volitare videant̃. Var. a velleribus. q; ex ouiũ velleribus fierent vela quibus homines tegebant̃. quãuis nauiũ vela ex lino aut ſparto fierẽt. velũ etiã accipit̃ pro cortina quę lectis circunducitur. vnde apud euangelium legimus velũ tẽpli ſciſſum eſt a ſummo vſq; deorſum. Diuidebat enim ſancta a ſanctiſſanctorũ.

¶ Velaria dicebant̃ vela quibus theatra tegebant̃. Papinianus. Iam velaria lintea pluebant. vñ etiã velaria dicunt̃ loca abdita q̃ velis clauduntur. Iuu. Et pueros inde ad velaria raptos.

¶ Veliuolum pe. cor. mare dicitur. qđ velis velat̃. Vir. Deſpiciens mare veliuolum. Veliuolę naues quę velis volant. vt Aennius. Naues veliuolas. quod & proprie dixit.

¶ Velifico as nauigo a faciendis id eſt ponendis velis Dicit̃ & velificor verbũ cõmune: vnde & paſſiuũ poſuit Iuue. cum dixit. Velificat⁹ athos: & q̃c q̃d græcia mẽdax audet in hiſtoria.

¶ Vello. is. velli. & vulſi. ſũ. Extirpo. Sue. de Cęſa Circa corporis curam moroſior vt non ſolum tonderetur diligenter: ac raderetur: ſed velleretur etiam. vnde vulſa corpora a Quintiliano dicuntur fœdiſſima. Hui⁹ cõpoſita ſũt Auello. Cõuello. Diuello. Euello. Peruello Interuello & Reuello: quod eſt rurſus vello. Col. Cũ ab opere boues diſiunxerit ſubſtrictos cõfricet manibuſq; comprimat dorſum & pellem reuellat. nec patiatur corpori adhærere. Et omnia per duplex. ll. ſcribũtur.

¶ Vellit id eſt mouit. Vir. Poſteſq; a cardine vellit.

¶ Vellico as. pe. cor. frequẽter vello: quod proprie fit cum extremas corporis partes digitis vellimus: preſſando infeſtamus. Propert. Nec mihi tam duris inſultes morib⁹ & te Vellicet heu ſero flebis amata diu. Auguſt. li. xiiij. ci. dei. Ita ſe auferebat a ſenſibus & iacebat ſimillimus mortuo: vt nõ ſolũ vellicantes atq; pungẽtes minime ſẽtiret: ſed aliq̃ñ etiã ſi igne vreret̃ admoto ſine vllo dolore niſi poſtmodũ ex vulnere p̃babat̃. Per tranſlationem Vellicare ponit̃ pro criminari: mordere ac lacerare. Gel. li. iiij. Plura in Salluſtio inſcite aut maligne vellicant. Hora. Vellicet abſentem demetri⁹.

¶ Vellus: lana ex ouibus detonſa: q; ante tonſurę vſũ lanam veteres vellerent: quã demptã & cõglobatã alij vellera: alij velumina appellant.

¶ Vellina: regio in vrbe palatino monti cõiũcta in qua Valerij publicolæ & victoriæ deorũq; penatium ædes erant. Dicta vellina: q; ibi paſtores palatini vellere lanam ſunt ſoliti.

¶ Veles tis. pen. cor. qui leuiſſime omnium armat⁹: q & velatus & ferentarius. Refert Aelianus ordinem pedeſtrem in militia diuidi trifariam. In armatos: quę grauis armatura dicit̃: & velites q leuiſſime omniũ armantur. Vnde & expediti nuncupantur. Non enim ocreas aut lorica induũt: ſed tantum iaculis & fundis vtuntur In tertio ordine ſunt peltati a pelta dicti: qđ ſcutũ eſt paruum & leue. Hi medij erant inter grauẽ armaturam & leuem. Speciatim Romanj: accenſi ferentarij milites leuis armaturæ vocantur. Per tranſlationem velites etiam dñr q verbis altercant̃. Oui. in Ibin. Vtq; petit primo plenum flauentis arenæ Nondum calfacti velitis haſta ſolum.

¶ Velitor pe. cor. contẽdo: digladior: pugno. Plau. in Menæ. Neſcio qđ velitati eſtis inter vos. Poſtea de re tranſlatũ eſt ad verba. Vñ & p iurgari ponit̃ Ci. Cum inquinatiſſimis hominibus nõ eſt conuicio decertãdũ neq; maledictis aduerſum impudẽtes & improbos velitandũ: quia tantiſper ſilis & cõpar eorũ fias: dũ paria & conſilia dicas atq; audias. Vñ & Velitatio q̃ teſte Feſto dicta eſt vltro citroq; p̃broꝝ obiectatio: ab exẽplo velitaris pugnæ.

¶ Velito as. fit a velo as. & ponit̃ pro velifico.

¶ Velitaris & hoc velitare: quod ad velites ptinet. Vñ velitaris pugna. Sal. in Iug. Præterea iere ſagittarij & cohors peligna cũ velitaribus armis: itineris p̃perandi cauſa: neq; his ſecus atq; alijs armis aduerſum tela hoſtium: q; ea leuia ſunt: muniti erant.

¶ Velitatim aduerbium: ſignificat per ſaltus & interualla q; velites pugnando ſalub⁹ vtant̃. Siſen. Nos vna ętate in Aſia & græcia geſta idcirco continẽtia litteris mandauim⁹ ne velitatim aut ſaltuatim ſcribẽdo lectorũ animos impediremus.

¶ Velitrę: ciuitas volſcorũ inſignis fuit: q̃bus victis romani agrũ veliternũ ademerũt. Eo coloni ab vrbe miſſi ſunt: vt inquit Liui. lib. ij. Refert Diony. li. vij. Peſtilentiã adeo Velitras eſſe depopulatam vt ex decẽ partibus veliternorum vix vna ſuperfuerit.

¶ Velia palus italię apud Calabros nõ longe a Palinuro Helia olim dicta. eſt & Velia Lucaniæ oppidum ſic dicta: quia paludibus cingitur: palus ἑλόσ latine dicit̃ helia: poſtea aſpiratio vertitur in u. & fit velia. Alia velia in latio ẽ: dicta quia loco paluſtri ſinitur poſita a pelaſgis. Mos fuit vt ait Dio. nominib⁹ q̃ inciperẽt a vocalibus b p̃ponere.

¶ Velut: aduerbium ſimilitudinis.

¶ Velox: celer: a volando: quaſi volox: a quo velocitas & velociter.

¶ Vena dicta eſt q; per eam veniat ſanguis. Nã eſt conceptaculum ſanguinis miſti confuſiq; cum ſpiritu naturali: in qua plus ſanguinis min⁹ ſpiritus. Inde fit Venoſus a. um. quod eſt venis turgentibus plenum. Per trãſlationẽ tñ venę in terra dñr ſubterranei meat⁹ per quos vnda manat: aut alius liquor. Vnde venas argẽti venas auri dicimus.

¶ Venenum: dictum eſt q; cito per venas eat: ſiue ſalubre: ſiue noxium. quod græci φάρμακον dicunt. Nã & medicamẽta venena ſunt. Et eſt generale ad omnia

quæ naturam eius cui adhibita ſunt mutant. Ply. Galbanum aduerſatur venenis maxime toxicis cũ myrrha & vino. Vnde per quãdam ſimilitudinem color qui a veſtibus imbibitur venenũ appellatur. Virg. lib. ij. Geor. pro colore purpureo poſuit qui eius cõchæ ſpuma eſt. Alba nec aſſyrio fucatur lana veneno. Deniq; omne quod vel ſumptum vel tactum nocet: venenum dicit̃. Vnde & pro Veneficio capitur.

¶ Venenoſus a. um. quod venenũ habet: vt venenoſus ſerpens.

¶ Venenatus a. um. i. quod eſt venenum coniectum. Fit enim a Veneno as.

¶ Venenarius qui parat vel conficit aut vẽdit venenum Apul. Qui venenariũ accuſat ſcrupuloſius cibatur: qui furem arguit ſua cuſtodit.

¶ Veneficus: & venefica: q & q̃ venena cõficit: & q incãtationib⁹ & cęteris malis artibus vtitur. Hinc Triueneficus. i. excellẽs venefic⁹. Plau. Muſſas adhuc triuenefica?

¶ Veneficium ipſe actus venenandi. Ply. Hæc arbor ante atrium ſata omnibus veneficijs remedio eſt.

¶ Venio is. veni vẽtũ. Venire ꝓprie eſt quaſi verſus nos ire. vnde apud auctores frequẽter pro ire ponit̃. Virg. Veniſti tandẽ. Ter. Niſi ego ad mercatũ venio. i. eo. Sic ecõtrario ire pro venire. vt eo ad te. Et ãbo iungi poſſunt datiuo: vt It clamor cælo. & hoſtis venit excidio. i. ad excidiũ. Aliquãdo cõſtruit̃ cũ ablatiuo mediante in. quaſi ſignificet permanẽtiã. Hiero. Ne forte ſi venerit veſtris in manibus illud apocryphũ: dubia pro certis recipiatis. Et licet Venio neutrũ ſit: tñ eius cõpoſita qñq; mutãt terminationẽ: vt Cõuenio cõuenior. Inuenio iuenior. Reliqua cõpoſita ſunt. Aduenio. Circũuenio. Cõtrauenio. Deuenio. Pręuenio. Reuenio. Subuenio & Superuenio. Hor. Grata ſupueniet q̃ nõ ſperabit̃ hora. Poetę tñ aliqñ venire pro Imminere vſurpãt. Vir. Se fatis ambobus teucriſq; venire latiniſq;. Aliquãdo pro creſcere. Idẽ li. j. ge. Hic ſegetes: illic veniũt fœlicius vuæ. Aliquãdo pro portari Ply. Species Sinopidis tres: rubra: & minus rubẽs: & media inter has. Eius quę ex africa venit octoni aſſes.

¶ Venire in mẽtem: nõ ad recordationẽ tãtum eſt: ſed ad cõſiderationem & reputationẽ & intelligentiã. Terẽ. Vbi in mẽtem eius aduẽti venit. Veni in ſuſpitionem: in obliuionem: in vituperationem. i. ſuſpectus factus ſum alijs alij me obliti ſunt. vituperor ab alijs. Veni in opinionem .i. opinionẽ habeo. Aliquando tamen paſſiue dicitur cũ opinio pro fama accipitur.

¶ Vẽto as. frequẽtatiuum quo veteres vſi ſunt: ſed pro eo vtimur alio frequẽtatiuo Vẽtito. Ply. Gratior Alexãdro magno erat frequẽter in officinam ventitanti.

¶ Ventus a Venio fit. Nam proprie eſt cũ impetu vẽtans aer. cũ nihil aliud ſit ventus q̃ aer cõmotus atq; agitatus. Vnde Aug. li. de quãtitate animæ. Nihil aliud q̃ iſtũ aerẽ cõmotum ac agitatum eſſe ſentim⁹. Q đ in loco trãquilliſſimo & ab omnibus vẽtis quietiſſimo vel breui flabello approbari poteſt. Quo etiam muſcas abigẽtes aerem commouemus: flatuq; ſentimus. Q đ cum euenerit occultiore quodam motu cęleſtium vel terrenorum corporum per magnum ſpatium mundi vẽtus vocatur ex diuerſis partibus cæli nomĩa etiam diuerſa ſortitus. Victr. Ventus inquit eſt aeris fluẽs vnda cum incerta motus redundantia. Naſcitur cum feruor offendit humorẽ: & impetus fractionis exprimit in ſpiritus flatum.

¶ Ventulus diminutiuum paruus vẽtus. Ter. Cape hoc flabellum & vẽtulum huic ita facito.

¶ Vẽtoſus a. ũ. qđ eſt vẽto plenũ. vt vẽtoſa regio. Aliqñ dicit̃ Inane. vt vẽtoſa verba. i. ſine põdere & ſine effectu.

¶ Vẽtilo as. pe. cor. ad captãdum vẽtum pono aut iacto Proper. Hanc Venus vt viuat vẽtilat ipſa facẽ. Hinc vẽtilari frumẽtum dicitur: dum in area purgatur. Ply. Multi vẽtilare quoq; granũ vetãt. Leo papa per tranſlationẽ dixit. Omniũ diſcutit cõſuetudinẽ: vẽtilat curas: ſcrutatur affectus. Interdum Ventilare eſt per manus verſare e digitis eximẽdo. Apul. Ad hęc ego inſperato lucro diffuſus in gaudiũ: & in aureos refulgẽtes: quos idẽtidẽ manu mea vẽtilabam. Iuue. Cum verna canopi Criſpinus Tyrias humero reuocante lacernas Vẽtilet ęſtiuum digitis ſudantibus aurũ. Huius cõpoſitum eſt Euẽtilo. extra vẽtilo. Col. lib. j. Et celeriter frumẽta deterũtur non cedẽte ſolo pulſibus vngularum tribularumq;: & eadẽ euẽtilata mundiora ſunt: lapilliſq; carent.

¶ Ventilabrum penultima producta inſtrumẽtum quo aliquid vẽtilatur. Col. li. ij. Nam cum acerinis paleis graniſq; miſtus in vnum fuerit cõgeſtus: paulatim ex eo vẽtilabris per longum ſpatium iactetur.

¶ Ventilator qui frumenta ventilat.

¶ Venia dicta eſt ꝙ optãti adueniat. Eſt eñi remiſſio culpæ & condonatio erroris. Quint. Peccaui: veniam peto. Quandoq; ponitur pro beneficio indulgentia & permiſſione. Ci. li. j. de ora. Date nobis hanc veniam: vt ea quę ſentitis de om̃i genere dicẽdi ſubtiliter proſequamini. i. cõcedite. Terẽ. Da pater veniam: ſine te exorem. Et cum venia dicimus hoc eſt cum pace tua & te permittẽte.

⁂ Veneris gẽmam Lapillum appellant excellẽtem colore. Hunc nonnulli Anterota vocant. Cc.

¶ Venus: dea putata eſt ꝙ ad omnia veniat. Ci. Quę autẽ dea ad res omnes veniret Venerẽ nominauerunt. Gręce ἀφροδίτη dicitur ab ἀφρὸσ ſpuma. quoniã ex ſaturni teſtibus & maris ſpuma nata ſit. Eſt & Venus ĩfima qñq; errantiũ ſtella & terræ proxima: quę Phoſphoros græce: lucifer latine dicitur, cum ante graditur ſolẽ. Cum autẽ ſubſequitur: heſperos: veſper: & veſperugo. Ponitur etiam venus pro libidine & coeũdi appetitu. Seneca. Q; in venerem pronior eſſet. Interdum pro pulchritudine. Quinti. Q đ cum gratia quadam & venere dicitur. Hinc Venuſtas pulchritudo. Mnaſalchus autẽ in epigrammatis. ἁ σύριγξ τί τοι ὧδε παρ᾽ ἀφρογενεῖ μείαμ δρουσασ, τί π᾽ τ. ἀπὸ ποιμενίου χείλεοσ ὧδε πάρει οὔτοι πρᾶνεσ ἔσ᾽. ὧδε ἄγκεα πάντα δὲ ἔρωτεσ καὶ πόθοσ. ἁ δὲ ἀγρία μοῦσ᾽ ἐν ὄρει νέμεται.

⁂ Venerũ quattuor meminit Ci. li. de natura deoꝝ tertio. cui⁹ verba ſunt. Venus pria cęlo & die nata: cui⁹ Eli delubrũ videm⁹. Altera ſpuma pcreata: ex q̃ & Mercurio Cupidinẽ ſecũdũ natũ accepimus. Tertia Ioue nata & Iunone q̃ nupſit Vulcano: ſed ex ea & Marte natus Antheros dicit̃. Quarta Syria Cirroq; concepta: quæ Aſtarte vocatur: quã Adonidi nupſiſſe prędictum eſt. Hęc ille.

¶ Venuſtas: a Venere cum pulchritudinẽ ſignificat venuſtatẽ fœminis/dignitatẽ viris cõuenire docet. Cic. Si luna a Ioue defluat ad Venerẽ facit venuſtos: & qbus vt ait Firmicus i quarto Matheſeos ex venuſtate poteſtas maxima comparet̃. Hinc venuſtas capit̃ pro gratia dicendi & venere: amabiliq; ſuauitate. Vnde venuſtus a. um. vt venuſtus homo: & venuſta oratio: ſicut lepidus homo & lepida oratio. q̃ ita inter ſe differũt: ꝙ Venuſtũ vocamus qđ cũ gratia quadã & venere dr̃. Lepidũ qđ rotunditate quadam & breuitate atq; acumine verborũ venuſtũ eſt.

¶ Venuſto as. orno. Amb. lib. hexa. Ideo primum fecit deus: poſtea venuſtauit: vt eũdẽ credamus ornaſſe qui fecit: & feciſſe qui ornauerit. Huius cõtrariũ eſt Deuenuſto Gel. Tanq̃ pulchritudinis ſibi inſignia deuenuſtet.

¶ Veneror: ex venia & orãdo cõpoſitũ eſſe videt̃: quaſi veniam oro. Eſt autẽ venerari colere: & veneratio honor & cultus. Poetę tñ quandoq; veneratũ pro venerabili ponunt. Virg. Curſuſq; dabit venerata ſacerdos.

¶ Venerabilis: qui cultu & veneratione dignus eſt. Ply.

Vir grauis & ipſa ſenectute venerabilis. Nomina enĩ que in bilis deſinũt a verbis venientia: qñq3 infinitũ paſſiuum eius verbi ſignificãt cũ dignus. vt Spectabilis dign⁹ ſpectari. Admirabilis dignus qui ſit admirationi. Quãdoq3 infinitũ vel actiuũ vel paſſiuũ cũ poteſt: vel natura aptũ eſt. vt Riſibilis qui poteſt vel natura aptus eſt ridere. Penetrabilis qui poteſt vel natura aptus eſt penetrari. Stabilis qui põt vel natura aptus eſt diu ſtare. Poſſibilis qui fieri poteſt.

❡Venerãdus idẽ qđ venerabilis. Seneca. Vocem eſtimatione dignam & omi ſeculo venerãdam. Vnde nõ deſino admirari inſcitiam vel potius inſolẽtiam quorũdam ſacratorum qui indignãtur: nõ ſibi ſcribi cum litterę dantur Venerãdum aut reuerẽdum: dicẽtes Venerabilẽ omnibus cõuenire: venerãdum autem vel reuerẽdum ſolis prelatis: & reuerẽdiſſimus. o barbaries.

❡Venerãter ſignificat cum veneratione. Apul. Et ab eo venerãter exceptus paululum quieui.

❡Venor aris. feras indago: & quaſi circũuenio. a venio/ vt quidã arbitrati ſunt/ deductũ propterea q veteres venari paſſiue pro circũueniri poſuerũt. Aennius. Teneor correpta & vndiq3 venor. A quo p trãſlationẽ venari capimus pro captare. hoc eſt artificio quodã & ſolertia quęre. vt venor laudẽ: gloriã. Qđ etiã aucupari dicimus.

❡Venatus us. ipſa venatio: vt eſt i Geñ. Cũq3 venatu aliquid ceperis.

❡Venaticus a. ũ. qđ ad venationẽ ptinet. Vñ venaticos canes dicimus quibus feras pſequimur. Varr. Canũ duo genera: vnũ venaticũ: alterũ qđ cuſtodię cauſa paratur.

❡Venatorius a. um. idẽ qđ venaticus. vt venatoria iſtrumẽta quibus in venando vtimur.

❡Venabulum: telum quo venãtes vtũtur aciei longiſſimę apud nos cornibus hinc & inde extantibus. Mart. Si directa geres longo venabula roſtro. Hic breuis in grandẽ comminus ibit aprum.

❡Venaphrũ a venere & aphros cõponit: & eſt nomẽ oppidi in Cãpania: in cui⁹ agro fiebat optimũ oleum. Mar. Hoc tibi Campani ſudauit bacca Venaphri.

❡Venetia regio Italię: quę a Mintio amne vſq3 Tiliamẽtum protẽditur. Ab Enetis populis dicta: qui poſt bellũ troianum cum Antenore ſalutem cõſecuti curſum huc e Paphlagonia tenuere. Auctor Ply. Alij a Gallis eiuſdẽ appellationis originẽ traxiſſe dixerũt. Fuerũt enĩ Veneti populi iter Celtas littora oceani gallici incolẽtes: quos Cęſar naualí prelio ſuperauit. In hac regione ſunt vrbes illuſtres. Verona. Vincẽtia. Patauium. & Venetię ciuitas: & Viruuius placida & amoena.

❡Venetię ciuitas iſignis: q̃ anno a natali Chriſtiano quiquageſimo quarto ſupra quadringẽteſimũ condita fuit quo anno Attila rex Hũnorũ Aquileiam euertit. De cuius laude quoniam apud Iacobi Philippi chronicã a nobis late congeſtum eſt: duximus omittendum.

❡Venetus a. ũ. pe. cor. qđ e venetijs eſt: vt Veneti ciues. Venet⁹ color: vt ait Vege. Cęrule⁹ dicit qui color eſt marinis fluctibus ſimilis. Scribit Lampri. Heliogabalũ comediſſe piſces coctos conditura veneta: quaſi in marina aqua cũ colore ſuo. A quo colore aurigarum factio veneta nominatur. Et qui eo colore induebãtur: Venetiani dicebãtur. Vege. lib. iiij. de re militari ſcribit nautas veſte veneta eſſe induendos: & vela nauium exploratoriarum colore veneto eſſe tingẽda. Hic color etiã Thalaſſicus. i. marinus dicitur. Gręci enĩ thalaſſan mare appellant. Idẽ a colore ferri ferrugineus dicitur.

❡Vendico as. pe. cor. approprio & meũ eſſe dico. Amb. Aues cęli ſpeciale ſibi nihil vendicant. Vindico vero vlciſcor: quaſi vim dico.

❡Vẽter capitur pro eo qui videtur: hoc eſt qui a pectore ad pubem terminat. Hicq3 extenditur: quoniam ex pelliculis conſtet: quas vocãt pantices. Iuue. Montani quoq3 vẽter adeſt abdomine tardus. Sed pprie eſt vbi cibi cõficiuntur. Cuius diminutiuũ eſt ventriculus. Cor. Cel. Vẽtriculus autem qui receptaculum cibi eſt: conſtat e duobus tergoribus: iſq3 inter lyenem & iecur poſitus eſt. Huius duo ſunt orificia: vt inquit Macro. ſuperius & inferi⁹ Superiore deuorata recipiuntur: inferiore quę excreturi ſumus emittuntur. Aliquãdo ponitur pro ſtomacho. Iuue. Ventre nihil noui frugalius. Aliquãdo pro aluo. Cęl. lib. iij. Vbi ab inferiore parte purgandus aliquis eſt: ventrem eius ante ſoluendum eſſe. Vterus ideo dicitur quia continet: & tanq̃ vter eſt.

⁎Ventriculi pręterea ſunt cerebri cõcauitates: ex quibus ſeptem paria neruorum oriuntur. a graecis συζυγίαι. i. cõiũctiones ſiue cõiugationes vocantur. Cc.

❡Vẽtrioſus: qui & vẽtricoſus dicit: qui magnum habet vẽtrem. Plau. in merca. Ego dicã varũ vẽtrioſum. Nam c littera ſępe addit. Nam Arcadius arcadicus. Sardoni⁹ ſardonicus. Num & nũc. Tum & tũc. Iuue. Viuẽdum eſt recte tum propter plurima tũc his pręcipue cauſis.

❡Vẽtrale veſtimẽtum vẽtrẽ cõtegẽs. Ply. Patris mei memoria coepere ãplimala noſtra ſicut villoſa etiã vẽtralia

❡Vepres tam i ſingulari q̃ plurali: generis maſculini ſecũdum Probũ: & foeminini ſecũdum Priſ. rubus ſiue ſpina dicitur: q vehemẽter prehẽdat. Ouid. lib. v. me. Aut lepori qui vepre latẽs hoſtilia cernit Ora canũ. Huius diminutiuum eſt veprecula. Cic. pro Sex. Vt illa ex vepreculis extracta nitedula remp. conaretur arrodere.

❡Vepretum locus vepribus plenus.

❡Ver: anni pars tẽperatior: a veniẽdo: q tũ venire. i. oriri & creſcere incipiũt virgulta: & frondes ac flores arborũ atq3 haerbarum. Vel dicitur a viuendo quaſi viuer: vel a vertendo q tum ſe vertere incipiat tempus anni. Quippe ver nouum anni initium eſt. Diuiditur enĩ ver: vt cęterę partes anni in partes tres: nouũ: adultũ: & pręceps. Ver ſacrum dicebant veteres in quo ſacra & ludos faciebant. Qđ quidam quaſi religioſum putãt dictũ. Siſena. Quoniam ſabini ferũtur vouiſſe ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet ſe ver ſacrum facturos: vel potius ἀπὸ τοῦ ἔαρ. ρος.

❡Vernus a. um. quod eſt veris. Vnde Amb. Vernam tẽperiem dixit.

❡Verna: ſeruus ex ancilla domi natus: a ver: q hoc tempus anni ad generandum maxime ſit idoneum. Et quia domini cum ancillis conſuetudinem habebant verno tẽpore: ideo ſeruos domi natos vernas appellauerunt. Huius diminutiuum eſt vernula.

❡Vernaculus a. um. dicit omẽ qđ domi noſtrę naſcitur: vel qđ in noſtra patria eſt. Vnde vernacula lingua dicitur vel ſeruilis: vel plębeia: qua tanq̃ cõmuni ac naturali oẽs vulgo loquũtur. Vernacul⁹ mos. i. domeſticus vel patrię Interdũ ponit pro pprio ac peculiari. Ply. Potiſſima nobilitas dat vuis peculiaribus atq3 vernaculis Italię. Interdũ p eo qđ a nobis domeſtica cõſuetudie vſurpat. Ci. in bru. Neſcio quo ſapore vernaculo. Ci. i Ver. act. vj. Nõ vt ſolemus iterdũ i defenſionib⁹ dicere crimẽ domeſticũ ac vernaculũ. Vernaculi etiã dicũtur malis morib⁹ hoĩes & lingua proterua q vernarũ ſimiles ſint quibus ars eſt adulari & maledicere. Item vernaculum dicit qđ eſt veris Ply. li. xvij. Vernacula putatio deiectis per ramos vitiũ crinibus circumueſtit arborem.

❡Verno as. pullulo. Mar. Dũ tibi vernarẽt tenera lanugine malę. i. pilos emittere inciperẽt. Hiero. Per trãſlationem in explanatione cãticoꝝ. Vbi inquit ex anima deſyderioꝝ tempeſtas defuerit: tũc incipiẽt in ea flores vernare virtutũ. Aliqñ vernare ſplẽdere eſt. Amb. Circũdedit

me vernantibus atq; coruſcãtibus gẽmis pręcioſis. Aliquando pro canere. Plau. Dum auiculę vernãt. Quippe verno tempore omnia lætari videntur.

¶ Vernilitus pro adulatore a veteribus vſurpatur. Cęci. Credo nimis tandem hic ſit vernilitus.

¶ Vernilis & hoc vernile pe. prod. idem qđ Seruilis: ſiue ſcurrilis. Verniliter: ſcurriliter ſeu adulatorie.

¶ Vernalis & hoc vernale: qđ eſt veris. Augu. lib. vij. de ci. dei. Propter vernalẽ quippe faciem terrę quę cęteris tẽporibus eſt pulchrior: Porphyrius philoſophus nobilis Atyn florem ſignificare perlibuit.

¶ Vernatio: coriũ vetus quo ſerpẽtes exuuntur: quoniã id vere fit. Notum eſt ſerpentes quotannis verno tẽpore exuere mẽbranam corporis hyberno ſitu obductã. Ply. Lendes tolluntᷣ adipe canino vel anguibus in cibũ ſumptis anguillarum modo: aut vernatione quã exuunt pota. Idem. Anguinę vernationis membrana cum oleo tædaq; reſina calefacta auribus prodeſt. Eadẽ ſenectus dicitur. Vide in dictione Senectus.

¶ Vernactum terra vere proſciſſa: quia vere actũ aratum id eſt verſum eſt. Ply. Quidam vtiq; ab æquinoctio verno proſcindi volunt. quodq; vere ſemel aratum eſt: a tẽporis argumento vernactum vocatur.

¶ Veratrum pe. cor. hęrba: quę & Helleborus. ꝙ mẽtem auertat. Perſius. Ebria veratro. Huius duo ſunt genera: album & nigrum: vtrunq; radice fibrata cęparũ modo.

¶ Verbanus: lacus Ciſalpinę gallię: ex quo Ticinus fluuius emergitur: ſeu per quem ex alpibus effluit in padũ. Nunc lacum maiorem appellant.

¶ Verber: inſtrumẽtum longum & exile qualis eſt virga: baculus: arũdo: & ſi quid eſt ſimile. Proprie autem ſignificat ſummitatẽ ſarmẽtorum. Quint. Igneſq; ex proximo raptos/verberaq; quæ caſus obtulerat inuado.

¶ Verbero as. cędo verbere. Sic em̃ a verbere fit verbero quo modo a fuſtis fuſtigo: a flagellũ flagello. Licet etiam de verbis dicatᷣ. quoniã vt teſtatᷣ Nonius: nõ ſolũ verberare a verberibus dictũ: ſed a verbis. Plau. in aul. Nã cur me miſerã verberas? Hu9 cõpoſita ſunt. Diuerbero. Deuerbero. Terẽ. in phor. Quot me cẽſes homines iam deuerberaſſe vſq; ad necẽ hoſpites tum etiam ciues? Euerbero. Reuerbero Repercutio. Impedio. Colu. lib. iiij. Vt mota æqualiter hum9 nouellis ſeminis radicib9 quãcũq; in partẽ prorepſerint molliter cedat: ne incremẽta duritia reuerberet: ſed tenera velut intimo ſinu recipiat. Trãſuerbero feriẽdo traijcio: trãſfodio. Lactã. Nam dolore iniurię concitatus Hydas alterum gladio tranſuerberauit.

¶ Verbero onis. qui eſt verbere dignus. Et eſt contumelia ſeruorum.

¶ Verbereus a. um. qđ eſt dignũ vt verberetᷣ. Plau. Sed eccum video verbeream ſtatuã: vt magnifice infert ſeſe.

¶ Verberalis: verbere dignus: quaſi verberabilis. a quo verberalior verberaliſſimus. Plaut. Verberaliſſimus etiã rogitas non fur ſed trifur.

¶ Verberatus us. ipſa verberatio.

¶ Verberito as. ſæpe verbero. Feſ. Verberitare idẽ Cato frequentatiue ab eo qđ eſt verbero dixit.

¶ Verbũ: a verberatu: ꝙ verberato lingua itra palatum aere om̃is oratio promatᷣ. Vñ & pro qualibet dictione ponitᷣ: ſiue illa ſit nomẽ: ſiue pronomen: ſiue vna aliarũ partium. Varro. a veritate deducit ꝙ verum nos loqui oporteat. Eſt autẽ verbũ varie a varijs diffinitũ: propterea ꝙ varie ſignificet. Primo em̃ ſacrę ſcripturę diffiniunt verbũ eſſe qđ intra animi ſilẽtium mẽte concipimus. videlicet ipſam cogitationẽ quę adhuc conſciẽtiæ ſecreto retinetᷣ. Vocẽ vero per quã verbũ profertur i mediũ. Vox ſonus idex eſt cogitationis: verbũ vero ipſa cogitatio. Sicut em̃ quãdo verbũ corde cõcipimus neceſſaria eſt vox quaſi quoddã vehiculum verbi: & quodlibet verbũ ipſum per oris ſonũ ad aliũ tranſferimus: tamẽ ſic eũ integrum etiam intra nos clauſum tenemus: & ſic a loquẽte trãſfertur: vt tamẽ in ſua ſede teneatᷣ. Aliquãdo verbum dicitᷣ: qđ a re ſiue facto diſtinguitᷣ: vt nõ eſt opus verbis: ſed factis. Hinc dare verba dicimus pro decipere. Aliquando ſumitᷣ prout eſt vna ex octo partibus orationis: i quo oĩs vis orationis eſt. Hinc verbale nomen dicitᷣ: quod a verbo deſcẽdit. Aliquãdo capitᷣ pro vniuſcuiuſq; ſigno: qđ ab audiẽte poteſt intelligi. Vnde verboſus: multiloquus. Aliquando pro contexta oratione. q̃uis in ea multa ſint vt apud prophetas ſæpe legim9. Verbum quod factum eſt. Et apoſtolus. Preſbyteri duplici honore honorẽtur: maxime qui laborant in verbo & doctrina. Quãtocũq; tempore quiſq; in prædicando euangelium laborauerit: non verborũ ſed verbi dei prædicator erit. Et quãtocũq; tẽpore quis in vniuerſa vita ſua qua iſtã gerit carnẽ: quãtalibet longitudine protendatᷣ: quæcunq; verba/vel ore/vel ſola cogitatione locutus fuerit corde impœnitẽti cõtra remiſſionem peccatorum quæ fit in eccleſia: verbum dicit contra ſpiritum ſanctum. Eſt & verbum ſententia: ſeu enunciatio: quę vno ligatᷣ & ſtringitᷣ verbo. Teren. in adel. Poſtremo illud nõ meum verbum facio: qđ Mitio bene & ſapienter dixit.

¶ Verba dare eſt decipere. Terẽ. in an. Cui verba dare eſt difficile.

¶ Verba ad rem conferre: eſt hoc agere qđ dicit Terẽt. in heau. Verum ſi verba ad rem conferet: vapulabit.

¶ Verbale: quod a verbo deſcendit. vt lector a lego. doctor a doceo.

¶ Verbulum diminutiuum. Hiero. Secreta verbula nõ carent ſuſpitione.

¶ Verboſus: multiloquus. Cic. Habes epiſtolam verboſiorem fortaſſe q̃ velles.

¶ Verboſito as. verba profero. Hiero. Nullius eſt meriti ore diuina officia verboſitare: & miſera mente quæ intrinſecus imminẽt vagando circuire.

¶ Veriuerbium verus ſermo. Plaut. Tu repertus Philocratem qui ſuperes veriuerbio.

⁎ Verbaſeon hęrba ſimilis eſt verbenę: & pro ea ſæpe capitᷣ: folijs min9 cãdidis cauliculis plurib9 flore lutheo. C.

¶ Verbena ꝓprie vt ait Ser. Hęrba ſacra ſumpta de loco ſacro capitolij: qua coronabantᷣ fœciales & pater patrat9 fœdera facturi: vel bella idicturi. Abuſiue tñ etiã verbenas vocamus oẽs frondes ſacratas: vt eſt Laurus: oliua: vel myrtus. Terẽ. in an. Ex ara hinc verbenas ſume. Nã myrtũ fuiſſe Menander teſtatᷣ. Do. vero verbenas ait eſſe oẽs hęrbas & frondes feſtas ad aras coronãdas ex aliquo loco puro decerptas: quaſi hęrbenas. Plyni. li. xxij. ſcribit noie ſagminũ & verbenarum ſignificari gramen ex arce cum ſua terra euulſum. Idem lib. xxv. Verbenacam peculiariter vocat hęrbam quam græci Hierobotanẽ: quaſi ſacram herbam dicunt. aliqui Periſtereon: quaſi colũbariam. Sed i ſimplicibus quis melior: ac ſine cõparatione pręſtãtior q̃ Dioſcori. Hic igitᷣ de verbena ita ſcribit. περιστέριον φύεται ἐν τοῖς ἐφύδροις τόποις οἱ δὲ τριγώνιον οἱ δὲ βούνιον οἱ δὲ ἱερὰ βοτάνη οἱ δὲ φιλτροδότης αἰγύπτιοι πεμφεθέ προφῆται ἥρας δάκρυον οἱ δὲ αἷμα γαλῆς οἱ δὲ αἷμα ἑρμοῦ ῥωμαῖοι κρίστα γαλλινάκεα οἱ δὲ περιστερεῶνα ὀρθὸν ὀνομάζουσι. ⁎. i. verbena i aquoſis locis naſcitᷣ: aliqui trigonũ: alij bunion: alij ſacram hęrbã alij Philtrodotẽ ægyptij pepſete ꝓphetę Iunonis lachrymam: alij felis ſanguinem: alij Mercurij ſanguinem: Romani criſtam gallinaceam vocant.

¶ Vergiliæ ſtellę ſunt quæ & Pleiades: & Inſtitor veris dicuntur: ita appellatę ꝙ earum ortu ver finem facit: ſeu ꝙ circa ęquinoctium vernũ ſit earũ ortus matutinus. Sunt

autē ſeptem i tauro locatę: quarum ſigno exoriēte æſtas ſignificatur: occidente hyems oſtenditur. Earum exort⁹ fit circa quintū Idus Maias diſtans ab ęquinoctio verno vndequinquageſimo die.

¶ Vercellę iquit Hiero. ligurū ciuitas haud ꝓcul a radicibus alpiū ſita: oli potēs: nūc raro eſt habitatore ſeminuta.

¶ Vereor eris. itus. timeo. Sed ꝓprie vereri liberoꝝ q honeſtatis gratia mouenť. Timere ſeruoꝝ q formidine pœnę faciunt. Dictū Vereor a ve & reor: quaſi valde reor: qa ea q̄ timemus multi facere ac diu cogitare ſolem⁹. Huius cōpoſitū eſt reuereor: qd̄ eſt venerationi habeo: qd̄ eſt timor agēdi qd̄ rep̄hēdi poſſit. Hinc Reuerētia. Iuuc. Hic nullus verbis pudor aut reuerentia menſę.

¶ Verenda dicuntur loca quæ non niſi cum verecundia nominantur.

¶ Verecūdor verecūdia teneor. Ci. lib. iiij. de ora. Alterū cōtantē & quaſi verecūdantē icitabat. Verecūdus qui verecūdia teneť. Licet quādoqꝫ ꝓ audaci ſumať. Plaut. Sic eſt: vera ꝓdico: niſi etiā hoc falſo dici iſimulaturus es: nimis verecūda es. Verecūde aduerbium: cum pudore.

¶ Veredarius nūcius: curſor: ſiue tabellarius equeſtris: celeri celeritate litteras ꝓferēs. vt a Caballus Caballari⁹. Veredus eñ dicť equus velociſſimi curſus: quib⁹ vſi ſunt maiores in venatiōe. Mar. Parcius vtaris moneo rapiente veredo. Idē. Stragula ſuccincti venator ſume veredi. Talib⁹ noſtra tēpeſtate vtunť lancearij equeſtres ſtratioticos quos dicūt lāceas manib⁹ reciprocātes. Hiero. in li. Heſter. Epiſtolę miſſę ſunt per veredarios: & egreſſi ſunt veredarij celeres nuncios perferentes.

¶ Vergo gis. ſi. ſecundū Diomedē xi. ſum. ſignificat declino. Virg. li. xij. Quo vergat pondere lętam. Huius cōpoſita ſunt. Deuergo: deorſum vergo. a quo deuergētia pro curuatura. Gel. Nam quāta partium circuloꝝqꝫ cęli ex deuergentia & cōuexionibus quid varietatis ſit quis nō videt. Inuergo. Plau. in Cur. Ipſum expecto tangere inuergere in me liquores tuos.

¶ Verro ris. ri. ſum. ſignificat traho: a rete qd̄ verriculum dicť. Virg. Hinc verſa puluis inſcribiť haſta. Idē. Quippe ferāt rapidi ſecū verrātqꝫ per auras. Aliqñ verto. Idē. Adnixi torquēt ſpumas & cærula verrūt Aequora. Aliquādo Mundo. qꝫ trahēdo ſordes mundenť. Iuuc. Verre pauimētum: nitidas oſtende colūnas. Huius compoſita ſunt. Conuerro. Col. lib. viij. Diligēs paſtor quotidie ſtabulum conuerrit: nec patitur ſtercus aut humorē cōſiſtere. Cato. Villam cōuerſe mundeqꝫ habeat. Deuerro: deorſum verro. Euerro extra verro.

¶ Verriculum rete piſcatorium: qd̄ trahēdo e vado educiť. Verricula veteres pro articulo vſurpabant.

¶ Verretrū: mēbrū virile a verrēdo dictū. Hiero. Cur portas verretrū Paule: cur a ſexu fœminarū barba pilis aliaqꝫ mēbrorum qualitate diſtingueris?

¶ Verto tis. verti ſum. a vere dici putať: quoniā vere annus incipit verti. Virg. Gorgona deſecto vertentē lumina collo. Interdū traho. Virg. Et verſa puluis inſcribitur haſta. Interdū trāſfero: cū quippiā de vna i aliā linguam trāſferimus. Plau. Vertit barbare. Interdū cōſydero: voluo: agito. Sal. Exercitū vertere. Hui⁹ cōpoſita ſunt. Aduerto. Animaduerto. Auerto. Conuerto. Circunuerto. Diuerto. Euerto. Inuerto. Interuerto. Obuerto. Peruerto. Pręuerto. Reuertor. Subuerto. & Tranſuerto.

¶ Vertor: deponēs eiuſdem ſignificationis cum verto. Virg. Vertiť interea cęlum & ruit oceano nox. Hinc componuntur Reuertor & Pręuertor.

¶ Vertere ſolum dicebanť vrbe cedētes ſiue ob decoctā creditoribus pecuniam: ſiue ob exilium. Liu. lib. iij. Collegæ eorum exilij gratia ſolum verterunt. Cic. pro Ceci. Qui volunt pœnam aliquam ſubterfugere aut calamitatem: eo ſolum vertunt. i. locum mutant.

¶ Verſo as. frequētatiuum a verto. Hora. Vos exemplaria græca Nocturna verſate manu verſate diurna. Et eſt actiuum. a quo fit verſor deponēs. Vnde Controuerſor. Eſt autē verſari in aliqua re aſſiduum eſſe. Cic. In quibus propter illas iſanias ſubſtructiones facile mille hominū verſabať. Conuerſor & Diuerſor eiuſdē cum ſimplici ſignificantię. Augu. Sentiunt ſe eſſe peregrinos: ſic diuerſanť in opulētia diuitiarum ſuarum: quomodo viator in ſtabulo tranſiturus non poſſeſſurus.

¶ Verſatilis & le. pe. cor. qd̄ huc & illuc verſať: ſiue qd̄ idoneū eſt vt verſeť. vt gladi⁹ verſatilis: axis verſatilis. Ply. lib. xxxvj. Idem molas verſatiles Volſinę inuentas.

¶ Verſipellis: qui facile vertit pellē: hoc eſt vultum & apparētiā & quomodolibet faciē mutat. i. verſutus ac diſſimulator: qui modo vnū: modo aliud oſtēdit. Plau. i amp. proprie dixit. Verſipellē ſe facit quando lubet. Sunt qui dicant vulgo infixam opinionem eſſe homines i lupos verti: rurſuſqꝫ reſtitui ſibi.

¶ Verſutus: qui vertiť. Plau. in epi. Verſutiores q̄ rota figularis. Ci. li. iij. de na. deoꝝ. Verſutus a verſando dicť. cuius tanq̄ celer rota mēs verſať. Aliquādo tamē verſutus pro perito poniť. Plaut. Nec magis verſutū: nec quo careas ægrius. Proprie tamē verſuti dicunť qui mentem crebro ad maliciam vertūt. Hinc Verſutia calliditas malicia. Verſutiloquus & verſutiloquax.

¶ Verſicolor pe. cor. apud Iuriſconſultos dicť id qd̄ vertit & mutat colorē. Vñ veſtes q̄ ex lana nō tincta. i. natiuo colore ſunt factę: colorię dicunť: qa naturalē colorē hñt. ſiue albū: ſiue pullū: ſiue rufum. Quę vero i aliū colorem verſę ſunt verſicolorię. Proprie tamē a Ply. verſicolorię ſeu verſicolores dicunť: quę varijs coloribus cōſtāt: quaſi eos mutare inuicē videanť. vt eſt cauda Pauonis: & collum colūbę: & aqua maris. Liu. Punico bello iterdictum fuiſſe ne verſicoloribus veſtirenť. i. coloris varietate diſtinctis. Illud vero Virg. verſicoloribus armis. Exponit Seruius: depictis: propter qd̄ bellicoſus oſtēditur.

¶ Verſura: a verto is. dicť: cum aliquid vertiť. Var. lib. j. de re ruſt. Notant aliqui ex quibuſdam folijs propter eorum verſuram: qd̄ ſit anni tēpus: vt dici poſſit: vt olea & populus alba & ſalix. Horū eñ folia cum conuerterunt ſe ſolſtitium dicť fuiſſe. Item verſura dicť locus ad quē cum quis peruenerit reuertiť. Colu. lib. ij. Sulcum autem ducere longiorem q̄ pedum cētumuiginti contrarium pecori eſt: cum vētum erit ad verſuram i priorem partē iugum propellat: & boues inhibeat: vt colla eorum refrigeſcant. Item verſura eſt quam gręci campē vocant: flexus ipſe angulorū i ædificijs & parietib⁹ exterior: vt eſt apud Victr. Propter qd̄ & crura ipſa Vege. in iumētis gambas vocat: quaſi cāpas. Verſurā facere antiqui dicebant mutuo pecuniam ſumere: qꝫ initio q mutuabanť ab alijs nō vt domum ferrēt: ſed vt alijs ſoluerēt id faciebāt: & velut vertere creditorē videbanť. Do. Verſuram facere eſt æs alienum ex ęre alieno ſoluere. Hoc fit quādo æs alienum nobis conflatum fuerit: nec nobis tantum pecuniarū ſit vt id diſſoluere liceat: vbi diſſoluēdi tēpus aduenerit: mutamus creditorē ab altero. ſ. vſurarium æs accipiētes qd̄ alteri reddamus. Hiero. De morte Paulę. Liberalitas ſola excedebat modum: & vſuras tribuēs verſuram quoqꝫ ſæpe faciebat: vt nulli ſtipes rogantium denegaret. Ter. Verſuram ſolues. i. creditorē mutabis. Seneca. Ab Epicuro verſura faciēda eſt: qd̄ ſignificat mutationē ſentētię faciēdam eſſe ab epicuro. Cic. pro Cœlio. Nulli ſumptus: nulla iactura: nulla verſura.

¶ Verſoria apud Plautum videť eſſe inſtrumētum nauticum: ex quo ſoluturi cognoſcebant vnde flarēt venti: & an mare admitteret, cuiuſmodi fere apud nos magne-

tis vſus in eo vaſe quod pixidecula vocaẽ.

¶ Verſus a.ũ.pticipiũ.vt riſus verſus eſt in luctũ.

¶ Verſus us.carmẽ.a verto.Aug.li.ij.de ordine.Et ne
longius pedũ curſ⁹ pvolueret q̃ et⁹iudiciũ poſſet ſuſti
nere:modũ ſtatuit vñ reuerteret.Et ab eo ipſo verſum
vocauit.Interdũ verſ⁹ſignificat ordinẽ ſeu tractũ.Vir
gi.Ille etiã feras in verſum diſtulit vlmos.Interdũ can
tũ.Ply.Cantũ imitantur luſciniç iuniores verſũq; quẽ
imiteñ accipiũt.

¶ Verſus ppoſitio actũ requirit:& fere ſemp poſtpõit
Plaut.Ego portũ verſus pgam & pquirã:quẽ ſi non in
uenero:domũ verſus reuertar.Dicim⁹etiã Quoq; ver
ſus:quaq; verſ⁹:vtroq; verſ⁹.i.in vnãquãq; ptẽ.Quo
cunq;.i.in vtrãq; ptẽ verſ⁹.Habet qñq; adiũctã aliquã
ppoſitionẽ.vt ad occidẽtẽ verſus.Ad caſtra verſus.In
forũ verſus.Ci.in Læl.Is primũ in forũ verſus iſtituit
agere cũ populo.Qñq; aduerbiũ.vt ſurſum verſ⁹.Di
cimus etiã Verſum.Vnde aduerſum & aduerſus.

¶ Vertex:q & vortex:a verto is.pprie vertices dñr cõ
torti vẽti ac rotati:a qbus fit qui typhon vocaẽ.i.vibra
tus.Vortice:vt inquit Apul.in coſmo.torqtur humus
arida:& ab imo erigiẽ ad ſummũ.Vẽtus auctore Sene
ca li.v.naturaliũ q̃ſtionũ:aliquo pmõtorio repcuſſ⁹at
q; i ſe volutat⁹facit verticẽ:q circũact⁹& eũdẽ ambiẽs
locũ:ac ſe ipa vertigine cõcitãs:vertigo vocaẽ.Docet
Quin.li.viij.verticẽ eſſe cõtortã in ſe aquã:vl̃ q̃cquid
aliud ſilr̃ vertiẽ.Vir.Ingẽs a vertice põtus.Ci.li.ij.tuſ.
per trãſlationẽ vertice dolorũ dixit p vertigine rotatio
neq; q̃ in dolorib⁹circũagit:lãcinatq; pcordia.Inde p
pter flexũ capillorũ ps ſũma capitis dr̃ vertex.ſiue q̃a
ad occipitiũ id eſt decliue vertiẽ.Vñ dicere ſolem⁹ a vertice
vſq; ad calcẽ.i.a pricipio vſq; ad finẽ.Apul.tñ ad ver
ticẽ appellat qd̃ tenui cute capilliſq; cõtegiẽ:qui in do
gmate platonis ſic ſcribit.Deniq; ipſius capitis verticẽ
ſpect a tenui cute cõtectũ:capilliſq; hirſutum aduerſus
vim frigoris & caloris.Ply.li.xj.Binos hoim tñ aliqui
bus vertices dat cũ ait.Vertices bini hoim tñ aliquib⁹
capitis oſſa plana.ab hu⁹ſiĩtudine qd̃ in mõtibus emi
nẽtiſſimũ eſt:vertex appellaẽ:qm̃ q̃ ibi naſcunẽ:ptim i
dexterã:ptim in ſiniſtrã vertanẽ.Itẽ altiſſimç ptes cæli
quas græci polos vocãt:dñr verticea:q circa hos mũ
dus roteẽ.Vir.Hic vertex nobis ſemp ſublimis:at illũ
Sub pedib⁹nox alta videt maneſq; pfũdi.Propter qd̃
etiã cardines dñr a ſiĩitudie eorũ cardinũ circa quos val
luæ voluunẽ.Apud Vir.li.Ge.p aq̃lone ponit.Tẽpe
ſtas a vertice ſyluis Incubuit.Proprie tñ vñ initũ eſt
vortices antiqui p o litterã pnunciabãt.Prim⁹a plrica
nus p e vertices dixit.

¶ Vertebra pe.cor.ſiue vertibulũ dr̃ vbi ſũmæ oſſiũ p
tes nõ çqualiter finiũt:ſed qbuſdã craſſiorib⁹nodis cõ
globatç:& ſubſtringunẽ facil⁹neruis:& tuti⁹ vertũtur.

¶ Verticulũ inſtrumẽtũ qd̃ fuſo adhibeẽ:vt facil⁹ver
taẽ.Cu⁹diminutiuũ eſt verticillum.

¶ Vertigo pe.p.idẽ qd̃ vertex:morbus capitis ex fri
gidis & lẽtis humorib⁹ deuocatis oriẽ:ita vt ſic affecti
occaſiõe pua ſuccidãt.Dict⁹qm̃ ob oclos eorũ vortico
ſa q̃dam & rotatilia circũagi videanẽ.Græci Scotoma
ſiue Scotomiã vocant.

¶ Vertunus p ſimplex n ſicut portunus:dictus fuit de
us inuertẽdarũ rerũ.i.emendarũ ac vendendarũ.vl̃ vt
iquit Do.qui reb⁹ad opinata reuertẽtib⁹pẽſt.Sepe aũt
male cedit qd̃ bonũ putaẽ.& hoc eſt male vertiſſe.vt il
le gladius qui muneri datus eſt adminiculũ fuit reginç
peuntis.Terẽ.in adel.Quç res tibi male vertat.Vl̃ ver
tunus dictus eſt annus:a vertẽdo.Semp eñi cõuertiẽ fi
nito curſu.Hora.Viuere vertunis quotquot ſum nat⁹
iniquis.Vñ annus vertens cũ ſol ad ſignũ vnde cœpat

redit:vt inquit Vict.Vel diciẽ vertunus a verſo mutã
toq; curſu fluminis tyberini.Oui.li.ſexto faſt.Nomẽ
ab aduerſo cepet at amne deus.Vel dr̃ vertun⁹ q ver
tatur in quãcũq; figuram.

¶ Vertunalia:Vertuni feſta:q̃ fiebãt mẽſe octobri.

¶ Vertius:magnarũ virũ dr̃.Põpo.Homo in currẽdo
vertius qui cum Atlãte contendat.

¶ Verrunco as.ſignificat verto.

¶ Verpus:decorticatus:pellẽ nõ habẽs.Quo noſe etiã
dictus eſt digitus medius a vertendo podice.Et Iudei
dicti ſunt verpi.q auerſam ab alijs naturã habere vide
antur.Iuu.Eadẽ niſi ſacra colenti Quæſitũ ad frõtem
ſolos deducere verpos.Vel q patientes ſanguinis flu
xũ hoc digito vertẽdo podici vtunẽ.Et verpa mẽbrũ
virile.Mar.Nõ niſi p ſomnũ nũc arrigis & tibi Meui In
cipit in medios meiere verpa pedes.Dicta verpa ab in
uerſa pellicula.

¶ Vertagi:dicunẽ canes ſpõte in venationẽ exeũtes:p
dãq; domũ referẽtes.Mar.Nõ ſibi ſed dño venaẽ verta
gus acer Ille ego ſum leporẽ qui tibi dẽte feret.

¶ Verres ia.& verri nomen pprĩũ viri Rõani cõtra quẽ
Cicero oratiões habuit:q̃ Verrinç appellanẽ.Et verres
porcus nõ caſtratus diciẽ.

¶ Verũ:ſolidũ:ſyncerũ:nõ falſũ:q verno tpe ſole ari
etẽ ingreſſo oĩa vere naſcunẽ:partuſq; ad maturitatẽ
pueniant:cum alijs tpibus nata deficiant.Aug.li.ij.ſo
liloquiorũ.Verũ eſt qd̃ ita ſe habet vt cognitori videtur
ſi velit poſſitq; cognoſcere.Quidã hoc nomẽ a ve par
ticula q̃ vehementiã ſignificat:& res deducũt:quaſi nõ
verborũ inania ſonitus:ſed ſolida res.Hinc veritas di
cta ẽ & Verifico as.Aliqñ verũ diciẽ bonũ:çquũ:iuſtũ
par:& vtile.Hor.li.j.epiſtrũ.Metiri ſe quẽq; ſuo modu
lo ac pede verũ.Ci.li.iij.tuſ.Si maxime verũ ſit ad cor
pus omnia referre ſapiẽtẽ.Aliqñ ſumiẽ p veridico:ſi
cut econtrario falſum pro fallace.Terẽt.in and.Sũ ve
rua.Quando vero cõiunctio eſt:poniẽ pro ſed:& ſçpe
iungiẽ cum tñ vt verũtamen.& cũ eñ vero:vt Veruẽni
uero.Et cũ eñi.Ter.in adel.Verũeñi quãdo promeruit
fiat.id eſt certe.

¶ Vero aduerbium ſignificat certe:vere:& ponitur in
ſecundo loco orationis.Virgilius.Egregiam vero lau
dem & ſpolia ampla refertis Tuq; puerq; tuua.Eſt &
coniunctio affirmatiua.Cicer.Ego vero Serui vellem
vt ſcribis in meo grauiſſimo caſu affuiſſes.Interdum
eſt aduerſatiua:& ſignificat autem.Et in eodem loco
vtraq; hæc coniunctio poni poteſt:antecedente ſem
p aliqua dictiõe.Seneca.Honeſtã tibi puinciã delega
uerã:tu vero tãq̃ turpẽ recuſaſti.Interdũ expletiua eſt:
qñ ſcilicet ornat⁹tãtũ cauſa põiẽ.vt tu q dẽ ſcribis:ego
vero lego.Nuſq̃ eñ referẽ:ſed tantũ a ſententia ſenten
tiã diſtinguit.Poniẽ etiã p quinimmo.Seneca.Socra
tem cũ Platone:& Zenonẽ & Cleantem in animũ meũ
ſine dignatione recipiam?Ego vero illos veneror:& tã
tis noibus ſemp aſſurgo.Plyn.in pçfa.Proinde occu
pãtibus locũ faueo:ego vero & poſteria.Dicim⁹autem
Ageuero Saneuero.Iamuero.Enimuero.atuero.

¶ Vero as.verũ dico.Gelli⁹.Ex Ennio.Satin vates ve
rant ætate in agẽda.Eſt & verare vera repræſentare.Si
donius.Quoties verba grais carmine verat.

¶ Verax:qui vera dicit:& nõ mentitur:& plus eſt q̃ ve
rus.quia in ax terminara verbalia:copiã ſignificant:vt
bibax.Hinc veracitas:quç eſt ſermonis integritas.

¶ Veridicus q vera dicit.Similiter veriloquus.& veri
loquax:qui licet multa loquatur:non tamen mẽtitur.

✶Verificus & verifico verbũ eiuſdẽ ſignificatiõis cũ ve
ro verbo & ide verbalia verificatio & verificabilis.Cc.

¶ Veriſimile diciẽ id quod licet non ſit verũ:veri tamẽ

ſimilitudinem habet.

¶Vero fluui⁹ celtiberię a quo populi Verones dicti ſunt
circa eum habitantes.

¶Verona ciuitas Venetię a Gallis cōdita: duce Brēno. a
quo Brenona primo: deinde mutatis litteris: Verona di=
cta eſt: vt Iuſtinus li. xx. refert. quā Atheſis fluuius inter
fluit. Ex hac vrbe praeſtantes viri orti fuerūt. Catullus &
Aemilius Macer poetę: & vt falſo putāt Plynius & Gua
rinus orator & Zeno pōtifex ſanctitate clarus. Hinc fiūt
adiectiua: Veroncus & veronenſis.

*Verra ara fuit Romę ad quā orabant ne agrippę naſce
rentur. Cc.

¶Verruca pe. pro. locus in monte editior. Cato. Cenſeo
inquit ſi rem ſeruare vis faciundum: vt quadringētos ali
quos milites ad verrucam illam ire iubeas: eam vti occu
pēt iperes. Hinc caruncula eminens in corpore ſine pruri
tu: & vulgo porrus dicitur: verruca vocatur. Plyn. Ocy=
mū miſto atramēto ſutorio verrucas tollit. Serenus. In=
terdum exiſtit turpi verruca papilla. Hinc quondam Fa
bio verum cognomen adhęſit. Qui ſolus patrię cūctan=
do reſtituit rem. Huius diminutiuum eſt verrucula. Col.
li. viij. Caper cui ſub maxillis binę verruculę collo depē=
dent: optimus habetur.

¶Verrucoſus: homo verrucis plenus: & varias eminen=
tes ptes habens. Verrucoſa loca inęqualia & diuerſas par
tes eminentes habentia.

¶Verrucaria: hęrba q̄ verrucas tollit. Ply. Verrucas cum
ſale tollit ſuccus e folio. Vnde noſtri verrucariā hęrbā ap
pellauere. Alio noīe Heliotropium vocatur.

¶Veruex: ab inuerſis teſticulis dr̄. Eſt eīm mas iter oues
cui iuerſi ſiue adēpti ſunt teſticuli. Nam qui ad generan=
dā ſobolē iteger tenet̄ Aries dicit̄. Sectari⁹ veruex q gre
gē agnorū pręcedēs ducit. Inde fit veruecinus a. um. pe.
pro. Ply. Et Hyrcinus & Veruecinus adeps ei vtilis eſt.

¶Veru: i ſingulari eſt indeclinabile: i plurali habet oēs ca
ſus. ſignificat iſtrumētum ferreū cū cuſpide: quo carnes
ad ignē torrere ſolemus. Virg. Pinguiaq; i verubus torre
bimus exta columnis. a verſando deductū nomē: vt inqt
Varro. Nam ad ignē iugiter verſat̄. Hinc telum ad eius ſi
militudinē factum: veru dicit̄. Virg. Et tereti pugnāt mu
crone veruq; ſabello. Vn̄ Veruta pila dicunt̄: quae verua
habent praefixa. Hinc Luc. lib. viij. Caeſaries compreſſa
manu Pharioq; veruto. Et Veruti populi volſci dicti ſūt
q dolonibus in pręlio vterent̄. Virg. li. vij. Ge. Aſſuetūq;
malo Ligurē volſcoſq; verutos. Veru a gręcis dr̄ obelus.

¶Veruculum diminutiuum paruum veru: inſtrumentū
quo fabri vtunt̄ e ferro. Ply. Spuma ex argento ſublata
veruculis ferreis atq; in ipſa flāma conuoluitur veruculo
vt ſit modici ponderis.

¶Vermis a vertendo dicit̄: q ſeſe torquendo repat. Hu=
ius diminutiuum eſt Vermiculus.

¶Vermina dolores corporis: qui quodam minuto mo=
tu quaſi vermes ſcindere vident̄. Ply. Magi eo vermina
& dyſintheriam curari putant.

¶Vermino as. pen. cor. vermes habeo. Cor. Cęlſus. Ni=
hil eſt pernicioſius pueris dum verminant. Hinc vermi=
natio pro morbo pręſertim in iumentis. Seneca. Morbo
rum prima verminatio vexat. Hinc verminatur pro tor
quetur. Var. Septimo menſe verminari coepit: partū pu
tauit propinquum.

¶Verminoſus qui vermes habet. Vnde verminoſae au=
res: quae intus vermes habent.

¶Vermiculor aris. vermiculos facio. Ply. Vermiculant̄
magis minutę q̄dā arbores oēs tn̄ fere. idq; aues caui cor
ticis ſono experiunt̄. Hinc vermiculari minuta opera fa=
cere. Et vermiculata opera dicunt̄ q̄ paruis teſtulis elabo
rata ſunt: qualia q̄ muſaica vocāt. Muſca eīm appellātur
quę in ędificijs ex pumicibus depēdentia fiunt ad imagi
nē ſpecus reddēdam. Ply. Vermiculatis ad effigiem rerū
& aialium cruſtis. Et vermiculatim minutim.

¶Veſanus pe. prod. vecors: crudelis: furioſus. a quo ve
ſania vecordia.

¶Veſcus a. ū. a ve & eſca cōpoſitū eſt: & ſignificat cū edē
di faſtidio. Sic Lucil. appellat veſcū: vt id dicat̄ qd̄ i eſca
& cibatu appetit̄: & id faſtidioſum eſt. Feſtus etiam ſcri=
bit veſcū ſignificare faſtidioſū & edacē. Veſcū quoq; dr̄
quicqd ad eſcā ptinet: & qcqd edibile eſt. ab edēdi itē̄ nōe
Vn̄ Lucr. veſcū ſalē. vt ve habeat vim augēdi itē̄ dēdi ve
veſcūq; papauer. q videlicet i cibis adhibeat̄. Et veſcas
ſalicū frondes: q̄ in eſcis iuuēcorum ſunt accōmadatę. Rur
ſus veſcū ponit̄ p puo & minuto. Vn̄ & apud Marſos lin
gua vernacula cū dicūt maluā veſcā: itelligunt de ea quā
paruā dicūt. Oui. li. ij. faſ. Nūc vocor ad nomē vegrādia
farra coloni: Quę male creuerūt: veſcaq; pua vocat. Ply.
li. vij. Corpore veſcos eē: ſed eximijs virib⁹. Hic veſculi
male curati & graciles hoies nūcupant̄. Et aranearū telae
veſcę dicunt̄. Ser. Qui frōdes ſalicis veſcas: p teneris &
arētibus expoſuit: iure icellitur: niſi pro gracilibus & ma
le habitis acceperit. Fere eīm quęcunq; macilenta & male
curata ſunt haec tum ſicca eſſe: tum tenera. i. iniurijs obno=
xia frangiq; ac pati mollia.

¶Veſcor eris. proprie cibo vtor. Virg. Veſcit̄ Aeneas ſi=
mul & troiana iuuētus Perpetui tergo bouis. Et ſic con=
ſtrui poteſt cū accuſatiuo. Hier. in Leui. Vt offerat pro ſe
duos paſſeres viuos quos veſci licitū eſt. Improprie pro
vtor alibi poſuit. Q; ſi fata virum ſeruāt: ſi veſcitur aura
aetherea. Ponit̄ quandoq; pro video. Actius. Priuſq̄ in=
fans facinus admittat: oculi veſcuntur tui.

¶Veſſica pe. pro. folliculus: i quo vrina colligit̄ infra al=
uum a priore parte. Caper tn̄ Venſica per n. proferri cen=
ſet: q nō ſit ſine vēto. Hor. Et diploſa ſonat quantū ven
ſica pepedi. Hier. tn̄ & veſſicā: & diminutiuū veſſiculam
appellat id quo aues cibū continēt: vt in Leuitico. Veſſi=
culas gutturis & plumas proijciet prope altare.

*Veſſicaria hęrba ē ſic dicta q veſſicę medeat̄ & calculis.

¶Veſta: Saturni filia ex Ope q̄ pro terra quādoq; ſumit̄
eo q rebus oīb⁹ veſtiat̄. ſeu quia vi ſua ſtet. Oui. lib.
vj. faſt. Stat vi terra ſua: vi ſtādo veſta vocat̄. Ser. Veſta
dicta ἀπὸ τοῦ ἑστίας: vt digomos ſit adiecta ſicut et ver.
Enetus: venetus. Interdū ponit̄ p igne. Idē. Nil aliud ve
ſtā q̄ purā intellige flāmā. q ignis ſiue flāmae dea eſt. Et
quidā dicūt nihil aliud a veſtalibus virginib⁹ i ęde veſtae
q̄ inextinguibilem ignē aſſeruari. Qui ſi forte fuerit ex=
tinctus nequaq̄ reparari fas erat ex hoc igne hūanis ma=
nibus elaborato: ſed accēſa per fomites ex ſole flāma pu
rus & caeleſtis ignis eliciebat̄. Fuit etiam hoc noīe virgo
perpetua: cui veſtales virgines ſacrificabant.

¶Veſtibulū: a ve particula q̄ diu ſignificat: deducit̄. Eſt
eīm locus ante ianuā domus vacuus: p quē a via ad ędes
itur. Plau. in muſ. Vide veſtibulū ante ędis hoc & ambu=
lacrū cuiuſmodi. Nā qui domos amplas antiquit⁹ facie=
bāt: locū ante ianuā relinquebāt: qui iter fores domus &
viam medius eſſet. In eo loco qui dn̄m eius domus ſalu
tatum venerant: priuſq̄ admitterent̄ conſiſtebant: a qua
conſiſtione & quaſi conſtabulatione veſtibula appellata
ſunt ſpatia i quibus multū ſtaret̄: ab aduenientibus priuſ=
q̄ intromitterent̄ in domum. Alij veſtibulum a ve priua
tiua deduci volunt: referētes non ad eos qui aduenunt:
ſed ad eos qui in domo cōmanēt: quoniam illic nunq̄ cō
ſiſtant: ſed ſolum trāſitus cauſa ad hunc locū veniunt ex
eundo ſeu redeundo. vt ſit veſtibulum: non ſtabulum. ſi
cut veſanus nō ſanus. Poteſt etiam dici veſtibulum pri=
ma pars ianuę: q ianuā veſtiat. vel vt Ouidi. ait: a veſta:
q ea potiſſimū pars in ędificio ſit veſtę conſecrata. Ideo

pucllæ cum nubunt: nõ tangunt pede veſtibulum: ne nu mini dicatum locũ calcãtes ſacrilegium cõmittant. Luc. Tranſlataq; vetat contingere limina planta. Nam in pri mis igreſſibus & in ſpatijs domorũ veſtę: hoc eſt arę & fo ci ſolebãt haberi. Oui. li. vj. faſt. Hinc quoq; veſtibulũ di ci reor vñ p̃camur: Quã famur veſtã q̃ loca prima tenet.

℄ Veſtis: a velando: ꝙ corpus velet: ſeu a vellere: qđ eſt vniuerſę ouis lana. Et eſt generale indumẽtum: tam viri le q̃ muliebre: quo cõtinent̃ omnia: lanea/linea/ſerica/bõ bycina: quę iduendi: p̃cingẽdi: tegẽdi: amiciendi: iſternẽ di: accubãdiq; cauſa apparata ſunt: & quę acceſſionis iu re cedũt quæ ſunt. Inſititę picturę clauiq; qui veſtibus in ſuunt̃. Ponit̃ interdum veſtis pro barba. Vnde Iuneſtes imberbes appellantur.

℄ Veſtio is. iui. itũ. a veſte fit: ſed trãſfert̃ etiã ad alia. Et plęrũq; conſtruit̃ cũ ablatiuo. Ci. de natura deoꝝ ad ocu los tranſtulit cũ ait. Primũ oculos mẽbranis tenuiſſimis veſtiuit: & ſepſit: quas primũ perlucidas fecit. Col. lib. v. ad arbores. Vbi ſe frõdibus veſtierint teneris caulib⁹ nec dũ adultis modus adhibẽdus eſt. Hier. ad parietes. Qui domos arboribus veſtiunt. Huius compoſita ſunt. Cõ ueſtio. Circumueſtio. Superueſtio. Ply. li. xvj. Imagines rerum tenui folio breuiq; & viridi ſuperueſtiens.

℄ Veſtiarium locus in quo veſtes vel ſeruant̃ vel vendũ tur. Aliquando veſtiarij noie veſtitus intelligit̃. Vide ĩ di ctione Calcearium.

℄ Veſtiarius: qui veſtiario pręeſt: ac veſtes vẽdit.

℄ Veſtiſpicus: & veſtiſpica pe. cor. ſeru⁹ ſiue ancilla cuſto diens veſtes. ꝙ frequẽti diligẽtia veſtes inſpiciant. Plau. Tũ familia tota veſtiſpici victor auri cuſtoa. Afra. Nouit non inſciam ancillulam veſpere & veſtiſpicam.

℄ Veſtiplica mulier quæ complicat veſtes.

℄ Veſticeps puer qui iam veſtitus eſt pubertate: qui bar bam emiſit.

℄ Veſtiſſimus a. um. qđ eſt optime veſtitum. Col. li. viij. Id pecus q̃uis ex omnibus animalibus veſtiſſimum: fri goris tamen impatientiſſimum eſt.

℄ Veſper pro ſtella quę Venus dicit̃: ſeu pro vltima par te diei generis maſ. Sta. li. x. The. Sed veſper opacus lu nares iã ducit equos. Sed & apud antiquos foe. generis i uenit̃. Hęc ſtella etiã veſperugo & veſpera a latinis & veſ perus ſeu heſperus a gręcis dicit̃. Virgi. Ite domũ ſaturæ venit Heſperus ite capellę. Eſt autẽ veſper æmulus ſolis & lunę. Sed cũ ſolẽ p̃cedit dicit̃ lucifer: vt alter ſol. Et an te ortũ ſolis apparet in oriente. & in occaſu ſolis refulgẽs veſper appellat̃: quaſi vicem lunę reddẽs. Videturq; i oc caſu ſtatim poſtq̃ ſol occidit. Idẽ iubar a Pacuuio appel lat̃. Sed & hoc veſper hoc veſperũ & hæc veſpera ab au ctoribus vſurpat̃: pro ſero diei quo ea ſtella apparet: ſeu apparere ſolet. Hier. in Leui. Qui tetigerit morticina eo rũ immũdus erit vſq; ad veſperũ. Aug. Iam ſi placet au diamus ſiliũ mane rapiẽtem: ad veſperã eſcas diuidẽtem. Hinc fit aduerbiũ veſperi: qđ ſignificat principio aduen tus noctis. Id tẽpus græci ἕσπερα vocãt. Inuenit̃ etiam Veſper a. um. Vnde cum veſperum dicim⁹ neutro gene re intelligimus tẽpus. Ply. li. xviij. His horę rigandi ma tutina atq; veſpera. Idem. Matutinũ tẽpus atq; veſperũ.

℄ Veſpertinus. a. um. qđ fit veſperi. vñ orationẽ veſper tinam dicimus.

℄ Veſperare eſt veſperã fieri. Gel. Taurus philoſophus accipiebat nos Athenis coena plęrũq; ad id diei vbi iam veſperauerat. Id eñ eſt tempus iſthic coenandi.

℄ Veſperaſcit ſerum diei fit: a quo Aduesperaſcit & In ueſperaſcit. Ter. Cur vxor non accerſitur/ iam adueſpe raſcit. Liui. lib. xxxix. Iam inueſperaſcebat.

℄ Veſperna coena apud veteres dicebatur. Nam vt Fe ſtus inquit. Coena vocabatur qđ nunc eſt prandium. Ve ſperna quam nunc coenam appellamus. Quod cõuiuiũ non niſi aduentante nocte inibant priſci.

℄ Veſpa animal paruũ volatile api ſimile: ꝙ veſperi mu ſcas venetur in cibo.

℄ Veſpaſianus nomẽ impatoris Romani: de quo Dion ita ſcribit de ipſo ἰώσηπος δὲ ἀνὴρ ἰουδαῖος ἀχθεὶς ἀπὸ ἀυτοῦ πρότερον καὶ δεθεὶς ἐγέλασε καὶ ἔφη νῦν μὲν μεδήσεις μετὰ ἐνιαυτὸν δὲ λύσεις ἀυτοκράτωρ γενόμενος· οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ ὐεσπασιανὸς εἰς τὴν ἀρχὴν ὡς καὶ ἄλλοι ἐγεγένητο. .i. Ioſepus vir Iudæus adductus ab eo priuſq; ligatus riſit & ait Nunc quidem me li gabis poſt annum vero ſolues imperator factus. Sic au tem Veſpaſianus ad imperium natus erat.

℄ Veſpillo vilis cadauerum funerator: ꝙ veſpertino tẽ pore mortuos efferre ſoleret: qui funebri pompa propter inopiam non poterãt efferri. Vnde & funera a funalibus dici autumat Do. quia noctu efferebantur ob ſacrorũ ce lebrationem diurnam. Mar. Qui fuerat medicus nũc eſt veſpillo diaulus.

℄ Veſpertilio incertæ naturę eſt. Volat eñ pinnatis alis: ſed inter volantia non eſt habẽdus: ꝙ quattuor pedibus graditur: formatq; pullos parit & nutrit lacte quos gene rat. Dictus veſpertilio ꝙ veſpere ſe advolatum proferat noctis. Amb. Veſpertilio animal ignobile a veſpere no men accepit: eſt autem volatilis eadẽq; quadrupes & den tibus vtitur quos in alijs reperire nõ ſoleas. Parit vt qua drupedia nõ oua/ ſed pullos viuẽtes. Volitat in aere auiũ more: ſed crepuſculo veſpertino conſueuit effundi: non aliquo volatu pinnarum: ſed membranæ ſuæ fulta remi gio quo ſuſpenſa velut pinnarũ volatu circunfertur atq; vegetatur. Var. Factus ſum veſpertilio: neq; in muribus plane: neq; in volucribus ſum.

℄ Veſulus pe. cor. mons ligurię iuxta alpes inter cęteros clariſſimus. ex cuius radicibus Padua erumpit.

℄ Veſeuus pe. pro. mons iuxta Sarnũ fluuiũ nõ longe a neapoli bonitate vini celebratus qui ſemp emittit fumũ & ignes ſicut Aetna in Sicilia. Hic mõs amoeniſſimis olĩ habitatus agris excepto vertice q̃ vt ait Stra. li. v. Cine roſus eſt & cauernoſus petris exuſtus: quas color ĩdicat igni abroſas fuiſſe. Virg. li. ij. ge. Et vicina Veſeuo ora iu go. Hic vt q̃dã voluẽt dictus eſt Veſuui⁹: & p ſyncopã veſ ui⁹ appellat̃ a cõflagratiõe. Nã Veſuiæ fauillę dicunt̃. qui Tito imperãte ruptus i vertice tantũ emiſit incẽdij: vt re giones vicinas incẽderet. Alij ſicut Ser. dicũt Veſuuium eſſe mõtẽ Cãpanię. Veſeuum vero liguriæ ſub mõtibus. De hoc Veſuuio Mar. libr. iiij. Hic eſt pampineis viridis Veſuuius vmbris. Et ſubdit. Cuncta iacent flãmis & tri ſti merſa fauilla: Nec ſuperi vellent hoc licuiſſe ſibi.

℄ Veſtigiũ pedis impreſſio. i. ſignũ qđ a pede relinquit̃. Virg. lib. iij. ge. Et gradiẽs ima vertit veſtigia cauda. Po nit̃ q̃nq; pro extrema parte pedis. Idem li. v. Veſtigia pri mi Alba pedis frontẽq; oſtẽtãs arduus albã. Per tranſla tionẽ ponit̃ pro quocũq; rei geſtæ indicio ſeu ſigno. Leo papa. Vt ſicut omnibus profuit ꝙ poſt reſurrectionẽ do mini veſtigia vulnerũ in carne eius Thomæ apoſtoli ex plorauit manus: ita ad noſtram vtilitatẽ proficeret: ꝙ in fantiam ipſius magorum probauit aſpectus.

℄ Veſtigo as. pe. pro. quero: quaſi veſtigia ĩdago. a veſti gijs tanq̃ indicijs dictũ. Ci. lib. iij. de ora. Ipſa tractatio & quæſtio quotidie ex ſe gignit aliquid qđ cum deſidioſa delectatione veſtiges. Huius compoſita ſunt Inueſtigo: & Peruestigo. quæ ſignificant quærendo inuenio.

℄ Veſtini ppl'i Italię iter Mauricinos Sabioſq;: apđ quoſ olĩ fiebãt caſei laudati. Mar. Si ſine carne voles ientacula ſumere frugi: Hęc tibi veſtino de grege maſſa venit.

℄ Veter ſenex. adiectiuũ triũ generũ. En. Cũ veter occu buit Priam⁹ ſub marte pelaſgo. Hic veterior & veterrim⁹

Plaut.in bac. Senẽ tibi dedo illum veteriorem lepide:vt
lenitum reddas. Treba. Ciceroni. Pro noſtro veternimo
veriſſimoqꝫ amore.

❡Vetus qdã dici putãt:quaſi vietus:hoc eſt ſine vi.ętas
eñ debilitat vires. Alij a ve valde & ętas. Et plęrunqꝫ ad
laudẽ. Vñ dicimꝰ apud veteres eos videlicet auctoritatis
plenos ſignificantes. Interdũ ad vituperationem referť.
Ter.i an. Sed q maliuoli veteris poetę maledictis reſpõ-
deat. Et eſt generis oĩs cuius diminutiuũ eſt Vetulus.

❡Vetuſtus a.um.idem qđ vetus. Liu.lib.j. Poſſe quidẽ
ſe vetuſto iure agere. Hinc vetuſtas antiquitas.

❡Vetuſteſco vetus fio. Col.lib.j. Apothecę recte ſuper
ponentur his locis:vnde plęrũqꝫ fumus exoritur:cum vi
na celerius vetuſteſcunt:quę fumi quodam genere prę-
cocem maturitatem trahunt.

❡Vetereſco idẽ qđ vetuſteſco. Colu.lib.ij. Aptior tñ eſt
ſurculis hoĩs vrina quã ſex menſibꝰ paſſus vetereſcere ſi
vitibꝰ aut pomorũ arboribꝰ adhibeas. Hic cõponiť inue
tereſco:qđ eſt valde vetus fio:ſeu valde i cõſuetudinẽ ve
nio. Nigidius differẽtiam ponit inter vetuſteſcere & vete
reſcere:ꝙ quę vetuſtate deteriora fiunt vetuſteſcere dicã
tur. Vetereſcere quę meliora. Sed Col.li.vij.docet vete-
reſcere ſiue inuetereſcere nõ ſemper in melius dici. Sed ſi
iam(iquit)inueterauit morbus vehemẽtioribus eſt opus
remedijs. Sed de Inuetero ſupra habitum eſt.

❡Vetero as.vetus reddo:a quo vetereſco:vbi a mutať i
e. Et compoſitum eſt Inuetero:a quo inuetereſco.

❡Veterator auctore Donato eſt homo aſtutia vetꝰ & in
omni re callidus:a multarũ rerũ gerendarũ vetuſtate. Eſt
autẽ nomẽ verbale qđ a vetero & a vetereſco venire poſ
ſe videť. vt cũ in paſſiua ſignificatione poſitũ eſt a vete-
reſco pro veteratus accipiať:quaſi ſenex factus. vt Vlp.
Pręcipiũt ędiles ne veterator pro nouicio vęneat. Vete-
rator vero a vetero idẽ eſt qđ deceptor:quaſi vulpes. q̃-
uis pro veteratore i aſtutia etiam ſumi poſſit. vt eſt illud
Terẽ.in An. Quid hic vult veterator ſibi?

❡Veteranus quãdoqꝫ veterẽ ſignificat. vñ veterana mã
cipia q̃ a nouicijs diſtinguuť. Veterana quę anno conti-
nuo ſeruiuerũt in vrbe. Nouicia intelliguť quę anno nõ
dũ ſeruiuerunt. Aliquãdo legionariũ:vel eũ qui honeſte
aliquando militauit:& iam eſt a militia abſolutus.

❡Veteraneus a.um.qđ eſt vetus. Col. Si ſint veteraneę
vineę:vt ſeparatos ſulcorum cuiuſqꝫ generis per ſingu-
los hortos inſeremus.

❡Veterina aĩalia dicuť ad vecturã idonea q̃ aliquid ve-
here poſſunt quaſi vẽterina ꝙ ad vẽtrẽ onus religatũ ge
rãt. Ply. Vngulę veterino tantũ generi renaſcuntur.

❡Veterinarius q veterinorũ curã gerit:& veterina ducit
qui apud nos cõſueuit etiã illa locãda domi nutricare ad
quęſtũ. Vñ equos mulos aſinos meritorios vocitamus.
Col. Nã & arator reperiť aliquis bonꝰ & optimus foſſor:
aut foeni ſector:nec minus arborator & vinitor:tũ etiam
veterinarius & probus paſtor. Et Veterinarij medici ſunt
veterinorũ.hos nũc vulgus Mereſcalcos appellat. Col.
li.vij. Solent etiam faſtidia cibo afferre vitioſa incremen
ta linguę quas ranas veterinarij vocant.

❡Veterinarius a.um.qđ ad veterinariũ pertinet. Col.li.
viij. Quare veterinarię medicinę prudẽs eſſe debet peco
ris magiſter.

❡Veteramentarius ſutor calcearius:qui veteres calceos
reficit. Eaqꝫ forma dicitur veteramẽtarius:qua ab armẽ-
to armentarius:a ferramento ferramentarius. Sueto.de
Vitellio. Caſſius Seuerus nec minus alij eundem & ſuto-
rem veteramentarium prodiderunt.

❡Vetulonium ſeu Vetulonia locus in Hetruria.

❡Veternus morbus ex nimio ocio perpetuũ ſomnũ in-
ducẽs. Hunc Auicẽna & medici recẽtiores ſubetum ſiue
ſubetiam:Graeci lethargũ nominãt. Et quia hic morbus
pigros hoĩes facit & ad negocia inutiles quẽadmodũ ſe-
nectus:ideo veternus quãdoqꝫ pro pigricia poniť. Virg.
li.j.ge. Nec torpere graui paſſus ſua regna veterno. Qñ-
qꝫ pro nimia dormitiõe. Ply. Primis diebus bis ſeptenis
tã graui ſomno vrſi premuntť:vt ne vulneribus quidẽ ex
citari queant:tũc mirũ i modũ veterno pingueſcũt. Hinc
veternoſus qui graui premitur ſomno. Cato vero veter
noſum appellat Hydropicũ cũ inquit. Veternoſus q̃ plu
rimum bibit tam plurimum ſitit. Ter. Eunuchum veter
noſum.quia ſegnis eſt quaſi veternum patiatur.

❡Veto as.aui.atũ.& Veto tis.tui.titũ.pe.cor.ſignificat
prohibeo:& nequid fiat ĩpero. Vñ in actibus apoſtolicis.
Vetati ſunt a ſpiritu ſancto loqui verbũ dei i Aſia. Sed i
raro vſu eſt talis locutio. Liu.li.ij. Illi victi ira vetuere red
di. Ouidi. Nitimur i vetitum ſemper cupimuſqꝫ negata.

❡Vexo as agito:moleſto:ꝑturbo:& huc illucqꝫ diſtraho
Tractũ ab eo qđ eſt veho:i quo ineſt tã vis q̃dã alieni arbi
trij. Nõ eñ ſui potẽs eſt:q vehiť. Vexare aũt vi atqꝫ mo-
tu ꝓculdubio vaſtiore eſt. Nã qui huc illucqꝫ trahiť:hic
vexari proprie diciť. ſicut taxare preſſius crebriuſqꝫ tan-
gere. Iactare multo fuſius largiuſqꝫ iacere. Quaſſare etiã
q̃ quatere grauius violentiuſqꝫ. Virg. Candida ſuccinctã
latrãtibus inguina mõſtris Dulichias vexaſſe rates. Lac-
tã.de ira. Et iuſti ab iniuſtis impune vexãtur. Huius cõ-
poſita ſunt Deuexo valde vexo: Diuexo varie vexo.
Lactã.lib.vij. Vt ſi forte tamen fuerint boni prędę ſint
ſceleratis:ac diuexẽtur vndiqꝫ ab iniuſtia.

❡Vexillũ quaſi paruũ velũ:& accipiť pro ſigno quo i ex
ercitu aut claſſe imperatores vtunť. Vnde vexillifer.

❡Vexillarius qui vexillũ defert. Liu.li.viij. Ordo ſexa-
genos milites:duos Centuriones:vexillariũ vnũ habet.

V. ante F. & I.

❡Vfens fluuius qui labitur per pontinas paludes.q etiã
Aufentum a quibuſdam dicitur.

❡Via dimidius actus qua poteſt ire vehiculũ. Via inquit
Paul. Cõſtitui vel latior octo pedibꝰ:vľ anguſtior poteſt
vt tñ eã latitudinẽ habeat qua vehiculũ ire põt:alioquin
iter ſit nõ via. Abuſiue tñ ſumiť pro omni loco per quẽ
habere iter oĩbꝰ licet. Ply. Cũ te de via vocaſſem. Aliquã
do ſumiť pro ipſo actu eũdi. Cic. Cũqꝫ de via languerẽ &
mihimet diſplicerẽ. Aliqñ pro ratione. Virg. Inueni ger-
mana viã gratare ſorori. Aliqñ pro cõſuetudie. Ter. Sed
via peruulgata patrũ quotidie accuſabam. Dicta via ab
eundo quaſi ia:ꝙ per eam eatur:vel a vehendo quaſi ve
ha:ꝙ per eã fructus ad villã vehunť:vel per quã vehicu-
lum ire poteſt. A via fiunt adiectiua Auius. Inuius. Ob
uius. Dubius. Peruius. Pręuius. Deuius. Biuius. Triuiꝰ
Quadriuius. Semita quaſi ſemis via.i.anguſtior via.

❡Viã facere eſt locũ vbi nõ erat via aperire. Viã munire
eſt reficere expurgare. Interdũ lapidibꝰ ſternere.qđ ꝓprie
ſternere viã dicimꝰ. Ci. Ideo ne Appius ille cęcus viã mu
niuit:non qua populus vtereť:ſed qua poſteri ſui latroci
narenť? Hoc etiam verbo per tranſlationẽ vtimur de cor
poreis ad icorporea. Quiti. Propterea ꝙ plurimi aucto-
res q̃uis eodẽ tenderent diuerſas tamen vias munierunt:
& in ſuam quiſqꝫ induxit ſequentes.

❡Viator q viať.hoc eſt iter facit. Amb. Eſt bonꝰ viator
qui diſpẽdiũ regreſſiõis reliq itineris cõpẽdioſa celeritate
cõpẽſat. Et viatores dicebanť q magiſtratibꝰ parebãt:eo
ꝙ plęrũqꝫ euocabanť ex agris hoĩes ad magiſtratꝰ:& fre-
quẽs eoꝝ ab agris ad vrbẽ via erat. Col.in pręfa. Illis tẽ-
poribus proceres in agris morabanť:& cũ conſiliũ publi
cũ deſyderabatur a villis arceſſebanť in ſenatum:ex quo
qui eos arceſſebant viatores nominati ſunt.

¶Vio as. aui. atũ. ſignificat iter facio. Vñ viator q viat.

¶Viatori⁹ a. ũ. qđ ad viã ptinet. Vñ viatoriũ vas quo iter agentes ferendi potus gratia vtuntur. Ply. Vaſa viatoria ex taxo vinis in gallia mortifera fuiſſe compertũ eſt.

¶Viaticũ dicitur quicqd iter agendi cauſa neceſſariũ eſt ſiue cibus ſit: ſiue pecunia ad victũ expēdēda grece. ἐφόδιον dicit̃. Plau. i cap. Sequere me viaticũ vt dē a trapezita tibi. Aliqñ capit̃ p facultate ſeu appatu. Q. Claud. i ānalib⁹. Simul forma factis eloquētia dignitate acrimonia cōfidētia piter p̄cellebāt: vt facile itelligeret̃ magnũ viaticũ. i. magna facultas: magn⁹ apparat⁹. Hu⁹ diminutiuũ ē viaticulũ. Apul. li. vij. đ aſi. Viaticulũ mihi corraſi.

¶Viaticor aris. viaticum paro. Plau. in Menæ. Viaticati hercle æſtiue ſumus.

¶Vibex icis. pe. pro. ſignũ verberis in humano corpore remanens. q vi fiat. Ply. li. xxx. Verbeꝝ vulnera atq vibices pellibus ouiũ recētib⁹ impoſitis obliterant̃. Perſius. Si puteal multa cautus vibice flagellas.

¶Vibij populi trans rhenũ quos voluntarios Agrippa in citeriorem ripam tranſtulit.

⁎Vibo oppidum i Brutijs prius a Locris ædificatum & Hippo vocatum. Cc.

¶Vibro as. moueo: & quaſi vi agito. Virg. Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. Per tranſlationem vibrare ſignificat vocem in cantando criſpare.

¶Vibriſſæ ſeu vibriſſi ſunt pili in naribus hominum q his euulſis caput vibretur.

¶Vicē & in ablõ vice ſolũ i ſingulari. In pl'ali habet oēs caſ⁹. Dictę ſũt vices vt qdã aiũt a vi qđ veteres p pugnis vſurpabāt: qñ p viciſſitudinē pugnet̃. Plau. Vices eius memorat & cicatrices denudat. Itē p pœnis & icõmodis q vi fiant. Hor. lib. j. car. Viceſq superbæ te maneant ipſum. Quoniam vero per viciſſitudinem pugnari ſolet: factum eſt: vt vices pro alternatione capiamus. Interdũ pro periculo. Virg. Nec tela nec vllas vitauiſſe vices Danaum. Quãdoq pro loco. Hor. Vtar vice cotis acutum Reddere quæ ferrum valet exors ipſa ſecandi.

¶Viciſſim aduerbiũ ſignificat p vices ſiue alternatim: vt viciſſim incũbunt oneri. i. modo vnus mõ alius incũbit oneri. Vir. Nos tñ hęc quocunq modo tibi noſtra viciſſim Dicem⁹. Quod vernacula ligua dicimus. La volta noſtra. Qñq ſignificat ſecũdo loco ſiue ecõtrario. Ci. in Læl. Sed ego admiratione quadã virtutis eius: ille viciſſim opinione fortaſſe nonnulla quã de moribus meis habebat: me dilexit. Plautus i Cur. pro etiam ſiue vt ita dicam reſpondēter poſuit. Sed cum adhuc naſo odos ē obſecutus meo: da viciſſim meo gutturi gaudiũ. Similiter Ci. Appio pul. Hoc ego meo facto delector. Nihil ei potuit fieri amantius: conſidera nunc viciſſim tuum.

¶Viciſſatim per vices. Plaut⁹. in pe. Ad argumentum nunc viciſſatim volo remigrare.

¶Viciſſitudo alternatio. Ci. Luceio. Nihil eſt apti⁹ ad delectationē lectoris q̃ tēporũ varietas: fortunæ viciſſitudines. Itē ſignificat reſponſionem: quod vulgo dicitur Cõtracãbium. Amb. Et pro hoc opere quaſi viciſſitudinē a deo poſtulãs adiecit. Tu aũt dñe ne elõges &c. Dicit̃ etiam viciſſitas: Actius. Viciſſitatemq imputãdi tradit.

¶Vicarius caria: carium: quod vicē alicuius gerit. Quintilianus. Vicariam ei operam impendi. Cice. Vicaria ſolutio rerum creditarum id eſt vicem reddens.

¶Vicia gen⁹ grani a viciēdo dicta q capreolos habeat: vt vitis quibus ſurſum vorſum ſerpit. Etenĩ ſcapum lupini altũ vel calamũ ad quē hęreat id ſolet vincire. vel dicitur a græco: quod illi βικίον neu. gñe. Ply. li. xviij. Naſcũtur in vicia cochleæ minutæ erodentes eam.

¶Viciarius a. ũ. qđ ad Viciã pertinet: vt cribrũ viciariũ apud Col. li. ix. Idē li. xij. ſubſtantiuũ poſuit cũ ait. Hoc eodē tēpore ſtercoris pars in prata egerēda: pars oleis iñſpergenda: tum etiam viciaria diligenter faciēda.

¶Vicus pars vrbis eſt q ex multiplicatis domib⁹ fit. & ex pluribus vicis vrbs cõſtat. Diuidit̃ eñ vrbs in vicos: quaſi in mēbra minora. In oppido vicus a via vt inquit Var. q dextera parte viæ ædificia. In vrbe fiunt vici cõnexis & cohæretentib⁹ ædificijs. Vñ romę Vicus cyprius: Vicus africus: Vicus ſceleratus noĩati. Vicus qui exitum nõ habet angiportus dicit̃. Et hic vicus vrban⁹ appellat̃ Eſt etiã vicus paganus ſi plures ſimul villę: q̃ pagi dicũt: hoc eſt plures ruſticanę dom⁹ cõiunctę ſint & aliquo ſpacio remotę ab vrbe dũ modo non ſint clauſæ mœnibus q a tunc caſtella vocarentur. Huius diminut. eſt Vicul⁹ & accipitur pro pagis & ruſticanis domibus. Hiero. in pentateu. Ceperunt viculos & poſſederunt habitatores.

¶Vicani penul. pro. dicuntur qui vicos habitant.

⁎Vicenum pro vigenũ & vicenarius p vigenari⁹ dr̃. Cc.

¶Vicinus qui eundem colit locum: & qui prope domũ noſtram habitat.

¶Vicinitas vicinoꝝ ppinquitas: & aliqñ vicinorũ multitudo. vt Laudãda eſt vel potius amanda vicinitas.

¶Vicinia locus vicinus ſeu ipſa vicinitas. Aug. li. x. ci. dei. Id animaduerſum eſt ab eis qui aderant q̃uis in mortis vicinia curioſiſſime attētis vtrũ ne philoſoph⁹ turbaretur. Amb. Splē cũ iecore habet viciniam fructuoſam

¶Viciniũ idē quod vicinia. Hiero. Veni ad vicinia terræ ſanctæ. Augu. li. xiij. ci. dei. Hoc aũt diluuiũ nequaq̃ ad ægyptum: neq ad eius vicinia peruenit.

¶Vicatim aduerbium ſignificat per varios vicos. Ply. Meſopotamia tota aſſyriorũ fuit vicatim diſperſa præter Babylona & Ninum.

¶Victima pe. cor. quę poſt victoriã dextra victrice immolabat̃. Oui. Victima q̃ dextra cecidit victrice vocat̃. vel dicta eſt q vincta ad aras ducebatur.

¶Victimarius qui victimas emebat vt venderet. Plyn. Vnde victimarij negociatores vili mancipio.

¶Victito as. pe. cor. nõ eſt frequentatiuũ. Non eñ ſignificat frequenter viuo: ſed veſcor: & quaſi victu vtor. vt Sarmatæ lacte victitant. Fit a victo as. frequētatiuo.

⁎Victuis i gtõ p victus veteres dixere. Varro. Primũ de re familiari: ſcđo de victuis cõſuetudine diſſeram. Cc.

¶Victus us. a viuo ſignificat genus vitæ etiã q̃tum ad mores. Vlp. de ver. ſig. Victus verbo cõtinent̃ q̃ eſui potui cultuiq corporis queq ad viuēdũ homini ſunt neceſſaria. A quo cõuict⁹ ſimul victus: cũ plures ſimul viuũt.

¶Victus a. um. participiũ a vinco is. vt Põpeius victus eſt a Ceſare. Cuius contrariũ eſt Inuictus p forti q vinci nõ poteſt. Aliquãdo dicit̃ impos voti. Nã qño victores dicimus voti compotes q quicqd volunt faciunt: ſic victos voti impotes q non poſſunt facere quod volunt. Vir. Veteres migrate coloni Nunc victi triſtes.

⁎Victo as. vide victito. Cc.

¶Victualia dicunt̃ ea q̃ ad victũ ptinēt. Amb. de apib⁹. Cernas oēs certare de munere: alias inuigilare querendo victualia: alias ſollicitam caſtris adhibere cuſtodiam.

¶Victurus & a viuo & a vinco participium eſt. Sal. Pyrrhuſne rex an M. Curius prælio victurus eſſet. Cice. Nemo eſt tam ſenex q ſe annum non putet victurum.

¶Victor qui vincit. Eſt & proprium nomen.

⁎Victrix verbale fœmininum a victor. plurali tñ etiã victricia legitur. Cc.

¶Victorioſus vincere aſſuetus.

¶Victoriatus genus nummi argentei: q victoriæ nota ſignatus eſſet. Qui lege Clodia percuſſus eſt.

¶Victricus pe. cor. eſt vir matris ex alio viro natis q priuigni vocantur. Nam victricus & priuignus inter ſe opponũtur: vt inquit Modeſti. Sue. Victrico vero Martio

Philippo conſulari multum diſſuadente.

¶ Video es.di.ſū.q̄d & Vido is.dr̄ ptinet ad oculos. Vir. Queq̄ ip̄e miſerrima vidi:& quoꝝ ps magna fui. Q ſiq̄ adijcit video oculis. Oui. Aut qb⁹ hęc ocl̄is aſpicis iſta lege. ſic ēt gręci. vñ illud Habrahę καὶ ἀναβλέψας ἀβραὰμ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἴδε καὶ ἰδοὺ κριὸς εἷς κατεχόμενος τῶν κεράτων ἐν φυτῷ σαβὲκ καὶ ἐπορεύθη ἀβραὰμ καὶ ἔλαβε τὸν κριόν. ✱.i. Habraā oculis īſpiciens vidit ecce aries vn⁹ detēt⁹ cornib⁹ i plāta Sabec:& pfect⁹ eſt Habraā & cœpit arietē. Trāſfert etiā ad animū. Oui. Video meliora: pboq̄ deteriora ſequor: vñ pphetę appellabanť vidētes qa videbāt eū quē cęteri nō videbāt. Reuela iqt Dauid oculos meos & cōſiderabo mirabilia de lege tua. Vtimur quoq̄ hoc verbo ēt i cęteris ſēſib⁹ cū eos ad cognoſcēdū itēdim⁹. neq̄ eñ dicim⁹. Audi q̄ rutilet aut olf ac q̄ niteat: aut guſta q̄ ſplendeat: aut palpa q̄ fulgeat. Videri eñ dr̄ hęc oia. Dicim⁹ aūt nō ſolū vide q̄ lucet: q̄d ſoli ocl̄i ſētire pñt: ſed etiā vide qd ſonet: vide qd oleat: vide qd ſapiat: vide q̄ durū ſit. Ioq̄ gñalis experientia ſenſuū cōcupiſcētia oculoꝝ vocať: qa vidēdi officiū i quo primatū oculi tenēt ēt cęteris ſēſib⁹ ſibi de ſimilitudie vſurpāt cū aliq̄d cognitiōis explorāt iqt Aug. li. x. cō. Vñ dicim⁹ hoc verbū trāſferri ad aim: ac q̄nq̄ poni p cauere curare puidere cōſiderare. Ter. Vide quo me inducas. i. aiaduerte & cōſidera. Plau. Tu domi videbis. i. pabis. Dicim⁹ ēt vide tibi. i. puide. Ter. i phor. Recte mihi vidiſſē & ſenis eſſē vlt⁹ iracundiā. Hu⁹ verbi cōpoſita ſūt Circūuideo: vñ & circūuiſo. Plau. i am. Sed āgues oculis oēs circūuiſere. Euideo: clare & expſſe video. a quo Euidēs: Euidēter q̄ i frequētiori vſu ſūt. Preuideo anuideo. Prouideo Peruideo pfecte video. Hie. Peruides igi qp nō ſolū i eſu: ſed & i ſepulturis & i cōnubijs & i omi cōuerſatiōe vnaq̄q̄ gēs ſuo ritu victitet. Trāſuideo aliq̄d p corp⁹ pſpicuū video. Inuideo. A video fit viſo: a quo fit viſito frequētatiuū. Eſt & videor depo. Vt tu mihi videris vir pb⁹.

¶ Vide quid agas. prouerbiale eſt quod ſolet dici his qui magna aggrediuntur.

¶ Vidiſti multum. hoc eſt fuiſti multum cautus.

¶ Viderit Epicurus. id eſt videat: hoc eſt huius rei illi cura ſit: huius opinionis rationem reddat: non ego. Sic accipiēda ſunt. Tu videris. Vos videritis. Illi viderint. modus loquendi minatorius.

¶ Videlicet aduerbiū cōfirmādi q̄ſi videre licet. Terē i adel. Videlicet hoc audiuit. hoc ē certe audiuit. Sal. Vos de pricidis qd ſtatuatis cūctamini: videlicet cętera vita illorum huic ſceleri obſtat? verum parcite dignitati Lentuli.

¶ Vidua dicta eſt quaſi valde idua ab iduū die q̄ mēſem diuidit. hoc eſt a viro diuiſa. Hinc Viduare diuidere.

¶ Viduo as. diuido ſeu priuo. Hieron. cōtra Ioui. Poteſt eñ accidere vt anus primo marito in extrema ſenectute viduetur. Viduus priuatus diuiſus. Hor. li. car. Voce dū terret viduus pharetra Riſit Apollo. Cic. lib. ij. tuſc. Sic me ipſe viduus peſtes excipio anxias. id eſt priuatus.

¶ Viduertas apud Catonem calamitas dicitur.

¶ Vieo es. eui. etum. pe. indifferenter Hora. i epo. Quis ſudor vietis & q̄ malus vndiq̄ mēbris creſcit odor. Eſt aūt viere ligare iflectere qa vietis virgis ligare poſſum⁹ quodlibet. Vnde vietus mollis languidus flexibilis ſine vi. Var. de oporothecis. Ne cum humorem amiſerint pertinaci vento mala vieta fiant id eſt flexa & obliqua facta Plautus in menę. Viden tu illi oculos viere: vt viridis exoritur color. id eſt in obliquum flectere. Vnde vietos rotarum caritus & ligna contorta dicimus.

¶ Vietores qui vaſa vinaria religant ſtipantq̄.

¶ Vigeo es. gui. viuo ſiue potens aut in vigore ſū. Lact. li. vij. Quid de deo nō facile eſt cōprehendere: qōu vigeat ſine corpore. Ci. lib. j. tuſcu. Multaq̄ ſęcula poſtea ſic viguit pythagoreoꝝ nomē vt nulli alij docti viderētur.

¶ Vigor: firmitas: robur.

✱ Vigoroſus firmus robuſtus. Cc.

¶ Vigeſimus a. um. fit a viginti: vt vigeſimus annus ē ex quo litteris operam dedi.

¶ Vigeſima æ. tributū ſeu exactio. ſicut decima. Vigeſimariū aurū a Liuio dicitur quod ex vigeſimis exigebať

¶ Vigilię nocturnę ſūt: excubię diurnę pter & nocturnę. Hier. i Ser. ad fres. Hęc & hmōi tāta ac talia tō ſācti illi cecinerūt & ſcripta reliq̄rūt vt nos eoꝝ poſteri parib⁹ excitaremur exēplis ad celebrādas ēt noctib⁹ ſalutis nřę excubias. Sciēdū vigilias militares i q̄terna horaꝝ ſpatia diuidi ita vt pria ſcda tertia & q̄rta vigilia dicať. Cęſar. Vbi p exploratores cęſar certior fact⁹ eſt tres iā ptes copiarū heluetios id flumē traduxiſſe quartāq̄ fere ptē citra flumen ararim relictā eſſe: de tertia vigilia cū legionib⁹ trib⁹ ex caſtris pfect⁹ ad eā ptē puenit q̄ nōdū flumē trāſierat. Interdū vigilię dr̄ ipſi cuſtodes q̄ vigilāt. Sal. Et ab icēdio itelligebat vrbē vigilijs munitā. Interdū vocanť profeſti dies qp vigilare ante diem feſtum mos eſt in ſacrificijs faciendis: & ſacris hymnis cantandis.

¶ Vigil dicitur q̄ nō eſt torpens quales ſunt dormiētes: ſed qui in vigore ſuo eſt. a quo peruigil q̄ aſſidue vigilat & qui diligēs ac iduſtrius eſt. Et vigil nocturnus cuſtos qui & excubitor diciť. a quo prefectus vigilū vocatus ē.

¶ Vigilo as. nō dormio. p trāſlationē diligēter audio. Iuue. Sed vigilat cōſul. Itē vigilare ē ſtudiū & diligētiā adhibere. vñ iuigilare eſt alicui rei incūbere. Euigilare expgiſci & ad aliq̄d agēdū itentū eſſe. Peruigilare ad finē vigilare aduigilare iuxta vigilare ſolicitare cogitareve. Terē. i an. Nā ſatis credo ſi aduigilaueris ex vnis mihi geminas cōficies nuptias. Hinc vigilantia q̄ plerūq̄ pro diligentia poniť. Idē i adel. Vigilantiam tuam mihi narras.

¶ Villa dom⁹ extra vrbē caſa villatica & ſuburbia q̄ habitādi cauſa cōſtituta ē. Dom⁹ pprie i vrbe eſt. Ply. Modus hic pbatur: vt neq̄ fūdus villā: neq̄ villa fundū quęrat. Ci. li. j. de ora. Quin tu igiť facis idē q̄d faceres in aliquā domū plenā ornamētoꝝ vl̄ i villā veniſſes. hęc Poenorū lingua Magar appellať. Vñ villę Magalia appellātur. Dicta villa a vehēdo quaſi vehilla qp in eam fructus conuehebant ex agris. Cuius diminutiuum eſt villula.

¶ Villic⁹ pe. co. pprie villę gubernator: vl̄ q̄ p̄eſt pagi & tot⁹ rei ruſticę curę. vñ a villa villic⁹ nomē accepit. Var. li. de re ruſ. Villicus agri colēdi cauſa cōſtitutus atq̄ appellat⁹ a villa qp ab eo in eam cōuehuntur fructus & vehuntur cū. veneūt a quo ruſtici ēt nūc quoq̄ viā vehā appellāt pp̄ter vecturas: & vellā nō villā quo vehunt & vñ vehūt. Oeconom⁹ aūt tā pecunię q̄ frugū & oim̄ q̄ dñs poſſidet diſpēſator eſt. Poniť tñ q̄nq̄ villicus p ruſtico agricultore. Hor. Villice ſyluarum & mihi me reddentis agelli. Col. lib. xij. Villicus ſemper caueat ne improuidus ab opere vincatur. Res eſt agreſtis inſidioſiſſima cūctanti:

¶ Villico as. & villicor depon. ſignificat ruſticor. Pōpo. Ego rus eo: vt aliquot dieb⁹ villicer. Ter. i Hecy. Hic villicor ante vrbem. Aliquando villicari eſt villæ preeſſe: Pompo. Longe ab vrbe villicare quo herus rarenter venit. non villicari: ſed dominari mea eſt ſententia. Hinc villicatio ipſa ruſtica negociatio vel villę diſpēſatio. vt in euangelio Redde rationem villicationis tuæ.

¶ Villaticus a. um. quod ad villam pertinet. Vnde villatica paſtio dicitur alimentum quod pertinet ad animalia muta quæ ruri nutriuntur: vtputa pecudes aues piſces. Sic dicitur villaticus canis qui in villa tenetur.

¶ Villan⁹ q̄ i villa habitat. Vñ & ſemiuillan⁹ ſemiruſtic⁹.

¶ Villaris & hoc villare: ſicut villatic⁹. Ply. li. x. Villarib⁹ gallinis & rligio ieſt: ihorreſcūt edito ouo excutiūtq̄ ſeſe.

¶ Vile aduerbiū q̄d q̄d ā a villa deducit vna littera abie

tecta: q̄ oia i villa viliora ſint q̄ i vrbe. i. minori ꝑtio vēdanẗ. Vile eñi proprie dicíẗ qd parū valet. Cuius contrarium eſt carū. Ponitur iterdū pro abundanti: quia omne qd plurimū abundat vile eſt. i. paruo ꝑtio vendiẗ. Vir. li. j. Geor. Si vero viciamq; ſeres vilemq; faſellum.

¶ Vileo es. vilis ſum: a quo vileſco vilis fio. Aug. Ipſe eſt deus qui per vniuerſam creaturam quotidiana miracula facit: quæ hominibus non facilitate: ſed aſſiduitate viluerunt. id eſt vilia facta fuerunt.

¶ Vilito as. pen. correp. vile facio. Turpil. Et querar tua vitia quæ te vilitant.

¶ Villus pilus. Mar. Calfaciunt villi pallia noſtra mei.

¶ Villum diminitiuum a vinum: ſicut vllus ab vnus.

¶ Vimen omne virgultū molle & ad ligandū aptū quaſi vincimen. Col. Nec refert cuius gñis vimē feras dū ſit lētiſſimū. Ply. Et aliç arbores virgas ſequaces adiūcturas lētitię: aliç praetenues viminibus texendis ſpectabili ſubtilitate. Fiūt autem vimina ex populorum virgis vlmi & ſanguineorum fruticum & betulæ & vitis & coryli itortę & ſalicis: quę principatum obtinet. Hic vimineus a. ū. quod eſt ex vimine: vt vaſa viminea.

¶ Viminale quod eſt ad ligandū aptū: ſeu qd ꝑtinet ad vimina. Ply. Hęc eſt viminalis cultura. Viminalis collis dictus eſt romę q̄ ibi viminū ſylua fuit: vel a Ioue viminea q̄ ibi arę ſint. a qua & viminalis via quæ ad viminalē collem ducebat. Eadem Numētana a numētano agro

✶ Vinca herba vulgo nota quę in longum creſcit obuia quæq; vinciens: lauroq; folia habet ſimilia & Chame daphne dicitur. i. parua laurus. Cc.

¶ Vinco is. vici victū ſupo. ꝑ trāſlationē poniẗ ꝑ exprimo & quaſi difficultatē rei dicēdo ſupo. Vir. Nec ſū animi dubius verbis ea vincere magnū q̄ ſit. Itē ꝑ animi cōpos fio. Idē li. iij. Geor. Illi victor ego & tyrio cōſpectus i oſtro. Cōpoſita hu⁹ verbi ſūt. Cōuinco: Deuinco: Euinco: & Prouinco. Deriuata ſūt. Victor: Victrix: Victoria: Victorioſus: & Victima. Vincibilis qui vinci poteſt. Col. li. iiij. Grauem terram vix vlla cultura vincibilem.

¶ Vincio is. xi. ctū. cū. n. āte. c. ſignificat ligo quaſi vim iniicio. Vir. Purpureoq; alte ſuras vicire cothurno. Hu⁹ cōpoſita ſūt. Deuicio valde vincio. Ci. Maxia mecū familiaritate deuinct⁹. Reuicio. Gel. Videbam⁹ Androclū & Leonē loro tenui reuinctū vrbe tota circū tabernas ire

¶ Vincula & per ſyncopen Vincla dicuntur ligamina. Col. li. iij. Salix humida loca deſiderat: geniſta etiam ſicca: vtręq; tamen circa vineam ſeruntur: cum palmitibus idonea præbent vincula. Et per tranſlationem diciẗ Carcer in quo noxij vincti ſeruātur.

¶ Vinctus ligatus. & aliquando captiuus dicitur. Vnde quādoq; pro ſeruo ſumitur. Seneca. Qui vn⁹ erat e vinctis Cęſaris mox libertate donatus eſt.

¶ Vindex proprie vltor iniuriae. Et qui alteri⁹ cauſā ſuſcipit vindicandā. vt quos nūc ꝓcuratores vocamus. Et vindex q ſe ex ſeruili cōditiōe i libertatē vindicat: a Vindicio ſeruo ex vrbe Setia: q qm̄ cōiurationē de reducendo Tarquinio detexit: liberatus ē. vt inqt Liui. li. j. Hinc & vindictæ dicunẗ ſententiæ q̄ in libertatē aſſerunt.

¶ Vindico as. pe. cor. ꝓprie vlciſcor. Vñ vidicta. Amb. Nō vltionē quęrebat eo vſq;: vt dicenti ſibi Saruiæ filio q̄ vindicare in eū vellet nō ꝑmiſit. Et vindicare eſt ab iniuria cōtumelia ve aut dāno defēdere aut liberare. Ci. Et eſt ſenectus natura loquacior ne ab oibus eā vitijs videar vindicare. Liui. li. iij. A cu⁹ crudelitate voſmetipſos armis vindicaſtis. Itē ꝑtrahere & in libertatē aſſerere. Vnde vindicta virga qua ſerui libertate a pręore donabantur

¶ Vindicta vltio: aliqñ libertas: ſiue virga q̄ ſerui libertate donabanẗ. Nā faciendi liberi tres partes ſūt. Vna vt cenſu liber fiat. Cēſebanẗ enim antiquit⁹ ſoli ciues ro. Si quis eoꝝ cōſentiēte vel iubēte dño nomen detuliſſet in cēſum: ciuis romanus fiebat & ſeruitutis vinculo ſoluebaẗ. Altera ꝑs adipiſcēdæ libertatis q̄ vindicta vocabatur. ſ. virgula quā ꝑtor manumittēdi ſerui capiti imponēs eūdē ſeruū in libertatē vindicabat dicēs quædā verba ſolēnia. Atq; ideo illa virgula vidictā vocabaẗ. Tertia para faciēdi liberi eſt ſi quis ſuꝑma volūtate in teſtamenti ſerie ſeruum liberum ſcripſerit.

¶ Vindelicia ꝓuincia Europæ. ſicuti a Ptol. lib. iij. ſcribiẗ. Eſt autem inter rhetiā: quā habet ab occaſu & Noricū ab oriente. Eam lycius amnis diſterminat a Rhetia. Enos fluuius diuidit a Norico. A ſeptētriōe Danubio terminaẗ. A meridie alpibus ſupra italiā extēſis. Eius ciuitas inſignis fuit Auguſta vindelica. Vindelicos vicit Druſus. in cuius laudem cecinit Hora. Videre rheti bella ſub alpibus Druſum gerentē Vindelici.

¶ Vinea locus vitibus cōſitus a vite multa. Vinearum tria ſunt genera. Iugata: humi ꝓiecta: & Arbuſtiua. Eſt etiam vinea inſtrumentū bellicū ex lignis compactū latū pedibus octo: altū ſeptē: longū ſexdecim: tectū duplici ligno: cratibuſq; contexiẗ: latera quoq; vimine ſeꝑiūtur ne ſaxorū ac telorū impetu perfringanẗ. Extrinſecus autē ne cremenẗ crudis ac recentibus corijs integunẗ. Cū plures fuerint iungunẗ ordine: ſub quib⁹ oppugnātes tutius ad muros ſubruendos pugnant.

¶ Vineari⁹ a. um. qd eſt vineæ: vel qd ad vineā ꝑtinet. Col. li. vj. Validā vitē i ramos deducere cēſeo & traducib⁹ diſꝑgere atq; durare: certoſq; vinearios colles ꝑci (pitare.

¶ Vineatic⁹ a. ū. qd ad vineā ꝑtinet: vt falces vineaticæ. Var. Sic alia quoq; nōnulla genera ſpēs habent plures: vt falces. Nā dicunẗ vineaticę opus eē ſex Col. lib. v. Ais Vnū atq; alteꝝ reꝑhēdiſſe: quippe ſeminibus vineaticis nimiū me ꝓfundos cenſuiſſe fieri.

¶ Vinealis & hoc le. qd eſt aptū ad vineā. Col. libr. iiij. Sed ne nūc ꝑ infinitas terræ ſpēs euagemur nō intēpeſtiue cōmemorabimus Iulij Gręcini cōſcriptā velut formulā ad quā poſita eſt imitatio terræ vinealis.

¶ Vinum a vi deducitur q̄ vim inferat mēti. Et in pluraliter habet vina & vinis. Ouid. Et ven⁹ in vinis ignis in igne fuit. Mar. Reſinata bibis: vina falerna fugis. Quatuor ꝓcipui ſunt vini ſapores: dulce: acutū: lene: & auſterū. Prim⁹ Noe vinū inuenit ſicut ſacrę teſtātur litterę. At gētiles docēt bacchū vini repertorē fuiſſe. Prim⁹ vero Italis ſaturnus dedit e Creta in latium aduectus. Vinum tortiuū diciẗ quod nouiſſime expreſſum eſt. ꝑ topū anteq̄ calcenẗ vuę ſponte defluens. Diminutiuū a vinū eſt Villum quod etiam Vinellum diciẗ. Vel vinū ἀπὸ τοῦ οἴνου. ¶ In Ouidio legam in venis.

¶ Vinoſus: qui ad vinū affect⁹ eſt. Plyn. ait Idcirco vinoſos dici hoies q̄ ſoli aialium nō ſitientes bibunt. Vinoſus ſuccus: vt idem auctor eſt ꝓprie eſt moro pyro myrto. Idem inter mala punica genera vinoſa quædā appellat quę aluum ſiſtunt & ſtomachum.

¶ Vinetū locus vbi multitudo vitis cōſita eſt hoc ē vbi multę vites vel multę vineæ ſūt. Col. li. iiij. Cui vineta facere cordi ē faciat vittariū ex quo poſſit agrū vineis (veſtire.

¶ Vinitor pe. cor. ruſtic⁹ vineaꝝ cultor. Col. li. j. Separādi ſunt aratores a vinitorib⁹. Virgi. li. ij. Ge. Iam canit extremos effœtus vinitor antes.

¶ Vinarius vini vēditor. Vnde Lāprid. ſcribit. Alexādrum romanū imperatorē cōſtituiſſe corpora vinariorum & caligariorū & oino omniū artiū. Et apud Plaut. in Aſi. ſarmōtio vinarij exerābi. Suet. de Claudio. Cū de lanijs aut vinarijs agereẗ exclamauit in curia.

¶ Vinari⁹ a. um. qd ad vinū ꝑtinet vt taberna vinaria: vas vinariū. i qb⁹ aut vēdiẗ aut teneẗ vinū. Hier. i Ioſue. Tulerunt ſibi cibaria ſaccos veteres & vtres vinarios.

¶Vinacea ſunt grana vuę iā pſſæ. Col. li. ix. Vinacea q̄
uis tolerabiliter paſcāt dari nō debēt niſi qb⁹ tpib⁹ anni
auis fœtū nō edit. Aug. Vina recōdet i apotheca: vina-
cea vero pecorib⁹ pijcit. Eſt & vinace⁹ a. ū. Plyn. Legi
mus quēdā grano vinaceo ſuffocatū. hoc ē acino vuę.

✱Vinago palumbis ſiue colūbę ſpecies ab vſu (vt pu-
to) labruſcę qua veſcitur. Cc.

¶Vinalia tam ſecundæ q̄ quartæ decli. p die feſto quo
veteres noui vinū ioui libabant mēſe Aprili.

¶Vindemia quaſi vinidemia a vino demēdo. Vir. li. ij.
Ge. Non eadē arboribus pendet vindemia nr̄a. Sunt
qui diſtingāt inter vindemiā & vīdemias. q̄ vindemia
ſit tot⁹ orbis generaliter. Vindemiæ ſingulariū partiū
vt plus ſignificet ſingulare q̄ plurale. Sicut plus eſt cū
dicimus p terrā pluit q̄ per terras. Tūc eīn omne elemē
tū ſignificam⁹. Trāſfertur q̄nq̄ Vindemia ad alia. Ply.
Prima mellis vindemia melior. Col. libr. x. Mox vere
tranſacto ſequiť mellis vindemia.

¶Vindemio as. a quo vindemiator cui⁹ de ſyllaba cor
ripiť metri cā. Hor. in Ser. Videmiator & iuect⁹ cui ſępe
viator. Ouid. vero detraxit a: vt de ſyllabā pduceret.
At eīn i faſ. At nō effugiet vīdemitor hoc quoq̄ cām.
Sic Col. li. v. Vindemitorib⁹ quoq̄ hę ſemitę & iugū pe
damētaq̄ ſarmentib⁹ opportunā laxitatē pbēt p quā vť
fruct⁹ vel ſtatumia portenť. Eſt aūt videmiator q vide
miat. Et videmiator ſid⁹: qd tertio nonas Martij appet

¶Vindemialis & hoc vindemiale: qd ad vindemiā pti
net. Aug. li. ix. con. Et opportune iam pauciſſimi dies
ſuperant ad vindemiales ferias: & ſtatui tolerare illos:
vt ſolēniter abſcederē. Idē ſubſtātiuū ptulit. Renūcia-
ui pactis vindemialib⁹: vt ſcholaſticis ſuis Mediolanē
ſes venditorem verborum aliū prouiderent.

¶Vindemiatorius. a. um. qd ad vindemiam pertinēt
Varro. Nihilomagis torcula vaſa vindemiatoria aut ſe
rias olearias ac trapetas.

¶Vinulus pen. cor. molliter ſe gerens & minime viril
ter. qd facit illecebroſus. Plaut. Cōpellando blanditer
oſculando oratione vinula venuſta.

¶Vinolus qui molliter ſe gerit & effœminate.

¶Violo as. pe. cor. corrūpo polluo & q̄ſi vim ifero: qd
pprie de virgie diciť. Aug. li. iij. cō. Violať ipa ſocietas
q̄ cū deo eē nobis debet cū eadē natura cui⁹ ille auctor
eſt libidinis puerſitate polluiť. hic Inuiolat⁹ itemerat⁹.

¶Violentus qui vim facit.

¶Violabilis q aptus eſt vt violeť: & inuiolabilis qui nō
facile violari poteſt.

¶Viola quaſi minime violata per antiphraſin. vel q̄
nō violanda. vel ab olēdi vi. vel per diminutionē a gręco
ἴον. Violarum tria ſunt genera. Nā eſt viola purpu-
rea quę nomē gręcum tenet & appellatur ἴον ἄνθος. qd
eſt viola flos. Vnde & veſtis ianthina. hanc eandē quidā
a colore baccæ Vacinū dixerunt: vt inquit Apul. Secū
da eſt lactea. tertia eſt coloris palliduli.

¶Violaria loca vbi naſcūtur violæ. Virgi. libr. iij. Ge.
Irriguum libant violaria fontem.

¶Violaceus a. ū. idē qd purpure⁹: qui in violę colorē tē
dit. Cor. Nepos. Metuuene violacea purpura vigebat.

✱Violantilla virgo Neapolitana fuit quā Stella poeta
Patauinus amauit & tandē in vxorem duxit. de quib⁹
Statius in lib. j. ſyluarum. Cc.

¶Violarius rij. dicitur violacei coloris infector.

¶Violaris & hoc violare: quod eſt coloris. violę. Plau.
Flammari violari veſte.

¶Vipera pe. cor. ſerpētis gn̄s q̄ vi pariat. nihil eīn atti
net ad hui⁹ dictiōis etimologiā pario: nā deberet tūc di-
ci vipara nō aūt vipera. De vipera vero nicādr⁹ ita ſcri
bit appellās ipam echidnā q̄ tñ dr̄ etiā echis. vulgo di-
cūt Maraſſū. vñ ait Nicāder. θολερῷ κυνόδοντι θουράς δ᾽ ἄλξ ἐμφῦσα κάρην ἀπέκοψεν ὁμεύνου· οἱ δὲ πατρὸς λώβην μετεκίαθον αὐτίκα τυτθοὶ γινόμενοι ἔχιες ἐπεὶ διὰ μεσσὸν ἀραιὴν γαστέρ᾽ ἀναβρώσαντες ἀμήτορες ἐξεγένοντο. Nam corroſis lateribus excūt pulli cū matris iteri
tu. Amb. li. he. Vipa neq̄ſſimū gn̄s beſtię & ſup oīa q̄ ſer-
pētum ſūt gn̄is aſtutior. vbi coeūdi cupiditatē aſſūpſerit
Murenę maritimę notā ſibi reqrit copulā: vel nouā pparat:
pgreſſaq̄ ad litt⁹ ſibilo teſtificata pñtiā ſui ad cōiuga
lē āplexū illā vocat. Murena aūt iuitata nō deeſt venerā-
tę ſerpēti. Expetitos vſ⁹ iuę iptit cōiūctiōis. Atq̄ vbi ad
uētare vipa cōparē ſenſerit venenū euomit reuerētiā ma
rito deferēs. Hier. vero ad pſidiū ſic ſcribit. Vipę p os coi
tū faciūt: maſculi mortē cōtēnūt: ſed fœmia i ipo coitu ſi
ue magna dulcedie exagitata: ſiue futuri præſciēs piculi
dū abſorbet ſemē caput maſculi excidit: & ſic eū occidit.
Sed cū cōcepit viſcera illi⁹ ab ipſis quos cōcepit comedū
tur: & ſic matrē occidūt. A vipera fit viperinus a. ū. Ply.
E viperina carne fiunt Theriachi paſtilli.

¶Vipiones ſunt minores grues: ſicut pipiones minores
colūbi. Ply. li. ix. in balearibus iſulis ait in honore mēſa-
rū eſſe vipiones. Sic eīn vocant minorem gruem.

¶Vir a vi dr̄ q̄ vi hoc eſt potentia pſtet. Et mō reſpectu
ętatis diciť vir. Ply. Qd nō modo i puero ſiue adoleſcēte
ſed etiā i viro admiratiōe dignū videreť. Modo reſpectu
ſexus. vt Eſt ne vir an mulier? Vñ ſemiuiri dicunť Eunu
chi: & molles atq̄ effœminati. Modo reſpectu cōiugij: vt
vnius vxoris vir. Nec ſolū de hoibus: ſed etiā de brutis.
Virg. Vir gregis ipſe caper. Modo reſpectu fortitudinis:
Virū eīn hoiem pñti excellētiq̄ aio nūcupam⁹. Curtius.
Exurgite igt aliqñ ſi viri eſtis: atq̄ arma capeſſite. A vir
fiūt ſemiuir: duūuir: triūuir: quinq̄uir: ſeptēuir: decēuir: cē
tūuir: leuir: Viripotēs: virilluſtris: virdeuotus: virmagni
ficus: virſpectabilis: q̄ oia ſcdm Priſcianū ideo compoſi
ta accipiunť: quia ſub vno accentu pronunciantur.

¶Virago pe. pro. mulier fortis quę viro ſimilis ſit: & vi-
rilia opera faciat.

¶Virilis & virile pe. pd. qd eſt viri: vt opus virile. Aliqñ
dr̄ fortis magnanimus: a quo virilitas & aduerbiū viriliter.

¶Virbius vir bis dictus. Quo noie dict⁹ eſt Hip-
polytus Theſei & Hippolytę Amazonis filius. Vide i di
ctione Hippolytus.

¶Viripotēs cū accentu in antepe. dicitur Virgo quę an-
nos pubertatis exceſſit & quæ iam virū ſuſtinere poteſt.

¶Viro as. fortifico. a quo Euiro de quo ſupra.

¶Viriti aduerbiū ſignificat p ſingulos viros. Cato. Præ
da q̄ capta eſt viritim diuiſa. Diciť etiā de vno viriti. Ho
ra. in epiſtolis. Qd legeret terreretq̄ viriti publicus vſus
Curtius. Siquis viritim dimicare vellet prouocauit.

¶Viritanius ager qui viritim populo diuidebatur.

¶Viroſa mulier dr̄ q̄ viri appetēs ē ſicut mulieroſus vir
mulieris appetēs. Et viroſi loci a Catone dicunť q coitū
viri affectāt. Et ſic habet pri. cor. Lucil. Vetulam atq̄ vi-
roſam vxorē cędā potius q̄ caſtrē egomet me. At Viro-
ſus a. ū. a virus fit & habet pri. p. ſignificatq̄ qd eſt mali
odoris: & q̄nq̄ qd eſt mali ſaporis. Vir. Viroſaq̄ pōtus ca
ſtorea. Conſtat eīn Caſtoreū fœdi & execrādi odoris eſſe
adeo vt pręgnātes odore eius eijciant fœtū. Var. Ranci-
dā carnē appoſuit nobis & viroſam. i. mali ſaporis. Po-
teſt etiam dici Viroſus pro forti a viribus.

¶Virgo a viridiori. i. validiori ætate appellata eſt. Vñ &
matres ſępe virgies dicunť. Virg. de Paſiphae q̄ triū libe
roꝝ mr̄ erat. Ah virgo infœlix q̄ te dementia cepit? Nunc
vero virgo gn̄is cō. & tā marē q̄ fœminā ſignificat rei ve
nereę expte. ſicut mulier a mollicie diciť q̄ amplius virgo
nō eſt. Ci. Obiurgātibus q̄ ſexagenari⁹ Popiliā virginē
duxiſſet. Cras mulier erit inqt. Vlp. Qz ſi ego me virginē

emere putarē cū eſſet mulier:emptio nō valebit. Veteres
etiā oē icorruptū & itactū virginē dixerūt. Ci. Phia caſta
verecūda icorrupta virgo. Et Aug. ſaluā virginē dixit
q̄ nōdū cibo potuq; corrupta fuit. dicit ei q̄ta ſit orādi dif
ferētia iter vacuū vētrē & refertū: iter rubentē faciē & ora
pallentia: iter ſaliuā virginē & labra crapulis diſſo luta.

¶ Virguncula diminutiuum accipitur pro parua puella
& pro parua virga.

¶ Virgineus a. um. quod eſt aut fuit virginis.

¶ Virginalis & hoc virginale: quod eſt dignum virgine
q̄uis & pro virgineo quandoq; accipiatur. Q uale eſt il-
lud. Deus qui virginalem aulam beate mariæ in qua ha
bitares eligere dignatus es.

¶ Virtus a viro dicta eſt & proprie fortitudinē ſignificat
q̄ viri maxime fortitudo ſit ſiue q̄ vir fortis dicit̄. Vir.
Tūc pudor icendit vires & cōſcia virtus. Lact. li. de opi.
Vir noiatus: q̄ i eo maior vis eſt q̄ i fœmina. Et hinc vir
tus nomē accipit. Vñ cū virū dicimus nō tam ſexū ſigni
ficam⁹ q̄ robuſtū & fortē. Viri em̄ ꝓpria virilitas eſt & ro-
bur. Et tūc diffinit̄ virtus q̄ ſit perferēdoꝝ maloꝝ fortis
atq; iuicta patiētia. Q m̄ aūt fortitudo cęteris virtutibus
excellit: factū eſt vt rectę animi effectiōes virtutes appel
lent̄. Sic quicquid vitio cōtrariū eſt: virtus dicit̄: q̄ ſic dif
finiri ſolet. Virtus eſt affectio animi cōſtans conueniēſq;
laudabiles efficiēs eos i quibus eſt: & ipſa p ſe ſpōte ſepa
rata etiā vtilitate laudabilis. Hor. Virtus eſt vitiū fugere
& ſapiētia prima. Ariſtoteles. Virtus eſt habitus electiu⁹
in mediocritate cōſiſtēs. Senc. Virtus nō aliud q̄ recta ra
tio eſt. Aug. li. iiij. ciui. dei. Virtus a veteribus diffinita ē
Ars bene recteq; viuēdi. Vñ ab eo q̄ gręce ἀρετὴ dicitur
virtus nomē artis latinos traduxiſſe putauerūt. Virtutē
antiqui deā fecerūt. quā Augu. nō eſſe deā: ſed donū dei
aſſerit. Luci. de virtute. Virtus Albini eſt pretiū perſolue
re: verū virtus eſt homini ſcire id qd̄ q̄q; habeat res. Vir-
tus ſcire homini q̄d ſit vtile qd ſit honeſtū. Q uę bona q̄
mala: itē qd̄ inutile turpe ihoneſtū. Virtus q̄rende finē rei
ſcire modūq;. Virtus diuitijs pretiū pſoluere poſſe. Ho-
ſtē eſſe atq; inimicū hoſtium morūq; malorū. Cōtra defē
ſorem hoīm moꝝq; bonoꝝ. Hos magnifacere his bene
velle his viuere amicū. Cōmoda preterea patrię ſibi pri-
ma putare: Deinde parentum: tertia iam poſtremaq; no
ſtra. Aliqñ virtus dicitur vis illa qua res cuius eſt virtus
perfecta redditur. Ci. li. v. de fi. Atq i ſenſibus eſt & ſua
cuiq; virtus. Aliqñ pro opere & auxilio. Plaut⁹. Deū vir
tute eundē hoſpitio accipiam. Aliqñ pro merito. Idem.
Q uæ iproba eſt merx pretium ei pro virtute vt veniat.

¶ Viriatus magnarū viriū. Lucil. Cōtra flagitiū neſcire
bello vinci a barbaro viriato Annibale. Et viriat⁹ Luſi-
tanoꝝ ducis noiē: q vir calliditatis acerrimę fuit q̄ppe
q ex venatore latro: ex latrone ſubito dux atq; iperator
factus romanos exercitus cōtriuit: ſed tandem ſuorum
fraude iterfectus eſt. Hinc Viriatiuum bellum dictum ē.

¶ Viridia & hoc viride a Vigore dicit̄. Vñ dicim⁹ virides
plantas q̄ nōdū aruerūt & i vigore ſuo ſunt. Et q̄m in his
herbaceus color eſt: eū etiā colorē viridē dicimus. Vnde
Virg. Iam ſenior: ſed tarda deo viridiſq; ſenectus.

¶ Vireo es. viridis ſū. Virg. li. vj. Q uale ſolet ſyluis bru-
mali frigore viſcū Fronde virere noua. Hic vireſco viri
dis fio & ſic primā corripit. Sta. li. j. ſyl. Exuit atq; alios
melior reuireſcit i annos. Hic etiā Euireſco: qd̄ eſt ſine vi
riditate fio. Var. Atq; ex ſāguib⁹ dolore euireſcat colos
Interdū vireſcere ſignific. maioꝝ viriū fieri. Et ſic pn. ꝑ
ducit Veri⁹ i poematis. Hic creſcūt ai vireſcit vulnere vir⁹

¶ Virido as. viridem facio: a quo viridans quod eſt viri
de. Plyn. Viridantium & alia plura ſunt genera.

¶ Viror & viriditas ſunt eiuſdem ſignificationis.

¶ Viridarium locus in quo ſunt hęrbę & plantæ viren-
tes: & amœnitate refertus. Sue. i Tibe. Militem prętoria
num ob ſurreptum e viridario pauonem capite puniuit.

¶ Viretū locus viriditate plenus. vel ipſę hęrbę virētes.
Col. li. xij. Ficus neq; nimiū vireta neq; nimiū matura le
gi debet & in eo loco expandi qui toto die ſolem accipit.
hic vireta id eſt viridia & male matura accipit. Hieron. in
Geñ. Q uæ in paſtu paludis vireta carpebant.

¶ Viridia etiam dicuntur prata ſeu horti arboribus con-
ſiti voluptatis cauſa comparati.

¶ Viridicatus a. um. Ci. ad Q. fratrē. Equidē hoc qd̄ me
lius itelligo affirmo mirifica ſuauitate te villā habiturū
piſcina & ſalientibus addita palęſtra & ſylua viridicata.

¶ Virga dicta eſt q̄ vim gerat ligando verberādo ve: a
quo noie fiunt tria diminutiua. ſ. Virgella: Virgula: Vir-
gūcula. Sed virgula etiā linea dicit̄. Et virgūcula puella

¶ Virgeus a. ū. qd̄ eſt factū ex virgis. Virg. li. j. Geo. Vir
gea pręterea celei viliſq; ſupellex. i. vaſa de vimie facta.

¶ Virgulata ſeu virgata veſtis vt Iul. pol. inq̄t: dicebat̄
tunica i qua itexebāt virgę purpureę: hoc eſt lineæ: quas
græci παρυφὸς. Sed eas veſtes grammatici interpretā-
tur purpureas: q̄ vergæ gallorum lingua dicatur purpu
ra. Virg. li. viij. Virgatis lucent ſagulis.

¶ Virgultum multitudo virgarum pullulantium.

¶ Virgidemia collectio virgarum ob verbera: aut ad ali
quid vinciendum. Var. in Aga. Q uid triſtiorē video te
eſſe: an ideo quia ſcapulæ metuunt virgindemiam.

¶ Virgilius mātuanus poeta celeberrimus Marone Ma
iaq; natus q primum apud latinos inter poetas obtinet
locum. Sed ſunt ex recentioribus: qui Vergilium non
virgilium ſcribi debere autument.

¶ Virus ideclinabile & generis neu. qd̄ & virus viri apd̄
antiquos ſicut vulgus vulgi dicit̄. Lucre. Liquit em̄ ſu-
pra tetri primordia viri. Et ꝓprie ſignificat aſperitatem
odoris in hoīe iā adulto. Q uippe talis odor in puero nō
eſt: nec ante coitū mulieris. Ply. Prodeſt & ad virus alaꝝ
Idē. Signū eſt vernis tēporibus odoris virus. Aliqñ ſi-
gnificat aſperitatē ſaporis. Idem. Aqua marina vetuſta
te virus deponit. i. amaritudinē illā & ſalſedinē. Idem. Vi
rus mali medici. i. acor & amaritudo. Aliqñ aſperitatem
coloris. Idem de ſāguine purpuræ. Tum ſuperadditum
decoquitur virus. Aliqñ genituram id eſt humorem qui
e genitalibus fluit. Idem. Virus verrinum a ſcropha a co
itu exceptum prius q̄ terrā attingat grauitati auriū pro-
deſt. Aliquādo virtutē naturalem. Lucre. li. ij. Cōcoctoſ
q; ſuo cōtractus ꝑdere viro. Plyn. de magnete. Sola hac
materia virus ab eo lapide accipit retinetq; longo tem-
pore aliud appendens ferrum. Aliquando virorem ſeu
herbas virentes. Sta. li. j. ſyl. Atq; omne benigne Virus
odoriferis arabum quod creſcit in aruis. Plęrunq; virus
pro veneno ponitur. Virgi. Ille malum virus ſerpentib⁹
addidit atris. Hinc viroſus ſa. ſum. de quo ſupra.

¶ Virulentus qui eſt plenus veneno. Gel. Vt ſerpentium
virulentorum domitores ſint.

¶ Vis huius vis actō vim. Plr vis actō vis vctō vis. Sal.
li. iij. hiſt. Male iam aſſuetū ad oēs vis cōtrouerſiarū. Po-
nitur autē vis ꝓ virtute. Sal. Sed ois noſtra vis i animo
& corpore ſita eſt. Aliqñ pro poſſibilitate ſeu fortitudie.
Virg. Non ea vis animo nec tanta ſupbia victis. Aliqñ
pro violētia. Idem. Fit via vi rapiūt. Hinc violo as. Ali
quando pro multitudie ac copia. Liui. Magna vis ex Si
cilia aduecta. Sal. Secunda tempeſtate ex ponto vis pi-
ſcium erupit. Aliquando pro celeri impetu.

¶ Viſcus viſci & viſcum glutinum quod ad aucupium
pertinet. Nā viſco propter eius tenacitatem aues captan
tur. Hora. in ſer. Summus ego & prope me viſcus turri-
nus. Aug. lib. de verbis dñi. Amor rerū terrenarū viſcū
eſt ſpiritualium pœnaꝝ. Et viſcū antiq dicebant eſſe ra

te.Hinc fit Inuiſco as.quod eſt viſco inficio.Viſcoſus a.
um.quod eſt tenax.Dicitur etiam viſcidum.

¶Viſcus ſceris.caro nõ tñ īteſtina:ſed qcqd ſub corio
eſt.i.caro quę eſt īter oſſa & cutē:vñ & viſceratio dr̄ cõui=
uiū de carnibus factum.Vir.Tergora diripiunt coſtis &
viſcera nudant.Amb.Oſſa oia tenui operta ſunt viſce=
re.Hic Euiſcero as.quod eſt viſcera extraho.Vir.lib.xj.
Compreſſamq; tenet pedibuſq; euiſcerat vncis.

¶Viſcerari veteres dixerūt carnē populo diſtribuere.&
viſceratio crudæ carnis diſtributio:quę fieri ſolebat vel
ī ſolēni feſtiuitate:vel ī funere alicuius excellētis perſonę
Gel.Tum ī albano viſceratio latinis data.Liui.lib.viij.
Et populo viſceratio data a M.Flauio ī funere matris.
Ser.Viſceratio eſt caro a viſcere nomine deducta.

¶Viſceratim aduerbium ſignificat per viſcera.Ennius
Diſſipat viſceratim membra.

¶Viſo is.ad vidēdū eo.Ci.ad atticū.Cupio equidem &
iampridem cupio Alexandriā reliquāq; ęgyptum viſe=
re.i.ad vidēdū ire.Ter.ī Hecy.Non viſam vxorē Pam
phili cum ī ꝓximo ſit ęgra?Illud vero ī an.Id viſo tu ne
an illi iſaniāt.exponit Do.ad videndū venio.Aliqñ po
nitur ꝓ video tantū.Præſertim qñ iungit̄ cū eo is.aut ve
nio.Plaut.ī ru.Nūc huc ad Veneris fanū venio viſere:rē
diuinā factum ſe dixerat.Ter.ī Hecy.Poſtq̃ accerſiuit ſę
pius:ægram ſimulant mulierē:noſtra illico it viſere:ad
eā admiſit nemo.Et ī phor.Vultis ne eamus viſere?In
compoſitis etiā.Ter.ī an.Reuiſo qd agant.Redeo inqt
Do.vt videā qd agant.Et ī adel.Hera ego hic ad hos ꝓ
uiſam q̃ mox virginē accerſant.Prouiſo iquit duas res
ſignificat ꝓcedo & video.Plaut⁹ in Menæ.Prouiſam q̃
mox vir me⁹ redeat domū.Similiter qñ gratia cauſa ſtu
dio & hmõi iungunt̄ gerūdiuo.Sal.Multi aūt q e caſtris
viſendi aut ſpoliandi gratia proceſſerant voluentes ho=
ſtilia cadauera amicū alij:pars hoſpitē:pars autē cogna=
tos reperiebant.Terē.ī hecy.Ne mittas quidem viſendi
cauſa quenq̃.Virg.Vndiq; viſendi ſtudio troiana iuuen
tus Circūfuſa ruit.Ex quibus datur intelligi hoc verbū
non eſſe deſyderatiuum:ſicut multi putāt:ſed magis ex
citatiuum.Nam ſi viſendi pro deſyderio vidēdi illis ſu
meretur:ſenſus eſſet ineptus:ex gratia cauſa ſtudio:quę
cum pro deſyderio capiantur ſuperflua forent.A viſo
fiunt compoſita circumuiſo:Inuiſo:Prouiſo:Reuiſo.

¶Viſito as.frequētatiuū eſt a viſo:a quo fit viſitatio:q̃
ꝓprie ad officiū ptinet.Plau.ī cur.Ibi me iterrogat ī epi=
dauro Lyconē trapezitā ſi nouerim:dico me nouiſſe:qd
lenonē cappadocē:ānuo viſitaſſe.hic viſitaſſe ꝓ ſępe vi
diſſe capit̄.ſicut ī epi.Noſcito hāc:nā videor neſcio vbi
me vidiſſe prius.Eſtne ea?an non eſt:quā animus retur
me⁹?Dij boni viſitaui antehac:certe ea eſt.

¶Viſus us.& viſio ꝓ̄e vidēdi act⁹:ſicut guſt⁹ ꝓ actu gu
ſtandi.Vir.Horrendū viſu.Ponit̄ iterdū ꝓ eo qđ videtur
Idē li.vij.Rite ſecundarēt viſus.Viſiones etiā phantaſię
dicunt̄.Quin.Quas phātaſias gręci vocāt:nos ipſi viſi=
ones appellam⁹ ꝑ quas imagines rerū abſētiū ita repſen
tant̄ aīo:vt eas cernere oculis ac pñtes habere videamur
Præterea viſa ſomnia dicūtur & nocturna ſiue etiā diur
na phantaſmata:quę etiā vigilantibus apparent.Virgi.
Hoc viſum nulli non ipſi effata ſorori eſt.

⁎Viſibile quod videri poteſt:ſicut Inuiſibile quod vide
ri non poteſt.Cc.

¶Viſum eſt faciendū facere:modus dicēdi:vt viſum ē
facere:vt te admonerē.quod eſt putaui te admonendū.

¶Vita a viuo is.& mō aīam ſignificat ſine qua nemo vi
uit.Et hæc triplex eſt.Seminalis q̃ & vegetatiua dicit̄:&
nobis cū arborib⁹ cōis eſt.Senſualis:q̃ cū pecorib⁹.In=
tellectualis q̃ cū ſolis āgelis.mō denotat mores.Ci.li.ij.
ad herē.Deinde vita hois ex anteactis ſpectabit̄.mō ali=
mentū ſeu victū.Terē.Eadē qppe hō iā grādior cui ope
ra vita erat.mō ſpatiū viuēdi.Augu.lib.v.con.Vita hęc
miſera eſt:mors incerta:ſi ſubito ſurrepat:quomō hinc
exibimus?modo fortunā.Ter.Nam tua quidem hercle
hæc vita certe expetenda atq; optanda eſt.Variat̄ in plu
❡ Vrino. as. ſiue vrinor pe. pro. quod eſt in aquã emergi et natando emergere. Nam et vruũ ita flexum deorſum eſt: vt redeat ſurſum. Vrinare ergo quaſi ad ſimilitudinẽ vrui nare. i. natare. Ply. lib. xj. Eadem eſt cauſa quia ſub aqua diu ranæ et phocæ vrinẽtur. Hinc vrinatores apud Var. qui in aquam merguntur. Calliſtratus Iureconſul. appellat eos qui merces e mari extrahunt nauigij gratia iactatas. Hinc fit compoſitum Inurino. Col. lib. ix. Lacus piſcinaqꝫ fiant vt ſint quibus inurinare poſſint aues.

❡ Vrna ꝓprie vas aquarium: quod in aqua haurienda vrinat. i. mergitur atqꝫ emergitur. Cuius diminutiuũ eſt Vrnula.

❡ Vrnariũ mẽſa ꝗdrata. ꝙ vrnas cũ aqua poſitas ibi potiſſimũ haberẽt in culina. Hoc apđ nos plurimi marmoreũ faciũt: foramine ꝑ quod aqua effluat relicto: ac ſup id eſcaria vaſa epulis vncta ꝑ ancillas lauantur. Eſt et Vrnarium balnei ab vrna vaſe aquario.

❡ Vro. is. vſſi. vſtũ. ardeo. quod & de frigore dĩ. Nam et frigus vrit. Luc. Vrebãt mõtana niues. Vir. Aut boreæ penetrabile frigus adurat. Per tranſlationẽ ponitur ꝓ cruciari. Virg. Vrit atrox Iuno. Huius compoſita ſunt Aduro qđ eſt circũuro. Virg. Rapidi ne potentia ſolis Acrior: aut boreę penetrabile frigus adurat. Deuro. Exuro. Comburo. Peruro valde vro. A quo Pruina. Inuro qđ eſt adhibito igni fingo.

❡ Vredo morbus herbarũ/fruticum/arborumqꝫ: qui in vitibus etiam Carbunculus dicitur: et in cęteris rubigo: ſata/plantas/arboreſqꝫ adurens. Interdum vredo ſignificat incendium ac pruritum. Ply. de vrtica piſce hoc tactu vredinem excitat.

⁎ Vriculum Latini dicũt qđ Græci Encauſtum. Ce.

❡ Vropygiũ et Oropygiũ eſt anguſta & vltima ſpinæ ps. ſiue vt Iul. Pol. inquit ſphondilis finis podici eminẽtis. quaſi terminus pygæ ſiue finis vertebrę. Græce οὐροπύγιον. Ariſto. lib. vltimo de partibus animaliũ. vt caudam quadrupedum vult eſſe ita volucrum vropygium et earum dũtaxat quæ ſciſſas alas habẽt: oropygium ita datum volucribus ad dirigendos volatus quemadmodum nauigijs temones.

❡ Vrſus animal ferum. A quo fiunt diminutiua vrſulus. vrſellus. et vrſiculus. et adiectiuum vrſinus. a. um quod eſt ex vrſo. vt caro vrſina.

❡ Vrſa fœmi. ab vrſus. Eſt et ſidus cæleſte figurã habens ſimilem plauſtri. Vnde antiqui Grecoꝝ Amaxã hoc eſt plauſtrũ dixerũt. Nñ quoqꝫ a bobus iũctis Septẽtriones appellarunt. i. a. vij. ſtellis ex ꝗbus quaſi iũctiones figurãtur. Sunt aũt duæ vrſæ Maior et Minor: quas Gręci ἄρκτους vocãt. De quibus alibi.

❡ Vrtica gen⁹ hęrbę. ab vrẽdo. ꝙ eius folia tacta acerrime vrãt. Quo etiã noĩe dictus eſt piſcis ꝗdã ꝙ vredinẽ tactu excitet. Cõſtat ſi equæ marẽ nõ admittãt et vrtica infricetur natura libẽter coitũ pati. Scribũt Phyſici vrticã in cibis coctã vtiliſſimã eſſe lyeni: vẽtris duricię: articularibus et podagricis morbis: arterię: tuſſi: vẽtris diſtillationi: ſtomacho. Pectus præterea purgare: vrinã eijcere: ſanguinẽ nariũ ſiſtere: calculos rumpere vuam reprimere. Gręce aũt ἀκαλήφη vrtica dicitur.

❡ Vruum aratri curuatura. A quo Vruo. as. quod eſt aratro definio.

V. ante S.

❡ Vſia cũ accẽtu in pe. latine eſſentia ſiue ſubſtãtia dĩ. Aug. in Dial. Vſia eſt ꝓprie et principaliter dicta ꝗ neqꝫ in ſubiecto neqꝫ de ſubiecto ſignificaẽ. vt eſt hic hõ. vel hic equus. Secũdæ dicũtur vſię gen⁹ et ſpẽs. i. aĩal et homo. ꝙ ſolę indicẽt primã. Vt ſi ꝗs nolit vel neſciat dicere Socratẽ: dicat animal vel hominẽ. i. genus vel ſpeciẽ: ꝗbus dictis quid ſit Socrates agnoſcitur.

¶Vſitor.pe.cor.frequenter vtor. A quo Vſitatus.vſitatior.vſitatiſſimus.

¶Vſpiam ꝓ vſq̄.et in loco et ad locum ſignificat.Teren.in Adel.Aut vſpiam ceciderit.

¶Vſq; alicubi.quaſi vno quouis loco. A quo Nuſq̄ nullibi.

¶Vſq̄ modo prępoſitio eſt ſignificās cōtinuationem et finē actus:puta loci.tpis.et hmōi.vt Vſq; ad diē dominicū tecū futurus ſum.Virg. Vſq; ſub extremū brumæ intractabilis imber.Tibul. Vera cano ſic vſq; ſacras innoxia laurus Veſcar et æternū ſit mihi virginitas. Sed cū noībus ꝓprijs locoꝝ vel domus/rus/militia iungitur ſimplicē actm̄ requirit.vt Vſq; rus ꝓpero. Quādoq; additur ad.Cice.ꝓ Deiota. Vſq; ad Numātiam miſit.Cum alijs vero iūgimus ad vel in.vt Vado vſq; in Hiſpaniā.Vado vſq; ad Padum. Interdū etiā de loco eſt.Ter.in Eunu. Ex Aethiopia eſt vſq; hæc. Quādoq; aduerbiū eſt ſignificās diu aut multum aut ꝓpe.Idem in Adel.Cteſipho me pugnis miſerum & itā Pſaltriā vſq; occidit.i.ꝓpe vel vehemēter occidit Nā occidere ad cædem veteres referebāt. Aliquando ſignificat aſſidue:pſeuerāter.Cice.Cornifi.Mihi curæ vſq; erit quid agas.Virgi.lib.vj. Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt iuuat vſq; morari.

¶ Vſq; quo quaſi ad vnum aliqđ tempus vel locum. vt Vſq; quo ebria eris.

¶Vſq; quaq; paſſim:aſſidue:ſemp. quaſi i vnoquoq; loco:ſiue in vno quoq; tēpore.Cic.Treba. Vſq; quaq; ſapere oportet.

¶Vſq; eo et vſq; adeo.i.intātum. Cice. Vſq; eo vt ego miſerer eius. Aug.Vſq; adeo inter fremētes pmāſit intrepidus:et inter lapidum fuit cruciamēta ſecurus:vt incredulitatem Iudæorum fidēter argueret.

¶Vſq; antehac.i.anteq̄ ſicut exponit Do.Ibi iūgūtur duæ præpoſitiones ſed vna eſt velut aduerbium. Nulla em̄ præpoſitio præpoſitioni iūgi ſeparatim pōt: ſed Vſq; eiuſmodi eſt vt ſine aliqua prępoſitiōe raro inuenuatur.Teren.in And.Vt animus in ſpe atq; in timore vſq; antehac attentus fuit.

¶Vſus ipē vtēdi actus.Virg.Nā neq; erat corijs vſus Interdū cōſuetudo.Quint. Mulierē cū qua illi longua fuerat vſus.Interdū opus et exercitium. Virgi.li.viij. Arma acri faciunda viro nūc viribus vſus Nūc manibus rapidis. Interdum fructus et vtilitas.Apul.Quū id ex vſu meo non eſſet.Hinc vtilis et vtilitas.

¶Vſura vſus dicitur. Sene.Si mihi vnius diecule vſuram pmiſiſſet. Vnde et pecunia quę in fœnore ſorti accedit vſura dicitur:qm̄ ex vſu acqratur. Hāc Var. Impēdium vocat: ꝙ inter ſe iūgat vnūq; fiat quaſi cōpēdiū. Sido.Apollina.Poſteriora vocat:qm̄ qui fœnus agitāt et in vſuras extēdunt videntur aggregare poſteriora prioribus:et orta oritura cōnectere.Ob id Gręci τόκοσ vocāt eas.quaſi partus poſteritatem.

¶Vſurarius.a.um.ex quo capitur vſus.Plau.in Am. Alcumenam vxorem cepit vſurariam.

¶Vſuarius dr̄ ille cuius eſt vſus:q rei vſum capit.

¶Vſuuenit.i.accidit.Cice.in Cato.Nam ſi id culpa ſenectutis accideret:eadem mihi vſuuenirent omnia et reliquis maioribus natu.Ply. Id em̄ frequenter vſuuenit vt mali bonis præferantur.

¶Vſucapio is.duo verba videnť. Vn̄ Vſucaptio ſiue vſucapio.onis.q̄ eſt ab vſu acquiſitio vel adiectio dominij p cōtinuationē poſſeſſionis tpis lōge diffinitū: vt puta.xxx.aut.xl.annoꝝ ſi res immobilis ſit quā poſſidem⁹.Triū ānoꝝ ſi mobilis. Recētiores primā illā ꝑſcriptionē:hāc vero vſucapionē vocāt. Ita em̄ dr̄ Vſucapio ſicut pignoricapio..Cato.Hæc pignoricapio ad es militare facta eſt:qđ es Tribuno erario miles accipe debeat.Paul. Qui alienam rem mortis cauſa traditā vſucepit:nō ab eo videtur accepiſſe cuius res fuiſſet: ſed ab eo qui vſucapionis pręſtitiſſet.

¶Vſuſfructus dr̄ quū res aliqua nō noſtra eſt:ſed pinde ex ea fructū atq; vtilitatem capimus ac ſi noſtra eēt Diffiniturq; ab Vlp. ꝙ ſit ius alienis rebus vtēdi fruēdiq; ſalua rerum ſubſtantia.

¶Vſurpare eſt in frequenti vſu habere.et hoc ſiue verbis ſiue factis fiat.Col.lib.ij. Nā illud qđ in qbuſdā ꝓuincijs vſurpať vt cornib⁹ illigeť iugū fere repudiatū eſt ab oībus.Cice. Qđ ſp vſurpamus in oīōnibus dictis ac factis minimis aut maximis :quū hoc decere dicimus:illđ nō decere.Igiť Vſurpare eſt frequēter dicere ſeu frequēter facere. Amb.li.Hexa.ꝓ ſolere poſuit. Ipm mūdū ſemp fuiſſe et fore Ariſto. vſurpat dicere. Iuriſcōſulti vſurpare ꝓ pręter ius vti vtunť. Gel.li.iij. Mutiū Iuriſcōſultū dicere ſolitū legi nō eſſe vſurpatā mulierē quæ cū Kalēdis Ianua.apud virū cauſa matrimonij eſſe cœpiſſet ante diē.iiij.Kalendas Ianuarij ſequētes vſurpatū eſſet nō poſſe impleri trinoctiū quod abeē a viro vſurpādi cauſa ex.xij.tabulis deberet:qm̄ tertiæ noctis poſterioris ſex horæ alterius anni eſſet q incipere ex Kalendis.

¶Vſtulo.as.pe.cor.ab vro fit. Pacu. Candēti ferro crines vſtulare. Liuius. Pauci ſemiuſtulati venere in poteſtatem.

¶Vſtrina pe.pro.locus in quo metalla candeſcunt vt laborentur.Ply.In vſtrina ter ſiccantur ita vt torreanť carbone puro ac toties vino reſtinguantur albo.

¶Vſtrigo pe.pro.vredo dicitur. Amb.lib.Hexa. Nō deſinit eſſe triticum:ſi aut vſtrigine aduratur : aut imbre madidetur.

V ante T.

¶Vt cōiūctio cauſatiua.vt Dedi tibi librū vt legeres. .i.ꝓpter hanc cām.Cice.Lentu. Nō illi qdem vt mihi ſtomachū facerēt. Interdū adiūctiua eſt. Plau.Is mihi ſuaſit vt ad te irem.Interdū elegātię cauſa ponit.Cice. Inuit⁹ feci vt C.Flaminiū de ſenatu eijcerē.Nihil em̄ ſignificat niſi inuit⁹ eieci. Interdū ponit ꝓ ꝙ. Ter.Nihil do vt etiā impuratus ille me irrideat. Interdū eſt aduerbiū tpis.et ſigni. ſtatim. poſtq̄. ex quo primū. Vir. Vt regē æquæuū crudeli vulnere vidi.Idē. Turnus vt infractos aduerſo marte Latinos. Interdū aduerbiū q̄litatis.et ſigni.quo mō.Vir. Vt vidi:vt perij:vt me malus abſtulit error.i.ſtatim poſtq̄ vidi:ſiue cū primū vidi:quo mō perij. Vn̄ amicos interrogamus. Vt valeas? .i.quo mō vales? Significat ēt q̄litatē certā et incertā. Ter.in Adel. Nō me hāc rē vtut erat geſta pr̄i idicaſſe. q.d.quoquo mō.bn̄ male. Aliqn̄ admirātis. Plaut⁹ in Ru.Vt in ocellis hilaritudo eſt? Et illđ.Vt nūc fluctuat mare?.i.quātū ſiue quo mō. Aliqn̄ ſilitudinis. Idē.Vt imbrices fluūt oculi.i.ſicut. Qnq; et poſtponiť ita.Ci. lib.de Orat.Vt qſq; optime gręce ſciret:ita eſſe neq ſſimū.Vbi notandū ꝙ licet qdam ꝑceperint in hac iūctura ita et vt ſemper reſpondere gradus:Ouid.tamen li. Hero.dixit. Vt fera eſt multoq; ſuis truculentior euris Spectaſſet ſiccis vulnera noſtra genis.Non em̄ ſic ccionibus dixit.Ponitur nonnūq̄ pro vtpote. id eſt tāq̄ Liuius. Gens vt in ea regione diuitijs prępollēs. Quādoq; pro quippe.Quintilia.Nec ignoro quoa tranſeo nec vtiq; damno:vt qui dixerim eſſe in omnibus vtilitatis aliquid.Interdum ſignificat ita :vt ſiue ꝓpter qđ vel quapropter. vt ſi dicam.Quotidie hoſpites ad me veniunt vt incipiam iam ſtomachari tantam frequen-

tiam. Item aduerbium optandi et ponitur pro vtinā. Vnde Terentius in Heauton. Vt illum dij deæq; oēs perdant. Itē ſignificat q; ſecūdū. Quintil. At vero orator vt eſt ſemp ad dicēdū paratus. Ci. Qui ſermo: q̄ p̄cepta: quāta notitia ātiq̄tatis: ſciētia iuris augurū. Mi ç̄ēt vt in hoīe Romano lrē. Interdū ſignificat q̄m̄. Plau. in Aſi. Vt noſtrę fortunę p̄cedūt libane. Ter. in An. Ego poſtq̄ te emi a puulo vt ſemp tibi apud me iuſta ac clemēs fuerit ſeruitus ſcis. Ponit̄ p̄ q̄uis. Plau. Vt iſtuc piculū ingēs ſit: me tñ nō tremefacit. Oui. ad Rufi. Vt deſint vires tñ ē laudāda volūtas. Pro q̄. Virgi. Vt ta poſt multa tuoꝝ funera. Pro ne nō. Ter. in An. Dies hic mihi vt ſatis ſit vereor ad agēdū. Iūgit̄ mō indicatiuo. vt ſuſtinui. Mō optatiuo. vt faciā. Mō ſubiūctiuo. Vir. Infandū regina iubes renouare dolorē Troianas vt opes & lamētabile regnū eruerit Danai. Ab vt fit vti & addēdo nā fit vtinā. Sicut ſicuti. velut veluti. Prout. i. ſicut.

¶ Vtut. come ſe vog lia. Teren. in Adel. Immo hercle hæc quęſo ſcire vtut hæc facta ſunt.

¶ Vtcūq; ſimiliter. ſignificat quomodocūq;. Liu⁹. Vtcūq; erit iuuabit tamē rerū geſtarū memoriæ principis terrarum populi me ipſum conſuluiſſe.

¶ Vtinā aduerb. ē optātis. Quādoq; etiā dicim⁹. O vtinā. Oui. O vtinā tunc cū Lacedæmona claſſe petebat.

¶ Vtputa ſignificat quemadmodum.

¶ Vtiq; aduerbiū ſimilitudinis: & quandoq; ponit̄ pro certe vel prorſus. Quintil. Solēt huiuſmodi negotiatores aliquid p̄priū ac priuatū ſtipulari vtiq; cū rē alienā vendant. Hiero. in p̄log. Paralip. Quæ vtiq; in codicibus noſtris non habent̄. Sue. in Tito. Cæterū Titū qui prope adſtabat vtiq; imperaturum.

¶ Vt quid. ſignificat quamobrē: propter quid: vt quid repuliſti nos in finem.

¶ Vtpote. aduerbiū confirmantis: & cauſatiuū. ſignificat eñ quoniā: quandoquidē. Sal. Antonius aberat a bello vtpote æger ac iacēs. Ponitur etiā p̄ tāq̄. Sue. in Augu. Aedes ſacras vetuſtate collapſas aut incendio abſumptas refecit: eaſq; opulentiſſimis donis adornauit: vtpote qui in cellā Capitolini Iouis ſexdecim milia pondo auri vna donatioe cōtulerit. Amb. lib. j. offic. Erat Iſaach dominū timēs vtpote Habraæ indoles deferens patri honorem. i. quoniam vel tanq̄.

¶ Vter. a. um. ſignificat quis vn⁹ ex duobus? ponitur q; interrogatiue vt vter veſtrū fecit hoc? Infinite: vt ſcio vter veſtrū hoc fecerit. i. quis vnus veſtrū hoc fecerit. Dicim⁹ vter alterū. Ply. Vter alteri dixerit neſcio. Similiter dicimus Vter vtrū. Cice. Vter vtri inſidias fecerit. Hinc fiunt Compoſita quæ ſequuntur.

¶ Vterq; ſignificat ambos. licet inter ſe differant. q; cū vtrūq; aliq̄d feciſſe dicimus: & ab hoc & ab illo ſeparatim id factū intelligim⁹: vt vterq; ſibi domū ędificauit hoc eſt & hic ędificauit ſibi domū & ille. Cū vero ābos dicim⁹ feciſſe: ab vtroq; cōiūctim id factū oſtēdim⁹. vt Ambo ſibi monumētū cōſtituere. hoc eſt. hic & ille ſimul vna ſibi cōmune monumentū fecere. Propter qđ vtrūq; alterū verberaſſe dicimus. hoc eſt hūc illū: & illū hūc verberaſſe. Cic. Quorū vterq; ſuo ſtudio delectat⁹ cōtēpſit alterū. Quintil. Cū eñ vterq; alteri obijciat palā eſt vtrūq; feciſſe. Eodē mō vtrūq; vtriq; aliq̄d feciſſe dicimus. Terē. Quia vterq; vtriq; eſt cordi. Ambos autē alterū verberaſſe: vel ambos verberaſſe ābos. nō recte dicim⁹: q̄a ſignificaret ābos ſeipſos verberaſſe. ſed ambo ſe mutuo verberarūt. Aug. Vterq; ſignificat ābos: et tñ ſingulari ſono eſt: ſed ſignificatiōe duali. Nā cū dixit Virgili⁹. Cōſtitit in digitos extēplo arrectus vterq;: duo ſignificati ſunt cū dixit vterq;: cū aūt arrectos noluit exprimere pluralitatem: vt ſit in plurali vtriq;. Sed hoc intereſt. q̄a licet vterq; duo ſignificet: tñ ſolū duo. Vtriq; aūt duo ſignificat. ſed ſic vt i ſingulis multi ſint. Si dicas vtriq; exercitus duo ſignifico: ſed ſic vt in ſingulis tu ibi ā intelligi volo. hæc quidē diſtincta ſunt: ſed item auctoritate cōfuſa. Nam cū ait Virg. Super vtraq; quaſſat tēpora. cōfudit. dicere eñ debuit ſuper vtrūq; tempus cū de duobus temporibus loqueretur.

¶ Vterlibet. penultima correpta. alter ex duobus: hoc eſt vter quem tibi capere libet.

¶ Vteruis. vter quē tu vis. Sic quiuis & quilibet. Nihil eñ eſt aliud quiuis q̄ vn⁹ quē tu vis. & quilibet. q̄ vn⁹ qui tibi magis libet. Hoc eñ differunt vteruis & vterlibet a quiuis a quilibet. q; illa vnū ex duob⁹ ſignificant. hęc vnū ex pluribus. Ter. A bs quiuis hoīe cū eſt opus beneficiū accipere gaudeas. Quintil. Periculoſum & cū cura intuēdū gen⁹: q; ſi in p̄ponēdo vnū quēlibet amiſerimus cū riſu quoq; tota res ſoluit̄: tutius ſic interrogare ſi hęc actio nō ſit quę ſit. Simul eñ remouent̄ oīa vel cū duo ponent̄ inter ſe cōtraria: quoꝝ tenuiſſe vtrūlibet ſufficiet. Ecce in eodē loco Vtrūlibet & quodlibet vſus eſt. Altero p̄ eo qđ eſt vnū de duobus. Altero p̄ eo qđ eſt vnū de plurib⁹. Hiero. Adducetur ad Aaron vel ad vnū quēlibet filiorum ipſius.

¶ Vtroq; aduerbiū loci. hoc eſt ad vnū aliquem locum et ad alterū. Liu. Vtroq; loco. ¶ Vtraq; per vtrūq; locū.

¶ Vtrum aduerbiū: modo interrogātis eſt. Plau. Vtrū id verum putas: an non? Modo dubitantis. Seneca. Vtrum nobis id conueniat animaduertendū. Cōponit̄ quādoq; cū nam. Hiero. lib. ij. Et conſuluerūt poſthęc dominū vtrum nam venturus eſſet illuc.

¶ Vter vteri. & Vterus vteri dicit̄ quem alio noīe locos appellāt: & vulgo falſo matricē: cū matrix ſit fœmina quę fœtus gratia tenet̄. Exiſtimat Ply. vuluā dici in cęteris animalibus: in muliere vterū. Ideo vterus dicitur quia cōtinet & tanq̄ vter eſt: ad pręgnanteſq; pertinet. Quādoq; tamē ſumit̄ pro ventre. Virg. Vterūq; armato milite complent. Cæcil. Nunc vter creſcit nō poteſt celari. Huius diminutiuū eſt Vterculus.

¶ Vter vtris generis maſculini pellis qua vinū aut oleum deferri ſolet.

¶ Vterculus. Ply. Et in vterculos cōgeſtus apū liquore eñ eū euomūt. Diminutiuū eſt ab Vter p̄ ventre.

¶ Vtriculos in farina videtur Plyni. accipere lib. xviij. quos Galli Ciſalpini redundaginē: in Venetia prouincia plęriq; Subuentres vocant.

¶ Vtricularius qui inflat ex vtre phyſtulam. Et a græcis Aſcaules dicit̄. Sue. in Nero. Vouerat ſe proditurū hydraulam & choraulam & vtricularium.

¶ Vtor. vſum habeo. Et ſemp de rebus bonis ac neceſſarijs necnō & diuinis ianimanſq; dicit̄. vt vtor domo diligētia/cōſuetudine/ſtudio/ & huiuſmodi. Terē. Scio te nō eē vſum antehac amicitia mea. Sed cū de pſonis loquimur accipit̄ pro cōuerſari. Ci. Lentulo. Trebonio multos annos vtor valde familiariter. Inde vſus p̄ cōuerſatione. Quintil. Mulierem cū qua lōgus illi fuerat vſus. Et quia aliqua re vtimur vt ex ea fructū percipiamus: factū eſt vt dicamus vſum p̄ vtilitate. Conſtruit̄ quādoq; cū actō. Cic. lib. Acad. Et q̄ a ſuperioribus acceperāt vtebant̄. Var. Vtile vtamur potius q̄ ab re abutamur. Huius cōpoſita ſunt Abutor & Coutor.

¶ Vtenſile. pe. cor. qđ ē ad vſum neceſſariū. Col. li. xij. Vtenſilia q̄bus aut alitur hoīm genus: aut etiā excolit̄.

V. ante V.

¶ Vua eſt quæ in vite fit. dicta ab vuido. Aliq̄ñ ponit̄ pro vite. Virg. Et turpes auibus p̄dā fert vua racemos.

Et vuę morbus quē gręci Staphylen vocāt. Inflāmatio eſt eius partis q̄ in ore Columellę dicit̃ & Staphylophoros Ariſtoteli. Diſtenditur hęc & lutheo colore ſub rubeſcit acino perſimilis. Eſt aūt vua id qđ in fine palati dependet: circa fauces: vt inhiante hoie conſpicit̃. ſic dicta quia vt vua depēdet. & humiditate variatur: & eſt vocis moderatrix. Seren᷒. Aegreſcūt tenerę fauces cū frigoria ora Via ſubijt: vł cū vēdis agitabilis aer Vertit: atq; ipſas flatus grauis inficit vuas. Sub vua eſt minor lingua q̄ Epiglotſis dicit̃. Dicit̃ etiā vua de Apib᷒. Cū collectę ſunt & in modū botryonis depēdēt. Col. Cum examen glomeratū in ꝓximo frondētis arbuſculæ ramo cōſederit animaduertito an totū examē in ſpeciem vnius vuę depēdeat. Ply. li. xj. Tunc oſtēta factū priuata ac publica vua dependēte in domibus templiſq;. Virgi. Et denſis vuā dimittere ramis. Seruius. Vuā dimittere. i. in morem vuæ botryonem defluere.

❡ Vuidum humidū pingue: qđ præcipue habet aliqđ humoris intrinſecus. Vnde & vua dicta. Humidum qđ habet humorem extrinſecus.

⁎ Vucus ſuccus Vinū dicitur. ab vua. Cc.

❡ Vulcanus deus antiquis putatus eſt: quo ſignificat̃ ignis q; canus per aera volet. Volat enī flāma & cādida eſt. Hic & Mulciber appellat̃: q; ferrū mulceat. Fingūt enim poetæ hunc fuiſſe deū & Iouis ex Iunone filium. Qui faber Ioui fulmina contra gygantes fabricauit. Hinc Vulcaniæ inſulę appellatæ ſunt.

❡ Vulcanum in cornu cōcluſum gens. ſignificat ignē in laterna portas.

❡ Vulcens. tis. ſine s. poſt l & per u.

❡ Vulga ſacculus ſcorteus ſiue ex alia materia in quo pecuniā vł alia vitę neceſſeria ferre ſolēt hoies. dicta q; nūmos aliaſq; res inuoluat. Lucil. In vulgā penetrare pilosam. Var. Vt viaticū ex ercula adderē in vulgā. Hæc etiā a veteribus Bulga dicitur. Eſt & vulga ſiue bulga folliculus ad brachiū pendēs gerendæ pecuniæ gratia. Lucil. Cui neq; iumētū eſt: nec ſeruus: nec comes vllus bulgā & qcqd habet nūmoꝝ ſecū habet: cū Bulga cœnat/dormit/lauat. Quādoq; ponit̃ pro vulua: & ecōtrario vulua pro ſecculo. Idem. Ita vt quiſq; noſtrū e vulga eſt matris in lucem editus.

❡ Vulgus neu. gene. & indeclinabile. Et Vulgus vulgi maſ. generis ſignificat multitudinē ignobiliorē. Virgi. Sæuitq; animis ignobile vulgus. Cic. Saturnū maxime colunt vulgi. Virg. In vulgū ambiguas & quærere conſcius arma. & a voluendo quidā dici putant: q; ſtulte huc atq; illuc voluatur.

❡ Vulgo aduerbialiter poſitū ſignificat paſſim per oēs cateruatim. Virg. Hinc lętis vituli vulgo moriuntur in herbis. Vulgo concepti dicuntur qui patrē demōſtrare non poſſunt: vel qui poſſunt quidē ſed eū habēt quem habere non licet. Qui & Spurij vocantur.

❡ Vulgaris & hoc gare. qđ eſt vulgi. hoc eſt vile ac cōmune. Vnde & reſpōdet ſingulari. Ci. in arte veteri. Magna an parua: facilia an difficilia: ſingularia ſint an vulgaria: vera an falſa. Aliquando vulgare dicitur qđ eſt tritū & cōſuetū. Quintil. Simul ne vulgarē viā ingreſſus alienis demū veſtigijs inſiſterem.

❡ Vulgo. as. in vulgus do: & quaſi multis audiētib᷒ ac nō tacituris dico: & cōmune oib᷒ facio: manifeſto: vile habeo. Virg. li. x. Quid me alta ſilētia cogis rumpere & obductū verbis vulgare dolorē? Lact. li. vij. Quę varicinia eoꝝ cū paulatim fama vulgaſſet. Liui. li. j. Sūt qui Laurentiā vulgato corpore lupā inter paſtores vocatā putent. Plau. in Am. Cui me abſente corpus vulgauit ſuū. Hui᷒ cōpoſita ſunt Diuulgo: Euulgo. qđ eſt extra in vulgus exeo. Liui. li. x. Ciuile ius repoſitū in penetralibus pontificū euulgauit. Inuulgo. Gel. Labris foras editis inuulgaret. Peruulgo valde vulgo. Ter. Vbi rem ſciui cœpi inhumanius neq; vt animū decuit ęgrotū adoleſcentuli tractare: ſed vt & via peruulgata panū quotidie accuſabā. ⁎ A Vulgo fiunt verbalia Vulgator Vulgatrix & Vulgatio. Cc.

❡ Vulnus vide in dictiōe Vlcus. Hinc Vulnero. as. ſaucio: vulnus infero. Trāſfert̃ quādoq; ad animū & ſignificat ango. Vnde & vulnus animi pro angore accipit̃ ſeu damno. Ply. Maximū illi fortuna vulnus intulerat duobus filijs immatura morte ſublatis.

❡ Vulnerarius medicus chirurgus qui vulnera curat. Vulnerariū emplaſtrū quod vulneribus imponitur.

❡ Vulpes & Volpes animal teſte Varrone q; pedib᷒ volet. Hui᷒ diminutiuū eſt Vulpecula. Hor. Forte per anguſtā tenuis vulpecula rimā. Adiectiuū Vulpinus. a. um. qđ eſt a vulpe. Sue. Vbi leonis pellis deficit vulpina inſuenda eſt. Aliquando ponitur pro aſtuto. Plau. Vulpinus animus ne quid moliatur mali.

❡ Vulpinor. aris. ſignificat mēdacijs ac fraudib᷒ vera peruerto ſiue effugio. Tractū ex tortuoſo vulpiū curſu.

❡ Vulſinus. pe. pro. lacus a Vulſini oppido cui adiacet noiatus in Hetruria piſciū fertilis. Vulſini enī oppidū fuit opulentiſſimū. a quo Vulſinenſes dicti ſunt.

❡ Vultur & Vulturis & Vulturius in noiatiuo dici pōt. Enn. Vulturis in ſyluis miſerum mādebat homonem. Auis eſt rapax carniuora a volatu tardo dicta q; ꝓpter magnitudinē corporis tarde volet. Plau. in tru. Iā quaſi vulturij triduo prius prędiuinabāt quo die eſurituri ſient. de hac aue ſic ſcribit Ambr. Negant vultures indulgere concubitui & iugali quodā vſu nuptialiſq; copulæ ſorte miſceri: atq; ſine vllo maſculorū cōcipere ſemine: & ſine coniunctione generare: natoſq; ex his in multā ætatē longę vitæ ꝓcedere: vt vſq; ad cētū annos vitę eorū ſeries ꝓducat̃. Eſt & Vultur mons in Apulia. ⁎ A Vulturio fit Vulturinus. vt vulturina caro. Cc.

❡ Vulturnus ventus qui ab oriēte hyberno ſpirat. Dictus a Vulturis volatu vt quidā aiūt: quoniā alte reſonat. Gręci Euronotū vocāt: q; inter notum & Eurū ſit. Hoc nomine etiā dictus eſt fluuius qui per Campaniā labens haud longe a Cumis mergit̃. qđ & Vulturnum dicitur. Syrius li. viij Fluctuq; ſonorum Vulturnū.

❡ Vulturnum oppidum Campanorum eſt: & fluuius: de quo modo eſt dictum.

❡ Vultus a volo vis. ſicut a colo cultus. ꝓprie ſignificat voluntatē hominis quę ꝓ motu animi in facie oſtēditur. Cū facies ſit ipſa oris ſpecies quę permanet. Vultū ſibi fingere multi poſſunt formā nemo. Lucre. li. iij. protulit vulta neu. genere. Sed quos vtriuſq; figuræ Eſſe vides miſtim referētes vulta parētum. vultus aūt in nullo animante eſt pręter hominem. Huius diminutiuum eſt Vulticulus quo vſus eſt Cicero.

❡ Vultuoſus. triſtis. Ci. de optimo gñe dicēdi. In quo cū effeceris ne qd ineptū ſit: aut vultuoſum. Hic eduerbiū Vultuoſe. qđ Do. vſurpat ꝓ eo qđ eſt indignāter facie mœſta & frōte ſubducta: & cū geſtu reb᷒ accōmodato. Vultuoſa frons apud Apul. ꝓ mœſta accipit̃. Ait enī li. iij. met. Longe diſſimilia aduenit nō ex lęta facie ſed vultuoſa fronte rugis inſurgētibus adſeuerabat.

❡ Vulua ſeu volue: idē qđ vterus. & matrix vulgo dicit̃ licet falſo. dicta q; fœtus inuoluat. In ea enī cōcept᷒ fit & fœtus cōtinet̃. Hanc multi ex Romanis ex porca in delitijs habuere. q̄ duplici noie appellabat̃. Eiectitia. ſ. & porcaria. Eiectitia a partu eiecto ſiue enecto. Porcaria ab edito. Eiectitiā Ply. optimā eē ait: q̄ fuerit porcæ occiſę: cū electus ſiue enectus eſt partus. Porcariam cū editus eſt. melior q; erat eius q̄ peperiſſet q̄ virginis.

Nam a partu ſtatim ſuem primiperā interficiebāt: tum habendę vuluę gratia: tum vt ſumen optimū efficerēt. Mar. Te fortaſſe magis capiet de virgie porca. Me materna grauidę ſue volue capit. Quādoq; accipiť vulua pro ore vuluæ. Iu. Adhuc ardēs rigidę tētigine vuluę. Ply. quoq; boletorū prorumpētiū in oui ſpeciem albū illud inuolucrum Voluam nuncupat.

V. ante X.

¶Vxor quaſi vnxor ab vngendo. Nam cū puellę nuberent apud veteres ac mariti domū intrerēt: a xungia poſtes vngebant putātes ex hoc oīa mala ab ea domo arceri. vel q; loto maritoe vngebāt. Enn. Exin Tarquinū bona fœmina lauit & vnxit. Ser. in cō. li. iiij. æn. ſic habet. Mos fuerat vt nubentes puellæ ſimul cū veniſſent ad limē mariti poſtes enteq̄ ingrederentur ornarēt laneis vittis & oleo vngerēt. Et inde vxores dictę ſuot quaſi vnxores. Plyn. quoq; ſcribit nouas nuptas lupino adipe puſtes inungere ſolitas ne quid mali medicamenti inferreť. Huius diminutiuū eſt Vxorcula. Hiero. ad Oceanū. Tu mihi olim emortuā de ſepulchro vxorculam protrahis.

¶Vxorius. a. um. qđ eſt vxoris: vel qđ ad vxorē pertinet. vt res vxoria. Aug. li. ij. con. Non curauit hæc quia metus erat ne impediretur ſpes mea compede vxoria. Aliquando Vxorius dicitur qui vxori nimis inſeruit. Virg. Pulchrāq; vxorius vrbem extruit.

X LITTERA ſemiuocalis ē: quæ vim duplicis cōſonantis habet. pro qua modo cs. modo gs. primitus vtebantur: vt epecs grecs: pro quibus nūc spex grex dicimus. Scēdū q; x tranſit in u. cōſonantē: vt nix niuis. in c. vt nox noctis: & in aſpirationem ſubijt. vt veho vexi. Quotienſcunq; autem hæc ꝑpoſitio ex: componiť cū dictione incipiēte a vocali vel c p t & s remanet integra: ſed quando cū a. a abijcitur: vt Exaio. exeo. exigo. exoleo. exuro. excutio. explodo. extraho. exequor. expes.

✱Xanthe nympha eſt a colore. ξάνθον enim grȩci ſubrubrum dicunt. Cc.

¶Xanthus. latine flauus diciť. Quo noīe dict⁹ fluuius Troienus: qui & Scamander diciť. Nem q; in campis Troianis proxime flumen ermenta rufa & pecore leucophea naſcunť: ideo flumen id Ilienſes Xanthum appellauiſſe dicunť. Eſt & nomē viri & nomē vrbis Lycię a fluuio ſic nuncupatę. Et nomen equi Hectoris.

¶Xanthij populi Aſiæ: q cū eoꝝ vrbs ab Harpago ꝑfecto Cyri obſidereť vxores ſuas ac ſeruos & oēs opes in arce poſuerūt. deinde ed ſubito igni cremauerūt: ipſi q; in bello irruentes cuncti cecidere.

¶Xanthicus aprilis mēſis Hebręoꝝ ligue appellat⁹ ē.

¶Xantho fuit vna ex nymphis Oceani & Tethyos filia. Virg. li. iiij. Geor. Drymoq; Xanthoq;.

¶Xāthippe: nomē vxoris q̄rulę Socratis philoſophi.

¶Xenos: latine hoſpes ſiue peregrinus. Xenia hoſpitalitas: amicitia externorum.

¶Xenium dici poteſt munus hoſpitalitatis. Vñ Martialis librū. xiij. in quo eiuſmodi munera diſtichis deſcribit: Xenia noīauit: q; verſus ipſos pro Xenijs mitteret. Ois in hoc gracili Xeniorū turba libello Conſtabit nūmis quattuor empta tibi. Quattuor eſt nimiū: poterit cōſtare duobus. Et faciet lucrū bibliopola Triphon. Hęc licet hoſpitibus ꝓ munere diſticha mittas. Si tibi tā rarus q̄ mihi nūmus erit. Huius diminutiuū eſt Xeniolū paruū Xeniū. Apul. Cōmodū meridies acceſſerat & mittit mihi Xeniola porcū optimū & quinq; gallinulas & vini cadum in ætate pretioſi.

¶Xenodochiū: & Xenodociū. hoſpitale: locus publicus quo peregrini & hoſpites hoſpitaliter recipiuntur ξένος hoſpes δοχεῖον receptaculum: quaſi hoſpitum receptaculū. Hiero. Xenodochiū in portu Romano ſtatum totus pariter mundus audiuit.

¶Xenocrates. pe. cor. nomē philoſophi Chalcedonij auditoris Platonis qui in academia Pſeuſippo ſucceſſit: & vigintiquinq; annis docuit. Fuit tardus ingenio adeo vt cū illū Plato Ariſtoteli cōpararet: alterum fręno: alterū calcaribus indigere dicebat. Hic philoſophorū ſeueriſſimus extitit. Ferūt cū Phyrne nobile ſcortū dedita opera e quibuſdā intra eius cellā miſſa eſſet: atq; ab eo orans lectuli partē accepiſſet: demūq; impfecto opere diſceſſiſſet: dixit ſe nō a viro ſed a ſtatua veniſſe. Eius verbis tāta fides adhibebať: vt cū iniurati nulli⁹ teſtimoniū admitteretur: huic ſoli iniurato crederetur. Hunc Athenienſes aliquando vendiderūt: vt ita in exilio degens frangeretur. Obijt ſecundo & octogeſimo ætatis ſuæ anno cum noctu forte in ſartaginem offendiſſet. fuere & alij hoc nomine.

¶Xenodotus fuit hiſtoricus patria Troezenus.

¶Xenodorus quaſi ξεῖνος. i. peregrinū qđ & egregiū denotans & δῶρον donū. Fuit nomen ſtatuarij nulli veterum cælandi arte poſtponendi.

¶Xenophanes. pen. cor. poeta Colophonius: qui cōtra Homerum & Heſiodū elegias ſcripſit. Fuit & alter Xenophanes ex Leſbo poeta Iambicus.

¶Xenophon nomē philoſophi & ducis inſignis Athenienſis Socratis: diſcipulus & Platonis æmul⁹ fuit: ſpecioſus moratus & oībus gratus. Hic prim⁹ omniū philoſophoꝝ ſcripſit hiſtoriā. Exercitū quoq; ex vltimis Babylonię finibus per aſpera & difficillima itinera incolumem in patriā reduxit. Fuere & alij Xenophontes.

¶Xenophilus. pe. cor. nomē muſici Chalcidenſis Pythagorici. de quo Val. max. Biēnio minor q̄ Gorgias qui centū & quinq; vixit annis Xenophilus Chalcidēſis Pythagoricus: ſed fœlicitate nō inferior. Siquidē vt ait Ariſtoxenus muſicus oīs incōmodi humani expers ſummo perfectiſſimę doctrinę ſplendore extinctus eſt.

¶Xerampellinę veſtes vt inquit Prob⁹ fuerūt ad vſum matronarū ampellini coloris: q inter coccinū & muriceū medius eſt. ξηρόν. ſiccū ſignificat. Itaq; Xerampellin⁹ color is eē crediť: quē vulgo Roſam ſiccā noīem⁹. Alij Xerampellinas dicunt latine dici Atrabaticas. hoc eſt quę colorem atrum. i. nigrum habent.

¶Xerolophus. pen. corrcp. dici poteſt ſiccus tumulus ξηρὸς ſiccus: λόφος tumulus. Nāq; ex lapidibus conſtrui conſueuerant principum tumuli.

¶Xerolibya. latine ſicca Libya dicitur.

¶Xerophagium comeſtio ſiccorum ciborum.

¶Xerophthalmia arida lippitudo: cum nec tumentes nec fluunt oculi: ſed grauеſcunt.

¶Xeria emplaſtra ſicca. ſicut Hygremplaſtra vocanť liquida emplaſtra.

¶Xerxes latine diciť bellator. Vñ Artoxerxes magn⁹ bellator. fuit Perſarū rex q contra Athenienſes magnū collegit exercitū. Tradūt ſcriptores numerū copiarum terreſtriū quas in Grȩciā duxit Xerxes fuiſſe. clxx. myriades. i. decies ſepties cētena milia. Myrias eñ nūerus eſt cōtinēs decē milia. Trāſiuit eius exercitus p ſeptem dies totidēq; noctes nullo tempore intermiſſo. Sed nauali ꝑlio a Themiſtocle Græcorū duce victus rex ipſe cum paucis aufugit. Fuit filius Darij regis ex Atoſa Cyri filia. Hanc hiſtoriā Herodotus late ſcripſit.

¶Xylon græce.latine lignum dicitur. vnde Xylobalſamum lignum balſami.

¶Xylinum.qđ & Xylon dicitur id eſt quod vulgares Bambatium dicunt. vnde Xylinæ veſtes.

¶Xylocaſia.lignum Caſiæ.

¶Xylophagus.pe.cor.vermis q albus obeſus nigelloq; capite eſt:ac naſcit̃ in lignoꝝ carie lignū corrodēs. In Ponto & Phrygia comeditur: vt auctor eſt Hieron. cōtra Ioui. Et quo modo(inquit) apud nos Ficedula & Attagen mull⁹ & Scarus in delitijs cōputant̃: ita apud illos ξυλοφάγιον comediſſe luxuria eſt.

¶Xiphis grçce ξίφοσ ſignificat enſem.vnde Xiphię ſtellæ ex cometarum genere in mucrones faſtigiatę.

¶Xyſtus a grçcis dicit̃ porticus ampla latitudine exercitationi accōmodata in qua Athletę per hiberna tēpora exercent̃. Hinc Xyſtici dicuntur Athletæ in Xyſtis pugnātes. Sue.in Aug. Nec tñ eo min⁹ aut Xyſticoꝝ certationes:aut gladiatoꝝ pugnas ſeueriſſime ſemper exegit. Xyſtici etiā dicunt̃ qui Xyſto ludūt. Significat eñ Xyſtos ſpiculū vel haſtile telum. vnde Xyſtophor⁹ latine ſpiculator. Interdū Xyſtus ſumit̃ ꝑ ambulatiōe in qua arbuſculę ſunt in plurimas ſpecies effigiatę. Ply. Ante cryptoporticū Xyſtus ē violis odoratus. Aliter Ply.li.v.epi. Ante porticū Xyſtus cōciſus in plurimas ſpecies diſtīctuſq; buxo. Idē. Nō tā ſtatuarū & tabularum pictarū ornatu ædes ſuas q̄ Xyſtis & nemoribus excoluit. Victru. Latini xyſta ambulationes appellant quas græci peradromidas dicūt. Cic.in Bruto. Cū ambularem in xyſto & eſſem ocioſus domi. Quādo vero adiectiuū eſt ſignificat ornatū terſum politum.

¶Xyſtis.vrbs Cariæ.a qua Xyſtiani dicti ſunt populi vt ſcribit Plynius.

Z LITTERA muta eſt ꝑ qua primitus nōnūq̄ ſimplex ſ vt ſacynthus ꝑ ζάκυνθοσ. ſethus ꝑ zethus. Q ſiq; duplicatū ſcribebamus: vt patriſſo ꝑ πατρίζω. pytyſſo ꝑ πυτίζω. aliqñ ꝓ illa d ponebam⁹: vt Medentius pro Mezentius. Zeta etiam ſiue Zetecula diminutiuū apud Plyn.in epi. erat locus capax vni⁹ lecti cū ſellis duabus qui velis obductis & reductis modo adijcitur cubiculo:modo aufert̃. Nomen quoniam tribus e partibus feneſtras & proſpectus habeat atq; ſolem multipliciter accipiat quaſi ἀπὸ τοῦ ζέειν qđ eſt feruere. Quādo & Heliocamin⁹ in ipſa zeta ponit̃. hoc eſt vaporarium quoddam ſolare nō ad ignis vſum:ſed ad ſolis:velut id qđ vulgo luminara dicitur. & in Paduana Gallia Lucerio. vel ἀπὸ τοῦ ζῆν.q in ea cōmodiſſime viuatur. vt quam delitias & amores ſuos vocet Cęcilius:ſicut a cōuerſatione victuq; dieta. De Heliocamino Vlpia.in ſeruitutibus vrbanis. Si arbor inquit Heliocamino vel ſolario ſolē adimat: dicendum erit quia vmbrā facit in loco cui ſol fuit neceſſari⁹ contra ſeruitutē impoſitā fieri. De zeta Lampridius. Indicos odores Heliogabalus ad vaporandas zetas ſine carbonibus iubebat incendi. De zetecula Plynius. Mox zetecula refugit quaſi in cubiculum.

¶Zazynthos inſula Ionij maris parua: cū vrbe eiuſdem noīs:a Zazyntho Dardani filio in qua imperauit dicta. cui⁹ incolę Zazynthij vocant̃. De hac Virg.li.iij. Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zazynthos.

¶Zagrus: vt inquit Stra. mons eſt quo Media a Babylonia diuiditur.

¶Zacanthæi fuerunt Zazynthiorū coloni in medio Pyrenei mōtis ſiti & iuxta fluuiū Hiberū habitantes.

¶Zacharias nomen prophetæ proprium.

¶Zamolſis teſte Herodoto libr.iiij.hiſto. fuit Pythagoræ ſeruus cui Getæ putantes illum Saturnū eſſe ſacrificia impendebant.

¶Zancle Peloponneſi oppidū fuit in regione Meſſenia. In qua ipſa Meſſene. Fuit & Zancle oppidū Siciliæ a Meſſenijs condita in Peloriſinu vbi ad orientem maxime flectitur. quā a ſuo noīe dixerunt Meſſanam. Hinc Zanclei Meſſeniorū apud Ply. Et Zanclea charybdis. Vel a fonte dictam vrbem putant. vel ab occultata ibi a Saturno falce quā lingua ſicula Zanclon vocant. vel a gigante Zanclo. vel a loci curuitate. Curua enim Zanclia vocant.

¶Zancleum ſaxum in freto ſiculo dictum a Zancle propinquo Siciliæ oppido.

⁎Zathenæ gemma eſt modo nigri: modo flaui electri colore. Cc.

¶Zea genus frumenti ſimile farri quæ vulgo Spelta dicit̃. Ex hac fit Alica. Ex Zeatico hordeaceo ve cibario q ſunt principū Equiſones equos alere cōſueuerūt.

¶Zedoron.dicitur terra Zean donans.

¶Zelo.as.& Zelor deponēs:ſignificat ęmulor. Aug. lib.i.con. Vidi ego & expertus ſum zelantem paruulū: necdū loquebat̃ & intuebat̃ pallidus amaro conſpectu collactaneū ſuū. Ponitur interdū zelari pro iraſci. ſecūdum illud qđ per prophetam dicitur. Indignatione magna zelatus ſum Syon. Et zelare eſt imitari. vt illud. Neq; zelaueris facientes iniquitatem.

¶Zelus.modo inuidiā:modo amorem:modo æmulationem ſignificat.

¶Zelotes.pe.pro.idē eſt qđ æmulator. vnde Simon apoſtolus dictus eſt zelotes. quādoq; dicitur amator. Et ſic dominus noſter appellatur. quoniā ita nos amat vt nolit fornicari poſt deos alienos.

¶Zelotypus.pe.cor.zelator ſeu ęmulator formę. Nā ζῆλοσ æmulatio eſt τύποσ forma. qui igit̃ ita amat vt ſollicitus ſit nequis amore ſuo perfruatur: Zelotypus eſt. Iuue. Ponere zelotypo iuuenis p̄latus barbæ. Zelotypia ægritudo animi ex eo ꝓueniēs q timeat ne adſit alter qđ cum nemine velit habere cōmune.

¶Zeno fuit philoſophus Cithicus ex Cypro grçca ciuitate Stoicorum ſectę conditor: tāto in honore apud Atheniēſes habitus: vt apud eū claues vrbis deponentēs ornarētq; ipſum aurea corona & imagine ærea. Hic adoleſcēti cuidā inepta multa loquēti ait. Ideo duas habemus aures:os ūt vnū vt.ſ.multa audiamus:pauca vero loquamur. Deceſſit nonageſimo ętatis ſuę anno: ſine morbo. Nā vt ferunt:cū abiret ex ſchola lapidem offendēs digitū perfregit:manu vero terrā feriens illud ait. Ex Niobe venio:quid me vocas? cōtinuoq; ſe ſtrāgulans interijt. Fuit & alius Zeno Eleates:quē dialecticę inuentorē fuiſſe ſcribit Ariſ. Huius celebratiſſima fuit in perferendis cruciatibus patiētia. Qui cū adoleſcētes nobiliſſimos cupiditate liberādę patrię inflāmaſſet cōtra Nearchū tyrannū facto indicio cōprehēſus traditusq; eſt tortoribus torquēdus. Qui cū laceraretur: vt conſcios cōiurationis nominaret neminē illorū noiauit ſed amicos intimoſq; tyrāni participes cōiurationis eē dixit. Deinde cū quippiā ſe in aurē tyrāni loqui velle ſignificaſſet:eā mordicus correptā non ante dimiſit q̄ rapta aure populatū caput reliquiſſet. Sed cū cōplices cōiurationis proferre cogeret̃: conciſam dentibus linguā in os tyranni conſpuit. Quo facto ciues tyrannū lapidauerūt. Fuit & alius Zeno philoſophus Epicure⁹ Ciceronis ſynchronos.i. contēporaneus. de quo idem Cic.lib.i.de fi. meminit:& eum cum Attico frequenter audiuiſſe Epicuri ſententias explicantem. Fuere & alij Zenones: quos nunc prætereo.

❡Zenobia fuit mulier quę a Ptolemęis originem du‑cens gręcis ac latinis litteris ornatiſſima nec non & re‑bus bellicis celeberrima in Palmira Syriæ vrbe regna‑uit. Hęc cum Saporem Perſarum regem ſuperaſſet tā‑dē ab Aureliano Auguſto victa Romā in triūphū du‑cta fuit. Quę in vrbe ſummo in honore cōſenuit. a qua Zenobia familia nuncupata eſt.

❡Zephyrus. pe. cor. Fauonius ventus occidentalis. Flat enim ab occaſu ęquinoctiali aduerſus Eurū: quaſi ζωηφόρος vitam ferens: vel quia fert quę ſunt ad vitā. Eo ſane plantæ omnes germinant & pullulant.

❡Zephyrium vero promontorium eſt.

⁎Zeros cryſtalli ſpecies eſt alba ac nigra macula diſtin‑guente cryſtallum. Cc.

⁎Zeretra Arcades vocāt Vadi foramia extructa. Cc.

⁎Zeta vnū ex elementis. Sed Zetę fuere veſtes quæ nūc nō ſunt vſitatę. & eius diminutiuū Zetecula. Ply. Mox zetecula fugit quaſi in cubiculum. Cc.

❡Zetis fuit filius Boreę ex Orithyia & frater Calais.

❡Zethus cum h & y fuit Iouis ex Antiopa filius & frater Amphionis.

❡Zeugma. atis. latine connexio. ſiue adiunctio dicit̃. Figura cū plures ſenſus vno cōnectunt̃ verbo. qđ tri‑bus modis fit. Aut ꝑpoſito verbo ad qđ reliqua reſpi‑ciant. vt vicit pudorē libido: timorem audacia: rationē amentia. aut verbo poſtpoſito. vt neq; is es Catilina: vt te aut pudor a turpitudine: aut metus a periculo: aut ratio a furore reuocarit. aut in medio ſenſuum poſito verbo. vt Troiugena interpres diuū &c. æneid. iij.

⁎Zeugites calami arundinis ve ſeu tibię genus a pari‑tate dictū. ꝙ eo duplices fiebant tibiæ. Cc.

❡Zeuſis latine iugatio dicit̃. Quo noīe appellatus eſt clariſſimus pictor Heracleotes: qui in certamen pictu‑ræ cū Parrhaſio deſcendit. Fertur hic pinxiſſe puerum vuas ferentē: ad quas cū aduolaſſent aues iratus eſt mi‑ris ingenuitate operi ſuo & dixit. Vuas melius pinxi q̃ puerū. Nā ſi hūc cōſummaſſem aues timere debuerāt. Hic etiam pinxit Helenæ ſimulacrum.

❡Zeuxo fuit (teſte Heſiodo) vna ex nymphis filia Oceani & Tethyos.

❡Zigęna nomen piſcis maritimi: vt eſt apud Amb. Quid gladios loquar aut zigænas.

⁎ Zigia aceris ſpecies rubens fiſſili ligno cortice ſca‑bro & liuido. Cc.

⁎Zignis lacertę ſpecies. Cc.

⁎Zimilaces Lapillus qui in Euphrate naſcitur in me‑dio glaucus. Cc.

❡Zigarū ea terra fert̃ ex qua populi exierint qui no‑ſtra ætate cū liberis & vxoribus Europā peruagantur Zigari appellati inſignes fures & ſine tecto viuentes.

❡Zinziber radix. Et apud nos immutatis litteris dici‑mus Gengiber.

❡Ziph. nomē vici. a quo Ziphęi dicti ſunt: de quibꝰ in lib. ij. re. fit mentio.

❡Zizania. niæ. & Zizanium zizanij. quid ſignificet Amb. li. hexa. declarat dicens. Lolium & reliqua adul‑terina ſemina quæ frugibus ſępe miſcent̃ zizania nūcu‑pari euangelij lectione cognouimꝰ: ſed ea ꝓpriū quod‑dam genus habent: nā ex tritici ſemine in aliud genus ſeminis decolora mutatione tranſlata degenerē traxe‑re naturā. Hoc docet dominus dicens. Venit inimicus et ſuperſeminauit zizania inter triticum.

❡Ziziphus. pe. cor. genus arboris: quā noſtrates Zi‑bebos vocant. Ziziphi fructus dicunt̃. Plyni. lib. xv. Aeque peregrina ſunt zizipha & tuberes q̃ ipſa nō pri‑dem venere in Italiam. Hæc ex Africa: illa ex Syria.

❡Zodiacus. pe. cor. dici poteſt animalis ab effigie ani‑malū. Nam circulus eſt in quo. xij. ſigna ſunt in formā animalis figurata. vt aries/taurus. Gręce enī ζῷα ani‑malia dicūt̃. Zographia. animalis pictura. Alexā. aūt Aphrodiſeus dicit Galaxiā circulū realē eſſe in cœlo. et ſubdit in cōmētarijs meteorologicorum Ariſtotelis ἱστορεῖ δὲ τῶν μὲν καλουμένων πυθαγορείων τινάς γα‑λαξίαν ὁδὸν λέγειν εἶναι τὸν κύκλον τοῦτον καὶ ἥλιον πρότερον τοῦτον φέρεσθαι. ⁎. i. Refert Pythagorico‑rum aliquos Galaxiā viā dicere: eſſe aūt circulū: & ſolē ante hunc ferri.

❡Zographos pictor aīalū. Zographia ipſa pictura.

⁎Zoilus poeta fuit Ptolemæi tēporibus qui Homero maſtix cognomen ſortitus eſt. Et ꝓ inuido capit̃. Cc.

❡Zona cingulum quo cingimur. Mar. Longa ſatis nunc ſum: dulci ſed pondere venter Si tumeat fiā tum tibi zona breuis. Hæc & Lorū dicitur & Baltheus. q̃uis Baltheus ſit etiam a quo arma dependēt. & Cinctus & Cingulum a cingendo.

⁎ Zontes Berilli ſpecies qui rubore quodam perfuſi ſunt. Cc.

⁎Zoophthalmos herba eſt a ſimilitudine oculi anima‑lis dicta. Cc.

❡Zopyrus. pen. cor. Phyſionomiſta dictus eſt ꝙ ꝓfi‑teret̃ hominū mores naturaſq; ex corpore oculis vultu fronte ſe poſſe pernoſcere. Qui cū turpia quędā & a vir‑tute aliena de Socrate dixiſſet: ac a multis idcirco deri‑deretur. Nō errat (Socrates reſpōdit) Zopyrus. Huiuſ‑modi enī natura eſſem niſi naturā philoſophia ſupaſ‑ſem. Fuit & aliꝰ Zopyrus. De quo dicere ſolebat Dariꝰ ſe Zopyrū malle integrū q̃ viginti capere Babylonas. Zopyri enī aſtu Babylone potitus erat Darius.

⁎ Zopyrocheron herba eſt quam alij Lectipedem ap‑pellant. Cc.

❡Zopiſſa apud Plyniū viuam picem ſignificat. Vel Zopiſſa pix quæ & nauibus radit̃ admiſta cera & ma‑rino ſale macerata. multo ad oīa efficacior q̃ aliæ pices. Sed ꝓprie reſina ex pinu. q̃uis Dioſcorides addit alia etiā ſignificata cū ait ζώπισσαν δὲ οἱ μὲν εἶπον τὴν ἐκ τῶν πλοίων ξυομένην ῥητίνην μετὰ τοῦ κηροῦ καλουμέ‑νην ὑπ᾽ ἐνίων ἀπόχυμα οὖσαν διαχυτικὴν διὰ τὸ ἐν τῇ θαλάσσῃ βρέχεσθαι οἱ δὲ τὴν πιτυΐνην ῥητίνην οὕτως ὠνόμασαν. ⁎. i. Zopiſſam aliā dixerūt deraſam na‑uigijs picē cū cera: appellatam a nōnullis Apochyma quę vim diſſipandi habet quoniā mari madeat. alij Re‑ſinam pini ſic nominarunt.

❡Zoroanda lacus quem efficit Tygris fluuiꝰ ab vno latere Tauri montis.

⁎Zoronyſius gēma quę naſcit̃ in Indo flumine. Cc.

⁎Zura Aphrorum lingua ſemen Paliuri vocat̃ cōtra ſcorpiones efficaciſſimū. Cc.

❡Zyme. fermenta. Zymes panis fermentatus. Azy‑mus. a. um. ſine fermento.

❡Zythus quid ſit nemo pōt dubitare ex verbis Sui‑dę noſtri: qui ita ſcribit (etiam Dioſcorides tractat) ζῦ‑θος οἶνος ἀπὸ κριθῶν γινόμενος. ⁎. i. Zythus vinū ex hordeo factum.

Τέλος.

❡Impreſſum eſt hoc egregium & ſane q̃ vtile opus et large auctum ac mille locis rurſus emendatū cum Gręci ſermonis accētibꝰ & expoſitionibus ptim opa partim accuratiōe Aſcēſiana: in academia Pariſieñ. Anno ſalutis noſtræ. MDXIII. Kalen. Octob.

REGISTRVM.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. v. x. y. z. &. ꝯ. ꝶ.
A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z. Et.

❡Omnes ſunt quaterniones pręter Et qui eſt ternio.

Digitized by Google